НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБОНУМБИТ

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

Ter. Adriopolis

nocturn. Appianus

CASSII DIONIS

HISTORIAE ROMANAE

VOLVMEN I

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΛΟΓΑΝΕΙΟΥ

HISTORIAE ROMANAE

CASSII DIONIS

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова


IOH. P. HAMBVRG.
IOANNES ALBERTVS
ET PRO
QVI VETERA ILLVSTRI NOVITATIS LVCE RESPERGIT
ATQVE VETVSTATIS MACTAT HONORE NOVA
FABRICIVS VETERVM GNARISSIMVS ATQVE NOVORVM
NONNE APVD DOCTOS PAGINAM VTRAMQVE FACIT.
Io. Christoph Wolfius. P.
Gustav Andreas Wolfgang Sculps. Aug. Vind. 1749.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΚΑΣΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

CASSII DIONIS

COCCEIANI

HISTORIAE ROMANAE

QVAE SVPERSVNT

VOLVMEN I

QVOD COMPLECTITVR

FRAGMENTA LIBRORVM I — XXXV

CVM ANNOTATIONIBVS MAXIME

HENRICI VALESII

LIBROS XXXVI — LIV INTEGROS

CVM ANNOTATIONIBVS

IOANNIS ALBERTI FABRICII

AC PAVCIS ALIORVM

GRAECA EX CODICIBVS MSS. ET FRAGMENTIS

SVPPLEVIT EMENDAVIT

LATINAM VERSIONEM XYLANDRO-LEVNCLAVIANAM

LIMAVIT

VARIAS LECTIONES NOTAS DOCTORVM ET SVAS

CVM APPARATV ET INDICIBVS

ADIECIT

HERMANNVS SAMVEL REIMARVS

OPVS

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

ANGELO MARIAE CARDINALI QVIRINO

BRIXIAE EPISCOPO ET BIBLIOTHECARIO VATICANO

OB SVMMA IN ILLVD MERITA INSCRIPTVM

HAMBVRGI

SVMTIBVS CHRISTIANI HEROLDI

CIↃ IↃCC L.

ЛБ ОГУ им. Н.Г. Чернышевского

Научная библиотека
Одесского национального
университета
имени І. І. Мечникова

VINCENTII MARITAE CARDINALIS GALLICI

EPISCOPI TUSCULANENSIS SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE

HERMENEUTICA SACRAE SCRIPTURAE

SIVE

DE RECTA SACRAE SCRIPTURAE INTERPRETATIONE

LIBRI QUATUOR

EX MENTE SANCTI AUGUSTINI

ROMAE
EX TYPOGRAPHIA REVERENDAE CAMERAE APOSTOLICAE
1915

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова


HERMANNUS SAMUEL REIMARUS
P.P. HAMB. AETATIS LVI.
Christ. Fritzsch ad vivum del. et sculpsit 1751.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

CARDINALI BIBLIOTHECARIO

ANGELO MARIAE QVIRINO

BRIXIAE EPISCOPO

DVCI MARCHIONI COMITI

CET.

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

egoknaw.lt



EMINENTISSIME CARDINALIS

DOMINE INDVLGENTISSIME

Tandem vero Tibi debita dudum repræſentare incipio promiſſa, quibus ipſe materiam ſuppeditaſti lectiſſimam; quæ hortatu, conſiliis, opera, ſtudio omni & munificentia fovere & excitare dignatus es; quæque adeo (pudet dicere) per decem amplius annos dilata, admirabili patientia ſuſtinuiſti. Atqui nunc

НБ ОНУ ім. І.І. Мечникова

certe tempus eſt, ſolennius prædicandi Tuum primo illud in me & præſens opus beneficium, quod theſaurum iſtum librarium Vaticanum, cui præes bono publico, recludere tam liberaliter homini obſcuro, & ex duobus optimæ notæ codicibus Dionis accurate exſcriptas lectiones transmittere non fueris gravatus. Quo rariora autem generatim ad nos pervenerunt ejus Scriptoris exempla manu exarata; ſic ut ſola fere, quantum conſtat, Italia & Gallia quædam, nec omnia ſatis integra aut proba, aſſervet; utque per ducentos a Roberto Stephano annos, quotquot Dionem poſtea ediderunt aut interpretati ſunt, in uno Roberti codice, eoque valde mendoſo, ſubſiſtere fuerint coacti: eo illuſtrior Tibi, Cardinalis Eminentiſſime, laus & gloria debetur, quod poſt fragmenta ab aliis detecta, primus integro, qua ſupereſt, corpori a ſordibus repurgando & poliendo adjumenta præbueris, ut coagmentatis illi omnibus diſperſis, quæ reperiri potuerunt, membris, vitæ aliquid & ſpiritus per Te nactum videretur. Tribuiſti deinde mihi & hoc, petenti, ut in itinere Tuo Romano, antiquiſſimam illam membranam, quæ extremos tres libros complectitur, Urſino & Falconi uſurpatam, denuo inſpiceres, & per integrum menſem diurna nocturnaque manu verſares, ſpecimenque ejus, veris ſuis literarum notis expreſſum, & a Te explicatum, epiſtola ad me publice data exhiberes. Neque defuiſſet mihi Tua, qua ubique flores, auctoritas & gratia, in procurandis etiam ex Taurinenſi Bibliotheca Dionis emendationibus, niſi ab amicis fuiſſes edoctus, codicem, quem in ea latere legeram, fruſtra ibi quæri. Magno interim mihi incitamento fuerunt frequentes Tuæ literæ, quibus elaboranti mihi in hoc opere humaniſſimis ſemper verbis animum addidiſti, & ſi quando conjecturas quasdam meas perſcripſeram, probare & collaudare alias, atque inde exſpectationem aliquam operis publice ſpargere cœpiſti, in aliis moderatius adhibendam ſuaſiſti limam, aut aliam Ipſemet oſtendere medelam mitiorem non detrectaſti. Enim vero ut verecundiam ſimul mihi metumque publice injectum ſenſi faventi præjudicio Tuo, quod ſuſtinere vix apud Te ipſum, ut ut ſtudioſiſſimum mei, nedum apud alios, poſſem: ita privatim me quoque ſæpenumero dediſti in ruborem, quoties mihi, interea dum egomet molior, vel literaria Tua munera, quorum elegantiam, eruditionem, & in tantillo temporis ſpatio copiam, tarditas mea non aſſequeretur; vel aurea etiam, nec quæſita mihi nec demerenda unquam, pro ea qua uti ſoles liberalitate, miſſitaſti. Quid enim vel hæc ipſa reticeam, aut non potius denuo commemorem? cum a nemine honeſtius prædicentur dona, quam ab eo qui acceperit: cum nihil tale ſpectanti mihi, neque rei adeo vel inopi vel cupido, ſub ſuaviſſimo nomine pignorum amoris *ultro a Te oblata ſint: cum de Tuo incredibili ſtudio, rem literariam per alios etiam omni machinatione promovendi teſtentur. Nimirum hæc pars eſt virtutum Tuarum, plurimarum ſane & maximarum, haud poſtrema, ob quam jam dudum per Europam univerſam nihil celebratius eſt nomine Tuo; quod cum reliqua eruditione, eam quoque, quæ ad humanitatem informare ſolet animos, amas; nec amas tantum, ſed & plurimis ſcriptis, cultioris & exquiſitæ doctrinæ Tuæ monumentis, amplificas; nec amplificas tantum ipſemet, ſed & in aliis, externis perinde hominibus ac Italis Tuis, ſepoſita*

omni

omni religionis dissensione, & supra invidiam positus, complecteris. Hæret adhuc in intimis medullis Tuis ardor bonarum artium; cui ut obsequereris olim, purpuram Senatus Veneti, qua Pater Patruusque fulgebant, sprevisti juvenis; scilicet quo illæ Te virum adeo senemque alerent & recrearent, ut delectarent domi, comitarentur foris, Tecumque non modo peregrinarentur, sed etiam, ut dicere soles, episcoparentur; denique ut purpuram non avitam, sed merito Tuo partam unice, eamque sacratiorem, illis ipsis splendide ornares. Hoc decore Eminentissimus etiam in republica literatorum, non admirationem modo elegantioris eruditionis ipso exemplo Tuo longe lateque diffundis, sed & demittis Te ad sermonem & commercium literarum cum inferioris loci ingeniis, eaque comiter invitas, ut quasi in partem Tuarum laudum veniant: describis operas, subministras documenta antiquitatis, consilia & scientiam de Tua divite penu impertis, non cohortationibus, non prædicationibus, non sumtibus parcis, ut fundum istum fertilem humanitatis, in quo Tuæ sunt præcipuæ partes, pro sua quisque facultate Tecum excolant. Quidni Tuum hoc tam Illustre exemplum, Reverendissime Cardinalis, ille Tuus tam præclarus sensus ac gustus rerum optimarum, pro gravissima commendatione politioris doctrinæ possit esse apud eos, quibus jam dudum sordent & ad inanes scholarum tricas amandanda videntur studia, nec privatos loculos, nec fiscum Imperantis ditantia: quibus Gallice jam doctis, Gallica sonantibus, cultissimarum quondam gentium, Græcorum dico Latinorumque, linguæ & scripta barbara evaserunt: aut qui, cum aliquid amplius velint sapere, posthabita tamen verborum & historica, ut contemptim vocant, cognitione, rerum omnium divinarum humanarumque intimas rationes scrutantur, quas brevi scilicet vasta scientiæ pervestigatione complexi, dum jam omnia demonstrare sibi posse videntur, ipsa paulatim demonstratione adducunt apud se in dubitationem, & longe denique incertiores quam antea, postremo intelligunt, multum se intelligendo nihil intellexisse: aliquid forte visuri pro modulo humani ingenii, si humanitate prius imbuti modestius & cautius philosopharentur. Profecto QUIRINIS nobis opus erat, hac præsertim ætate, ne illa in barbariem jam inclinata prorsus præcipitaret: in Te inspicientes revocandi erant homines ad solidiorem doctrinam: Tuo impulsu Tuisque igniculis excitanda & accendenda erat vis ingeniorum, ad lucem aliquam egregiis artibus affundendam. Qua in re ad æquitatem Tuam & humanitatem pertinet, quod non ubique Assemanos, Galeardos, Hagenbuchios, Crusios desideres, qui Tuæ exspectationi omnibus partibus respondeant. Nam & eos benignius excipis, qui in secundis tertiisve consistunt, modo aliquid certe calculo Tuo dignum præstiterint. Hac igitur spe æquitatis Tuæ existimabis etiam Dionem hunc ad Tuam purpuram deponi: quem hortatu ceteroquin & subsidiis Tuis potissimum huc usque perductum a me, res ipsa loquitur, quemque inscribi Tuo Nomini & flagitat a me officii pietas, & Tute Tibi non ingratum fore declarasti. Effeciſti proinde facili isthac Tua indulgentia, ne altius jam hujus mei instituti rationes repetere, aut temeritatis notam depre-

cari debeam: quemadmodum nec Tuo nomini verenda eſt macula, ſi quid in hoc opere nævorum deprehendatur, quales haud paucos forte & graves adſperſos eſſe non ierim infitias. Nam horum utique culpa in me redundabit; ſi qua autem recte Tuis conſiliis & adjumentis fuero uſus, id Tibi merito vindicabis, ſtabitque hactenus Dio Tuæ in literas humaniores prolixæ admodum voluntatis monumentum. Fronte igitur ſerena, Eminentiſſime Cardinalis, accipe librum, qui dudum Tuus eſt: ſine ut mei pariter erga Te obſequii, meæque venerationis & grati animi teſſera ſit: & ſic exiſtima, non mei unius, ſed omnium quibus literæ cordi ſunt, communia vota eſſe, ut per plurimos porro annos Tibi contingat gloriari quod hoc ipſo facis in Commentario rerum Tuarum, eſſe Tibi quæ quondam juvenili in corpore vires; *utque rebus Tuis ceteris undiquaque lætis ac florentibus vacare etiam amœnioribus hiſce ſtudiis, & gloriæ Tuæ, quanquam acceſſiones vix admittenti, addere tamen ſubinde decora nova poſſis. Scribebam Hamburgi VIII. Idus Septembr. A.* CIↃ IↃCC XLIX.

TVI NOMINIS TVARVMQVE VIRTVTVM

EMINENTISSIME AC REVERENDISSIME

CARDINALIS

obſervantiſſimus cultor

Hermannus Samuel Reimarus.

AD

ERVDITVM LECTOREM PRAEFATIO.

§ 1.

Dionis Hiſtoria Romana, poſt literas humaniores renatas, uno ſæculo XVI. & initio ſequentis, multoties, & quaſi certatim, quanquam mutilata valde & mendoſa, prodiit in lucem: ter quidem græce, latina etiam verſione bis adjecta, intra annos admodum ſexaginta: tum & ſeparatim italice & latine aliquoties: ut de Epitomatoris Xiphilini pluribus eodem ſpatio factis editionibus non dicam. Ex eo tempore detecta & ſeorſim vulgata ſunt varia, eademque ſatis grandia nec levis mómenti fragmenta, quæ in prioribus editionibus deſiderabantur: ſuppletæ ex aliis antiquis codicibus inſignes lacunæ: emendata a viris doctis loca a librariis & interpretibus corrupta aut male intellecta. Hinc dudum nova eaque plenior & melior Dionis editio (præſertim cum & priores rareſcere inciperent) deſiderata eſt ab omnibus eruditis, imo a non paucis tentata. Neque adeo videbor onerare rem literariam, quando his aliisque adjutus præſidiis, poſt ſæculum integrum cum dimidio rurſus in lucem protraho Scriptorem per ſe lectu digniſſimum; ſtilo diſertum, & Atticorum veterum felicem imitatorem; rebus vero utiliſſimis abundantem, quibus vel interfuit ipſe, vel quas ex præſtantiſſimis auctoribus collectas, cum ſubacto & politico judicio, etiam ad uſum vitæ enarravit. Conſtat certe inter omnes, infinita propemodum eſſe capita hiſtoriæ, non tantum Romanæ, ſed & externarum gentium, atque adeo Judæorum quædam & Chriſtianorum, innumera Geographiæ, Chronologiæ, antiquorum rituum, juris & legum, quæ ſine Dione fortaſſis æternum ignoraremus: ut non mirum ſit, viros doctos in his omnibus eruditionis partibus ad Dionem quam frequentiſſime recurrere & provocare. Non tamen id ago nunc, ut de Dionis ſeu virtutibus in ſcribendo, ſeu vitiis, ex inſtituto diſputem, aut vitam ejus & ſcripta, & quæ ad eorum hiſtoriam pertinent, accurate exponam; quas partes demum in Apparatu ad Dionem, ſub ſecundi Voluminis finem exſequar; hic vero, ad rationem præſentis editionis reddendam, diſtinctius oſtendendum puto, quousque ſuperiorum ante me editorum laudabilis induſtria rem perduxerit, & quid mihi licuerit illorum diligentiæ & ingenio adſtruere.

§ 2.

Primus quidem Robertus Stephanus, cujus eruditioni & typographiæ res literaria mirum quantum debet, Dionem Lutetiæ anno 1548. fol. typis Regiis elegantiſſimis græce edidit, abſolutum pridie kalendas Februarii. Incipit a fragmento libri, (ut Roberto viſum) quinti & triceſimi: cui ſuccedit capite truncatus liber triceſimus ſextus, & reliqui ſequentes integri usque ad finem libri LVIII. In poſterioribus vero editionibus numerantur libri LX. non quod plures illæ complectantur, ſed quod libros LVII. & LVIII. apud Robertum ſingulos ex binis conflatos eſſe animadverſum eſt ex præmiſſis Conſulibus. Queritur vero ipſe Robertus in præfatione ad Dionem & ad annotationes ſubjunctas, *unico* tantum ſe *exemplari*, *eoque valde mendoſo & accuratam ac diligentem caſtigationem deſiderante*, uſum eſſe: (eo ipſo nempe, quod hodie in Bibliotheca Regis Galliarum aſſervari Pagius teſtis eſt.) Contulit tamen Nicolai Leoniceni verſionem Italicam, eumque aliter in ſuo codice legiſſe aliquot locis indicat: pluribus utique hoc facturus, ſi meliorem multo Leoniceni codicem judicaſſet ſuo. Verum ille codex ſcilicet (quocunque tandem nunc delatus) in eodem luto hærebat, & ni fallor magis etiam mutilus erat; certe editio verſionis hujus, quam habeo præ manibus, excuſa Venetiis 1542. 8. incipit demum a libro XXXVII — LVIII. ſumma capita & conſules ſingulis libris præmiſſos non agnoſcit, & a me ſub finem hujus Voluminis collata, rariuſcule ſanius aliquid præmonſtravit. Vellem tamen, prius mihi veniſſet in manus. Nam quantulumcunque hoc eſt quod juvare poſſit, non ſpernendum fuerit in illa paucitate ſubſidiorum, præſertim cum Robertus obiter tantum hanc verſionem inſpexiſſe videatur. Jam ea fuit religione Robertus, ut omnes & ſingulas ſui codicis lectiones, quanquam corruptiſſimas & facile emendandas, ſtudio exhibeat in editione ſua; pauca quædam & ſobrie ad calcem libri in annotationibus emendaſſe contentus a p. 474. ad 498. Neque reprehendo hoc conſilium in iis, qui primum ex manu ſcriptis voluminibus arte typographica libros expreſſerunt. Ita enim fit, ut eorum

editiones nobis ſint loco membranarum veterum, quæ ipſæ ceteroquin deinde mox perire, certe ſe oculis hominum ſubducere ſolent. Verum in editoribus ſequentibus vix laude dignum videretur, ſi porro ſerviliter exſcribere manifeſta librariorum errata pergerent, nec obvias admitterent emendationes, aut aliquid ſaltem relinquerent humano ingenio certitudinis & juſtæ in ſuis viribus fiduciæ. Eleganter Chriſtophorus Adamus Rupertus in præfatione animadverſionum ad Enchiridion Pomponii de Origine Juris: *Nunquam equidem correctores pruriginoſos, qui manum ſtilumque vel a ſanis abſtinere neſciunt, probare potui: ſed nec illi meliores videntur, qui abhorrent ab omni medicina; ſimiles profecto mulieribus gravidis, quæ magna cacochymia oppreſſæ, optimos & ſaluberrimos cibos negligunt, & eorum loco carbonibus cineribusque veſcuntur.* Ceterum annotationibus ſuis Robertus, extrema pagina, paucis verſibus & minuto charactere ſubjunxit τῶν ἄλλων γραφικῶν σφαλμάτων ἐπανόρθωσιν. Qui me titulus ſatis diu fefellit, ut non librarii jam amplius, ſed typographi ſphalmata deſignari putarem, qualia & ipſa inſpectione videri & in longo opere exſpectari facile poterant; utque veriorem lectionem non Roberti ingenio, ſed codici MS. Roberti tribuerem in variis meis lectionibus. Tandem diligentius inſpiciens præfatiunculam annotationibus præmiſſam p. 474. vidi, nihilo minus codicis MS. eſſe ſphalmata, emendationes Roberti, qui hic *reliquos* locos, *in quibus apertiora menda haberentur, quam ut ea probatione aliqua indigerent, ſeorſum annotare* voluerit. Intellexi ſummam viri modeſtiam, qui velut ab incertioribus ingenii ſui conjecturis certiora & prorſus manifeſta ſejungere inſtituerit. Neque tamen me pœnitet, paucuſſe: quas interdum neglectas vel non inſpectas a ſequentibus editoribus animadverti.

§ 3.

Quo fidelius autem Roberti editio lectiones ſui codicis MS. repræſentat, eo diligentius eam las has emendationes, ipſius modeſtiſſimi viri judicio probatione non indigentes, in textum admicum ceteris conferendam putavi. Atque hinc factum eſt, ut non paucas inde detexerim & poſtliminio quaſi revocaverim veriores lectiones auctoritate MS. firmatas, a quibus vel inſcius aberravit Henricus Stephanus, adeoque & Leunclavii editio, quæ ex ſola Henrici, non conſulta Roberti editione, expreſſa eſt; vel quas temere nimis & præpoſtere ſeu Xylander, ſeu idem Henricus, ſeu Leunclavius etiam mutaverat. En tibi horum aliquot locorum indicem; quæ in variis meis lectionibus non ubique annotavi. Pagina 12. C. editionis Leunclavii, Robertus: ὡς ὑπὸ τῶν τοιούτων ſcil. δεινῶν ἐν τοῖς πολέμοις. Particulam τῶν, neceſſariam ſane, & confirmatam etiam a codice Mediceo, omittit Henricus, adeoque & Leunclavius. Pag. 81. C. Robertus: καὶ τὸν χρείαν ἔχοντα αὐλὸν πρὸς ἐκεῖνον ἀφικνεῖσθαι δεῖ. Neglexerat particulam καὶ Henricus, igitur & Leunclavius non expreſſit, ſed velut emendationem ſuam ad marginem rejecit: pro ea autem τὸν γὰρ ſubſtitui voluit Cl. Oddey. Nemo ſcilicet Robertinam editionem vocaverat in conſilium. Pag. 92. fin. Robertus: Κ. Καικίλιος. Prænomen Κ. hoc eſt Quinti exciderat ex editione Henrici: igitur nec habet Leunclaviana, niſi emendationis loco in margine. Pag. 96. D. ἄλλως μὲν ἤχθοντο. Henricus vitioſe, ἄλλως πε ἤχθοντο. quod ex ingenio corrigere volens Leunclavius poſuit inconcinne ἄλλως τε ἤχθοντο. Pag. 110. A. Robertus: ἄνω τε καὶ κάτω. ceteri τε omittunt. Pag. 182. D. Robertus: καὶ τὴν θεὸν αὐλήν. in ceteris τὴν deſideratur. Pag. 242. E. Robertus: τόν τε μῆνα ἐν ᾧ ἐγεγέννητο Ἰούλιον. Nomen Ἰούλιον confirmatur ab utroque Vaticano & Mediceo codicibus, itemque Xiphilino; male autem omiſſum a ceteris, & hiulcam orationem relinquens, tamen ne mendæ quidem ſuſpicionem illis præbuit. Pag. 246. B. Robertus: τῇ τε τοῦ παλαιοῦ Βρούτου. τοῦ non legitur in ceteris. Pag. 253. D. Robertus: ὅσα ἂν καὶ οἷα πρός τε τοῦ Σερτωρίου — ἐπάθομεν. Henrici editio tranſilivit particulam πρὸς, nec ſupplendum aliquid ſenſit Leunclavius. Pag. 256. D. Robertus: καὶ τὰς τιμὰς καὶ τὰς ἀρχάς. poſterius τὰς abeſt a ſequentibus editionibus. Pag. 321. A. Robertus: μοναρχίαν αὐλοῦ λήψεσθαι προσεδόκησε. ceteri προσεδόκηκε, niſi quod Leunclavius ad marginem προσεδόκησε, non excluſurus hoc a cancellis, ſi Roberti editionem ad manus habuiſſet. Pag. 392. B. Robertus: διεκναίοντο, ceteri διεκναίοιντο, ſine mendi ſuſpicione. Pag. 357. A. in titulo libri, Λ. Κανίνιος Λ. ὑ Γάλλος. cum vero alterum Λ. ante ὑ. in Henrici editione typographico errore excidiſſet, nec apparet in contextu apud Leunclavium, ſed emendationis inſtar in margine. Pag. 345. B. Robertus: Τίλλιον Κίμβρον. & verum hoc *Tillii* nomen eſſe confirmat hoc loco Mediceus codex. Sed ex Xylandri criſi Τύλλιος exhibet Henricus, Τούλλιος ex ſuo ingenio Leunclavius: utrumque

pejus,

pejus, ut pluribus demonſtratum eſt ad l. c. Pag. 503. D. Robertus: ἔχοι. quod in ἔχῃ mutavit Henricus, ſequente Leunclavio, quamvis optandi forma jam præceſſerit καρπῶτο. Pag. 505. C. Robertus: ἐκεῖνοι. Henricus non monito lectore ſcripſit ἐκεῖνα, ſcil. ἔθνη. & ſic Leunclavius, quod quanquam ſpeciem habeat, tamen non eſt neceſſarium. Pag. 516. D. Robertus: Αἴλιος Γάλλος. Xylander vero Αἴλιος Λάργος ſcribendum cenſuit, quod & receperunt ceteri, præpoſtera ſane criſi, ut aperte ibi docuit Fabricius noſter. Pag. 519. fin. Robertus: τήν τε γεφύραν τὴν ξυλίνην. Sic & Vaticanus codex potior. At verbis γεφύραν τὴν nos privavit negligentia typothetæ Henrici, neque ea Leunclavius, Roberti editione deſtitutus, ex ingenio potuit reſarcire. Pag. 522. C. Robertus Μουρήνου. & ſic mox Μουρήνας, Μουρήνᾳ. Sed errato typographico Henricus Μουρίνου expreſſit; igitur & Leunclavius, nimis timide Μουρήνου ad marginem rejiciens. Pag. 523. C. Robertus: προσεχομένων τε αὐτῷ. Henricus lapſu typographico αὐτῶν, quod imprudens Leunclavius ſequitur. Pag. 536. C. Robertus: τὸ ἐν ταῖς γαστράσιν ἔτι τῶν γυναικῶν ὂν, μανθάνεις τισὶν ἀνευρίσκοντες ἔφθειρον. Pro ὂν Henrici editio habet ἐν, imitaturque hanc Leunclaviana', pendentem utraque ſententiam relinquens. Pag. 550. B. Robertus: ὁσάκις ἂν αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ. verba αὐτὸς ὁ apud ceteros fruſtra quæſiveris. Pag. 566. A. Robertus: τότε. ceteri τοτέ. Pag. 578. C. Robertus: ὡς. ceteri ὥς' nempe ex emendatione Henrici. Pag. 598. C. Robertus: Σεργούου Σουλπικίου Γάλβου. & verum hoc eſt Galbæ prænomen, non Σεργίου, quod ſuopte ingenio prætulerunt ceteri. Pag. 597. A. Robertus: παραλαμβάνων ἄλλοτε ἄλλους. vitioſe ἄλλοις eſt in poſterioribus editionibus. Pag. 601. ad A. U. C. 768. Robertus: Γ. Νωρβανὸς. ceteri male Α. Νωρβανὸς. Pag. 612. A. τῇ μέντοι ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ. ubi οὖν ante οὕτω ceteri inſerunt, ſine cauſa. Pag. 625. A. οὔτε ἄν θαρρεῖν. ceteri καὶ οὔτε ἄν θαρρεῖν, abundanter. Pag. 636. B. τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν βουλευτῶν. minus bene ceteri τῶν γε ἄλλων. ibid. C. Φάβιος Περσικὸς. ceteri Περισκὸς, Xylandrum temere ſecuti.

§ 4.

Ad emendanda vero codicis Robertini errata, illuſtrandumque Dionem, non parum adjumenti attulit Guilielmus Xylander, qui nono poſt Roberti editionem Græcam anno 1557. Dionem hortatu Joannis Henrici Herwarti, patricii Auguſtani, cujus in familia aliquamdiu liberaliter habitus eſt, latine intra menſes ſeptem convertit, juvenis tum XXV. annos natus & pauper: majore ſane ingenio, eruditione & ſtudio, quam pro ætate & pro mercenaria opera; ſed & magis feſtinanter & accuratione minore, quam dignitas ſcriptoris requirebat. Agnovit hoc ipſemet in Elegia in Dionem ſuum, quam legere non potui quin vehementer commotus fuerim miſeria egregii adoleſcentis, cui inter intenſiſſima ſtudia bonarum artium cum penuria conflictandum fuit. Idemque Leunclavio non ſemel confeſſus eſt, *id temporis lucubrationem Dioniam, & alias, non a fama, ſed fame ſibi extortas ac præcipitatas fuiſſe:* quod memorat Leunclavius, Xylandrum ceteroquin maximi faciens, in præfatione ad Philippum Ludovicum Comitem Hanovianum, quæ Dioni ejus latino Francof. 1592. 8. & iisdem verbis græco-latino præmiſſa eſt. Notantur Xylandri lapſus non tantum a Leunclavio, verſionem ejus ex inſtituto caſtigante ad marginem utriusque editionis laudatæ, ſed & paſſim ab aliis viris doctis, Lipſio, Caſaubono, ceteris. Addidit Xylander annotationes, *quibus plurimi loci depravati emendantur vel obſcuri explanantur.* Et emendationes ſane ejus maximam partem probæ ſunt & ab Henrico Stephano, qui alioquin Xylandro iniquior erat, deinde & a Leunclavio in contextum admiſſæ; explanationes vero, certe rerum, paucæ ſunt, interque eas nonnullæ feſtinantis lapſus ſatis produnt. Ad calcem Dionis index eſt latinus, poſtea ab Henrico Stephano & Leunclavio auctus. Additum denique *Jo. Xiphilini e Dione compendium, Guil. Blanco Albienſi interprete, ab eodem Xylandro diligenter caſtigatum.* Quod autem in præfatione ad Herwartum ſcribit Xylander (b. 3. init.) *quid effecerim — demonſtrat etiam Græcum Dionis exemplum, quod ſimul editur, plurimo quam ante correctius:* id, neſcio qua de cauſa, eventu caruit. Nec Xiphilinum Græce ſimul editum eſſe, ut paulo poſt ibidem ſcribit, crediderim.

§ 5.

Henricus vero Stephanus, Roberti filius, anno 1591. forma majore excudit Dionis Caſſii Romanarum Hiſtoriarum libros XXV. (nempe a XXXV. ad LX.) cum Guil. Xylandri interpretatione (qualis ab ipſo edita eſt) & indice latino ejusdem ſed paululum auctiore. Codice quidem novo is uſus non eſt, ſed patris editionem fere ſequitur: nec annotationes ſubjunxit.

In præfatione tamen nonnulla loca attingit corrupta, & quomodo ſananda putet per conjecturam oſtendit. Has quidem ille conjecturas ſuas in textum non recepit, conferenti tamen mihi editionem ipſam patuit, multo plura loca, ab eo mutata atque emendata eſſe, partim ex Xylandri monitu, partim proprio ingenio: de quibus ne verbulo quidem lectorem monuit, quæ tamen ex editione noſtra nunc facile agnoſcentur. Nam ubi a Roberti editione Henricum, Xylandro non præeunte, vides diſcedere, ibi Henrici ſcito eſſe correctionem, quam, ſi pauciſſima exceperis, bene ſubductis rationibus ab eo ſuſceptam eſſe, mecum credo judicabis. Quod ſi fiat, gaudebo, merita Henrici in Dionem, de quibus ipſe tacet, me indice auctori ſuo vindicari. Volebat tamen, ut arbitror, Henricus annotationibus quibusdam rationem ipſe ſuarum emendationum reddere. Nam ita ille ſub finem præfationis: *Ejus autem, quod dico, exempla in meis annotationibus proferam, ubi & alias emendationes plurimorum Dionis locorum & quarundam interpretationum habebis, ſimulque Xiphilini ex Dione Eclogas, nec non alia hujus ipſius, (Dionis inquam) Deo favente accipies. Hæc enim ei prælo, quod nunc operam Appiano præſtat, committere decretum eſt.* Verum Xiphilino poſt Appianum græce & latine edito an. 1592. fol. nihil aliud ſubjunxit præter ſpicilegium annotationum in ipſas, ut appellat, Xiphilini Eclogas. Annotationes autem in Dionem non magis quam alia hujus ipſius Dionis (h. e. Selecta de Legationibus, quæ Urſinus ediderat anno 1582.) ex Henrici typographia unquam prodierunt. Interim hoc animo eum multa admodum margini Dionis ſui adſcripſiſſe, certum eſt ex teſtimonio Dominici de Colonia T. II. Hiſt. Lit. de Lyon p. 760. ubi Lugduni aſſervari ait *Dion tout ſemé de notes marginales écrites de la main d' Henry Etienne.*

§ 6.

Quæ Henricus non omnino explevit promiſſa, præſtitit quodammodo Joannes Leunclavius, adhuc ſuperſtes: Vir gente & fama nobilis, quem merito admiratur Marquardus Freherus in epiſtola dedicatoria ad Leunclavii Jus Græco-Romanum (a. II.) quod inter varias peregrinationes, in multis principum aulis, legationibus & negotiis occupatus, tot ac tanta opera ſumma accuratione ediderit, quot & quanta quis otioſus & huic uni rei operatus vix proferret in lucem. Is quidem, præter alia plurima, anno proximo poſt Henricum, 1592. 8. Francofurti apud Wechelii heredes latine vulgavit Dionem ex Xylandri interpretatione, ad marginem a ſe emendata. Additi libri XX. poſteriores, nempe LXI — LXXX. ex Epitome Xiphilini a Guil. Blanco verſa, ſed a Leunclavio pariter ad marginem emendata: ubi ſingulis libris præmiſſos vides conſules cum ſummis capitibus, ad imitationem ſuperiorum Dionis librorum. Sequuntur Dionis ex XXXIV. prioribus libris reliquiæ quædam de diverſis legationibus græce & latine: tum fragmenta poſteriorum XX. librorum, (quæ jam latine ſuis quælibet locis inſeruerat) græce: quæ reliquiæ & fragmenta eadem ſunt, quæ Urſinus in Selectis de Legationibus ediderat, quanquam Leunclavius alium præterea adhibuerit codicem Sylburgii, qui Theodoſio cuidam has Eclogas tribuit. Succedunt notæ Leunclavii in omnes hos libros, ad emendanda maxime loca Dionis ſpectantes: denique Index Latinus, paulo auctior quam apud Xylandrum & Henricum Stephanum. Præmittitur libro privilegium Cæſareum Rudolphi, Viennæ XXV. Maji anno 1582. (ad omnia ſcilicet Leunclavii ſcripta in ſexennium non recudenda ſimul ſemelque datum) Carmen Pauli Meliſſi Franci ad Jo. Leonclajum, Præfatio ad Philippum Ludovicum Comitem Hanovianum, & altera de Dionis vita, fide & præſtantia; quæ omnia totidem verbis pariter editioni Dionis græco-latinæ Leunclavianæ, poſt mortem ejus vulgatæ, iterum ab editore præmiſſa leguntur. Quod moneo, ne quis hanc editionem ab ipſo Leunclavio inſtitutam aut viſam putet, aut fruſtra ſe torqueat, quomodo libro qui anno 1606. demum Hanoviæ typis Wechelianis apud Claudium Marnium & heredes Joan. Aubrii forma majore editus eſt, præfationem, tanquam abſoluto, præmittere Leunclavius potuerit, cum ipſe jam anno 1593. menſe Junio Viennæ diem ſuum obierit, teſte Adami in vitis Philoſophorum p. 176. Nam quod doctiſſimus Caſaubonus Epiſt. 994. ad Marquardum Freherum IV. kal. Sept. CIↃ IↃ XCV. data, jam Dionem Leunclavii memorat, & ſe excuſat, quod illum toties in animadverſionibus ad Suetonium carpere ſuſceperit: id nunc facile vides ad latinam editionem ejusque annotationes pertinere. Poſt mortem vero Viri ſummi, heredes Andreæ Wechelii, (ſic equidem conjicio) cum privilegium haberent Cæſareum in omnia Leunclavii ſcripta, eaque non ſine lucro divendi experirentur, ſeu ſuo motu, ſeu docti cujusdam viri hortatu, conſilium hoc omnino

omnino laudandum ceperunt, ut græca latinis, & aliorum pariter Dionis interpretum annotationes iterata editione vellent adjungere: iidem adeo ſunt qui ſemel in hac editione loquuntur p. 1048. Habebant procul dubio exemplum Dionis & Xiphilini ex editione Henrici Stephani, quo uſus erat Leunclavius, & ad cujus marginem, præter correctiones verſionis latinæ, etiam græci textus nonnullas emendationes notaverat, quales nunc in græco-latina editione Leunclaviana ad marginem comparent. Nam illa ipſa Henrici ἔκδοσις, (neſcio an æmulatione quadam) Leunclavio primam cogitationem injecit Dionem denuo vulgandi, & perficiendi ea quæ Stephanus inchoata reliquiſſet. Sic enim ille in præfatione: *In eo mœrore* (propter obitum Chriſtiani Saxonum Ducis & Septemviri Electoris) —— *forte fortuna primum ſe mihi Dionis hiſtoriarum liber obtulit, qui Græca Latinaque lingua tunc, niſi fallor, in lucem recens exierat. Hujus lectione dum revocari me nonnihil a ſenſu doloris animadverto —— Dionis, etiam editi, vulneribus, quæ ſubinde notabam lectitans, aliquam adferre medicinam inſtituo: ne mihi ſoli, ſed aliis ſimul eadem opera prodeſſem. Id eo ſuſceptum a me lubentius, quod ab alio* (H. Stephano) *verbis talia promitti videbam, non exhiberi reabſe: ſecreto fortaſſis aſtu, ne quis, dum a primi nominis critico promiſſa exſpectantur, immittere falcem in ejusmodi meſſem quantumvis publicam auderet.* Id igitur tum ſine mora perfecit in latina editione, & præſtitit hoc amplius Henrico, quod latinam Xylandri & Blanci interpretationem ad marginem caſtigavit, quod Urſini eclogas legationum cum ſua verſione, & annotationes ſuas addidit. Quod vero non ut Henricus Xiphilinum integrum & a Dione ſeparatum addiderit, it ita tuetur: *Diſplicebat*, inquit, *aliorum expers judicii conſilium, qui reliquias Dionis Xiphilinianas a ceteris ejus monumentis ſegregaſſent. Nec minus ingratum lectoribus eruditis eſſe videbam, quod hiſtoriæ continua quadam ſerie progreſſi ad Neronis usque tempora, Xiphilino perlegendo recurrere cum nauſea cogerentur ad eorum repetitionem quæ Dionis e libris jam ante plenius percepiſſent. Itaque rationem magis aptam mihi ſequendam ratus, e prioribus libris excerpta prorſus omittenda ſtatui.* Uſus igitur eſt Leunclavius Henrici Stephani editione Dionis & Xiphilini, & ad marginem emendationes, ut verſionis latinæ, ſic & quasdam græci textus ſcripſit: ex quo exemplo manu ejus notato, ni fallor, Wecheliani heredes Græco-Latinam ad mentem τοῦ μακαρίτου excuderunt. Acceſſerunt vero in hac editione non tantum græcus textus Dionis, & Xiphilini inde a Nerone ad Alexandrum Severum, ſed & in fine voluminis Roberti Stephani caſtigationes in Dionem p. 933. (omiſſis tamen ejusdem variis lectionibus Xiphilini) Guil. Xylandri item in Dionem & Xiphilinum p. 942. & 972. porro Friderici Sylburgii in Xiphilinum notationes p. 975. tum Henrici Stephani in Dionem præfatio, & Spicilegium in Xiphilinum p. 1000. (omiſſis tamen ejusdem emendationibus, Xiphilino, quem inter Scriptores Hiſtoriæ Romanæ vulgaverat, ſubjectis.) Hinc poſt Leunclavii ipſius annotationes p. 1011 — 1048. occurrunt Fulvii Urſini notæ in Eclogas Dionis p. 1048 — 1054. Concluditur opus Indice latino ex priore editione repetito. Forte etiam ipſius Leunclavii ſunt ſumma capita cum conſulibus, hic græce ſimul, ut latine quondam, præmiſſa libris LVIII. & LX. qui libri apud Robertum & Henricum his deſtituuntur, apud Robertum quidem, quoniam ille cum libro LVII. hic cum libro LVIII. coaluerat. Puto nempe, Leunclavium etiam Græca ſuo exemplari adjeciſſe.

§ 7.

Quid Leunclavii opera præſtitum ſit, aut in utraque præſertim poſtuma editione græco-latina deſiderari adhuc poſſit, mox videbimus. Recte vero Wechelii heredes perſpexerunt, Xiphilini lectiones ad Dionem quoque conferendas eſſe; cum ille auctorem ſuum, quantumvis contractum, iisdem pæne verbis exhibeat. Quare & ego hic præterire Xiphilini editiones non poſſum. Is nempe primum ſeparatim græce prodiit ex officina Roberti Stephani, typis Regiis, Lutetiæ 1551. 4. ſubjunctis pauculis variis lectionibus: & ſeparatim latine, Guilielmo Blanco Albienſi interprete, ibidem, eodemque anno & eadem forma, cum indice rerum latino. Blanci ad Georgium Armeniacum Cardinalem epiſtola dedicatoria data eſt Romæ VII. kal. Martias MDL. Vere autem ſcribit Leunclavius in notis p. 1046. *ſæpius animadvertere licet, interpretem Blancum ſuis in libris quædam integriora reperiſſe, quam ea ſint quæ in noſtris leguntur.* Blanci verſionem deinde recognovit Xylander in ſuo Xiphilino, latino Dioni ſubjuncto, Baſileæ 1558. & Lugduni 1559. 8. cum paucis in Xiphilinum annotationibus. Henricus deinde Stephanus inter Scriptores Hiſtoriæ Romanæ

græcos

græcos minores 1564. 8. Xiphilinum græce, & seorsim latine edidit, repetitis Xylandri annotationibus p. 578. sqq. & additis suis in eundem Scriptorem conjecturis p. 610. sqq. Porro idem Xiphilinus græce legitur, addita Blanci versione a Xylandro & Friderico Sylburgio recognita, inter ejusdem Sylburgii Romanæ Historiæ Scriptores græcos minores, Francofurti apud Wechelii heredes 1590. fol. T. III. p. 137 — 452. Usus ille est præter editiones Roberti & Henrici Stephanorum, codice MS. Palatino, & variis lectionibus ab Andrea Schotto missis ex codice Ge. Merulæ, postea Jacobi Hurtadi Mendozæ Illiberitani, & Antonii fratris, hinc Francisci Mendozæ Cardinalis Burgensis, quem contulit Compluti 1582. mense Februario Michaël Lorga Sanssuessanus, (ut disco ex exemplo Xiphilini quod nunc possidet bibliopola Christ. Heroldus) præterea annotationibus, quas Guil. Xylander, & Joachimus Camerarius suis exemplis Xiphilini adscripserant. Suppeditavit etiam David Hœschelius, quæ ab Hieronymo Wolfio & a se ipso in suo exemplari habebat annotata: quibus Sylburgius addidit quæ apud Brodæum, Turnebum, Leopardum, Stephanum, Lipsium aliosque Criticos annotata reperit. Ex his suas annotationes confecit, quas partim textui subjectas interdum, partim & maxime ad calcem, post Xylandrinas p. 913. sqq. legas p. 917 — 944. Sed nec in his annotationibus omnia reperias quæ ad rationem editionis hujus spectant; verum in ipso textu græco passim asterisci comparent, lectionum indices, quarum in annotationibus nulla mentio, sed quas ex dictis codicibus aut ingenio petitas esse index egregius verborum græcus docet. Denique Henricus Stephanus, ut diximus § 5. anno 1592. fol. excudit separatim Xiphilinum cum interpretatione latina Blanci a Xylandro recognita, subjuncto annotationum spicilegio post duos strenuos messores Guil. Xylandrum & Fridericum Sylburgium. Nec repeto nunc, quæ de posterioribus Xiphilini libris a Leunclavio latine editis, suppletis, & illustratis supra jam commemoravi. § 6.

§ 8.

Præter ea subsidia & supplementa, quæ Xiphilinus Dioni suppeditat, inventæ sunt in Sicilia ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν, a Joanne quodam Constantinopolitano collectæ ex Polybio, Dionysio Hal. Diodoro Siculo, Appiano Alex. Dione Cassio, quas Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis misit ad Fulvium Ursinum edendas, qui eas græce produxit in lucem Antwerpiæ ex officina Christophori Plantini 1582. 4. quanquam in titulo tantum *ex libris Polybii Megalopolitani Selecta de legationibus*, ceteros auctores sequenti demum pagina indicans. Dionis quidem Eclogæ a p. 373. & sqq. leguntur LXXXII. quarum XXXVII. priores ex libris XXXIV. prioribus Dionis petitæ sunt, reliquæ ad librum LV. & sequentes supplendos pertinent, quippe qui jam non integri ad nos pervenerunt. Addidit Ursinus numero LXXXIII. fragmenta insignia librorum Dionis LXXIIX. LXXIX. & LXXX. (quanquam Ursinus duos postremos tantum nominet) ex vetustissima membrana, majoribus literis scripta supra mille abhinc annos, tribus in quavis pagina columnis, quarum exterior bibliopegi, ut arbitror, cultro ad medium ubivis resecta erat, sic ut nullam integram sententiam ex mutilatis conficere se posse sperans Ursinus, dimidiatas columnas prorsus omiserit, & lacunas asterisci notarit. Hanc membranam nunc Vaticanæ esse Bibliothecæ, & a Falcone adhibitam & quodammodo suppletam, mox dicemus, in Apparatu vero etiam specimen ejus codicis ex epistola Eminentissimi Cardinalis Quirini exhibebimus. Ursinus suæ editioni notas, ut in ceteras Eclogas, sic in Dionis etiam subjunxit p. 136 — 148. Eclogæ autem istæ, quæ in Ursini codice a Joanne quodam Constantinopolitano collectæ dicebantur, in Sylburgii codice, quem Leunclavius adhibuit, Theodosio cuidam parvo tribuuntur, quanquam ceteroqui plane eædem sint. Sunt autem pars excerptorum Constantini Augusti Porphyrogenetæ, quæ jussu ejus ex variis scriptoribus collectæ sunt a variis; de quibus in Apparatu nostro pluribus agetur. Inseruit eas jam suæ editioni Dionis latinæ Leunclavius, & ad calcem ejus etiam græce exhibuit, unde & junctim græco-latine leguntur in postuma editione; sed minus commode institutum est, quod hæc fragmenta utrobique non cum ceteris Dionis apte coagmentata sint, sed sejuncta legantur, sic ut non minus contracta verba Dionis, quam deinde seorsim pleniora videas, interdum & cumulata velut scopas, aliud, & rursus aliud, aut tertio, quarto, quinto aliud, sine ullo nexu invenias.

§ 9.

§ 9.

Hactenus editiones Dionis. Videamus nunc de acceſſionibus recentioribus. Ex eo tempore Henricus Valeſius, vir eruditiſſimus, *Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damaſceni, Dionyſii Halic. Appiani Alex. Dionis & Joannis Antiocheni Excerpta ex Collectaneis Conſtantini Auguſti Porphyrogenetæ*, græce & latine edidit notisque illuſtravit, Pariſiis 1634. 4. uſus codice, qui ex inſula Cypro Lutetiam advectus, erat penes Illuſtrem Virum Nicolaum Fabricium Peireſcium; unde Excerpta Peireſciana vocari ſolent, & a me brevitatis cauſa hoc titulo indicantur: in ipſo autem codice περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας inſcribuntur. Sunt in iis inſignes reliquiæ librorum Dionis XXXIV. priorum, qui perierant, p. 568 — 662. tum aliæ librorum LV — LXXX. quorum compendia tantum habebamus, p. 662 — 769. His ſubjecit Valeſius fragmenta priorum librorum Dionis, ſuo ſtudio collecta ex variis auctoribus, Gloſſariis, Cedreno, Tzetze, Zonara, Suida, ſine verſione latina. p. 770 — 777. Annotationes in hæc Dionis, multa lectu digniſſima continentes, reperiuntur inter ceteras reliquorum Excerptorum p. 80 — 114.

Quadraginta annis poſt Valeſium, vir non vulgariter doctus Jacobus Gronovius novam Dioni opem tulit. Nam in illis ipſis libris, qui ſine magna deminutione noſtram ætatem attigiſſe videbantur, multa erant loca hiatum relinquentia; quoniam librarii ſecuriores, inter deſcribendum, a vocabulo unius verſus ad idem vel ſimile vocabulum ſequentis verſus transſilierant, intermediis neglectis. In quo genere vitii jam ſagacitate interdum opus eſt, ut deeſſe omnino aliquid ſentias; plus eſt, divinare quodammodo ſententiam verborum quibus fraudati ſumus; ipſa autem verba ex ingenio reſtituere, ſupra hominem eſt; & qui minus feliciter hic verſati ſunt, magis quod voluerint, quam quod non potuerint aſſequi, reprehendendi videntur. Una membrana vetus plus valet, quam ſi omnes ingenii nervos intendas. Quo major laudato Gronovio habenda eſt gratia, quod ex itinere Italico retulit & publici juris fecit *Supplementa lacunarum in Aenea Tactico, Dione Caſſio & Arriano de expeditione Alexandri.* Lugduni Bat. apud Danielem de Gaesbeek 1675. 8. Hic enim plurimi Dionis hiatus feliciter expleti leguntur p. 41 — 159. plerique ex codice membranaceo præſtantiſſimo, ad libri L. Dionis initium pertingentes. Pauca quædam addita ſunt ex altero codice Mediceo papiraceo p. 139. ſqq.

In extremis tribus libris, quanquam reſtauratis quodammodo ope Urſini, mutilati tamen corporis cicatrices ſupererant, ut modo diximus. § 8. Neque tamen rem adeo deſperatam credidit Nicolaus Carminius Falco, Presbyter & Juris utriusque ac Theologiæ Doctor, tunc Protonotarius Apoſtolicus, nunc Metropolita eccleſiæ S. Severinæ in Brutiis ulterioribus, quin ſanitas & integritas vulneratis poſſit reddi. Hinc aſſumto rurſus Urſini codice, in Vaticanam Bibliothecam delato, cum cetera rurſus edidit, tum dimidiatos cultro verſus, ſenſum vel ſuſpenſum vel nullum relinquentes, quos omnino præterierat Urſinus, partim explevit, partim certe laceratos exhibuit, ſub titulo: *Caſſii Dionis Romanæ Hiſtoriæ ultimi libri tres reperti reſtitutique* Romæ 1724. 4. ex typographia Chracas prope S. Marcum in via curſus. Liberalius ille quidem repertos a ſe & reſtitutos dictitat, ſiquidem ab Eminentiſſimo Cardinali in epiſtola altera publice ad me data, ſatis demonſtratum eſt, nihil hic reſtitutum exhiberi, quod non vel Urſinus jam vulgaſſet, vel apud Xiphilinum, aut in Excerptis Peireſcianis, vel in Eclogis legationum productum in lucem legiſſemus. Reliqua enim ſunt adhuc ſcopæ diſſolutæ, in quibus ingenium forte hic illic experiri quis poſſit, & quædam non ſine ſpecie divinare; ſed quoniam hiſtoria eorum temporum a nemine alio minutim tradita reperitur, vereor ut facta remotiſſimæ ætatis ex tam tenuibus indiciis fingendo erui, & continens veræ hiſtoriæ filum confici unquam poſſit. Imo ſunt qui dubitant, hac ipſa membrana Urſini, extremos Dionis libros integros & ſine deminutione exſcriptos contineri, cum veri non ſit ſimile, tam breviter & perfunctorie Dionem res geſtas ſuorum temporum voluiſſe attingere: nec deſunt tamen, quæ in contrarium dici poſſint. Interim laudanda eſt Falconis diligentia, quatenus eorum quæ jam habebamus lectiones ex Vaticano iſto codice ſeu confirmavit ſeu emendavit, ſimulque qui & quanti hiatus inter ſingula intercedant, oſtendit, imo ne teſſerulas quidem minutas, muſivi quondam operis compoſti reliquias, perire paſſus eſt, ingenioque exercendo materiam ſuppeditavit.

§ 10.

Hæ igitur acceſſiones, licet majoris aliæ, aliæ minoris momenti, univerſim tamen ſatis dignæ videbuntur, cur de nova Dionis editione cogitatum ſit. Sed & alia reliquerat ſuperiorum induſtria editorum, quæ addi poſſent aut emendari.

I. Nam ex unico tantum codice, eoque mendoſo admodum, omnes fluxerant editiones: unde *Dio Caſſius, auctor denſis ſi quisquam alius mendis obſitus* audit peritiſſimo Kühnio ad Pollucem I. 94. not. 37. Gratia ſane magna habenda eſt ingenio exercitato; verumtamen paucæ ſunt ex hoc fonte emendationes, quæ nihil omnino dubitationis relinquant. *Plures* igitur *codices MSS.* certiori antiquitatis documento, circumſpiciendi reſtabant.

II. *Xiphilinus* quidem & *Zonaras*, qui Dionis hiſtoriam redegerunt ad pauciora, erant jam a Xylandro & Leunclavio in multis locis cum Dione collati; ſed longe plura ex Epitomatoribus iſtis, una continua lectione collatis, emaculando & ſupplendo Dioni peti potuiſſent; *Xiphilino* maxime, qui ipſa Dionis verba plerumque retinet, & ubi id facit, inſtar vetuſti codicis habendus eſt. Idem ſuo modo de *Suida* judicium eſto, in quo ſunt loca Dionis, cum alia dudum obſervata, tum nonnulla nondum animadverſa viris doctis. Eſt ubi *Zonaras* etiam, cum judicio tractatus, imo & *Cedrenus* ferre opis aliquid amplius poſſint.

III. Jam & ipſæ editiones Dionis poſteriores abire, ut fit, a prima, adeoque a codice MS. coeperant. Henrici quidem Stephani in multis de induſtria, nec male poſitis calculis; ſed in nonnullis tamen ex mera negligentia typothetæ, vel ex præpoſtera criſi, ut ſupra demonſtravimus. §3. Wechelii vero heredes adeo non correxerunt hæc, quippe Robertinam editionem, non magis quam Leunclavius ipſe, conſulentes, ut innumeris potius mendis novis Dionem fœdaverint. Mitto vitia cetera hic commiſſa; tantum quid omittendo vocabula & verſus integros peccatum ſit, indicabo: partim quia id a nemine, quod miror, animadverſum adhuc eſt; partim, cum eorum in variis meis lectionibus nullum fecerim indicium, ne quis Leunclavianam forte cum noſtra conferens editionem, temere quædam a me inſerta putet; partim denique, ne corrigendi operas typographicas laborem, ſi præſentes editioni adſint, adeo dedignentur aut infra ſe putent viri eruditi; qui quantumcunque errorum, ope codicum MSS. itemque ingenio & ſtudio ſuo, ex auctore vetere ſuſtulerint, tantundem, imo plus multo, & plenis quaſi plauſtris, in eundem a typographis ſuis, ni caveant, invehi, nunc facilius perſuaderi ſibi patientur. Profecto, ſi indignum non exiſtimant ſua quam profitentur Critici arte & perſona, antiquas membranas multo labore vel etiam ſumptu cum editis conferre, aut veteres etiam editiones cum recentibus diligenter contendere, non video cur eandem induſtriam in ſua ipſorum, quam vel maxime expoliverant, editione adhibendam, velut alienam ab homine erudito, aſpernentur, fructumque adeo privati ſtudii publice ſinant perire. Sed redeo ad Dionem. Quæ nimirum hic uncis incluſa videbis, ea in poſtuma editione Leunclaviana omiſſa eſſe exiſtimabis, intelligesque, niſi hæc cum aliis diligenti collatione inventa & ſublata fuiſſent, aut ſi eadem porro ſecuritate in præſenti editione voluiſſem verſari, futurum, ut in nova editione veterum lacunæ & errores novis etiam pluribus lacunis & erroribus cumularentur.

Pagina 5 A [ὁ] Μιθριδάτης
6 D ἐπικουρίαν [αἰτήσας] οὐκ ἔτυχε
10 A ἀδεῶς [ὡς] γε
11 fin. καὶ [τοι] κομιδῇ νέος
21 A [καὶ] τὸν Πομπήϊον
22 B πέμπει [τὸν] Μιθροφάνη
25 C ἐς [τὸν] Καππαδοκικὸν νομὸν
28 tit. [τὸ τριακοστὸν] ἕβδομον βιβλίον
31 [τοῖς] πρέσβεσιν ἐλάλησε
37 D ἐς τοὺς [ἀστέρας τοὺς] ἑπτὰ
38 A ἐφόρους [σφῶν] θεοὺς
64 C περὶ [τοὺς] συμμάχους
73 E ἐγὼ [μὲν] γὰρ οὐχ ὁρῶ
75 C πάνυ μὲν [τὰ] ἐναντία
D πάνυ [τ'] ἀγαθὰ
77 A ἂν δὲ δὴ [καὶ] τοῖς
D ἂν δὲ δὴ τήν [τε] κάθοδον
91 B καὶ [τοῖς] νόμοις

Pagina 95 init. τραλλιω [τῶν οἱ μὲν παρέμενον οἷα μὴ]
97 init. [τήν τε ἄδηλον] οὐσίαν
113 C ὥστε καὶ [τὰ] τοιαῦτα
118 A ἄδηλως [τε] καὶ ἐν τῇ ἀπουσίᾳ
119 B ἐν ᾧ [δὲ] ταῦτ' ἐγίγνετο
133 D [καὶ] ἐς τοὺς πολ.
137 D καὶ [πολλάκις καὶ] πρὸς αὐτὸ
145 A ὑπὸ [τοῦ] πλήθους
146 A τοῦτον γὰρ [τὸν λόγον] τὸν νῦν
148 A διὰ [τὴν] τῶν λόγων δύναμιν
150 E [καὶ] τὸ σῶμα
152 A τεσσαρακοστῷ [πρώτῳ]
157 A ἅτε [καὶ] βαρβαρικοῦ
D ἅτε ἐν τοῖς τοιούτοις [ὄντες]
168 B πῶς [δ'] οὐ χέτλιον
169 A πεισαρχεῖν [τε] ἀπροφασίστως
171 B καλὰ [τοῦ] δεσπότου
173 C ὅτι [τὸν] νόμον

Pagina 175 A ὁ κλύδων [δεινῶς] σφᾶς
180 C κῆδός τέ [πολε] συναψάμενοι
D πρὸς ἑαυτὴν [ἅμα] κινδυνεύειν
184 tit. ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ [δευτέρῳ]
ibid. [ὡς ἐτασίασαν οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀποδημίαν]
205 D [ὑπήκοον αὐτὴν τῶν Ῥωμαίων ἐποιήσατο]
211 B ἐπ' ἐξόδῳ [αὐτοῦ]
216 B ἐκεῖνοι μὲν γὰρ [καὶ]
231 C δῶδες [αἱ] πρὸς τὰς δυσμ.
234 D πάσαις [ταῖς] πανηγύρεσιν
239 B καταστευὴν [αὐτοῦ πολλὴν] ἐπ.
243 A [καὶ] διὰ βίου
ἱερόσυλός τε [καὶ] ἐν τῷ
248 D πάντα [τὰ] πρὸς
257 E τόν [τε] Ὀκταουίου
265 B [τὰ δὲ ὑποπλεύοντα]
279 A ἐν ᾧ [ἡ] ναυμαχία
B οὔτε γὰρ [ἐν] δυνατείᾳ
280 B ἀρχὴν [τὴν] ἐκ τοῦ κλ.
E [οὔτε ἐθέτας] οὔτε προορωμένους
ib. ἐφ' ὑμᾶς [αὐτοὺς]
282 C ὄνομα [τὸ] τοῦ δικτ.
285 A αὐτῇ [τῇ] ὄψει
286 C τὴν [τοῦ] δικτάτωρος
292 E καὶ [τόν τε] Δέκιμον
296 D τὴν [τοῦ] Ἀντωνίου
312 B πανηγύρεις [τὰς] ἐν τῷ καιρῷ
315 C Ἀντώνιον [αὖθις] ἀπεκλ.
326 E [τοῦ] Ἀντωνίου
329 A οἷα [οὐκ] ἐκ προν.
330 A ἑνός [τινος] ἀνταξίος
B αὐτοῖς [τοῖς] τε φίλοις
D ἀρχαῖς [ταῖς] τε ἡγεμονίαις
331 D τῆς [χειρὸς τῆς] δεξιᾶς
334 C καὶ ἔργοις [καὶ λόγοις]
336 A πρὸς [τὸ] ἐπιθύμημα
345 A τὸν [τῶν] Λαοδικέων
352 A τοῦτο [τότε] ἐπὶ
354 B ἐν [τῇ] ὑποσροφῇ
356 B [οἱ] μὲν πλείους
361 C τοῦ [τε] κόλπου
D οἱ [μὲν] γὰρ
362 B ἄλλων [τῶν] ἐπιληδείως
D [ἐν] πάσαις
363 C [καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τοῦτο μὲν πολλὰ καὶ ὅσα]
364 D οὔτε [ὁ Σερουίλιος] ὁ ὕπατος
365 B χρονίου δὲ [δὴ]
367 D τῷ δὲ [δὴ] ναυτικῷ
372 E καὶ [οἱ] ἐπιχώριοι
373 D ἰδὼν δὲ [δὴ] τὰ ἄλλα
375 B [καὶ] κατεφόνευσεν
D [ἢ] καὶ πλεῖον
378 A καὶ [τὴν] τῶν ὑπάτων
C [διὰ] τῶν ἑταίρων
E ἔκ τε [τῆς οὐσίας] τῆς πατρῴας
382 D [τοῖς] ὑποσρατηγοῦσι
384 B τὸν αὐτὸν [τοῦτον] χρόνον
385 E [ἐν] τῷ Ῥηγίῳ
386 D [τὰς] ναῦς
387 E ἐγίγνετο μὲν [γὰρ]
392 E δοῦλοι [δοῦν] τὸ μὲν
396 E καὶ [οὐκ] εὐθὺς
398 E ὁ μὲν ταὐτά [τε]
403 D καὶ [τὰ] στρατόπεδα
404 B καιά τε [τοῦ] πρανοῦς
411 A ἔλεγχος [αὐτῶν]

Pagina 428 E ἐκ [τοῦ] φανεροῦ
430 A αὐτὸ [τὸ] ὕψος
444 E τοῖς [πάνυ] φίλοις
451 E τὴν [χάριν ἐς τὴν] τοῦ παρόντος
453 B τῶν σπαργάνων [αὐτῶν]
463 A οὐχ ὅτι [τι] κακὸν
E καὶ [ὑπὲρ] τῆς Μακεδ.
464 A ἔν τε [τῇ] βασ.
465 D [μὴ] καλῶς χρῆσθαι
468 D τῇ δὲ [δὴ] παραιρέσει
469 C δέομαί [σοι] σαφῶς
470 D [πράγματα ἔχουσι· καὶ οἱ συχνὰ κεκλημένοι]
474 D πολλὰ [καὶ] τῶν ἠπείρων
475 E ὑφ' ἧς [εἰς] τὰ πράγματα
486 B χωρὶς [τοῦ] σοῦ φθόνου
C κρείττω τε γὰρ [καὶ] ὑψηλ.
487 A τῶν [τῷ] δημοσίῳ προσηκόντων
488 A τάς τε [τῶν] ἰδιωτῶν
494 A ἀπ' αὐτῶν [τῶν] ἔργων
504 C τοὺς [δύο τοὺς] ὑπολευκότας
506 D ἢ [ὁ] αὐτοκράτωρ
ibid. ἐν τῇ ἀνακομιδῇ [μὴ] ἐγχρον.
513 A ἄν γέ [τι] τοιοῦτον
516 E ἔς τε [τὰ] σκέλη
ibid. χωρὶς [ἢ] εἴ τις
519 C τοῦ [θανάτου τοῦ] Μαρκέλλου
521 A τῷ [δ'] ἐπιγενομένῳ ἔτει
ibid. ὑπὸ [τοῦ] λιμοῦ
C ἄλλως [σφᾶς] ἐπιχεῖν
525 A γαμβρόν [σου] γενέσθαι
532 A παραινεῖν [καὶ] κελεύειν
533 B αὖθις [ὁ] Ἀγρίππας
536 E καὶ γὰρ [ἐξ] ἀπελευθέρων
542 A [καὶ] πᾶσαν αὐτῷ
548 D ὑπὸ τὸν θάνατον [αὐτοῦ]
555 B καὶ αὐτῇ [καὶ] ἡ Σκριβωνία
563 C τὴν πόλιν [ἐπὶ] ἑπτὰ ἡμέρας
565 D χρήματα [καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ] καὶ
572 c.4. ἡ Λιουΐας [σοὶ]
575 C ὅτι ἓν [πρὸς ἓν] ἐξεταζόμενα
576 E θηρίων [τῶν] ἀγριωτάτων
578 A ἐν τῷ [τῶν] πολιτῶν ὀνόματι
B πάντα τε ἐκ [τοῦ] ἴσου
579 D ἐκεῖνοι [μὲν] οὐ χαλεπῶς
E τοῦ Βάτωνος [ἄλλη καὶ] ἄλλη
ibid. τό τε [γὰρ] Φρούριον
583 B αὐτοῖς [τε] ταραττομένοις
587 B τῇ [τοῦ] Κελτικοῦ
E οὐσίαν [ὑπὲρ δώδεκα καὶ ἡμίσειαν] μυρ.
594 D μηδὲν [μηδὲ] τούτους
599 C καὶ [οἱ πλείους καὶ] οἱ
603 C ἤδη δὲ [καὶ] ὅτι
ibid. ἐν [τῇ] Ἰταλίᾳ ὄντας
D [ὡς] καὶ ἰδιωτεύσων
608 A τοιαύτην [ἐφ'] ἑαυτῷ
613 C καί πη [καὶ] προσεοικὼς
E τοὺς [τὰ] τοιαῦτα ἀκριβ.
624 C [οἱ] οἰκέται αὐτοῦ
626 E καὶ [τὴν] ἐπιστολήν
628 C τῷ [τοῦ] Κλαυδίου υἱεῖ
629 A ἀλλ' οὐ [διὰ] Τιβέριον
635 C πρότερον [γὰρ] καίπερ μισῶν
639 fin. Ἀκερρωνίου [καὶ] Πονλίου
653 E ἐν ᾧ [ἡ] γέφυρα
664 init. φύλακας [ἐκασταχόσε] τῆς πόλεως
667 D ὑπό τε [τοῦ] Γαΐου

IV. Quis vero dubitet, ſi vel maxime a vitiis typographicis ſuperiorum editionum diſceſſeris, reſtare adhuc *errata librariorum plurima*, quæ nondum præclara iſta ingenia Roberti, Xylandri, Henrici,

Наукова бібліотека
ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО
УНІВЕРСИТЕТУ
імені І. І. МЕЧНИКОВА

ci, Leunclavii perviderint, vel minus commode ſanarint, ut de locis fruſtra ſollicitatis non dicam. Nam ubi plurimis Scriptor obſitus eſt mendis, obvia primum & craſſiora ſolent in oculos incurrere, alia & minus aperta in tanta multitudine ſe ſubducere, curis poſteriorum reſervata. De Dione hoc in primis Caſaubonus ad Sueton. Cæſ. c. 20. *Sunt alia prope infinita ſcitu digniſſima, quæ in ejus auctoris* (Dionis) *Græcis verbis latent, vel corruptis vel male hactenus expoſitis.* Et ſane Caſaubonus ipſe, tum & Lipſius, Salmaſius, Palmerius, aliique etiam recentiores, poſt Leunclavium, Viri ab ingenio & lectione veterum inſtructi, ſuis in ſcriptis loca Dionis bene multa in mendo adhuc cubantia tentarunt, repurgarunt, interpretati ſunt; nec parce audaciores interdum Leunclavii conjecturas reprehenderunt. Quorum caſtigationes diſperſas colligere, & ad Dionem conferre, ipſique textui una cum lectionibus codicum MSS. ſubſternere, aut ſobrie examinatas & probatas adhibere, erat operæ pretium: imo calcare tantorum virorum veſtigia, & ingenii limam in ea quæ adhuc latuerunt vitia intendere. Neque enim fieri poterat, quin eorum præſertim acies, qui obiter tantum & aliud agendo in Dionem dejecerant oculos, illi qui rem ex inſtituto & addicta quaſi opera tractaret, haud pauca reliquiſſet. Stultus vero hic eſſem, qui aliorum inventis utor, ſi quod non perſpexerint omnia, acerbius reprehenderem, cum & ipſe, ut ſunt humana, poſterorum additamentis fecerim locum: aut ſi, cum recte ſuperiores & præclare multa monuerint, his tacitis & quaſi oblivioni traditis, in eorum unice peccata inveherer, qui me ab errore non immunem eſſe ſcio. Laboramus in commune, addimus parum parvo ſinguli: laudandi viri præſtantes doctrina & ingenio, qui ante nos ſcripſerunt, quod nonnulla, quod multa, ſcite & vere promoverint, non proſcindendi ſunt conviciis, quod nec omnia, nec feliciter juxta perfecerint.

V. Inclementius itaque non tantum de emendationibus, ſed & *interpretatione latina* Leunclavii Iſaacus Caſaubonus ad Marquardum Freherum, miſſo Suetonio ſuo, ſcribit epiſtola 994. *Ego, ſi quis alius, gloriæ τοῦ μακαρίτου* (Leunclavii) *illius faveo, favebo: quod propterea teſtari apud te volui, ne te fortaſſe moveret, quod toties in animadverſionibus ad Suetonium Dionem illius carpo. Feci id ea libertate, quam puto omnibus deberi, qui has literas tractant: cupioque idem fieri in me, ſed eodem animo. Enimvero non queo diſſimulare, virum eruditiſſimum ſic verſatum eſſe in eo auctore, ut Leunclavium equidem non agnoſcam; ita multa craſſa, fœda, ingentia hominis peccata: jures, ſi illum aliunde non noris, neque linguæ Græcæ neque Latinæ, neque hiſtoriæ Romanæ neque Juris ullam λόγου ἀξίαν habuiſſe eum cognitionem.* Quid? potuitne ſtomachum Caſaubono tantopere movere ſilentium Leunclavii ad ejus epiſtolam? de quo in eadem ad Freherum: *Mihi vero cum illo nulla notitia interceſſit, ut privatæ amicitiæ rationem habere debuerim. Quin memini ſcripſiſſe me ad illum literas aliquando non minus honorificas, quam ſi ad principem aliquem noſtrarum artium, imo omnis eruditionis ſcriberem: eas fuiſſe illi redditas, & quidem, ſi memini, ope tua, habeo pro comperto. Ipſe tamen reſpondere laceſſitus inſuper habuit.* Itane vero ille princeps bonarum artium imo omnis eruditionis, nunc poſtquam non reſpondit laceſſitus, derepente videri potuit neque linguæ Græcæ neque Latinæ, neque hiſtoriæ Romanæ neque Juris ullam λόγου ἀξίαν habuiſſe cognitionem? Huetius quidem benignius de eo ſenſit, & inter clariſſimos eum interpretes retulit, ac primo quaſi loco ponendum cenſuit. Mihi quoque neque negandum neque tacendum videtur, plurima a Leunclavio in Græcis juxta ac interpretatione Latina callide & perite emendata eſſe; ut magis mirer, quomodo tam brevi tempore tantum lima ſua polire, quam quod impolita relinquere quædam, vel errati aliquid admittere potuerit. Nam viſa & lecta demum Henrici editione anno 1591. vulgata, Dionem edere ſtatuit, & anno ſequenti 1592. edidit, mortuus paulo poſt menſe Junio anni 1593. Potiſſima igitur mihi ratio erratorum Leunclavii ſita videtur in præcipiti & feſtinato ex æmulatione conſilio, Dionem denuo poſt Henricum edendi: cui accedere forte potuit confidentia quædam ſui ex longa exercitatione in his ſtudiis, tum & opinio iſta, qua ſcriptorem hiſtoricum levi brachio a ſe tractari poſſe opinatus eſt. Interim hoc mihi dictum putavi a Caſaubono & aliis præter eundem viris doctis, quibus latina Leunclavii interpretatio neutiquam ſatisfecit, ut diligentius ad ea loca, quæ negligenter adhuc habita fuerant, attendendum putarem.

VI. Poſt accurationem verborum Dionis & ſubjectæ illis ſententiæ, *res* quoque *geſtæ* ab eo traditæ animadverſionem requirere videbantur. Nam & ex aliis hiſtoriæ ſcriptoribus, qui eadem tradiderant,

tradiderant, plenius & explicatius non pauca ſiſti juvabat: & varietatem ac diſſenſum narrantium annotari: vel cum Dio in multis hallucinatus a vero aberraſſet, reprehendi ſcriptorem, ne incautos in fraudem induceret: denique cum & plurima ſcitu digniſſima, nec a quoquam veterum memoriæ prodita contineat, quæ ſine monitore obiter forte & absque fructu legerentur, hæc ipſa ſignatius denotari & uberius explicari: verbo, quod ceteris Hiſtoricis, etiam Græcis, Herodoto, Straboni, Thucydidi, Diodoro Siculo, aliisque, præſtitum eſt a Viris Doctis, ut annotationes, rerum quoque memorabilium explicationem continentes, ſubjicerentur.

VII. Denique ad uſum cum verborum tum rerum, *Index* non tantum *latinus* multo copioſior, ſed in primis *græcus* in Scriptorem attice diſertum conficiendus reſtabat: ut alia nunc ad majorem ornatum facientia omittam.

§ 11.

Hanc animo deſcriptam imaginem novæ editionis ut pro facultate perficerem, *Fragmenta* priorum Dionis XXXIV. librorum, qui dudum perierant, recens detecta & collecta, reliquo corpori non poſtponenda ſtatui cum Leunclavio, ſed præmittenda, ſicut ordo ipſe librorum & temporum flagitare videbatur. Ea autem fragmenta in tres diſtribui claſſes. Prima appello *Valeſiana*, quoniam Valeſius ea ſuo ſtudio collegit. Neque vero licuit eadem ceteris infercire & admiſcere: quoniam non ab uno aliquo ex continua Dionis hiſtoria, neque ordine & ipſis ſemper verbis auctoris, ſed a variis, idque liberius interdum excerpta ſunt. Media *Peireſciana* dico, quippe quæ ex Excerptis Peireſcianis, ſeu codice Collectaneorum Conſtantini Porphyrogenetæ, cujus partem Peireſcius poſſidebat, a Valeſio primum vulgata fuerant. vide § 9. Tertia claſſis continet *Urſiniana* XXXVII, quæ nempe Fulvius Urſinus in ſelectis legationum ex codice Siculo primum produxerat in lucem, & Leunclavius Sylburgii codice adjutus repetierat, ut ſupra commemoravimus. § 5. & 8. Primæ claſſi verſionem Latinam egomet addidi, quia id Valeſius facere neglexerat: ſecundam vertit Valeſius, tertiam Leunclavius; niſi quod utriusque verſionem aliquot in locis reformandam cenſui. Subjeci varias lectiones nonnullas, vel emendationes græci textus. Annotationes in primam & ſecundam claſſem ſunt potiſſimum a Valeſio, variæ eruditionis plenæ, quibus loca auctorum diligentius citata per parentheſin addidiſſe me non pœnitet: in tertiam ab Urſino ſunt & Leunclavio: meas tamen nonnullas per omnes claſſes interpoſui, hoc ipſo facile diſtinguendas a ceteris, quod nullum in fine nomen auctoris prodant. Addidi etiam cuilibet fragmento in margine verſionis latinæ annos U. C. nempe ex computo Varronis, quem Dio ſequitur; græco autem margini adſcripſi paginas editionis Valeſianæ; deinde autem Urſinianis ſingulis numeros fragmentorum, qui ſunt apud ipſum Urſinum, præmiſi literis græcis; ad facilitatem conferendi primas editiones. Ceterum numeri Romani fragmentorum per omnes tres claſſes in noſtra editione continui ſunt, quo commodius citari poſſent. Antequam vero ad libros Dionis, qui ſuperſunt, progrederer, numero CLXXVIII. unum ex Xiphilino fragmentum, quod ſtatim initio legitur, addere placuit: quia apud Dionem, quatenus hodie ſupereſt, non reperitur, & nexum tamen conciliat inter poſtremum Urſini fragmentum de bello Cretico Conſuli mandato A. U. C. 685. & inter reliquias libri XXXV. quæ initio ſtatim de Luculli contra Mithridatem ac Tigranem rebus geſtis loquuntur eodem A. U. C. 685. Nam Xiphilini illud laudatum fragmentum ad utrumque bellum, & Creticum & Mithridaticum, pertinet, avulſumque, aut ſi mavis contractum eſt ex eodem libro Dionis, qui nunc ex ſervatis primus eſt. Neque vero cauſam vidi ullam, cur partem tantum fragmenti Xiphilini de Cretico Metelli bello Dioni adſcriberem, alteram de Lucullo minime Dioniam putarem cum Leunclavio; præſertim cum ipſe Dio hunc locum, qui occaſione belli Mithridatici naphtham deſcribit, poſtea p. 855. C. tanquam ſuum laudet. Poteram aliquid Spicilegii fragmentorum Dionis ſubtexere; ſed quoniam præter hæc quæ jam collecta habebam, plura cum tempore mihi poſſent occurrere, malui hæc omnia quæ fortuna mihi adjectura eſſet, junctim in fine librorum Dionis exhibere.

§ 12.

Præterire vero hic ſilentio non poſſum, quid ſentiam de VIII. fragmentis, quæ ad verbum petita ex Plutarchi Sulla, ſub Dionis nomine leguntur num. CXXI — CXXIV. inter Peireſciana, & num. CLXXIII — CLXXVI. inter Urſiniana; præcipue quod magni ſuo merito nominis

vir Henricus Valeſius Dionem propterea inter *furaces ac plagiarios Græcos* adſcribit. Ita enim ille ad fragmentum CXXI. §. 165. noſtræ editionis: τῶν ἔργων *legendum ex Plutarcho in Sulla, ex quo hæc & ſequentia quatuor capita* (tria debebat dicere) *ad verbum transſcripſit Dio. Sed & caput* 34. *&* 37. *Legationum* (imo & 35. & 36.) *ex Dionis hiſtoria excerptarum, ſimiliter exſcripta ſunt ex ejusdem Plutarchi Sulla. Adeo furaces & plagiarii Græci fere omnes deprehenduntur.* Nollem equidem hæc Viro egregio excidiſſent, qui facile poterat perſpicere, tam humile & fœdum crimen prorſus abhorrere a Dionis perſona & facultate, imo a reliqua omni ratione hujus hiſtoriæ. Valeſii vero auctoritate abuſus editor nuperus *Dionis detecti & reſtituti*, licentiam ſibi datam credidit, amplius in famam Dionis ipſumque Plutarchum graſſandi. Dedit enim nobis ſub *Q. Caſſii Dionis* nomine (quod ubique eſt in ſumma pagina) poſt Dionyſii Halicarnaſſei quædam de primordiis Italiæ, integros fere libros Plutarchi, Romulum, Numam, Poplicolam, Camillum, cum ipſa verſione jam edita de verbo ad verbum (ſi pauciſſima excipias) transſcriptos: quibus deinde eodem modo, ſub eodem Dionis nomine, additur Zonaras a pagina 323 — 471. editionis Cangii. Iique ſunt Dionis, ut ait, libri XXI. priores reſtituti, quos adhuc deperditos credebamus. Noli mirari. Ut Dionis compilator Zonaras, ſic Plutarchi Dio fuit. Audi noſtrum p. 9. *Quæ ab* Ἀμυλίου *ſequuntur, ex Plutarchi Romulo & Numa transſcripſit Dio.* Pergit p. 63. *Ex Plutarchi Numa etiam hoc initium quinti libri mutuatum conſarcinaſſe Dionem, indubium eſt.* Iterum p. 64. *Ampliſſimum latifundium in Plutarchi Romulo & Numa reperit Dio noſter, & hinc non mirum, ſi deinceps, ubi hoc ſidere deſtituitur, ſit exilis & brevior & non adeo corpulentus & ſucciplenus.* Rurſus p. 101. *Hinc a Dione Plutarchus exſcribi deſiit — Zonaræ itaque textu Dionio ſed valde elumbi deinceps utimur.* Denique p. 120. *Cum hic a Dione iterum Plutarchum in Camillo reſcribi deprehenderimus: non abs re fuerit indicare lectori, ut primo carptim Dio Plutarchi ſcrinia compilet, deinceps vero effuſo calamo exſcribat.* Scilicet hoc eſt magnum εὕρημα iſtud, Dionis inventi & reſtituendi, quod diu promiſſum, per XXIV. annos, *ſacro* ſibi interea *ſilentio indicto*, preſſit auctor, ut ne quis alius præriperet ſibi gloriam hanc, ſed ut ab ipſo haberemus tandem Dionem compilatorem ſcriniorum Plutarchi, partim corpulentum & ſucciplenum, partim exilem & elumbem. Atqui is ſi Dio fuit, hoc unum, pace reſtauratoris, mirari fas erit, quomodo tam infans & brutus ſcriptor lectores & laudatores ſuos invenerit apud veteres, aut hodie ſit inventurus? an quod illi Plutarchum nunquam legiſſent? an quod nos eundem cum Zonara non teneamus? Mihi certe, qui utrumque Scriptorem præ manibus habeo, ſuffecerat, ſi tribus verbis dixiſſet reſtitutor: *lege Plutarchi Romulum, Numam, Poplicolam, Camillum: lege Zonaram p.* 323 — 471. *& habebis Dionem a me reſtituendum.* Nolo inquam: ſi is Dio eſt, truncus eſt, ſtipes eſt: quæſo per omnia ſacra Muſarum, ne reſtituas ſub notato a Te & falſo nomine, quod ſub vero & laudato Plutarchi nomine dudum legimus. Verum actum jam eſt de Dione: detegendum tamen fuit plagium. Cujus autem? Equidem Dionis famæ ne ſic quidem metuo; eſt autem cauſæ aliquantulum cur verear, ne tam fœdæ & ſervilis compilationis culpa a Dione in nuperum reſtauratorem recidat. Qui, ſi me audiſſet, poterat & Dionis & ſuo nomini parcere; imo, per Deum, Xylandri etiam, *cui Lutherano mortem contigiſſe* ait *ex morbo a nimio vino & ſtudii aſſiduitate;* Proleg. C. V. §9. imo Leunclavii, Jac. Gronovii, Fabricii, plurimorumque ſummorum virorum. Quanquam mihi quidem in eo beneficium præſtitit, quod omni conatu hoc & ſtudio ſuo id egerit, ut ne iniquius olim de futuro ejus labore ex præſtitis auguratus eſſe, videri temere poſſim. Sed tentabo iterum, num quid recte poſſim conjicere. Mihi videtur reſtaurator in hoc ſpecimine librorum XXI. velle ſubſiſtere; reliquos XXII — XXXV. non daturus. Eo enim jam ventum eſt, ut compilator compilatorem deſtituat. Exilis ille & elumbis Zonaras, qui Dionem porro, ut ille Plutarchum exſcripſit, ea pagina ad quam ventum eſt, ipſe queritur, inde a bello Punico tertio usque ad Pompejum non habere ſe quod memoret, ſed totum illud temporis ſpatium non quidem negligentia, ſed penuria librorum prætermittere, quos cum ſæpe quæſierit, invenire tamen non potuerit, ſeu vetuſtate amiſſos, ſeu minus diligenter quæſitos ab iis, quibus hoc datum fuerit negotium. Atqui ſi vel Dionem, de his temporibus referentem, Zonaras habuiſſet, non ceſſaſſet, ſat ſcio, hunc ipſum porro expilare. Quodſi ergo Zonaras ipſe adeo redactus eſt ad incitas, nonne finem etiam recenti reſtaurationi Dionis ominari decet? niſi forte jam & Polybius & Appianus fient Diones.

§ 13.

§ 13.

Sed veniamus ad rem. De Zonara quidem nullum unquam dubium fuit, multa ipſum a Dione eſſe mutuatum. Etiam fragmenta ex Collectaneis Conſtantini Porphyrogenetæ, ab Urſino & Valeſio edita, demonſtrarunt, idem hoc factum eſſe a Zonara in primordiis hiſtoriæ Romanæ ad Carthaginis usque everſionem: in quibus multa leguntur cum Collectaneis iſtis conſpirantia; quanquam ibi Dionem Zonaras nunquam laudat, quod poſtea demum facit. Sed ubi Dione utitur, non tantum contractior eſt, quod habet cum Xiphilino commune, ſed verba Dionis cum ſuis, graviora & elegantiora cum minus idoneis commutat: ac quod maximum eſt, Dionem ſæpe deſerens, Plutarchi etiam non nominati ſcrinia invadit, eumque medium Dionis narrationi interſerit: quod Valeſio quoque obſervatum. Nec Plutarchum modo, ſed plures alios adhibuiſſe, innuit ipſe p. 6. ἐκ πολλῶν βιβλίων τὰς ἱστορίας ἐρανισάμενος, *hiſtoriam ex multis libris velut ſtipem colligens.* Hinc &, ubi deficit cum Punico bello III. ſuperiora a ſe ex pluribus congeſta & contracta fatetur. p. 471. B. τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε πεπραγμένα Ῥωμαίοις, βίβλων τυχὼν, τῶν πάλαι ταῦτα ἱστορησάντων ἀρχαίων ἀνδρῶν, ἐκεῖθεν ἐξείληφα κατ' ἐπιτομὴν, καὶ τῷ συγγράμματι τούτῳ ἐντέθεικα. *Hactenus res a Romanis geſtas ex veteribus ſcriptoribus, qui eas memoriæ prodiderant, contractas deſumſi & huic operi inſerui.* Inde illa excuſatio de ſtili ſui varietate p. 6. ὅτι ὁ χαρακτὴρ τοῦ λόγου ποικίλεται καὶ μὴ δι' ὅλου ὅμοιός ἐστιν ἑαυτῷ. Quanquam vel ſic multa refinxiſſe ad ſui ſtili rationem, res ipſa loquitur. Præter Dionem vero & Plutarchum, conſuluit etiam Polybium, ad quem lectores, diſtinctius aventes geſta Romanorum cognoſcere, remittit p. 127. C. Appianum laudat p. 575. D. Joſephum etiam, ibidem, & alibi ſæpius. Quoniam igitur Zonaras non modo verba Dionis mutat, ſed & res ab eo memoratas, aliorum ſcriptorum narratione identidem interpolat, ego mihi id non ſumſerim, ut ſine adhibito Dione aut Xiphilino, quæ ejus ſcriptoris ſint apud Zonaram, olfacere audeam. Quam periculoſum enim per ſe ſit, ex ſolo quaſi odoratu ſtili, etiam non reformati, locum aliquem auctori certo vindicare, Cel. Valeſius in præf. ad Excerpta Peireſc. E. 1. b. docuit exemplo Urſini & Caſauboni, qui Polybio ex Suida multa loca tribuunt, quæ ſunt aliorum Auctorum, Joannis Antiocheni, Juliani, Dionyſii Hal. Diodori Siculi, Appiani. Quod ad Dionem attinet, graves mihi cauſæ ſunt, cur fragmenta illa ex Plutarchi Sulla, ad quæ omnis tandem materia accuſationis redit, non a Dione exſcripta, ſed a librariis ejus hiſtoriæ adſuta eſſe contendam. Nam ſi is mos Dioni fuiſſet, ut Plutarchi ſe ſpoliis ditaret: qui fit, ut in uno Sulla furtum ſubſiſtat? ut alibi nusquam nec aliorum ſcriptorum nec Plutarchi verba ſibi vindicarit, cum toties occaſio fuiſſet eadem narranti? Sed credamus profecto Falconi, quo nemo ſagacius furta, ſi quæ fuiſſent, Dionis inveſtigaverit. Is enim cogitur contrarium confiteri in Prolegomenis Cap. I. § 10. *Tunc adverſa Minerva uſus, nil reperi in Plutarchi Othone, Galba, Cicerone, Cæſare, Bruto, Antonio & Pompejo: nil in Lucullo, Sertorio, M. Aemilio, utroque Catone, Gracchis, Hannibale, Pyrrho Flaminio aliisque, tanto tædio, laboreque tanto & ſudore, in ſingulis quibusque verbis, & minutiſſimis vocibus, attente ſed nusquam utiliter conferendis.* Equidem confidenter provoco ad omnes in utroque Scriptore verſatos, ut in tota hiſtoria, quæ nimirum indubie Dionis eſt, quæque eadem a Plutarcho ſatis copioſe ut ſolet enarratur, vel unicum ambitum verborum oſtendant utrinque eundem. Quin potius deprehendet æquus lector in hujus operis annotationibus, præſertim Fabricianis, ubi confertur Plutarchus, Dionem, ut verbis ſemper, ita rebus etiam a Plutarcho ſæpiſſime abire. Dico amplius: ubi Plutarchum expreſſe laudat Dio, quod facit fragmento XXXVIII. & CXXXIII. ubi proinde ſine crimine verbis Plutarchi ipſis poterat uti, ſuo tamen ſtilo, ſuo more, rem ipſam brevibus tantum exponit. Quis præterea cogitet, Dionem, virum Conſularem & ſpectatum, in dicendo & cauſis rebusque agendis exercitatum, qui & ſtili ac facundiæ ſuæ copiam & facultatem ipſa in hiſtoria ſua ſatis teſtatam reliquit, tam inopem verborum fuiſſe, ut alieno ore loqui, alieno ſtilo ſcribere neceſſe habuerit? & tam ſervilem operam, exſcribendi alios ad verbum, non ſua potius indigniſſimam perſona, & liberali atque excitato ingenio moleſtiorem longe duxiſſe quam ſi in piſtrinum detruderetur? Non erravero forte, ſi Dionem aliquid ſibi in ſcribendo leporis & copiæ tribuiſſe dixero, & vel propterea Ciceronem & Senecam, qui ſua quisque ætate principes eloquentiæ habebantur, invide ſugillaſſe. Hiccine vero verba ipſa ab aliis mutuaretur? Placuit etiam veteribus Dionis hiſtoria & ſtilus, atque in hoc commendando multus in primis eſt Photius cod. LXXI. qui imitatorem veterum, maxime Thucydidis, ſalva tamen perſpicuitate, fuiſſe

fuiſſe prædicat: nemo autem unquam furti eum poſtulavit. Jam quis in una Sullanorum temporum hiſtoria feciſſe Dionem ſibi perſuadeat, quod nusquam fecit alias, quod longe infra ſe putabat, cujus nullam præbuit cuiquam ſuſpicionem, & ad quod faciendum propriæ facultatis inopia non cogebatur? Profecto alia ſubſit cauſa neceſſe eſt, cur hodie aliena quædam Dioniis eaque unico tantum in loco admixta deprehendamus, quam paucis nunc aperiam.

§ 14.

Nempe quid librariorum temeritas & lucelli amor in veteres ſibi auctores indulſerit, cum alias obſcurum nemini poteſt eſſe, tum unico conſimili exemplo Arriani in aprico collocari poteſt, quod a Xylandro erudite obſervatum in annotationibus ad Dionem p. 129. ejus verbis dabo: *Augarus a Plutarcho* Ἀριάμνης *nominatur, Ariamnes, ab Appiano* Ἄχβαρος, *Acbarus: cum tamen tota narratio de Craſſi bello Parthico interituque ad verbum ferme Appiani Parthico libro ſit inſerta, non minor ea ſeptem paginis. Quod cum demirarer animadverſum a me utriusque lectione, in eam veni cogitationem, primam ac majorem partem ejus libri, qui fuit de rebus Parthicis ab Appiano conditus, intercidiſſe, ac a quodam alio ex Plutarcho, quantum ejus potuit fieri, ſuppletam fuiſſe. Nam profecto etiam hæc, quæ poſt finem verborum Plutarchi Appiano intertextorum ſequuntur, minime cum prioribus cohærent: deeſt enim omnis Parthica hiſtoria a morte Craſſi usque ad Ventidii contra Labienum bellum: quam haud dubie diligenter Appianus perſecutus fuerat, ſed quæ cum antecedentibus periit. Quinimo reliqua etiam pars iſtius Parthici fere tota ex Antonio Plutarchi eſt deſcripta.* Vere omnino hæc Xylander; nec dubito, illum *alium*, qui hæc Plutarchi mutilo Appiani Parthico inſerſit, fuiſſe librarium, qui ut vendere magis integrum Appianum poſſet carius, ex furto lucrum captarit. Atqui ovum ovo non eſt ſimilius, quam ſunt aliena illa Plutarchi apud Dionem. Nam & Caſſium hunc, ut alibi, ita in his temporibus quæ a bello Punico III. ad Pompejum pertingunt, jam olim hiatus ingentes habuiſſe, ex Zonara ſatis aperte vincitur. Is enim, cum Dionis vel maxime libros adhibuerit, & ex iis ante hanc ætatem & poſt eandem plurimam ſtipem collegerit, hoc unum queritur ſpatium temporis præ inopia monumentorum ſibi prætereundum eſſe: p. 471. B. manifeſto indicio, Dionis quod tum habuit exemplum in eodem ſpatio defeciſſe. Nam ſi vel ſolus hic ipſi auctor fuiſſet ſcribendi, nulla ille verecundia ductus, ſolius etiam, ſi non verba, res certe convaſatas nobis apportaſſet. De Xiphilino quidem non licet certo pronunciare, unde orſus ſit Dionis hiſtoriam facere contractiorem; neque tamen eſt cauſæ ſatis, cur ab altiore quam Luculli & Pompeji memoria Epitomen ejus, adeoque ipſum quod præ manibus habebat Dionis exemplum, cœpiſſe arbitremur. Quicquid vero hujus ſit, colligitur certe, etiam exemplum illud Dionis, quod erat in Bibliotheca Conſtantini Auguſti Porphyrogenetæ, & ex quo Excerpta utraque, cum Urſiniana, tum Peireſciana, ſunt confecta, perinde ut Zonaræ codex, lacunam circa eadem tempora habuiſſe, hoc tantum diſcrimine, quod illa ſubdole ex Plutarcho, quantum ejus fieri poterat, expleta fuerit, ſicut Appiani etiam codicibus accidiſſe vidimus. Atque hac ratione, cum Conſtantinus Auguſtus ejusmodi Dionis exemplum aliis excerpendum daret, factum eſt, ut uterque, & qui Selecta de legationibus, & qui de virtutibus ac vitiis collectanea congeſſit, in Sullana tempora incidentes, improvide Plutarchum pro Dione exſcriberent. Nihil ergo credibilius eſt, quam Dionem a tam atro & abjecto plagii crimine prorſus liberandum eſſe; exſtitiſſe vero jam tum librarios, vel ſi mavis Falcones ante Falconem, qui præclarum iſtud inventum exercerent, Dionem deperditum ex Plutarcho ad verbum transſcripto reſtituendi. Mihi quidem maximæ voluptati fuit, Dionem ab Illuſtriſſimo etiam Marchione Scipione Maffejo, ſagaciſſimo illo & peritiſſimo antiquitatis rimatore, contra plagii accuſationem nuper defenſum legere in Triga epiſtolarum italice edita Veronæ 1748. 4. p. 19. ſqq. nec repugno, ſi quis tanti Viri rationem magis probet, quomodo Plutarchi quædam inſinuare ſe in Collectanea Conſtantini potuerint: nempe quod eodem modo ut Catenæ Patrum confecta fuerint ex variis auctoribus, & loca deinde auctorum inter ſe confuſa; quanquam hoc videtur obſtare, quod idem a duobus collectoribus, quod in una Sullæ hiſtoria, quod nusquam alibi factitatum ſit, quæ facilius cum mea interpretatione concilio. Interim conſenſus viri principis inter eruditos in re ipſa, magnum credo pondus Dionis cauſæ adjiciet. Sed hæc hactenus: nunc e diverticulo in viam.

§ 15.

§ 15.

Poſt fragmenta priorum XXXIV. aut XXXV. librorum, ſequuntur ea quæ minus ſubierunt injuriam temporum & a Roberto jam edita ſunt usque ad finem libri LVIII. aut potius LX. Hoc autem Volumine, ut molis quædam cum altero æqualitas, quatenus illa ex præſenti conjectando colligi potuit, ſervaretur, in libro LIV. ſubſiſtendum ratus ſum; quod eo lubentius feci, quia ſequentes libri LV — LX. jam Epitomatoris alicujus manum experti ſunt, ſicut ex Collectaneis Conſtantini, ad priores libros nihil, ad hos multa ſuppeditantibus, ſatis patet; ut hactenus cum poſterioribus libris LXI — LXXX. a Xiphilino repetundis, non inepte conjungantur. In his omnibus *Græca* partim ſupplevi partim emendavi. *Supplevi* quidem, ut jam de Xiphilino non dicam, ex fragmentis paulo ante commemoratis, ab Urſino, Valeſio, Falcone & Jac. Gronovio editis: in variis autem lectionibus indicavi unde ſingula ſint petita, & quomodo vulgo apud Dionem aut Xiphilinum brevius quælibet loca legantur. Fragmenta autem ſi longiora eſſent, qualia in altero occurrent Volumine ex Collectaneis Conſtantini & Urſini membrana, uncinulis hujusmodi [ ] incluſa a reliquis diſtinxi. In hoc autem Volumine multos certe aſteriſcos lacunæ brevioris indices tollere, multas etiam ſuperioribus non animadverſas ejusmodi lacunas explere licuit, partim ope ſupplementorum, quæ ex Mediceo codice vulgavit Cl. Jacobus Gronovius, ut diximus § 9. partim ope codicis eximii Vaticani membranacei, qui non tantum Medicei codicis ſupplementa usque ad librum L. mirifice ubivis confirmat, ſed ubi ille deficit, ad libri usque LIV. finem ſimilia ſuppeditat. Juvabit unum & alterum hujus rei ſpecimen dare: ut ſtatim initio libri LI. p. 446. A. de Antonio & Cleopatra fugientibus in Peloponneſum, vulgo legebatur: ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἀπεχώρησαν, ubi αὐτῶν ad ante nominatos, qui nulli ſunt, referri nequit; ad Antonium vero & Cleopatram ſi retuleris, a veritate aberraveris, & Græcis vim inferas, ſicut fecit Xylander, ſic reddens: *præter animi ſui ſententiam divulſi invicem ſunt.* Neque ſenſit lacunam Leunclavius, quod certe nec facile eſt ſine codice MS. At Vaticanus opportune ſuccurrit: ἐντεῦθεν δὲ τῶν συνόντων τινὰς ὅσους ὑπώπτευον ἀποπέμψαντες· (πολλοὶ δὲ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἀπεχώρησαν) Κλεοπάτρα μὲν ἐς τὴν Αἴγυπτον &c. *Inde, cum ſocios quosdam itineris, quos ſuſpectos habebant, dimiſiſſent, multique & præter ipſorum voluntatem diſceſſiſſent, Cleopatra in Ægyptum &c.* unde & hiſtoriæ lucis aliquantulum adſpergitur. Eodem libro p. 452. A. legebatur, poſt Cleopatræ ad Cæſarem Octavianum preces, ut ſe cum Antonio perire & cum eo ſepeliri pateretur: καὶ ὁ μὲν πρὸς ταῦτα οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Sed deerat Dionis de ſententia Cleopatræ judicium, quod nemo divinare poſſet: καὶ ἡ μὲν τοιαῦτα ὡς καὶ ἐλεηθησομένη ἔλεγε. Καῖσαρ δὲ πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν ἀπεκρίναλο. *Hæc illa quidem eo dixerat conſilio, ut veniam impetraret; verum Cæſar ad ea nihil reſpondit.* Atque nunc demum cohærent Dionis ſequentia, quando de eadem Cleopatra ad deſperationem deinde redacta metu ignominiæ, ait ὄντως ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε, *mori ſerio cupiit.* Plures ejusmodi gemmulas Vaticanas malim te ex ipſa Dionis lectione petere, & agnoſcere mecum penitius inſigne beneficium Eminentiſſimi Cardinalis QUIRINI, quod ad Dionem contulit, hujus ipſius codicis, & alterius papiracei ex eadem Bibliotheca Vaticana lectiones, cum ſupplendo tum emendando Scriptori, liberaliſſime communicando. Equidem per me ipſe nunquam auſus eſſem tanti Viri purpuram adire, niſi verecundiam meam inuſitata ejus humanitas occupaſſet. Nam pro levicula opera, quod B. Fabricii poſteriores ad Philaſtrium curas enotaſſem, editioni veterum Brixiæ Epiſcoporum per Cel. Galeardum inſerendas, hanc Ille ſtatim inſignem mihi gratiam retulit, ut Vaticanæ Bibliothecæ uſum non offerret tantum per literas, ſed præberet etiam re ipſa, duorum Dionis codicum lectiones cum Henrici Stephani editione collatas transmittens. Alter horum codicum, cujus ſpecimina dedi, numero CXLIV. inſignitus, membranaceus eſt, optimæ notæ, cum antiquiſſimo Mediceo fere conveniens, ſed hoc præſtantior, quod ad libri LIV. finem pertingit, cum Mediceus in libro L. medio deſinat. Meminit ejus Diligentiſſimus Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecarum T. I. p. 7. col. 2. fin. Notus etiam fuit Valeſio, p. 93. annott. in Excerpta Peireſc. ac forte aliis; ſed a nemine adhuc cum Dione edito collatus. Alter codex ejus Bibliothecæ eſt num. DCCCCXCIII. chartaceus quidem, nec priori cetera æquiparandus, ſed qui multa tamen me bonæ frugis docuit, & in poſtremis libris mihi unicus fuit, quia ad ſexageſimi usque libri finem porrigitur. Memorat eundem laudatus Montfaucon p. 4. col. 1. med.

§ 16.

Præter ſupplementa lacunarum, *emendationes corruptorum* locorum plurimas, cum hi ipſi duo Vaticani codices Eminentiſſimi QUIRINI opera & juſſu collati præbuerunt, tum membrana Medicea Bibliothecæ Laurentianæ, a Viro Eruditiſſimo JACOBO GRONOVIO diligenter inſpecta. Cujus laboris fructum cum hactenus tantum Gronovius publicis uſibus impertiviſſet, ut lacunas aliquot exſtantiores ex eodem doceret explendas, ex quo codicis illius præſtantia ſatis perſpici potuit: filius ABRAHAMUS GRONOVIUS, dubium an exquiſitæ eruditionis, an humanitatis & facilitatis laude ſuſpiciendus magis, magno me munere beavit, nec vulgare ornamentum ad Dionem attulit, varias lectiones ex eodem codice a Parente collectas benevole concedens, quas plerisque in locis vulgata lectione meliores eſſe, patebit. Eſt is credo codex, quem Montfauconius p. 377. deſignat, Plutei LXX. numero VIII. *membranaceus, optimus & antiquus, a fragmento libri XXXVI. usque ad L. non expletum, cum brevibus argumentis & nominibus Conſulum, literis grandioribus.* Quod convenit cum lectionibus mihi a Gronovio transmiſſis, quæ deſinunt in medii ejus libri L. p. 421. C. Atque hi tres codices memorati, Vaticani inquam duo & Mediceus hicce, ex omnibus quos ſervatos eſſe conſtat, facile præſtantiſſimi ſunt, ut cum plurium uſum impetrandi occaſio abfuerit, non ſine fiducia aliqua in illis acquieſcere potuerim. Peireſcianus tamen codex Collectaneorum Conſtantini περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, prætereundus mihi non eſt, ex quo Henricus Valeſius, præter fragmenta quæ in vulgatis editionibus Dionis deſiderantur, ſub finem annotationum ſuarum ſeparatim exſcripſerat *Varias Lectiones in Dionis Coccejani hiſtoriam;* quas proinde in hac editione adhibere non neglexi: ſicut & ipſa illa Excerpta Peireſciana, tum & Urſini Selecta Legationum, variis locis emaculandis materiam ſuggeſſerunt.

§ 17.

Quid vero obſtat, quo minus cum vetuſtiſſimis codicibus comparem *Xiphilinum?* qui Dionis verba plerumque ſtudioſe ſervat, & quanquam reciderit multa, interdum & brevitatis ſtudio corruperit, tamen ſi caute conſulatur, non tantum emendanda, ſed etiam, quod mireris, addenda & ſupplenda docere poteſt. Vidimus ſupra fragmentum Dionis inſigne, neglectum adhuc, ſub initium ejus Compendii exſtare. Sed & Xylander jam ac Leunclavius unum alterumve hiatum in medio Dione ex Xiphilino ſarciendum viderunt. Neque tamen eam attentionem, quam merebatur, Epitomatori huic, vel Dioni potius, commodarunt, ut continua lectione omnia & ſingula conferrent: unde multo plures emendationes, plura ſupplementa addere mihi licuit. Eſt etiam ubi Leunclavius poſt fruſtra tentata ex ingenio ſupplementa, (cum Xiphilinum inter peregrinationes non haberet ad manus) ſerius tandem vidit, apud eum in medio poſita eſſe quæ quærebat. v. g. p. 562. B. in oratione Liviæ hiulcum hoc vulgo eſt: οὐχ ὅπως ὑπ' ἐκείνων τι λυπῶνται ἀπολλύναι. Xiphilinus ſanat: ubi poſt λυπῶνται hæc legis: καὶ εὐκλεέσατόν ἐσι οὐ τὸ πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀπολλύναι, ἀλλὰ τὸ πάντας &c. Paucis interjectis eadem pagina legitur: ὅπως σωφρονῶσι καὶ προσέτι μὴ δυνηθῶσι. ſed pleniora Xiphilinus: καὶ προσέτι καὶ τηρεῖν καὶ φυλάτ]ειν, ἵνα κἂν ἀδικεῖν ἐθελήσωσι, μὴ δυνηθῶσι. Lacunam priorem Xylander plane non, alteram obſervarat quidem, ſed ex ingenio curandam ſuſcipiens aberrat: Fruſtra etiam, ut dixi, Leunclavius in his ipſis lacunis ſe diu jactat; attamen emerſit tandem ope Xiphilini: unde miror, in poſtuma editione Græco-Latina hæc quæ indicaverat nequaquam omittenda ſupplementa non eſſe inſerta. Nolo hic cumulare loca, quæ mihi integriora monſtravit Xiphilinus a prioribus editoribus non animadverſa; liceat tantum ex uno annotare, illa ipſa quæ ex Mediceo codice attulit Gronovius ſupplendæ lacunæ, interdum iisdem verbis apud Xiphilinum reperiri potuiſſe: ſicut intelliges ex hujus editionis p. 392. lin. 70. *n.* Addendum & hoc de uſu Xiphilini in Dione: quanquam Collectanea Conſtantini plenius & integrius plurima exhibent noſtris vulgatis, & præſertim Xiphilino; tamen nonnulla ſunt viciſſim in Xiphilino pleniora quam in Excerptis Urſini, ut p. 739. B. ὁπότε καὶ σιτία &c. p. 742. B. καὶ τὴν βουλὴν συναγαγὼν &c. pleniora item quam in Excerptis Peireſcianis, ut p. 777. fin. τοῦτο γὰρ ἐκ παλ. &c. 788. D. καὶ ὀλίγου διὰ ταῦτ' &c. 793. A. περιεργότατος Ἀδριανὸς &c. 813. B. ἐν τοῖς σκεύεσι τοῦ Κασσίου. 816. A. καὶ σῦς ἀγρίους &c. ut nec ipſa hæc Collectanea ſemper ſe ad verba Dionis moroſe adſtringere credideris. Cum ergo ſupplementa lacunarum ab Dionis adeo Epitomatore cogi,

cogi, præter multorum forte exſpectationem, potuerint: nemo erit qui pluribus etiam locis corruptis medicinam ab eo peti potuiſſe dubitet: neque ego nunc recenſu ejusmodi locorum cuiquam moleſtus ero, cum præſertim in omnibus paginis Xiphilinum collatum quivis ſtatim deprehendat. Unum hoc addam, me non tantum ad lectiones varias Xiphilini, quæ in ſupra laudatis editionibus § 7. notatæ ſunt, diligenter reſpexiſſe, ſed & quas ex Coisliniano ſeu Segueriano codice Xiphilini bombycino num. CCCXX. eruditiſſimus Montfauconus attulit in Bibliotheca Coisliniana p. 413. ſqq. pariter conſuluiſſe. Præterea contuli ipſemet codicem Bibliothecæ Senatoriæ Breslavienſis, chartaceum quidem & recentiorem, ſatisque nitide ſcriptum, ſed cum melioribus Palatino & Coisliniano valde conſpirantem, imo quædam in ceteris haud obvia docentem, ut in luxatione illa folii, quod ex Marci Antonini vita in vitam Hadriani translatum eſt, aliisque pluribus locis. Quo magis Viro Summe Reverendo Jo. Frid. Burgio Antiſtiti Breslavienſi Digniſſimo & Eruditiſſimo devinctum me profiteor, quod mihi ignoto ab Ampliſſimo Senatu ſuæ civitatis codicem iſtum transmittendum impetrare ſequeſter haud gravatus ſit. Si a Xiphilino diſceſſeris, pauci ſunt ex veteribus, a quibus aliquid auxilii exſpectes, præter Zonaram, ubi non Plutarchum aliosve, ſed Dionem preſſius ſecutus eſſe deprehenditur, proinde non ſine magna cautione adhibendum: tum & Suidam, paſſim loca Dionis, interque ea quædam nondum animadverſa (ut in ἀλλόκοτον ex p. 570. C. in ἐλασμὸς ex p. 315. B. in γνώμη ex p. 689. fin. &c.) laudantem, & in verbis ipſis ſervandis fideliorem. Reliqui Chronographi, Cedrenus & ſimiles, quanquam non omnino negligendi, tamen ſingulari commemoratione digni non videntur. Illa autem ἱστοριῶν συναγωγὴ, quæ Euſebii Chronico Scaligeriano ſubjungitur, quanquam loca Dionis aliquot continet, vereor tamen ne a recentiore manu adſperſa, ſeu Scaligeri ipſius, ſeu alterius cujusdam.

§ 18.

Poſt veterum monumenta, laboranti Dioni opem tulerunt recentiorum præſtantia quædam ingenia. Neque repeto, quæ de Roberti & Henrici Stephanorum, Guil. Xylandri, Jo. Leunclavii, Fulvii Urſini, Henrici Valeſii, Friderici Sylburgii annotationibus in Dionem & Xiphilinum ſupra expoſui diſtinctius, §. 2. ſqq. Quas velut ad emendationem græci textus propemodum unice pertinentes in variis meis lectionibus, reſecto inani verborum ſyrmate, brevitatis cauſa paucioribus verbis, illæſa tamen ſententia, nec tacitis ſententiæ argumentis, exhibui. Quodſi quis ipſa auctorum verba, quamvis plura non doceant, deſideret, tamen integras ſingulorum annotationes in fine Voluminis II. inveniet. Uſurpare mihi præterea licuit exemplum Dionis ex Roberti editione, quod Turnebi olim fuit, nunc Viri eleganter docti & humaniſſimi Friderici Menzii, Profeſſoris Lipſienſis, idque duorum aut trium adeo virorum eruditorum manu ad marginem notatum, in quibus an Turnebus ipſe fuerit, mihi non eſt ſatis exploratum; certe priores emendationes ſagacitatem auctoris produnt, poſteriores cum Xylandri emendationibus fere conveniunt. Ex hoc codice cum jam in B. Fabricii gratiam exſcriptas caſtigationes transmiſſiſſet Vir Cl. Dan. Wilh. Trillerus, non piguit tamen præſentem libri poſſeſſorem, modo laudatum Menzium, denuo mihi ipſum codicem ſuum inſpiciendum offerre, ex quo, ut oculi plus vident quam oculus, plura etiam quam in ſchedis Soceri reperiebam enotare licuit. Has caſtigationes deſigno litera T. Aliud exemplum Dionis ex editione poſtuma Leunclaviana inter Fabricianos libros reperi, cui doctas emendationes allevit, quisquis ille fuit, Vir ingenio & eruditione quam calligraphia commendabilior, quem nec ipſe Fabricius, licet eum laudans interdum, exquirere potuiſſe videtur. Hic mihi eſt N. Præterea cum legiſſem in Actis Eruditorum 1712. p. 528. Anglum eruditum Obadiam Oddey de nova quadam editione Dionis cogitaſſe, ejusque adeo ſpecimen edidiſſe, audiſſemque, manu ejus notatum exemplum eſſe penes Richardum Meade, Medicum Regis Britanniarum Experientiſſimum, eumque recondita non minus eruditione quam officioſa comitate celebratiſſimum, egi cum eo per literas, ut jam & Dioni medicinam, ſeu materiam certe medicam Oddeyanam, benevole impertiret: quod & mihi gratificatus eſt transmiſſo Dionis exemplo editionis Henrici Stephani. Quanquam vero in eo me ſpes fefellit, quod codices MSS. ab Oddeyo, quippe Dionem edituro, in itineribus ab eo factis collatos fuiſſe nequicquam exſpectaveram, tamen ipſius in margine reperi conjecturas aliquot oppido ſcitas, ingenioſas & probas, ut ſi

ceteris δευτέραι Φροντίδες accessissent, multum Dioni lucis ab eo potuisset adspergi. Cl. Meadius tamen mihi confirmavit, Specimen aliquod Dionis ab Oddeyo jam editum, quod Acta Eruditorum memorant, nullum in Anglia cognitum exstare. Ceterum ab aliquot annis otium meum literarium contuli in evolvenda virorum clarorum scripta, quæ veteribus auctoribus, Dioni præsertim & Xiphilino, aliquid opis pollicebantur: atque ex iis aliud quasi agendo non spernendas emendationes congessi, singulis locis a me subjectas, plures quidem Jacobi Palmerii, in Exercitationibus ad optimos auctores Græcos p. 242 — 267. Justi item Lipsii, Isaaci Casauboni & Claudii Salmasii: pauciores Jac. Cujacii, Franciſci Fabricii Marcodurani, Henr. Norisii, Ezechielis Spanhemii, Thomæ Reinesii, Petri Fabri, Lamberti Bos, Tib. Hemsterhusii, Petri Wesselingii, aliorumque plurimorum: & cum Jo. Alb. Fabricius noster in rebus potius illustrandis, quam verbis rectè constituendis, elaborasset, mei quoque ingenioli vires in residua menda expurganda intendi; & poteris conjecturas meas eo facile dignoscere, quod ceteris aliorum in fine, si non nomen ipsum, certe suam cuique notam nominis indicem, meis autem nihil hujus apposuerim.

§ 19.

Ex MSS. codicibus, Xiphilino, Collectaneis Constantini, interdum & Suida, ac Zonara ubi verba ordine exprimit, sine hæsitatione in textum recepi quæ pleniora & meliora erant, etiamsi non semper omnino necessaria videbantur. Nec enim videbam, cur Robertini codicis, præsertim mendosi, lectionem, etiamsi rebus & stilo Dionis minus convenientem, præfracte tuerer, ideo quod tempore prior in lucem data esset. Hoc enim casui tribuendum, qui si Roberto codicem Mediceum aut Vaticanum dedisset in manus, profecto & Mediceam aut Vaticanam lectionem oculis priorem subjecisset. Ceterum Robertini etiam codicis lectiones probas, vel neglectas vel levi de causa mutatas in editionibus sequentibus, postliminio revocavi, sicut jam ex adductis supra § 3. exemplis constabit. Quando autem in nominibus propriis hic codex, atque sic editiones omnes ex uno hoc derivatæ, inconstantiam scribendi prodebant, ut v. g. Κόϊντος & Κύϊντος, Καικίλιος & Κεκίλιος, Πετρέϊος & Πετρήϊος, τοῦ Σύλλα & τοῦ Σύλλου, Λαβιῆνος & Λαβιηνὸς, Δέκιμος & Δέκιος &c. in variis locis varie scriberetur; secutus sum consilium præstantissimi Xylandri, qui ad p. 135. occasione nominis Τριουῆροι, Τριοῦροι, & Τρηουήριοι, *iis*, inquit, *qui græcum codicem recudent, auctor fuerim, unius ommino scriptionis obtinendæ —— idem de reliquis nominibus existimo.* Quod monitum cur non jam Henricus Stephanus & Wechelii observarint, non dixerim: id scio, mihi vel maxime enitenti ut omnia nomina ad unam veriorem aut proximam veri scriptionem reducerem, tamen memoriam aut indicem etiam meum, qualis tum erat, præsto non semper fuisse; quæ quidem, post plurimam varietatem sublatam, facilius in posterum ad concordiam revocabuntur. In emendationibus, quæ ingenio debentur, recipiendis, necessitatem spectavi, si pro inepta lectione, quæ stare ac defendi nullo modo posset, obvia & facilis, stilo Dionis rebusque apta, quæque unice vera esse videretur, occurreret. Malui tamen hoc in aliorum inventis experiri, quam in meis, quas diffidens amori, quo in nos ipsos natura ferimur, paucissimis exceptis, inter conjecturas, aliorum judicio prius examinandas, retuli. Erunt tamen forte, qui me timidum nimis fuisse judicent in admittendis non dicam meis, sed aliorum virorum doctorum inventis: nec infitior, talem jam, quo magis tracto auctorem, memet mihi in nonnullis videri. Vellem nunc, pag. 365. lin. 94. hujus editionis δᾶδες ἅπτουσαι scripsissem, pro ἅπτουσαι, quæ erat elegans conjectura Cl. Oddeyi, postea mihi confirmata ex Zonara p. 519. lin. 75. not. *k.* Vellem p. 212. lin. 2. scripsissem σκάφη ἀναδεόμενα, pro ἀναδυόμενα, quod mihi tum obversatum animo necessitate carere videbatur, postea mirifice probatum est ex p. 329. lin. 52. & p. 563. lin. 89. Jam ubi conjecturæ alicujus criticæ rationes paucis exponi non possent, illis ne in variis quidem lectionibus, quæ brevissime singula, quippe rerum intelligentibus, debent indicare, locum concessi, sed rationes istas ad annotationes uberiores rejeci. Alioquin annotationes, rebus præsertim accommodatas, a stricturis criticis variarum emendationum sejunxi, & in ipso textu græco signa utrisque diversa, illis nempe numeros 1. 2. 3. his literas *a. b. c.* aptavi, ut jam ex signis ipsis lector statim intelligat, ad res an ad verba aliquid in inferiore pagina moneatur: utque illi, qui reconditæ artis criticæ, seu contentionis ut ajunt de literula, non sunt amantes, per nos quidem abundare suo sensu possint, & constitutæ vel constituendæ lectionis rationes transilire. Pono autem in variis lectionibus primo loco lectionem a me receptam,

ceptam, & num e Roberti aut ex alio codice vel ſcriptore ſit, quomodo item legant ceteræ editiones, aut legendum alii dictitent, indico, adjectis ubique in fine notis literarum, auctorem prodentibus; ut hiſtoriam quaſi textus græci mutati & emendati habeat lector, ſi volet: quæ vero poſt reliqua, ſine adjecta nota leguntur, meæ ſunt nugæ.

§ 20.

Latinam verſionem Xylandri aut Leunclavii, qua melior erat, reliqui quidem intactam, in plurimis tamen non modo de ſententia virorum doctorum, qui hinc inde quædam carpebant, ſed & mea, correxi & expolivi, ubi verum ſenſum non aſſecuti, aut negligentius, aut minus perſpicue minusve latine expreſſiſſe videbantur. Nusquam tamen, certe rariſſime, ſeu errata priorum interpretum, ſeu meas emendationes indicandas putavi, ne cui temere moleſtus eſſem; maluique lectorem, ſuperiorum aberrationum inſcium, uti hac mea qualicunque opera, modo tolerabilem nunc & aliquanto accuratiorem verſionem præſentem deprehenderet. Liceat enim & mihi, quod eruditiſſimus Valeſius ſcribit in præfatione ad Collectanea Conſtantini, ad hanc verſionem accommodare: *ſi forte peccat verſio noſtra, veniam nobis a lectore concedi æquum erit. Ex tot enim interpretibus, qui Græcos libros Latina lingua expreſſerunt, quotusquisque eſt, qui non quandoque ſit lapſus? Mihi quidem is optimus interpres vĩderi ſolet qui rariſſime peccat.* Certum interim eſt, maximam in interpretando curam ſcriptis hiſtoricis deberi. Nam ſi in Poeta aut Oratore peccetur, vis forte vocabuli infringitur, aut lepos & acumen vel ſententia auctoris perit; ſed qui in hiſtoricis vertendis labitur, is rerum ſæpe geſtarum veritatem corrumpit, ritus, leges, jura pervertit, tempora, loca, perſonas, actiones confundit, & quantum in ipſo eſt, fabulis per ſe obnoxiam rerum memoriam, pluribus commentis inquinat. Quanquam vero nullius negotii res videri poſſit, ſcriptorem hiſtoricum de græco facere latinum; tamen vel unica pagina Dionis 118. editionis græco-latinæ Leunclavii docere juvat, quam facile ſit ſecurius agenti aliter, ac decebat, ſeu verba ſeu res ipſas accipere. Populus Romanus Gabinio iraſcitur, quod latrones Syriam diripere neglexiſſet, ἐπειδὴ οἱ τελῶναι, μὴ δυνηθέντες τὰ τέλη δι' αὐτοὺς (λῃσὰς) εἰσπράξαι, συχνὰ ἐπώφλησαν. Xylander: *quum item crebræ accederent publicanorum querelæ, qui quod per eos impediti vectigalia comportare nequiſſent, magnum æs alienum conflaverant.* Nihil hic Leunclavius corrigit, niſi pro *comportare* in margine ponens *exigere.* Sed & liberius Xylander *crebras querelas* publicanorum hic invexit, de quibus Dio tacet. Præcipue autem ἐπόφλω male explicatum eſt, quod non ſignificat æs alienum novum contrahere, ſed vetera nomina non diſſolvere, ſeu reliquum debere. Loquitur hic Dio plane cum Thucydide VIII. 5. p. 509. lin. 23. φόρους, οὓς δι' Ἀθηναίους ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οὐ δυναμένους πράσσεσθαι, ἐπωφείλησε. Non igitur æs alienum publicani privatim conflaverant, quo redemta vectigalia penſitarent, nec de eo querebantur, nec populus id indignabatur, rem quippe privatam ad ſe non pertinentem; ſed quæ publicani vectigalia redemta inferre in ærarium debuiſſent, ea nondum illata eſſe, ſed adhuc deberi vetera reliqua, idque culpa Clodii latrones non exſcindente, id vero populus ad rem publicam pertinere putans graviter ferebat. Mox: ἑτοίμως εἶχον καταψηφίσασθαι αὐτοῦ· καὶ γὰρ ὁ Κικέρων τά τε ἄλλα ἰσχυρῶς ἐνῆγε, καὶ συνεβούλευε σφίσι τὰ Σιβύλλεια ἔπη ἅνδις ἀναγνῶναι. Xylander: *Ciceroque quum alias magnopere adverſum Gabinium contenderet,* (Leuncl. *vehementer Gabinium accuſavit,*) *tum conſilium quoque dedit.* Sed ἐνάγειν non eſt *accuſare* vel *contendere contra aliquem, ſed inſtigare, incitare,* & hic refertur non ad Gabinium, ſed ad multitudinem paratam ad condemnandum Gabinium, quod Cicero eam concitaſſet & exacerbaſſet. Sic in fragm. XL. ἐνάγοντος αὐτοὺς τοῦ Δεκίου. fragm. LXIV. ἐναγόντων τῶν φθονούντων. fragm. CLXV. Διαίου ὀτιμάλισα αὐτοὺς ἐνάγοντος. &c. Paucis interjectis: ὁ οὖν Πομπήϊος ὅ τε Κράσσος ὑπάρτευόν τε ἔτι, καὶ ὁ μὲν ἑαυτῷ βοηθῶν, ὁ δὲ τὴν ἐκείνου χάριν —— ἐκ τοῦ προφανοῦς ὑπὲρ αὐτοῦ διεδικαίουν. Xylander: *eorum alter Gabinio ultro ſtudebat.* Legit nempe αὐτῷ βοηθῶν, quod & Leunclavius probans ad marginem poſuit. Sed commodum imo meliorem videtur ſenſum habere ἑαυτῷ βοηθεῖν. Nam Pompejus Ptolemæi Aegyptii reſtitutionem Gabinio, contra S. P. Q. R. decretum mandaverat p. 115. E. 116. D. adeoque Gabinium ideo accuſatum defendens, ſibi ipſi opem ferebat, quia Gabinii culpa in ipſum recidiſſet. Frequens phraſis βοηθεῖν ἑαυτῷ, apud veteres. Aeſchines init. Orationis contra Timarchum: μὴ βοηθῆσαι τῇ τε πόλει πάσῃ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν καὶ ἐμαυτῷ. Mox: καὶν τούτῳ ὁ Τίβερις, εἴτ' οὖν ὄμβρων ἄνω που ὑπὲρ τὴν πόλιν ἐξαισίων γενομένων, εἴτε καὶ σφοδροῦ πνεύματος

πνεύματος ἐκ τῆς θαλάσσης τὴν ἐκροὴν ἀνακόψαντος —— τοσοῦτον ἐξαπιναίως ἐῤῥύη &c. Xyl. & Leunclavius: *ſive pluviis ſupra urbem immenſis delatis.* Quæ ſi non hac mente ſcripta ſunt, certe hoc ſignificare poſſunt, nubes ſupra urbem pendentes in ipſam urbem imbre delatas. At ὑπὲρ τὴν πόλιν, eſt *ultra urbem*, ut ὑπὲρ τὸν Κύρνον, ὑπὲρ τὸν Ἠριδανὸν. Duplex nempe cauſa ſubitæ & improviſæ inundationis eſſe poterat, vel quod Tiberis ſuperior ultra urbem imbribus effuſis intumuiſſet, vel quod inferior in mare, renitentibus ventis, exonerare ſe non potuiſſet. Cetera hujus ipſius paginæ levioris momenti omittam, modo hoc addidero, ex verbis male ſanis, nec ſatis ſanam verſionem exſculpi ſub finem paginæ: οἵ τε λοιπαὶ οἰκίαι —— σαθραί τε ἐγένοντο, καὶ πολλοὶ τοῖς μὲν εὐθὺς τοῖς δὲ καὶ μετὰ τοῦτ' ἐλυμήναντο. *Reliquæ ædes, vitiatæ collapſæque, aliæ confeſtim, aliæ tempore interjecto hominibus damnum attulerunt.* πολλαὶ ſcilicet οἰκίαι, corrigit Leunclavius ad marg. & in notis; ſed verius eſt πολλοῖς ſcil. ἀνθρώποις *ædes vitiatæ multis hominibus, aliis ſtatim, aliis poſt id temporis, damnum attulerunt.* i. e. collapſæ eos læſerunt.

§ 21.

Supereſt ut de *Annotationibus* aliquid addam, de quarum Dioni adjiciendarum neceſſitate & utilitate ſupra monui § 10. p. XVIII. ſq. Plurimæ & potiſſimæ hic ſunt a B. Socero meo Jo. Alb. Fabricio, quas inde a libro XXXV. usque ad finem libri LX. jam anno 1726. d. 7. Septembris abſolutas habuit: ſepoſuit tamen poſtea temporis, quod bibliopolæ, cum quibus egerat, editionem aggredi nollent, niſi omnia & ſingula quæ ad eam pertinerent, a capite ad calcem abſoluta & perfecta ſimul ſemelque in manus ipſis tradidiſſet, cujus laboris patientiam impetrare a ſe nunquam potuit, ſic ut preces meas & cohortationes, præſertim iteratas, de addendis reliquis, poſtremo moleſtius ferre videretur. Cur igitur græca, cur verſionem, cur indices, cur fragmenta & reliquos XX. libros nulla parte attigerit, ex ratione modo dicta facile intelligitur. Eo vita functo, indignum facinus viſum eſt, ſi annotationes ejus affectas perire ſinerem: tanta enim conſcriptæ ſunt diligentia, eruditione, copia, & mentis acie, quantam a genero prædicari vix decorum fuerit, attamen a Fabricio exſpectare, qui ſcripta ejus tractarunt, hoc eſt omnes paulo doctiores, omnino debent. Quod ſi ultimam Vir ſummus manum operi voluiſſet imponere, forte nonnulla annotationum ſuarum induxiſſet, & retractaſſet, alia ipſis addidiſſet; ego tamen rarius tantum ab ejus me ſententia diſcedere oſtendo, nec adeo multa ſunt quæ addenda eſſe arbitratus ſum, interſperſis quibusdam annotationibus meis; ſicut nec Xylandri & Leunclavii animadverſiones multas huc revocare neceſſe fuit, quippe ad lectionis græcæ conſtitutionem unice propemodum ſpectantes ibique a me occupatas. Loca vero auctorum a Fabricio laudata, in quibus vel minimum dubii occurrebat, ſedulo evolvi & emendavi. Quod ad Libros poſteriores XX. ex Xiphilino attinet, eos equidem mihi præcipue ſumſi illuſtrandos annotationibus, inſerturus tamen ſuis locis quæ Valeſius, Urſinus, ceterique huc pertinentia reliquerunt.

§ 22.

Neque habeo nunc cur Te morer amplius, niſi ut paucis de externa libri forma & diſpoſitione cognoſcas. Charta ex Belgio omnis comparata, majoris moduli, nitida ſatis: typi græci latinique juxta recentes, liberi utrinque ab omnibus ſcribendi compendiis, atque ita reſpondentes invicem magnitudine ſua, ut verſus latini totidem ubique fere ſint ac græci, neque neceſſe fuerit, quod ſubinde in aliis græcis auctoribus factum obſervavi, vel græca contrahere in exiliorem columnam, quam latina eſt, vel latinæ interpretationis verſus modo rariores modo compreſſiores exhibere, aut redundantia ſeu græca ſeu latina in fine paginæ per totam latitudinem folii extendere. Qua in re ut typographi induſtriam laudare par eſt, qui ſenſim verba a verbis diducendo, alia contrahendo, græcis latina coæquavit, ita nec ſine ejusdem opera quadam factum eſt, ut adverſæ ſemper paginæ eadem menſura Dionis verba, eadem annotationes admetiantur. Addidi in qualibet ſumma pagina Annum U. C. cum conſulibus in margine latino, in Græco paginas editionis Græco-Latinæ Leunclavii. In fronte cujusque libri adjeci annos ante Chr. natum annis U. C. reſpondentes. Lemmatibus latinis adſcripſi numeros capitum, quibus argumentum quodque continetur, (omnes enim libros in certa capita deſcripſi;) neque tamen impetrare a me potui, ut

marginem

marginem latinum ſingulorum minutiſſimorum factorum argumentis conſpergerem. Literæ latinæ in græco textu ad varias lectiones, numeri ad annotationes remittunt; numeros autem annotationum ſeu paragraphorum continua ſerie pergere juſſi per ſingulos libros, propter commodam magis citationem: addidi etiam ſingulis paragraphis ad quotam lineam textus annotatio pertineat, ut ſi oculus forte prius in annotationes dejiciatur, illico pateat ad quem verſum debeat referri. Ut vero, quantum effici poteſt induſtria, accurate omnia typis exprimerentur, ipſemet ſubii corrigendi moleſtiam, bis aut ter ſingula oculis meis luſtrando. Non attinet dicere quot horas cuique folio impenderim; attamen reticere non poſſum, tædium hoc quod devorandum fuit, quodammodo compenſatum eſſe voluptate iſta, qua inter ipſam ſæpenumero hanc operam, lectionis vulgatæ aut verſionis vitium adhuc non animadverſum detexi, & illi ſanando aliquid medicinæ inveni. Ea enim mei eſt ingenii indoles, ut ſerius interdum videam, quæ multoties lecta pudeat non ſtatim deprehendiſſe. Sed nunc in primis, peracto labore, majori voluptati erit, ſi eam Lector editionem hanc invenerit, qua confidentius uti, & quam ſine offenſione aliqua gravioris ſphalmatis legere queat. Equidem unum exſtantius obſervavi p. 71. ſq. ubi pro A. U. C. 447. 448. ſcribendum 647. 648. In ceteris ſi quis hominem me fuiſſe reperiat homo, humaniter monitum multo obſtringet beneficio.

НБ ОНУ ім. І.І. Мечникова

Explicatio

Explicatio notarum in Variis Lectionibus.

Br.	Breslavienſis codex MS. Xiphilini, de quo § 17.
Coisl.	Coislinianus cod. MS. Xiphilini § 17.
F.	Jo. Alb. Fabricius in annotationibus § 21.
HS.	Henricus Stephanus in editione vel præf. § 5.
L.	Joannes Leunclavius in edit. vel notis § 6.
Leon.	Nicol. Leonicenus in verſione Italica § 2.
Med. a.	Codex Mediceus MS. membranaceus § 16. & 8.
Med. b.	Codex alter MS. Mediceus chartaceus § 8.
Mer.	Codex MS. Xiphilinianus Ge. Merulæ § 7.
N.	Vir doctus notis MSS. marginalibus § 18.
Od.	Obadia Oddey notis MSS. marginal. § 18.
Pal.	Codex MS. Palatinus Xiphilini § 7.
Peir.	Variæ lectiones ex Cod. Collectaneorum Peireſciano § 16.
RS.	Robertus Stephanus in editione vel notis § 2.
T.	Turnebi Dio cum notis MSS. marginal. § 18.
V. a.	Codex MS. Vaticanus Dionis potior membranaceus § 15.
V. b.	Codex MS. alter Vaticanus chartaceus § 15.
X.	Guil. Xylander in verſione vel notis § 4.
Xiph.	Xiphilini Epitome Dionis § 7. & 17.
Z.	Zonaræ Annales § 10. & 13.

НБ ОНУ імені І. І.

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΕΙΨΑΝΑ.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΡΟΤΕΡΩΝ ΔΔΔΙΙΙΙ. ΒΙΒΛΙΩΝ.

DIONIS
ROMANÆ HISTORIÆ
FRAGMENTA.

EX LIBRIS XXXIV. PRIORIBUS.

I. Fragmenta Dionis ex variis Auctoribus collecta ab Henr. Valesio, post Excerpta Peiresciana, pag. 770-775.

I.

770 Τρίβους, τριτ]ὺς, ἢ τρίτον μέρος. τριχ]ίλιοι γὰρ ὄντες ὁπλῖτα Ρωμύλου, ὡς φησι [1] Δίων ἐν πρώτῳ λόγῳ τῆς ἱστορίας, εἰς τρεῖς ἐνεμήθησαν μοίρας, κληθείσας τρίβους, τοῦτ' ἔστι, τριτ]ύας, ἃς καὶ Φυλὰς ὠνόμασαν Ἕλληνες. ἑκάστη δὲ τριτ]ὺς εἰς δέκα διηρέθη κουρίας, ἤτοι Φρον]ιστήρια. κοῦρα μὲν γὰρ ἡ Φροντὶς λέγε]αι· καθ' ἑκάστην δὲ κουρίαν συνιόντες οἱ εἰς αὐτὴν τε]αγμένοι τινὰ τῶν καθηκόντων ἐξεφρόντιζον. λέγονται δὲ καθ' Ἕλληνας αἱ κουρίαι Φρα]ρίαι, καὶ Φατρίαι [ὁιονεὶ ἑταιρείαι, ἀδελφότη]ες, συναλλάγμα]α, συστήμα]α] παρὰ τὸ τοὺς Φρατριάζοντας Φράζειν ἢ Φαίνειν [a] ἀτρέσως καὶ ἀφόβως [ἀλλήλοις] τὰ ἴδια βουλήμα]α. [ὅθεν καὶ Φράτορες οἱ πατέρες ἢ συγγενεῖς ἢ διδάσκαλοι, οἱ τῆς αὐτῆς Φρα]ρίας μετέχον]ες.] τάχα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Ρωμαϊκῆς με]ηνέχθη λέξεως τοῦ Φράτερ, ὃ δηλοῖ τὸν ἀδελφόν. *Ex veteri Glossario Nomico.*

Tribus, veluti triens sive tertia pars. Cum enim armatorum Romulo essent tria millia, ut ait Dio libro primo historiæ, in tres partes ab eo divisi sunt, quæ tribus, hoc est, trientes appellabantur; Græci etiam φυλὰς nuncupant. Quælibet tribus in decem distributa fuit Curias sive phrontisteria; siquidem φροντὶς curam denotat. Nam curiatim convenientes qui singulis erant curiis adscripti, negotia, quæ e re erant, curabant. Dicuntur etiam curiæ a Græcis φρατρίαι vel φατρίαι, [quasi sodalitates, fraternitates, societates, collegia:] quod curialibus integrum est sententias suas [invicem] φράζειν vel φαίνειν, proferre & declarare sine timore ac metu. [Unde φράτορες, qui curiam habent communem, patres, cognati, magistri.] Fortassis etiam a latino vocabulo Frater id nomen repetitum est.

II.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἀτρέσως. ita pro ἀτρέπ]ως, quod est apud Vales. scripsi ex Glossario Nomico Car. Labbæi.

ANNOTATIONES.

§ 1. (lin. 2.) Δίων ἐν πρώτῳ λόγῳ τῆς ἱστορίας] In Glossario Nomico *Car. Labbæi* hoc idem fragmentum reperitur, partim corruptius, partim emendatius, partim plenius. Corruptius quidem in his: ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ, pro πρώτῳ: mox ἐνεμήθη, pro ἐνεμήθησαν: tum τελαλμένοι, pro τελαγμένοι: item Φραλρίαι καὶ Φραλρίαι (vel ut Illustris *Cuperus* Obs. II. 2. volebat, καὶ Φραλρᾶαι) pro καὶ Φατρίαι, quod confirmatur a *Stephano Byz.* in Φατρία, ad quem locum vide in primis *Lucam Holstenium* pag. 342. sq. ubi & Φάτρας & Φράτρας dictas esse annotavit. Adisis *Dionysium Hal.* II. p. 82, 26. sqq. VI. p. 410, 16. sqq. *Plutarchum* in Romulo p. 30. B. & *Etymologicon M.* in Φαλρία. Emendatius, puto, apud Labbæum est ἀτρέσως, pro ἀτρέπ]ως, quod exhibet Valesius. Nam & *Suidas* ἀτρέσως atque ἀφόβως conjungit: unde illud potius recepi. Pleniora sunt postrema; sed additamentis, dubiæ ut arbitror fidei, & Glossatoris stilum redolentibus, quemadmodum illa & totidem verbis leguntur in *Etymologico M.* voc. Φράτορες. Ego proinde ea uncis inclusa distinxi a reliquis. Ceterum, non tantum fragmenta quædam ex Libro I. Dionis, sed ipsum *libri primi initium*, & quod majus est, integrum Dionem reperisse sibi visus est Cl. *Nic. Carminius Falco*, nunc Metropolita S. Severinæ in Brutiis ulterioribus. Volebat jam integri Dionis a se restituendi salivam movere in III. postremis Dionis libris, Romæ editis 1724. 4. præmisso isto, quod totius corporis caput esset, fragmento. Nuper autem, auctore eodem, Neapoli 1747. fol. prodiit ΚΤΙΝ. ΚΑΣΣΙΟΥ ΔΙΩΝΟΣ ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΟΚΤΟΓΙΝΤΑ (sic est in titulo) ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ. gr. lat. a lib. I-XXI. ubi idem fragmentum in fronte legitur; petitum tamen non ex membrana, sed ex editis a Valesio Excerptis Constantini ex Dione; (vid. infra num. XX.) præterea vero ipsius opera mutilatum, confusum, & alieno collocatum loco. Nam posterior certe pars fragmenti ad Numæ tempora spectat, eoque refertur a *Cedreno* Tom. I. p. 148. B. qui ipsa ex eo verba Dionis, post Romuli & Numæ res, usurpat: Οὕτως μὲν οὖν ἐξ ἀμφοτέρων καὶ ἰσχυρᾶς ταχέως καὶ εὐκοσμος ἡ πόλις ἐγένε]ο κ. τ. λ. Idemque satis vincunt extrema fragmenti verba, quæ propterea Falco resecare, & a reliquis divellere coactus fuit, ne jam ab initio Historiæ Dionem de Numæ nativitate loquentem faceret. Connectit contra Falco, quasi uno & continuo filo a Dione prolata, quæ disjungenda erant. Nam a verbis ἔπε]α καὶ (scil. Δίων φησὶ, quæ sunt verba non Dionis, sed auctoris Collectaneorum) sequitur aliud fragmentum, aliquo intervallo a Dione productum. Falco autem (cum Valesio) verba ἔπε]α καὶ Dionis esse putans, & proxime jungens præcedentibus, jam ab initio ostendit, quam infeliciter ipsi cesserit conatus dispersa & dissoluta membra Historiæ Dionis compingendi in unum corpus.

II.

Dio Romanus narrat, veterem quendam heroëm Janum nomine, ideo quod Saturnum hoſpitio excepiſſet, futurorum ac præteritorum notitia donatum fuiſſe: hinc bifrontem fingi a Romanis, & ab eo menſem appellari Januarium, atque ab hoc menſe anni exordium duci.

Δίων ὁ Ῥωμαῖος ἀρχαῖόν τινα ἥρωα Ἰανὸν λέγει διὰ τὴν τοῦ Κρόνου ξένισιν λαβόντα τὴν γνῶσιν τῶν μελλόντων, καὶ τῶν προϋπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦτο δίπροσωπον ὑπὸ Ῥωμαίων πλάττεσθαι. ἐξ οὗ τόν τε μῆνα κληθῆναι Ἰανουάριον, καὶ τὴν τοῦ ἔτους ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς γίνεσθαι. *Ex Chronico Georgii Cedreni*, p. 168. B.

III.

1. Æneas igitur ex Macedonia profectus eſt in Italiam, quæ *Argeſſa* olim vocata eſt, deinde a Saturno *Saturnia*: (nam Κρόνος Romanis Saturnus eſt) deinde *Auſonia* a quodam Auſone, hinc *Tyrrhenia*: poſtea *Italia* eſt nuncupata ab Italo, vel ab uno ex tauris Geryonis, quos abegit Hercules, transnatante ex Rhegio in Siciliam, in campum Erycis regis Elymorum, filii Neptuni. Taurum enim Tyrrheni Italum dicunt: unde regioni nomen Italiæ hæſit. In qua primus regnavit Picus, deinde filius ejus Faunus, quo tempore & Hercules cum ceteris Geryonis armentis advenit, & ex Fauni conjuge procreavit Latinum. Hic ibidem regnum obtinuit, a quo Latini omnes nomen accepere.

2. Æneas autem ille, poſt Trojæ excidium, quinquageſimo quinto poſt Herculem anno, in Italiam, ut diximus, & ad Latinos venit, habens ſecum Aſcanium, ſive Ilum filium e Creuſa, appulitque ad Laurentum, quod alio nomine Troja dicitur, vicinum Numicio flumini. Ibi cum ſocii ejus comederent menſas ex ſelino, ſive ex durioribus panum partibus (neque enim aliæ illis menſæ erant) & porca alba de navi ejus exiliens triginta porcellos, in monte, qui Albanus inde appellatus eſt, pareret, quibus ſignificabatur, poſt annos triginta filios ejus & regionem & poteſtatem meliorem adepturos: oraculo hac de re antea admonitus, erroribus ſuis finem impoſuit, mactataque porca, urbem condere inſtituit.

3. Ne-

Αἰνείας [b] γοῦν ἀπὸ Μακεδονίας ἦλθεν εἰς Ἰταλίαν, ἣ πρὶν Ἀργεσσα ἐκαλεῖτο, εἶτα Σατουρνία, ἀπὸ τοῦ Κρόνου. Σατοῦρνος γὰρ ὁ Κρόνος παρὰ Ῥωμαίοις. εἶτα ἀπό τινος Αὔσονος, Αὐσονία. εἶτα Τυρσηνία. εἶτα ἀπὸ Ἰταλοῦ, ἢ ἀφ' ἑνὸς ταύρου τῶν Γηρυόνου ἀγομένων παρὰ Ἡρακλέους, καὶ ἀπὸ Ῥηγίου διανηξαμένου εἰς Σικελίαν, εἰς πεδίον Ἐρυκος, [c] Ἐλύμων [2] μὲν βασιλέως, ὑοῦ δὲ Ποσειδῶνος, Ἰταλία ἡ χώρα ἐκλήθη. Ἰταλὸν γὰρ Τυρρηνοὶ τὸν ταῦρον καλοῦσιν. οὕτως οὖν Ἰταλία ἡ χώρα ἐκλήθη, ἧς πρῶτος Πῖκος ἐβασίλευσεν, εἶτα ὑὸς αὐτοῦ Φαῦνος· ὅτε καὶ Ἡρακλῆς ἐκεῖνος, μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ Γηρυόνου βοῶν παρεγένετο. καὶ γεννᾷ Λατῖνον ἐκ τῆς Φαύνου γυναικὸς, ὃς ἐβασίλευσε τῶν ἐκεῖ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Λατῖνοι πάντες ἐκλήθησαν.

Πεντηκοστῷ δὲ πέμπτῳ ἔτει ἀφ' Ἡρακλέους, οὗτος ὁ Αἰνείας, μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, εἰς Ἰταλίαν, ὡς ἔφημεν, καὶ Λατίνους παραγίνεται. παρὰ Λαύρεντον δὲ προσώκειλε, τὸ καὶ Τροίαν καλούμενον, [3] παρὰ [d] Νωμίκιον ποταμόν· ἔχων καὶ τὸν ἐκ Κρεούσης υἱὸν αὐτοῦ Ἀσκάνιον [e] ἢ Ἶλον. ὅπου φαγόντων τῶν μετ' αὐτοῦ [4] τὰς τραπέζας σελινίνας ὄυσας, ἢ ἐκ τῶν σκληροτέρων μερῶν τῶν ἄρτων (οὐ γὰρ εἶχον τραπέζας) ἔτι δὲ καὶ χοίρου λευκῆς ἀπὸ τοῦ πολίου [f] αὐτοῦ ἀποσκιρτησάσης ἐπὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς (ὠνομασμένον) Ἀλβανὸν ὄρος, καὶ τριάκοντα τεκούσας· ἅπερ ἐδήλουν ὅτι τριακοστῷ ἔτει οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ γῆν καὶ κράτος ἄμεινον ἕξουσιν, [g] ἐπαύθη τῆς ἀλητείας, ἐκ χρησμοῦ τοῦτο προακηκοὼς, θύσας δὲ καὶ τὴν χοῖρον, παρεσκευάζετο κτίζειν πόλιν. Ὁ

771

[b] Αἰνείας γοῦν ἀπὸ Μακεδ. excerpſit hæc Valeſius ex medio Tzetzis ſcholio, in quo Dionis (quod tamen ſolet alias ſæpius) nullam fecit mentionem. quare præter res, ex Dionis forte potiſſimum hiſtoria contractas quam breviſſime, non præſtiterim quicquam Dionis eſſe. Sic Tzetzes ad v. 1279. contrahit fabulam de libris Sibyllinis Tarquinio venditis. conf. Zonaram p. 331. B. [c] Ἐλύμων μὲν βασιλέως. vulgo, ἐλυμήναλο βασιλέαν, corrupte. propior vero codex Selden. apud Potterum, Σολύμων βασιλέως. vide not. §. 2. [d] Νουμίκιον πόλαμόν. impreſſi κίον πόλαμιν, amputatis prioribus ſyllabis. [e] Ἶλον, Potterus ex 2 MSS. antea Ἴλιον, perperam, legebatur. Valeſius Ἴουλον edidit, minus accurate. *nam puer Aſcanius, cui nunc cognomen Julo additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno.* Virg. Æn. I. 267. victo demum Mezentio Julus dictus. [f] αὐτοῦ. vulgo male αὐτῆς. ſed ſequens ἀπ' αὐτοῦ, quod eſt apud Valeſium, rectius ἀπ' αὐτῆς ſcribitur in editis, ſcil. χοίρου λευκῆς. [g] ἐπαύθη τῆς ἀλητείας. ſic Potterus ex Selden. ἐπαύθη τῆς ἄλης, Barocc. vulgo ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, pro quo nihilo melius Valeſius ἐπ' αὐτοῦ τῆς ἀληθείας.

Dionis autem? non admittam ut erres: nihil in ſequentibus per totum hoc volumen vides, præter lacinias longiores ex Dionyſio Hal. Plutarcho, Zonara, &c. Dionis nomine audacter inſcriptas, quas nullo tamen certo indicio conſtat, vel Dionem ab his, vel hos a Dione eſſe mutuatos. Hoc profecto non eſt reſtituere deperditos auctores, ſed facere, ut hi quos habebamus integros, dilacerentur, confundantur, tandemque prorſus intercidant.

§ 2. (l. 31.) Ἐλύμων μὲν βασιλέως] Emendatio Valeſii haut dubia. Nam Elymæi dicebantur, qui tenebant πεδίον Ἔρυκος in Sicilia, non procul a promontorio Lilybæo: in qua regione & urbs Eryx poſita in cognomine monte, ubi & fanum Veneris Erycinæ. De Eryce rege, ejusque cum Hercule certamine, *Pauſanias* III. 16. p. 247. ſq. IV. 36. p. 372. *Diodorus Sic.* IV. 23. T. I. p. 268. ſq. *Tzetzes* ad Lycophr. v. 866. alii apud *Phil. Cluverium* in eruditiſſimo opere Italiæ antiquæ lib. II. c. 1. p. 238. ſqq. de Elymæis doctiſſime *Bochartus* in Chanaan I. 30. p. 628. ſq. & laudatus modo *Cluverius* l. 2. p. 34. ſq. Italiam ab *italis* h. e. *vitulis* dictam ex Hellanico Lesbio refert & *Dionyſius Hal.* lib. I. p. 28, 4. ſqq. vid. & *Apollodorum* Bibl. II. 4. § 10. *Varronem* de R. R. II. 5. & *Tzetzen* Chil. IX. v. 649. Altius etiam nomina Italiæ, ἰταλῶν, itemque *vitulorum*, vir eruditiſſimus *Hadr. Relandus* in Diſſ. miſc. T. I. p. 92. ſq. huic fabulæ convenienter repetit ab hebraico עגל, atque hinc Thurios, a תור, quorum regio olim proprie Italia dicta, quique in numis bovem præferunt. vid. *Goltzii* Sicil. & Magn. Græc. tab. XXIX. ſq. Altera derivatio Tzetzis, Italiam ſic dictam eſſe a quodam Italo, probabilior viſa eſt *Phil. Cluverio* Italiæ ant. lib. I. c. 1. p. 7.

§ 3. (l. 43.) παρὰ Νουμίκιον] Ita correxi ex *Zonara* (lib. VII. init. p. 313. A. edit. Cangii) cum in vulgatis codicibus Κίων legatur ſine ſenſu. Tametſi autem Dionis nomen hic non laudetur, dubitari tamen non poteſt, quin pleraque omnia Dionis ſint: quod certe fatebitur quisquis hæc cum Zonaræ hiſtoria contulerit. Vel illud de Albæ Longæ conditu & regibus Albanorum, annon aperte ex eodem fonte derivatum eſt? nam & Amulius vocatur Tiberini nepos ut apud Zonaram, quem ceteri aliter vocant. Deinde illa μέχρι τούτου τὰ περὶ

Ὁ δὲ Λατῖνος τοῦτον οὐκ εἴα· ἡττηθεὶς δὲ πολέμῳ, δίδωσιν Αἰνείᾳ πρὸς γάμον Λαβινίαν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα. Αἰνείας δὲ κτίσας πόλιν, Λαβινίαν ὠνόμασε. Λατίνου δὲ καὶ Τύρνου τοῦ Ῥουτύλων βασιλέως πολέμῳ ὑπ' ἀλλήλων ἀποθανόντων, Αἰνείας ἐβασίλευσεν. ἀνῃρημένου δὲ καὶ Ἀνείου ἐν [b] Λαυρέντῳ πολέμῳ ὑπὸ τῶν αὐτῶν Ῥουτύλων καὶ [i] Μεζεντίᾳ τοῦ Τυρρήνου, ἐγκύου οὔσης τῆς Αἰνείου γυναικὸς [k] Λαβινίας, Ἀσκάνιος ὁ ἐκ Κρεούσης παῖς βασιλεύει. ὃς καὶ τὸν Μεζέντιον πολέμῳ συμβαλόντα νικᾷ τελέως, μὴ δεχόμενον τὰς πρεσβείας, ἀλλὰ τὰ τοῦ Λατίνου πάντα εἰς ἐτήσιον δασμὸν [l] ζητοῦντα. αὐξηθέντες δὲ οἱ Λατῖνοι, ἐπεὶ καὶ τὸ λ' ἔτος ἀνέσῃ τὸ τῆς χοίρου αἴνιγμα, Λαβινίας μὲν
772 ὑπερεφρόνησαν. [m] Ἄλβαν δὲ Λόγγαν ἑτέραν πόλιν ἔκτισαν ἀπὸ τῆς χοίρου, τουτέστι λευκὴν μακράν, καὶ τὸ ἐκεῖσε ὄρος Ἀλβανὸν ἐκάλεσαν ὁμοίως· τὰ δὲ ἐκ Τροίας ἀγάλματα μόνα πρὸς τὸ [n] Λαβίνιον ὑπεσῴζησαν. μετὰ δὲ Ἀσκανίᾳ τελευτὴν οὐχ ὁ Ἀσκανίου παῖς Ἴουλος ἐβασίλευσεν, ἀλλ' ὁ ἐκ Λαβινίας Αἰνείᾳ υἱὸς Σίλβιος, [ἢ καθά τινας Ἀσκανίου υἱὸς Σίλβιος addit editio Basil.] Σιλβίου πάλιν ἄλλος Αἰνείας, οὗ Λατῖνος, οὗ [o] Κάπυς· Κάπυος δὲ παῖς Τιβερῖνος, οὗ Ἀμούλιος, οὗ Ἀβεντῖνος.

Μέχρι τούτου τὰ περὶ Ἄλβης καὶ Ἀλβανῶν. τὰ δὲ περὶ Ῥώμης [p] ἐντεῦθεν. Ἀβεντῖνος γεννᾷ Νομήτορα καὶ [q] Ἀμύλιον. βασιλεύοντα δὲ τὸν Νομήτορα ὁ Ἀμύλιος ἐξήλασε, [r] καὶ Αἰγέστην τὸν Νομήτορος υἱὸν ἐν κυνηγεσίῳ ἀναιρεῖ. τὴν δὲ ἀδελφὴν [s] Αἰγέστου, θυγατέρα δὲ τοῦ προῤῥηθέντος Νομήτορος Σιλουΐαν ἢ Ῥέαν [s] Ἴλειαν ἱέρειαν τῆς θεᾶς Ἑστίας ποιεῖ, ὡς ἂν παρθένος διαμείνῃ. ἐδεδίει γάρ τινα χρησμὸν λέγοντα, ὑπὸ τῶν Νομήτορος παίδων αὐτὸν [t] ἀναιρήσεσθαι. [u] διά τοι τοῦτο τὸν μὲν Αἰγέστην ἀνεῖλε, τὴν δὲ, ἱέρειαν τῆς Ἑστίας ἐποίησεν, ὅπως παρθένος καὶ ἄπαις διαμείνῃ. ἡ δὲ ἐν Ἄρεος ἄλσει ὑδρευομένη ἔγκυος γίνεται, καὶ γεννᾷ Ῥωμύλον καὶ [x] Ῥῶμον. καὶ τήνδε μὲν ἐξαιτεῖται μὴ ἀποθανεῖν ἡ τοῦ Ἀμουλίου θυγάτηρ· τὰ δὲ βρέφη Φαυστύλῳ ποιμένι, [y] Λαυρεντίας ἀνδρὶ, ἔδοντο

3. Neque vero hoc Latinus ferre patienter: verum bello ſuperatus ab Ænea, filiam ei ſuam jungit matrimonio, ex qua Æneas urbi a ſe conditæ nomen Laviniæ dedit. Latino deinde ac Turno rege Rutulorum bello invicem geſto ſublatis, Æneas regnum obtinuit. Interfecto hinc etiam Ænea, Laurenti, in bello, quod iidem Rutuli & Mezentius Tyrrhenus moverant, Lavinia uxore gravida relicta, Aſcanius Æneæ ex Creuſa filius rerum potitur: qui & Mezentium bello congreſſum juſta victoria ſuperat, cum ille legatos noluiſſet admittere, ſed omnem Latini regionem annuo tributo obnoxiam poſtularet. Inde jam aucti opibus Latini, cum annus trigeſimus porcæ ænigma reſuſcitaret, ſpreta Lavinia, aliam urbem condiderunt, quam a porca alba dixerunt Albam Longam, & vicinum montem Albanum: ſolas vero imagines Troja allatas Laviniam remiſerunt. Aſcanio vita functo non ſucceſſit in regno Julus filius, ſed Silvius Æneæ natus ex Lavinia, vel ut alii, Silvius Aſcanii filius. Silvio iterum alius Æneas, huic Capys, Capyi filius Tiberinus, Tiberino Amulius, Amulio Aventinus.

4. Hactenus Albæ & Albanorum res; nunc venimus ad Romanas. Aventinus Numitorem genuit & Amulium: ſed Numitorem, qui regnum tenebat, Amulius expulit, filiumque Numitoris Ægeſten in venatione interfecit, & Ægeſtis ſororem, eandemque prædicti Numitoris filiam, Silviam ſive Rheam Ileam, ſacerdotem Veſtæ Deæ, ut perpetuam virginitatem ſervaret, conſtituit; veritus oraculum, quod ipſum a Numitoris liberis interficiendum eſſe edixerat. Quæ ipſi cauſa fuit, cur & Ægeſten tolleret e medio, & Rheam Veſtæ ſacerdotem faceret, ut nimirum virgo maneret & improlis. At hæc in Martis luco, cum aquatum iviſſet, gravida facta, Romulum & Remum peperit, & pro eadem ne morti daretur filia Amulii interceſſit. Puellos Fauſtulo paſtori, Lau-

[b] Λαυρέντῳ. Λαβρέντῳ, ceteri. Λαρέντῳ ſcriberes ſecundum Plutarchum, Λωρεντῷ, ſecundum Dionyſ. Hal. Valeſius ſecutus eſt Zonaram. [i] Μεζεντίου. vulgo Μαξεντίου. ſtatim, pro ἐγκύου, vulgo ἐγγύου. [k] Λαβινίας. vulgo addunt τὸν Σίλβιον, quæ vel gloſſema ſunt, vel mutila. [l] ζητοῦντα. ſic omnes, præter Valeſium, qui αἰτοῦντα edidit. [m] Ἄλβαν δὲ Λόγγαν ἑτέραν πόλιν. ſic recte Valeſius, & Potterus ex Selden. alii corrupte, Ἄλβαν δὲ καὶ Λόγγαν ἑτέρας πόλεις. [n] Λαβίνιον. δεύτερον addit. Seld. duo Barocc. [o] Κάπυς, Κάπυος. ſic Potterus ex Barocc. ceteri Κάπης, Κάπητος. Κάπυς apud Dionyſium Hal. [p] ἐντεῦθεν. ita Potterus ex 2 MSS. vulgo ἐνταῦθα. [q] Ἀμούλιον. Potterus ex Selden. addit: ἢ τὸν Πρόκαν· τοῦ Πρόκα δὲ τούτου λέγουσι παῖδας τοῦτον τὸν Νομήτορα καὶ Ἀμούλιον. [r] Αἰγέστην. Baroccianus Ἀγέστην, & mox Ἀγέστου. [s] Ἴλειαν. Ἴλιαν MSS. uterque. [t] ἀναιρήσεσθαι. ceteri, ἀναιρεθῆναι. [u] διά τοι τοῦτο. ſic Valeſ. & Potter. ex Barocc. alii διά τι τοῦτον. [x] Ῥῶμον pro Ἀρέμονα ex MSS. utroque Potterus, addens: nam Græci nonnulli Remum, Romuli fratrem, appellare ſolent Romum, quod facit etiam Scholiaſtes noſter paullo infra. [y] Λαυρεντίας. Potterus Λαβρεντίας, ut ſupra.

περὶ Ἄλβης, &c. iisdem fere verbis apud Zonaram leguntur. VALES.

§ 4. (l. 45.) τραπέζας σελινίνας ὕσας ἢ ἐκ τῶν σκλ. μ. λ. α.] Duplicem traditionem memorat & *Dionyſius Hal.* lib. I. p. 44, 33. ſqq. & *Aur. Victor* de Orig. Gentis Rom. c. 10. & 12. Rei tamen & mori antiquo convenientior eſt loco menſæ ſubſtrata cruſta farrea, quæ imbiberet pinguedinem ciborum aut ſuccum opſoniorum. Sic apud *Athenæum* Lib. IV. pag. 149. dicitur apud Naucratitas cuique appoſitus eſſe ἄρτος καθαρὸς εἰς πλάτος πεποιημένος, cui alius panis ad comedendum, tum caro ſuilla ceteraque ſuperimpoſita. Etiam *Strabo* Lib. XIII. p. 608. panis tantum Æneæ ſodalibus ſubſtrati meminit: ἄρτου μεγάλου τεθέντος ἀντὶ τραπέζης, κατὰ ἀπορίαν, καὶ ἅμα ἀναλωθέντος τοῖς ἐπ' αὐτῷ ῥήσεσιν. Vide & *Tzetzen* ad v. 1250. Neque *Virgilius* aliter Æn. VII. 109. ſſ.

Inſtituuntque dapes & adorea liba per herbas,
Subjiciuntque epulis (ſic Juppiter ipſe monebat)
& cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

Hic adorea liba i. e. placentæ ex farre, (quæ poſtea eidem Virgilio *orbes fatalis cruſti & patulæ quadræ*, Aurelio Victori c. 10. *craſtæ de farreis menſis*) ſubjectæ epulis: de quo more vide ibi *de la Cerdam.* Hinc venit mihi in mentem, an ambiguitas vocabuli σήλινος fabulæ aliter aliterve explicandæ originem dederit. σήλινος enim & τήλινος ſignificat factum ex fœno græco, vel fruge quacunque ſilicia, ut τήλινον ἄλευρον, & τῆλις eſt fœnum græcum ſeu quodcunque genus leguminis ac farris. τῆλιν ἔφθην ex *Joſepho* de B. J. lib. III. cap. 29. Tom. II. p. 241. memorat *Suidas*, in τῆλις. Apud eundem & *Etymologum* σηλία vel τηλία ſpeciatim eſt tabula lata, cui piſtores panes imponunt, unde σηλίνη τράπεζα, adoreum libum, patula quadra. Hoc vocabulum autem in fabula ore primum propagata, potuerint quidam σέλινον interpretari.

§ 5. (l. 84.) Αἰγέστου] Ita eum vocat & *Dionyſius* lib. I. (p. 62.) ſed *Ovidius* in IV. Faſtorum (v. 54. 55.) Lauſum nominat. VALES.

Laurentiæ marito, tradunt abjiciendos in Tiberim fluvium; ſed hos uxor Fauſtuli, quæ tum forte fœtum mortuum in lucem ediderat, aſſumtos educavit.

τὸ ῥῖψαι [π] πρὸς τὸν Τίβεριν πόταμόν. ἃ ἡ τούτου γυνὴ λαβοῦσα ἀνέτρεφεν. ἔτυχε γὰρ αὐτὴν τότε νεκρὸν βρέφος τεκεῖν.

5. Romulus & Remus adulti per agros Amulii paſcebant, atque cum nonnullos paſtorum avi Numitoris interfeciſſent, inſidiis petebantur. Capto hinc Remo, Romulus procurrens Fauſtulo rem nunciat, qui ipſe ad Numitorem provolans ei omnia exponit. Denique Numitor filiæ ſuæ eſſe liberos intelligit. Hi multorum adjuti auxilio Amulium interficiunt, Albæque regnum avo Numitori tradunt, ipſi Romam incipiunt condere anno ætatis Romuli duodeviceſimo. Ante magnam hancce Romam, quam Romulus non procul Fauſtuli domo condidit in monte Palatino, quadrata condita fuerat Roma a Romo ſive Remo, qui hos ætate anteceſſit.

Αὐξηθέντες δὲ ὁ Ῥωμύλος καὶ Ῥῶμος ἐποίμαινον κατὰ τοὺς Ἀμυλίου ἀγρούς. [a] ἀνελόντες δέ τινας τῶν τοῦ πάππου Νομήτορος ποιμένων, ἐπεζήτουντο. καταχεθέντος δὲ τοῦ Ῥώμου, δραμὼν ὁ Ῥωμύλος τῷ Φαυστύλῳ λέγει, καὶ ὃς δραμὼν τῷ Νομήτορι πάντα διηγεῖται. τέλος ἔγνω Νομήτωρ τῆς θυγατρὸς [b] αὐτοῦ παῖδας ὄντας αὐτούς. οἱ δὲ συναραμένων πολλῶν ἀναιροῦσι τὸν Ἀμύλιον. τῷ δὲ Νομήτορι πάππῳ αὐτῶν τὴν βασιλείαν τῆς Ἄλβης παραχόντες, αὐτοὶ τὴν Ῥώμην κτίζειν ἀπήρξαντο, [c] ἢ ἔτει τῆς Ῥωμύλου ἡλικίας. πρὸ δὲ τῆς μεγάλης ταύτης Ῥώμης, ἣν ἔκτισε Ῥωμύλος περὶ τὴν Φαυστύλου οἰκίαν, ἐν ὄρει Παλατίῳ, [c] τετράγωνος [7] ἐκτίσθη Ῥώμη [d] παρὰ Ῥώμου ἡ Ῥώμης παλαιωτέρου τούτων. *Ex Scholiis Iſaaci Tzetzis in Lycophronis Caſſandram, p.* 158. *ad v.* 1232.

773

IV.

Auſonia quidem, ut ſcribit Dio Coccejanus, proprie ſola Auruncorum regio dicitur, media inter Campanos & Volſcos ad mare ſita. Multi vero usque ad Latium pertingere Auſoniam putarunt, adeo ut tota Italia ab eadem vocata fuerit Auſonia.

Αὐσονία δὲ κυρίως, ὡς Δίων γράφει [e] Κοκκειανὸς, ἡ [8] τῶν Αὐρύγκων γῆ μόνη λέγεται, ἐν μέσῳ Καμπανῶν καὶ Οὐόλκων παρὰ θάλασσαν κειμένη. συχνοὶ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Λατίου Αὐσονίαν εἶναι ἐνόμισαν· ὥστε καὶ πᾶσαν Ἰταλίαν ἀπ' αὐτῆς [f] Αὐσονίαν κληθῆναι. *Ex iisdem Scholiis p.* 15. *&* 92. *&* 102. *ad v.* 44. *&* 615.

V.

Ubi nunc Roma eſt, locus fuit antea dictus Oenotria, quem incoluit poſt Trojæ excidium Philoctetes; ſicut Dionyſius, & Dio, & omnes Romanarum rerum ſcriptores memoriæ prodiderunt.

[9] Ἔνθα νῦν ἡ [g] Ῥώμη ἐστὶ, χωρίον ἦν πρῶτον λεγόμενον Οἰνωτρία, ὅπου ὁ Φιλοκτήτης κατῴκησε, μετὰ τὴν τῆς Ἰλίου πόρθησιν· καθὰ Διονύσιος καὶ Δίων καὶ πάντες οἱ τὰ Ῥωμαϊκὰ γράψαντες ἱστοροῦσι. *Ex iisdem Scholiis p.* 131. *ad v.* 912.

VI.

[a] πρὸς. ceteri, περὶ. [b] ἀνελόντες, pro ἀνελόντας, Potterus ex Selden. [b] αὐτὸς, pro αὐτοῦ, ex Barocc. neutrum agnoſcit Seld. [c] ἕκτισε inſerit Potterus ex Barocc. [d] παρὰ Ῥώμου ἢ Ῥώμους παλαιωτέρου τούτων. ita Valeſius. παρὰ Ῥώμου ἢ Ῥέμου, Potterus. παρὰ Ῥωμύλου ἢ Ῥωμᾶ, Barocc. παρὰ Ῥέμου ἢ Ῥώμου, Seld. παρὰ Ῥώμου ἢ Ῥώμους, impreſſi. plerique omittunt poſtrema illa παλαιωτέρου τούτων. [e] Κοκκηϊανὸς Valeſius. at Potterus ex Selden. Κοκκειανὸς. [f] Αὐσονίαν κληθῆναι. Hæc ad ſenſum ſupplendum addidit Valeſius. Pro eo Tzetzes ad locum poſteriorem: ὥστε ἐκ τούτου τινὲς καὶ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν φασίν. [g] ἡ Ῥώμη. ſuſpectum eſt. vid. § 9.

§ 6. (l. 9.) *ἡ ἕτει τῆς Ῥωμύλου ἡλικίας*] Pertinet huc Fragmentum quod Dionis nomine, ex Excerptis MSS. neſcio quibus, adducit *Salmaſius* ad Solinum p. 12. a. D. *ὥρα τῆς Ῥώμης, ὅτε Ῥωμύλος τάυτην ἤρξαλο κλίζειν, ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης, ὡς Ταρρόυτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξε, Διὸς μὲν ἐχθύσι, Κρόνου δὲ καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος καὶ Ἑρμοῦ σκορπίῳ, Ἡλίου τε ταύρῳ, καὶ Σελήνης ζυγῷ. Hora, qua Romulus condere Romam cœpit, erat inter ſecundam & tertiam, ut confirmat Tarruntius mathematicus, Jove in Piſcibus, Saturno, Venere, Marte & Mercurio in Scorpio, Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis.* Eadem apud *Solinum* totidem verbis reperiuntur; ridenda forte Mathematicis, quod Mercurius tanto intervallo a ſole disjungitur, adeoque Tarruntio Mathematico, forte & Dione, minus digna. Certe & alterum Fragmentum, quod tanquam Dionis ex iisdem Excerptis protulit Vir Summus, p. 14. b. C. quodque nos Fabricianis ad Dionem notis p. 227. inſeruimus, mira & inaudita continet.

§ 7. (l. 11.) *τετράγωνος ἐκτίσθη Ῥῶμη παρὰ Ῥώμου*] Romam paulo poſt bellum Trojanum conditam, imo tertiam his priorem, memorat *DionyſiusHal.* lib. I. p. 58. ſq. conſimilia *Feſtus* in Roma. Conf. *Famiani Nardini* Romam veterem, latine ex Italico converſam a Jac. Tollio Theſ. Græv. Tom. IV. p. 887. & *Olai Borrichii* antiquam urbis Romæ faciem. ibid. p. 1523. De quadrata urbis figura, ducta ſulco perpetuo in monte Palatino etiam a poſteriore Romulo, idem *Dionyſius Hal.* p. 75, 10. *περιγράφα τετράγωνον σχῆμα τῷ λόφῳ.* adde *Plutarchum* Romulo p. 22. E. cui figuræ etiam nunc montis ſitum quadratum convenire docet *Nardinus* l. c. p. 893. ut, ſi vetuſtior quædam Roma fuit, quadratam eandem fuiſſe, nihil mirum ſit. Quanquam & primorum temporum vel religio quædam vel ſimplicitas hanc figuram in caſtris & urbibus admittebat, ut patet vel ex urbibus Leviticis Num. XXXV. 4. 5. cum poſtremo muris uterentur, ut *Tacitus* de Hieroſolyma ſcribit Hiſt. V. 11. per artem obliquis & introrſus ſinuatis, ut latera oppugnantium ad ictus pateſcerent. vide *Vegetium* IV. 1. *Vitruv.* I. 5.

ἐκτίσθη] At ceteri Romam quadratam a Romulo conditam eſſe ſcribunt, ut *Dionyſius* lib. I. (pag. 75.) & *Solinus* (Polyh. cap. 2. *quod ad æquilibrium foret poſita.*) Vide & *Feſtum* in Quadrata. VALES.

§ 8. (l. 15.) *ἡ τῶν Αὐρούγκων γῆ μόνη λέγεται*] Auſoniam proprie ſolam Auruncorum regionem notare, approbat *Bochartus* in Chanaan p. 651. C. vel ex ipſo nomine; quia *Feſto* annotante, R, pro S, (& viciſſim) ſæpe ab antiquis ponitur, *majoſibus*, pro *majoribus*; *melioſibus*, pro *melioribus*; *laſibus*, pro *laribus*. In Jure Papiriano *Lœbeſom*, pro *Liberum*, *aſam*, pro *aram*, ſcribitur antique. vide & Paulum in *Pignoſa*, Feſtum in *Aureliam* & *Auſoniam*. Conf. quæ doctiſſ. *Drakenborchius* ad Liv. III. 4. § 1. de *Furiis Fuſiis* monuit. vid. & Liv. III. 8. *Veturium Geminum*, *ſive ille Vetuſius fuit*. Nam ſi Pomponio credimus lib. I. D. tit. 2. de Orig. Jur. § 36. *Appius Claudius R litteram invenit: ut pro Valeſii Valerii eſſent*, *& pro Fuſiis Furiis*; quod ego ſic interpretari malim, ut Appius caninam pronunciationem prætulerit, ubi utraque in uſu eſſet, vel illa etiam magis, quæ per S enunciabat. Manſit hoc aliquamdiu in vocabulis *arbos*, *labos*, *vapos* &c. Sic idem erat *Auſon* & *Auron*, ex quo *Auronci*, vel *Aurunci*. Repetit *Tzetzes* Chil. V. v. 564. ſqq. & 615. 702. Hinc vero ad totam Italiam transfertur a Poëtis.

§ 9. (l. 20.) *ἔνθα νῦν ἡ Ῥώμη ἐστὶ*] Quid Oenotriæ apud Brutios in

VI.

Δίων δὲ Κοκκειανὸς τοὺς [10] Ναρβωνησίους Βέβρυκας λέγει, γράφων οὕτω· τῶν πάλαι μὲν Βεβρύκων, νῦν δὲ Ναρβωνησίων ἐστὶ τὸ Πυρήναιον ὄρος. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο χωρίζει Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν. *Ex eodem Isacio, p. 83. & 166. ad v. 516. & 1304.*

Dio Coccejanus Narbonenſes vocat Bebryças, ita ſcribens: Mons Pyrenæus Narbonenſium nunc eſt, qui olim Bebryces appellabantur; idemque mons Iberiam dividit a Gallia.

VII.

Οἱ δὲ Λίγυες τὴν παραλίαν ἀπὸ Τυρσηνίδος μέχρι τῶν Ἄλπεων καὶ ἄχρι Γαλατῶν νέμονται, ὡς φησι Δίων. *Ex eodem p. 166. ad v. 1312.*

Ligures oram colunt maritimam a Tyrrhenia usque ad Alpes Gallosque, ut refert Dio.

VIII.

Οἱ γὰρ Ἰάπυγες καὶ Ἀπουλοι περὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον οἰκοῦσιν. [b] Ἀπούλων δὲ τὸ ἔθνος, κατὰ τὸν Δίωνα, Πευκέτιοι, Πεδίκουλοι, καὶ Δαύνιοι, καὶ Ταραντῖνοι, καὶ Κάνναι. Διομήδους πεδίον ἐστὶ περὶ τὴν Ἀπουλαν τῶν Δαυνίων. ἡ δὲ [i] Μεσαπύγη καὶ Ἰαπύγη ὕστερον [k] Σαλεντία, εἶτα Καλαβρία ἐκλήθη. [l] ἡ δὲ Ἀργύριππα πόλις τοῦ Διομήδους μετεκλήθη Ἄπελις Ἄρπους. *Ex eodem p. 91. ad v. 603.*

Japyges & Apuli circa Ionicum ſinum habitant. Gentes Apulorum, ſecundum Dionem, Peucetii, Pediculi, Daunii, Tarentini & Cannenſes. Campus Diomedis eſt circa Apuliam Dauniorum. Meſapygia & Japygia poſtea Salentiæ, denique Calabriæ nomine venit: Argyrippa vero Diomedis opidum mutato nomine dicta eſt ab Apulis Arpi.

IX.

Ἡ γὰρ [l] Μεσαπυγία καὶ Ἰαπυγία [12] ὕστερον Σαλεντία, εἶτα Καλαβρία ἐκλήθη, καθά φησιν ὁ ἱστορικὸς Δίων, ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις συνάξας. Κεῖται δὲ ἡ Καλαβρία περὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον καὶ τὸν Ἀδρίαν. *Ex eodem p. 123. ad v. 856.*

774

Meſapygia & Japygia, poſtea Salentia, ac denique Calabria appellata eſt, ut narrat hiſtoricus Dio, qui res geſtas Romanorum memoriæ prodidit. Sita autem eſt Calabria circa ſinum Ionicum & Adriaticum mare.

X.

Ἄλλοι δὲ [13] τὴν Ἄορνον, Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης καὶ Δίων, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἱστορικῶν, οὐ λίμνην, οὐδὲ πέτραν φασί, σόμιον δέ τι περὶ τὴν Ἀδιαβηνὴν, ὃ σόμιον ὄρνεον ὑπερπεταθῆναι οὐ δύναται, ἀπὸ τῆς ἐκεῖθεν ἀναφερομένης ἀναθυμιάσεως, τελευτᾷ καὶ πᾶν ζῶον ἄλογον. *Ex eodem p. 102. ad v. 704.*

Avernum alii, ut Sotion, Agathoſthenes, Dion, & reliqui hiſtorici, nec lacum nec petram eſſe dixerunt, ſed hiatum quendam circa Adiabenen, quem ſupervolare aves nequeunt, propter halitum inde ſe efferentem, ex quo & bruta animantia quævis moriuntur.

XI.

[b] Ἀπούλων δὲ τὸ ἔθνος &c. Sic emendavit locum Potterus, ope MSS. Codd. & Gerbelii. Sed impreſſi: Ἀπούλων δὲ ἔθνος καλὰ τὸν Δίωνα Πευκέτιοι, ποῦ Δίκουλοι (Πουδίκουλοι Valeſ.) καὶ Δαύνιοι, καὶ Ταραντῖνοι, καὶ Κάνων. Διομήδους &c. [i] Pro Μεσαπύγη, Strabo habet Μεσαπία in Aldino Codice, notante Gerbelio. [k] Σαλεντία, Potterus ex Selden. Σαλαντία, Barocc. Σαλατία, impreſſi & Valeſ. [l] Potterus: ἡ γὰρ Μεσαπυγία (lege hic, & aliis in locis Μεσσαπία) καὶ Ἰαπυγία, ὕστερον Σαλεντία, εἶτα Καλαβρία ἐκλήθη, ex MSS. utroque, niſi quod Καλαυρία habeat Seld. ceteri: ἡ γὰρ Μεσαπυγία, καὶ Ἰαπυγία, ὕστερον Βαλεντία, εἶτα Βαλέντη ἐκλήθη. Pertinet huc locus Strabonis VI. p. 282. ἡ δ' ἐκ Βρεντεσίου πεζευομένη ὁδὸς εἰς τὸν Τάραντα εὐζώνῳ μιᾶς δοῦσα ἡμέρας, τὸν Ἰσθμὸν ποιεῖ τῆς εἰρημένης χερρονήσου, ἣν Μεσσαπίαν τε, καὶ Ἰαπυγίαν, καὶ Καλαβρίαν, καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσι. vide eundem p. 277.

in ultima Italia cum Roma? Philoctetes Petiliam, Crimiſſam, Chonin, condidit ac habitavit. *Strabo* VI. p. 254. *Dionyſ. Hal.* lib. I. p. 10. *Steph. Byz.* in Χώνη. omnes ad mare Ionium infra ſinum Tarentinum. Dicerem pro Ῥώμη legendum eſſe Χώνη, niſi Tzetzis ἔνθα νῦν requireret nomen recentius, quod in obſoleti locum ſucceſſit. Sic *Herodotus* I. 167. ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης τάυτην, ἥτις νῦν Τέλη καλέεται. Crimiſſam condidiſſe πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίου paulo ante dixerat *Tzetzes*. Vide ergo an Κρότων legi poſſit, vel Κορτώνη, *ubi nunc adhuc Cortona eſt;* vel Βρουτλία, ut regionem intelligas Oenotriam, quæ deinde Brutia. Certe non mihi perſuaſerim cum doctiſſ. *Cluverio* Italiæ antiq. lib. III. p. 796. ſq. Philocteten Romano agro a Tzetze inductum eſſe; quem modo in infima Italia collocaverat.

§ 10. (l. 25.) Ναρβωνησίους Βέβρυκας] Hic Dionis locus exſtat apud *Zonaram* T. II. p. 70. (T. I. p. 406. Cangii). ubi Hiſpaniæ ſitum deſcribit. Inter cetera: μέχρι τοῦ Πυρηναίου νέμεται. τὸ γὰρ ὄρος τοῦτο ἐκ τῆς θαλάσσης τῆς πάλαι μὲν Βεβρύκων, ὕστερον δὲ Ναρβωνησίων, ἀρξάμενον, ἐς τὴν ἔξω τὴν μεγάλην διατείνει, πολλὰ μὲν ἐντὸς αὐτοῦ καὶ σύμμικτα ἔθνη ἔχον, πᾶσαν δὲ τὴν Ἰβηρίαν ἀπὸ τῆς προσοίκου Γαλατίας ἀφορίζον. Horum porro Bebrycum, qui Hiſpanis collimitant, meminit *Marcianus Heracleota*, ut notavit Scaliger in Euſebii Chronicon (p. 62. col. 1.) Nomen illis a Bebryce, qui olim in ea ora imperavit; cujus filia Pyrene memoratur, quæ ab Hercule in Iberiam iter faciente vitiata, cum diſceſſu Herculis mœſta per ſylvas erraret, a feris laniata nomen monti dedit. Græci enim Πυρήνην, & nonnulli Latinorum eos montes vocant. Auctor *Silius Italicus* lib. III. (v. 423.) De his Bebrycibus loquitur & *Stephanus:* Βεβρύκων ἔθνη δύο· τὸ μὲν πρὸς τῷ Πόντῳ ἐν τῇ Ἀσίᾳ· τὸ δὲ παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. VALES.

§ 11. (l. 39.) Ἀργύριππα πόλις τοῦ Διομήδους] Argyrippa, ut multi veterum tradunt, proprie dicitur Ἄργος ἵππιον, unde ex Argoſippion natum Argorippion, ſubſtituto R, pro S, ut § 8. vidimus; & alia terminatione Argorippia, ſeu Argyrippia dici cœpit; denique Ἄρποι, Arpi, plurium numero. Mirum igitur, ab uno quod ſciam Dione potuiſſe *Arpus* vel *Arpos* dici. Unde eruditiſſimus *Cluverius* probe emendandum cenſuit μετεκλήθη Ἀπουλοῖς Ἄρποι. Conf. interim de Argyrippa ejusque nominibus & conditore *Stephanum Byz.* in Ἀργύριππα. *Strabonem* lib. VI. p. 283. *Appianum* Annib. p. 331. B. *Servium* ad Virg. Æn. VIII. 9. XI. 246. ſqq. *Tzetzen* ad Lycophr. v. 592. p. 90. *Plinium* lib. III. c. 11. *Juſtinum* XX. 1, 10. alios apud *Cluverium* Italiæ ant. lib. IV. c. 12. p. 1215. ſq.

§ 12. (l. 41.) ὕστερον Σαλεντία, εἶτα Καλαβρία] *Zonaras* ex Dione, ut ſolet, p. 51. (T. I. p. 380. Cangii) εἶτα εἰς τὴν νῦν καλουμένην Καλαβρίαν ἐτράπευσαν. Sic & p. 83. pro Μεσαπύγη & Μεσαπυγία, legendum eſt Μεσσαπία, ex *Strabone* lib. VI. (p. 277.) & *Antonino Liberali* cap. 28. Metamorph. VALES.

§ 13. (l. 46.) Ἄλλοι δὲ τὴν ἄορνον] Hoc fragmentum, perinde ut ſequens XI. omiſerat Valeſius. Hoc omitti potuiſſe non nego, quia propius ſpectat librum Dionis LXVIII. p. 783. E. ſequens XI. & XV. ſpeciminis tantum cauſa hic damus: nam plura Dionis

XI.

Mamortos Romani vocant eos qui bellicoſi ſunt, ſicut tradit alicubi vel Diodorus vel Dio: (uter enim illorum, haud ſatis recordor.) Ita autem fere ſcribit: Illi cæſis, qui eos receperant, Meſſeniis, occupataque urbe Meſſana, Mamertos ſe appellarunt, hoc eſt, bellicoſos: Mamers enim Romanis vocatur Mars.

Ῥωμαῖοι τοὺς πολεμικοὺς Μαμερτοὺς καλοῦσιν, ὡς ἱστορεῖ που ἢ Διόδωρος ἢ Δίων, οὐ γὰρ ἀκριβῶς μέμνημαι. γράφει δὲ ὑπωσί πως· Μεσηνίους καταπολεμήσαντες τοὺς ὑποδεξαμένους αὐτοὺς κατέσχον Μεσήνην, καὶ [14] Μαμερτοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν, τουτέστι πολεμικούς. Μαμερτὸς γὰρ ὁ Ἄρης παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται. *Ex eodem p.* 135. *ad v.* 938.

XII.

A.U.C.521 Tempore Fabii Maximi Verrucoſi hoc factum a Romanis, ut Græcum & Græcam, Gallum & Gallam in medio defoderent foro, ob metum ab oraculo incuſſum, quod Græcos & Gallos urbe potituros dixerat.

Ἐπὶ [15] Φαβίου γὰρ Μαξίμου βερκόστου ἤτοι ἀκροχορδονώδους Ῥωμαῖοι τοῦτο ἐποίησαν, [16] Ἑλληνικὸν καὶ Γαλατικὸν ἀνδρόγυνον κρύψαντες ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ, ἐκ χρησμοῦ τινος δειμαλωθέντες, λέγοντος Ἕλληνα καὶ Γαλάτην καταλήψεσθαι τὸ ἄστυ. *Ex eodem p.* 91. *ad v.* 603.

XIII.

Palladium Minervæ hujusmodi erat: ligneum ſimulacrum trium cubitorum magnitudine, quod de cœlo deciderat Peſinunte opido Phrygiæ, unde id nomen datum eſſe urbi Diodorus & Dio memorant.

Τὸ Παλλάδιον δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τοιοῦτο ἦν· τρίπηχυ ξύλινον ἐξ οὐρανοῦ καταπεσὸν [17] ἐν Πεσινοῦντι τῆς Φρυγίας, ὅθεν Διόδωρος καὶ Δίων τὸν τόπον κληθῆναι φασίν. *Ex eodem p.* 60. *ad v.* 355.

XIV.

A.U.C.414 Duris, Diodorus & Dio narrant, eo tempore, quo Samnites, Tyrrheni, aliæque gentes, bellabant contra Romanos, Decium Conſulem Romanorum, qui cum Torquato ducebat exercitum, ſe ipſum ex devotione interficiendum præbuiſſe, eademque die cæſa eſſe hoſtium centum millia.

Γράφει δὲ Δοῦρις, Διόδωρος καὶ Δίων· ὅτι Σαμνειτῶν, Τυρρηνῶν, καὶ ἑτέρων ἐθνῶν πολεμούντων Ῥωμαίοις, ὁ Δέκιος ὕπατος Ῥωμαίων, συστρατηγὸς ὢν Τορκουάτου, ἐπέδωκεν ἑαυτὸν εἰς σφαγήν. καὶ ἀνηρέθησαν τῶν ἐναντίων χιλιάδες ἑκατὸν αὐθημερόν. *Ex eodem p.* 172. *ad v.* 1378.

XV.

Quod ille regnans introduxit, & pecunia reos mulctavit, ut nullum vitæ periculum ſubire cogerentur.

Ἐπειδὴ ἦρχεν, εἰσήγαγον (forte, εἰσήγαγεν) καὶ χρήμασιν ἐζημίωσεν, ὥστε περὶ τοῦ σώματος εἰς κίνδυνον κατασῆσαι. *Ex Codice CCCXLV. Bibl. Coisl. apud Montfaucon, p.* 496. *ubi in Libello* περὶ συλλήξεως, *in* ζημιῶ, *citatur* Δίωνος ϛ Βιβλίον· ἐπειδὴ *&c.*

Ex

nis fragmenta, ex Tzetze aliisque auctoribus collecta, ſpicilegio ſub finem Dionis exhibendo reſervamus. De Averno fabulam Strabo tangit lib. V. pag. 244. προσεμύθευον δ' ὅτι ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ὑπερπετᾶς γινομένους, καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ, φθειρομένους ἀπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, καθάπερ ἐν τοῖς Πλουτωνίοις. Vide ibi Interpretes. Idem Strabo p. 245. τοιαῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐμυθολόγουν. νυνὶ δὲ τῆς μὲν ὕλης τῆς περὶ τὸν Ἄορνον κοπάσης ὑπὸ Ἀγρίππα, τῶν δὲ χωρίων κατοικοδομηθέντων, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀόρνου διώρυγος ὑπονόμου τμηθάσης μέχρι Κύμης, ἅπαντ' ἐκεῖνα ἐφάνη μῦθος. *Atque hæc quidem fabulati ſunt priſci. Noſtra vero tempeſtate, cum ſylvam, quæ circa Avernum fuit, cæcidiſſet Agrippa* (qua de re & Dio p. 388. & Servius ad Virg. Æn. III. 442.) *& loca ædificiis occupata eſſent, actusque infra Avernum Cumas usque cuniculus, omnia iſta fabulas eſſe liquido apparuit.*

§ 14. (l. 56.) Μαμερτοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν] Videtur eſſe ex *Diodoro*, cujus Eclogas & Excerpta confer T. II. p. 493. & 561. adde *Polyb.* lib. I. p. 7. B. D. p. 9. B. *Plin.* III. 8. alios apud *Cluverium* Ital. Antiq. lib. I. cap. 6. p. 86. ſq. De vocabulo adi *Tzetzen* ad v. 1410. *Feſtum* in *Mamercus, Mamers & Mamertini*, & *Varronem* de L. L. lib. IV. Mamertinorum numus, cum nuce pinea & Martis Capite, & inſcriptione ΑΡΕΟΣ, apud Goltzium Magn. Græc. Tab. XXVII. alius ejusmodi apud *Harduinum* Opp. Sel. p. 100.

§ 15. (l. 59.) ἐπὶ Φαβίου Μαξίμου] Anno U. C. 625. (immo, 521.) Ejus immanis ſacrificii meminit & *Zonaras* p. 68. (T. I. p. 403.) & *Oroſius* lib. IV. cap. 13. eodem ipſo anno, quem ſupra dixi, factum id memorat. Poſtea etiam id ſacrificium repetitum eſt bello Punico ſecundo, ut narrat *Livius* lib. XXII. (cap. 57.) Simile quid & ſub Julio Cæſare factum prodit *Dio* lib. XLIII. (p. 226. B.) VALES.

§ 16. (l. 60.) Ἑλληνικὸν καὶ Γαλατικὸν ἀνδρόγυνον] Tzetzes neque hic, nec ad v. 1056. ubi de hac re iterum, Dionem laudat; ei vero tribuendum eſſe, ex Zonara credo ſuſpicatur Valeſius. ἀνδρόγυνον Tzetzes contracte vocat, non Hermaphroditum, ſed δύο Ἕλληνας ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως, ut eſt apud *Plutarchum* in Marcello p. 299. D. & Quæſt. Rom. p. 283. E. 284. B. *Gallum & Gallam, Græcum & Græcam*, ut *Livius* l. c. & ſic in ceteris. adde *Minucium Felicem* Octav. c. 30. Ita ἀνδρόγυνα λουτρὰ ex Anthologia *Stephanus* affert in Theſ. Gr. L. ἀπρεπῆ ἀνδρογύνων λουτρὰ vocat *Palladius* in vita Chryſoſtomi c. 13. T. XIII. Montf. p. 49. C. non *effeminatorum hominum*, ut interpres, ſed ἐν οἷς λούονται γυναῖκες καὶ ἄνδρες, *ubi promiſcue viri & feminæ lavantur*, ut dicitur in Anthol. Lib. IV. p. 492. edit. Francof. 1506. fol. Hoc ſenſu non infrequens vocabulum eccleſiaſticis ſcriptoribus. Ad rem ſpectat hoc, quod latinis ἀνθρωποθυσίας in more fuiſſe uſque ad A. V. C. 657. plures tradidere apud *Marshamum* Can. Chron. Sæc. XI. fin.

§ 17. (l. 65.) ἐν Πεσινοῦντι] Confundi hic Palladium apud Ilium cœlo

Ex Dionis Libro XV. apud eundem Valeſium, p. 774.

XVI.

Δίων [18] ἐν Ῥωμαϊκοῖς ιέ. ἔκ τε γὰρ τῆς ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἀξιώσεως, καὶ ἐκ τῆς παλαιᾶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους φιλίας, οὐκ ἤνεγκαν [m] δικαιωθέντες. ἀλλ' ἐπεχείρησαν καὶ οἱ Καμπανοὶ τοῦ Φλάκκου, καὶ οἱ Συρακόσιοι τοῦ Μαρκέλλου κα]ηγορῆσαι. [19] καὶ ἐδικαιώθησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ. *Ex Suida in* ἐδικαιώθησαν, *& Etymologico M.*

Dio libro XV. hiſtoriæ Romanæ: Nam propter antiquiſſimam urbis dignitatem, & propter veterem amicitiam cum Romanis, pœnam quæ ab ipſis repetebatur indigne tulerunt. Sed & Campani Flaccum, & Syracuſani Marcellum accuſare aggreſſi, in Senatu condemnati ſunt. A.U.C. 544

Ex Libro XVI. apud eundem.

XVII.

Δίων ἐν τῷ ις'. [20] πάντες ἀποθανεῖν ἐσε ἄξιοι· οὐ μέντοι καὶ ἐγὼ πάν]ας ὑμᾶς θαναλώσω, ἀλλ' ὀλίγους μὲν, οὓς καὶ συνείληφα ἤδη, δικαιώσω, τοὺς δὲ ἄλλους ἀφίημι. *Ex Suida, & Etymologico, ibid.*

Dio lib. XVI. Vos quidem omnes ſupplicium meruiſtis, nec ego tamen omnes morti dabo; ſed miſſis ceteris, in paucos tantum illos, quos iam comprehendi, animadvertam. A.U.C. 540

XVIII.

Ταῦτα μὲν οὖν οὗτοι περὶ Γυμνησίων νήσων. Δίων δὲ ὁ Κοκκειανὸς τάυ]ας φησὶ πλησίον εἶναι τοῦ Ἴβηρος
775 πο]αμοῦ, πλησίον τῶν Εὐρωπαίων Ἡρακλειῶν σηλῶν· ἃς νήσους Ἕλληνες μὲν καὶ Ῥωμαῖοι κοινῶς Γυμνησίας φασὶν, [21] Ἴβηρες δὲ Βαληρίας, [22] ἤτοι ὑγιεινάς. *Ex Iſacio Tzetze in Lycophronem, p.* 94. *ad v.* 633.

De Gymneſiis Inſulis hæc auctores laudati. Dio autem Coccejanus tradit, prope ab Ibero flumine Herculisque columnis Europæis has inſulas abeſſe, quas Græci juxta ac Romani vulgo Gymneſias, Hiſpani autem Valerias, hoc eſt, ſanas, appellant.

Ex Libro XVII. & XIII. apud eundem.

XIX.

Δίων ἐν Ῥωμαϊκῶν ιζ. πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ὡς πλήθει τὸ μὲν εὐτυχοῦν θρασύνεσθαι, τὸ δὲ κακοπραγοῦν με]ριάζειν· καὶ τούτου τὸ μὲν δεδιὸς σωφρονεῖν, τὸ δὲ θαρσοῦν ἀκολασαίνειν. ἐπὶ πλέον δὲ ἐν ἐκείνῳ τοῦτ' ἐφωράθη. καὶ ἐν τρισκαιδεκάτῳ· Καίτοι πέφυκεν ὡς πλήθει τὸ μὲν βέβαιον ἐκ βραδυτῆτος, τὸ δ' ὀξύῤῥοπον ἐκ τάχους διανοίας ὑπάρχειν. *Ex Suida in* ὡς ἐπίπαν.

Dio lib. XVII. Hiſt. Rom. Solent plerumque, quibus res proſpere ſuccedunt, inſolenter efferri, & qui adverſa utuntur fortuna, moderate ſe gerere; unde in his quidem, propter metum, prudentia; in illis, propter fiduciam, protervia naſcitur. Idque vel maxime in hoc viro tum habuit locum. Et lib. XIII. Fit plerumque, ut conſtantia ex tarditate ingenii; levitas autem ex ejusdem celeritate oriatur.

II. Frag-

[m] δικαιωθέντες. Kuſterus ad Suid. putat ſcribendum δικαιωθέν]ας.

cœlo delapſum, & Magnæ Matris ἄγαλμα διοπετὲς, quod Peſinunte cœlo decidit, jam annotatum eſt a Doctiſſimo *Weſſelingio* ad Diodor. Sic. Tom. II. p. 640.

§ 18. (l. 77.) ἐν Ῥωμαϊκοῖς ιέ] Hic locus, quem citat *Suidas*, extat apud *Zonaram* p. 86. (p. 427. B.) ſed aliquot verbis truncatus, qui mos Zonaræ eſt. VALES.

§ 19. (l. 81.) καὶ ἐδικαιώθησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ] Ita legiſſe Suidam & Etymologum, non ut Valeſius ἐδικαιολογήθησαν, patet vel ex titulo ἐδικαιώθησαν. Sed idem res docet, damnatos eſſe actores præcipue Campanos, de quibus *Zonaras* p. 427. ὕστερον δὲ καὶ ἄλλα τινὰ προσεπῶφλον, κα]ηγορῆσαι τοῦ Φλάκκου τολμήσαν]ες. *Livius* XXVI. 34. decretum refert: *aliorum bona publicanda: liberosque eorum & conjuges vendendas - - alios in vincula condendos.* &c. Syracuſani quidem mitius accepti a ſenatu ſunt, ideo quod accuſatione omiſſa, de qua Dionis verbis iterum Suidas in Φλάκκος, ad deprecationem converſi fuiſſent; ſed tamen & viſum ſenatui, τὸν Μάρκελλον μηδὲν ἀδικεῖν, ut *Zonaras* ſcribit, vel ut *Livius* cap. 32. *quæ is gerens bellum victorque egiſſet, rata habenda eſſe*, vel ut *Plutarchus* in Marcello p. 311. E. νικῶν ἀπεδέχθη. Ceterum de ſignificatione verbi δικαιόω, vide *Fabric.* ad Dionem p. 226. B.

§ 20. (l. 83.) πάν]ες ἀποθανεῖν] Et hic Dionis locus, ex oratione Scipionis ad milites qui ſeditionem fecerant, extat apud *Zonaram* p. 91. (435. B.) iisdem plane verbis. VALES.

§ 21. (l. 91.) Ἴβηρες δὲ Βαλερίας] Ita ſcribitur quoque apud *Zonaram* p. 92. (435. D.) ex quo hunc locum libro XVI. aſſignare non dubitavi. Nam cum præcedens fragmentum ſit ex libro XVI. Dionis, teſte *Suida*, ſequitur ut hæc quoque hiſtoria, quæ cum ſuperiori proxime juncta eſt, ad eundem librum pertineat. Ceterum Dioni hic non aſſentior: nam neque Romani eas inſulas Gymneſias vocant, ſed Græci tantum; neque Hiſpani eas Balerias appellant, ſed Baleares. VALES.

§ 22. (l. 91.) Βαλερίας ἤτοι ὑγιεινάς] Magnus Bochartus in Chanaan, L. I. c. 35. p. 705. A. *Palam nugatur Iſacius in Lycophronem, cum Balearidas inſulas dici vult, quaſi* Βαλερίας ἤτοι ὑγιεινάς, *Valerias aut ſanas. - - - Proinde ipſe Livius:* (XXXVIII. 29.) *Baleares a teli miſſu appellati.* Neque tamen a Græco βάλλειν, ſed ab hebræo בעל ירה magiſter jaculandi, derivandum eſſe nomen Bochartus cenſet. Vide eundem de his inſulis copioſe p. 702. ſqq. adde *Salmaſium* ad Solin. p. 198. a. B. 199. a. B. Ceterum addebat poſtremo Valeſius ex lib. XXIX. Dionis apud Suidam in σάδιον, fragmentum ſequens: Δίων ἐν κθ' τῶν Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν· τῷ δὴ σαδίῳ σῶν σκαφῶν προδιδόμενοι δεινῶς ἠχάλλον. Sed per incuriam forte κθ'. ſcripſerat Valeſius, ideoque pro inedito fragmento habuit, cum apud *Suidam*, certe in editione Kuſteri, recte ſit λθ'. & locus extat lib. XXXIX. p. 111. A. unde hic a me prætermittendus erat.

II. *Fragmenta Dionis ex Collectaneis Constantini Porphyrogenetæ editis a Valesio, pag. 568. sqq.*

Ex Dionis Coccejani Historiæ Romanæ Libro I.

Ἐκ τῆς ἱστορίας [23] Δίωνος Κοκκειανοῦ Ῥωμαϊκῆς.

XX.

ab A. U. C. 40

1. Numa, utpote Sabinus, domicilium in colle Quirinali, Regiam vero in via sacra habebat, ac propter ædem Vestæ ut plurimum versabatur, interdum & ruri manebat. Fert vero animus, inquit *Dio*, res populi Romani pace juxta ac bello gestas, quæcunque sunt memoratu dignæ, scriptis mandare; adeo ut nihil eorum, quæ maxime sunt necessaria, neque a nostris, neque ab exteris desiderari possit.

2. Deinde ait: per se ipsi tum Romani ad vitam sedatam se composuerunt, cum Deorum religione imbuti sunt; quare cum ipsi, regnante Numa, perpetuam inter se & cum exteris pacem coluere, tum Numam perinde ac Romulum sibi divinitus datum existimarunt. (Ajunt vero peritissimi rerum Sabinarum, eadem die natum esse Numam qua Roma condita est.) Ita amborum opera civitas, brevi, non valida tantum, sed & probe constituta evasit, cum alter eam necessario, velut recens conditam, in re bellica exercuisset, alter præterea pacis artibus instituisset, adeo ut in utroque juxta enituerit.

1 Ὅτι ὁ Νούμας ᾤκει ἐν [24] κολωνῷ τῷ Κυρινα-
λίῳ 569 ὠνομασμένῳ, ἅτε καὶ Σαβῖνος ὤν, τὰ δὲ δὴ ἀρχεῖα
ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ εἶχε, καὶ τάς τε διατριβὰς ὡς τὰ πολλὰ
τοῦ Ἑστιαίου ἐποιεῖτο· καὶ ἔστιν [25] ὅτε καὶ κατὰ
χώραν ἔμενεν. ὁ δὲ Δίων φησίν· ὅτι σπουδὴν ἔχω
συγγράψαι πανθ' ὅσα τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ εἰρηνοῦ-
σι, καὶ πολεμοῦσι, ἀξίως μνήμης ἐπράχθη, ὥστε
μηδὲν τῶν ἀναγκαίων μήτε ἐκείνων τινὰ, μήτε τῶν
ἄλλων σοφῶν.

Ἔπειτα καὶ· [n] ὅτι δι' ἑαυτῶν τότε κατέστησαν,
ὁ φασιν τοῦ θείου λαβόντες, κἀκ τούτου αὐτοί τε
ἐν εἰρήνῃ καὶ πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τοὺς ἀλλο-
φύλους παρὰ πᾶσαν τὴν τοῦ Νούμα ἀρχὴν διεγέ-
νοντο. καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἀθεεὶ σφίσιν ἐξ ἴσου τῷ Ῥω-
μύλῳ ὑπάρξαι ἔδοξεν. φασὶ δὲ αὐτὸν οἱ τὰ σα-
φέστατα Σαβίνων εἰδότες, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ
ἡ Ῥώμη ἐκτίσθη, γεγενῆσθαι. οὕτω μὲν δὴ [26] δι'
ἀμφοτέρους αὐτοὺς καὶ ἰσχυρὰ ταχὺ καὶ εὔκοσμος ἡ
πόλις ἐγένετο, τοῦ μὲν τὰ πολεμικὰ αὐτὴν ἀναγ-
καίως, ἅτε καὶ νεόκτιστον οὖσαν, ἀσκήσαντος, τοῦ δὲ
τὰ εἰρηνικὰ προσεκδιδάξαντος· ὡς αὐτὴν ἐν ἑκατέ-
ρῳ ὁμοίως διαπρέψαι.

XXI.

A. U. C. 91

Tullus Hostilius in bello adversus hostem fortissimus habebatur: Deorum vero cultum prorsus cum contemtu negligebat, donec sæviente per urbem pestilentia, ipse quoque morbo implicitus est. Tum enim & cereros Deos præcipua cura coluit, & Salios, quos Collinos vocant, addidit.

Ὅτι ὁ Τοῦλλος πρὸς τοὺς πολεμίους κράτιστος ἐνο-
μίζετο. τοῦ δὲ δὴ θείου πάνυ καταφρονήσει παρη-
μέλει, [27] μέχρις οὗ νόσου λοιμώδους γενομένης, καὶ
αὐτὸς ἠρρώστησε. τότε γὰρ τῶν τε ἄλλων θεῶν δι'
ἀκριβείας ἐπεμελήθη, καὶ τοὺς [28] Σαλίους τοὺς Κολ-
λινοὺς προσκαλέσησε.

XXII.

[n] Ὅτι. ita MS. Peiresc. pro quo ὅ, τι Valesius maluit exprimere; perperam ut arbitror verba ἔπειτα καὶ ὅ τι pro ipsius Dionis habens, quod facit etiam Falco. mihi quidem videntur hæc Excerpentis verba esse, ἔπειτα καὶ (scil. ut modo dixerat, Δίων φησὶ) ὅτι. nam alioqui male cohærent cum superioribus. [o] πίσιν. malim πύσιν, pro quo alterum sæpius imperiti librarii substituunt.

§ 23. Δίωνος Κοκκιανοῦ] Sic in exemplari nostro scriptum erat, pro Κοκκειανοῦ, ut recte scribitur in scholiis *Isacii Tzetzæ* in Lycophronem & apud *Suidam* aliosque. Dio etiam Chrysostomus dictus est Coccejanus, ut docet epistola *Trajani* ad Plinium Secundum. Hæc enim epistola, ut & illa *Plinii* (lib. X. ep. 85. 86. vel 82. 83.) cui respondet Trajanus, pertinet ad Dionem Chrysostomum. Quippe Dio, cum frequenter civibus suis suasisset, ut opus quoddam publicum ad urbis ornatum extrueretur, tandem ipse curator ejus operis decreto Prusensium erat creatus. In eo ædificando tabernam ærariam destruxit, & sepulcra quædam ac statuas transtulit. Hinc calumniatores ab eo urbem destrui ac disturbari omnia clamabant, ut testatur ipsemet *Dio* Orat. 40. 45. 46. & 47. Itaque cum opus illud perfectum urbi assignaret Dio, vexatus est a quibusdam, ut testatur epistola Plinii ad Trajanum cum rescripto Trajani, in quo Coccejanus Dio diserte appellatur. Atque ut conjecturam meam libere proponam, videtur mihi Dio id pronomen usurpavisse in gratiam Cocceji Nervæ, cui in primis carus fuit, ut ipse testis est initio Orat. 45. Hunc porro avum fuisse maternum Dionis historici suspicor, tum ex nominis gentilitate, tum ex patriæ conjunctione. Ambo enim Bithyni fuere: prior quidem Prusensis, ex ea Prusa quæ ad Olympum sita est, teste Plinio, alter Nicænus. VALES.

§ 24. (l. 1.) ἐν κολωνῷ τῷ Κυρινα λίῳ] Idem dicit *Solinus* cap. 2. *Numa in colle primum Quirinali habitavit, deinde propter ædem Vestæ, in regia, quæ adhuc ita appellatur. Tullus Hostilius in Velia, ubi postea ædes Deum Penatium est facta.* &c. qui locus videtur translatus esse ex *Varrone* lib. I. de vita populi Rom. cujus verba hæc profert *Nonius* in secundum. *Tullum Hostilium in Velis, ubi nunc est ædes Deum Penatium: Ancum in Palatio ad portam Mugioniam secundum viam sub sinistra.* Lege: *habitasse in Velia.* Sic enim dicebatur locus iste, teste ipso *Varrone* lib. IV. de lingua lat. *Velienses sexticepsos in Velia ad ædem Deum Penatium.* Vel potius legendum est, *in Veliis*, numero plurali; quemadmodum vocat *Dionysius Halicarn.* lib. I. p. 54. ubi de templo Deum Penatium loquitur, quod erat Romæ juxta forum, λέγεται δὲ, inquit, καλὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν, ὑπελαίαις τὸ χωρίον. Interpretes *sub olivis* vertunt, cum vertendum sit *in Veliis.* (vel *sub velia*, ut vult Cujacius) VALES.

§ 25. (l. 4.) ἔστιν ὅτε καὶ καλὰ χώραν ἔμενε] Alias *Dio* hac phrasi καλὰ χώραν μένειν significat, *loco suo* vel *in urbe manere.* Sed & apud Græcos scriptores καλὰ πόλιν, & καλὰ χώραν opponuntur; pro quo καλὰ τοὺς χώρους sæpius legitur apud *Xenophontem.* Atqui Numam ruri multum versatum esse, reticeri hic non poterat, & fusius *a Plutarcho* in Numa, post regiam ejus & procurationem sacrorum ad ædem Vestæ, p. 70. sq. docetur, ut agros bello partos divisserit plebi, circumscripserit limitibus, Fidei & Termini numina venerari docuerit. Sed & commoratus diu extra urbem Numa tum, cum congressum cum Dea Egeria simulavit. Idem *Plut.* p. 61. F. ὁ δὲ Νουμᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἤθελεν, ἐν ἄλσεσι θεῶν, καὶ λειμῶσιν ἱεροῖς, καὶ τόποις ἐρήμοις ποιούμενος τὴν δίαιταν. *Hinc Numa, relicta urbana vita, plerumque rusticari & errare solus voluit, egitque in lucis Deorum sacrisque pratis ac solitudinibus.* Conf. *Polyænum* Strateg. VIII. 4. Fuit autem Numa Sabinus, habitans quondam Curibus, celebri Sabinorum urbe, filius Pomponii viri illustris, natus eadem die, qua

XXII.

570 Ὅτι Ταρκύνιος [29] πλούτῳ καὶ συνέσει, καὶ εὐρα-
πελίᾳ πολλῇ παντὸς καλὰ καιρὸν χρώμενος, οὕτω
τὸν Μάρκιον διέθηκεν, ὥστε καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας
καὶ ἐς τὴν βουλὴν ὑπ' αὐτοῦ καταλεχθῆναι, στρατη-
γός τε πολλάκις ἀποδειχθῆναι, καὶ τὴν ἐπιτροπείαν
τῶν παίδων αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας πιστευθῆναι.
καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις προσφιλὴς οὐδὲν ἧττον ἦν, καὶ
διὰ τοῦτο καὶ ἑκόντων αὐτῶν ἐπρώτευσεν.

Αἴτιον δὲ ὅτι πάντα ἀφ' ὧν ἰσχύειν ἔμελλε πράτ-
των οὐκ ἐξεφρόνει, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις ὢν συνε-
στέλλετο. καὶ τὰ μὲν ἐπίπονα καὶ ἀνθ' ἑτέρων καὶ
ἐν τῷ φανερῷ ὑπέμενε, τῶν δὲ δὴ ἡδέων τοῖς τε
ἄλλοις ἑθελοντὴς παρεχώρει. καὶ γὰρ αὐτὸς ἢ οὐδὲν,
ἢ ὀλίγα, καὶ ταῦτα λανθάνων, ἐκαρποῦτο. καὶ τῶν
μὲν ἁμεινόνων τήν τε αἰτίαν ἐς πάντας μᾶλλον ἢ ἐς
αὑτὸν ἀνῆγε, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν ἐς τὸ μέσον τῷ
δεομένῳ καθετίθει. τὰ δὲ ἀτοπώτερα οὔτ' ἀνέφε-
ρεν ἔς τινα, οὔτε ἐκοινοῦτό τινι.

1. Tarquinius Priſcus, cum & opibus & prudentia & urbanitate magna ubivis oportune uteretur, Ancum Marcium ita ſibi devinxit, ut inter patricios ab eo atque in ſenatum adlectus ſit, ac multoties dux creatus belli, poſtremo liberorum regnique tutor inſtitutus. Neque eo ſecius charus ceteris omnibus erat, ac proinde volentibus cunctis principem tenebat locum.

2. Nam cum præſtaret omnia, quæ ad ſummam auctoritatem viam muniunt, inſolentia tamen minime efferebatur, ſed in ſummo illo faſtigio modeſtiam colebat. Præterea moleſtias quidem ipſe, etiam pro aliis, palam ſubibat, delicias vero ſponte concedebat ceteris, nihil ſibi inde commodi, aut certe modicum, atque id clam, ſumens. Accedebat, quod ſucceſſus proſperos cuivis potius adſcriberet quam ſibi, fructumque eorum in medio propoſitum relinqueret iis, qui illo habuiſſent opus; e contrario rerum adverſarum culpam in neminem alium rejiceret, aut cum quoquam communicaret.

Πρὸς δὲ τούτοις, ἐχαρίζετο μὲν πᾶσι τοῖς ἀμ-
φὶ τὸν Μάρκιον ὡς ἑκάστοις, καὶ τῷ ἔργῳ καὶ τοῖς
λόγοις. τῶν τε γὰρ χρημάτων ἀφειδῶς ἀνήλισκε,
καὶ ταῖς σπουδαῖς, εἴ τίς τι αὐτοῦ δεηθείη, ἑτοί-
μως ἐχρῆτο. φαῦλον δὲ ἐς οὐδένα οὔτε ἔλεγεν,
οὔτε ἔπραττεν. οὐδὲ ἐς ἀπέχθειαν ἑκὼν οὐδενὶ κα-
θίστατο. καὶ προσέτι, ἃ μὲν ἓν ὑπό τινων ἔπα-
θεν, [p] ὑπὸ τὸ μεῖζον διελάμβανε. τὰ δὲ δυσχερέ-
στερα ἤτοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ προσεποιεῖτο, ἢ καὶ φαυ-
λίσας παρ' ἐλάχιστον ἦγε· καὶ οὐχ ὅσον οὐκ ἠμύ-
νατό τινα ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ εὐεργέτει, μέχρι περ
καὶ ἐκεῖνον ἐξενίκησεν.

3. Adhæc univerſos juxta ac ſingulos Marcii familiares re ac verbis demerebatur. Nam & pecuniam erogabat liberaliter, & ſi a quopiam rogatus fuerat, ſtudia ei ſua lubentiſſime commodabat: re autem & verbis lædebat neminem, cum nemine ſimultatem ſponte exercebat. Præterea accepta quidem ab aliis beneficia exaggerabat; offenſas vero aut diſſimulabat omnino, aut extenuando habebat nihili; tantumque aberat, ut ea cauſa ulciſceretur quenquam, ut bene etiam de eo mereri non deſiſteret, donec odium inimici expugnaſſet.

Ἐκ μὲν οὖν τούτων σοφίας τινὸς δόξαν, ἅτε καὶ
τὸν Μάρκιον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν πάντας χειρωσάμε-
νος, ἐκτήσατο. ἐκ δὲ δὴ τῶν ἔπειτα ἀπιστεῖσθαι τοὺς
πολλοὺς,

4. His rebus cum & Marcium ipſum & familiares regis ſibi conciliaſſet, non mediocris prudentiæ laudem retulit: ſed iis quæ poſtea geſſit,

[p] ὑπὸ τὸ μεῖζον. ἐπὶ τὸ μεῖζον, Salmaſius in annotationibus MSS. ad marginem Excerptorum Peireſc. quæ ſunt apud Cel. Jo. Jac. Wetſtenium: quod omnino verum eſt. paulo poſt pro ἐνεργέτει, ſcripſi ἐνηργέτει, ex Zonara p. 325. B.

qua Roma condita, h. e. XI. Cal. Maj. ut auctor pariter eſt *Plutarchus* in Numa p. 61. C. Unde poſtea ei domicilium fuit in colle Quirinali, a Curetibus ſeu Sabinis, qui eo habitatum ſub Tatio conceſſerant, ſic appellato. vide *Dionyſ. Hal.* p. 113. & *Strabonem*, lib. V. p. 234. quanquam a Servio Tullio demum hunc collem urbi adjectum tradit *Livius* I. 44. qua de re diſputantem vide *Onuphrium Panvinium* in deſcriptione urbis Romæ, in Theſauro Græv. T. III. p. 219. A. 221. D. E.

§ 26. (l. 17.) δι' ἀμφοτέρους αὐτοὺς καὶ ἐχυρὰ ταχὺ καὶ ἔνκοσμος] Hæc iisdem fere verbis *Livius* lib. I. cap. 21. *ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. Romulus XXXVII. regnavit annos, Numa XLIII. Tum valida, tum temperata & belli & pacis artibus erat civitas.* Ex Dione depromſit *Cedrenus*, ut indicavi § 1.

§ 27. (l. 25.) μέχρις οὗ νόσου λοιμώδους γενομένης] *Livius* lib. I. c. 31. *Donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus. Tunc adeo fracti ſimul cum corpore ſunt ſpiritus illi feroces, ut qui nihil ante ratus eſſet minus regium, quam ſacris dedere animum, repente omnibus magnis parvisque ſuperſtitionibus obnoxius degeret, religionibusque etiam populum impleret.* conf. & *Plutarchi* Numam p. 75. A. De Saliis, qui in Collino tumulo ſacrarium habebant, a Tullo Hoſtilio inſtitutis, agit etiam *Dionyſ. Hal.* p. 129. niſi quod eos voviſſe regem dicit bello Sabino, l. c. & p. 173. quemadmodum *Livius* lib. I. c. 27. bello adverſus Fidenates: *Tullus in re trepida duodecim vovit Salios fanaque Pallori & Pavori.* De Saliis conſulendus *Tobias Gutberlethus* libro de Saliis, Franequ. 1704. 8. qui præter Salios *Palatinos* & *Collinos*, etiam cap. 7. *Albanos* a Tarquinio additos memorat ex veteri inſcriptione apud *Gruterum* p. CCCXVIII. 1. 2. Salium in numo Domitiani exhibet *Car. Patini* Theſaurus numiſmatum p. 60.

§ 28. (l. 27.) Σαλίους τοὺς Κολλινούς] Hi & Agonales dicti ſunt. (Varroni Agonenſes) Voverat eos Tullus Hoſtilius in bello contra Sabinos. Alii erant Salii *Palatini* dicti, quos inſtituit rex Numa, quorum ædes erat in Palatio. At *Collini* ædem habebant in tumulo Collino, ut docet *Dionyſius Hal.* lib. II. (p. 129, 22.) & III. (p. 173, 43.) Quocirca fallitur *Servius*, qui in lib. VI. (VIII. 285.) Æneid. ſcribit, duo eſſe genera Saliorum, *Collinos* & *Quirinales* a Numa inſtitutos, & ab Hoſtilio *Pavorios* ac *Pallorios*. Atqui ex Dionyſio ac Dione didicimus, Collinos ab Tullo Hoſtilio inſtitutos fuiſſe: quos quidem & *Quirinales* dictos fuiſſe & *Agonales* exiſtimo, eo quod in colle Quirinali, qui & Agonalis dictus eſt, ſacra habebant. *Pavorios* vero ac *Pallorios* unde hauſerit Servius, ignoro; niſi forte a Pavore & Pallore ita dictos cenſeamus, quibus Tullum Hoſtilium in bello contra Fidenates aram voviſſe, *Livius* (lib. I. cap. 27.) ſcribit; quo in bello etiam 12 Salios eundem voviſſe auctor eſt, quos *Dionyſius*, ut dixi, bello Sabino votos eſſe prodidit. (lib. III. p. 173.) VALES.

Collinos *vel* Quirinales, item Pavorios *vel* Pallorios, apud Servium legi volunt alii, ne quatuor genera Saliorum contra Servii mentem conficiantur. Vide *Gutberlethum* c. 6. p. 28.

§ 29. (l. 29.) ὁ Ταρκύνιος πλούτῳ καὶ συνέσει] De Tarquinii Priſci ingenio & moribus diſſimilibus eadem fere, ſed brevius, *Zonaras*, Tom. II. p. 12. (T. I. p. 325. B. Cangii) Addo & *Dionyſ. Hal.* de ejus ante regnum impetratum virtutibus, lib. III. p. 185. ſq. Sed non tantum *Livius* lib. I. c. 34. enarrat, quibus artibus filios regis Anci ſuæ tutelæ commiſſos regno privarit, verum & *Florus* lib. I. cap. 5. Græcum ingenium Italicis artibus eum miſcuiſſe ait. Ceterum *Valeſius* hæc Dionis τὰ δὲ δυσχερέστερα ἤτοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ προσεποιήσατο, reddiderat: offenſas vero aut *ſtatim* diſſimulabat: non aſſecutus

gessit, suspicionem plerisque, aut dolosi per naturam ingenii, aut pro fortuna atque opibus mutati, præbuit.

πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐποίησεν, ὡς ἤτοι δολεροῦ Φύσει ὄντος, ἢ καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις τάς τε τύχας καὶ τὴν γνώμην ἀλλοιουμένου.

XXIII.

ab A.U.C.220 1. Tarquinius, quam primum satis sibi videbatur instructus esse, ut dominari vel invitis posset, potentissimum quemque primo ex patribus, deinde & ex reliqua multitudine comprehensum neci dedit: quibus specioso aliquid criminis objicere poterat, palam, pluribus clam de medio sublatis, quibusdam etiam in exilium missis. Neque enim solum nonnullos eorum, qui Servio Tullio magis quam ipsi studuerant, aut qui genere, opibus, & animi magnitudine eminebant, aut qui vel fortitudine spectata vel insigni prudentia pollebant, alios ulciscens, alios mature occupans, præ invidia simul ac suspicione, tum & odio morum dissimilium interfecit; sed etiam amicissimos quosque, a quibus in obtinendo regno erat adjutus, haut secus quam ceteros negno erat adjutus, haut secus quam ceteros necavit, veritus ne eadem audacia studioque rerum novarum, quibus ipsi perfecerant imperium, forte & alteri regnum deferrent.

Ὅτι ὁ Ταρκύνιος, ἐπεὶ ἱκανῶς ὡς καὶ ἀκόντων τυραννήσων παρεσκευάσατο, τοὺς δυνατωτάτους πρῶτον μὲν τῶν βουλευτῶν, ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων συλλαμβάνων, πολλοὺς μὲν φανερῶς, οἷς γε αἰτίαν τινὰ εὐπρεπῆ ἐπενεγκεῖν ἐδύνατο, πολλοὺς δὲ καὶ λάθρα ἀπεκτίννυε, καί τινας ὑπερώριζεν. οὐ γὰρ ὅτι τὸν Τούλλιόν τινες ἢ αὐτῶν μᾶλλον ἢ ἐκεῖνον ἠγάπησαν, οὐδ' ὅτι γένη καὶ πλούτους, καὶ Φρόνημα εἶχον, ἀνδρεία τε ἐπιφανεῖ ἢ καὶ σοφίᾳ διαπρεπεῖ ἐχρῶντο, τοὺς μὲν ἀμυνόμενος, τοὺς δὲ προκαταλαμβάνων, Φθόνῳ τε καὶ ὑποψίᾳ ἅμα μίσους ἐκ τοῦ μὴ ὁμοήθους ἔφθειρεν· ἀλλὰ καὶ τοὺς πάνυ φίλους, πρός τε τὴν μοναρχίαν οἱ σπουδάσαντας, οὐδὲν ἧττον τῶν ἑτέρων ἀπώλλυεν, νομίζων σφᾶς ὑπό τε τῆς θρασύτητος, καὶ ὑπὸ τῆς νεωτεροποιΐας, ὑφ' ἧς ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν συγκαταπράξαντο, καὶν ἄλλῳ τινὶ αὐτὴν δοῦναι.

2. Ita præstantissimis senatorii & equestris ordinis de medio sublatis, suffecit quidem in necatorum locum neminem: cum ab universo populo se odio haberi crederet, & utrumque ordinem infrequentia debilitare quam maxime cuperet. Quin & Senatum penitus tollere aggressus est, quemlibet cœtum hominum præcipue lectissimorum, & qui speciem quandam magistratuum tenerent antiquitus, inimicissimum esse tyranno ratus.

Καὐτοῦτο τὸ κράτιστον τῆς βουλῆς καὶ τῆς ἱππάδος ἀπανάλωσεν· οὐδ' ἀνεκαθίστη τὸ παράπαν ἐς αὐτοὺς ἀντὶ τῶν ἀπολλυμένων οὐδένα. μισεῖσθαί τε γὰρ ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου ἐπίστευε, καὶ τὰ τέλη ἐκεῖνα ἀσθενέστατα ἐκ τῆς ὀλιγανθρωπίας ποιῆσαι ἐπεθύμει. καὶ τὴν γε γερουσίαν καὶ καταλύσαι παντελῶς ἐπεχείρησεν, πᾶν ἄθροισμα ἀνθρώπων, ἄλλως τε καὶ ἐπιλέκτων καὶ πρόχημα προσταιέας τινὸς ἀπὸ παλαιοῦ ἐχόντων, πολεμιώτατον τυράννῳ νομίζων εἶναι.

3. At cum metueret, ne plebs, aut ipsi etiam satellites, utpote cives, indignati mutationem reipublicæ, adversus se consurgerent, palam quidem id agendum haut censuit, ceterum arte quadam idonea id prorsus assecutus est. Etenim neque in senatum quenquam sublegit, neque cum iis qui supererant quicquam, quod momenti alicujus esset, communicavit. Quanquam enim eos interdum convocaret, non tamen id eo faciebat, ut eorum consilio ad res necessarias administrandas uteretur, sed hoc agens de industria, ut paucitate eorum demonstrata, humiles & contemtos redderet. Pleraque vero ipse per se, aut una cum filiis, administravit, partim ut ne quis alius quidquam posset, partim ne maleficia sua emanare in vulgus pateretur.

Δείσας δὲ μήπως οἱ τὸ πλῆθος ἢ καὶ αὐτοὶ οἱ δορυφόροι, ἅτε πολῖται ὄντες, ἀγανακτήσει τοῦ τὴν πολιτείαν σφῶν μεθίστασθαι, ἐπανασῶσιν, ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς οὐκ ἐποίησε τοῦτο· ἐν τρόπῳ δέ τινι ἐπιτηδείῳ καὶ πάνυ ἀσφαλῶς ἔπραξεν. οὔτε γὰρ ἀντεισῆγεν ἐς αὐτὴν οὐδένα, οὔτε τοῖς καταλοίποις λόγου τι ἄξιον ἐπεκοίνου. συνεκάλει μὲν γὰρ αὐτοὺς· ἃ μὴν ὥστε καὶ συνδιοικεῖν τι τῶν ἀναγκαίων. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο πρός τε τὸν ἔλεγχον τῆς ὀλιγότητος σφῶν, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ταπεινότητα καὶ καταφρόνησιν, ἐξεπίτηδες ἐποίει. τὰ δὲ δὴ πλεῖστα καθ' ἑαυτὸν ἢ καὶ μετὰ τῶν υἱέων, τοῦτο μὲν ὅπως μηδεὶς τῶν ἄλλων μηδὲν δύναιτο, τοῦτο δὲ καὶ κακῶν δημοσιεύειν ἐν οἷς ἐκακούργει, ἔπραττεν.

4. Erat

Δυσπρό-

[1] τινὲς αὐτὸν, Vales. illud αὐτὸν prorsus abundans, mutavi in αὐτῶν. um a vero casu, propter sequens ὁμοήθους. nam dici debebat ἅμα μίσει.

[2] ἅμα μίσους. credo hic aberrasse librari-

[3] αὐτὸ Vales. τῷ MS.

cutus phrasin Dioni aliisque familiarem τὴν ἀρχὴν, *omnino*, de qua passim *Fabricius* ad Dionem non sine causa lectorem admonuit; cum ea doctissimos plerumque interpretes fugisse videatur.

§ 30. (l. 68.) ὡς καὶ ἀπόντων τυραννήσων] Confer *Zonaram* p. 15. (p. 329. C. D.) Consona his de Tarquinio habet etiam *Livius* lib. I. c. 49. & *Dionys. Hal.* lib. IV. p. 244. sq. nisi quod hic, amicos suos Tarquinium sublegisse in senatus vacua loca, refert.

§ 31. (l. 58.) ὀυκ ἄκουσα δὴ ἐμοιχεύθη] Hic vero gravissima injuria Lucretiam afficit Dio, qui eam *minime invitam* cum adultero commixtam esse scribit: quo concesso, perit omnis gravitas quæ in hac historia debet esse. Etenim cum hæc res causam insignis mutationis Reip. Rom. attulerit, sitque quasi quidam cardo historiæ populi Rom. procul dubio graviter enarranda fuit; quo appareret, non sine gravi causa reges, quorum imperio a condita urbe assueverant Romani, urbe expulsos fuisse. Non igitur dicendum fuit, Lucretiam minime invitam stuprum esse passam: hoc enim proximum culpæ est: sed vi ac ferro coactam fuisse. Porro cum hac Dionis nostri narratione conferri potest narratio *Dionysii Halicarn.* lib. IV. (p. 262.) cui meo quidem judicio longe præstat illa *Diodori Siculi* p. 253. editionis nostræ; (T. II. p. 558. edit. Wessel.) omnibus vero illa *Titi Livii* quæ est in lib. I. (cap. 58.)

VALES.

ὀυκ ἄκουσα δὴ ἐμοιχεύθη] Scilicet ex duobus malis minimum

Δυσπρόσοδός [t] τε καὶ δυσπροσήγορος ἦν. καὶ τῇ ὑπεροψίᾳ τῇ τε ὠμότητι τοσαύτῃ πρὸς πάντας ὁμοίως ἐχρῆτο, ὥστε καὶ ὑπερήφανος ἀπ' αὐτῶν ἐπικληθῆναι. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ αὐτὸς, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τυραννικώτερον ἔπραττον· καί ποτε πολιτῶν τινας ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τοῖς τοῦ δήμου ὄμμασι σανροῖς τε γυμνοὺς προσέδησεν, καὶ ῥάβδοις αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν. καὶ τοῦθ' ὑπ' ἐκείνου τότε ἐξευρεθὲν καὶ πολλάκις ἐγένετο.

4. Erat præterea aditu difficilis atque affatu, tantaque adverſus omnes ſuperbia utebatur & crudelitate, ut Superbi inde cognomen retulerit. Atque inter cetera, quæ cum ab ipſo, tum a filiis impotenti dominatu geſta ſunt, nonnullos cives in foro atque in conſpectu populi nudos ad palum deligari virgisque ad mortem cædi juſsit: quod ſupplicii genus tum primum ab eo inventum, poſtea frequenter uſurpatum eſt.

XXIV.

Ὅτι ὁ Βροῦτος τοὺς Ταρκυνίους ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας καθέλυσε. συνδειπνοῦντές ποτε ἐν τῇ τῶν Ἀρδεατῶν πολιορκίᾳ οἵ τε τοῦ Ταρκυνίου παῖδες, καὶ Κολλατῖνος καὶ Βροῦτος, ἅτε καὶ ἡλικιῶται καὶ συγγενεῖς αὐτῶν ὄντες, ἐς λόγον τινὰ περὶ τῆς σωφροσύνης τῶν γυναικῶν σφῶν, κἀκ τούτου καὶ ἐς ἔριν, τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἑκάστου προκρίνοντος, ἦλθον. καὶ (ἐτύγχανον γὰρ πᾶσαι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἀπῶσαι) ἔδοξεν αὐτοῖς αὐτίκα τῆς νυκτὸς, πρὶν καταγγέλτες σφᾶς γενέσθαι, πρὸς πάσας ἅμα αὐτὰς ἀφιππεῦσαι. ποιήσαντες δὲ τοῦτο, τὰς μὲν ἄλλας ἐν λόγῳ τινὶ ἔυρον, Λουκρητίαν δὲ τὴν τοῦ Κολλατίνου γυναῖκα ἐριουργοῦσαν κατέλαβον.

1. Brutus Tarquinios regno expulit hujusmodi ex cauſa. Forte in obſidione Ardeæ, cum Tarquinii regis filii, & Collatinus atque Brutus, quippe æquales & cognatione conjuncti, una cœnarent, ſermo incidit de uxorum pudicitia: unde orta contentione, cum ſuam quisque uxorem ceteris anteponeret, conſilium ceperunt, ut protinus eadem nocte conſcenſis equis, ad omnes ſimul uxores, quoniam a caſtris aberant, priusquam de adventu ipſorum certiores poſſent fieri, inviſerent. Quo mox peracto, ceteras quidem confabulantes cum æqualibus, Lucretiam vero Collatini intentam lanificio deprehenderunt. A.U.C.245

Περιβόητον οὖν ἐπὶ τούτῳ γενομένην ὁ Σέξτος αἰσχύνας ἐπεθύμησε. τάχα μὲν γὰρ καὶ ἔρωτα αὐτῆς ἔσχεν ὑπερκάλλους ἕξεως· ἐπὶ πλέον δὲ ὅμως τὴν δόξαν μᾶλλον ἢ τὸ σῶμα διαφθεῖραι ἠθέλησε. καί ποτε τηρήσας τὸν Κολλατῖνον πρὸς τοῖς Ῥουτούλοις ὄντα, ἠπείχθη μὲν ἐς τὴν Κολλατίαν. καὶ νυκτὸς πρὸς αὐτὴν ὡς καὶ πρὸς [u] οἰκείαν γυναῖκα ἐλθὼν, καὶ σίτου καὶ καταλύσεως ἔτυχε.

2. Lucretiæ ob eam rem celebris fama Sextum Tarquinium ſtupri libidine incendit: qui fortaſſe etiam amore mulieris, ceu formoſiſſimæ, flagrans, tum quidem id agebat magis, ut famam ejus contaminaret, quam ut corpus. Igitur Collatinum aliquando ad Rutulos profectum obſervans, illico ſe Collatiam contulit. Ad Lucretiam ubi veſperi, velut ad propinqui ſui uxorem venit, tecto ac menſa benigne excipitur.

Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀναπείθειν αὐτὴν ἐπειρᾶτο συγγενέσθαι οἱ. ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινεν, ἐβιάζετο. ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν οὐδὲ οὕτως αὐτῷ προεχώρει, καινόν δή τινα τρόπον ἐξεῦρεν, ὑφ' οὗ τὸ παραδοξότατον ἠνάγκασεν αὐτὴν ἑκοῦσαν ὑβρισθῆναι. ὅτι μὲν γὰρ ἀποσφάξειν αὐτὴν εἶπε, παρ' οὐδὲν ἔθετο. καὶ ὅτι καὶ τῶν οἰκετῶν τινα προσκατασήσεσθαι ἔφη, καὶ τοῦτο ὀλιγώρως ἤκουσεν. ἐπεὶ μέν τοι παρακατακλινεῖν τε αὐτῇ τὸ τοῦ δούλου σῶμα, καὶ λόγον ὡς καὶ συγκαθεύδοντας σφᾶς εὑρὼν ἀποκτείνειε διαδώσειν ἐπηπείλησεν, ἐκέτ' ἀνεκτὸν ἐποιήσατο. ἀλλὰ φοβηθεῖσα μὴ καταπιστευθῇ οὕτω γεγονέναι, εἵλετο μιχθεῖσα αὐτῷ καὶ τὸ πραχθὲν ἐξειποῦσα ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ παραχρῆμα τελευτήσασα ἀδοξῆσαι. διὰ μὲν οὖν ταῦτ' [31] οὐκ ἄκουσα δὴ ἐμοιχεύθη.

3. Ibi primum homo pellicere eam ſermone inceſto, deinde, cum nihil proficeret, vi tentare; cum ne hoc quidem ſuccederet, novam excogitare artem, qua (mirum dictu!) Lucretiam ſponte ſua admittere ſtuprum coegit. Nam adhuc illa comminationem mortis ſibi inferendæ nihili fecerat, & vel hoc ipſum, quod ſervum aliquem juxta poſiturum diceret, contemtim audiverat. Verum ubi minatus præterea eſt, ſe ſervum nudum apud eam in eodem lecto collocaturum, famamque ſparſurum, quaſi deprehenſos in adulterio necarit: tum vero id minime ferendum exiſtimans, veritaque ne fides mendacio haberetur, ſtuprum in præſentia pati, ac mox enunciata injuria emori maluit, quam præſenti cum morte labem exiſtimationis ſubire. Eam igitur ob causam ſponte adultero ceſſit. 577

Παρα-

4. Poſt

[t] δυσπρόσοδος. δυσπρόσιτος, Z. p. 329. D. [u] οἰκείαν γυναῖκα. ambigua locutio, quæ magis etiam *ſuam uxorem*, quam *propinquam* notare poſſit. rectius γυναῖκα συγγενοῦς vocat Z. uxor nempe erat Tarquinii Collatini. an igitur οἰκείου γυναῖκα ſcribendum?

mum *ſponte* eligens. Supra: ἠνάγκασεν αὐτὴν ἑκοῦσαν ὑβρισθῆναι. Mitius ſane *Zonaras* p. 332. (quanquam cetera pro more iisdem verbis brevius) ἐνέδωκε. & *Dionyſ. Hal.* p. 262. dicit, eam ἕξαίφνης τε καὶ περιιδεῖν αὐτὸν ἃ προήρατο διαπραξόμενον. *Livius* lib. I. c. 58. *quo terrore quum viciſſet obſtinatam pudicitiam velut victrix libido. Ovidius* Faſt. II. 810. *ſuccubuit famæ victa puella metu.* Ad excuſandum tamen Dionem ſpectant, quæ *Ariſtoteles* Nicomach. III. 1. diſputat de actionibus mixtis, quæ majorum malorum metu ſuſcipiuntur, atque a coactis diſtingui debent. μικταὶ μὲν οὖν εἰσιν αἱ τοιαῦται πράξεις, ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις· αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε ὅτε πράττουσι - - - καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὀργανικὰ μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν ἐν αὐτῷ ἐστιν. ὧν δ' ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχὴ, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν, καὶ μή. ἑκούσια δὴ τὰ τοιαῦτα. Sane etiam Doctiſſ. *Barbeyracus* ad Puffendorffii I. N. & G. lib. I. cap. IV. §. 10. not. 4. negat factum Lucretiæ a Puffendorffio recte referri ad actiones coactas & involuntarias, laudans ſimul Baylium. Sic Cicero apud *Dionem* p. 254. fin. ἔς τε γὰρ τὰς μάχας ἐθελονταὶ (ἄγε ἐθελουσὶς τοὺς ἀναγκαζόντας φόβῳ καλεῖν δεῖ) ἦλθον. ipſe *Dio* de Mithridate pag. 35. D. ἐπεθύμησεν ἀποθανεῖν μὴ βουλόμενος. Ceterum hoc loco, ex ſcriptoribus Romanis, qui Tarquinii facinus attigerunt, ſi inter ſe conferantur, optime perſpicias, quantum illi licentiæ ſibi in ornandis pro ſuo ingenio ejusmodi rebus tribuant.

4. Poſt id factum, præparato pugione, ac ſub pulvinari repoſito, virum cum patre accivit. Qui cum celeriter adfuiſſent, Lucretia primum lacrymari, deinde, altum ſuſpirans, mi pater, inquit, (nam maritum meum nunc magis quam te pudet compellare) quantum hac nocte facinus admiſi! Sextus Tarquinius, minatus ſe ſervum una mecum jugulaturum, quaſi me in adulterio cum eodem deprehendiſſet, vim mihi intulit. His ego minis ad flagitium inducta ſum, ne vos rem ita actam credderetis. At jam ego, quamvis mulier ſum, quod me decet, faciam: vos autem, ſi viri eſtis, ſi vos uxorum ac liberorum veſtrorum cura tangit, ulciſcimini me, aſſerite vosmet in libertatem, & oſtendite tyrannis, quales viros, qualemque matronam violarint. Hæc locuta, non expectato reſponſo, ſtatim protraxit pugionem ſeque ipſa interfecit.

Παρασκευάσασα δὲ ἐκ τούτου ξιφείδιον ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, μεταπέμψαται τόν τε ἄνδρα καὶ τὸν πατέρα· καὶ ἐπειδὴ τάχιστα ἦλθον, κατεδάκρυε. καὶ μετὰ τοῦτ' ἀναστενάξασα, πάτερ, εἶπε, (τὸν γὰρ ἄνδρα μᾶλλον ἢ σὲ αἰσχύνομαι) οὐδέν μοι χρησὸν ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ πέπρακται. ἀλλά με Σέξτος ἐβιάσατο ἀπειλήσας δούλῳ τινὶ συναποκτενεῖν, ὡς καὶ μετ' αὐτοῦ καθεύδουσαν λαβών. αὕτη γάρ με ἡ ἀπειλὴ ἁμαρτεῖν ἠνάγκασεν, ἵνα μὴ καὶ πιστεύσητε τοῦθ' οὕτω γεγονέναι. καὶ ἐγὼ μὲν (γυνὴ γάρ εἰμι) τὰ πρέποντα ἐμαυτῇ ποιήσω. ὑμεῖς δ' εἴπερ ἄνδρες ἐστὲ, καὶ τῶν γαμετῶν τῶν τε παίδων ὑμῶν προορᾶσθε, τιμωρήσατε μὲν ἐμοί· ˣ ἐλευθερώθητε δὲ αὐτοὶ, καὶ δείξατε τοῖς τυράννοις, οἵων ἄρα ὑμῶν ὄντων οἵαν γυναῖκα ὕβρισαν. τοιαῦτα ἅτα εἰποῦσα οὐκ ἀνέμεινεν ἀνακοῦσαί τι. ἀλλ' εὐθέως τὸ ξιφείδιον ὑφελκύσασα αὐτὴ ἑαυτὴν ἐφόνευσεν.

XXV.

A.U.C.245 M. Horatius Conſul, cui id ſorte obvenerat, templum Jovis Capitolini dedicavit; tametſi Valerius mortuum ei filium eſſe dixiſſet, idque inter ipſam rem ſacram ei curaſſet nunciari, hoc conſilio ut & dolore commotus, & quod ceteroquin nefas erat funeſta familia rem ſacram facere, dedicatione operis ſibi cederet. At ille quidem nuncio fidem minime derogavit, cum ea res a multis iisque fide digniſſimis affirmaretur; nec tamen a conſecratione abſtinuit. Ceterum, quo minus curatio funeris rem ſacram attingere videretur, juſſit pueri, quaſi alieni, cadaver inſepultum relinqui, atque ita totam dedicationem rite peregit.

Ὅτι τὸν τοῦ Διὸς νεὼν [32] ἐθεἰωσεν ἀπὸ κλήρου ὁ Ὁράτιος, καίτοι τοῦ Ὀυαλερίου τόν τε υἱὸν αὐτοῦ τεθνηκέναι φήσαντος, καὶ τοῦτο παρ' αὐτὴν αὐτῷ τὴν ἱερουργίαν ἀγγελθῆναι παρασκευάσαντος· ἵν' ὑπό τε τοῦ πάθους, καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλως ὅσιον ἦν ἐν πένθει τινὰ ὄντα ἱεροποιεῖν, παραχωρήσειέν οἱ τῆς τοῦ ἔργου [y] ἱδρύσεως. ἐκεῖνος γὰρ οὐκ ἠπίστησε μὲν τῷ ῥηθέντι, καὶ γὰρ ὑπὸ πολλῶν καὶ ἀξιοπίστων [y] ἐθρυλλήθη. [33] οὐ μέντοι καὶ τῶν ἱερῶν ἐξέστη· ἀλλ' ἄταφον τὸ σῶμα τοῦ παιδὸς ὡς καὶ ἀλλότριον (ὅπως μηδὲν τῇ περὶ αὐτοῦ ὁσίᾳ [z] προσήκειν δόξῃ) κελεύσας τισὶν ἐᾶσαι, πάνθ' οὕτω τὰ καθήκοντα διετέλεσεν. 578

XXVI.

A.U.C.277 Sex & trecenti Fabii, qui ſe ob ſplendorem generis

Ὅτι οἱ Φάβιοι ἐπί τε τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ ὅμοια

ˣ ἐλευθερώθητε. ita Z. quod præferendum duxi Valeſiano ἐλευθερώσατε. [y] ἐθρυλλήθη. ἐθρυλλᾶτο, Valeſ. paulo ante, pro ἱδρύσεως, forte rectius ἱερώσεως ſcribitur. apud Plutarchum bis καθιέρωσις vocatur: & ſic *Dio* Fragm. LXXXI. [z] προσήκειν. προσέχειν, Valeſ. § 33.

§ 32. (l. 79.) ἐθεἰωσεν ἀπὸ κλήρου ὁ Ὁράτιος] Templum Jovis Capitolini voverat Tarquinius Priſcus bello Sabino, & ab eodem inchoatum Tarquinius Superbus fere perfecerat; poſt exactos autem reges M. Horatius Pulvillus dedicavit. Vide *Tacit.* Hiſt. III. 72. *Dionyſ. Halic.* lib. III. p. 201. ſq. V. p. 304. qui & deſcriptionem ejus reliquit lib. IV. p. 259. Ceterum de nuncio funeſto dedicationem interpellante, præter *Livium* II. 8. *Plutarchus* in vita Poplicolæ p. 104. C. D. Sed *votorum cauſa lugeri vetabatur* filius, ut de Aelio Vero Cæſare ipſis Kal. Jan. mortuo, ſcribit *Spartianus* in Hadr. c. 23.

§ 33. (l. 86.) ἐθρυλλήθη] Malim ἐθρυλλᾶτο, & paulo poſt, ὁσίᾳ προσέχειν, non προσήκειν. VALES.

Poſſis ſic intelligere: ὅπως (τὸ σῶμα) μηδὲν τῇ περὶ αὐτοῦ (ſcil. ναοῦ vel ἔργου) ὁσίᾳ προσήκειν δόξῃ. Dixerat enim, ὅτι οὐχ ὅσιον ἦν, ἐν πένθει τινὰ ὄντα ἱεροποιεῖν. Nihil ergo mutandum cenſeo.

§ 34. (l. 94.) ἓξ καὶ τριακόσιοι ὅπλες] Sex & trecentos unius Fabiæ gentis patricios bello cum Vejentibus cæſos eſſe, magno conſenſu Veteres tradiderunt. Vide præter *Zonaram* p. 344. ſq. interpretes ad *Florum* Begeri lib. I. c. 12. *Livium*, II. 48. ſq. *Feſtum* in Religioni, *Plutarchum* in Camillo p. 137. E. *Oroſium* II. 5. *Aurel. Vict.* de V. I. cap. 14. *Tzetzen* Chil. X. 19. Addunt quidem nonnulli clientum aliquot millia, *Gellius* XVII. 21. *Dionyſ.* IX. p. 572. ſq. ſed nemo de ipſorum Fabiorum numero quicquam detrahit. Dionyſius adeo p. 580. diſputat, fieri non potuiſſe, (quod nimirum addi ſolet) ut unus tantum Fabius, ex tot Fabiis maturæ ætatis natus, Romæ remanſerit: idque intelligendum ſuadet tantum de trium fratrum Cæſonis, Marci & Quinti prole ſuperſtite, ex qua unus Marci filius ſuperfuerit. Verum non immerito Doctiſſ. *Perizonius* in Animadverſſ. Hiſtoricis C. V. p. 185. ſſ. illud de 306. Fabiis retulit inter priſcæ credulitatis & ſimplicitatis exempla: quod trigeſimo anno poſt exactos reges, cum a Tarquinio Superbo patricii cædibus exhauſti eſſent, adeo ut ex equeſtri ordine numerus CCC ſenatorum expleri debuerit, tot una ex gente Fabia puberes patricii, *quorum neminem*, ut ait Livius, *ducem ſperneret ſenatus*, exiſtere non potuerunt. Utique unum tantum Q. Fabium Vibulanum, Marci filium ſuperfuiſſe, a quo omnes poſteri genus ducant, qui ad aliquod honoris faſtigium emerſerunt. Quod ſi alii etiam ſuperfuiſſent, non dubitandum, quin ob gratiam & merita gentis protracti fuerint in lucem. Igitur cum ex trecentis Fabiis longe plures uno ſupereſſe debuiſſent, credendum potius hos trecentos & ſex milites Fabios dictos, quia duo Fabii inprimis, Marcus & Cæſo, duces erant & auctores expeditionis, bellumque illud per ſe & ſuæ gentis clientelas gerebant: ſicut apud *Ovid.* Faſt. II. 377. *Quintilii & Fabii* vocantur Romuli ac Remi comites, non quod illi omnes eſſent iſtarum gentium, ſed quod hi *Fabium*, illi *Quintilium* præfectum, teſte Feſto, haberent.

§ 35. (l. 2.) Τὰς πύλας ἐν ἀτιμίᾳ] Eam portam ſceleratam appellarunt Romani, non quod ſceleris ullius cauſam præbuiſſet, ſed quia infauſtum exitum ominari videbatur. Itaque ut contaminatam cuncti eam vitabant. Sceleratum autem pro contaminato antiqui ſumebant, ut apud *Cæſarem* lib. VI. (cap. 13.) & *Livium* lib. II. (Sueton. in Claudio cap. 1. Oroſ. III. 9. *Mater ſcelerata* pro infelici, in Inſcr. Reineſ. XII. 122.) Itaque eleganter *Ovidius* Faſt. II. (204.)

Porta caret culpa, ſed tamen omen habet.

et Dio ἄτιμον eam portam, quod eſt, infamen habitam eſſe, dicit. Aliam ob cauſam vicus quidam ſceleratus a Romanis dictus eſt, quod nimirum grave olim ſcelus in eo vico admiſſum

ὅμοια τοῖς ἀρίστοις φρονοῦντες, ὑπὸ Τυρσηνῶν διεφθάρησαν, [34] ἓξ καὶ τριακόσιοι ὄντες· οὓς οἱ Ῥωμαῖοι μειζόνως ἢ κατὰ ἀριθμὸν τῶν ἀπολομένων καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ ἐπένθησαν. ἦν μὲν γὰρ ἐκεῖνος ἄλλως τε καὶ ἐν εὐπατρίδαις οὐ σμικρός. πρὸς δὲ δὴ τὴν ἀξίωσιν τό τε φρόνημα αὐτῶν, πᾶσαν σφῶν ἀπολωλέναι τὴν ἰσχὺν ἐνόμιζον. καὶ διὰ τοῦτο τήν τε ἡμέραν, ἐν ᾗ διεφθάρησαν, ἐς τὰς μιαρὰς ἐνέγραψαν. καὶ τὰς πύλας δι' ὧν ἐξεστράτευσαν [35] ἐν ἀτιμίᾳ ἐποιήσαντο, ὥστε μηδένα δι' αὐτῶν ἄρχοντα διιέναι. καὶ Τίτου Μενηνίου τοῦ στρατηγοῦ, ἐπὶ γὰρ τούτου τὸ πάθος ἐγένετο, καταγορηθέντος ὕστερον ἐν τῷ δήμῳ ὅτι [36] μὴ μετ' ἐκείνους [a] ἤμυσσε, καὶ μάχῃ μετὰ τοῦθ' ἡττήθη, κατεψηφίσαντο.

ris atque opes cum principibus civitatis exæquabant, ab Etruscis cæsi sunt: quos quidem Romani impensius quam pro numero interemtorum publice privatimque luxere. Erat quidem ille numerus, præsertim patriciorum, haud quaquam exiguus; sed dignitatem in primis Fabiorum, animique magnitudinem æstimantes Romani, robur omne sibi amississe videbantur: proinde & diem, quo cæsi erant, inter atros retulere, & portam, qua ad bellum erant profecti, sceleratæ nomine notarunt, adeo ut magistratibus per eam transire nefas esset: postremo T. Menenium, quo belli duce hæc clades acciderat, accusatum pro concione, quod castra cum Fabiis non conjunxisset, atque ipse postea male pugnasset, condemnarunt.

XXVII.

Ὅτι πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Μινούκιον ἐν κοίλῳ τινὶ καὶ λοχμώδει τόπῳ μετά τινων ἀπειλῆφθαι, [37] δικτάτωρα ἐπ' αὐτοὺς Λούκιον Κοίντιον, καίπερ πένητα ὄντα, τό τε γήδιον, ὃ μόνον αὐτῷ ὑπῆρχεν, αὐτοχειρίᾳ τότε γεωργοῦντα, προεχειρίσαντο. ἔς τε γὰρ τὰ ἄλλα ὅμοιος τοῖς πρώτοις ἀρετὴν ἦν, καὶ σωφροσύνῃ διέπρεπε. καί τοι [38] τὰς κόμας ἐς πλοκάμους ἀνιεὶς, ἀφ' οὗ δὴ καὶ Κινκινάτος ἐπωνομάσθη.

Cum Romæ nunciatum esset, M. Minucium in A.U.C.296
valle quadam arboribus consita cum militibus obsessum teneri ab Aequis, Dictatorem adversus eos L. Quintium dixerunt; pauperem illum quidem, qui agellum quem possidebat unicum suis ipse manibus tum maxime colebat; sed alioquin virtute nemini facile secundum, & temperantia præstantem; tametsi comam in cincinnos flecteret, unde & Cincinnati cognomen tulit.

XXVIII.

Ὅτι τὴν τῶν Φαλίσκων πόλιν πολιορκοῦντες οἱ Ῥωμαῖοι, ταύτῃ προσκαθήμενοι διετρίβησαν, εἰ μὴ τοιόνδε τι ἐγένετο. [39] γραμματιστής τις ἐν αὐτῇ παῖδας οὐτ' ὀλίγους, οὔτ' ἀφανεῖς παιδεύων, [b] ἔπειθ' ὑπ' ὀργῆς, [40] ἢ καὶ κέρδους ἐλπίδι, πάντας σφᾶς ἔξω τε τοῦ τείχους ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι ἐξήγαγεν. (τοσοῦτον

1. Romani, qui Faliscos obsidebant, longius A.U.C.360
circa urbem hæsuri fuissent, nisi hujusmodi quid forte accidisset. Quidam ludimagister in ea urbe pueros nec paucos nec ignobiles docens, sive ex offensa quapiam, sive lucri spe, eos omnes extra munimenta, quasi aliud agens, produxit, (quippe

[a] ἤμυσσε. ἤμυνε, Vales. § 36. [b] ἐπειθ' ὑπ' ὀργῆς, ἢ καὶ. melius forte εἶθ' ὑπ' ὀργῆς. Zonaras: ἢ δι' ὀργήν τινα ἢ κέρδους ἐλπίδι.

sum fuisset. (*Liv.* I. 48. VIII. 15.) Adeo infamia sceleris etiam loca ipsa inficit: ac præclare *Tertullianus* in lib. II. (cap. 2.) de cultu feminarum: *ut cum*, inquit, *in alicujus agro latrocinium gestum est, crimen quidem dominum non contingit, dum rus tamen ignominia notatur.* Et *Pomponius Mela* lib. II. (cap. 3.) Scironia saxa sævo quondam Scironis hospitio etiamnum infamia esse dicit. *Ovidius* in Ibin. (365. & Fastor. lib. VI. 609.)

Infamemque locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis. VALES.

§ 36. (l. 5.) μὴ μετ' ἐκείνους ἤμυσσε] Hæc vox corrupta est. Itaque legendum putavi, ὅτι μὴ ἐκείνους ἤμυνε. De hac condemnatione Menenii Consulis eadem scribit *Dionysius Halicarn.* lib. IX. (p. 585. sq. & Liv. II. 52.) VALES.

Palmerius p. 265. dubitat de Valesii emendatione & interpretatione, quia ex Livio colligatur, Menenium post cladem demum Fabiorum missum esse; ipse malit ἀμύσσειν interpretari, *dolere*, quoniam scilicet *in luctu publico nulla luctus signa usurpasset.* Sed hæc magis aliena videntur.

§ 37. (l. 10.) δικτάτωρα ἐπ' αὐτοὺς Λούκιον Κόϊντον] Rem narrant *Zonaras* p. 345. sq. *Dionys. Hal.* lib. X. p. 649. sq. *Livius* III. 26. sq. *Florus* I. 11. *Aurel. Vict.* de V. I. cap. 17. *Valerius Max.* IV. 4. 7. II. 7. 7. *Eutropius* I. 15. *Orosius* II. 12. *Jo. Antiochenus* in Exc. Peir. p. 789. Alios ab aratro milites fortissimos dabunt laudati a *Freinshemio* ad Florum. Ceterum Minucii prænomen post Florum & Zonaram, Valesius, Marci fecit; & sic est Fragm. CXL. Quintum dicit Aurelius Victor, melius Lucium Livius, Eutropius, Dionysius & Capitolinæ tabulæ.

§ 38. (l. 14.) καί τοι τὰς κόμας ἐς πλοκάμους ἀνιεὶς] Cincinni alias ad luxum & mollitiem muliebrem spectare videbantur. Sed recte *Stanisl. Kobierzyckius* de luxu Romanorum L. I. c. 6. p. 1303. sq. T. VIII. Antiqu. Græv. *Crines hos Cincinnatorum natura flexerat, non luxuria, quos si illorum seculo lascivia in cirros contorsisset, non Cincinnatorum nomen tantum usurpassent, sed urbe fortunisque ejecti in exilium concessissent.*

§ 39. (l. 19.) γραμματιστής τις] Nota historia, quam *Alfius Avitus* vetus Poëta libro II. excellentium his trimetris exposuit:

Tum litterator creditos
ludo Faliscum liberos
captatus in campi patens
extraque muri ducere,
spatiando paulatim trahit
hostilis ad valli latus.

apud *Priscianum* lib. VIII. (p. 823. Gramm. Putschii) Idem *Priscianus* lib. XII. (p. 947. ibid.) hos ejusdem Aviti ex libro II. versus affert, qui ad eandem historiam petinere mihi visi sunt:

seu tute mavis hospites,
seu tute captivos habe.

Sunt enim ex oratione ludimagistri ad Camillum. Itaque legendum puto: *seu tute mavis obsides.* Hic est, ut opinor, Flavus Alfius Avitus, qui summam ingenii vim desidia & carminibus enervavit, ut ait *Seneca* lib. I. Controv. I. VALES.

Historiam tangunt *Livius* V. 27. 32. *Florus* I. 12. *Aurelius Victor* de V. I. cap. 23. *Valer. Max.* VI. 5. 1. *Frontinus* Strateg. IV. §. 1. *Polyænus* VIII. 7. *Plutarchus* in Camillo p. 134. Quod Camillo Consule hoc factum scribit Valerius Max. merito in dubium vocatur a *Jo. Vorstio* ad l. c. quia Plutarcho teste nunquam Consul fuit Camillus, sed tantum tribunus militum consulari potestate. *Glandorpius* p. 373. Onomastici: *7 tribunatus militum consulari potestate, 5 dictaturas, 3 triumphos obtinuit.*

§ 40. (l. 21.) ἢ κέρδους ἐλπίδι] Hæc ex Dione transscripsit *Zonaras*

(quippe tanta ſecuritas Faliſcis ſupererat, ut etiamnum ſcholæ frequentarentur) perductisque ad Camillum pueris, totam ſe cum illis civitatem ei in manus tradere dixit: neque enim obſeſſos, captis qui ſibi chariſſimi eſſent, amplius reſtituros.

(τοσοῦτον γάρ τι τῆς ἀδείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε καὶ τότε συμφοιτᾶν) καὶ πρὸς τὸν Κάμιλλον ἐκόμισε, πᾶσάν οἱ τὴν πόλιν δι' αὐτῶν παραδιδόναι λέγων. οὐ γὰρ περιοίσειν ἔτι τοὺς ἔνδον, τῶν φιλτάτων σφίσιν ἐχομένων.

2. At nihil effecit ludimagiſter. Namque Camillus ſimul virtutis populi Romani, ſimul viciſſitudinis rerum humanarum memor, proditione urbem capere recuſavit: quin & proditorem manibus poſt tergum revinctis domum reducendum ipſismet pueris tradidit. Poſt id factum Faliſci non ulterius reſtitere, ſed quanquam difficillime poſſent expugnari, & bello diutius ſuſtinendo abunde pares eſſent, tamen ſe ſponte Camillo certis conditionibus dediderunt; rati eum amicum ſingulari erga ſe fide futurum eſſe, cujus adeo hoſtis tantam experti eſſent juſtitiam. At Camillus, cum ex ea cauſa multo magis inviſus civibus eſſet
A.U.C.363 factus, cauſam dicere juſſus eſt a Tribunis plebis, quod ex Veientana præda nihil in ærarium intuliſſet. Igitur ſponte Camillus, ante quam populus in ſuffragia mitteretur, in exilium abiit.

Οὐ μέν τοι καὶ ἐπέρανέ τι. ὁ γὰρ Κάμιλλος τῆς τε ἀρετῆς ἅμα τῆς τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν συμπτωμάτων τῶν ἀνθρωπίνων ἐνθυμηθείς, οὐκ ἠξίωσεν ἐκ προδοσίας αὐτοὺς ἑλεῖν. ἀλλὰ καὶ τῷ χεῖρε ἐς τοὐπίσω τοῦ προδότου δήσας, παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς τοῖς παισὶν ὀπισθόχειρα ἀγαγεῖν οἴκαδε. γενομένου δὲ τούτου οἱ Φαλίσκοι οὐκέτ' ἀντέσχον. ἀλλὰ καίτοι καὶ δυσάλωτοι ὄντες, καὶ ἐκ περιουσίας τὸν πόλεμον διαφέροντες, ὅμως ἐθελονταὶ ὡμολόγησαν αὐτῷ. θαυμασήν τινα φιλίαν παρ' αὐτοῦ προσδοκήσαντες ἕξειν, ὅτε καὶ πολεμίου οὕτω δικαίου ἐπεπείραντο. ὁ οὖν Κάμιλλος ἐπιφθονώτερος ἔτι καὶ μᾶλλον ἐκ τούτων τοῖς πολίταις γενόμενος ἐγράφη τε ὑπὸ τῶν δημάρχων, ὡς μηδὲν ἐκ τῆς λείας [c] τῆς τῶν Βειῶν δημόσιον ὠφελήσας. καὶ ἑκουσίως [41] πρὸ τῆς δίκης ὑπεξέχεν. 581

XXIX.

A.U.C.364 1. Romanis, qui in Capitolio obſidebantur, præterquam in Deorum auxilio, nulla ſpes ſalutis ſupererat. Deos igitur, tametſi ad extremum adducti diſcrimen, tanta colebant cura, ut cum quadam die ſacrum a Pontificibus in certo urbis loco faciendum eſſet, Cæſo Fabius, quem ordo rei ſacræ faciundæ tangebat, deſcenderet ex Capitolio, ornatus pro more, ac per medios hoſtes transgreſſus, ſacro rite peracto, eadem die in Capitolium rediret.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ὄντες, καὶ πολιορκούμενοι, ἐλπίδα σωτηρίας πλὴν παρὰ τοῦ δαιμονίου οὐδεμίαν εἶχον. τὸ γὰρ δὴ θεῖον καίπερ ἐν παντὶ κακῷ ὄντες ἐθεράπευον οὕτως, ὥστε ἐπειδή τι τῶν ἱερῶν ἐχρῆν ὑπὸ [42] τῶν πονλιφίκων [43] ἄλλοθί που τῆς πόλεως γενέσθαι, Καίσων Φάβιος, [44] ὃν ἡ ἱερουργία ἐκνεῖτο, καταβὰς ἐπ' αὐτὴν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου σεσιλάμενος ὥσπερ εἰώθει, καὶ διὰ τῶν πολεμίων διεξελθών, τά τε νομιζόμενα ἐποίησε, καὶ αὐθημερὸν ἀνεκομίσθη.

2. Ac mihi quidem barbaros mirari ſubit, qui ſeu Deorum religione, ſeu hominis virtute moti, ei pepercerint. Sed Fabium tamen ipſum longe majori admiratione ob utrumque proſequor, cum quod ad hoſtes ſolus deſcendere non dubitavit, tum quod non receſſit in locum aliquem tutum, quod omnino ei licebat, ſed in Capitolium ad propoſitum ante oculos periculum ſponte eſt reverſus: cum probe ſciret, Romanos quidem arcem, quam ſolam amiſſa patria adhuc retinebant, deſerere

Θαυμάζω μὲν οὖν καὶ τῶν βαρβάρων, ὅτι αὐτοῦ, εἴτ' οὖν διὰ τοὺς θεούς, εἴτε καὶ διὰ τὴν ἀρετήν, ἐφείσαντο. πολύ γε μὴν μᾶλλον αὐτὸν ἐκεῖνον ἐν θαύματι ποιοῦμαι καθ' ἑκάτερον, ὅτι τε ἐς τοὺς πολεμίους μόνος καταβῆναι ἐτόλμησε, καὶ ὅτι δυνηθεὶς ἀναχωρῆσαί ποι ἀσφαλῶς οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἐς τὸ Καπιτώλιον αὖθις ἑκὼν ἐπὶ προῦπτον κίνδυνον ἀνεχώρησεν· ἐπισάμενος μὲν ὀκνοῦντας αὐτοὺς τὸ χωρίον, ὃ μόνον ἔτι τῆς πατρίδος εἶχον, ἐκλιπεῖν· ὁρῶν δὲ μηδ' εἰ πάνυ ἐπεθύμουν ἐκφυγεῖν δυναμένους

[c] τῆς τῶν Βεΐων. Suidas in ὑπεξέχεν: τῶν πολεμίων τὸ δημόσιον; ſed Suidæ illa allegatio liberior eſt.

p. 32. (354. B.) ut ad marginem notavi. Idem tamen multa hic adjicit, quæ non ex Dione ſunt, ſed ex *Plutarcho* deſumta in Camillo (p. 133. ſq.) Solet enim Zonaras, ubi in aliquam hiſtoriam incurrit, quæ a Plutarcho refertur, relicto Dione, Plutarchi ſcrinia compilare. VALES.

§ 41. (l. 43.) πρὸ τῆς δίκης ὑπεξέχεν] Camillus in exilium abiens idem quod Achilles olim precatus dicitur, *ut deſiderium ſui aliquando civitati injicerent dii*, ſicut traditur in Excerptis Peireſcianis ex *Appiano*, p. 549. quem locum Appiani laudat *Suidas* in Ἀχίλλεως, ſicut poſtrema verba hujus fragmenti Dionis ὁ οὖν Κάμιλλος &c. idem Suidas adducit in ὑπεξέχε, ut etiam ad marginem notaverat Valeſius.

§ 42. (l. 49.) τῶν Πονλιφίκων] *Livius* (V. 46, 52.) non id ſolenne Pontificum ſacrum fuiſſe dicit, ſed proprium ac privatum gentis Fabiæ: conſentit & *Valerius Max.* lib. I. (cap. 1. § 11.) Uterque autem in prænomine Fabii Dorſonis emendandus ex Dione eſt, & pro C. ſcribendum K. qua ſingulari nota Kæſonis prænomen veteres deſignabant. VALES.

§ 43. (l. 49.) ἄλλοθί που τῆς πόλεως] Locus erat in colle Quirinali, teſtibus *Livio* V. 46. & *Floro* I. 13. § 16. Sed in eo errat cum Dione Florus, quod Fabium Pontificem appellat. Non enim ut Pontifex, ſed ut Flamen Quirinalis hoc ſolenne ſacrum peregit, quia id ſacerdotium Fabiis gentile erat, ut ad l. c. *Salmaſius* monuit, quod *Begerus* etiam ex numo Nunierii Fabii Pictoris oſtendit p. 134. Ceterum *Glandorpius* quoque in Onomaſtico p. 324. C. Fabium dicit, pro K. Fabio. Rem tangit *Minucius Felix* Octavio c. 6.

§ 44. (l. 50.) ὃν ἡ ἱερουργία ἐκνεῖτο] Pontifices & ſacerdotes apud Romanos per vices miniſtrabant, ac Romæ quidem Juliani Aug. ætate, per 3 dies ſinguli ſacerdotes functionem ſuam obibant; quibus peractis ſtationem ſuam alteri tradebant, quod & olim obtinuiſſe innuit *Polyb.* cap. 23. legat. Alibi vero aliud atque aliud præſcriptum ſpatium erat, ut dicit *Julianus* in fragmento epiſtolæ ἀνεπιγράφου, quam D. Petavio viro undecunque doctiſſimo debemus. Ejus moris veſtigia mihi videor deprehendiſſe apud *Herodianum* lib. I. (cap. 9. §. 6.) ubi de agone Capitolino ſcribit: θεᾶται δὲ καὶ ἀθλοθέτης σὺν τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσιν, οὓς ἐκ περιόδων χρόνου ἡ τάξις καλεῖ, ὁ βασιλεὺς γίνεται, quem locum ſic vertit Politianus: *cum ſacerdotibus, quos ordo ſingulis annis poſtulat.* Mihi ſic vertendus is locus videbatur: *cum ſacerdotibus, qui tum ſuo ordine ad miniſterium obeundum vocantur.* Apud Hebræos quidem ſacerdotes ac Levitæ octo dies ſinguli in templo miniſtrabant ex inſtituto Davidis, ut refert *Joſephus* lib. VII. (Ant. c. 15. § 7.) VALES.

δυναμένους ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πολιορκούντων τοῦ-65 το ποιῆσαι.

deſerere minime velle, ſed & eosdem videret, ne ſi effugere quidem vellent, propter obſidentium multitudinem poſſe.

XXX.

582 Ὅτι ὁ Κάμιλλος παρακαλούμενος τὴν ἡγεμονίαν ἐγχειρισθῆναι, οὐχ ὑπήκουσεν, ὅτι φεύγων τε ἦν, καὶ οὐκ ἔμελλε καλὰ τὰ πάτρια αὐτὴν λήψεσθαι.70 [45] οὕτω γάρ που νόμιμος ἀκριβής τε ἀνὴρ ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐν τηλικούτῳ τῆς πατρίδος κινδύνῳ διὰ Φροντίδος τὰ καθήκοντα ποιεῖσθαι,, καὶ μὴ δικαιὸν παράδειγμα τοῖς ἔπειτα παρανομίας καταλιπεῖν.

Camillus de ſuſcipiendo imperio rogatus, id recuſavit, quippe qui exul eſſet, & contra leges imperium eſſet habiturus. Ea nimirum diligentia leges obſervabat, ut in tanto etiam patriæ diſcrimine de officii ratione ſollicitus eſſet, nec leges violandi poſteris relinquere vellet exemplum.

XXXI.

Ὅτι τοῦ Καπιτωλίνου [46] κατέγνω ὁ δῆμος. καὶ ἤ75 τε οἰκία αὐτοῦ κατεσκάφη, καὶ τὰ χρήματα ἐδημεύθη, τό τε ὄνομα, καὶ εἰ δή που εἰκὼν ἦν ἀπηλείφθη καὶ διεφθάρη. καὶ νῦν δὲ [47] πλὴν τῆς κατασκαφῆς πάντα γίνεται ἐπὶ τοῖς τῷ κοινῷ ἐπιβουλεύουσι. ἔκριναν δὲ καὶ μηδένα εὐπατρίδην ἐν80 τῇ ἄκρᾳ κατοικεῖν, ὅτι καὶ ἐκεῖνος ἐνταυθοῖ οἰκῶν ἐτύγχανεν. ἡ δὲ δὴ συγγένεια ἡ τῶν Μαλλίων ἀπεῖπε, [48] μηδένα σφῶν Μάρκον, ἐπείπερ [d] ὅυτος ὠνομάζετο, προσκαλεῖσθαι.

1. M. Manlium Capitolinum populus Romanus capitis damnavit, domusque ejus ſolo æquata, & bona publicata ſunt: nomen præterea eraſum, & quæ usquam erant imagines, dirutæ: quæ quidem omnia, præter ædium ſubverſionem, contra hoſtes reipublicæ etiamnum uſurpantur. Additum eſt plebiſcitum, ne quis patricius poſthac in arce habitaret, eo quod Manlius ibi domicilium habuiſſet. Gens etiam Manlia interdixit ſuis, ne quis deinde Marcus, quod Capitolini prænomen fuerat, appellaretur. A.U.C. 371

Καπιτωλῖνος μὲν οὖν τοσοῦτον τὸ διαλλάσσον καὶ85 τοῖς τρόποις, καὶ τῇ τύχῃ ἔσχε. τά τε γὰρ πολέμια ἀκριβώσας, εἰρηνεῖν οὐκ ἠπίστατο. καὶ τὸ Καπιτώλιον ὃ ἐσεσώκει κατέλαβεν ἐπὶ τυραννίδι. εὐπατρίδης τε ὢν οἰκέτου ἔργον ἐγένετο, καὶ πολεμικὸς νομισθεὶς, ἐν ἀνδραπόδου τρόπῳ συνελήφθη·90 κατά τε τῆς πέτρας αὐτῆς, ἀφ' ἧς τοὺς Γαλάτας ἀπεώσατο, ἐρρίφη.

2. Igitur Capitolinus, pro inſigni mutatione morum, maximam quoque ſubiit fortunæ viciſſitudinem. Nam cum bellum præclare adminiſtraſſet, pacis jam tolerandæ neſcius, Capitolium, quod ab hoſte ſervaverat, dominandi cupidine occupavit; & cum patricius eſſet, ſervo publico ad ſupplicium traditus eſt; cum bello ſtrenuus haberetur, mancipii inſtar correptus eſt, poſtremo de eadem rupe, a qua Gallos repulerat, dejectus.

XXXII.

Ὅτι πρὸς Τουσκουλανοὺς ἐστράτευσε Κάμιλλος. [49] θαυμαστῇ δέ τινι προσποιήσει δεινὸν οὐδὲν ἔπαθον. καθάπερ γὰρ ὔυτ' αὐτοί τι πλημμελήσαντες, οὔυτε τῶν Ῥωμαίων ὀργὴν σφίσιν ἐχόντων, ἀλλ' ἤτοι ὡς φίλων παρὰ φίλοις ἰόντων, ἢ καὶ ἐφ' ἑτέρους τινὰς διὰ τῆς ἐκείνων στρατευόντων, οὔυτε τι μετέβαλον τῶν καθεσηκότων, οὔυθ' ὅλως ἐταράχθησαν. ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντες ἐπί τε ταῖς δημιουργίαις, καὶ

Cum adverſus Tuſculanos exercitum Camillus duceret, illi quidem mirabili arte præſens periculum ſubterfugerunt. Prorſus enim ac ſi nihil ipſi commiſſiſſent, nec populi Romani offenſam contraxiſſent; ſed tanquam ſi Romani amici ad amicos venirent, aut contra alios quosvis hoſtes per ipſorum agrum pergerent, nihil præter ſolitum inſtituerunt, neque omnino motus præ ſe tulerunt A.U.C. 374

[d] ὅυτος. Videtur legendum ὅυλως.

§ 45. (l. 71.) ὅυλως γάρ που νόμιμος] *Livius* V. 46. *Adeo regebat omnia pudor, diſcriminaque rerum perditis rebus ſervabat*, & ſub finem Capitis: *non prius profectum ab Ardea, quam comperit, legem latam: quod nec injuſſu populi mutari finibus poſſet, nec niſi Dictator dictus auſpicia in exercitu habere.* Vide & *Plutarchum* Camillo p. 141. ſq. unde hauſit *Zonaras* p. 356. ſq. Meminit & *Valerius Max.* lib. IV. cap. 1. num. 2.

§ 46. (l. 75.) κατέγνω ὁ δῆμος] Legendus *Livius* VI. 20. *Florus* I. 26, 8. *Victor* de V. I. 24, 5. ſqq. *Valerius Max.* VI. 3, 1. *Gellius* XVII. 21. p. 795. edit. Gron. *Feſtus* in Manlio. *Plutarchus* in Camillo p. 147. ſq. *Zonaras* p. 358. D.

§ 47. (l. 78.) πλὴν τῆς κατασκαφῆς] Cur ab everſione ædium tandem abſtinuerint Romani, ratio hæc videtur eſſe, ne urbs hujusmodi deſtructionibus ædificiorum deformaretur. Sane etiam priſcis illis temporibus raro eam pœnam de ſceleſtis ac nefariis civibus ſumptam legimus, nec plus quam quinque exempla in Romana hiſtoria extant, quæ collegit *Cicero* in Orat. pro domo (cap. 38. adde *Val. Max.* VI. 3, 1.) Primus ea pœna adfectus eſt Sp. Mœlius eo quod regnum affectaſſet, de quo præclara hæc ſunt *T. Livii* verba (Lib. IV. c. 15.) *nec ſatis eſſe ſanguine ejus expiatum, niſi tecta parietesque, intra quos tantum amentiæ conceptum eſſet, diſſiparentur, bonaque contacta preciis regni mercandi publicarentur.* VALES.

§ 48. (l. 83.) μηδένα σφῶν Μάρκον προσκαλεῖσθαι] *Aurelius Vict.* de V. I. cap. 24. *Gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur*; contra omnium veterum auctoritatem, qui non cognomen Capitolini, ſed prænomen Marci, certe in gente Manlia patricia, ejuratum referunt. Igitur Doctiſſ. *Arnzenius* non male ſuſpicatur, cognomen pro prænomine poni potuiſſe. (Sic *Dio* M. Antonini prænomen πρόσρημα vocat p. 456. E. & hujus Manlii *cognomen* Epitome Livii Lib. VI.) quæ res gloſſatorem inſcium abduxit, ut de ſuo adderet: *ne quis poſtea Capitolinus vocaretur.* Similiter gens Claudia *Lucii prænomen conſenſu repudiavit, poſtquam e duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinii, cædis alter convictus eſt*, teſte *Suet.* Tib. I. 5. Sic alii alia prænomina ob ſimilem cauſam mutarunt, oſtendente *Spanhemio* de U. N. Diſſ. X. p. 34. Quanquam Marci prænomen poſtea a Manliis uſurpatum videri poſſit ex *Liv.* XLII. 49. & *Tacit.* M. G. cap. 37, 7. Qua tamen de re a *Spanhemio* p. 33. & *Gronoviis* ad Liv. l. c. diſceptatum eſt, fuerintne hi Manlii forte *plebeji*, non patricii, an *Manii* legendum ſit.

§ 49. (l. 94.) θαυμαστῇ τινι προσποιήσει] Vide de hac Tuſculanorum arte fuſius *Livium* VI. 25. *Plutarchum* in Camillo, p. 149. B. C. *Valerium Max.* VII. 3. 9. ext.

tulerunt ullos: omnes opificiis ſuis aliisque negotiis intenti, non aliter ac in pace loco manere ſuo, exercitum intro admittere, commeatum hoſpitaliter præbere, prorſusque tanquam amicos colere. Quamobrem Romani non modo nulla eos injuria tum affecerunt, ſed & paulo poſt civitate donarunt.

καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἔργοις ὡς καὶ ἐν εἰρήνῃ καθὰ χώραν μείναντες, εἴσω τε τὸν στρατὸν εἰσεδέξαντο καὶ ξένια αὐτοῖς ἔδοσαν, τά τε ἄλλα ὡς φίλους ἐτίμησαν. ἐξ ὅπερ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι οὐχ ὅτι κακὸν αὐτοὺς ἔδρασαν, ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν πολιτείαν μετὰ ταῦτ' ἐσεγράψαντο.

XXXIII.

A.U.C.386 sq. Seditione inter cives Romanos coorta, jam parum aberat, quin P. Manlius Dictator pacem conciliaret, Licinio Stolone Magiſtro equitum de plebe lecto. Nam id novatum quidem male habuit patricios, ceteros tamen ita mitigavit, ut anno inſequenti non affectarent amplius conſulatum, & tribunos militum creari paterentur. Inde pars utraque, aliis aliisque in rebus ſibi invicem concedens, in gratiam redire potuiſſet, niſi Stolo Tribunus plebis negaſſet, alterum ſine altero rogandum eſſe; perſuaſiſſetque plebi, ne quidquam remitterent, ſed omnia quæ inſtituiſſent, velut maxime neceſſaria perficerent.

Ὅτι Πούπλιος, τῶν πολιτῶν Ῥωμαίων στασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους, ὀλίγου τούτους συνήλλαξε. Λικίνιον γὰρ Στόλωνα προσείλετο, [r] ὄντα ἵππαρχον. ὅπερ καινοτομηθὲν τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἐλύπησε, τοὺς δὲ ἄλλους οὕτως ὑπηγάγετο, ὥστε μηκέτι τῆς ὑπατείας τῷ ἑτέρῳ ἔτει ἀντιποιήσασθαι, ἀλλ' ἐᾶσαι τοὺς χιλιάρχους αἱρεθῆναι. ἐκ γὰρ τούτου καὶ ἐς τἆλλα ἀνθυπείξαντές γέ τινα ἀλλήλοις ἴσως ἂν κατήλλαξαν, εἰ μήπερ ὁ Στόλων ὁ δήμαρχος τοιοῦτόν τι εἶπεν, [s] ὡς οὐκ ἀπίοιεν, εἰ μὴ φάγοιεν, ἀνέπεισεν αὐτοὺς μηδενὸς ἀφέσθαι, ἀλλ' ὡς καὶ ἀναγκαῖα πάντα ὅσα ἐνεχειρίσαντο κατεργάσασθαι.

XXXIV.

A.U.C.414 Manlius Torquatus non usque quaque aſper, nec ejusmodi alias fuit, qualem ſe erga filium præbuerat, ſed omnium confeſſione æque conſilio ac bellica virtute valuit; adeo ut hoſtes non minus quam cives dictitarent, ſummam belli ex ejus arbitrio pependiſſe, atque ſi idem Latinorum dux fuiſſet, procul dubio victoriam penes eos futuram.

Ὅτι ὁ Τορκουάτος οὐ τὰ πάντα τραχὺς ἦν, οὐδ' οἷος ἐς τὸν υἱὸν ἐγένετο, καὶ ἐς τἆλλα ἦν. ἀλλὰ [52] καὶ εὔβουλος καὶ εὐπόλεμος ὡμολόγητο εἶναι. ὥστε καὶ πρὸς τῶν πολιτῶν, καὶ πρὸς τῶν ἐναντίων ὁμοίως λέγεσθαι, ὅτι τό τε κράτος τοῦ πολέμου ὑποχείριον ἔχοι, καὶ εἰ καὶ τῶν Λατίνων ἡγοῖτο, πάντως ἂν αὐτοὺς νικῆσαι ἐποίησεν.

XXXV.

A.U.C.445 Romani qui in urbe erant, cum L. Papirium Dictatorem dici cuperent, veriti ne Fabius Rullus

Ὅτι Παπίριον δικτάτωρα προεβάλοντο οἱ ἐν τῷ ἄστει. καὶ δείσαντες μὴ ὁ Ῥοῦλλος οὐκ ἐθελήσῃ αὐτὸν

[r] προσείλετο ὄντα ἵππαρχον. locus mutilus. forte ſcripſerat Dio: καίπερ ἐκ τοῦ πλήθους ὄντα, προσείλετο ἵππαρχον.
[s] οὐκ ἀπίοιεν εἰ μὴ φάγοιεν. vid. §51.

§. 50. (l. 15.) *εἰ μήπερ ὁ Στόλων*] Rem narrat *Livius* VI. 40. 42. & *Plutarchus* in Camillo p. 149, 151. qui tamen C. Licinium Stolonem hunc, tribunum pl. cum C. Licinio Stolone, qui Magiſter equitum dictus erat ex tribuno mil. confundit. p. 150. B. Primum hunc Stolonem de plebe Conſulem factum eſſe tradit *Aurelius Vict.* de V. I. cap. 20, alii L. Sextium.

§ 51. (l. 16.) *ὡς οὐκ ἀπίοιεν εἰ μὴ φάγοιεν*] Hæc mirum in modum obſcura ſunt. Ego ita ſum interpretatus, quaſi legeretur ἢ μὴ φαγ. (*potius a cibo, quam a perferendis rogationibus abſtinere.* Vide interim Livium *lib. VI.* VALES.

Forte haud omnino infelix medela ſupereſt, ſi levi mutatione legas, *ὡς οὐκ ἂν πίοιεν εἰ μὴ φάγοιεν, eſſe ſi nolint, etiam non bibituros.* Res ita habebat, teſte *Livio* VI 39. Tribuni in concilio de fœnore ſimul & de plebejo conſulatu rogationes ad populum tulerant; populus autem alteram de fœnore tantum atque agro rogationem jubebat, alteram de plebejo conſulatu antiquabat. *Et perfecta*, inquit Livius, *utraque res eſſet, ni tribuni ſe in omnia ſimul conſulere plebem dixiſſent.* Inter ceteros Licinius Stolo apud eundem Liv. cap. 40. *aut omnia accipite, inquit, aut nihil fero.* His reſpondent apud Dionem per proverbium dicta, *ἴσως ἂν καθῆλλαξαν, εἰ μήπερ ὁ Στόλων ὁ δήμαρχος τοιοῦτόν τι εἶπεν, ὡς οὐκ ἂν πίοιεν εἰ μὴ φάγοιεν, forte rediiſſent in gratiam, ni Stolo hujusmodi quid dixiſſet: eſſe ſi nolint, etiam non bibituros.* Nihil videtur inter Livium atque Dionem eſſe diſcriminis, niſi quod ille Stolonem ſimplicius, hic παροιμιωδῶς loquentem facit; quanquam *accipere* & *ferre* apud Livium, etiam ad fercula trahi poteſt. Certe Appius Claudius Craſſus apud eundem hoc ſenſu reſpondet Stoloni, proverbium retorquens: idem hoc eſſe, *ut ſi quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat cum cibo; & aut abſtinere eo quod vitale ſit jubeat, aut mortiferum vitali admiſceat.* Eſt autem proverbium ex more veterum petitum, qui non bibebant antequam ediſſent. *Iſti non videntur*, inquit Seneca ep. 122. *contra naturam vivere qui jejuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis?* Nam, pro intemperantia ſerioris ætatis, ſub Tiberio Claudio demum inſtitutum eſt, *ut jejuni biberent*, teſte *Plinio* lib. XIV. cap. 22. unde *Plutarchus* Sympoſ. p. 734. A. *οὐδὲ γὰρ ὕδωρ οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐνφραγῆν ἔπινον, antiqui ne aquam quidem biberunt ante quam ediſſent.* Vide eruditiſſ. *Caſaubonum* ad Athenæum II. 17. Quoniam igitur ſolent homines intemperantes horum, quæ natura conjuncta ſunt, alterum, nempe potum, unice anhelare, cibum nauſeare; negat Stolo, potum ſe miniſtraturum iis qui eſſe nolint, h. e. ut Livius effert: *aut omnia accipite*, utramque ſcilicet rogationem a me conjunctam, *aut nihil fero*, neutram propono. Hæc emendatio mea non prorſus abhorrere a vero mihi viſa eſt; attamen nolo placere mihi, & lubens cogitata ſubmittam judicio doctiorum, atque in his præſertim Eminentiſſimi Cardinalis *Quirini*, cui & alias Dio hicce plurimum debet. Ei enim, forte per literas, quid ageret Dio noſter, quærenti, cum hanc inter alia emendatiunculam perſcripſiſſem, reſpondit, arridere quidem eam ſibi, ſed videri tamen nihil mutandum: dicere Stolonem *ſe concionem non dimiſſurum, ſeu illos ex concione non abituros, niſi quod ipſis appoſitum fuerat comederent, utramque ſcilicet rogationem probarent:* eoque referenda eſſe verba Appii Claudii (quæ ſupra laudata ſunt) Dici vero hæc eo ſenſu, quo Cicero dixit, *ærumnam devorare*, Galli *avaler le morceau*, Itali, *inghiottire il boccone.* Eadem repetiit Reverendiſſimus Cardinalis in epiſtola ad V. Cl. Nic. Freretum Secretarium Acad. Gallicæ Inſcriptionum, data Brixiæ 1743. 4. pag. 37. ſq.

§ 52. (l. 22.) *καὶ εὔβουλος καὶ εὐπόλεμος* &c.] Ita plane ad verbum *Livius* VIII. 10. (Manlius) *ea virtute eoque conſilio in prælio fuit, ut facile convenerit inter Romanos Latinosque, qui*

αὐλὸν διὰ τὰ συμβάντα οἱ ἐν τῇ ἱππαρχίᾳ εἰπεῖν, ἔπεμψαν πρὸς αὐλὸν δεόμενοι τὰ κοινὰ πρὸ τῆς ἰδίας ἔχθρας προλιμῆσαι. καὶ ὃς τοῖς μὲν πρέσβεσιν οὐδὲν ἀπεκρίναλο. ἐπειδὴ δὲ νὺξ ἐγένελο, [53] (νυκτὸς γὰρ πάντως ἐκ τῶν παλρίων τὸν δικλάτορα ἔδει λέγεσθαι) εἶπέ τε αὐτὸν, καὶ εὔκλειαν ἐκ τούτου μεγίστην ἔλαβεν.

olus ob hæc, quæ ſibi Magiſtro equitum acciderant, Dictatorem illum dicere recuſaret, legatos ad eum miſerunt, qui rogarent ut rempublicam privatæ ſimultati anteponeret. At Fabius nullum quidem legatis reſponſum dedit; ceterum ineunte nocte, (ſiquidem nocte omnino Dictatorem dici inſtituto majorum oportebat) Papirium Dictatorem dixit, quæ res Fabio maximo honori fuit.

XXXVI.

Ὅτι πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι, [54] ὅτι ὁ ὕπαλος Φάβιος ἡττήθη ἐν τῷ πολέμῳ, δεινῶς ἠγανάκλησαν, καὶ τοῦτον μεταπέμψανλες ἔυθυνον. καληγορίας τε
586 αὐλοῦ πολλῆς ἐν τῷ δήμῳ γενομένης, (καὶ γὰρ τῇ τοῦ παλρὸς δόξῃ ἐπιπλεῖον τῶν ἐγκλημάτων ἐβαρύνετο) ἐκείνῳ μὲν οὐδεὶς λόγος ἐδόθη. ὁ δὲ γέρων ὑπὲρ τοῦ παιδὸς οὐκ ἀπελογήσαλο· καλαριθμήσας δὲ τά τε ἑαυλοῦ κἀ τὰ τῶν προγόνων ἔργα, καὶ προσυποσχόμενος μηδὲν ἀνάξιον αὐλῶν πράξειν, τῆς τε ὀργῆς σφᾶς ωαρέλυσεν, ἄλλως τε καὶ τὴν ἡλικίαν τοῦ υἱέος ωροβαλλόμενος.

1. Cum de Fabii Conſulis clade renunciatum Romanis eſſet, illi magnopere indignati Fabio orevocato diem dixerunt: qui cum multorum accuſationibus urgeretur, & multo etiam magis paterna gravaretur gloria quam accuſationibus ceteris, ipſe quidem ad purgandam culpam minime eſt admiſſus. Neque adeo pater pro filio verba fecit, verum commemoratis & ſuis & majorum ſuorum rebus geſtis, pollicitusque, filium nihil iis indignum facturum, quin & inter cetera ætatem filii cauſatus, iram populi mitigavit. A.U.C.463

Καὶ συνεξελθὼν εὐθὺς αὐτῷ μάχῃ τοὺς Σαυνίτας καὶ ωρὸς τὴν νίκην ἐπηρμένους κατέβαλε, καὶ τὸ ςρατόπεδον καὶ λείαν ωολλὴν εἵλεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦτο ἐκεῖνόν τε ἐμεγάλυνον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ ἐς τὸ ἔπειλα ἀντὶ ὑπάτου ἄρξαι ἐκέλευσαν, ὑποςρατήγῳ καὶ τότε τῷ ωατρὶ χρώμενον. καὶ ὃς ωάντα μὲν αὐτῷ διώκει καὶ διῆγεν οὐδὲν τοῦ γήρως φειδόμενος. καὶ τά γε συμμαχικὰ ωροθύμως οἱ, μνήμῃ τῶν ωαλαιῶν αὐτοῦ ἔργων, συνήρελο. οὐ μέντοι καὶ ἔνδηλος ἦν δι' ἑαυτοῦ τὰ ωράγμαλα ωοιούμενος· ἀλλ' ὥσπερ ὅλως ἔν τε συμβούλῃ καὶ ἐν ὑπάρχου μέρει τῷ ωαιδὶ συνὼν, αὐλός τε ἐμελέλα, καὶ τὴν δόξαν τῶν ἔργων ε ωροσελίθει.

2. Hinc profectus ſtatim cum filio, Samnites recenti victoria elatos prælio proſtravit, caſtrisque & innumerabili præda potitus eſt. Qua ex cauſa cum ipſi honos eſt habitus, tum filio etiam in annum ſequentem imperium proconſulare tributum, ſic ut patre tum quoque Legato uteretur. Atque hic nihil ſenectuti ſuæ indulgens, omnia filii munia adminiſtrabat & exequebatur; ſed & ſocii Romanorum, memores rerum quondam ab eo geſtarum, promte opitulabantur. Ipſe nihilominus cuncta per ſe geri diſſimulans, & velut qui a conſiliis tantum & Legatus filio adeſſet, modeſte agens, illi rerum geſtarum gloriam relinquebat.

XXXVII.

ε προσελίθει. Zonaras τῷ παιδὶ προσῆλλε. atque & hic hiulca eſt oratio, niſi addas τῷ παιδὶ, aut ſimile quid.

qui ejus pugnæ memoriam poſteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuiſſet, ejus futuram haud dubie fuiſſe victoriam.

§ 53. (l. 33.) νυκλὸς γὰρ πάντως ἐκ τῶν παλρίων] *Livius* lib. IX. (cap. 38.) idem dicit: *nocte ſilentio, ut mos eſt, L. Papirium Dictatorem dixit.* Idem lib. VIII. (cap. 23.) *cum Conſul ineunte nocte ſilentio diceret Dictatorem.* Et paſſim apud eum ſcriptorem id occurrit. Quid autem ſit ſilentio ſurgere, egregie docet *Feſtus: In auſpiciis*, inquit, *ſilentium dici, ubi qui poſt mediam noctem auſpicandi cauſa ex lectulo ſuo ſilens ſurgit, & liberatus a lecto in ſolido ſedet, ſiletque ne quid eo tempore dejiciat, inde ſe in lectum repoſuit*: in voce *ſilere* & *ſiniſtrum.* Sed & *Velius Longus* libro I. de orthographia (p. 2234. Putſchii) ejus moris meminit, cum ait: *Oriri apud antiquos ſurgere frequenter ſignificabat, ut apparet in eo quod dicitur, Oriens Conſul Magiſtrum populi dicat, quod eſt ſurgens:* quæ priſcæ legis verba fuiſſe equidem exiſtimo. Per Magiſtrum populi Dictatorem intellige. Sic enim olim vocabatur, teſte *Cicerone*, (de Legibus III. 3.) *Varrone*, ac *Feſto.* Neque vero intererat, nocte ineunte an poſt mediam noctem a Conſule diceretur Dictator, dummodo auſpicato dictus eſſet noctu. Secus in aliis auſpiciis magiſtratuum: ea enim fere poſt mediam noctem peragebantur. Sane qui magiſtratum inituri erant, non niſi poſt medium noctis auſpicio operam dabant, ut teſtatur *Dionyſius Halicarn.* lib. II. (p. 81. fin.) ἐπαυλίζονλαι μὲν γὰρ οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλονλες λαμβάνειν. καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀνισάμενοι ποιοῦνλαι τινὰς ἐυχὰς &c. quem locum *Gelenius* de candidatis interpretatus eſt, cujus errorem ſecutus quoque eſt *Caſaubonus* ad Suetonii Auguſt. cap. 95. Ecquis vero vel mediocriter in Romana hiſtoria verſatus unquam audivit, penes candidatos auſpicia fuiſſe? quæ non niſi Magiſtratuum erant. Quid quod & Plutarchi locum ſiniſtre interpretatur ibidem Caſaubonus. Verba *Plutarchi* ſunt in Marcello (p. 300. A.) ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος &c. hæc de candidatis accipienda eſſe affirmat. At Plutarchus ibi loquitur de Conſule qui comitia habiturus eſt. Ecquando vero ἄρχων apud Græcos pro candidato ſumitur? Proinde emendandus eſt hic error Caſauboni, quem in explicando Suetonii loco nihil vidiſſe conſtat, idque tunc cum plus ſibi vidiſſe quam ceteri videretur. Hanc enim explicationem ſuam rejecta atque exploſa aliorum ſententia ambitioſe proponit, & morem ex prima antiquitate ab ſe illuſtratum iri præmonet. Porro Dionyſii locum de candidatis non eſſe ſumendum, ita vincimus. οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλονλες λαμβάνειν, ad verbum ſunt ii qui magiſtratum inituri ſunt. Ii circa diluculum ſilentio ſurgebant e cubili; deinde jam candente die urbem ingreſſi, ſedebant pauliſper in tribunali, & aliquid agebant pro magiſtratu; & ita auſpicati eſſe, & egiſſe eodem die dicebantur. Diem enim definiebant Romani a media nocte ad mediam noctem, ut ait *Gellius* lib. III. cap. 2. & *Cenſorinus* cap. 24. Hinc quia conjuncta erant auſpicium & actio, auſpicari dicitur ſæpe qui agere incipit. Illuſtris eſt *Ciceronis* locus lib. I. in Verrem (cap. 40.) qui ad hunc morem pertinet. *Nam ut Prætor factus eſt, qui auſpicato a Chelidonide ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt urbanæ provinciæ:* ubi Aſconius notat: *Auſpicari dicuntur ineuntes magiſtratum.* VALES.

§ 54. (l. 38.) ὅτι ὁ ὕπαλος Φάβιος ἡττήθη] Erat is Q. Fabius Maximus Gurges, Quinti Fabii, qui primus ex gente Fabia Maximus appellatus eſt, filius, Gurges dictus ob devoratum patrimonium, licet poſtea hanc infamiam emendarit. Conſul adverſus Samnites male pugnavit, quod Patris adventum non expectaſſet, quo ſibi ſoli gloriam vindicaret. σπεύσας αὐλοῖς συμβαλεῖν πρὸ τοῦ τὸν παλέρα αὐλοῦ ἀφικέσθαι, ἵν' αὐλοῦ τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ μὴ ἐκάνου δοκῇ, προεχώρησεν ἀσυλλήπλως. Ita *Zonaras* (p. 42.) 367. C. ex Dione ceteroquin rem narrans. Conf. & *Epitomen Livii* lib. XI. *Oroſium* III. 22. & *Suidam* in Φάβιος Μάξιμος.

XXXVII.

A.U.C.477 C. Fabricius cetera quidem Cornelii Rufini simi-
lis erat, sed contemptu pecuniæ multum præsta-
bat. Erat quippe incorruptissimus, atque idcir-
co Rufinum oderat, & plerumque ab eo disside-
bat. Nihilo minus Consulem creari allaboravit,
quippe quem unum omnium gerendo bello ma-
xime idoneum esse existimabat, privatam inimi-
citiam publicæ utilitati postponens. Quæ qui-
dem res magno ei honori fuit, eo quod invidiam
compressisset, quæ in optimis adeo viris haut exi-
gua ex ambitione solet enasci. Scilicet vir patriæ
amantissimus, & neutiquam simulata specie se ei
probare studens, per se an per alterum, etiamsi ini-
micum, Respublica bene gereretur, juxta habebat.

Ὅτι Γάϊος Φαβρίκιος ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ὅμοιος ἦν
τοῦ Ῥουφίνου· ἐν δὲ δὴ τῇ ἀδωροδοκίᾳ πολὺ προέχων. [55] ἦν
γὰρ ἀδωρότατος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνῳ οὐτ'
ἠρέσκετο, καὶ ἀεί πού διεφέρετο· ὅμως [h] ἐχειρο-
τονήθη. ἐπιδεικτότατον γὰρ αὐτὸν ἐς τὴν τοῦ πο-
λέμου χρείαν [56] ἐνόμισαν εἶναι, καὶ παρ' ὀλίγον τὴν
ἰδίαν ἔχθραν πρὸς τὰ κοινῇ συμφέροντα ἐποιήσατο.
καὶ δόξαν γε καὶ ἐκ τούτου ἐκτήσατο, κρείττων καὶ
τοῦ φθόνου γενόμενος, ὅσπερ που καὶ [i] τῶν ἀρί-
στων ἀνδρῶν πολὺς ὑπὸ φιλοτιμίας ἐγγίνεται. φιλό-
πολίς τε γὰρ ἀκριβῶς ὤν, καὶ οὐκ ἐπὶ προσχήμα-
τί τινι ἀρέσκων, ἐν τῷ ἴσῳ τό τε ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὅτι
ἑτέρου τινός, κἂν διάφορός οἱ ᾖ, εὖ τι τὴν πόλιν
παθεῖν ἐτίθετο.

XXXVIII.

Plures quondam urbes Pyrrhus rex Cineæ opera
quam armis ipsis expugnasse ferebatur. Erat
quippe Cineas, quemadmodum Plutarchus ait,
magna dicendi vi, unus omnium cum Demosthe-
ne exæquandus. Idem vero, cum expeditionis
illius Pyrrhi temeritatem, qua ipse erat prudentia,
perspexisset, Pyrrhum ab eo consilio oratione re-
vocare tentaverat. Namque ob fortitudinem
Pyrrhus imperium orbis terrarum sibi despon-
debat animo; Cineas vero patriæ finibus, ad felici-
tatem quippe sufficientibus, contentum esse illum
jubebat. Verum studium bellandi atque ambitio
Pyrrhi cum plus quam Cineæ monita valuissent,
factum est tandem, ut Sicilia pariter atque Italia
excedere turpiter cogeretur, multis copiarum mil-
libus per universa prælia amissis.

Ὅτι ὑπὸ τοῦ Κινέου ἐλέγετο Πύῤῥος ὁ βασιλεὺς 589
πλείονας πόλεις, ἢ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐξελεῖν δόρα-
τος. [57] καὶ γὰρ ἦν δεινὸς εἶναι φησὶ Πλούταρχος
ἐν τῷ λέγειν, καὶ τῷ Δημοσθένει μόνος ἐν τῇ δεινό-
τητι παριστάμενος. ἀμέλει καὶ τὸ ἄτοπον τῆς ἐκ-
στρατείας ὅια ἔμφρων εἰδὼς ἀνὴρ, ἐμποδὼν τῷ Πύῤῥῳ
εἰς λόγους ἐλθὼν καθίσατο. ὁ μὲν γὰρ ἄρξειν διὰ
τὴν ἀνδρείαν πάσης διενόει τῆς γῆς· ὁ δὲ ἀρκεῖ-
σθαι [k] ἱκανοῖς οὖσι τοῖς οἰκείοις πρὸς εὐδαιμονίαν
ἐπέτρεπεν. ἀλλὰ τὸ φιλοπόλεμον τοῦ ἀνδρὸς καὶ
φιλόπρωτον τὴν τοῦ Κινέου νικῆσαν παραίνεσιν,
αἰσχρῶς ἀπαλλάξαι αὐτὸν καὶ Σικελίας καὶ Ἰταλίας
ἐποίησεν, πολλὰς τῶν αὐτοῦ δυνάμεων μυριάδας
ἐν ταῖς μάχαις ἁπάσαις ἀποβεβληκότα.

XXXIX.

Pyrrhus præter Epiri regnum, maximam par-
tem Græciæ, hinc beneficiis, hinc terrore sibi
adjunxit. Præterea & ab Ætolis, qui tunc plu-
rimum valebant, & a Philippo Macedone, &
ab Illyrici regulis colebatur: quippe qui unus
& naturæ præstantia, & doctrinæ facultate, &
ipso rerum usu multum ceteris antecelleret.
Unde factum, ut ejus virtuti plus quam ipsius
sociorum-

Ὅτι ὁ Πύῤῥος ὁ βασιλεὺς τῆς τε Ἠπείρου καλου-
μένης ἐβασίλευσε, καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ τὸ πλεῖσον,
τὸ μὲν εὐεργεσίαις, τὸ δὲ φόβῳ προσεπεποίητο.
Αἰτωλοί τε πολὺ τότε δυνάμενοι, καὶ [l] Φίλιπ-
πος [58] ὁ Μακεδών, καὶ οἱ ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ δυνά-
σαι ἐθεράπευον αὐτόν. καὶ γὰρ φύσεως λαμ-
πρότητι, καὶ παιδείας ἰσχύι, καὶ ἐμπειρίᾳ πραγμά-
των πολὺ πάντων προέφερεν. ὥστε καὶ ὑπὲρ τὰς
δυνάμεις

[h] ἐχειροτονήθη. mox ἐνόμισαν. vide § 56.
[i] τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν πολὺς ἐγγίνεται. constructioni subvenires legendo πολλοῖς.
[k] ἐπέτρεπεν. melius προέτρεπεν.
[l] Φίλιππος ὁ Μακεδών. vide notas § 58.

§ 55. (l. 65.) ἦν γὰρ ἀδωρότατος] De hac C. Fabricii virtute videsis *Plutarchum* in Pyrrho p. 395. sq. Ipse de eo Pyrrhus confessus dicitur: *ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a suo cursu averti posset*, ut est apud *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 35, 12. ubi plures hac de re scriptores dabit Doctiss. *Arnzenius*. P. Cornelius Rufinus, qui contrariis erat moribus, memoratur a *Plutarcho* in Sylla p. 451. C. velut Consul ex quo Sylla prognatus sit. τῶν δὲ προγόνων αὐτοῦ λέγουσι Ῥουφῖνον ὑπατεῦσαι· καὶ τούτῳ δὲ τῆς τιμῆς ἐπιφανεστέραν γενέσθαι τὴν ἀτιμίαν. ἐυρέθη γὰρ ἀργυρίου πώλου κεκλημένος ὑπὲρ δέκα λίτρας, τοῦ νόμου μὴ διδόντος. *Inter majores ejus Rufinum ferunt consulatu functum esse, sed infamia magis quam dignitate ista nobilitatum. Nam convictus est supra decem argenti cælati libras possidere.* Eadem refert *Zonaras* p. 378. sq. qui Rufinum Censorium & iterum Consularem a Fabricio hoc & Pappo Censoribus ignominia notatum tradit. Conf. & *Gellium* IV. 8. XVII. 21. qui & eundem Fabricii opera Consulem creatum refert, itemque *Cicero* de Oratore lib. II. cap. 66.

§ 56. (l. 69.) ἐνόμισαν εἶναι] Legendum ἐνόμισεν, & paulo supra pro ἐχειροτονήθη, non dubito in Dionis libris fuisse ἐχειροτόνησε, quod confirmat *Cicero* lib. II. de Oratore. (cap. 66.) *Cum C. Fabricio P. Cornelius, homo avarus & furax sed egregie fortis & bonus imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus Consulem fecisset bello præsertim magno & gravi: nihil est quo mihi gratias agas, inquit, si malui compilari quam venire.* Idem refertur ab *Agellio* lib. IV. (cap. 8.) ut notat Sigonius ad A. U. C. 476. VALES.

§ 57. (l. 80.) καὶ γὰρ ἦν δεινὸς εἶναι, φησὶ Πλούτ.] Vereor ne locus hic mutilus aut corruptus sit. Lector judicet ex ipsis *Plutarchi* verbis quanquam ceteroquin liberius a Dione allegatis. ἦν δέ τις Κινέας, Θεσσαλὸς ἀνὴρ, τῷ μὲν φρονεῖν δοκῶν ἱκανὸς εἶναι, δημοσθένους δὲ τοῦ ῥήτορος ἀκηκοὼς, ἔδοκει μόνος μάλιστα τῶν τότε λεγόντων, ὅιον ἐν εἰκόνι, τῆς ἐκείνου δυνάμεως καὶ δεινότητος ἀναμιμνήσκειν τοὺς ἀκούοντας. συνὼν δὲ τῷ Πύῤῥῳ καὶ πεμπόμενος ἐπὶ τὰς πόλεις ἐβεβαίου τὸ Ἐυριπίδειον· ἔστι πᾶν ἐξαιρεῖ λόγος, ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν. Ὁ γοῦν Πύῤῥος ἔλεγε πλείονας πόλεις ὑπὸ Κινέου τοῖς λόγοις ἢ τοῖς ὅπλοις ὑφ' ἑαυτοῦ προσῆχθαι. Sequitur deinde colloquium Cineæ cum Rege, quod & Dio hic brevissimis tangit. De eodem Cinea *Himerii* locus est apud *Photium* p. 1119. τοσοῦτον ἐχύσας τοῖς λόγοις, ὅσον καὶ τὸν Θετταλὸν ἀκούων τὸν Κινέαν, ὃς σὺν βασιλεῖ Πύῤῥῳ γῆν ἐπιὼν πᾶσαν καὶ θάλασσαν, πρὸ τῶν μηχανημάτων τοῖς λόγοις τὰς πόλεις ἔκλινεν. Plura de Cinea apud *Justinum* XVIII. 2, 7. *Livium* Epit. 13. & lib. XXXIV. 4. *Appianum* Alex. in fragmentis legat. Ursini, num. VI.

§ 58. (l. 98.) Φίλιππος ὁ Μακεδών] At per hæc tempora

δυνάμεις καὶ τὰς [m] ἑαυτῶν καὶ τῶν συμμάχων καίπερ μεγάλας οὔσας ἀξιοῦσθαι.

ſociorumque viribus, licet maximis, tribueretur.

XL.

Ὅτι [59] οἱ Ῥήγινοι φρουρὰν ἠτήσαντο παρὰ Ῥωμαίων· ἡγεῖτο δὲ αὐτῆς Δέκιος. τούτων οὖν οἱ πλείους ἔκ τε τῆς περιουσίας τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης ἁβρωνίης, ἅτε καὶ ἀνειμένῃ παρὰ πολὺ διαίτῃ πρὸς τὰ ἐν οἴκοι χρώμενοι, ἐπεθύμησαν ἐνάρχοντος [n] αὐτοῖς τοῦ Δεκίου τοὺς πρώτους τῶν Ῥηγίνων ἀποκτείναντες τὴν πόλιν κατασχεῖν. ἄδεια γὰρ αὐτοῖς πολλὴ ἐφαίνετο, τῶν Ῥωμαίων περὶ τοὺς Ταραντίνους καὶ περὶ τὸν Πύρρον ἀσχόλων ὄντων, πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο πράξαι. προσανέπειθον δὲ αὐτοὺς, ὅτι καὶ τὴν [60] Μεσσήνην ὑπὸ τῶν Μαμερτίνων ἐχομένην ἑώρων. οὗτοι γὰρ Καμπανοί τε ὄντες, καὶ φρουρεῖν αὐτὴν ὑπ' Ἀγαθοκλέους τῶν ἐν Σικελίᾳ δυναστεύοντος ταχθέντες, σφαγάς τε τῶν ἐπιχωρίων ἐποιήσαντο, καὶ τὴν πόλιν κατέχον.

Οὐ μέν τοι ἐκ τοῦ προφανοῦς τὴν ἐπιχείρησιν ἐποιήσαντο. πολὺ γὰρ ἡλαττοῦντο τῷ πλήθει. ἀλλ' ἐπιστολὰς ὁ Δέκιος, ὡς καὶ τῷ Πύρρῳ ἐπὶ προδοσίᾳ σφῶν ὑπό τινων γεγραμμένας, πλάσας, ἤθροισε τοὺς στρατιώτας· καὶ ἐκείνας τε αὐτοῖς ὡς καὶ ἁλωκυίας ἀνέγνω, καὶ προσπαρώξυνεν αὐτοὺς, εἰπὼν ἃ εἰκὸς ἦν. ἄλλως τε καὶ ἐσαγγείλαντός τινος ἐκ κατασκευασμοῦ, ὅτι ναυτικόν τέ τι τοῦ Πύρρου κατῆρέ που τῆς χώρας, καὶ ἐς λόγους τοῖς προδόταις ἀφικνεῖτο. οἱ δὲ παρεσκευασμένοι ἐμεγάλυνον, καὶ διεβόων προκαταλαβεῖν τοὺς Ῥηγίνους, πρίν τι δεινὸν παθεῖν· ἀγνοοῦντας δὲ τὸ πραττόμενον χαλεπῶς ἀντισχεῖν. καὶ οἱ μὲν ἐς τὰς καταγωγὰς σφῶν, οἱ δὲ ἐς τὰς οἰκίας ἐσπηδήσαντες ἐφόνευσαν πολλοὺς, πλὴν ὀλίγων, οὓς ὁ Δέκιος καλέσας ἐπὶ δεῖπνον ἔσφαξεν.

1. Petentibus Rheginis, præſidium a Roma- A.U.C.474
nis miſſum eſt, duce Decio. Horum militum plerosque, præ abundantia commeatuum, & omni reliqua mollicie, cum illic longe delicatiore cultu agerent quam domi, cupiditas incesſit, incitante præſertim Decio, urbem, occiſis Rheginorum principibus, occupandi. Nam cum Romani tunc bello adverſus Tarentinos & Pyrrhum diſtinerentur, tuto ſibi omnia pro arbitrio facturi videbantur. Accedebat probabilis ratio, quod Meſſanam itidem a Mamertinis etiam tum teneri cernebant: qui cum & ipſi Campani eſſent, ab Agathocle Siciliæ tyranno conſtituti ad tuendam præſidio urbem, cæſis indigenis, urbem occupaverant.

2. Neque tamen id jam aperte aggredi tentarunt; numero enim longe a civibus ſuperabantur. Sed Decius confictis epiſtolis, quaſi a quibusdam Rheginorum ad Pyrrhum de prodendo præſidio ſcriptis, milites convocat, epiſtolas velut interceptas pro concione recitat, oratione ad rem accommodata animos militum accendit; comparato etiam non nemine, qui nunciaret, naves Pyrrhi ad quendam locum ditionis Rheginorum appellere viſas, ut cum proditoribus ſermones conferrentur. Ad hæc milites a Decio ſubornati orem exaggerare, vociferari præveniendos eſſe Rheginos ante quam aliquid gravius accidat: ignaros improviſo opprimi facile poſſe. Ita incenſi milites, partim in hoſpitia ſua, partim in ædes civium irruptione facta, plurimos interfecerunt; nonnullos etiam Decius ad cœnam vocatos necavit.

XLI.

Ὅτι Πύρρος τοὺς τῶν Ῥωμαίων αἰχμαλώτους συχνοὺς ὄντας, τὸ μὲν πρῶτον πεῖσαι ἐπεχείρησεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην συστρατεῦσαι. ὡς δὲ οὐκ ἠθέλησαν, ἰσχυρῶς ἐθεράπευε, μήτε δήσας τινὰ μήτ' ἄλλο τι κακὸν δράσας. ὡς καὶ [61] προῖκα αὐτοὺς ἀπο-

Pyrrhus captivis Romanorum, quos plurimos A.U.C.475
habebat, principio quidem perſuadere conatus eſt, ut contra Romanos in caſtris ſuis militarent. Eosdem, cum id ſe facturos negarent, omni ſtudio demereri inſtituit, neque vinculis, nec alia ulla moleſtia

[m] ἑαυτῶν. ἑαυτοῦ, Salmaſ. [n] ἐνάγοντος αὐτοῖς τοῦ Δεκίου. ſic Valeſ. dicendum utique: ἐνάγοντος αὐτοὺς τοῦ Δεκίου.

pora nullus eo nomine regnavit in Macedonia, quocirca hunc locum corruptum eſſe non dubito. VALES.

Eo tempore in Macedonia fuit Alexander Caſſandri filius, quem frater major Antipater pellere inſtituerat; unde Pyrrhum arceſſivit Alexander, eique quam poſtulabat auxilii mercedem, Nymphæam, regionem Macedoniæ maritimam, atque ex provinciis adjectis Ambraciam, Acarnaniam, Amphilochiam dedit, atque ab eo reſtitutus eſt, ut refert *Plutarchus* in Pyrrho. p. 386. A. B. Satis igitur, credo, Alexander ἐθεράπευε τὸν Πύρρον, ut Dio loquitur. Quare viderint viri docti, an pro Φίλιππος ὁ Μακεδών, ſcribendum ſit Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών. Potuerunt enim hæc duo nomina ab exſcriptore facile permutari.

§ 59. (l. 4.) οἱ Ῥήγινοι φρουρὰν ἠτήσαντο] Fata hæc Rheginorum & Meſſanenſium conſimilia narrat copioſe *Polybius* Hiſt. lib. I. p. 6. ſqq. Adde de Rheginis, *Frontin.* IV. 1, 38. Strateg. *Livii Epit.* 12. & fragmenta *Diodori Sic.* apud Valeſium p. 262. ſq. itemque *Hoeſchelium* p. 155. nec non *Appiani* apud eundem Vales. p. 553. ſq. Legio eo miſſa Campana dicitur Livio, & Diodoro, qui & ipſum Decium Jubellium præfectum, genere Campanum facit, perinde ut Polybius. Et tamen idem Polybius Romanos fuiſſe ſcribit, qui urbem per vim occuparunt. Cives etiam Romanos vocat *Valerius Max.* II. 7, 15. Conferrem lubens hanc in rem *Camilli Peregrini* Campaniam Felicem, ſi ad manus nunc eſſet T. IX. Theſauri Italiæ. Ceterum Decius oculorum morbo laborans, cum ex urbe Meſſana imprudens Medicum Rhegio ortum advocaſſet, excoecatus eſt penitus, quod medicus injuriam patriæ ulturus cantharidibus oculos linire inſtituiſſet. Poſtea legio Campana obſeſſa a Romanis, deditione facta, ſecuri percuſſa eſt, Decius, quem nonnulli ante ob tyrannidem ab ipſis Campanis urbe pulſum volunt, correptus, in cuſtodia ſibi mortem conſcivit. Vide præter laudatos, *Livii Epit.* 15. *Zonaram* p. 379. & *Oroſium* IV. 3. qui legionem octavam appellat.

§ 60. (l. 14.) Μεσσήνην ὑπὸ τῶν Μαμερτίνων] Conf. præter laudatos modo de Rheginis ſcriptores, plerosque & Fragmento XI. indicatos. Etiam hic forte non fruſtra conſuletur *Placidus Reyna* in notitia hiſtorica urbis Meſſanæ, quæ reperitur eodem T. IX. Theſauri Italiæ.

§ 61. (l. 40.) προῖκα αὐτοὺς ἀποδώσων] Jam poſt infelicem pugnam Albini, Pyrrhus per Cineam de pace cum Romanis agens pollicitus eſt, ſe captivos ſine pretio redditurum. *Plut.* Pyrrho, p. 394. D. Cum pacem non acciperent Romani, legati ad Pyrrhum de captivis venerunt p. 395. D. quos Pyrrhus C. Fabricio credidit hac lege, ſi pacem abnuiſſet ſenatus, ut Saturnalibus celebratis ad ſe remitterentur; quod utrumque factum eſt a ſenatu. Inde C. Fabricius & Q. Aemilius Conſules, accepta a medico Pyrrhi epiſtola, qua ſe regem veneno necaturum pollicebatur, perfidiam Pyrrho patefaciunt, qui gratiæ referendæ cauſa gratis captivos donavit. ibid. p. 396.

molestia affectos. Deinde, omnibus gratis dimissis, eorum opera urbe se sine certamine potiturum sperabat.

ἀποδώσων, καὶ ἁμαχεὶ δι' αὐτῶν τὸ ἄστυ προσποιησόμενος.

XLII.

Pyrrhus cum nihil pecuniæ socii ultra conferre vellent, ad thesauros Proserpinæ magna opulentiæ fama celebres conversus est, iisque spoliatis, direptam gazam navibus Tarentum misit. Verum subito coorta tempestate, universi pene homines submersi, pecunia ac donaria in terram ejecta sunt.

Ὅτι τῷ Πύῤῥῳ ὡς οὐδὲν οἱ σύμμαχοι συνελέσαι ἐβούλοντο, ἐτράπετο πρὸς τοὺς [62] θησαυροὺς τῆς Φερῤῥεφάτης, δόξαν πλούτου μεγάλην ἔχοντας. καὶ τούτους συλήσας ἐς τὸν Τάραντα τὰ σύλα ἐπὶ νεῶν ἔπεμψε. καὶ οἵ τε ἄνθρωποι ὀλίγου πάντες ὑπὸ χειμῶνος ἐφθάρησαν, καὶ τὰ χρήματα τά τε ἀναθήματα ἐς τὴν γῆν ἐξέπεσεν.

XLIII.

A.U.C.488 His rebus gestis Romani, quanquam aucti potentia, non tamen insolenter efferebantur. Nam Q. Fabium ordinis Senatorii Apolloniatibus, Corinthiorum colonis, qui in sinu Ionico siti sunt, dedidere, eo quod legatos quosdam eorum contumelia affecisset: quem tamen Apolloniates incolumen domum remisere.

Ὅτι τοιαῦτα πράττοντες οἱ Ῥωμαῖοι καὶ [63] ἐπὶ μεῖζον ὁ αἰρόμενοι οὐδέπω ὑπερεφρόνουν· ἀλλὰ ῥ Κύϊντον [64] Φάβιον βουλευτὴν Ἀπολλωνιάταις τοῖς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ [65] ὑπὸ Κορινθίων ἀποικισθεῖσιν ἐξέδωκαν, ὅτι τινὰς πρέσβεις αὐτῶν ὕβρισεν. οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖνοι δεινόν τι ἔδρασαν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἔπεμψαν οἴκαδε. 593

XLIV.

A.U.C.498 Romani cum ingenti bellico apparatu, qui magnitudini animi illorum respondebat, adversus Carthaginem profecti sunt. Duces erant M. Regulus & L. Manlius, propter virtutem ceteris præferati. Quippe Regulus in tanta paupertate versabatur, ut & propter eandem omnino ipse domo ægre discesserit, & conjugi ejus ac liberis alimenta publice constituta sint.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐστράτευσαν, ἀκόλουθον τῇ διανοίᾳ σφῶν τὴν παρασκευὴν ποιησάμενοι, ἐπὶ Καρχηδόνα. ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν ὅ τε ϥ Ῥήγουλος καὶ Λούκιος, ῥ ἀπ' ἀρετῆς προκριθέντες. ὁ γὰρ Ῥήγουλος ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ ἦν, ὥστε μήτε τὴν ἀρχὴν ῥᾳδίως ἐθελῆσαι ῥ δι' αὐτὴν [66] ἀποσῆναι, καὶ τῇ γυναικὶ τοῖς τε παισὶν αὐτοῦ τὴν τροφὴν ἐκ τοῦ δημοσίου δίδοσθαι ψηφισθῆναι.

XLV.

ᵃ ἀιρόμενοι scripsi, pro vulgato διαιρούμενοι, ex Zonara; ita enim legendum pro αἰρόμενοι, quod est in editione Cangii p. 380. vel, si id magis placet, cum Salmasio legas δὴ αἰρόμενοι, aut διαιρόμενοι. ᵇ Κύϊντον. ita Zonaras l. c. & Dio alias. hic autem corrupte Κύντον legebatur. ᶜ Ῥήγουλος. Ῥηγοῦλος scribitur apud Zonaram p. 390. ᵈ ἀπ' ἀρετῆς. ἐξ ἀρετῆς Zonar. l. c. ᵉ δι' αὐτὴν. forte διετῆ ὑποσῆναι, Vales. vid. § 66.

Brevius *Florus* I. 18, 14. sq. *Post primam victoriam rex callidus, intellecta virtute Romana, statim desperavit armis, seque ad dolos contulit. Nam interemtos cremavit, captivosque indulgenter habuit, & sine pretio restituit.*

§ 62. (l. 44.) Θησαυροὺς τῆς Φερῤῥεφάτης] Locrenses apud *Livium* XXIX. 18. de Q. Pleminii legati sacrilegio simili querentes: *Fanum*, inquiunt, *est apud nos Proserpinæ, de cujus sanctitate templi credo aliquam famam ad vos pervenisse, Pyrrhi bello: qui cum ex Sicilia rediens Locros præteveheretur, inter alia foeda quæ propter fidem erga vos in civitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpinæ intactos ad eam diem spoliavit: atque ita pecunia in naves imposita, ipse terra est profectus. Quid ergo evenit, P. C? Classis postero die foedissima tempestate lacerata, omnesque naves quæ sacram pecuniam habuerunt in littora nostra ejectæ sunt. Qua tanta clade edoctus tandem Deos esse superbissimus Rex, pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri jussit.* Vide eundem *Livium* cap. 8. & 9. *Excerpta Peiresciana* ex *Diodoro Sic.* p. 285. *Dionysio* p. 542. & *Appiano* p. 555. *Aurel. Vict.* de V. I. 35, 9. *Valerium Max.* l. 1, 1. ext. Ex varietate autem narrandi apparet studium historicorum amplificandi & ornandi portenta.

§ 63. (l. 50.) ἐπὶ μᾶζον διαιρούμενοι] Apud *Zonaram* p. 51. (p. 380. C.) legitur ἐπὶ μᾶζον αἰρόμενοι, rectius. Vales.

§ 64. (l. 52.) Κύϊλον Φάβιον] Historiam hanc narrat *Valerius Max.* lib. VI. cap. 6. (n. 5.) quam *Sigonius* in Fastis refert ad A. U. C. 485. (vide *Livium* epit. 15. & *Zonaram* p. 51. vel 380.) Hujus autem consuetudinis mentio fit in lege 17. D. de Legationibus. (lib. 50. tit. 7.) *Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati. - - Itaque eum qui legatum pulsasset Q. Mucius dedi hostibus, quorum erant legati, solitus est respondere.* Vales.

§ 65. (l. 53.) ὑπὸ Κορινθίων ἀποικισθεῖσι] Idem testatur *Thucydides* lib. I. (p. 22. Dukeri, cujus vide notam) *Stephanus* quoque *Byzantius* (in Ἀπολλωνία) scribit, Gylacen Corinthium ducentorum civium coloniam eo deduxisse, ab eoque urbem Gylaciam esse dictam. Vales.

§ 66. (l. 62.) δι' αὐτὴν ἀποσῆναι] Forte legendum est, διετῆ ὑποσῆναι, quod suadent verba quæ leguntur in Epitome libri 18. *T. Livii*: *Cumque Attilio prospere bellum gerenti successor a senatu non mitteretur, id ipsum per literas ad senatum missas conquestus est; in quibus inter causas petendi successoris erat, quod agellus ejus a mercenariis devastaretur.* Addit *Valerius Max.* lib. IV. (cap. 4. § 6.) Regulum iis literis postulasse a Coss. ut successor sibi quam primum mitteretur, ne deserto agro, quem VII. jugerum in Pupinia habebat, non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. Quæ postquam senatus a Coss. accepit, & agrum alii villico colendum locasse, & alimenta conjugi ejus ac liberis præberi, resque quas amiserat redimi publice jussisse. Vales.

δι' αὐτὴν ἀποσῆναι] Elegans quidem *Valesii* emendatio, probata etiam *Salmasio* ad marg. Excerpt. Peir. τὴν ἀρχὴν διετῆ ὑποσῆναι, vel ut Valesius ad Amm. Marcell. XIV. 6. p. 27. scribit, *τὴν ἀρχὴν ῥᾳδίως ἐθελῆσαι δι' αὐτὴν ὑποσῆναι, ut prorogatum sibi in alterum annum imperium vix tulerit;* aut, *ut ejus causa Magistratum sibi delatum suscipere vix sustinuerit.* Neque tamen censui quicquam mutandum, quod sana sunt omnia; tantum abest vt doctissimo *Palmerio* assentiar, qui p. 266. non solum δι' αὐτὴν in διετῆ, sed & ἀποσῆναι in ἀποφῆναι mutandum censet, hoc sensu: *ut non facile consenserit, imperium illi* (scr. *sibi*) *in biennium prorogatum declarari.* τὴν ἀρχὴν est *omnino* apud Dionem, δι' αὐτὴν scilicet πενίαν, *propter illam paupertatem*, propter quam & conjugi ac liberis alimenta data sunt, *ægre voluit* ἀποσῆναι *domo abesse* vel *discedere.* Nec enim solum dicitur ἀποσῆναι τῆς πόλεως, sed & ἀποσῆναι simpliciter

XLV.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Κλάυδιον, ἐπειδὴ πρὸς τοὺς Λίγυας συνθήκας [t] ἐποιήσαντο, [67] πόλεμον αἰρούμενον, καὶ αὐτοὺς χειρωσάμενον, τὸ μὲν πρῶτον ὡς καὶ ἐκείνου τὸ παρασπονδηθὲν, ἀλλ' οὐχ ἑαυτῶν τὸ αἴτιαμα ὂν, ἔπεμψαν ἐκδιδόντες αὐτοῖς· μὴ προσδεξαμένων δὲ σφῶν, αὐτὸν ἐξήλασαν.

Romani, facta cum Liguribus pace, M. Claudium, qui eosdem nihilominus bello petitos subegerat, primum Liguribus dediderunt, culpam violatæ pactionis a se in Claudium rejicientes, deinde non acceptum a Liguribus in exilium amandarunt. A.U.C.518

XLVI.

Ὅτι Δημήτριος ἔκ τε τῆς [68] τοῦ Πίννου ἐπιτροπεύσεως, καὶ ἐκ τοῦ τὴν μητέρα αὐτοῦ Τριτεύταν τῆς Τεύτας ἀποθανάυσης γῆμαι, ἐπαρθεὶς, τοῖς τε ἐπιχωρίοις ἐπαχθὴς ἦν, καὶ τὰ τῶν πλησιόικων ἐκακούργει. καὶ, ἐδόκει γὰρ τῇ τῶν Ῥωμαίων φιλίᾳ ἀποχρώμενος ἀδικεῖν αὐτοὺς, αἰσθόμενοι τοῦτο μετεπέμψαντο αὐτόν. ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσεν, ἀλλὰ καὶ τῆς συμμαχίδος σφῶν ἥπτετο, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτὸν ἐν τῇ Ἴσσῃ ὄντα.

Demetrius Pharius insolentia elatus, cum ob tutelam Pinnei, tum ob conjugium cum Pinnei matre Triteuta, quam post Teutæ obitum duxerat, gravis erat incolis omnibus, & finitimorum quoque agros vastabat. Qua re intellecta Consules, quod Romanorum abusus amicitia ad vexandos homines processisse videbatur, Pharium accersiverunt. Qui cum minime pareret, sed socios populi Romani infestare non desisteret, Issam contra eum copias duxerunt. A.U.C.535

XLVII.

Ὅτι [69] Ἀννίβας πρὸς τῇ τῆς Φύσεως ἀρετῇ, καὶ παιδείᾳ πολλῇ μὲν Φοινικῇ κατὰ τὸ πάτριον, πολλῇ δὲ καὶ Ἑλληνικῇ ἤσκητο. καὶ προσέτι καὶ μαντικῆς τῆς διὰ σπλάγχνων ἥπτετο. τοιοῦτος οὖν δή τις τὴν ψυχὴν γενόμενος, ἀντίρροπον καὶ τὸ σῶμα, τὰ μὲν Φύσει, τὰ δὲ καὶ διαίτῃ παρεσκεύασο. ὥσθ' ὅσα ἐνεχειρίζετο, ῥᾳδίως κατεργάζεσθαι. κοῦφόν τε γὰρ καὶ ἐμβριθὲς ὅτι μάλιστα αὐτὸ εἶχε. καὶ διὰ τοῦτο καὶ θεῖν καὶ συνίστασθαι, ἱππεύειν τε ἀνακράτος ἀσφαλῶς ἐδύνατο. καὶ οὔ-
594 τε πλήθει ποτὲ τροφῆς ἐβαρύνετο, οὔτε ἐνδείᾳ ἔκαμνεν.

1. Hannibal & egregia erat indole, & disciplinis partim patriis Pœnorum, partim Græcis apprime eruditus. Adhæc extispicia callebat. Neque ejusmodi animo dispar corpus, hinc natura, hinc vivendi genere formatum habebat, adeo ut quæcunque aggrederetur, facile perficeret. Corpore enim vel maxime agili & robusto utebatur, ac proinde currere, aut stare in gradu, aut equum admittere, promtissimus erat. Nunquam ciborum copia præpeditus, aut penuria languens, abundantiam juxta & inopiam non alio ferebat animo,

[t] ἐποιήσαντο. Vales. ἐποιήσατο, ἀράμενοι, χειρωσάμενοι, ex Zonara p. 400. vid. § 67.

pliciter v. g. apud *Herodianum* I. 16, 11. 17, 21. ἀποστὰς ἐκεῖθεν. VIII. 5, 13. ἀποστάντες ἐσφηκώσαντο ἐς τὰ ὕψηλα. *Pausan.* X. 17. p. 838. μαθόντες τὴν ἀπόστασιν τοῦ στρατηγοῦ. *Dionys. Hal.* IX. p. 563, 21. Vide de Regulo *Victorem* de V. I. cap. 40. *Zonaram* p. 390.

§ 67. (l. 66.) πόλεμον ἀράμενον] Legendum ἀράμενοι, & mox χειρωσάμενοι, ex *Zonara* p. 66. (p. 400. D.) itemque ἐποιήσατο. Vide Fastos *Sigonii*, editionis Basileensis, ad annum 527. Nam in editione Veneta lapsus erat Sigonius, hancque historiam anno Urbis 590. retulerat. VALES.

Ad mentem Valesii hæc est sententia: *Cum M. Claudius turpe cum Corsis fœdus percussisset, Romani nihilominus eos bello aggressi subegere; ac primo &c.* Atque hæc Zonaræ omnino & *Valerio Max.* VI. 3, 3. consentanea sunt; verum aliena a mente auctoris excerptorum, ut colligas ex verbis ὡς καὶ ἐκείνου τὸ παρασπονδηθὲν ὄν, quæ Claudium non turpis pacis, sed violatæ pacis legitimæ auctorem ostendunt. Etiam in eo a Zonora abeunt hæc Excerpta, quod contra *Ligures* bellantem Claudium sistunt, Zonaras vero refert Claudium Cliniam (vel ut *Pighio* ad an 517. placet, *Gliciam*) a Varo Consule missum adversus *Corsos* (Κυρνίους) insulanos, pacem propria auctoritate cum iis feciisse, Varo nihilominus Corsicam debellante. Enimvero Zonaras, alterum Consulem Lentulum Liguribus arma intulisse, proxime ante hæc verba narrat: & ita videtur feciisse Dio. Quare auctor excerptorum confudit utrumque bellum, & ad Ligusticum retulit, quæ ad Corsicum referenda erant: pactionem etiam Romanis tribuit, quæ Claudio erat assignanda. Hujusmodi lapsus sanari non possunt, nisi omnia velis tuopte judicio reformare. Quæ mihi causa fuit, cur nihil, ne in versione quidem, mutarem; erroris originem notasse contentus.

§ 68. (l. 71.) τοῦ Πίννου ἐπιτροπεύσεως] Erat Pinneus Agronis Illyriorum regis filius, matre genitus Triteuta: qua repudiata Agron Teutam uxorem duxit, eique regnum moriens administrandum reliquit. Sed Teuta cum bellum grave adversus populum Romanum susceptisset, paulo post tædio victa, ac metu perculsa, imperio se abdicavit: quod Demetrius, qui Triteutam Pinnei matrem duxerat, tutorio nomine gerendum susceptit, ut ex Dione narrat *Zonaras* p. 68. (p. 402. C.) Utriusque autem codices emendandi sunt; ubi enim Agron Ταυλαντίων rex dicitur, Ἀρδιαίων scribi debet ex *Strabone* in lib. VII. (p. 315. 316.) *Appiano* in Illyrico (sub init.) & *Stephano.* (in Ἄρδεα) *Polybius* Ἀρδυαίους vocat (Lib. II. p. 99. D. 100. C.) Idem error est apud *Polyænum* lib. IV. (cap. 12. § 3.) ubi de Lysimacho. Hujus porro Pinnei meminit, præter Dionem & Appianum, *Livius* lib. XXII. (cap. 33.) *Ad Pinneum quoque regem in Illyrios legati missi, ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum.* VALES.

De Demetrii Pharii fatis, consule *Zonoram* p. 405. qui missos contra eum Consules Aemilium Paulum & M. Livium refert. Adde *Polybium* cum alibi passim, tum in primis lib. III. p. 171. sqq. Eundem bello victum confugisse ad Philippum Macedonem, legatosque missos ad eum deposcendum auctor etiam est *Livius* lib. XXII. cap. 33. vide infra num. CLI.

§ 69. (l. 81.) ὅτι Ἀννίβας] *Lucianus* in Dial. Mort. XII. 2. 3. T. I. p. 381. 384. fingit, Hannibalem apud inferos demum græca didicisse: quod merito reprehendunt interpretes, cum græce etiam scripsisse testetur *Nepos* c. 13. Hannibalis indolem moresque cognosces etiam ex laudato Nepote in vita ejus, & *Livio* XXI. 4. *Idem* lib. XXVIII. cap. 12. merito miratur, in exercitu ejus ex variis gentibus conflato, in tanta varietate fortunæ, nullam unquam inter milites aut adversus ducem exstitisse seditionem. Vide quoque *Excerpta Peiresciana* ex Polybio p. 121. Diodoro p. 301. & *Justinum* XXXII. ult. qui testatur, eum nec cubantem cœnasse, aut plusquam sextario vini indulsisse; pudicitiamque tantam inter tot captivos habuisse, ut in Africa natum quiquis negaret. Crudele ejus facinus in captivos Romanos narrat *Diodorus Sic.* in Excerptis Peiresc. p. 280. *Appianus* Annib. p. 330. B. 347. D. sed a crudelitate pariter & avaritia eum absolvit *Polybius* ibid. p. 30. sq. certe difficile ait esse, de Hannibalis ingenio judicare, cum multa amicis, multa temporibus tribuenda sint.

animo, ac ſi utroque in caſu ſatis haberet. Moleſtiæ illi vires, vigiliæ robur addere videbantur.

2. Eo autem animo, eo corpore cum eſſet, in rebus gerendis hanc fere rationem ſecutus eſt. Quoniam intelligebat, plerosque homines utilitatis tantum privatæ cauſa fidem ſervare, & ipſe hac ratione cum aliis inſtituit agere, eademque ab aliis agi ſuſpicabatur; adeo ut aliis frequenter cum ſucceſſu deceptis, ipſe raro inſidiis aliorum circumveniretur. Præterea omnes viribus ſuperiores, ſive illi cives, ſive extranei eſſent, pro hoſtibus habens, minime expectandum putabat, donec quo animo erga ſe eſſent, re ipſa experiretur; ſed eosdem velut jam pronos ad injuriam inferendam, quia inferre poſſent, aſperrime tractabat, ſatius ducens occupare maleficia, quam iisdem occupari, eſſe alios in ſua, quam ſe in aliorum poteſtate.

3. Atque ut ſummatim dicam, naturam rerum potius quam ſplendorem famæ, niſi ubi utrumque ſimul ſtare poſſet, ſpectabat. Jam vero eos, quorum opera indigebat, ſummo proſequebatur honore, cui ſcilicet plerosque ſervire arbitrabatur, & cujus gratia, poſtpoſitis adeo utilitatibus ſuis, ſponte in pericula ruere cernebat. Hinc & lucro, ceterisque quibus capiuntur homines, ipſe ſæpenumero viſus eſt abſtinere, aliis ea liberaliter impertire: ex quo illos periculorum non invitos habuit comites. Ipſe viciſſim non tantum victu eodem atque ceteri utebatur, ſed & eadem pericula adibat, & quæcunque fieri vellet ab aliis, primus ipſe obibat. Ita enim illos, non ſolis verbis incitatos, ſine tergiverſatione alacres ad quidvis ſecum perficiendum fore ſperabat. Erga ceteros magna ubique ſuperbia uſus eſt. Itaque ut plurimos propter ſocietatem in vivendi ratione bene ſibi cupientes, ita ceteros ob ſuperbiam metu conſtrictos habuit: eademque de cauſa elatos quosvis deprimere, depreſſos extollere, aliis terrorem, aliis fiduciam, ſpem aut deſperationem injicere in maximis rebus, facillime & pro arbitrio potuit.

4. Atque hæc omnia haud temere de illo prædicari, ſed ex vero tradi, facta ipſa teſtantur. Namque & Hiſpaniæ maximam partem breuiſſimo tempore ſubegit, & inde per Galliæ populos, non modo nullo fœdere conjunctos, ſed plerosque ne notos quidem ſibi, bellum in Italiam intulit: primusque omnium qui extra Europam incolunt, quantum nobis conſtat, Alpes cum exercitu transgreſſus eſt: & contra ipſam urbem Romam infeſta tulit ſigna, ac ſocios pene omnes, partim

μνεν. ἀλλ' ἐν ἴσῳ καὶ τὸ πλέον, καὶ τὸ ἔλαττον, ὡς καὶ αὐταρκὲς ἑκάτερον, ἐλάμβανεν. ταῖς τε ταλαιπωρίαις ἰσχυρίζετο, κἂν ταῖς ἀγρυπνίαις ἐρρώννυτο.

Οὕτως οὖν δὴ καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἔχων, τσιᾷδε τῇ τῶν πραγμάτων διαχειρίσει ἐπίπαν ἐχρῆτο. τούς τε γὰρ πολλοὺς ἐς μόνον τὸ συμφέρον σφίσι πισοὺς ὁρῶν ὄντας, αὐτός τε τοῦτον τὸν τρόπον αὐτοῖς προσεφέρετο, καὶ ἐς ἐκείνους ταὐτὸν ὑπώπτευεν, ὥστε πλεῖστα μὲν ἀπατήσας τινὰς καθορθῶσαι, ἐλάχιστα δὲ ἐπιβουλευθεὶς σφαλῆναι. καὶ πολέμιον, πᾶν τὸ πλεονεκτεῖν δυνάμενον, καὶ ἐν τοῖς ἀθνείοις καὶ ἐν τοῖς ὁμοφύλοις ὁμοίως ἡγούμενος, οὐκ ἀνέμενε τοῖς ἔργοις τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἐκμανθάνειν, ἀλλ' ὡς καὶ βουλομένους σφᾶς ἀδικεῖν [a] ὅτι ἐδύνατο, τραχύτατα μετεχειρίζετο, προποιησάμενός τέ τι μᾶλλον ἢ προπαθεῖν ἄμεινον ἡγεῖτο. καὶ ἐφ' ἑαυτῷ τοὺς ἄλλους, ἀλλ' οὐκ ἐφ' ἑτέροις ἑαυτὸν εἶναι ἠξίου.

Τό τε σύμπαν εἰπεῖν, τῇ Φύσει τῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐ τοῖς ἐς φήμην αὐτῶν εὐδοκιμοῦσιν, ὁσάκις γε μὴ κατ' αὐτὸ καὶ ἄμφω συνέπιπτε, προσέκειτο. καὶ μέν τοι καὶ ἐτίμα καθ' ὑπερβολὴν ὅτου δέοιτο. δούλους τε γὰρ τοῦ τοιούτου τοὺς πλείσους ἡγεῖτο εἶναι, καὶ κινδυνεύειν ἐπ' αὐτῷ καὶ παρὰ τὸ συμφέρον σφίσιν ἐθελοντὰς ἑώρα. καὶ διὰ ταῦτα καὶ τῶν κερδῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἡδίστων αὐτὸς μὲν πολλάκις ἀπείχετο, ἐκείνοις δὲ ἀφθόνως μετεδίδου. καὶ ἀπ' αὐτοῦ κοινωνοὺς σφᾶς καὶ τῶν πόνων οὐκ ἀκουσίους ἐκτᾶτο. καὶ τούτοις μὲν οὐχ ὅπως ἰσοδίαιτος, ἀλλὰ καὶ ἰσοκίνδυνος ἐγίγνετο, πάνθ' ὅσα ἀπήτει παρ' αὐτῶν πρῶτος ἐκπονούμενος. οὕτω γὰρ καὶ ἐκείνους ἀπροφασίστως καὶ προθύμως, ἅτε μήτε τοῖς λόγοις αὐτοῦ προσέχοντας, σύμπαντά οἱ συμπράξειν ἐπίστευε. πρὸς δὲ δὴ τοὺς ἄλλους πολλῷ τῷ φρονήματι ἀεὶ ἐχρῆτο. ὥστε τοὺς μὲν ἔυνοιαν αὐτοῦ, τοὺς δὲ δέος, ἔκ τε τοῦ ὁμοδιαίτου, καὶ ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος παμπληθεῖς ἔχειν. ἐξ ὅπερ καὶ τὰ μάλιστα τό τε ὑπερέχον [a] κωλύειν, καὶ τὸ ταπεινούμενον ἐξαίρειν, καὶ τῷ μὲν ὄκνον, τῷ δὲ θάρσος, ἐλπίδα τε καὶ ἀπόγνωσιν ὑπὲρ τῶν μεγίστων δι' ἐλαχίστου πᾶσιν οἷς ἐβούλετο ἐμποιεῖν ἐδύνατο. 597

Καὶ ὅτι ταῦτ' οὐκ ἄλλως περὶ αὐτοῦ λέγεται, ἀλλ' ἀληθῆ παραδέδοται, τεκμηριοῖ τὰ ἔργα. τῆς τε γὰρ Ἰβηρίας πολλὰ διὰ βραχέος προσεκτήσατο, καὶ τὸν πόλεμον ἐκεῖθεν διὰ τῶν Γαλατῶν, οὐχ ὅτι ἀσπόνδων ἀλλὰ καὶ ἀγνώστων ὁι τῶν πλείστων ὄντων, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐσήλασε. τάς τε Ἄλπεις πρῶτος ἀνθρώπων τῶν οὐκ Ἐυρωπαίων, ὅσα γε ἡμεῖς ἴσμεν, σὺν στρατῷ διέβη· καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν Ῥώμην ἐπεστράτευσε, τά τε συμμαχικὰ αὐτῆς ὀλίγου πάντα, τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δὲ καὶ πείθων ἀπέρρηξε. καὶ

[a] Ὅτε ἐδύνατο, Valeſ. in MS. erat ὅτι ἐδύνατο. malim ὅτι ἐδύνατο. id enim eſt τὸ πλεονεκτεῖν δυνάμενον, de quo modo dixerat. Hannibal ergo velle eos omnes lædere, qui poſſent, arbitrabatur: jure Hobbeſiano. [a] τό τε ὑπερέχον κωλύειν. forte κολούειν, Valeſ.

§ 70. (l. 55.) ἐπὶ διαβολῇ αὐτοῦ] Ita præter *Zonaram* p. 77. (vel 415) & *Plutarchum* in Fabio p. 178. C. factum Hannibalis interpretatur quoque *Livius* XXII. 23. *Acceſſerant duæ res ad augendam invidiam Dictatoris: una fraude ac dolo Annibalis, quod cum a perfugis ei monſtratus ager dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo æquatis, ab uno eo ferrum ignemque & vim hoſtium abſtineri juſſit, ut occulti alicujus pacti ea merces videri poſſet.* Adde *Frontini* Strategemata I. 8. §. 2. Simile ſtrategema ab Archidamo Lacedæmoniorum Rege & duce ſuſpicatus Pericles Athenienſium dux agros ſuos reipublicæ addixit, teſte *Thucydide* II. 13. & *Polyæno* I. 36, 2. Aliud ſimile melius ſucceſſit Cleandridæ adverſus Tegetas, apud *Polyænum* II. 10, 3. Dionyſio adverſus Meſſanios *ibid.* V. 2, 18.

§ 71. (l. 61.) τὰ χωρία ὁ Φάβιος ἀποδόμενος] Eam rem narrat *Livius* XXII. (23.) & *Plutarchus* in Fabii vita (p. 178. E.) *Valerius Max.* lib. IV. cap. 8. (§. 1.) ita ſcribit: *Fabius Max. captivos ab Hannibale interpoſita pactione nummorum receperat: qui cum a ſenatu non præſtarentur, miſſo in urbem filio, fundum quem unicum poſſidebat, vendidit, ejusque pretium Hannibali protinus numeravit.* Vales.

Conſ.

καὶ ταῦτα μέν τοι αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἄνευ τοῦ κοινοῦ τῶν Καρχηδονίων κατέπραξεν. οὔτε γὰρ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ἐξεπέμφθη, οὐθ' ὕστερον μεγάλης τινὸς βοηθείας παρ' αὐτῶν ἔτυχε. τῆς γάρ τοι δόξης τῆς τε ὠφελείας οὐκ ἐλάχιστα ἀπολαύσειν ἀπ' αὐτοῦ μέλλοντες, μὴ ἐγκαταλιπεῖν αὐτὸν δόξαι μᾶλλον ἢ συναίρεσθαί ἔν τινι ἰσχυρῶς ἠθέλησαν.

partim vi, partim ſuadendo ab eius partibus abduxit. Atque hæc cuncta ipſe per ſe absque publicis Carthaginienſium opibus geſſit; quippe qui neque ab initio miſſus a Pœnorum Magiſtratibus ad id bellum erat, neque poſtmodum valida ab iisdem auxilia accepit. Namque illi, quum ex Hannibalis rebus geſtis non minimam partem utilitatis & gloriæ eſſent capturi, id agebant magis, ut eum non deſeruiſſe viderentur, quam ut fortiter ſublevare aliqua in re cuperent.

XLVIII.

Ὅτι Ἀννίβας ἤτοι χαριζόμενος τῷ Φαβίῳ, ὡς καὶ ἐπιτηδείῳ σφίσιν ὄντι, ἢ καὶ [70] ἐπὶ διαβολῇ αὐτοῦ, οὐδὲν τῶν προσηκόντων ὁι καλέδραμεν. καὶ διὰ τοῦτ' ἀνιδόσεως τῶν αἰχμαλώτων τοῖς Ῥωμαίοις πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, ὥσθ' ὁπολέρων πλείους εὑρεθῶσιν ἀπολυτρωθῆναι σφᾶς, γενομένης, καὶ τῶν Ῥωμαίων μὴ βουληθέντων αὐτοὺς ἐκ τοῦ δημοσίου λυτρώσασθαι, [71] τὰ χωρία ὁ Φάβιος ἀποδόμενος τὰ λύτρα αὐτοῖς ἐχαρίσατο.

1. Hannibal, ſive gratificaturus Fabio, tanquam amico Carthaginienſium, ſive ut ſuſpectum illum redderet, nullum ex ejus prædiis agrisve vaſtavit. Itaque cum inter Pœnos ac Romanos captivorum commutatio ea conditione fieret, ut apud quos plures eſſent captivi, ii certo pretio redimerentur, Fabius eorum prædiorum auctione facta, pretium pro civibus captivis numeravit, cum Romani eos publica pecunia redimi noluiſſent.

Καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν μὲν οὐκ ἔπαυσαν· τῷ δὲ ἱππάρχῳ τὴν αὐτὴν ὁι ἐξουσίαν ἔδωκαν, ὥς' ἀμφοτέρους ἅμα ἀπὸ τῆς ἴσης ἄρχειν. καὶ ὁ Φάβιος οὐδεμίαν ὀργὴν οὔτε τοῖς πολίταις οὔτε τῷ Ῥούφῳ ἔσχε. τῶν τε γὰρ ἀνθρωπίνων πραγμάτων συνεγίνωσκεν αὐτοῖς, καὶ ἀσπητὸν ἐποιεῖτο, εἰ καὶ ὁπωσοῦν περιγένοιντο. τὸ γὰρ κοινὸν σώζεσθαι καὶ κρατεῖν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς εὐδοξεῖν ἤθελεν. [72] τήν τε ἀρετὴν οὐκ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ 598 ἑκάστου ψυχῇ εἶναι, καὶ τὸ κρεῖττον τό τε χεῖρον οὐκ ἀπὸ δόγματός τινι, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐκείνου ἐπισήμης ἢ ἀμαθίας ὑπάρχειν [a] ἐνόμιζεν.

2. Quam ob cauſam tum Dictatori Fabio imperium quidem abrogatum minime eſt; ceterum ut Magiſtro equitum eadem cum ipſo poteſtas & æquale imperium eſſet, populus juſſit. Neque tamen idcirco Fabius aut ciuibus aut Minucio Rufo ſuccenſuit, ſed tanquam humani aliquid passis benigne ignovit, ſufficere ſibi arbitratus, dummodo quacunque ratione ſuperiores eſſent Romani. Quippe is erat, qui reipublicæ ſalutem & victoriam, quam ſuam gloriam, mallet; idemque virtutem non ex plebiſcitis pendere, ſed in cujusque ſitam eſſe animo, tum & victoriam clademve non per decreta cuiquam tribui, ſed cujuslibet prudentia aut imperitia comparari arbitrabatur. A.U.C. 537

Ὁ δὲ δὴ Ῥοῦφος οὐδὲ ἐν τῷ πρὶν ὀρθῶς φρονῶν, τότε δὴ καὶ μᾶλλον ἐπεφύσητο. καὶ καλέχειν ἑαυτὸν, ἅτε καὶ τῆς ἀπειθαρχίας ἆθλον τὴν πρὸς τὸν δικτάτωρα ἰσομοιρίαν προσλαβὼν, οὐκ ἐδύνατο. ἀλλ' ἡμέραν ἠξίου παρ' ἡμέραν ἢ καὶ πλείους ἐναλλὰξ μόνος ἄρχειν. ὁ δὲ Φάβιος φοβηθεὶς μή τι κακὸν σφᾶς, εἰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐγκρατὴς γένοιτο, ἐξεργάσαιτο, πρὸς οὐδέτερον αὐτῷ συνήνεσεν· ἀλλ' ἐνείματο τὸ στράτευμα, ὥστε ἐν ὁμοίῳ τοῖς ὑπάτοις καὶ ἐκείνους ἰδίαν ἑκάτερον ἰσχὺν ἔχειν. καὶ παραχρῆμα [b] ἀπεστρατοπεδεύσαντο, ἵνα καὶ τῷ ἔργῳ διάδηλος, ὅτι αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῷ δικτάτωρι ἄρχοι, γένοιτο.

3. At Rufus, qui & antea parum ſapiebat, tunc utique multo magis inflatus, continere jam ſe haud quaquam poterat, ut qui æquale jus imperii cum Dictatore in præmium contumaciæ accepiſſet. Itaque alternis diebus, vel ſingulis, vel pluribus continuis, ſolus imperare cupiebat. Sed Fabius veritus, ne totius exercitus accepto imperio Rufus omnia perderet, neutrum ei conceſſit; verum exercitum cum eo partitus eſt, ut quemadmodum Conſulibus mos eſt, ſuas uterque copias haberet. Quo facto Rufus illico ſeparatim a Dictatore caſtra poſuit, ut re ipſa appareret, ſe ſua auctoritate, non vero Dictatori ſubjectum, imperare.

XLIX.

Ὅτι ὁ Σκιπίων πυθόμενός [73] τινας παρασκευάζεσθαι

1. Scipio cum accepiſſet, nonnullos cives Romanos A.U.C. 538

[a] ἐνόμιζεν. Ita Valeſius. ſed MS. νομίζων. [b] ἀπεστρατοπεδεύσαντο. Rectius Zonaras p. 415. D. ὁ Ῥοῦφος ἀπεστρατοπεδεύσατο, hoc eſt, ut Plutarchus effert p. 180. C. ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ἐστρατοπέδευσεν.

Conf. & *Dionem* infra p. 601. edit. Valeſ. num. LV. Ducentis millibus venditum fundum tradit *Aurelius Vict.* de V. I. cap. 43. & *Plutarchus* l. c. auctor eſt, cum pecuniam reſtituere poſtea multi vellent, non accepiſſe.

§ 72. (l. 71.) *τὴν ἀρετὴν οὐκ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν εἶναι*] *Livius* XXII. 26. *ſatis fidens, haud quaquam cum imperii jure artem imperandi æquatam.* Confer quæ ad Heliodorum ſibi ab Hadriano prælatum dicit Dionyſius Mileſius apud Dionem p. 789. B. De Minucio per imprudentiam fere profligato, ſed per Fabium ſervato, *Frontinus* Strat. II. 5. §. 22. *Appianus* Annib. p. 320. ſq. Ceterum adhuc ſine exemplo fuerat, magiſtrum equitum cum dictatore imperio æquari: idem tamen paulo poſt cladem Cannenſem, quo tempore ad exercitum M. Junius dictator fuit, repetitum obſervat *Plutarchus* in Fabio p. 179. E. ex quo & diſcas copioſe, ut Rufus poſt rem male geſtam Fabio ſuccurenti opportune poſtea imperio ceſſerit. p. 180. ſqq.

§ 73. (l. 91.) *τινὰς παρασκευάζεσθαι τῶν Ῥωμ.*] Princeps horum L. Cæcilius Metellus, in cujus etiam hoſpitio Canuſii ceteri congregati & conſultantes, a Scipione cum paucis irrumpente, ad jusjurandum adacti ſunt; ut diſcimus ex *Livio* XXII. 53. conf. & *Aurel. Vict.* de V. I. cap. 49. *Oroſ.* IV. 16. *Frontinum* Strateg. IV. 7. §. 39.

manos ita se comparare, ut urbem totamque Italiam, quasi mox in Pœnorum potestate futuram, desererent, progressus repente in hospitium, ubi id consilii agitabatur, stricto eos gladio cohibuit; 95 concepto deinde jurejurando, se nunquam dictis factisve Reipublicæ defuturum, omnes in sua jurare coëgit verba, mortem præsentem minatus, si quis sacramento fidem obstringere recusaret.

2. Igitur hoc pacto redacti ad consensionem animorum, scribunt Consuli, se quidem salvos esse. At Consul neque literas statim neque nuncium Romam misit: ipse Canusium profectus cuncta ibi constituit, finitimis urbibus præsidia, quanta in præsenti poterat, misit, equites imperatum in urbem facientes repulit: denique nec desperatione nec metu perculsus, tranquilla mente, quasi nihil ipsis adversi accidisset, quæcunque præsenti rerum conditioni conducebant, & providit & gessit.

Θαι τῶν Ῥωμαίων, τήν τε Ῥώμην ἐγκαταλιπεῖν, καὶ τὴν Ἰταλίαν ὅλην, ὡς τῶν Καρχηδονίων ἐσομένην, ἐπέσχεν αὐτοὺς ξιφήρης, ἐς τὴν καταλυσιν ἐν ᾗ ἐκοινολογοῦντο ἐξαίφνης ἐσπηδήσας, καὶ αὐτός τε ὀμόσας πάντα τὰ προσήκοντα καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πράξειν, καὶ ἐκείνους ὁρκώσας ὡς παραχρῆμα ἀπολυμένους, ἂν μὴ τὰ πιστὰ αὐτῷ παράσχωσι ταῦ.

Καὶ οἱ μὲν ἐκ τούτου συμφρονήσαντες πρὸς τὸν ὕπατον ἔγραψαν, ὅτι σώζοιντο. ἐκεῖνος δὲ ἐς μὲν τὴν Ῥώμην οὔτ' ἔγραψε παραχρῆμα, οὔτ' ἄγγελον ἀπέστειλεν· ἐς δὲ τὸ Κανύσιον ἐλθών, τά τε ἐνταῦθα κατεστήσατο, καὶ τοῖς πλησιοχώροις φρουρὰς ὡς ἐκ τῶν παρόντων ἔπεμψεν, προσβάλλοντάς τε τῇ πόλει ἱππέας ἀπεκρούσατο. τό τε σύνολον οὔτ' ἀθυμήσας, οὔτε καταπτήξας, ἀλλ' ἀπ' ὀρθῆς τῆς διανοίας, ὥσπερ μηδενὸς σφίσι δεινοῦ συμβεβηκότος, πάντα τὰ πρόσφορα τοῖς παροῦσι καὶ ἐβούλευσε, καὶ ἔπραξεν.

L.

A.U.C.538 Hannibal cum Nucerinos in deditionem accepisset, ea lege, ut cum singulis vestimentis ex urbe discederent, oppido potitus, senatores quidem balneis inclusos suffocavit; ceteris vero quocunque libitum esset abeundi veniam cum dedisset, horum quoque plurimos in itinere necavit. Quod quidem factum ei haud parum obfuit: quoniam reliqui, similem injuriam veriti, conditionibus pacis recusatis, quoad poterant, restiterunt.

Ὅτι τοὺς Νωκερίνους καθ' ὁμολογίαν ὥστε μεθ' ἑνὸς ἱματίου ἕκαστον ἐκ τῆς πόλεως ἐκχωρῆσαι λαβὼν Ἀννίβας, ἐπειδὴ ἐγκρατὴς αὐτῶν ἐγένετο, τοὺς μὲν βουλευτὰς ἐς βαλανεῖα ἀποκλείσας ἀπέπνιξεν, 601 τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπελθεῖν δῆθεν ὅποι βούλοιντο δοὺς, 74 πολλοὺς καὶ ἐκείνων ἐν τῇ ὁδῷ ἐφόνευσεν. οὐ μέν τοι αὐτῷ ἐλυσιτέλησε. Φοβηθέντες γὰρ [c] καὶ οἱ λοιποὶ μὴ τὰ ὅμοια πάθωσιν, οὐ συνέβαινον αὐτῷ, καὶ ἀνθεῖχον ἐφ' ὅσον ἐξήρκουν.

LI.

Erat Marcellus fortitudine & abstinentia ac justitia quadam singulari, atque ejusmodi, qui a subditis haud severe ac rigide cuncta exigeret; sed operam quidem dabat, ut officio quisque suo fungeretur, ceterum, si quid forte deliquissent, iis humaniter condonabat, neque porro irascebatur, si sui ipsius per omnia minus essent similes.

Ὅτι ὁ Μάρκελλος καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ σωφροσύνῃ τῇ τε δικαιοσύνῃ πολλῇ, ἐχρήσατο. παρὰ δὲ δὴ τῶν ἀρχομένων οὐ πάντα ἀκριβῶς οὐδὲ χαλεπῶς ἀπῄτει, [d] οὐδὲ ἐπιμέλειαν ὅπως καὶ ἐκεῖνοι τὰ δέοντα πράττωσιν ἐποιεῖτο. τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσί τι αὐτῶν συγγνώμην κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔνεμε, καὶ οὐκ ὠργίζετο ἔτι, εἰ μὴ ὅμοιοι αὐτῷ εἶεν.

LII.

Cum Nolani plerique eos, qui in Cannensi pugna capti ac dimissi ab Hannibale fuerant, velut ejus partibus addictos metuerent, ac neci dare vellent, obstitit Marcellus; & dissimulata suspicione

Ὅτι ἐν τῇ Νώλῃ πολλῶν 75 τοὺς ἁλόντας τε ἐν ταῖς Κάνναις καὶ ἀφεθέντας ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου [c] διὰ φόβου τε ἐχόντων, ὡς καὶ τὰ ἐκείνου φρονούντων, καὶ θανατῶσαι βουλομένων, ἀνέσχε. καὶ μετὰ τὰ

[c] καὶ οἱ λοιποὶ. particula καὶ abest a Zonara p. 421. B. ἀπ' ἐπιμέλειαν μέν. [c] διὰ φόβου. ita scripsi, pro φόβον. aliisque convenienter.

[d] οὐδὲ ἐπιμέλειαν. Valesius vertit, quasi pro οὐδὲ legisset vid. not. § 75. præcedens Ἀννίβαλ mutavi in Ἀννίβου, Dioni admodum familiaris, & vera est.

§ 74. (l. 16.) πολλοὺς ἐκείνων. ἐν τῇ ὁδῷ ἐφόνευσεν] Ita & *Zonaras* p. 81. vel 421. fere totidem verbis. Sed longe aliter rem Livius narrat XXIII. 15. *eam* (Nuceriam) - - *fame demum in deditionem accepit, pactus ut inermes cum singulis abirent vestimentis: deinde ut qui a principio mitis omnibus Italicis videri vellet, præmia atque honores qui remanerent, ac militare secum voluissent, proposuit. Nec ea spe quenquam tenuit. Dilapsi omnes, quocunque hospitia, aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniæ urbes maxime Nolam Neapolimque. - - Nuceriæ præda militi data est, urbs direpta atque incensa.*

§ 75. (l. 32.) τοὺς ἁλόντας ἐν ταῖς Κάνναις] L. Bantium in primis ex plebe nominat *Livius* XXIII. 15. quem Marcellus miti oratione sibi & Romanis conciliavit. Reliqua plebs nocturna adhuc cum Pœnis colloquia de deditione urbis habebat. *ib.* cap. 16. quorum supra septuaginta Marcellus damnatos proditionis securi percussit. *ib.* cap. 17. Sequebatur apud Valesium διὰ φόβου τε ἐχόντων, quod minus græce dictum mutavi in φόβου, quæ constructio in hac phrasi notissima, & Dioni admodum familiaris, & vera est.

§ 76. (l. 43.) ἀπαγορεύσας μηδεμίαν ἐς τὸ τάφρευμα γυναῖκα] Imperatoribus jus edicendi datum: unde edictorum castrensium mentio apud *Sallustium* Jugurth. cap. 45. *Hirtium* Alex. cap. 56. Vide & *Donatum* ad Eunuch. IV. 7, 36. & *Heineccii* præfat. ad Spanhemii orbem Rom. *** b. Antiqua vero severior disciplina militaris plane non permittebat militi uxorem habere. conf. *Lipsium* ad Tacit. Annal. XIV. 27. not. 79. nedum ut haberet in castris; quod primus Imperator Severus concessit. vid. *Fabric.* ad Dionem lib. LX. p. 681. A. & quæ copiosius hanc in rem congessit *Pitiscus* in Lexico Antiqu. T. II. p. 568. sq. ubi & docetur, non vetitum fuisse militibus concubinas in contubernio habere sine jure connubii, teste *Livio* XLIII. 3. Atque ita & hoc factum intelligendum videtur,

τὰ τοῦτο τὴν ὑποψίαν ἣν ἐς αὐλοὺς εἶχον ἀποκρυψάμενος [f] οὐ σφᾶς μεταχειρίσατο, ὥστε τά τε ἑαυτοῦ ἀνελέσθαι, καὶ χρησιμωτάτους, καὶ τῇ πατρίδι, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις γενέσθαι.

cione, quæ adverſus ipſos concepta erat, ita homines demulſit, ut eosdem ſibi adjungeret, eorumque poſthac utili opera pro ſalute patriæ & populi Romani uteretur.

LIII.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Μάρκελλος τῶν ἱππέων τινὰ τῶν Λευκανῶν αἰθόμενος ἐν ἔρωτι γυναικός ὄντα, συνεχώρησεν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτὴν ἔχειν, ὅτι κράτιστα ἐμάχετο· καίπερ [76] ἀπαγορεύσας μηδεμίαν ἐς τὸ τάφρευμα γυναῖκα ἐσιέναι.

Idem Marcellus, cum quendam equitem Lucanum, amore cujusdam mulieris captum eſſe comperiſſet, propter egregiam ejus in pugnando virtutem conceſſit, ut mulierem ſecum in caſtris haberet, tametſi edicto antea vetuiſſet, ne mulieres in caſtra introducerentur.

LIV.

Ὅτι [77] τὰ αὐτὰ ἐποίησε καὶ τοῖς Νωκερινοῖς, πλὴν καθόσον ἐς Φρέατα τοὺς βουλευτὰς, καὶ οὐκ ἐς βαλανεῖα ἐνέβαλεν.

Hannibal Acerranos eodem quo Nucerinos tra- A.U.C. 538
ctavit modo, niſi quod ſenatores non in balnea, ſed in puteos conjecit.

LV.

Ὅτι ὁ Φάβιος τοὺς πολίτας ἐν ταῖς πρὶν μάχαις ζωγρηθέντας, τοὺς μὲν ἄνδρα ἀντ' ἀνδρὸς ἐκόμισατο, τοὺς δὲ καὶ χρημάτων ἀπολύσασθαι συνέθετο. μὴ δεξαμένης δὲ τῆς βουλῆς τὸ ἀνάλωμα, ὅτι μηδὲ τὴν λύσιν αὐτῶν συνεπήνεσε, τά τε ἑαυτοῦ χωρία, [78] ὥσπερ εἶπον, ἀπεκήρυξε, καὶ ἐκ τῆς τιμῆς σφῶν τὰ λύτρα αὐτοῖς ἐχαρίσατο.

Fabius Maximus cives Romanos in ſuperioribus prælliis captos, partim cum Pœnorum captivis viritim commutavit, partim ut certa pecunia redimerentur, cum Hannibale pepigit. Sed cum eos ſumtus Senatus præſtare recuſaret, (neque enim hanc omnino redemtionem probabat) Fabius, ut ſupra dixi, prædia ſua vendidit, & pecunia ex iis redacta ipſe captivos redemit.

LVI.

Ὅτι [79] ὁ Σκιπίων ὁ τὸν πατέρα τρωθέντα σώσας, ὁ στρατηγὸς, ἦν καὶ φύσεως ἀρετῇ κράτιστος καὶ παιδείᾳ λογιμώτατος. τό τε φρόνημα καὶ τὸ τῆς γνώμης, καὶ τὸ τῶν λόγων, ὁπότε γε καὶ τούτου ἔδει, μέγιστον εἶχε. καὶ αὐτὸ, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις οὐχ ἥκιστα ἐβεβαίου. ὥστε καὶ μεγαλόφρων καὶ μεγαλοπράγμων, οὐκ ἐκ κενοῦ αὐχήματος, ἀλλ' ἐξ ἐχεγγύου διανοίας δοκεῖν εἶναι.

Διά τε οὖν ταῦτα, καὶ διότι καὶ τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἤγαλλεν, ἐχειροτονήθη. οὐδὲν γὰρ οὔτ' οὖν δημόσιον, οὔτ' ἰδιωτικὸν, πρὶν ἐς τε τὸ Καπιτώλιον ἀναβῆναι καὶ χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, ἐνεχειρίζετο. καὶ διὰ τοῦτο φήμην ἔλαβεν ἐκ τοῦ Διὸς ἐς δράκοντα ἐν τῇ τοῦ μητέρα αὐτοῦ συνουσίᾳ μεταβαλόντος γεγενῆσθαι. καί τινας καὶ ἐκ τούτου πολλοῖς ἐλπίδας ἐς αὐτὸν ἐνεποίει.

1. Scipio, is qui patrem vulneratum in acie ſervavit, bellique poſtea dux factus eſt, & naturæ indole & inſtitutione præſtantiſſimus fuit: 602
neque animo ſolum, ſed etiam ſermone, ubi opus eſſet, magna ſpirabat, eaque factis ipſis exequebatur; ſic ut & mente & rebus geſtis magnus, non ex vana oſtentatione, ſed ex ſolida animi conſtantia videretur.

2. His de cauſis, & quod ſingulari religione Deos coleret, militiæ dux electus eſt. Nullum enim ille negotium, nec publicum nec privatum, aggredi unquam ſolebat, priusquam conſcenſo Capitolio aliquamdiu ibi perſediſſet: unde & fama fuit, illum Jovis in draconem verſi ſatu editum eſſe: eaque opinione plurimis magnam de ſe ſpem injecit.

LVII.

[f] οὐ σφᾶς μετεχειρίσατο. lege οὕτω. Valeſ.

videtur, quod equiti Lucano conceſſum Dio ait a Marcello, ut mulierem, cujus amore captus erat, ſecum pro concubina in caſtris haberet: modo id Marcello tribuendum fuerit. Nam *Plutarchus* eandem rem Fabio Maximo tribuit p. 186. ubi documenta mitis ejus & manſueti ingenii affert, eumque cum Marcello, viro ſtrenuo & acrioris multo indolis, comparat. p. 185.

§ 77. (l. 46.) Ὅτι τὰ αὐτὰ ἐποίησε.] De Acerranis hic Dionem loqui, teſtis eſt *Zonaras* p. 81. (421. B. edit. Cangii) quorum urbem Hannibal cum in deditionem accepiſſet, diripuit atque incendit, ut paulo ante Nuceriæ fecerat. *Livius* lib. XXIII. (cap. 17.) itaque hic locus ita ex Zonara ſupplendus eſt: Ὅτι καὶ Ἀκερρανοὺς ἑλὼν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς τοῖς Νουκερινοῖς συνθήκαις, τὰ αὐτὰ &c. VALES.

Locus *Zonaræ* hic eſt: ἀποκρουσθεὶς δὲ τῆς Νώλης, Ἀκερράνους εἶλε λιμῷ, ἐπὶ ταῖς αὐταῖς τοῖς Νουκερινοῖς συνθήκαις, καὶ τὰ αὐτὰ εἰργάσατο καὶ αὐτούς. Unde Valeſius recte colligit, ſermonem hic de Acerranis eſſe. *Appianus* Pun. p. 33. D. Ἀχερράνων δὲ τὴν βουλὴν ἐν σπονδαῖς ἐς τὰ φρέατα ἐνέβαλον, καὶ τὰ φρέατα ἐνέχωσαν. Civibus ſuperſtitibus utriusque urbis quid poſtea factum ſit, aperit *Livius* lib. XXVII. cap. 3. *Nucerinos & Acerranos querentes, ubi habitarent non eſſe, Acerris ex parte incenſis, Nuceria deleta, Romam Fulvius ad ſenatum miſit. Acerranis permiſſum ut ædificarent quæ incenſa erant: Nucerini Atellam, quia id maluerant, (Atellanis Calatiam migrare juſſis) traducti.* adde *Appian.* Annib. p. 341. E.

§ 78. (l. 54.) ὥσπερ εἶπον] Vide ſupra num. XLVIII.

§ 79. (l. 57.) Ὅτι ὁ Σκιπίων] Vide *Zonaram* p. 86. vel 428. C. Cangii. Reliqua quæ hic narrat Dio de Scipione Africano tradiderunt alii plures, Doctiſſ. *Arnzenio* laudati ad hæc *Aurelii Victoris* verba, cap. 49, 1. *Publius Scipio ex virtutibus nominatus Africanus, Jovis filius creditus; nam antequam conciperetur, ſerpens in lecto matris ejus apparuit, & ipſi parvulo draco circumfuſus nihil nocuit. In Capitolium intempeſta nocte euntem nunquam canes latraverunt. Nec hic quidquam prius cœpit, quam in cella Jovis diutiſſime ſediſſet, quaſi divinam mentem accepiſſet. Decem & octo annorum, patrem apud Ticinum ſingulari virtute ſervavit.* Obiter obſervo, hoc Dionis

LVII.

A.U.C.543 P. Scipio, tametsi haud legitimum imperium tenere videretur, tamen postquam populi suffragiis electus esset, militum sibi benevolentiam concilivit, eosdem in desidiam lapsos, quod diu sine imperatore fuissent, strenue exercuit, & ex pristinis calamitatibus fractos recreavit. Ceterum L. Marcium non, ut plerique solent, a se alienavit eo quod magna esset existimatione, sed re & verbis semper honoravit. Neque enim is erat Scipio, qui ex aliena calumnia ac depressione, sed qui ex propria virtute laudem atque incrementum captaret: atque vel ob eam maxime causam militum sibi benevolentiam comparavit.

Ὅτι ὁ Σκιπίων καὶ μὴ ἐννόμου ἡγεμονίας λαβὼν ὄνομα, ἐξ ὧν ἐχειροτονήθη, τὸ στρατόπεδον προσφιλὲς ἐποιήσατο· καὶ ἤσκησεν ἐξηρημότας ἐκ τῆς ἀναρχίας, καὶ ἀνεκτήσατο καὶ ἐπηχότας ἐκ τῶν συμφορῶν. τόν τε Μάρκιον οὐχ, οἷά που φιλοῦσιν οἱ πολλοί, ἀνεπιλήδειον εἰργάσατο, ὅτι εὐδοκιμηκὼς ἦν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ἀεὶ ἐσέμνυνε. καὶ γὰρ ἦν οἷος οὐκ ἐκ τῆς τοῦ πέλας διαβολῆς καὶ καθαιρέσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας ἀρετῆς αὔξεσθαι θέλων. καὶ διὰ τοῦτό γε οὐχ ἧκιστα τοὺς στρατιώτας ᾠκειώσατο.

LVIII.

A.U.C.544 1. Coorta a militibus seditione, Scipio magnam iis prædæ partem divisit, licet non minorem ærario servaret; captivorum præterea partem classi attribuit, postremo obsides cunctos sine pretio suis restituit. Quo factum, ut non civitates tantum plurimæ, sed & reguli non pauci, inter quos Indibilis erat atque Mandonius, Ilergetes, ad Scipionem defecerint.

2. Præterea etiam Celtiberi, & multitudine & viribus inter finitimos præcipui, in fidem venerunt ea ex causa. Cum inter captivas virgo quædam esset eximia forma, a cujus amore nunquam temperaturum sibi Scipionem credebatur, Scipio certior factus puellam Allucio cuidam principi Celtiberorum desponsatam esse, ultro sponsum ad se accivit, eique puellam in manus tradidit, cum omni pecunia, quam virginis propinqui ejus redimendæ causa attulerant. Quo facto & Celtiberos & cetteras nationes sibi conciliavit.

Ὅτι [81] σάσεως γενομένης ἐν τῶν στρατιωτῶν, ὁ Σκιπίων συχνὰ μὲν τοῖς στρατιώταις διέδωκε, συχνὰ δὲ καὶ ἐς τὸ δημόσιον ἀπέδειξε. τῶν τε αἰχμαλώτων ἐς τὸ ναυτικὸν κατέταξεν, καὶ τοὺς ὁμήρους προῖκα πάντας τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκε. καὶ αὐτῷ διὰ τοῦτο πολλοὶ μὲν δῆμοι, πολλοὶ δὲ καὶ δυνάσται ἄλλοι τε καὶ ὁ Ἰνδίβολις καὶ Μανδόνιος Ἰαγέρταιοι προσεχώρησαν.

Τό τε τῶν Κελτιβήρων ἔθνος πλεῖστόν τε καὶ ἰσχυρότατον τῶν περιχώρων ὂν ὧδε προσέθετο. [82] παρθένον ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἐπιφανῆ κάλλει λαβών, ὑπωπτεύθη μὲν ἄλλως ἔσεσθαι [b] αὐτῆς ἐν ἔρωτος μαθὼν δὲ ὅτι Ἀλλουκίῳ τινὶ τῶν ἐν τέλει Κελτιβήρων [i] ἐγεγύητο, μετεπέμψατό τε αὐτὸν αὐτερον πάγγελος, καὶ τὴν παῖδα αὐτῷ παρέδωκε μετὰ τῶν λύτρων, ἅπερ οἱ προσήκοντες ἐκεκομίκεσαν. καὶ τοῦ ἔρωτος τούτου καὶ ἐκείνους, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνηρήσατο.

LIX.

Erat Scipio acer quidem in bello, sed in privatis

Ὅτι [83] ὁ Σκιπίων δεινὸς μὲν ἦν ἐν ταῖς στρατηγίαις,

[81] σάσεως γενομένης. locum integriorem ex Zonara p. 430. B. C. vide in notis. [z] Ἰνδίβολις. Ἰνδίβιλις legitur apud Zonaram p. 435. C. & apud alios. [b] αὐτῆς ἐν ἔρωτι. Ita restitui ex Zonara, p. 430. C. cum perperam scriptum esset αὐτὸς. [i] ἐγγεγύητο. pariter ex Zonara, pro corrupto ἐγγύητο.

fragmentum ex libro ejus XVI. petitum esse; ut cognoscimus ex *Etymologico M.* & *Suida* in ἤγαλεν, & ex Cod. CCCXLV. Bibl. Coisl. apud Montfauconium p. 471. apud quos ex Dionis lib. ις. laudantur hæc verba: διάτε οὖν ταῦτα, καὶ διότι καὶ τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἤγαλεν.

§ 80. (l. 73.) μὴ ἐννόμου ἡγεμονίας] Imperium illud illegitimum vocat Dio, quod privato delatum esset. Poteramus etiam interpretari Extraordinarium: sic enim Latini vocant. *Cicero* in Philipp. XI. (cap. 7.) *Nam extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est, minime vestræ gravitatis minime vestri ordinis.* Et paulo post, extraordinarium id esse imperium docet, quod non magistratui sed privato deferretur: cujusmodi imperium fuit, quod tum P. Scipioni in Hispania esse populus jussit, ut scilicet Procos. res gereret. Nemo autem mirari debet, si is qui Procos. est, privatus dicitur. Etenim privatus dicitur qui Magistratum non gerit. Procos. autem ac Propr. magistratus non est. Itaque P. Scipioni huic, de quo agimus, confecta provincia denegatum triumphum esse scribit *Livius* lib. XXIIX. (cap. 38.) quod sine magistratu res gessisset. Ex his apparet falli *Sigonium* lib. III. de antiquo jure provinc. cap. 7. ubi magistratum qui confecta provincia in urbem redibat, privatum ingredi dicit, quia scilicet imperium non habebat. Nam, ut dixi, privatus opponitur magistratui, non imperatori. Itaque magistratus qui in urbem redibat, licet imperium deponeret, privatus tamen dici non poterat. VALES.

Confer in primis *Livium* lib. XXXI. cap. 48. & de controversia inter Sigonium & Nic. Gruchium agitata, num Proconsules ac Proprætores magistratus sint, *Ez. Spanhemium* de U. N. diss. X. p. 175. sq.

§ 81. (l. 86.) σάσεως γενομένης τῶν στρατιωτῶν] Quædam hic deesse satis apparet, quæ ex *Joanne Zonara* supplenda sunt: ex quo etiam meam interpretationem hic adornavi. VALES.

En tibi locum ipsum *Zonaræ* p. 88. (430. B.) ἁλόυσης δὲ τῆς Καρχηδόνος, σάσις μεγίστη μικροῦ τῶν στρατιωτῶν ἐγένετο ἄν. τοῦ γὰρ Σκιπίωνος στέφανον ὑποκρεμόμενον δώσειν τῷ πρώτῳ τοῦ τείχους ἐπιβάντι, δύω ἄνδρες, ὁ μὲν Ῥωμαῖος, ὁ δ' ἐκ τῶν συμμάχων, περὶ αὐτοῦ ἠμφισβήτησαν. Διαφερομένων δ' ἐκείνων, καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἐθορυβήθη, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐταράχθησαν, ὥστε καὶ δεινόν τι δράσαι, εἰ μὴ ὁ Σκιπίων καὶ ἄμφω ἐστεφάνωσε, καὶ συχνὰ μὲν τοῖς στρατιώταις διέδωκε, συχνὰ δὲ καὶ τοῖς δημοσίοις προσένειμε, καὶ τοὺς ἐπικατεχομένους ὁμήρους προῖκα πάντας τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκεν. ὅθεν πολλοὶ μὲν δῆμοι &c. *Expugnata Carthagine nova, parum aberat quin maxima esset inter milites orta seditio. Nam cum Scipio ei qui primus murum conscendisset, coronam esset pollicitus: accidit ut duo viri, alter Romanus, alter ex sociis, eam sibi laudem vindicarent; quorum ex contentione turbæ apud reliquam multitudinem, denique ingens tumultus exortus est. Et haud dubie res in magnum evasisset malum, ni Scipio utrumque coronasset, multaque militibus, nec pauciora rebuspublicis largitus esset, & obsides qui ibi tenebantur omnes sine pretio suis restituisset. Quo factum est ut &c.* Apud *Livium* XXVI. 48. contendentes de corona promissa dicuntur Q. Trebellius centurio legionis quartæ & Sex. Digitius socius navalis.

§ 82. (l. 95.) παρθένον ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις] Eandem hanc, circa sponsam Allucii, vel Luceji, continentiam Scipionis laudant *Zonaras* p. 88. vel 430. C. *Polybius* lib. X. p. 593. *Plutarchus*

αις, ἐπιεικὴς δὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις· καὶ ἐς μὲν τοὺς ἀνθισαμένους ἀυτῷ φοβερὸς ἐς δὲ τοὺς ὑπείκοντας φιλάνθρωπος. καὶ προσέτι, καὶ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς τοῦ τε θείου δόξης πλεῖστον ἐς πίστιν ὧν ἐποίει, τῷ δοκεῖν ἀπ' ἀρετῆς ἐκ γένους, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ προστυχόντος εὐδοκιμεῖν, ἴσχυε. τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐπί τε τῷ τάχει τῆς νίκης, καὶ ὅτι καὶ ὁ Ἀσδρύβας ἐς τὴν μεσόγαιαν ἀνεχώρησεν, μάλιστα δὲ ὅτι καὶ ἐθείασεν, εἴτ' οὖν παρὰ δαιμονίου τινὸς μαθών, εἴτε κατὰ τύχην, ὅτι ἐν τῇ τῶν πολεμίων στρατοπεδεύσοιτο (ὃ καὶ ἐγένετο) πάντες μὲν αὐτὸν ὡς καὶ κρεῖττονα σφῶν ὄντα ἐτίμων· οἱ δὲ Ἴβηρες καὶ βασιλέα [ii] μέγαν ὠνόμαζον.

vatis congressibus perquam lenis, & resistentibus quidem formidabilis, adversus cedentes vero perhumanus. Patris præterea ac patrui ipsius gloria hanc de illo fidem faciebat, non fortuito casu quodam, sed innata virtute eum florere. Tunc vero & ob celeritatem partæ victoriæ, & A.U.C.545 quod Hasdrubal in mediterranea loca se recepisset, atque eo maxime, quod sive numine afflatus, sive casu quodam prædixerat, se in castris hostium pernoctaturum (quod plane ita evenit) cuncti illum velut se ipsis præstantiorem venerabantur; Hispani vero etiam Regem eum Magnum appellarunt.

LX.

Ὅτι ὁ Μασινίσσας ἄλλως μὲν ἐν τοῖς πολλοῖς ἀνὴρ ἦν, τά τε πολέμια καὶ τοῖς βουλεύμασι καὶ τῇ χειρὶ ἄριστα ἐξεργάζετο· καὶ ἐς πίστιν οὐχ ὅτι τῶν ὁμοφύλων ([84] ἄπιστοί τε γὰρ [k] ὄντοί γε ὡς πλήθει εἰσὶν) ἀλλὰ καὶ τῶν πάνυ μέγα ἐπ' αὐτῇ φρονούντων προέφερεν.

Masinissa cum in aliis vir fuit egregius, quippe qui bellum & consilio & virtute quam optime administraret, tum in fide constanter servanda non modo popularibus suis, (hi enim ut plurimum ingenio sunt infido) sed iis etiam, qui eam laudem fidei sibi vindicant, multum præstabat.

LXI.

Ὅτι [85] τῆς Σοφωνίδος ἰσχυρῶς ἤρα Μασινίσσας, ἡ τὸ κάλλος ἐπιφανὲς εἶχε. καὶ γὰρ τῇ συμμετρίᾳ τοῦ σώματος, καὶ τῷ ἄνθει τῆς ὥρας ἤκμαζεν, καὶ παιδείᾳ πολλῇ, καὶ γραμμάτων, καὶ μουσικῆς, ἤσκητο· ἀστεία τε καὶ αἰμύλος ἦν, καὶ τὸ σύμπαν οὕτως ἐπαφρόδιτος, ὥστε καὶ ὠφθεῖσα ἢ καὶ ἀκουσθεῖσα μόνον πάνυ τινὰ, καὶ τὸν πάνυ δυσέρωτα, καταργάσασθαι.

Masinissa Sophonisbam excellenti forma mulierem perdite amabat. Namque illa & habitu totius corporis, & flore ætatis vigebat, eratque præterea literis & musica egregie erudita, tum & adeo urbana, affabilis & venusta, ut solo adspectu audituve hominem etiam severissimum ad sui amorem pellicere posset.

LXII.

Ὅτι Λικίννιος Κράσσος ὑπό τε ἐπιεικείας καὶ κάλλους, πλούτου τε (ἀφ' ὑπερ καὶ πλούσιος ἐπωνομάσθη) [86] ὅτι τε ἀρχιερεὺς ἦν, ἔμελλεν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀκλήρωτος μένειν.

Licinius Crassus, ob moderationem ac pulchritudinem, & ingentes opes, (unde & cognomen divitis tulit) tum quod Pontifex Max. esset, nullam provinciam sortitus, in Italia mansit. A.U.C.549

LXIII.

[ii] μέγαν scripsi cum Zonara. apud Valesium legitur μέγα. [k] ὄντοι. ita Valesius. MS. τω.

chus in apophthegm. p. 196. *Livius* XXVI. 50. *Gellius* VI. 8. *Frontinus* Strateg. II. 11. §5. *Polyænus* VIII. 16. 6. *Valerius Max.* IV. 3. 1. (qui tamen fallitur Indibili desponsatam virginem dictitans, cujus potius filias pariter Scipio verecunde habuit, Livio, Polybio aliisque testibus) *Aurelius Victor* de V. I. cap. 49, 8. *Silius Ital.* XV. 268. sqq. ubi & in editione Cl. Drakenborchii ex Ephemeridibus eruditorum gallicis depictum videas clypeum votivum in Gallia circa Rhodanum repertum, in quo memoria hujus facti asservata creditur. Vide eundem clypeum apud *Sponium* Recherches. init. & gemmam Chalcedoniam in *Thesauro Ebermayeriano Baieri*, Tab. XXIII. p. 39. quæ Scipionis hoc memorabile facinus exhibet. Generatim de Scipionis erga puellas captas sanctitate agit *Florus* II. 6. 40. Quo minus audiendus *Anonymus* in Bibliotheque Britann. XVIII. p. 172. hanc Scipioni laudem, de captiva virgine sancte habita, conatus eripere: cui solide satisfecit Meritissimus Joannei Hamburgensis Rector *Jo. Sam. Müllerus* in Progr. pro Livio aliisque Scriptoribus P. Scipionis Afric. continentiam laudantibus. Hamb. 1743. fol.

§ 83. (l. 5.) ὁ Σκιπίων δεινὸς μὲν ἦν] Eadem fere *Zonaras* p. 88. (430. D.) conf. & *Livium* XXVII. 19. de captis Hasdrubalis castris, & regis nomine Scipioni tributo. Sed hoc non admisisse tradit Memnon apud *Photium* p. 726. Regis Magni appellationem exemplis illustrat ὁ πάνυ *Spanhemius* de U. N. Diss. VII. p. 445. sqq. est Persarum Regis apud *Aeschinem Socr.* Dial. II. 4. & *Aristoph.* Plut. v. 170. Sequens Fragmentum confer cum *Zonara* p. 435. sq.

§ 84. (l. 22.) ἄπιστοί τε γὰρ ὄντοι] Respicit populares Masinissæ Numidas & Afros, quos præter ceteros scriptores perfidiæ passim arguit *Sallustius* Jugurth. cap. 61, 5. 56, 5. 46, 3. 66, 2. &c. Carthaginienses ipsos de Afrorum fide male sentientes inducit *Livius* XXIX. 3. cum C. Lælius ex improviso agrum eorum popularetur, sic questos: *suam plebem imbellem in urbe, imbellem in agris esse: mercede parari auxilia ex Afris gente ad omnem auram spei mobili atque infida. Iam reges Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masinissam aperta defectione infestissimum hostem.* Ita Afros accusant Poeni, ipsi ob Punicam fidem Romanis notati; & Masinissa hinc perfidiæ, a Poenis, hinc fidei constantis exemplum a Romanis adducitur; quanquam utique Masinissa, postquam semel defecerat a Carthaginiensibus, in fide Romanorum immotus perstitit.

§ 85. (l. 25.) ὅτι τῆς Σοφωνίδος] Describit eam prope iisdem verbis *Zonaras* p. 436. B. & est descriptio Cleopatræ consimilis apud *Dionem* lib. XLII. p. 201. A. Fuit Sophonisba filia Hasdrubalis filii Gisgonis, desponsata jam ante Masinissæ, sed tum quidem Syphaci data, una cum principatu Masinissæ, propterea ut Syphax ad Romanos inclinans Carthaginiensibus reconciliaretur. Quod factum quidem est, sed Masinissa simul ea re adeo alienatus a Carthaginiensibus, ut constanter deinde partes Romanorum sit secutus. Hinc post variam fortunam Syphacen cepit una cum uxore Sophonisba, quam sibi duxit. vid. *Zonaram* p. 439. Sed de eventu rei adeundus in primis *Livius* XXX. 14. 15. *Appianus* Pun. p. 15. vide & infra ad num. LXVI. & *Excerpta Peir.* ex Diodoro apud Valesium p. 289.

§ 86. (l. 35.) ὅτι ἀρχιερεὺς ἦν, ἔμελλεν ἀκλήρωτος] Habuit quidem Crassus Consul & Pontifex Max. provinciam, sed sine sorte. Itaque recte ἀκλήρωτος a Dione dicitur. Id *Livius* ita explicat: lib. XXVIII. (cap. 38.) *Nominatæ Coss. provinciæ sunt: Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega, quia cura sacrorum Pontificem Max. in Italia retinebat: Brutii Crasso.*

LXIII.

A.U.C.549 sq. Cum Apollo Pythius respondisset Romanis, ut matrem Idæam ex Pessinunte Romam advehendam optimo civium commendarent, Senatus P. Scipionem Cnei filium, ejus qui in Hispania occubuerat, ceteris omnibus prætulit & honore dignum putavit, præcipue quod pietate in Deos, & justitia eximia esse ferebatur. Igitur ille Deam, comitantibus primariis matronis, in urbem atque in palatium intulit.

Ὅτι τοῦ Πυθίου κελεύσαντος τοῖς Ῥωμαίοις [87] τῷ ἀρίστῳ τῶν πολιτῶν ἐπιτρέψαι τὴν θεὸν ἐκ Πεσσινοῦντος κομιζομένην ἐς τὸ ἄστυ, Πόπλιον Σκιπίωνα παῖδα τοῦ Γναίου τοῦ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ τελευτήσαντος ὄντα, ἀπάντων προέκριναν καὶ προεστήσαν. αἴτιον δὲ ὅτι ἄλλως τε καὶ εὐσεβὴς καὶ δίκαιος ἐνομίζετο. ὃς ταύτην τότε ἐς τὴν πόλιν καὶ ἐς τὸ παλάτιον μετὰ τῶν ἐπιφανεστάτων γυναικῶν ἀνήγαγεν. 606

LXIV.

A.U.C.550 Auditis Locrensium querelis, Romani, cum hæc Scipionis negligentia accidisse existimarent, ægre tulerunt, & confestim ira perciti, de abrogando Scipioni imperio, ipsoque in urbem revocando ad causam dicendam, deliberarunt: eo magis commoti, quod illum audiebant Græcanico cultu uti, pallium rejicere in humeros, & palæstras frequentare, ad hæc bona sociorum diripienda militibus suis dare. Quin & suspicio erat, navigationem in Africam consulto eum differre, quo diutius imperaret. Sed incitantibus præcipue iis, qui gloriæ illius jam dudum invidebant, revocare eundem ex provincia cupiebant. Verum ob eximiam plebis spem ac benevolentiam erga P. Scipionem id quidem omissum consilium est.

Ὅτι πυθόμενοι [88] τὰ τῶν Λοκρῶν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ νομίσαντες αὐτὰ [89] ὀλιγωρίᾳ τοῦ Σκιπίωνος συμβεβηκέναι, χαλεπῶς τε ἔφερον, καὶ [90] ἐβουλεύσαντο εὐθὺς ὑπὸ ὀργῆς τῆς τε ἡγεμονίας αὐτὸν παῦσαι, καὶ ἐπὶ δίκην ἀνακαλέσαι· προσπαροξυνθέντες ὅτι τῇ τε ἑλληνικῇ διαίτῃ ἐχρῆτο, καὶ [91] ὅτι ἱμάτιον ἀνεβάλλετο, ὅτι τε ἐς παλαίστραν παρέβαλλεν· ὅτι τε τοῖς στρατιώταις ἁρπάζειν τὰ τῶν συμμάχων ἐπιτρέπειν ἐλέσθαι· τόν τε πλοῦν τὸν ἐπὶ Καρχηδόνα διατρίβειν ἐπίτηδες, ὅπως ἐπιπλεῖον ἄρξειεν, ὑπωπτεύετο. μέγιστον δὲ ἐναγόντων τῶν ἀπ' ἀρχῆς οἱ Φθονούντων, μεταπέμψασθαι αὐτὸν ἤθελον. καὶ τοῦτο μὲν διὰ τὸ πλῆθος μεγάλην εὔνοιαν αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐλπίδας ἔχον οὐκ ἐγένετο.

XLV.

A.U.C.551 P. Scipio captam Carthaginiensium navem, quoniam legationis causa ad se missa esse fingebatur, illæsam dimisit. Quamvis enim sciret, captos hoc commento tantum saluti suæ consulere voluisse, tamen maluit famam suam ab omni calumnia tutam præstare, quam retinere navem. Cumque Syphax inter Romanos atque Pœnos pacem his conditionibus conciliaret, ut Scipio ex Africa, Hannibal ex Italia excederet; eum sermonem admisit, non quod homini fidem haberet, sed ut incautum circumveniret.

Ὅτι ὁ Σκιπίων [92] ναῦν Καρχηδονίαν λαβὼν ἀφῆκε μηδὲν ἀδικήσας, ἐπειδὴ ἐπὶ πρεσβείᾳ πρὸς αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι ἐπλάσαντο. ᾔδει μὲν γὰρ ὅτι ἐπὶ τῇ τῶν ἑαλωκότων σωτηρίᾳ προεφασίσθη· προεῖτο δὲ τῆς καθέξεως αὐτῶν τὸ μηδ' ὁτιοῦν διαβληθῆναί πως δυνάμενον ποιήσαι. [93] τοῦ τε Σύφακος καὶ τότε ἔτι συναλλάττοντος αὐτούς, ὡς τὸν Σκιπίωνα ἐκ τῆς Λιβύης, καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπᾶραι, ἐδέξατο τὸν λόγον, οὐχ ὅτι ἐπίστευεν οἱ, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν σφήλῃ.

LXVI.

Notanda autem est religio Romanorum, qui nefas putabant Pontificem Max. extra Italiam proficisci, ne sacrorum cura desereretur. Primus multis post ætatibus P. Licinius Crassus Cos. idemque Pontifex Max. extra Italiam profectus est, quod nunquam antea factum erat, idque ei pessime cessit. Victus enim & interfectus est, ut est in *Epitome* 59. *Titi Livii*. Actum quidem multis eam Crassi Pontificis Max. profectionem extra Italiam displicuisse, deque ea re magnis contentionibus in senatu & ad populum actum fuisse, testis est *Cicero* Philipp. XI. (cap. 8.) VALES.

De illo Crasso Dionis loquitur & Scipio apud *Livium* XXVIII. 44. *qui ne a sacris abesset Pontifex Max. ideo in sortem tam longinquæ provinciæ non venit.* Alter P. Licinius Crassus Cos. & P. M. quem *Livius* epit. 59. extra Italiam profectum scribit, Mutianus dictus, quod ex gente Mutia in Crassorum familiam adoptatus esset, Consul A. U. C. 623. missus est adversus Aristonicum Eumenis filium, qui regnum Pergamenum, Romanis ab Attalo legatum testamento, invaserat. Conferri de eo meretur *Glandorpius* Onomast. p. 524. sq. Cum & Scipionem Nasicam P. M. ob factionem Gracchi per speciem legationis ex Italia amandatum refert *Plutarchus* in Gracchis p. 834. D. hoc ipsum velut insolens non neglexit monere *οὕτω μὲν ὑπεξῆλθε τῆς Ἰταλίας ὁ Νασικᾶς καίπερ ἐνδεδυμένος ταῖς μεγίσταις ἱερουργίαις, ἦν γὰρ ὁ μέγιστος καὶ πρῶτος τῶν ἱερέων.*

§ 87. (l. 37.) *τῷ ἀρίστῳ τῶν πολιτῶν*] Vide *Livium* XXIX. 11. qui idem cap. 14. ingenue fatetur se ignorare, quibus virtutibus inducti ita de Scipione adolescente nondum quæstorio judicarint. Conf. *eund.* lib. XXXV. 10. *Appianum* Annib. p. 345. sq. *Valerium Max.* VIII. 15. 3. *Ovidium* Fastor. IV. 251. sqq. *Solinum* cap. 1. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 44. & 46. ubi & templum Deæ Nasica ædificasse dicitur.

§ 88. (l. 45.) *τὰ τῶν Λοκρῶν*] Querelas de Pleminio legato ejusque militibus, qui & vim fecerant matronis & puellis, & plures crudeliter occiderant, & bona diripuerant, atque sacros Proserpinæ thesauros spoliaverant, vide apud *Livium* XXIX. 8. 9. 17. sq. quorum nonnulla attigi supra ad num. XLII. Adde *Valerium Max.* l. 1. 21. *Appianum* Annib. p. 345.

§ 89. (l. 46.) *ὀλιγωρίᾳ τοῦ Σκιπίωνος*] *Livius* XXIX. 16. *nec tam Q. Pleminii scelus quam Scipionis in eo aut ambitio aut negligentia iras hominum irritavit.*

§ 90. (l. 47.) *ἐβουλεύσαντο εὐθὺς ὑπὸ ὀργῆς*] Ante omnes Q. Fabius graviter Scipionem accusat apud *Livium* XXIX. 19. objectis iisdem criminibus quæ Dio recenset: quæ quanquam partim vera, partim mixta, eoque similia veris jactabantur, vicit tamen Q. Metelli sententia, qui audiendum prius ipsum Scipionem censebat. cap. 20.

§ 91. (l. 50.) *ὅτι ἱμάτιον ἀνεβάλλετο*] Apud Græcos lautissimus ac beatissimus quisque pallium in humeros rejiciebat, idque *ἱμάτιον ἀναβάλλεσθαι* dicebant; quod & athletis usitatum fuisse docet *Libanius* in Orat. pro saltatoribus p. 490. *ἤδη τις ἀθλητὴς μακρὰ βαίνων καὶ διάβροχος ἐλαίῳ τῆς ἐχάτης δυσωδίας, ἀναβεβλημένος ἱμάτιον.* Contra modestiores brachium pallio cohibebant, ut notatum est supra, (in notis ad Excerpta Polybii p. 34.) VALES.

C. Gracchus primus inter concionandum brachium nudare instituit. Vide infra num. XC.

§ 92. (l. 60.) *ναῦν Καρχηδονίαν*] Eadem *Zonaras*, p. 438. C. qui id accidisse refert *Γναίου Σκιπίωνος* (scribe, *Καισπίωνος*) *καὶ Γαΐου Σερουϊλίου ὑπατευσάντων.*

§ 93. (l. 65.) *τοῦ Σύφακος συναλλάττοντος αὐτούς*] *Silius Ital.* Syphacen ita loquentem facit ad Scipionem, libr. XVI. v. 220.

Tu

LXVI.

Ὅτι ἦλθον οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς τὸν Σκιπίωνα τά τε ἄλλα πολλὰ ἄγοντες [94] καὶ τὸν Σύφακα. καὶ ὃς ἰδὼν αὐτὸν δεδεμένον οὐκ ἤνεγκεν· ἀλλὰ τῆς τε παρ' αὐτῷ ξενίσεως μνημονεύσας, καὶ τὰ ἀνθρώπεια παθήματα ἀναλογισάμενος, ὅτι τε βασιλέα δυνάμεως οὐ σμικρᾶς, καὶ ὅτι ἀξιοσπούδαστον καὶ ἑαυτῷ γενόμενον, ἑώρα τότε οἰκτρῶς ὄντα ἔχοντα· ἀνεπήδησε μὲν ἐκ τοῦ δίφρου, καὶ ἔλυσέ τε αὐτὸν καὶ ἐδεξιώσατο καὶ ἐν θεραπείᾳ πολλῇ ἦγε.

609

Veniebant ad Scipionem milites Romani, præter ceteram prædam, vinctum quoque Syphacem adducentes: quod ille ſpectaculum haud ſuſtinuit, ſed hoſpitii ejus priſtini memor, & viciſſitudinem reputans rerum humanarum, quod regem haud exiguæ potentiæ, quem olim ipſe ſibi colendum cenſuiſſet, ad tantam calamitatem recidiſſe cerneret, ſtatim e ſella exiliit, & ſolutum vinculis, porrecta blande dextra excepit, omnique humanitatis cultu proſecutus eſt. A.U.C.551

LXVII.

Πλεῖσοι ὅσοι ἐστρατεύσαντο. ὡς που πολλὰ ἑκουσίως πολλοὶ ὢν οὐδὲν ἀναγκαζόμενοι δράσειαν ποιοῦσι. τὸ μὲν γὰρ προστασσόμενον σφίσιν ὡς καὶ βίαιον δυσχεραίνουσι· τὸ δ' αὐθαίρετον ὡς καὶ αὐτοκράτορες ἀγαπῶσιν.

Quamplurimi ſua ſponte militarunt; ut ſolent homines multa facere ultro, quæ coacti detrectarent. Juſſa enim, quæ vim quaſi habent adjunctam, ægre ferunt, amant ſponte electa velut ſui juris & arbitrii homines.

LXVIII.

Ὅτι [95] ὁ Ἀντίοχος καὶ οἱ στρατηγοὶ αὐτοῦ [1] προσδιεφθάρησαν. τῇ τε γὰρ ἄλλῃ ῥᾳστώνῃ καὶ ἔρωτι κόρης τινὸς ἑάλω τὸ ἀβροδίαιτον ἐξώκειλε, καὶ ἀπολέμους καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν.

Chalcis Antiochum una cum ducibus militum ceteris perdidit. Ibi enim & otio diffluens, & puellæ cujusdam amore captus, non ipſe tantum ad mollitiem deflexit, ſed & ceteros reddidit imbelles. A.U.C.563

LXIX.

Ὅτι [96] Σέλευκος ὁ τοῦ Ἀντιόχου τὸν τοῦ Ἀφρικανοῦ υἱὸν διαπλέοντα ἐκ τῆς Ἑλλάδος λαβὼν ἐν θεραπείᾳ πολλῇ ἐπεποίητο. ἀπολυτρῶσαι μὲν γὰρ καίτοι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πολλὰ δεηθέντος οὐκ ἠθέλησεν. οὐ μέν τοι καὶ κακόν τι εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ τουναντίον ἰσχυρῶς περιεῖπε. καὶ τέλος καίπερ τῶν σπονδῶν ἀμαρτὼν ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων.

Seleucus Antiochi filius, interceptum Africani filium, dum e Græcia navigaret, magno in honore habuit. Quamvis enim redemtionem ejus, multis precibus a patre quæſitam, admittere nollet; nulla tamen adoleſcentem injuria affecit, ſed omni potius ſtudio proſecutus eſt; tandem vero, licet pacem impetrare non potuiſſet, ſine pretio dimiſit. A.U.C.564

LXX.

Ὅτι [97] ἐφθόνουν [11] τοῦ Σκιπίωνος πολλοί, ὅτι δύω ἀδελφοὶ γένους τε καὶ ἀρετῆς εὖ ἤκοντες τά τε ἄλλα καλὲπραξαν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐπικλήσεις

Adverſus Scipiones multorum flagrabat invidia; quod duo fratres, genere ac virtute nobiles, cum alia multa præclare geſſerant, ut demonſtravimus, tum A.U.C.567

[1] προσδιεφθάρησαν. Zonaras p. 103. (p. 451. A.) plenius: καὶ οἱ στρατηγοὶ οἵ τε στρατιῶται αὐτοῦ τὰς γνώμας προδιεφθάρησαν. lege, προσδιεφθάρησαν, ut rectius Dionis excerpta habent. [11] τοῦ Σκιπίωνος. lege, τῶν Σκιπιώνων. ſub finem, pro τὴν πρώτην ἀπήντησε, Palmerius p. 266. legi vult ἐς, vel ἐπὶ, aut πρὸς τὴν πρώτην, *ad primam diem dictam affuit.* Sed τὴν πρώτην, ut τὰ πρῶτα, XCIV. CLXVIII. ἀπὸ πρώτης p. 84. E. abſolute ponitur, pro adverbio *primum.*

Tu Libya, tu te Auſonia cohibere memento.
Haud deformis erit vobis ad fœdera verſis
Pacator mediusque Syphax.

§ 94. (l. 71.) καὶ τὸν Σύφακα] Vide Zonaram p. 95. vel 439. Cangii. *Livius* XXX. 13. *Movit Scipionem quum fortuna priſtina viri, præſenti fortunæ collata, tum recordatio hoſpitii dextræque datæ & fœderis publice ac privatim juncti.*

§ 95. (l. 85.) ὅτι ὁ Ἀντίοχος] *Antiochus Syriæ Rex,* ut eſt apud *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 54. *nimia opum fiducia bellum Romanis intulit, ſpecie Lyſimachiæ repetundæ, quam a majoribus ſuis in Thracia conditam Romani poſſidebant, ſtatimque Græciam inſulasque ejus occupavit; in Eubœa luxuria elanguit.* Nam, ut ait *Livius* XXXVI. 11. *Chalcidem a Demetriade profectus amore captus virginis Chalcidenſis Cleoptolemi filiæ - - - tanquam in media pace nuptias celebrat: & reliquum hiemis, oblitus quantas ſimul duas res ſuſcepiſſet, bellum Romanum & Græciam liberandam, omiſſa omnium rerum cura, in conviviis & vinum ſequentibus voluptatibus - - traduxit. Eadem omnes præfectos regios - - cepit luxuria: in eandem & milites effuſi ſunt, nec quisquam eorum aut arma induit, aut ſtationem aut vigilias ſervavit: aut quicquam quod militaris operis aut muneris eſſet, fecit.* Conf. *Florum* II. 8. & *Zonaram* p. 103. vel 451. A.

§ 96. (l. 90.) Σέλευκος ὁ τοῦ Ἀντιόχου] *Zonaras* p. 104. vel 452. D. perinde ut Dio, totam rem Seleuco filio ſub patre militanti & Pergamum obſidenti tribuere videtur; contra *Aurelius Vict.* de V. I. cap. 54. ipſi Antiocho adſcribit, non nominato Seleuco: (Antiochus) *navali prælio, cui Hannibalem præfecerat, a L. Aemilio Regillo ſuperatus, filium Scipionis Africani, quem inter navigandum ceperat, patri remiſit, qui ei quaſi pro reddenda gratia ſuaſit, ut amicitiam Romanam peteret; Antiochus ſpreto conſilio apud Sipylum montem cum L. Scipione conflixit.* Ita & *Livius* ad Antiochum cuncta refert lib. XXXVII. 34. *in eo* (P. Scipione) *maximam ſpem habebat* (legatus Antiochi) - - *etiam quod filius ejus captus in poteſtate regis erat. Is ubi, & quando, aut quo caſu captus ſit, ſicut pleraque alia, parum inter auctores conſtat - - - illud ſatis conſtat, ſi pax cum populo Romano maneret, hoſpitiumque privatim regi cum Scipionibus eſſet, neque liberalius neque benignius haberi coliue adoleſcentem, quam cultus eſt, potuiſſe.* Conf. & *Excerpta Legationum* Polybii num. XXIII. p. 815. edit. Caſauboni, p. 40. Urſini, & Oroſium IV. 20. Sed quicunque demum ceperit Scipionis filium, is tamen captus in regis poteſtate erat, & rex pacem cum Romanis conciliare cupiebat, non filius Seleucus. Qua in re lapſum Dionem puto omnia ad filium reducentem; niſi vitium eſt ejus qui hæc ex Dionis continenti hiſtoria excerpſit.

§ 97. (l. 98.) ἐφθόνουν τοῦ Σκιπίωνος] Videtur legendum τῶν

tum cognomina ejusmodi acceperant. At hercle eorum innocentia non modo ex ante dictis, sed vel eo maxime declarata est, quod cum bona Asiatici publicarentur, nihil ultra facultatum pristinarum summam in illis reperiretur; & quod Africanus Liternum secedens, ibi ad vitæ finem usque secure permanserit, postquam prius ad causam dicendam affuisset, ratus se sinceritate virtutum superiorem fore.

σεις τοιάυτας ἔλαβον. ἐπεὶ ὅτι γε οὐδὲν ἠδίκουν δηλοῦται μὲν καὶ τοῖς εἰρημένοις. ἀπεδείχθη δὲ ἔτι μᾶλλον τῇ τε τοῦ Ἀσιατικοῦ δημεύσει τῆς οὐσίας, ἐν ᾗ μηδὲν πλέον τῶν προϋπαρχόντων οἱ εὑρέθη. καὶ τῇ γοῦν Ἀφρικανοῦ ἐς Λίτερνον ἀναχωρήσει, καὶταῦθα μέχρι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς ἀδείᾳ. ΙΙ τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἀπήντησε, νομίζων τῇ τῆς ἀρετῆς ἀληθείᾳ περιέσεσθαι.

LXXI.

A.U.C.567 sq. Cum semel delicias Asiaticas degustassent Romani, & inter spoliorum abundantiam, interque licentiam armorum diu satis in possessionibus devictorum commorati essent, brevi luxum Asiaticum æmulati, majorum disciplinam conculcare cœperunt. Hinc primum orta mali labes urbem ipsam invasit.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τρυφῆς τῆς Ἀσιανῆς γευσάμενοι, καὶ μετὰ τῆς τῶν λαφύρων περιουσίας, τῆς τε παρὰ τῶν ὅπλων ἐξουσίας, ἐν τοῖς τῶν ἡττηθέντων κτήμασιν ἐγχρονίσαντες, καὶ τήν τε ἀσωτίαν αὐτῶν διὰ βραχέος ἐζήλωσαν, καὶ τὰ πάτρια ἤθη διὰ μακροῦ καταπάτησαν. οὕτω [98] τὸ δεινὸν τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἔπεσε.

LXXII.

Tiberius Gracchus, ortus gente plebeia, in concionibus ad populum vehementissimus, dissimilis tamen M. Catonis fuit. Nam tametsi antiquas cum Scipionibus simultates exerceret, tamen id factum indigne tulit, & Africanum, qui absens ab accusatoribus premebatur, defendit, neve ei nota ulla infligeretur, omni studio intercessit, denique Asiaticum in carcerem duci vetuit. Quocirca Scipiones sublata adversus illum inimicitia, affinitatem adeo cum illo junxerunt, Cornelia Africani filia ei in matrimonium data.

Ὅτι ὁ Γράκχος ἄλλως τε καὶ ἐκ τοῦ πλήθους ἦν, καὶ ἐδημηγόρει δεινόταται· [99] ὁ μέν τοι καὶ ὡμοιώθη Κάτωνι. ἀλλὰ καίπερ παλαιάν τινα πρὸς τοὺς Σκιπίωνας ἔχθραν ἔχων οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἀπελογήσατο ἐρήμην καταγορηθέντος, ὅπως τε μηδεμίαν κηλίδα λάβοι διεσκόπει. τόν τε Ἀσιατικὸν ἐκώλυσεν ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμβληθῆναι. καὶ διὰ ταῦτα αὐτῷ οἱ Σκιπίωνες τήν τε ἔχθραν κατέλυσαν, καὶ κῆδος συνῆψαν· τὴν γὰρ θυγατέρα τὴν ἑαυτοῦ ὁ Ἀφρικανὸς συνῴκισεν.

LXXIII.

A.U.C.586 At Perseus, qui se Romanos penitus e Græcia depulsurum speraverat, ob nimiam atque importunam parsimoniam, & ob neglecta ideo socio-rum auxilia, rursus vires suas imminuit. Rebus enim Romanorum labascentibus, ipse suis incrementis fretus, socios ita contemsit, acsi in posterum

Ὅτι ὁ Περσεὺς παντελῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐκβαλεῖν ἤλπισεν, [100] τῇ δὲ πολλῇ καὶ ἀκαίρῳ φειδωλίᾳ, καὶ τῇ δι' αὐτὴν τῶν συμμάχων ὀλιγωρίᾳ ἀσθενὴς αὖθις ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ τά τε τῶν Ῥωμαίων ὑπεδίδου καὶ τὰ [m] ἐκείνου ἐπήυξετο, κατεφρόνησεν ὡς οὐδὲν ἔτι τῶν [n] συμμαχικῶν δεόμενος

[m] ἐκείνου. nempe Persei. ita rescripsi ex Zonara p. 107. (457. B.) pro ἑκάτων, quod erat in excerptis Peiresc.
[n] συμμαχικῶν. Zonaras συμμάχων.

τῶν Σκιπιώνων. Nam & hic de utriusque invidia sermo est, & *Zonaras* p. 105. (vel 454.) hæc narrans, pariter fratrum amborum accusationem conjungit. P. Scipioni Africano duo Q. Petillii tribuni plebis diem dixerunt, præter alia pecuniæ captæ reum agentes, ut tradit *Livius* lib. XXXVIII. 50. sq. vel, ut *Zonaras*, ὡς ἐπιακεξέρας τὰς συνθήκας διὰ τον υἱὸν ποιησάμενον, *quod mitiores pacis conditiones Antiocho, ob receptum ab eo filium, concessisset.* Notissima res, quanto animo Africanus, omissa defensione, hoc unum dixerit, hoc die se cum Carthaginiensibus feliciter pugnasse; hodie litibus & jurgiis suspersedendum, Jovique O. M. gratias potius agendas. Id facientem comitata quidem est universa concio; ipse tamen prospiciens certamina cum tribunis in Liternum concessit, ibique secure, ut ait Dio, vitam peregit, nempe quia Ti. Sempronius Gracchus posthabitis privatis simultatibus, restitit, quo minus absens accusaretur. Deinde L. quoque Scipio Asiaticus accusatus rogatione Petillia, & suadente M. Catone; quasi quo commodior pax Antiocho daretur sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti, plus accepisset, quam in ærarium retulerit. Cetera apud *Livium* præstat legisse cap. 50 - 60. Vide & *Valerium Max.* VIII. 1. damn. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 49. *Polybium* in excerptis legationum Valesii p. 101. 121.

§ 98. (l. 15.) τὸ δεινὸν ἐκεῖθεν ἀρξάμενον] Idem tradit *Livius* initio Lib. XXXIX. (cap. 6.) *Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. Ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, monopodia & abacos Romam advexerunt: tunc psaltriæ sambucistriæque* &c. Consentit & *Plinius* Libri XXXIII. cap. 11. *Eadem Asia domita multo etiam gravius afflixit mores.* Et paulo antea, *Asia primum devicta luxuriam misit in Italiam.* VALES.

§ 99. (l. 18.) ὃν μέντοι καὶ ὡμοιώθη Κάτωνι] Scilicet M. Porcius Cato Censorius magis morosus & implacabilis Scipionum hostis, qui non tantum vivum Publium allatrare solitus erat, sed & eo mortuo rogationem tulisse dicitur, ut de pecunia in ærarium ab eo non illata quæreretur. Vid. *Plutarchum* in Catone majore p. 338. A. 344. D. 345. A. *Livium* XXXVIII. 54. De Ti. Sempr. Gracchi adversus Scipiones æquitate conf. *Livium* cap. 52. 57. 60. *Valerium Max.* IV. 1. 8. & cap. 2. 3. *Gellium* VII. 19. 21. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 57. & 53.

§ 100. (l. 29.) τῇ πολλῇ καὶ ἀκαίρῳ φειδωλίᾳ] Perseus Philippi regis Macedonum filius, nothus ut putabatur, fratre Demetrio itemque Antigono sublatis, regnum scelere partum invaserat; conciliatisque sibi Græcis & Thessalia atque Epiro subacta, Romanos tota se Græcia expulsurum sperabat, postquam eos terra marique haud leviter afflixisset. Sed partim ignavia adversus Q. Martium Cos. *Liv.* XLIV. 6. 7. partim avaritia erga socios, totam rem corrupit. *Liv.* XLIV. 25. ff. Eumenes rex, ne bello juvaret Romanos, quin potius pacem Perseo cum Romanis conficeret, pactus erat mercedem mille & quingenta talenta: Gentius Illyrici rex pro subsidiis missis trecenta: Galli equites viritim denos præsentes aureos, peditis quinos, dux eorum mille. Sed Perseus promissis facilis, dum

μενος, ἀλλ' ἤτοι καὶ προϊκά οἱ αὐτῶν βοηθησόντων, ἢ καὶ καθ' ἑαυτὸν κρατήσων. καὶ ὔτε τῷ Εὐμενεῖ, ὔτε τῷ Γεντίῳ τὰ χρήματα ἃ ὑπέσχετο ἀπέδωκε, νομίσας οἰκείαν αὐτοὺς αἰτίαν ἔχθρας πρὸς Ῥωμαίους ἔχειν. τούτων τε οὖν καὶ τῶν Θρακῶν (οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνοι ἐνετελῆ τὸν μισθὸν ἐλάμβανον) ἀπροθύμως γενομένων, ἐς τοσοῦτο ἄνθις ἀπογνώσεως ἀφίκετο, ὥστε καὶ σπονδῶν δεηθῆναι.

rum eorum auxilio nihil opus futurum esset, sed quasi vel ipse suis viribus victoriam paraturus, aut socii gratuitam ipsi operam essent præstituri. Quare nec Eumeni nec Gentio promissam pecuniam dedit, ratus privatam illis bellandi adversus Romanos causam fore. Igitur cum & hi, quos dixi, & præterea Thraces, qui ne ipsi quidem integra stipendia acceperant, segnes in auxilio ferendo facti essent, ad tantam rursus desperationem adactus est, ut pacem a Romanis peteret.

LXXIV.

Ὅτι ὁ Περσεὺς ἐν Σαμοθράκῃ ὢν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐξαιτηθεὶς [101] Εὐανδρόν τινα γένος μὲν Κρῆτα, πιστότατον δὲ ὄντα, καὶ ἄλλα τε πολλὰ ἑαυτῷ κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὑπουργηκότα καὶ τὴν τοῦ Εὐμενοῦς ἐπιβουλὴν τὴν ἐν τοῖς Δελφοῖς γενομένην συνεσκευακότα, οὐκ ἐξέδωκε, * φοβηθεὶς μὴ καλέσῃ ὅσα αὐτῷ συνήδει. λάθρα δὲ ἀποκτείνας διέδωκε λόγον ὅτι ἑαυτὸν προαπεχρήσατο. οἱ δὲ συνόντες οἱ φοβηθέντες τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ καὶ τὴν μιαιφονίαν, μεθίσασθαι ἤρξαντο.

Perseus, cum Samothraciæ in templo sederet, postulantibus Romanis, ut Cretensis Evander sibi dederetur, quem ille fidum sibi mirifice erat expertus, cujus ipse opera multis in rebus adversus Romanos usus fuerat, cujusque ministerio insidias Eumeni comparaverat Delphis, eum quidem dedere noluit, veritus ne cuncta, quorum ipse erat conscius, proderet: sed eo clam interfecto rumorem sparsit, sibimet ipsum manus attulisse. Tum vero Regis familiares perfidiam ejus ac crudelitatem veriti, descisscre ab eo cœperunt.

LXXV.

Ὅτι ὁ Περσεὺς ἐθελονθὴς εὑρέθη, καὶ αὐτὸν ἐς τὴν Ἀμφίπολιν ἀχθέντα [102] ὁ Παῦλος οὐδὲν, οὔτε ἔργῳ, οὔτε λόγῳ, δεινὸν ἔδρασεν· ἀλλὰ καὶ προσιόντι οἱ ὑπαναστὰς τά τε ἄλλα ἐδεξιώσατο, καὶ ὁμόσιτον ἐποιήσατο, ἔν τε φυλακῇ ἀδέσμῳ καὶ ἐν θεραπείᾳ πολλῇ ἦγε.

Perseus quidem ultro capiendum se præbuit: statimque Amphipolin perductus, nec dicto nec facto ullo acerbiore ab Æmilio Paulo acceptus est. Nam & advenienti assurrexit Paulus, dextramque præbuit, & eundem convivio excepit; denique in liberali custodia asservatum honorifice habuit.

LXXVI.

Ὅτι ὁ Παῦλος οὐ στρατηγῆσαι μόνον ἦν ἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ [103] χρημάτων ἀδωρότατος. τεκμήριον δὲ δεύτερον τοῦτο ὑπατεύσας, καὶ λαφύρων ἀμυθήτων κρατήσας, ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ διεβίω, ὥστε χαλεπῶς τῇ γυναικὶ αὐτοῦ τὴν προῖκα τελευτήσαντος ῥ ἀποδοθῆναι. τοιοῦτος μὲν οὖν ἦν καὶ τοιαῦτα ἔπραξεν.

1. Fuit Paulus non modo egregius Imperator, sed etiam summa continentia: cui rei argumento est, quod cum jam iterum Consul, atque innumerabili præda potitus esset, tamen in tanta paupertate vitam exegit, ut post ejus obitum ægre uxori dos restitui posset. Et hæc quidem ejus viri virtus atque hujusmodi res gestæ fuere.

2. Cete-

Τοῦτο

* οὐκ ἐξέδωκε. μὲν addit Zonaras p. 459. A. requirit passivum: male in edit. erat ἀποδοῦναι.

ῥ ἀποδοθῆναι. Ita scribendum, auctore Zonara p. 460. B. sensus enim

dum in numeranda cuique pecunia tergiversatur, omnium animos abalienavit, & auxilia perdidit. Confer præter *Livium* l. c. etiam *Polybium* in Excerptis Legat. Ursini num. 69. 76. 77. *Zonaram* p. 107. (457.) *Excerpta Peiresc.* ex Diodoro p. 313. sq. & 318. *Plutarchum* in Paulo Aemilio p. 261. & 267. E. De Aemilii adversus Perseum fortuna, & Persei infelici exitu, vide *Livium* lib. XLIV, 41. sq. & lib. XLV. & *Plutarchum* p. 267. ss.

§ 101. (l. 45.) Εὐανδρόν τινα] Evander Cretensis, dux auxiliorum, a Perseo cum tribus Macedonibus subornatus erat ad cædem Eumenis, quod is Romanos ad bellum adversus Perseum hortatus erat. Illi Delphos proficiscentem in semita angusta lapidibus obruerunt, & mortuum jam credentes diffugerunt. Vid. *Livium* lib. LXII. cap. 11. sqq. Idem Evander cum paucis aliis regem amissa pugna fugientem ubique secutus erat usque in Samothraciam insulam; Vid. *Livium* XLIV. 43. sqq. & *Plutarchum* in Aemilio p. 267. quæ insula templo, non minus ac Delphicum religione sanctissimo, tum & Cereris ac Proserpinæ sacris nobilitata est. Eo cum classis Romana appulisset, & Samothraces jussu Romanorum dedi Evandrum velut Eumenis percussorem postularent ad causam dicendam, Perseus veritus ne is auctorem nefandi facinoris protraheret, fugæ jam intentum occidi jussit, & Theondam induxit largitione, ut renunciaret populo, Evandrum sibi ipsi mortem conscivisse. Vide *Livium* XLV. 5. & *Zonaram* p. 109. (459.)

§ 102. (l. 56.) ὁ Παῦλος οὐδὲν ἔδρασε] Vide *Livium* XLV. 6. sqq. *Plutarchum* in Paulo Aemilio p. 267. sqq. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 56. *Florum* II. 12. 11. *Excerpta Peiresc.* ex Diodoro p. 314. & Jo. Antiocheno p. 790. *Vellejum Pat.* I. 9.

§ 103. (l. 62.) καὶ χρημάτων ἀδωρότατος] *Plutarchus* in Aemilio p. 270. D. πολὺ μὲν ἀργύριον πολὺ δὲ χρυσίον ἐκ τῶν βασιλικῶν ἠθροισμένον οὐδ' ἰδεῖν ἐθελήσαντος, ἀλλὰ τοῖς ταμίαις εἰς τὸ δημόσιον παραδόντος, μόνα τὰ βιβλία τοῦ βασιλέως φιλογραμματοῦσι τοῖς υἱέσιν ἐπιτρέψαι ἐξελέσθαι. *Vim ingentem argenti aurique ex regiis coactam thesauris ne adspicere quidem sustinuit, sed quæstoribus in ærarium inferendam permisit; libros tantum regis literarum amantibus filiis deligendos concessit.* Vide *eundem* p. 277. C. & *Zonaram* p. 460. Summam omnis capti auri argentique *Livius* lib. XLV. 40. ex Valerio Antiate tradit sestertium millies ducenties. *Vellejus* autem I. 9. bis millies centies. *Plinius* XXXIII. 3. pondo trium millium. *Polybius* in Exc. Peir. p. 98. πλέω τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων. Ipse *Livius* ex numero plaustrorum & pondere auri argentique longe majorem fuisse summam colligit. Conf. & *Plutarchum* p. 273. A. De more Romano, quo dos soluto matrimonio reddebatur, vide Doctiss. *Arnzenium* ad hæc Aurelii Victoris cap. 56. 6. *ob hujus licentiam & paupertatem, post mortem ejus dos uxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exsolvi.* Ubi nisi *licentiam* interpretemur liberalitatem, de qua Plutarchus ll. cc. vel potius indulgentiam illam qua militibus omnia diripienda concessit, de qua h. l. Dio, haud scio quid Aurelio in mentem venerit: nam vivendi ejus licentiam a nemine veterum accusatam novi. Sed vero *continentiam* legere jubent alii. Facultates ejus vix tricenorum septuaginta millium denariorum fuisse auctor est *Plutarchus* p. 276. C.

A.U.C.587 2. Ceterum hanc unam reliquæ vitæ labem adſperſiſſe videtur, quod pecuniam omnem militibus diripiendam conceſſit: vir alioqui non inficetus, & in ſecundis rebus moderatus, ſimul feliciſſimus & prudentiſſimus Imperator. Quod quidem ex eo perſpici poteſt, quod neque Perſeo ſuperbum ſe aut inſolentem præbuit, neque bellum adverſus eundem male aut temere administravit.

Τοῦτο δὲ μόνον ὥσπερ τινὰ κηλίδα ἐν τῷ τούτου βίῳ προσερρίφθαι νομίζουσι, τὸ [104] διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις τὰ χρήματα ἢ ἐπιτρέψαι· τἄλλα οὐκ ἄμοιρον χαρίτων ἄνδρα γενόμενον, καὶ μέτριον μὲν ἐν ταῖς εὐπραγίαις, [105] εὐτυχέσταλον δὲ ἅμα καὶ εὐβουλόταλον ἐν τοῖς πολεμίοις ὀφθέντα. μαρτύριον δὲ, τὸ μήτε πρὸς τὸν Περσέα ὑπέροχον καὶ ἀλαζόνα δειχθῆναι, μήτε τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον κακῶς καὶ ἀπροβούλως ἀγωνίσασθαι.

LXXVII.

1. Scipio Africanus optime quid factu opus eſſet diu ante exquirebat, & ſagaciſſime capiendum in arena conſilium inveniebat: atque pro rerum ipſarum conditione utraque agendi ratione utebatur. Ceterum ut cum fiducia animi dijudicabat quid agendum eſſet, ita non ſine metu exequebatur: unde factum eſt, ut illa interrita deliberatione cuncta quæ e re eſſent exactiſſime perviderent, præ ſollicitudine vero ob incertos rerum exitus, tuto omnia adminiſtraret. Quamobrem ſi forte in diſcrimen improviſum incideret, (cujusmodi in eventibus belli inopinatis, atque in illa fortunæ varietate accidere ſolet) ne tum quidem a recta ratione aberrabat. Ex conſuetudine enim, & quod nihil unquam inconſulto faceret, ne in repentino quidem caſu imparatus ad conſulendum erat: ſed ſubitos caſus, quia ſemper metuerat, quaſi dudum prævisos, excipiebat.

Ὅτι [106] Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς ἄριστος μὲν ἦν ἐκ πλείονος τὸ δέον ἐκφροντίσαι, ἄριστος δὲ καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα τὸ καλλιπὲς ἐξευρεῖν, ἔν τε τῷ προσήκοντι καιρῷ ἑκατέρῳ αὐτῶν χρήσασθαι ἦν. τά τε πρακτέα ἐν τῷ θαρσοῦντι διεσκόπει, καὶ τὴν διαχείρισιν αὐτῶν ὡς καὶ δεδιὼς ἐποιεῖτο. ὅθεν περ τῇ τοῦ λογισμοῦ ἀδεεῖ διασκέψει πάντα ἀκριβῶς τὰ καθήκοντα ἐνενόει, καὶ τῇ περὶ τοῦ ἀσαθμήτου φροντίδι ἀσφαλῶς αὐτὰ ἔπραττε. καὶ διὰ τοῦτ' εἴ ποτε καὶ ἐς ἀπροβουλίας ἀνάγκην (οἷα ἔν τε τοῖς τοῦ πολέμου παραλόγοις, καὶ ἐν ταῖς τῆς τύχης ἐξαπίναις συμβαίνειν [r] εἴωθε) προήχθη, οὐδὲ τότε τῶν προσηκόντων ἡμάρτανε. ὑπὸ γὰρ τοῦ ἔθους, τοῦ τε τῇ ψυχῇ πρὸς μηδὲν ἀλογίστως χρῆσθαι, οὐδὲ ἓς τι τοῦ ἐξαπιναίου πρὸς σκοπὴν ἀπαράσκευος ἦν· ἀλλὰ καὶ τοῖς αἰφνιδίοις, ὑπὸ τοῦ μηδέποτε ἀτρεμίζειν, ὡς καὶ ἐκ πολλοῦ αὐτὰ προνενοηκὼς ἐχρῆτο. 614

2. Unde in iis, ubi rectam ſe viam tenere arbitrabantur, audax, & ubi confidebat, ad quævis pericula ſubeunda erat promtiſſimus. Corpore enim juxta ac validiſſimus quiſque miles robuſto erat: ideoque vel hoc uno maxime admirabilis, quod tanquam aliis imperaturus providebat quid factu optimum eſſet, & ipſe nihilominus, quaſi ab aliis imperato operi, manum admovebat. Præter has, quibus munitus erat, virtutes, fidem quoque, non modo apud cives & amicos, ſed etiam apud exteros ipſosque adeo hoſtes,

Τολμητής τε ἐκ τούτων, ἐν οἷς ἐπεπίστευκει ὀρθῶς ἔχειν, καὶ κινδυνευτὴς, ἐν οἷς ἐθάρσει, ἰσχυρῶς ἐγίγνετο. καὶ γὰρ τὸ σῶμα ἴσα τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν ἐῤῥώστο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ μάλιστα ἄν τις αὐτοῦ θαυμάσειε. προεβούλευέ τε τὰ κράτιστα ὡς καὶ ἑτέροις ἐπιτάξων, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ αὐτὰ ὡς καὶ ἀφ' ἑτέρων κεκελευσμένα ἐχειρούργει. τῇ τε οὖν ἄλλῃ ἀρετῇ ἀσφαλὴς ἦν· καὶ τὴν πιστότητα οὐχ ὅπως πρὸς τοὺς πολίτας τούς τε χρωμένους οἱ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὀθνεῖον τό τε πολεμιώταλον ἀκριβῆ ἐκέκτητο. καὶ αὐτῷ κατὰ τοῦτο

[p] ἐπιτρέψαι deeſt in MS. additum a Valeſio. [r] ἔωθε. ſic utique legendum mihi videtur pro εἰώθει, quod editus habet, quaſi ex Plusquamperfecto.

§ 104. (l. 69.) διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις τὰ χρήματα] Hoc non intelligendum de Macedonicis theſauris, quippe in ærarium illatis, ut vidimus, ſed de Epiri. Nam diripi omnino juſſit Aemilius Epiri urbes ad LXX. uno tempore, ſic ut 150,000. capitum humanorum abducerentur, muri diruerentur, prædaque vendita inter milites diſtribueretur. Ajebat autem, *ſenatum prædam Epiri civitatium, quæ ad Perſea defeciſſent, exercitui dediſſe*, teſte *Livio* XLV. 34. & diſertius *Plutarchus* ſcribit p. 270. F. ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν Ἤπειρον, ἔχων δόγμα συγκλήτου, τοὺς συμμεμαχημένους αὐτῷ τὴν πρὸς Περσέα μάχην στρατιώτας ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πόλεων ὠφελῆσαι. *Mittit in Epirum, quia ſenatusconſulto mandatum ei erat, ut militibus, quorum opera in pugna uſus fuerat adverſus Perſea, prædam illius regionis oppidorum concederet.* Id factum eſſe oſtendit idem p. 271. B. παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐπιεικῆ καὶ χρηστὴν οὖσαν *præter ingenium ejus mite & benignum.* Conf. *eundem* p. 276. B. C. Hæc ad excuſandum Aemilium facientia contra accuſationem Dionis reticenda non duxi. *Plutarchus* quidem ex omni præda ad ſingulos milites tantum undecim denarios rediiſſe tradit; verum magis ad fidem *Livius: tantaque præda fuit, ut in equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur.* Sed tamen confirmat uterque, neutiquam expletum fuiſſe deſiderium militum (maxime, ut Livius auctor eſt, quia expertes regiæ prædæ eſſe indignabantur) unde ei triumphum petenti non ſine tumultu adverſati ſunt.

§ 105. (l. 72.) εὐτυχέσταλον ἅμα καὶ εὐβουλόταλον] *Plutarchus* Aemilio p. 268. A. Μακεδόνες ἐγχειρίζοντες αὑτοὺς τῷ Αἰμιλίῳ δύο ἡμέρας ὅλης κύριον αὐτὸν καλέσησαν Μακεδονίας. καὶ δοκεῖ τοῦτο μαρτυρεῖν τοῖς εὐτυχίᾳ τινὶ τὰς πράξας ἐκείνας γεγονέναι φάσκουσιν. *Macedones ſeſe Aemilio permittentes biduo eum totius Macedoniæ compotem fecerunt. Quod adſtipulari videtur illis, qui ſecundæ fortunæ eas res geſtas Pauli aſſignant.* Felicitatem inter virtutes imperatoris numerandam eſſe, docet *Cicero* pro lege Manilia. cap. 10. & 16. Ipſe Aemilius apud *Livium* XLV. 41. *Mihi quoque ipſi nimia jam fortuna mea videri, eoque ſuſpecta eſſe - - - illud optavi, ut quum ex ſummo retro volvi fortuna conſueſſet, mutationem ejus domus mea potius quam reſpublica ſentiret.* Quod factum, quia duos filios, alterum quinque diebus ante triumphum, alterum triduo poſt amiſit. vide *Vellejum Pat.* I. 10. *Excerpta Peir.* ex Appiano p. 565. ſq.

§ 106. (l. 77.) Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς] Intelligendus eſt Scipio Africanus, minor dictus, filius Lucii Aemilii Pauli, de quo modo dictum, ſed ab Africani majoris filio adoptatus. vid. *Plutarch.* p. 257. C. Is Scipio & ipſe, everſa funditus Carthagine, non hæreditarium ſed propria virtute partum cognomen Africani tulit. vide *Zonaram* p. 464. D. 470. A. adde *Florum* II. 15. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 58.

§ 107. (l. 26.) Οὐιριάθου ἀνὴρ Λυσιτανὸς] De ſcriptione nominis Viriathi vide interpretes ad *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 71, 1. & ad *Silium Ital.* X. v. 220. Οὐιριάθου ſcribitur in

τοῦτο πολλοὶ μὲν ἰδιῶται, πολλαὶ δὲ καὶ πόλεις προσεχώρησαν. ἄτε γὰρ μηδὲν ἀλογίστως μηδὲ ἐξ ὀργῆς ἢ καὶ δέους ποιῶν ἢ καὶ λέγων, ἀλλ' ἐκ τοῦ βεβαίου τῶν λογισμῶν πρὸς πάντα τὰ καίρια ἕτοιμος ὢν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἱκανῶς ἐκλογιζόμενος, καὶ μήτε τι ἀνέλπιστον ποιούμενος, καὶ πάντα πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν προδιασκοπῶν, ῥᾷστά τε τὰ πρακτέα πρὶν καὶ δεηθῆναι αὐτῶν ἐπενόει, καὶ ἐς βεβαιότητα αὐτοῖς ἐχρῆτο.

hoſtes, inſignem ſibi comparaverat: ob quam plurimi non tantum privati, ſed & civitates haud paucæ ſe ei adjunxerunt. Nam cum nihil temere, nihil ex iracundia vel metu faceret dicereve, ſed ſtabili judicio ad omnem caſum repentinum eſſet inſtructus; proviſamque haberet rerum humanarum varietatem, neque quicquam ageret inſperatum, omniaque pro rerum ipſarum natura ante perpenderet: & providebat facillime quæcunque agenda eſſent, antequam iis haberet opus, & conſtantiſſime exequebatur.

Τοιγαροῦν μόνος ἀνθρώπων ἢ καὶ μάλιστα διά τε ταῦτα, καὶ διὰ τὴν μετριότητα τήν τε ἐπιεικειαν, οὔτε ὑπὸ τῶν ὁμοίων, οὔθ' ὑπό τινος ἐφθονήθη. ἴσος μὲν γὰρ τοῖς ὑποδεεστέροις, οὐκ ἀμείνων δὲ τῶν ὁμοίων, ἀσθενέστερος δὲ τῶν μειζόνων ἀξιῶν εἶναι, κρείττων καὶ τοῦ φθόνου, τοῦ μόνου τοὺς ἀρίστους ἄνδρας λυμαινομένου, ἐγένετο.

3. Igitur unus omnium, vel certe magis quam ceteri, præſertim ob moderationem & æquitatem, non æqualium modo ſed & aliorum invidiam effugit: quippe qui cum inferioribus quidem æquo jure ageret, ſupra æquales vero eminere nollet, potioribus autem libenter cederet: quo facto invidiam, quæ præſtantiſſimum quemque labefactare maxime ſolet, facile ſuperavit.

LXXVIII.

Ὅτι [107] Οὐιριάθος ἀνὴρ Λυσιτανὸς ἀφανέστατος μὲν γένος, ὥς γέ τισι δοκεῖ, ὤν, περιβοητότατα δὲ ταῖς πράξεσι χρησάμενος· λῃστής τε γὰρ ἐκ ποιμένος, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ στρατηγός. ἐπέφυκει γὰρ καὶ ἤσκητο τάχιστος μὲν διῶξαί τε καὶ φυγεῖν, ἰσχυρώτατος δὲ [108] ἐν σαδίᾳ μάχῃ εἶναι· καὶ τήν τε τροφὴν τὴν αἰεὶ παροῦσαν καὶ τὸ πολὺ τὸ προσηνὲς ἥδιστα ἐλάμβανεν· ὑπαίθριός τε τὸν πλείω τοῦ βίου χρόνον διῆτο, καὶ ταῖς αὐτοφυέσι στρωμναῖς ἠρκεῖτο. καὶ διὰ ταῦτα παντὸς μὲν κάυματος, παντὸς δὲ ψύχους κρείσσων ἦν· καὶ οὔθ' ὑπὸ λιμοῦ ποτε ἐπόνησεν, οὐθ' ὑπὸ ἄλλης τινὸς ἀηδίας ἐταλαιπώρησεν, ἄτε καὶ πάντων τῶν ἀναγκαίων ἐκ τῶν αἰεὶ παρόντων ὡς καὶ ἀρίστων ἀπολαύων ἱκανώτατα.

1. Viriathus Luſitanus, obſcuro, ut quidam ajunt, genere ortus, rebus geſtis maxime inclaruit. Primum enim ex paſtore latro, ac deinde Imperator evaſit. Erat quippe cum natura tum exercitatione & ad fugam & in perſequendo velociſſimus: idem in ſtataria pugna fortiſſimus. Ad hæc cibo potuque obvio quovis cum voluptate utebatur; maximam vitæ partem ſub dio agere aſſuetus, & ſtragulis quas natura ſuppeditabat contentus: æſtus ac frigoris juxta patiens. Præterea neque fame frangebatur, neque aliis moleſtiis ſuccumbebat, quippe qui neceſſitates rebus præſentibus quibuscunque velut optimis abunde ſublevare didiciſſet. ab A.U.C.605

Τοιούτου δ' αὐτῷ τοῦ σώματος καὶ ἐκ τῆς φύσεως καὶ ἐκ τῆς ἀσκήσεως ὄντος, πολὺ ταῖς τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς ὑπερέφερε. ταχὺς μὲν γὰρ πᾶν τὸ δέον ἐνοῆσαι καὶ ποιῆσαι ἦν. τό τε γὰρ πρακτέον ἅμα ἐγίνωσκε, καὶ τὸν καιρὸν αὐτοῦ ἠπίστατο. δεινὸς γὰρ τά τε ἐμφανέστατα ἀγνοεῖν, καὶ τὰ ἀφα-

2. Hujusmodi corpore & per naturam & per uſum vitæ inſtructus, animi quidem virtutibus longe adhuc magis excelluit. Namque ad excogitandum non minus quam perficiendum quicquid res poſtulabat promtiſſimus erat: quippe qui non tantum agenda, ſed & agendorum opportuni-

in *Excerptis Peireſc.* ex Diodoro p. 346. 350. & 361. Ex venatore latronem, ex latrone ducem facit *Florus* II. 17, 15. Equorum velocitate in perſequendo & fugiendo valuiſſe maxime, docet *Appianus* de bellis Hiſpan. p. 289. D. Strategema ejus eſt apud *Frontinum* II. 5. §. 7. & c. 13. §. 4. III. 10. §. 6. c. 11. §. 4. *Diodorus* l. c. juſtitiam & æquitatem ejus in partienda præda laudat, quam & *Cicero* prædicat Offic. II. 40. ut demonſtret, ne latronum quidem ſocietatem ſine juſtitia aut legibus ſubſiſtere poſſe. *Appianus* p. 297. A. inde factum judicat, ut ejus exercitus ex omni hominum genere conflatus per octo perpetuos annos, per quos hoc bellum geſtum eſt, ſine ſeditione ſemper ei obſequentiſſimus, atque ad omnia extrema pericula ſuſtinenda promptiſſimus perſeveraverit. *Suetonius* in Galba c. 3. (Sergium Galbam) *tradunt Hiſpaniam ex prætura obtinentem XXX. Luſitanorum millibus perfidia trucidatis Viriatini belli cauſam exſtitiſſe.* Confirmat *Oroſius* IV. 21. qui & lib. V. c. 4. de Viriatho legendus. *Juſtinus* XLIV. 2. 7. annos decem, *Diodorus* in Exc. Peir. p. 361. annos undecim, *Livius* epit. 54. *Eutropius* Lib. IV. cap. 7. *Oroſius* l. c. quatuordecim, & *Vellejus Pat.* II. 90. viginti adeo annos Viriathicum bellum duraſſe refert. Sed vide *Pitiſcum* ad Suetonii l. c. & *Lipſium* ad Vellej. not. 172. itemque *Valeſium* ad Exc. Peir. p. 56. Rem quidem is bene geſſit adverſus M. Vettilium, Plautium, Claudium Unimanum, C. Nigidium, ſed a Q. Fabio Maximo Aemiliano afflictus pacem fecit. Renovato dein bello Servilius Cæpio (non Popilius, vel Pompilius, ut eſt apud Florum in vulgatis editionibus) eum aggreſſus, tandem noctu in armis, ut ſolebat, dormientem per amicos ejus pecunia corruptos interfici curavit. Vide præter *Florum* l. c. *Vellejum Paterc.* lib. II. init. *Valerium Max.* IX. 6, 4. & copioſius *Appianum* l. c. p. 296. atque fragmenta *Dionis* num. CLXIII.

§ 108. (l. 31.) *ἐν σαδίᾳ μάχῃ*] Minus bene *pedeſtrem pugnam* reddiderat *Valeſius*. Eſt enim ſtabilis vel ſtataria pugna quæ cominus firmo & collato pede fit, oppoſita levibus præliis ubi celeri excurſione itemque fuga & receptu res agitur: Ipſe *Valeſius*, poſt Lindenbrogium, rem & vocabulum melius explicat ad Ammian. Marcell. XIV. 2. p. 11. adde *Lamb. Bos* Animadverſ. ad Scriptt. gr. p. 105. ad locum Joſephi B. J. VII. 12. *Suidas* in σάδιον, vocat eodem ſenſu σαδιαίαν μάχην. *Heſychius*: σαδίη, ἡ συσάδην καὶ ἐκ χειρὸς μάχη. Sed quæ ſequuntur apud Heſychium emendatione indigent, ἢ ἐκ συσάσεως καὶ ἐκ διαδρομῆς. Legendum, καὶ οὐ διαδρομῆς. Ita *Zoſimus* in edit. Hiſtoricorum Sylburgii p. 747. lin. 17. de Hunnis: μάχην μὲν σαδίαν οὔτε δυνάμενοι τοπαράπαν οὔτε ἐθέλοντες ἐπαγαγεῖν. Vide eundem p. 741. lin. 27. de Scythis τῶν δὲ σῆναι πρὸς μάχην σαδίαν οὐ θαῤῥησάντων. Quibus opponit Zoſimus Hunnos eosdem περιελάσεσι καὶ ἐκδρομαῖς καὶ εὐκαίροις ἀναχωρήσεσιν ἐκ τῶν ἵππων καλλοξέυοντας, & Scythas λαθραίας ποιουμένους ἐπιδρομάς. Sunt ergo σαδία μάχη & διαδρομαὶ non eadem, ſed oppoſita. Etiam *Herodianus* IV. 10, 7. τὴν διὰ δοράτων συσάδην μάχην, quæ erat Romanis uſitatior, opponit τῇ διὰ τόξων εὐτόχῳ ἐμπειρίᾳ, qua valebant Parthorum equites; ſcilicet, etiam fugiendo retro ſagittantes. Vide *eundem* IV. 15, 5. & 9. *Euſtathius* ad Il. α. v. 360. p. 238. edit. Rom. ſcribit μὴ γενέσθαι μέχρι τοῦ νῦν συσάδην μάχην Ἀχαιοῖς τε καὶ Τρωσὶν, ἀλλὰ μόνον ἐκδρομάς τινας. vide eun-

portunitates nosset. Idem mirus artifex simulandi, se ignorare manifestissima, aut scire occultissima. Jam cum & Imperator & minister ipse sui ubique esset, nec abjectus cuiquam nec gravis videbatur; sed inter generis obscuritatem, & dignitatem quam virtute pepererat, temperatus, neque inferior quoquam neque superior esse videbatur. Denique nec avaritiæ nec dominationis neque iracundiæ causa, sed propter ipsas res gerendas bellum capessebat: unde vel maxime & belli amans & egregius bellator est habitus.

ἀφανέσατα εἰδέναι προσποιήσαθαι. πρὸσ δ' ἔτι καὶ στρατηγὸς, καὶ ὑπηρέτης αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐς πάντα ὁμοίως γιγνόμενος, οὔτε ταπεινὸς, οὔτε ἐπαχθὴς ἐωρᾶτο. ἀλλ' οὕτω πρός τε τὴν τοῦ γένους ἀθένειαν, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἰσχύος ἀξίωσιν ἐκέκραστο, ὥστε μήτε χείρων τινὸς, μήτε κρείσσων δοκεῖν εἶναι. τό τε σύμπαν εἰπεῖν, οὔτε πλεονεξίας, οὔτε δυναστείας ἢ καὶ ὀργῆς ἕνεκα, τὸν πόλεμον, ἀλλὰ δι' αὐτὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐποιεῖτο. καὶκ τούτου τὰ μάλιστα καὶ φιλοπόλεμος καὶ εὐπόλεμος ἐλογίσθη.

LXXIX.

A.U.C.611 Appius Claudius Consul, collega Quinti Metelli, splendore generis elatus, ac Metelli gloriæ invidens, cum Italiam provinciam sortitus esset, vacuam ab omni hoste: materiam triumphi undecunque petere concupivit. Salassos igitur, gentem Gallicam, quibus nihil erat quod objici posset, aggressus, adversus populum Romanum concitavit. Missus enim ut eos cum finitimis conciliaret, quibuscum de aquis ad metalla auri necessariis dissidebant, agrum eorum late vastavit. Cererum Romani ex decemviris sacrorum binos ad eum miserunt.

Ὅτι ὁ [109] Κλάυδιος ὁ συνάρχων Μετέλλου, πρός τε τὸ γένος ὠγκωμένος καὶ τῷ Μετέλλῳ φθονῶν, ἔτυχεν [110] ἐν τῇ Ἰταλίᾳ λαχὼν ἄρχειν, καὶ πολέμιον οὐδὲν ἀποδεδειγμένον εἶχε. καὶ ἐπεθύμησε πάντως τινὰ ἐπινικίων πρόφασιν λαβεῖν· καὶ [ι] Σαλάσσους Γαλάτας, μὴ ἐγκαλουμένους τι ἐξεπολέμωσε τοῖς Ῥωμαίοις. ἐπέμφθη γὰρ ὡς συμβιβάσων αὐτοὺς τοῖς ὁμοχώροις περὶ τοῦ [111] ὕδατος τοῦ ἐς τὰ χρυσεῖα ἀναγκαίου διαφερομένους· καὶ τήν τε χώραν αὐτῶν πᾶσαν κατέδραμεν. ἔπεμψαν δὲ αὐτῷ οἱ Ῥωμαῖοι [112] ἐκ τῶν δέκα ἱερέων δύω.

LXXX.

Appius Claudius, etsi probe sciebat, haudquaquam se victoria potitum esse, ea tamen vel tunc insolentia usus est, ut nulla triumphi ipsius mentione, neque in Senatu, neque ad populum facta, prorsus ac si is jam absque decreto ullo sibi deberetur, sumtus triumphi petere non dubitarit.

Ὅτι Κλάυδιος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀκριβῶς ἠπίστατο, ὅτι οὐκ ἐνενικήκει, ἀλλ' οὖν καὶ τότε τοσαύτῃ ὑπερηφανίᾳ ἐχρήσατο, ὥθ' [113] ὑπὲρ μὲν τῶν ἐπινικίων μηδένα λόγον, μήτε ἐν τῇ βουλῇ, μήτε ἐν τῷ δήμῳ ποιήσαθαι· καθάπερ δὲ ὑπαρχόντων οἱ πάντως αὐτῶν, κἂν μηδεὶς ψηφίσηται, τὰ ἐς αὐτὰ ἀναλώματα αἰτῆσαι. 618

LXXXI.

A.U.C.612 L. Mummius & Scipio Africanus Censores prorsus diversis per omnia moribus fuere. Hic enim nihil

Ὅτι [114] Μόμμιος καὶ ὁ Ἀφρικανὸς πάμπληθες ἀλλήλων τοῖς τρόποις ἐς πάντα διέφερον. ὁ μὲν γὰρ

[ι] Σαλάσσους, rescripsi, ex Dione p. 412. A. 414. D. 513. D. E. Συλάσσους, perperam in editione Valesii legebatur.

dem ad Il. β. v. 50. p. 282. Sic *Thucydides* de pugna navali I. 49. *καὶ ἀσπίδες ἐμάχοντο - - διέκπλοι δ' οὐκ ἦσαν.* De Britannis utrumque prædicat *Dio* p. 866. D. *καὶ δρυμῶν ὀξύτατοι, καὶ συσσήνων παγιώτατοι.*

§ 109. (l. 57.) *ὁ Κλάυδιος ὁ συνάρχων Μετέλλου*] Appius Claudius, App. fil. Appii nepos, Publii pronepos, Pulcher, Consul A. U. C. 611. cum Q. Cæcilio Metello, illo qui Macedonici nomen meruit, Pseudophilippum vicit, Achæos fudit, Celtiberos domuit; unde Claudio adversus eum æmulatio. De antiquitate & gloria Claudiæ gentis Glandorpius in Onomast. p. 222. ex Suetonio: *Claudiorum Romæ duo familiæ fuerunt, quarum altera patricia, plebeja fuit altera. Patricia gens Claudia Regillis, oppido Sabinorum, orta est, & cum T. Tatio in urbem recens conditam commigravit, vel certe cum Appio Claudio, gentis principe, post exactos reges annos fere 6. Mox in patricios cooptata agrum insuper trans Anienem clientibus, locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio publice accepit. Claruit deinceps 28 Consulatibus, Dictaturis 5, Censuris 7, triumphis 6, ovationibus 2.* Hinc *Appietas* apud *Cic.* Epist. III. 7.

§ 110. (l. 59.) *ἐν Ἰταλίᾳ λαχὼν ἀρχήν*] Hinc emendandi sunt Commentarii Fastorum a *Sigonio* viro doctissimo conscripti. Is enim ad annum urbis 610. scribit Claudio Galliam provinciam obtigisse, cum tamen Italia ei obvenerit, ut ex hoc Dionis loco constat. VALES.

§ 111. (l. 64.) *ὕδατος τοῦ ἐς τὰ χρυσεῖα ἀναγκαίου*] Temperare mihi non possum quin *Strabonis* locum, longiorem quidem, sed huc accommodatissimum afferam, ex lib. IV. p. 205. *ἔχει δὲ χρυσεῖα ἡ τῶν Σαλασσῶν, ἃ καλεῖσθον ἰσχύοντες οἱ Σαλασσοὶ πρότερον, καθάπερ καὶ τῶν παρόδων ἦσαν κύριοι· προσελάμβανε δὲ πλεῖστον εἰς τὴν μεταλλείαν αὐτοῖς ὁ Δουρίας ποταμὸς εἰς τὰ χρυσοπλύσια· διόπερ ἐπὶ πολλοὺς τόπους σχίζοντες εἰς ἐξοχετείας τὸ ὕδωρ, τὸ κοινὸν ῥεῖθρον ἐξεκένουν. τοῦτο δὲ ἐκείνοις μὲν συνέφερε πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ θήραν, τοὺς δὲ γεωργοῦντας τὰ ὑπ' αὐλοῖς πεδία, τῆς ἀρδείας στερουμένους ἔλυπα, τοῦ πολεμοῦ δυναμένου πολίζειν τὴν χώραν, διὰ τὸ ὑπερδέξιον ἔχειν τὸ ῥεῖθρον. Ἐκ δὲ τούτης τῆς αἰτίας πόλεμοι συνεχεῖς ἦσαν ἀμφοτέροις τοῖς ἔθνεσι πρὸς ἀλλήλους. κρατησάντων δὲ Ῥωμαίων, τῶν μὲν χρυσουργιῶν ἐξέπεσον καὶ τῆς χώρας οἱ Σαλασσόι· τὰ δ' ὄρη καλέχοντες ἀκμὴν τὸ ὕδωρ ἐπώλουν τοῖς δημοσιώναις τοῖς ἐργολαβήσασι τὰ χρυσεῖα. καὶ πρὸς τούτους δ' ἦσαν ἀεὶ διαφοραὶ διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν δημοσιωνῶν. οὕτω δὲ συνέβαινε τοὺς στρατηγοῦντας ἀεὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ πεμπομένους ἐπὶ τοὺς τόπους, εὐπορεῖν προφάσεων, ἀφ' ὧν πολεμήσουσι. *In Salassorum regione sunt auri metalla, quæ olim obtinuerunt Salassi, sicut & aditus. Maximum illis adjumentum ad rem metallicam attulit Duria fluvius, ad eluendum aurum. Itaque multis locis eum in rivulos scindentes, alveum exhausserunt: quod ut illis ad auri investigationem profuit, ita molestum fuit iis qui subjectos colebant agros, rigandi facultate spoliatis, quam fluvius superne labens poterat præbere. Atque ea res causam continentium bellorum iis gentibus dedit. Romanis autem rerum potitis, & metallis & ditione sua exciderunt Salassi: montes tamen obtinentes aquam publicanis venditabant, qui conduxerant auri metalla, cum quibus perpetuæ ipsis controversiæ propter avaritiam publicanorum. Atque ita factum est, ut qui a Romanis ad ea loca mittebantur, cum bellum gerere cuperent, facile ejus invenirent occasiones.*

§ 112. (l. 67.) *ἐκ τῶν δέκα ἱερέων*] Cum a Salassis, quos App. Claudius injuste aggressus erat, illata clades esset Romanis, decemviri pronunciarunt, se inveniisse in libris Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi essent, sacrificari in eorum finibus oportere, ut ait *Julius Obsequens* in prodigiis hujus anni (cap. 80.) Itaque Senatus duos ex Decemviris ad Appium

γὰρ ἐπί τε τὸ σωφρονέσαλον καὶ μελὰ ἀκριβείας μηδενὸς μηδὲν προλιμῶν, ἦρξε· καὶ πολλοὺς μὲν ἐκ τῆς βουλῆς, πολλοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἄλλων ὡς ἑκάσους ἔυθυνεν. ὁ δὲ δὴ Μόμμιος πρός τε τὸ δημοτικώτερον καὶ πρὸς τὸ ἀνθρωπινώτερον, οὔτ' αὐτός τινι κηλίδα προσέθηκε, καὶ συχνὰ τῶν ὑπ' ἐκείνου πραχθέντων, ὅσα γε καὶ ἐνεδέχετο, κατέλυσεν. ἐς τοσοῦτον γὰρ ἐπιεικείας Φύσει προήκων ἦν, ὥστε καὶ [115] τῷ Λουκούλλῳ χρῆσαί τε ἀγάλματα πρὸς τὴν τοῦ [116] Τυχαίου, ὃ ἐκ τοῦ Ἰβηρικοῦ πολέμου καλεσκεύασε, καθιέρωσιν, καὶ μὴ βουληθέντος αὐτὰ ὡς καὶ ἱερὰ ἐκ τῆς ἀναθέσεως γεγονότα ἀποδοῦναι, μηδεμίαν ὀργὴν ποιήσασθαι· ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἐκείνου ὀνόματι τὰ ἑαυτοῦ λάφυρα περιϊδεῖν ἀνακείμενα.

nihil gratiæ ac favori indulgens, omni ſeveritate ac diligentia Cenſuram egit: ac multos e Senatu & equeſtri ordine, plurimos etiam de plebe ſub cenſuram vocavit. At Mummius magis ad popularem auram & humanitatem ſe accommodans, neque ipſe quemquam ignominia notavit, & quæ erant a collega acta, quoad potuit, reſcidit: fuitque ea per naturam moderatione, ut cum Lucullus ad dedicationem templi Felicitatis, quod ex bello Hiſpanienſi exſtruxerat, ſtatuas commodato ab eo accepiſſet, nec reddere eas poſtmodum vellet, quaſi quæ dedicatione ſacræ eſſent factæ, nullo modo ſuccenſuerit, ſed ſpolia ſua ſub alterius dedicata titulo conſpici ſit paſſus.

LXXXII.

Ὅτι [117] Πομπήϊος πολλὰ καὶ ἐσφάλη, καὶ αἰσχύνην δεινὴν ὤφλεν. ποταμὸν γάρ τινα διὰ τῶν Νουμανλίνων χώρας ῥέονλα βουληθεὶς ἐκ τῆς ἀρχαίας διεξόδου παραλρέψαι, ἐπὶ δὲ τοὺς ἀγροὺς αὐλῶν ἐφεῖναι, τοῦτο μὲν ἰσχυρῶς πονηθεὶς ἐξειργάσαλο· πολλοὺς δὲ σραλιώτας ἀποβαλών, οὔλε τοῖς Ῥωμαίοις ὄφελος ἐκ τῆς παρεκλροπῆς γενέσθαι, οὔτε ἐκείνοις βλάβος.

Multa a Q. Pompejo infeliciter ſunt geſta, propter quæ maximum dedecus incurrit. Nam cum amnem, qui per Numantinorum regionem fluebat, ex alveo derivare & in eorum agros effundere vellet, id quidem ingenti labore tandem perfecit: ceterum multis in eo opere militibus amiſſis, neque operæ pretium ullum Romanis ea derivatione, neque hoſtibus damnum attulit. A.U.C.614

LXXXIII.

Ὅτι [118] Καιπίων τοὺς μὲν πολεμίους οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, τοὺς δὲ οἰκείους πολλὰ καὶ δεινὰ ἔδρασεν, ὥστε καὶ κινδυνεῦσαι ὑπ' αὐλῶν ἀπολέσθαι. χαλεπῶς τε γὰρ αὐλοῦ καὶ τραχέως τοῖς τε ἄλλοις, καὶ μάλισα τοῖς ἱππεῦσι χρωμένου, πολλοὶ πολλὰ καὶ ἄτοπα ταῖς νυξὶν ὅτι μάλισα διέσκωπλον καὶ διεθρόουν, καὶ ἐφ' ὅσον γε ἐκεῖνος 621 διὰ τοῦτ' ἠγανάκλει ἐπὶ πλεῖον ἐτώθαζον, ὅπως ἐξοργίζοιλο. ὡς οὖν τὸ πραλτόμενον ἔνδηλον ἦν, ὑπεύθυνος δὲ οὐδεὶς εὑρίσκελο, ὑποτοπήσας ὑπὸ τῶν ἱππέων αὐλὸ γίγνεσθαι, καὶ ἐς οὐδένα τρέψαι δυνηθεὶς

1. Q. Cæpio hoſtem quidem nulla memorabili clade affecit: ſuos vero multis & maximis injuriis vexavit, adeo ut parum abfuerit quin ab iis ſit interfectus. Nam cum univerſos milites, ac præcipue equites, moroſius & acerbius tractaret, multi multa in eum dicteria noctu inprimis jactabant ſpargebantque: & quo magis ille indignabatur, eo pluribus illum dicteriis ad iram provocabant. Igitur cum facinus quidem haud quaquam lateret, reus vero deprehenderetur nemo, ſuſpicatus Cæpio, id ab equitibus fieri, cum in neminem A.U.C.614

um Conſulem miſit, qui monerent, ut in finibus Gallorum ſacra faceret, priusquam iis bellum inferret. VALES.

§ 113. (l. 70.) ὑπὲρ τῶν ἐπινικίων] *Oroſius* lib. V. cap. 4. ait triumphum ab eo petitum ſed non impetratum; unde infami impudentia privatis ſumtibus triumpharit.

§ 114. (l. 75.) ὁ Μόμμιος καὶ ὁ Ἀφρικανὸς] *Aurelius Vict.* de V. I. cap. 58. (Scipio) *Cenſor, Mummio Collega ſegniore, in ſenatu ait, utinam mihi collegam aut dediſſetis aut non dediſſetis!* Vide *Plutarchi* Apophthegmata p. 200. D. E. & de rep. gerenda p. 816. B. *Valerium Max.* VI. 4, 2. *Feſtum* in Religionis, & plura de Cenſura ejus in Caroli *Sigonii* Scipione Aemiliano § 37. ſqq.

§ 115. (l. 85.) τῷ Λουκούλλῳ χρῆσαι] Hanc L. Mummii benignitatem laudat *Strabo* lib. VIII. (p. 381) his verbis: Λεύκουλλος δὲ κατασκευάσας τὸ τῆς Εὐτυχίας ἱερὸν, καὶ στοάν τινα, χρῆσιν ἠτήσατο ὧν εἶχεν ἀνδριάντων ὁ Μόμμιος, ὡς κοσμήσων τὸ ἱερὸν μέχρι ἀναδείξεως, εἶτ' ἀποδώσων· οὐκ ἀπέδωκε δὲ, ἀλλ' ἀνέθηκε &c. quæ ita vertit Xylander: *& cum Lucullus bonæ fortunæ templum feciſſet cum porticu, Mummium rogavit, ut tabulas ſibi commodaret ad ornatum templi, donec illud dedicaret, pollicitus ſe ſtatim a dedicatione eas redditurum.* Sed Caſaubonus Xylandrum reprehendit; ait enim Felicitatis templum fuiſſe dicendum, non bonæ Fortunæ. Cui ut aſſentiar facit Ciceronis locus, quem mox adducam. Illud etiam in Xylandri verſione reprehenderim, quod illa verba, μέχρι ἀναδείξεως, vertit, *donec dedicaret*, cum vertendum fuerit, *quas duntaxat in publico proponeret, ac mox redditurus eſſet.* Subjicit Strabo, Mummium eam injuriam patienter tuliſſe, eoque facto majorem laudem ac gloriam, quam eum qui tabulas dedicaverat, ſibi peperiſſe. Simile ac plane geminum exemplum refert *Dio* libro XLVIII. in fine (p. 382. D. E.) de L. Domitio, qui cum palatium refeciſſet, & pictas tabulas commodato accepiſſet ab Auguſto, eas cum palatio dedicavit, ac repoſcenti paulo poſt Auguſto renunciavit, ut miniſtros mitteret qui eas auferrent. Itaque Auguſtus religione motus eas ibi dedicatas reliquit. VALES.

ἀνάδειξιν apud Strabonem puto recte pro *dedicatione* accipi a Xylandro, quemadmodum & verbum ἀναδείκνυμι, dedicandi & conſecrandi ſenſu uſurpatur v. g. apud Plutarchum in Pompejo p. 647. A. Sed ἀνδριάντες videretur melius *ſigna ſimulacra* aut *ſtatuas* reddere vir doctus potuiſſe, quam *tabulas*; quanquam tabulas pictas etiam adhibitas non negem. Lepidum eſt, quod *Vellejus Paterc.* lib. I. cap. 13. cum Scipione Mummium comparans, *Mummius*, inquit, *tam rudis fuit, ut capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac ſtatuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, novas eos reddituros.* Adde *Plinium* XXXV. 4. XXXVII. 1. laudat tamen Mummium *Frontinus* Strateg. IV. 3. §. 15.

§ 116. (l. 86.) τυχαῖον] Melius εὐτυχαῖον ex Strabone legeretur. Tamen *Dio* etiam lib. XLIII. (L. p. 424. D.) τυχαῖον vocat. *Cicero* in Verrem (lib. IV. cap. 2.) de ſignis: *At ille L. Mummius, cum Theſpiis ea quæ ad ædem Felicitatis ſunt, ceteraque profana ex illo oppido ſigna tolleret.* Tangit hiſtoriam quæ hic refertur a Dione. VALES.

§ 117. (l. 92.) Πομπήϊος] Vide *Appianum* in Hiſpanienſi (p. 299. D.) *Sigonium* in Faſtis, ad annum 613. VALES.

Hic eſt Q. Pompejus Rufus, homo novus & primus ſuæ gentis Conſul, adverſus Numantinos miſſus, ſed multis fruſtra & infeliciter tentatis obſidionem ſolvere & turpem cum iis pacem facere coactus: quam pacem tamen ſenatus irritam eſſe juſſit. Vide interpretes ad *Florum* II. 18, 4. & *Vellejum* II. 1. *Appianus* Hiſp. p. 293. E. eundem quoque adverſus Viriathum male rem geſſiſſe auctor eſt, eique ignaviam ac rei militaris inſcitiam exprobrat.

§ 118. (l. 100.) Καιπίων] Καπίων eſt apud Valeſium. ſed Dio ipſe CX. & p. 522. D. &c. nomen hoc Καιπίων ſcribit, perinde ut *Plutarchus* non ſemel, & *Strabo* IV. p. 188. cum de altero Q. Ser-

neminem unum conferre culpam poſſet, iram in univerſos convertit: eisque ſexcentis numero imperavit, ut fluvium juxta quem caſtra habebant, cum ſolis equiſonibus tranſgreſſi, in monte, in quo Viriathus conſederat, lignarentur.

2. Ex quo cum ultimum periculum omnibus imminere palam eſſet, Tribuni & Legati Cæpionem orare cœperunt, ne eos in apertam pernicieem conjiceret. At equites cum paululum expectaſſent, ſi forte duces ſuos exaudiſſet, ubi inexorabilem illis fuiſſe intellexerunt, ipſi quidem ſupplicare ei noluerunt, quod unum maxime optaverat Cæpio; maluerunt que perire, quam leni oratione hominem mulcere. Igitur ad mandata perficienda profecti ſunt, comitantibus ſociorum equitibus voluntariisque nonnullis. Sed amne trajecto cum ligna cecidiſſent, reverſi, in prætorium ejus impetum fecere, vivum eum crematuri; quod & perfeciſſent, niſi fuga ſibi conſuluiſſet Cæpio.

θεὶς τὴν αἰτίαν, πᾶσιν αὐλοῖς τὴν ὀργὴν ἔφερεν· καὶ ἐκέλευσεν αὐλοὺς ἑξακοσίους ὄνλας τὸν ποταμὸν, παρ᾽ ᾧ ἐστρατοπεδεύονλο, μετὰ μόνων ἱππικόμων διαβῆναι, καὶ ἐκ τοῦ ὄρους, ἐφ᾽ ᾧ ὁ Οὐϊρίαθος ἠυλίζετο ξυλίσασθαι.

Προύπλου δὲ δὴ τοῦ κινδύνου πᾶσιν ὅλος, οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ ὑποστράτηγοι, ἐδέονλο αὐλοῦ μὴ ἀπολέσαι σφᾶς. οἱ δὲ ἱππεῖς ὀλίγον ἐπιχόνλες, ὡς καὶ ἐκείνων αὐλοῦ ἀκούσοντος, ἐπειδὴ μηδὲν ἐνεδίδου, ἱκελεῦσαι μὲν αὐλὸν ἀπηξίωσαν, ὑπέρ που καὶ τὰ μάλιστα ἐλλιχελο· διολέσθαι δὲ μᾶλλον, ἤ τι ἐπιεικὲς φθέγξασθαι πρὸς αὐλὸν ἑλόμενοι, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ τεταγμένον· καὶ αὐλοῖς τό τε τῶν συμμάχων ἱππικὸν, καὶ ἄλλοι ἐθελονλαὶ συνεξῆλθον. καὶ τόν τε πολαμὸν διέβησαν, καὶ τὴν ὕλην ταμόνλες, περὶ τὸ στρατηγεῖον αὐλοῦ παρενέβαλον, ὡς καὶ καλαπρήσονλες αὐλόν· κἂν καλεκαύθη, εἰ μὴ προεξέφυγεν.

LXXXIV.

A.U.C.618 App. Claudius Cenſor præ nimia aſperitate multa egiſſet perperam, niſi collega ei Q. Fulvius obſtitiſſet. Hic enim eximia æquitate ac diverſiſſimo ingenio præditus, non obſtitit quidem iracunde, attamen cedendo nonnunquam & placide agendo cum collega, ita eum demulſit, ut raro admodum ira exardeſceret.

Ὅτι [119] ὁ Κλάυδιος πολλὰ ἂν καὶ ἄτοπα ὑπὸ ταραχύτηλος εἰργάσαλο, εἰ μήπερ ὁ συνάρχων αὐλοῦ Κύϊντος ἐκώλυσεν. ἐπιεικὴς γὰρ ὢν καὶ ἐναντιωλάτην αὐλῷ φύσιν ἔχων, ὀργῇ μὲν οὐδέν οἱ ἀνλέπραξεν· ἐνδιδοὺς δέ πη καὶ πράως πως αὐλῷ χρώμενος ὅλως αὐλὸν μελεχειρίσαλο, ὥστε ἐλάχιστα πικράναθαι.

LXXXV.

A.U.C.618 P. Furius Philus Q. Pompejum & Q. Metellum, licet ſecum atque inter ſe invicem inimicitias exercerent, legatos ſecum in provinciam duxit, eo conſilio, ut quoniam res præclaras gerere conſtituerat, acta liquido demonſtraret, & teſtimonium virtutis exprimeret etiam ab invitis.

Ὅτι [120] ὁ Φούριος ἐξήγαγεν ἐν τοῖς ὑποστρατήγοις τὸν Πομπήϊον καὶ τὸν Μέτελλον, καίπερ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἀλλήλοις ἐχθροὺς ὄντας, ὅπως ὡς καὶ μέγα τι πράξων τόν τε ἔλεγχον τῶν ἔργων ἀκριβῆ ποιήσηται, καὶ τὴν μαρλυρίαν τῆς ἀρελῆς καὶ παρὰ ἀκόντων σφῶν λάβῃ.

LXXXVI.

1. Tib. Gracchus rempublicam perturbavit, quamvis ſummo genere, Africano ſcilicet avo, ortus, & indolem illo dignam nactus, artium quoque diſciplina excultus egregie, & animo excelſo præditus.

Ὅτι ὁ Γράκχος ὁ Τιβέριος ἐτάραξε τὰ τῶν Ῥωμαίων, καίπερ καὶ γένους ἐς τὰ πρῶτα πρὸς τὸν πάππον τὸν Ἀφρικανὸν ἀνήκων, καὶ φύσει ἀξίᾳ αὐλοῦ χρώμενος, τά τε τῆς παιδείας ἔργα ἐν τοῖς μάλισα

Q. Servilio Cæpione loquitur, qui Conſul fuit A. U. 648. aurum ſacrum Toloſanum diripuit, victusque eſt a Cimbris, & poſtea abrogato imperio in carcere periiſſe dicitur. Hic Q. Servil. Cæpio, de quo nunc Dio, idem eſt quem ſupra num. LXXVIII. vidimus.

§ 119. (l. 30.) Ὅτι ὁ Κλάυδιος] Hic locus unice confirmat conjecturam *Caroli Sigonii*, qui anno urbis 617. Cenſores poſuit Appium Claudium Pulcrum, & Q. Fulvium Nobiliorem, quorum nomina in Faſtis Capitolinis præ vetuſtate interierant: ſed vir diligentiſſimus utrumque ſagaciter odoratus eſt. Itaque ejus conjecturam, quippe quæ hoc Dionis noſtri loco comprobatur, ſuo elogio afficiendam eſſe duxi. VALES.

Etiam *Pighius* hanc conjecturam probat, & omnino temporum ordo in Fragmentis Dionis rem prope in certo conſtituit. Quare corrigendus ex hoc loco Præſtantiſſimus *Fulvius Urſinus*, qui Fragmentum *Feſti*, in *Religionis*, ubi Cenſores ordine temporis recenſet, ſic explevit, ut Q. Fulvio Nobiliori, qui diſtincte in Farneſiano monumento legebatur, collegam jungeret T. Annium Luſcum; Tito Sempronio autem collegam Claudium. Sed is eſt C. Claudius Appii fil. A. V. C. 585.

§ 120. (l. 37.) ὁ Φούριος] Conſul fuit anno U. C. 618. cum Sex. Atilio Serrano, & Hiſpaniam provinciam ſortitus eſt. Ejus factum plenum generoſæ fiduciæ refert & *Valerius Max.* lib. III. cap. 7. 5. *P. Furius Philus Coſ. Q. Metellum & Q. Pompejum conſulares viros (vehementes) inimicos ſuos, cupitam ſibi profectionem in provinciam Hiſpaniam identidem exprobrantes, legatos ſecum illuc ire coegit.* VALES.

Hic recte *Valeſius* ex Val. Max. Furium vocat *Publium*: in interpretatione ejus perperam expreſſum erat L. h. e. *Lucius*.

§ 121. (l. 52.) αὐτῷ τὰ τῶν Νουμανλίων ἐπινίκια] Hæc vox corrupta mihi videtur. Unde enim aut Hoſtilius Mancinus, aut Gracchus triumphum ſperare poterant? quorum alter multis præliis victus, alter ignominioſæ paci ſubſcripſerat. Ἄυλῳ certe hic legendum eſſe, non αὐλῷ, ſatis apparet, & ad Aulum Hoſtilium Mancinum id eſſe referendum. VALES.

Nolim Dioni temere errorem impingi. Nam Mancinus apud unum *Aur. Victorem* de V. I. c. 59. *Aulus* perperam vocatur: verum illi prænomen eſt *Cajo* ut plurium Scriptorum teſtimoniis probat Cl. *Arnzenius*. Quare nihil adhuc melius ſuccurrit, quod pro αὐλῷ ſubſtituamus, quam ὑπάτῳ vel τῷ ὑπάτῳ. De re ipſa vide *Livii Epit.* c. 55. *Vell. Pat.* II. 1. ſq. *Cic.* Bruto c. 27. *Dionem* Fragm. CLXIV. *Plut.* p. 826. ſq.

§ 122. (l. 60.) πρωλεῦσαι πάντως ἐπιθυμήσας] Prorſus veriſſimum eſt quod ait *Cicero* in Quintiana (cap. 8.) *Quemadmodum ſolent homines nobiles, ſeu recte, ſeu perperam facere cœperunt, ita in utroque excellere, ut nemo noſtro loco natus aſſequi poſſit.* VALES.

§ 123. (l. 63.) Μάρκος Ὀκλαούϊος τῷ Γράκχῳ] Fallitur *Florus*, lib. III. 14, 5. aut ſi mavis, librarii ejus fallunt, pro M. Octavio, Cnejum Octavium nobis obtrudentes. *Plutarchus* in Gracchis p. 828. E. Marcum hunc Octavium vocat ἑταῖρον τοῦ Τιβερίου καὶ συνήθη, *amicum & familiarem Tib. Gracchi.* συγγένεαν vero etiam inter eos fuiſſe colligas forte ex altero *Plutarchi* loco p. 836. E. ubi C. Gracchus Tribunus plebis, cum Octavium

μάλισα ἀσκήσας, καὶ φρόνημα μέγα ἔχων. ὅσῳ γὰρ πλείω καὶ ἰσχυρώτερα ταῦτα ἐκέκτηλο, μᾶλλον ἐς φιλοτιμίαν ἀπ' αὐτῶν προήχθη. καὶ ἐπειδὴ ἅπαξ ἔξω τοῦ βελτίσου παρεβράπη, καὶ ἄκων ἐς τὸ κάκισον ἐξώκειλεν.

prædītus. Sed quo magis hæc in illo eminebant, eo acrius ad contentiones provectus est: atque ubi semel a recto tramite deflexerat, præter voluntatem adeo in pessima quæque præceps ruit.

Ἐπειδὴ [121] γὰρ [t] αὐτῷ τὰ τῶν Νουμαντίνων ἐπινίκια ἀπεψηφίσθη, καὶ αὐτὸς τιμηθήσεσθαι πρότερον, ἅτε καὶ πρυτανεύσας αὐτά, ἐλπίσας, οὐχ ὅπως τοιούτου τινὸς ἔτυχεν, ἀλλὰ καὶ προσεκινδύνευσεν ἐκδοθῆναι, ἔγνω καὶ τὰ πράγματα, οὐκ ἀπ' ἀρετῆς, οὐδὲ [u] ἀπ' ἀληθείας, ἀλλ' ὡς που καὶ ἔτυχεν, ἐξεταζόμενα· τὴν μὲν τὴν ὁδὸν τῆς δόξης ὡς οὐκ ἀσφαλῆ ἀφῆκε· τρόπον δέ τινα [122] πρωτεῦσαι πάντως ἐπιθυμήσας, καὶ τοῦτο διὰ τοῦ ὁμίλου μᾶλλον ἢ τῆς βουλῆς ἐξεργάσασθαι προσδοκήσας, ἐκείνῳ προσέθετο.

2. Postquam enim Consuli triumphus ob pacatos Numantinos esset denegatus, quin ipsemet, qui ejus fœderis auctor fuerat, non modo honorem speratum non retulisset, sed tantum non hostibus esset deditus; Gracchus, cum non ex virtute ac veritate, sed temere res dijudicari cerneret, hanc quidem viam gloriæ tanquam parum tutam reliquit: ceterum cum principem locum quocunque demum pacto assequi concupisceret, idque per plebem facilius quam per Senatum consecuturum se speraret, a patribus ad plebem descivit. A.U.C.618

LXXXVII.

Ὅτι [123] Μάρκος Ὀκταούϊος τῷ Γράκχῳ διὰ φιλονεικίαν συγγενικὴν ἐκὼν ἀντηγωνίζετο. καὶ ἐκ τούτου οὐδὲν μέτριον ἐπράττετο· ἀλλ' ἀντιφιλονεικοῦντες περιγενέσθαι μᾶλλον ἀλλήλων, ἢ τὸ κοινὸν ὠφελῆσαι, πολλὰ μὲν καὶ βίαια, ὥσπερ ἐν δυναστείᾳ τινί, ἀλλ' οὐ δημοκρατίᾳ, ἔπραξαν, πολλὰ δὲ καὶ ἄτοπα, ὥσπερ ἐν πολέμῳ τινί, ἀλλ' οὐκ εἰρήνῃ ἔπαθον. τοῦτο μὲν γὰρ εἷς πρὸς ἕνα, τοῦτο δὲ πολλοὶ κατὰ σάσεις, λοιδορίας τε ἐπαχθεῖς καὶ μάχας, οὐχ ὅτι καθ' τὴν ἄλλην πόλιν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ τῇ τε ἐκκλησίᾳ ἐποιοῦντο. τῇ μὲν γὰρ προφάσει τῇ τοῦ νόμου χρώμενοι, τῷ δὲ ἔργῳ καὶ ἐς τὰ ἄλλα πάντα διασπευδόμενοι, ὥστε ἐν μηδενὶ ἀλλήλων ἐλαττοῦσθαι. κἀκ τούτου οὔτ' ἄλλο τι τῶν εἰθισμένων ἐν κόσμῳ συνέβαινεν, [124] οὐθ' αἱ ἀρχαὶ τὰ νενομισμένα ἔπρασσον. τὰ δὲ δικαστήρια ἐπέπαυτο, καὶ συμβόλαιον οὐδὲν ἐγίγνετο. ἀλλ' ἥ τε ταραχὴ καὶ ἡ ἀκρισία πανταχοῦ πολλὴ ἦν· καὶ ὄνομα πόλεως ἔφερον, σταδίου δὲ οὐδὲν [x] ἀπεῖχον.

M. Octavius, ob æmulationem ex propinquitate generis conflatam, Tib. Graccho se ultro oppositurit. Inde omnia turbulenter agi cœpta sunt. Nam cum uterque prava contentione magis ut æmulum superaret, quam ut prodesset reipublicæ, eniteretur, multa tanquam in regia dominatione, non in populari statu, per vim gessere singuli; multa item ac gravia, quasi non in pace, sed bello versarentur, pertulere. Nunc enim singuli, nunc plures in factiones divisi, jurgia & rixas ac prælia, cum in ceteris urbis locis, tum in Curia ac comitio conserebant; prætendentes quidem ad speciem rogationes tribunicias, reipsa vero alia omnia molientes, scilicet ut sibi invicem nulla in re cederent. Proinde nihil jam in urbe solenni more ac decenter agi: magistratus officia omittere: judicia cessare: contractus nulli fieri: perturbatio ubique maxima ac confusio obtinere: nomine tantum civitatis manente, cum nihil a castrorum ratione abessent. A.U.C.621

LXXXVIII.

Ὅτι ὁ Γράκχος τοῖς στρατευομένοις ἐκ τοῦ ὁμίλου [125] νόμους τινὰς ἐπικουροῦντας ἔγραφε, καὶ τὰ δικαστήρια

Tib. Gracchus leges quasdam in gratiam plebis, quæ in militia erat, ad populum tulit, & judicia a senato- A.U.C.621

[t] αὐτῷ. Αὐλῳ legendum censet Valesius. vide not. § 121. [u] ἀπ' ἀληθ. MS. ἐπ' ἀληθ. paulo ante, pro ἔγνω καὶ, malim καὶ ἔγνω. [x] ἀπεῖχον. MS. ἔσχον.

Octavium insectari instituisset, tandem rogatione sublata dicit, se matri Corneliæ deprecanti Octavium concedere. Gracchi causam aliquo modo emollit *Florus* III. 14. & honesta satis oratio ejus est apud *Plutarchum*, p. 827. sq. ὡς τὰ μὲν θηρία τὰ τὴν Ἰταλίαν νεμόμενα καὶ φωλεὸν ἔχει καὶ κοιλάδιον ἴδιον αὐτῶν ἑκάστῳ καὶ καταδύσεις, τοῖς δὲ ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας μαχομένοις καὶ ἀποθνήσκουσιν ἀέρος καὶ φωλεὸς, ἄλλου δὲ οὐδενός μέτεστιν, ἀλλ' ἄοικοι καὶ ἀνίδρυτοι μετὰ τέκνων πλανῶνται καὶ γυναικῶν. *Feræ etiam Italiam incolentes lustra habent & cubilia singulæ stabulaque: illis vero qui pugnaverunt pro Italia & sanguinem profuderunt, præter aëra & lucem conceditur nihil, iidemque sine tectis & sedibus vagantur cum liberis & conjugibus.* (confer. Luc IX. 58) Qua oratione arguit simul Octavium, qui tanto lubentius a locupletibus subornari se passus est, quod multum tenebat agri publici contra legem, quo cedere noluit, rogante licet Tiberio ut abjiceret certamen, & pretium se ex suis facultatibus redditurum pollicente. Vide *Plutarchum* p. 829. A. & *Appianum* Civil. I. p. 356. D. Historiam tangit & *Epitome Livii* lib. 58. *Aur. Victor.* de V. I. 64, 4.

§ 124. (l. 78.) οὔθ' αἱ ἀρχαὶ τὰ νενομισμένα] *Plutarchus* in Gracchis p. 829. οὐκ ἀναχομένου δὲ τοῦ Ὀκταβίου, διαγράμματι τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἅπάσας ἐκώλυσε χρηματίζειν, ἕως ἂν ἡ περὶ τοῦ νόμου διενεχθῇ ψῆφος. τῷ δὲ τοῦ Κρόνου ναῷ σφραγῖδας ἰδίας ἐπέβαλον, ὅπως δι ταμίαι μηδὲν ἐξ αὐτοῦ λαμβάνοιεν μηδ' εἰσφέροιεν· καὶ τοῖς ἀπειθήσασι τῶν στρατηγῶν ζημίαν ἐπεκήρυξεν, ὥστε πάντας ὑποδείσαντας ἀφεῖναι τὴν ἑκάστῳ προσήκουσαν οἰκονομίαν. ἐντεῦθεν οἱ κτηματικοὶ τὰς μὲν ἐδῆτους μετέβαλον, καὶ περιῆεσαν οἰκτροὶ καὶ ταπεινοὶ καθ' τὴν ἀγορὰν· ἐπεβούλευον δὲ τῷ Τιβερίῳ κρύφα, κ. τ. λ. *Abnuente Octavio, vetuit* (Ti. Gracchus) *alios magistratus omnes per edictum, muneribus suis fungi, dum perlata lex esset. Templum Saturni annulo suo obsignavit, ne quid Quæstores inde vel sumerent, vel eo inferrent, adscripsitque mulctam, ni parerent, prætoribus. Ita territi omiserunt omnes sui quisque officii partes. Hinc locupletes vestem mutare, sordidatique & supplices in foro circumire, struere vero clam Tiberio insidias. &c.*

§ 125. (l. 84.) νόμους τινὰς ἐπικουροῦντας ἔγραφε] Gracchus collegæ Octavio, cum intercedere legi agrariæ non desisteret, novo exemplo magistratum abrogaverat. Quo facto triumviri agris dividundis creati ipse Ti. Gracchus, Appius Claudius socer ejus, & C. Gracchus frater. Vide *Plutarchum* p. 828. & *Appian.* Civil. I. p. 357. C. Sed prospiciens, se abeuntem magistratu optimatum vindictæ expositum fore, ut tribunatum in proximum quoque annum sibi vindicaret, cœpit novis legibus illicere plebem, quas ex Plutarcho dabo: ἐνθὺς ὁ Τιβέριος εἰσήνεγκε νόμον, ὅπως τὰ βασιλικὰ χρήματα κομισθέντα τοῖς τὴν χώραν διαλαγχάνουσι τῶν πολιτῶν ὑπάρχοι πρὸς κατασκευὴν καὶ γεωργίας

ſenatoribus ad equites tranſtulit; miſcens atque perturbans omnia conſtituta, quo ſecuritatem aliquam rebus ſuis compararet. Poſtquam vero ne ſic quidem ulla ratione quicquam profecerat; ſed exitus anni inſtabat, ac magiſtratu depoſito ſtatim inimicis obnoxius erat futurus: operam dedit, ut in ſequentem quoque annum una cum fratre Cajo, Tribunus ipſe fieret, & Appium ſocerum ad Conſulatum proveheret, nihil non dicere ac polliceri cuiquam recuſans: ipſe ſæpenumero ſordidatus in concionem proceſſit, matremque ſimul & liberos pro ſe intercedentes ad populum produxit.

καsήρια ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐπὶ τοὺς ἱππέας μεβῆγε, φύρων καὶ ταράσσων πάνβα τὰ καθεσηκότα, ὅπως ἔκ γε τούτου ἀσφαλείας τινὸς ἐπιλάβηβαι. καὶ ὡς οὐδὲν οὐδὲ ἐνταῦθα αὐβῷ προεχώρει, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς ἦν, καὶ ἔμελλεν ἀπαλλαγεὶς αὐτῆς αὐβίκα τοῖς ἐχθροῖς ὑποβληθήσεβαι, ἐπεχείρησε καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος μεβὰ τοῦ ἀδελφοῦ δημαρχῆσαι, καὶ τὸν πενθερὸν ὕπαβον ἀποδεῖξαι, μηδὲν μήτ' εἰπεῖν, μήθ' ὑποχέβαι τισὶν ὀκνῶν. καὶ [126] πενθίμην ἐσθῆτα πολλάκις ἐνεδύετο, τήν τε μητέρα καὶ τὰ παιδία ἐς τὸ πλῆθος παρῆγε συνδεόμενα.

LXXXIX.

A.U.C.625 1. Fuit in P. Scipione Africano major gloriæ cupido quam par eſſet, aut quam tantæ virtutis virum deceret. Neque tamen ejus morte quisquam adverſæ partis lætatus eſt; ſed quanquam graviſſimum ſibi crederent fuiſſe, eundem nihilominus mortuum deſiderarunt. Nam & Reip. utilem videbant, & nihil ab eo ſibi mali imminere arbitrabantur. Eo autem viro de vivis ſublato, rurſus optimatum partes imminutæ ſunt, adeo ut auctoribus legum agrariarum omnem pene Italiam pervaſtare poſthac pronum fuerit.

Ὅτι Σκιπίων Ἀφρικανὸς φιλοτιμίᾳ πλείονι παρὰ τὸ προσῆκον τό τε ἁρμόζον τῇ ἄλλῃ αὐβοῦ ἀρετῇ ἐχρῆτο. οὐκοῦν οὐδὲ τῶν ἀνβισασιασῶν τις αὐβῷ [127] θανόντι ἐφήθη· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι, καίπερ βαρύταβον αὐβὸν σφίσι νομίζονβες εἶναι, ἐπόθησαν. χρήσιμόν τε γὰρ πρὸς τὰ κοινὰ ἐώρων, καὶ δεινὸν οὐδὲν οὐδ' ἂν σφεῖς παθεῖν ἀπ' αὐτοῦ προσεδόκων. ὑπεξαιρεβέντος δὲ τούτου, πάντα αὖθις τὰ τῶν δυνατῶν ἠλαττώθη, ὥσε ἐπ' ἀδείας τοὺς γεωτόμους πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Ἰταλίαν πορθῆσαι.

2. Atque id maxime mihi videtur portendiſſe lapidum imber, qui paulo ante de cœlo in quædam fana inciderat, ac nonnullos homines necaverat; tum & lacrymæ illæ ſimulacri Apollinis. Flevit enim illud, imo flevit per tres dies, ideoque id ipſum concidi atque in mare abjici ex reſponſo haruſpicum Senatus decrevit.

Καί μοι ἐς τοῦτο ὅτι μάλισα ἀποσκῆψαι δοκεῖ τό τε πλῆθος τῶν λίβων, τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατενεχβέντων καὶ ἐς ναούς γέ τινας ἐμπεσόντων, καὶ ἀνβρώπους ἀποκτεινάντων, καὶ τὰ δάκρυα τοῦ Ἀπόλλωνος. ἔκλαυσε γὰρ, [128] ἔκλαυσεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, ὥσε τοὺς Ῥωμαίους κατακόψαι τε τὸ βρέτας, καὶ καταποντῶσαι ἐκ συμβουλῆς μάντεων ψηφισθῆναι.

XC.

1. C. Gracchus eandem in Republica, quam Tiberius frater, ſententiam eſt ſecutus; niſi quod hic quidem a virtute ad ambitioſas contentiones, inde ad nequitiam quaſi æſtu quodam fuerat abreptus; Cajus vero a natura factioſus, ſponte peſſima quæque agebat, ceterum longe paratior fratre ad dicendum erat, ideoque & malitia in excogitando, & audacia atque inſolentia ubique majore

Ὅτι ὁ Γράκχος τὴν μὲν γνώμην ὁμοίαν τῷ ἀδελφῷ εἶχεν, πλὴν καθόσον ἐκεῖνος μὲν ἀπ' ἀρεβῆς ἐς φιλοβιμίαν, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐς κακίαν ἐξώκειλεν, οὗτος δὲ ταραχώδης τε φύσει ἦν καὶ [129] ἐκὼν ἐπονηρεύεβο. τῇ δὲ δὴ παρασκευῇ τῶν λόγων πολὺ αὐβοῦ προέφερε. καὶ διὰ ταῦτα ταῖς τε ἐπινοίαις κακοβροπωβέραις, καὶ ταῖς τόλμαις προχειροβέραις, καὶ τῇ τε αὐθαδείᾳ πλείονι πρὸς πάνβα ὁμοίως ἐχρῆτο.

γεωργίας ἀφορμὴν '- - τούς τε χρόνους τῶν στρατειῶν ἀφαιρῶν, καὶ δικάζειν ἐπικαλεῖσθαι τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν δικασῶν· καὶ τοῖς κρίνουσι τότε συγκληβικοῖς ὄυσι καλαμιγνὺς ἐκ τῶν ἱππέων τὸν ἴσον ἀριθμόν. *Hic mox Tiberius ambitioſe ad populum promulgavit legem, ut pecunia Regis* (Attali, Pergameni, qui populum Rom. heredem ſcripſerat) *advecta ſortitis agrum civibus ad inſtrumenta & ſubſidia agri colendi præberetur. - - Annos ſtipendiorum contraxit, & provocationem a judicibus conceſſit ad populum: obtinentibus etiam id temporis judicia ſenatoribus parem numerum ex equeſtri ordine affudit.* vid. *Plutarchum* p. 830. F. 832. A. B. *Aurelium Vict.* de V. I. 64. *Oroſium* V. 8.

§ 126. (l. 94.) πενβίμην ἐσθῆτα] Vide *Plutarchum* in Gracchis p. 830. E. *Appianum* Civil. I. p. 358. D. De cæde Gracchi ſubſecuta per Saturejum Collegam & L. Rufum duce Scipione Naſica, conf. præter laudatos, *Florum* III. 14. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 64. 6. *Vellejum* II. 3. Gracchum jure cæſum videri pronunciavit Scipio apud *Aurelium Vict.* cap. 58. eaque communis fuit ſententia optimatum, ut colligas ex *Cicerone* lib. II. de offic. cap. 43.

§ 127. (l. 100.) θανόντι ἐφήθη] Scipio Æmilianus poſtquam ſe agrariis, C. Graccho, Fulvio Flacco & C. Carboni oppoſuiſſet, domi repente exanimis inventus eſt. vid. *Aurelium Vict.* cap. 58. *Vellejum* II. 4. quem interemtum a factione Gracchana, ſuſpicio fuit, ut refert *Plutarchus* p. 839. C. *Appian.* lib. I. Civil. p. 361. D. *Oroſius* V. 10.

§ 128. (l. 12.) ἔκλαυσεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας] Ejus prodigii meminit *Julius Obſequens*, C. Claudio, M. Perperna Coſſ. anno U. 623. (cap. 87.) *Apollinis ſimulacrum lacrymavit per quatriduum. Vates portenderunt, Græciæ fore exitium unde deductum eſſet.* Sequenti vero anno mortuus eſt P. Scipio Africanus. VALES.

§ 129. (l. 23.) ἐκὼν ἐπονηρεύετο] Aliter de Cajo ſentiendum cenſet *Plutarchus* in Gracchis pag. 835. C. καίτοι κρείββω δόξα πολλὴ, τοῦτον ἄκρατον γενέσθαι δημαγωγὸν καὶ πολὺ τοῦ Τιβερίου λαμπρότερον πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν ὄχλων δόξαν. οὐκ ἔχει δὲ οὕτω τὸ ἀληθές· ἀλλ' ἔοικεν ὑπ' ἀνάγκης τινὸς μᾶλλον δοῦλος ἢ προαιρέσεως ἐμπεσεῖν εἰς τὴν πολιτείαν. *Obtinet quidem frequens fama, impotentem eum populi ducem, & longe Tiberio ad auram popularem captandam fuiſſe acriorem; verum non ita ſe res habet, immo apparet, invitum potius hunc incidiſſe in reip. tractationem, quam conſilio.* Acrem in dicendo fuiſſe & hanc facultatem male collocaſſe *Cicero* teſtatur de Aruſp. reſp. 41. *T. Gracchum ſecutus eſt C. Gracchus, quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque eſſe converſa.* Taceo alia multa Ciceronis loca, quæ & virtutes ingenii ejus & malam ſimul mentem produnt; cui præſertim argumento ſunt matris ejus *Corneliæ* epiſtolæ duæ, quibus eum a petendo Tribunatu & a miſcenda ac peturbanda republica omni modo dehortatur. Habemus eas cum a Schotto

το. πρῶτός τε ἐν τοῖς συλλόγοις μεταξὺ δημηγορι-
ῶν ἐβάδιζε, καὶ τὸν [130] βραχίονα πρῶτος ἀπε-
γύμνωσεν, ὥστε μηδέτερον κακὸν αὐτῶν ἐξ ἐκείνου
νομισθῆναι. καὶ ἐπειδή γε πολλῇ μὲν πυκνότητι
ἐνθυμημάτων, πολλῇ δὲ καὶ σφοδρότητι ὀνομάτων
ἐπίπαν ἐδημηγόρει, καὶ ἐκ τούτου οὔτε καθέχειν
ῥᾳδίως ἑαυτὸν ἐδύνατο, καὶ ἐπειδὴ πολλάκις ἐς ἃ
οὐκ ἤθελεν εἰπεῖν ἐξεφέρετο, αὐλητὴν ἐπήγετο. καὶ
παρ' ἐκείνου ὑπαυλοῦντός οἱ ἐρυθμίζετο καὶ ἐμετρί-
αζεν, ἢ καὶ εἴ πη καὶ ὡς ἐξέπιπτεν καθίστατο.

majore utebatur, primusque inter concionandum ambulare, & brachium nudare instituit, adeo ut oneutrum ex eo tempore pudori fuerit. Idem, cum & argumentorum copia, & verborum vehementia in dicendo uteretur maxima, atque idcirco vix se ipse continere posset, quin sæpissime ad ea quæ minime dicta vellet abriperetur invitus, tibicinem deducere secum solebat, eoque occinente sibi, componebat se ad moderationem, aut si vel sic longius esset abreptus, se reprimebat.

Τοιοῦτος οὖν δή τις ὢν τῇ τε πολιτείᾳ ἐπέθε-
το. καὶ οὐδὲν ἀπώμοτον οὔτ' εἰπεῖν οὔτε πρᾶξαι
προσποιούμενος, μέγιστος δὴ ἐλαχίστου παρά τε τῷ
ὁμίλῳ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐγένετο. τό τε γενναῖον
καὶ τὸ βουλεῦον πᾶν, [131] εἰ ἐπὶ πλεῖον ᾱ ἐβε-
βιώκει. * νῦν δ' ὑπὸ τῆς πολλῆς δυνασείας ἐπί-
φθονος καὶ τοῖς σασιώταις γενόμενος, ταῖς ἑαυτοῦ
τέχναις ἐσφάλη.

2. Hujusmodi præditus ingenio Cajus ad perturbandam Remp. accessit. Cumque se nihil præter fas aut dicere aut agere simularet, brevi apud plebem & equestrem ordinem maximam auctoritatem obtinuit; ac si diutius mansisset in vivis, nobilitatem & Senatum omnem penitus oppressisset. Sed cum præ nimia dominandi libi- A.U.C.633
dine etiam factionis suæ hominibus invisus esse cœpisset, suis ipse artibus periit.

XCI.

Ὅτι αἱ ἱέρειαι τὸ πλεῖσον αὐταὶ τοῦ τε ὀλέθρου
καὶ τῆς αἰσχύνης ὤφλον, συχνοῖς δὲ δὴ καὶ ἄλλοις
μεγάλων κακῶν αἰτίαι ἐγένοντο. ἥ τε πόλις ἅπα-
σα ἀπ' αὐτῶν ἐταράχθη. ἐκλογιζόμενοι γὰρ ὅτι
τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου ἄχραντα, καὶ τὰ ὑπὸ τῆς
θρησκείας ἅγια, ἔκ τε τοῦ [ς] Φόβου τῆς τιμω-
ρίας κόσμια, ἐλυμάνθη, οὐδὲν ὅ τι οὐχ ὑπερόπουν
τῶν αἰσχίστων καὶ ἀνοσιωτάτων δύναθαι γενέθαι.
καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς κολάσεις οὐ μόνων τῶν
ἐλεγχθέντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν αἰ-
τιαθέντων, μίσει τοῦ συμβεβηκότος, ἐποιήσαντο.
ὅθεν οὐκ ἐκ γυναικείας αἰτίας ἀλγεῖν, ἀλλ' ἐκ
δαιμονίας τινὸς ὀργῆς σύμπαντα κατ' αὐτὰς συμ-
βῆναι ἔδοξεν.

Virgines Vestales ipsæ quidem maximam sui A.U.C.640
mali ac dedecoris partem tulere, sed tamen alios quoque plurimos in gravissima conjecerunt incommoda, & universam civitatem perturbaverunt. Nam cum reputarent Romani, ea sacra esse violata, quæ & intemerata legibus, & religione sancta, & pœnarum metu casta esse debebant, nullum porro facinus tam turpe tamque impurum esse censuerunt quod non licenter admitteretur. Itaque præ odio admissi facinoris non modo de convictis, sed & omnibus qui delati erant, supplicium sumtum; adeo ut non tam muliebri flagitio commoveri, quam ira divina perciti hac in more agere viderentur.

XCII.

Ὅτι τρεῖς ἅμα [132] ἠνδρώθησαν καὶ αὐτῶν Μαρ-
κία μὲν [τ] αὐτή τε καθ' αὑτὴν καὶ πρὸς ἕνα τινὰ ἱπ-
πέα ἠχύνθη. κἂν διέλαθεν, εἰ μήπερ ἡ ζήτησις
ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ πλεῖον ἀρθεῖσα καὶ ἐκείνην προσ-
κατέλαβεν. Αἰμιλία δὲ καὶ Λικιννία πλῆθος ἐρα-
σῶν ἔσχον, καὶ δι' ἀλλήλων ὑβρίζοντο. τὸ μὲν
γὰρ

1. Tres autem virgines Vestales simul probrum fecerant, quarum Marcia quidem seorsim cum uno equite Romano rem habuerat, ac fortassis latere potuisset, nisi quæstio de aliis instituta, latiusque evagata, eam quoque involvisset. Aemilia vero ac Licinia multos habebant amatores

629

[ᾱ] ἐβεβιώκει, excudit Valesius. vid. § 131.

[τ] Φόβου. MS. Φθόνου. in sequenti fragm. αὐτὴ posui pro τῇ.

Schotto editas, tum repetitas in *Pighii* Annal. T. III. p. 44. Confer & de eo *Orosium* V. 12.

§ 130. (l. 29.) βραχίονα πρῶτος ἀπεγύμνωσε] Idem scribit *Plutarchus* in Gracchis (p. 824 F.) τῶν Ῥωμαίων πρῶτον ἐπὶ τοῦ βήματος περιπάτῳ τε χρήσασθαι καὶ περισπάσαι τὴν τήβεννον ἐξ ὤμου. καθὰ περὶ Κλέωνος τοῦ Ἀθηναίου ἱστοροῦσι περισπάσαι τε τὴν περιβολὴν, καὶ τὸν μηρὸν ἀλοῆσαι πρῶτον τῶν δημαγωγούντων. (lege, δημηγορούντων.) Post Cleonem Athenis oratores omnes exerta manu perorare solitos, docet *Aeschines* in Orat. contra Timarchum, cum antea is habitus immodestior existimaretur. Veteres quoque Romani inter orandum brachium veste continebant, ut docet *Quintilianus* lib. XI. (cap 3.) VALES.

De immodestia exserendi manum coram regibus agit Celeb. *Jac. Elsnerus* in Schediasmate Critico p. 28. sqq.

§ 131. (l. 42.) ἃ ἐπὶ πλεῖον ἐβεβιώκει] Ita scribendum esse video, pro edito ἐβεβαιώκει, quia Valesius interpretatur, *si diutius mansisset in vivis* & est phrasis Dioni familiaris. Alterum vero ἐβεβαιώκει grammatice potius sonaret ἐβεβεβαιώκει, & requireret additum quiddam v. g. ἰσχύν. Sed vel sic manca est oratio, nihilque est in Græco, quod respondeat latinis, *penitus oppressisset*. Unde typographi vitio aliquid omissum suspicor, qualia peccata plura in Valesii editione mihi videor observasse. Ceterum dubitari posset, an senatum & nobilitatem evertere Gracchus potuisset, vita longius prorogata. Nam Caji auctoritas jam ab aliquo tempore labefactata erat, quia senatus novo artificio per Livium Drusum, Caji collegam, blandimentis & obsequiis erga populum cum Cajo certare cœperat, ἀντιδημαγωγοῦσα καὶ χαριζομένη, ut ait *Plutarchus* p. 838. C. cum Drusus ubique, se leges has populares ex senatus sententia ferre ostenderet. Quæ res placavit populum & Caji potentiam fregit: ἤδη τρόπον τινὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μαραινομένης καὶ τοῦ δήμου μεταβαλόντος τῶν τοιούτων πολιτευμάτων, διὰ τὸ πολλοὺς τοὺς πρὸς χάριν δημαγωγοῦντας εἶναι, καὶ τὴν βουλὴν ὑπάκουαν ἔχοντας, verba sunt *Plutarchi* p. 839. E. Gracchus quidem, ut *Appianus* auctor est Civil. I. p. 363. A. ipse dixisse fertur perlata lege, ὅτι αὖθρόως τὴν βουλὴν καθῃρήκαι, *actum jam de senatus potentia*. Sed ut *Plutarchus* scribit p. 837. C. ἡ βουλὴ δείσασα μὴ παντάπασιν ἄμαχος γένηται, καινὴν καὶ ἀσυνήθη πεῖραν ἐπῆγε τοῖς πολλοῖς ἀποστροπῆς, *senatus veritas, ne prorsus fieret insuperabilis, viam ad multitudinem avertendam molitus est novam & insolitam*; nempe qua Gracchus ταῖς ἑαυτοῦ τέχναις ἐσφάλη. Motus & mortem Gracchi persequitur *Vellejus* II. 6. sq.

§ 132. (l. 61.) ἠνδρώθησαν] Vox est familiaris Dioni. *Suidas*, ἠνδρώθησαν. ἀνδράσιν ὡμίλησαν. ἄντως Δίων πολλάκις ἐχρήσατο. De hoc autem stupro virginum Vestalium præter *Plutarchum* cap. 83. Quæst. Rom. (p. 284. B.) ita *Orosius* in lib. V.

tores & promiſcue ſtuprum admittebant. Nam principio quidem cum paucis aliquot privatim & clanculum, quaſi cum ſolis, coibant. Deinde vero & ipſæ, quoscunque vel ſuſpicari vel indicare rem poſſe arbitrabantur, ad ſilentii neceſſitatem, commercio ſtupri tanquam auctoramento obligabant; & illi ipſi, qui antea a virginibus lecti erant amatores, id patienter ferebant ſcientes, ne indignatione ipſi ſua detegerentur. Adeo ut & cum ſingulis & cum pluribus, nunc privatim, nunc promiſcue concumberent; & Licinia quidem cum fratre Aemiliæ, Aemilia vero cum fratre Liciniæ conſuetudinem ſtupri haberent.

γὰρ πρῶτον ὀλίσοις τισὶν ἰδίᾳ καὶ δι ἀπορρήτων ὡς καὶ μόνῳ ἑκάστῳ συνεγίνοντο· ἔπειτα αὐταί τε πάντα τὸν καὶ ὑποπτεῦσαι μηνύσαι τέ τι δυνάμενον ἐς σιωπὴν ἀναγκαίαν μισθῷ τῆς ὁμιλίας προκατελάμβανον. καὶ οἱ προδιειλεγμένοι σφίσι ταῦθ' ὁρῶντες ἔφερον, ἵνα μὴ καταφωροι τῇ ἀγανακτήσει γένωνται. ὥστε καὶ καθ' ἕνα καὶ κατὰ πολλοὺς, τοῦτο μὲν ἰδίᾳ, τοῦτο δὲ καὶ κοινῇ, τοῖς τε ἄλλοις ὁμιλεῖν, καὶ τῷ μὲν τῆς Ἀιμιλίας ἀδελφῷ τὴν Λικιννίαν, τῷ δὲ ταύτης τὴν Ἀιμιλίαν συνεῖναι.

2. Atque id flagitium, tametſi jam diu perageretur, conſciis plurimis viris ac mulieribus, ingenuis ac ſervis, nihilominus diutiſſime latuit: donec a Manio quodam, qui primus ejus flagitii adminiſter & ſocius fuerat, indicatum eſt, quoniam nec libertate, nec ceteris quæ ſperaverat præmiis donatus fuiſſet. Et erat ſane non modo ad compellandum homines, (vel ad lenocinia) ſed etiam ad calumnias rixasque conſerendas aptiſſimus.

Καὶ ταῦτα μὲν οὖν γιγνόμενα ἐπὶ πλεῖσον ἔλαθεν. καὶ πολλῶν μὲν ἀνδρῶν, πολλῶν δὲ καὶ γυναικῶν, καὶ ἐλευθέρων, καὶ δούλων συγγιγνωσκόντων, ὅμως ὅπως ἐπὶ μακρότατον ἔλαθε· πρίν δή Μάνιός τις, ὅσπερ που καὶ τοῦ παντὸς κακοῦ πρῶτος καὶ ὑπηρέτης καὶ συνεργὸς ἐγένετο, καταμήνυσεν αὐτὸ, ὅτι μήτε ἐλευθερίας, μήτ' ἄλλου μηδενὸς ὧν ἤλπισεν ἔτυχε. Καὶ ἦν γὰρ οὐ [a] προσαγορεῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ διαβαλεῖν συγκρῦσαί τέ τινας δεινότατος.

XCIII.

A.U.C.642 Et hæc quidem ipſa per ſe maximam gloriam M. Druſo afferebant: ſed & comparata cum C. Catonis clade, præſertim quod magna æquitate apud milites uteretur Druſus, præclarius etiam quam pro veritate geſta eſſe viſa ſunt, & majorem quam pro re ipſa laudem ei pepererunt.

Ὅτι τῷ [133] Μάρκῳ Δρούσῳ ἦν μέν που καθ' αὑτὰ ταῦτα δόξαν ἀγαθῷ φέροντα. πρὸς δὲ δὴ τὴν τοῦ Κάτωνος συμφορὰν, καὶ ὅτι καὶ ἐπιεικείᾳ πολλῇ πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐχρήσατο, τήν τε κατόρθωσιν ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας πεποιῆσθαι ἔδοξε, καὶ εὐκλειαν μείζω τῶν ἔργων ἐκτήσατο.

XCIV.

A.U.C.646 Vir erat Marius ſeditioſi ac turbulenti ingenii, & plebejorum omnium, a quibus & ipſe genus ducebat, perquam ſtudioſus, omnibus nobilibus infeſtiſſimus. Dicere enim ac polliceri quidlibet, mentiri atque etiam pejerare, ubi utilitatem aliquam ſperaret, numquam dubitabat. Jam calumniari optimum quemque, aut peſſimum laudare, ludus illi ac jocus erat. Neque mirari decet, ejusmodi viri maleficia tam diu latuiſſe: ſiquidem artificioſa quadam induſtria, ac fortuna, qua ab initio ſecundiſſima ubique uſus eſt, virtutis adeo famam ſibi comparavit.

Ὅτι ὁ Μάριος ἦν μὲν γὰρ [134] καὶ [b] τηνάλλως καὶ σασιώδης καὶ ταραχώδης, καὶ παντὸς μὲν τοῦ συρφετώδους, [135] ἀφ' ὑπερ καὶ ἐπεφύκει, φίλος, παντὸς δὲ τοῦ γενναίου καθαιρέτης. καὶ γὰρ εἰπεῖν τι καὶ ὑποχέσθαι καὶ ψεύσασθαι καὶ ἐπιορκῆσαι, ἐν ᾧ πλεονεκτήσειν ἤλπιζεν, ἑτοιμότατα ἐτόλμα. τό τε συκοφαντῆσαί τινα τῶν ἀρίστων, καὶ τὸ ἐπαινέσαι ἄν τῶν κακίστων ἐν παιδιᾷ ἐτίθετο. καί μοι μηδεὶς θαυμάσῃ εἰ τοιοῦτός τις ὢν ἐπὶ πλεῖστον ἔλαθεν ἐφ' οἷς ἐκακούργει. ἔκ τε γὰρ τῆς περιτεχνήσεως καὶ ἐκ τῆς τύχης, ἣ παρέπαιν τὰ πρῶτα ἀγαθῇ ἐχρήσατο, καὶ ἀρετῆς δόξαν ἐκτήσατο.

XCV.

[a] προσαγορεῦσαι. forte, προαγωγεῦσαι, Valeſ.

[b] τηνάλλως. vide notam Valeſii, § 134.

lib. V. cap. 15. *L. Veturius eques Rom. Aemiliam virginem Veſt. furtivo ſtupro polluit, duas præterea virgines Veſt. eadem Aemilia ad participationem inceſti ſollicitatas, contubernalibus ſui corruptoris expoſuit. Indicio per ſervum facto ſupplicium de omnibus ſumtum eſt.* Sed Oroſius poſt Jugurthinum bellum id commemorat, cum triennio ante contigerit, M'. Acilio & C. Porcio Catone Coſſ. ut tradit *Julius Obſequens* (cap. 97.) firmatque *Livii Epitome* 63. De hoc judicio illuſtria ſunt quæ notat *Aſconius* in Milonianam (cap. 12.) *Ob quam ſeveritatem quo tempore Sex. Peducæus Trib. pleb. criminatus eſt L. Metellum Pont. Max. totumque collegium Pontificum male judicaſſe de inceſtu virginum Veſtalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, abſolverat autem duas, Marciam & Liciniam, populus L. Caſſium creavit, qui de iisdem virginibus quæreret. Isque & utrasque eas, & præterea complures alios nimia, ut exiſtimabatur, aſperitate uſus damnavit.* Addit Obſequens, ædem Veneri Verticordiæ factam eſſe. Pro Licinia dixit L. Licinius Craſſus celebris ille Orator, annos tum XXVII. natus, ut ait *Cicero* in Bruto. (cap. 43.)

VALES.

§ 133. (l. 90) Μάρκῳ Δρούσῳ] M. Druſus Conſul anno U. 641. adverſus Scordiſcos bene rem geſſit, contra quos C. Cato, qui conſul ante biennium fuerat, minus proſpere pugnaverat, ut eſt in *Epitome* 63. *Titi Livii.* VALES.

§ 134. (l. 96.) καὶ τὴν ἄλλως] Mendum hic ſubeſſe perſpicuum eſt. Nam quod edidimus conjunctim τηνάλλως, non ſatisfacit, prorſusque legendum videtur, ἦν γὰρ ἄλλως καὶ &c. VALES.

§ 135. (l. 98.) ἀφ' ὑπερ καὶ ἐπεφύκει] Vide hanc in rem *Plutarchum* in Mario p. 407. A. & *Salluſtium* Jugurth. LXIII. 2. aliorumque loca ibi congeſta ab eruditiſſimo *Cortio*.

§ 136. (l. 13.) ὅι γὰρ πολλοὶ] *Salluſtius* Jugurth. LXV. 5. *Sic illi a multis mortalibus honeſtiſſima ſuffragatione conſulatus petebatur. Simul ea tempeſtate plebes, nobilitate fuſa per legem Maniliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.* Vide eundem cap. LXXIII. 4.

XCV.

Ὅτι τὸν Μέτελλον καὶ δι' ἐκεῖνο ῥᾷον διαβαλεῖν ὁ Μάριος ἠδυνήθη, ὅτι ὁ μὲν ἔν τε τοῖς εὐπατρίδαις ἐξητάζετο, καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἄριστα διεχείριζεν, αὐτὸς δὲ ἐξ ἀφανεστάτου καὶ ἀδηλοτάτου ἐς τὸ μέσον παριέναι ἤρχετο. ([136] οἱ γὰρ πολλοὶ ἑτοίμως τὸν μὲν ὑπὸ τοῦ φθόνου καθήρουν, τὸν δὲ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας ἤυξουν) καὶ μάλιθ' ὅτι ἐλογοποιήθη, τὸν Μέτελλον παριεμένῳ τότε πρὸς τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ Μαρίῳ εἰπεῖν, ὅτι ἀσπαῖν ὀφείλεις [137] ἂν μετὰ τοῦ υἱέος μου (μειράκιον δὲ ἐκεῖνο ἦν) ὑπατεύσεις.

Ceterum Mario vel propterea facile fuit Metellum calumniari, quod Metellus ſtirpe patricia ortus belli gerendi artibus præſtabat; ipſe vero genere admodum obſcuro atque ignobili recens emergere in lucem cœperat. Plerique enim præ invidia proni jam erant ad Metellum deprimendum, Marium vero ob promiſſa evehendum; maxime cum fama eſſet, Mario tum ad comitia proficiſcenti Metellum dixiſſe: " ſi una cum filio " meo, (is tum admodum adoleſcens erat) " Conſulatum adeptus fueris, ſatis habeto. "

XCVI.

Ὅτι τῷ Μ[ε]έλλῳ [138] ἤχθετο ὁ [c] Γάυδας, ὅτι μήτε τοὺς αὐτομόλους, μήτε φρουρὰν στρατιωτῶν Ῥωμαίων αἰτήσας παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν, ἢ καὶ ὅτι ἐγγὺς αὐτοῦ οὐκ ἐκαθέζετο· ὅπερ ὡς πολήθει τοῖς τε βασιλεῦσι, καὶ τοῖς δυνάσαις παρὰ τῶν ὑπάτων ἐδίδοτο.

Infenſus erat Metello Gauda, partim quod neque transfugas, neque præſidium militum Romanorum, petens ab eo, impetraverat; partim quod juxta Metellum ſedere erat prohibitus, qui honos Regibus fere ac Dynaſtis haberi a Conſulibus ſolebat.

XCVII.

Ὅτι [139] Τόλοσσαν πρότερον μὲν ἔνσπονδον οὖσαν τοῖς Ῥωμαίοις, στασιάσασαν δὲ πρὸς τὰς τῶν Κίμβρων ἐλπίδας, ὡς καὶ τοὺς φρουροὺς δεθῆναι, προκαλέσχον νυκτὸς ἐξαπίνης ὑπὸ τῶν ἐπιηδείων ἐσαχθέντες, καὶ τὰ ἱερὰ διήρπασαν, καὶ ἄλλα χωρὶς χρήματα πολλὰ ἔλαβον· τὸ γὰρ χωρίον ἄλλως τε παλαιόπλουτον ἦν, καὶ τὰ ἀναθήματα ἅ ποτε οἱ Γαλάται οἱ μετὰ Βρέννου στρατεύσαντες ἐκ τῶν Δελφῶν ἐσύλησαν εἶχεν. [140] οὐ μέν τοι ἀξιόλογόν τι ἀπ' αὐτῶν τοῖς οἴκοι Ῥωμαίοις περιεγένετο, ἀλλ' αὐτοὶ ἐκεῖνοι τὰ πλείω ἐσφερίσαντο. καὶ ἐπὶ τούτῳ συχνοὶ εὐθύνθησαν.

Cum Toloſates, qui antea in fide Romanorum fuerant, pollicitationibus Cimbrorum inducti, ſeditione concitata, milites Romanorum præſidiarios in vincula conjeciſſent, noctu repente introducti ab amicis Romani urbem occuparunt, fana diripuerunt, aliaque innumerabili pecunia ſunt potiti. Quippe ea civitas jam inde ab antiquis temporibus opulentiſſima, & donariis, quæ olim Galli duce Brenno in Græciam profecti e Delphico templo abſtulerant, ornata erat. Neque tamen magnum inde lucrum ærario acceſſit, ſed pleraque a diripientibus interverſa ſunt: quare poſtmodum multi peculatus ſunt damnati. A.U.C.648

XCVIII.

Ὅτι ὁ Σερβίλιος ὑπὸ τοῦ πρὸς τὸν συνάρχοντα φθόνου [141] τὰ μὲν ἄλλα ἐξ ἴσου οἱ ἐπετέτραπτο, τῷ δὲ δὴ ἀξιώματι οἷα ὑπατεύοντος αὐτοῦ ἠλαττοῦτο. πολλῶν δὲ κακῶν αἴτιος τῷ στρατεύματι ἐγέ-
633 νετο. καὶ μετὰ θάναλον Σκαύρου τὸν Σερβίλιον μετεπέμψατο. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο τὴν ἑαυτοῦ ἑκάτερον δεῖν φυλάττειν. εἶτα ἐλπίσας τὸν Μάλλιον καθ' ἑαυτόν τι κατορθώσειν, ἐφθόνησεν αὐτῷ μὴ μόνος εὐδοκιμήσῃ.

1. Q. Servilius Cæpio, cum imperio quidem par, dignitate vero inferior eſſet Cn. Mallio, utpote Conſule, præ invidia atque æmulatione ingentium malorum auctor fuit exercitui Romano. Nam cum Mallius poſt cædem Aemilii Scauri eum ad ſe vocaſſet, principio quidem reſpondit, ſuam quemque provinciam tueri debere: veritus deinde, ne Mallius rem per ſe ipſe proſpere gereret, hanc ei gloriam invidit. A.U.C.649

Καὶ 2. Pro-

[c] Μάριος. ita MS. & Valeſ. ipſe ſcribendum eſſe vidit Γάυδας, quod recepi.

§ 137. (l. 18.) ἂν μετὰ τοῦ υἱέος μου ὑπατεύσεις] *Salluſtius* Jugurth. cap. LXIV. 3. *poſtea* (Metellus) *ſæpius eadem poſtulanti* (Mario, nempe miſſionem, petendi Conſulatus gratia) *fertur dixiſſe, ne feſtinaret abire, ſatis mature illum cum filio ſuo conſulatum petiturum. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter XX, quæ res Marium, cum pro honore quem adfectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat.* Eadem *Plutarchus* Mario, p. 409. E.

§ 138. (l. 20.) ἤχθετο ὁ Μάριος] Error eſt compilatoris. Neque enim hæc de Mario dicebat Dio, ſed de Gauda Maſtanabalis filio, Maſiniſſæ nepote, ut auctor eſt *Salluſtius* in Jugurthino (cap. LXV. init.) VALES.

§ 139. (l. 26.) Τόλοσσαν] Notum proverbio eſt aurum Toloſanum, quod Q. Cæpio capta Toloſa diripuit, ut narrat *Gellius* lib. III. (cap. 9.) *Juſtinus* lib. XXXII. (cap. 3.) aliique. Id contigit anno urbis 647. Q. Cæpione & Atilio Serrano Coſſ. VALES.

Conf. *Strab.* IV. p. 188. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 73.

§ 140. (l. 34.) οὐ μέντοι ἀξιόλογόν τι] *Aurelius Vict.* cap. 73. *Saturninus aurum dolo an ſcelere Cæpionis partum ad emtionem agrorum convertit.* Fuiſſe omnino argenti direpti pondo centum decem millia, auri pondo quinquies decies centum millia, Juſtinus auctor eſt.

§ 141. (l. 41.) τὰ μὲν ἄλλα ἐξ ἴσου] Nam Q. Servilio Cæpioni prorogatum erat imperium, & Mallio Conſuli Gallia Narbonenſis tributa, ut duo conſulares exercitus ingruentibus Cimbris, Teutonis, Tigurinis aliisque Gallorum gentibus obſiſterent. Provinciæ imperatorum Rhodano flumine intermedio dividebantur. Vide *Juſtinum* XXXII. 3. *Florum* III. 3. *Salluſtium* Jug. cap. 114. *Taciti* Germaniam cap. 37. *Epitomen Livii* 67. *Oroſium* V. 16. *Valerium Max.* IV. 7. 3. *Plutarchum* Mario p. 416. B. & 569. A. ubi male editus: ὑπὸ Σκιπίωνι, pro Καιπίωνι. Vide ſimilem errorem librarii, ſupra, num. LXV.

2. Proinde caſtra quidem ad Conſulem movit, ſed neque exercitum iisdem cum eo caſtris conjungere, neque ullum conſilium communicare ſuſtinuit. Verum ut prior ipſe decertaret cum Cimbris, & gloriam confecti belli integram referret, media inter Mallium ac Cimbros caſtra poſuit. Ac primo quidem, nondum comperta diſſensione ducum, formido tanta Cimbris injecta eſt, ut pacem ultro poſtularent. Sed cum caduceatorem ad Mallium Conſulem miſiſſent, Servilius indignari cœpit, quod non ad ſe potius legatio miſſa eſſet. Itaque nec benignum de pace responſum dedit, legatosque tantum non interfecit.

Καὶ ἦλθε μὲν πρὸς αὐτὸν, οὔτε δὲ ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ ἠυλίσατο, οὔτε τι βούλευμα κοινὸν ἐποιήσατο. ἀλλ' ὡς καὶ πρότερος αὐτοῦ τοῖς Κίμβροις συμμίξων, τήν τε δόξαν τοῦ πολέμου πᾶσαν ἀποισόμενος ἐν μέσῳ ἱδρύθη. καὶ τὸ μὲν πρῶτον [d] Φοβεροὶ καὶ ὡς τοῖς πολεμίοις, μέχρι οὗ ἡ διαφορὰ αὐτῶν ἐλάνθανεν, ἐγίγνοντο, ὡς καὶ ἐς ἐπιθυμίαν σπονδῶν αὐτοὺς προαγαγεῖν. ὡς δὲ πρὸς Μάλλιον ὑπατεύοντα διεκηρυκεύσαντο, ὁ Σερουίλιος ἠγανάκτησεν, ὅτι μὴ πρὸς ἑαυτὸν ἐπρεσβεύσαντο· καὶ οὔτε τι συμβατικὸν ἀπεκρίνατο, ὀλίγου τε καὶ τοὺς πρεσβευτὰς διέφθειρεν.

XCIX.

Tandem vero milites Servilium coegerunt, ut cum Mallio caſtra conjungeret, & in commune conſuleret. Sed tantum abeſt, ut conſenſerint inter ſe, ut acriori potius quam antea odio ex eo congreſſu exarſerint. Nam ad contentiones & convicia delapſi, turpiter e concilio diſceſſere.

Ὅτι οἱ στρατιῶται τὸν Σερουίλιον ἠνάγκασαν πρὸς Μάλλιον ἐλθεῖν, καὶ μετ' αὐτοῦ βουλεύσασθαι περὶ τῶν παρόντων. τοσούτου δὲ ὁμοφρονῆσαι ἐδέησαν, ὥστε καὶ ἐχθίους ἢ πρόσθεν ἦσαν ἐκ τῆς συνουσίας ἐγένοντο. ἔς τε γὰρ φιλονεικίαν καὶ λοιδορίας προσαχθέντες, αἰσχρῶς διελύθησαν.

C.

A.U.C.650 Cn. Domitius cum M. Scaurum vocaſſet in judicium, Scaurique ſervus ad eum veniens, multa eademque gravia in dominum crimina delaturum ſe eſſe promitteret, non tamen ei aurem commodavit, ſed comprehenſum protinus Scauro tradidit.

Ὅτι [142] Γναῖος Δομίτιος δίκην τῷ Σκάυρῳ λαχὼν, ἔπειτα ἐπειδὴ τῶν οἰκετῶν τις προσελθὼν αὐτῷ πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ τοῦ δεσπότου μηνύσειν ὑπέσχετο, οὐκ ἐπολυπραγμόνησε, καὶ προσέτι συλλαβὼν αὐτὸν παρέδωκε τῷ Σκάυρῳ.

CI.

1. P. Licinius Nerva, qui Prætor Siciliam adminiſtrabat, cum ſervos injuſte tractari intelligeret, aut certe lucrandi occaſionem quæreret, (nec enim continebat ſe a pecuniæ cupiditate) omnes, qui aliquid querelarum adverſus dominos haberent, propoſito edicto ad ſe venire juſſit, auxilium pollicitus. Itaque coitione facta plurimi adfuere ſervi, quorum alii ſe injuria affectos ajebant, alii alia heris objiciebant, opportunitatem ſibi oblatam rati, omnia quæ vellent ſine periculo impetrandi. Contra domini communi conſilio obſiſtebant ſervis, & nulla parte cedebant.

Ὅτι Πούπλιος [143] Λικίννιος Νερούας στρατηγῶν ἐν τῇ νήσῳ, καὶ μαθὼν ὅτι οὐκ ἐν δίκῃ τινὰ περὶ τοὺς δούλους γίγνοιτο, ἢ καὶ λημμάτων ἀφορμὰς ζητῶν (καὶ γὰρ ἦν οὐκ ἄδωρος) περιήγγειλεν ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἑαυτὸν πάντας τοὺς αἰτιωμένους τι τοὺς δεσπότας σφῶν, ὡς καὶ βοηθήσων αὐτοῖς. ἐξ οὖν τούτου καὶ ἐκείνων τε πολλοὶ συνισάμενοι, οἱ μὲν ἀδικεῖσθαί τι ἔλεγον, οἱ δὲ καὶ ἄλλο τι τοῖς δεσπόταις ἐνεκάλουν· νομίζοντες [e] καιρὸν εἰληφέναι τοῦ πάντα ὅσα ἐβούλοντο αὐτοὺς ἀναιμωτεὶ διαπράξασθαι. καὶ οἱ ἐλεύθεροι συμφρονήσαντες ἀνθίσαντο σφίσι, καὶ οὐδαμοῦ ἠφίεντο.

2. Quamobrem Licinius, utramque factionem veritus, ne forte ab iis qui cauſa cecidiſſent aliquid gravius patraretur, nullius ſervi querela admiſſa, omnes tanquam nulla injuria in poſterum afficiendos dimiſit, eo conſilio, ut diſſipati nullum excitare tumultum poſſent. Verum illi dominos metuentes, quod eos omnino accuſare auſi fuiſſent, conjuratione inter ſe facta, ad latrocinia converſi ſunt.

Φοβηθεὶς οὖν ὁ Λικίννιος τὴν σύστασιν αὐτῶν ἑκατέρων, μὴ καὶ μέγα τι δεινὸν ὑπὸ τῶν ἐλαττωθέντων γένηται, οὐδένα τῶν δούλων προσεδέξατο· ἀλλ' ἀπέπεμψεν αὐτοὺς ὡς μηδὲν κακὸν πεισομένους, ἢ μηδέν γ' ἔτι ταράξαι τῷ διασκεδασθῆναι δυνησομένους. οἱ δὲ δείσαντες τοὺς δεσπότας, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπικαλέσαί τι αὐτοῖς ἐτόλμησαν, συνεστράφησαν καὶ κοινολογησάμενοι πρὸς λῃστείας ἐτράποντο.

CII.

[d] Φοβεροὶ. MS. Φουπεροὶ. [e] καιρὸν deeſt in MS. additum a Valeſio.

§ 142. (l. 68.) Γναῖος Δομίτιος] Idem refert *Cicero* in Orat. pro Rege Dejotaro (cap. 31.) *Valerius Max.* lib. VI. (5, 5.) & *Aſconius* in Orat. pro Scauro. VALES.

§ 143. (l. 73.) Λικίννιος Νερούας] Aliter rem narrat *Diodorus Sic.* in Eclogis lib. XXXVI. p. 531. T. II. edit. novæ luculentæ Cl. Petri Weſſelingii. Nervam ſcilicet egiſſe ex SCto, *ne ingenuus ex P. R. ſociis in provincia ſervitutem ſerviret.* Quod SC. tunc factum erat, quoniam Rex Bithyniæ, auxilia mittere juſſus, ſe excuſaverat, eo quod plerique Bithyni, a publicanis in ſervitutem abſtracti, paſſim in provinciis attinerentur. Dicit tamen Diodorus, Nervam, ſeu pecuniis illectum, ſeu gratiam dominorum ambientem, cognitione iſta deſtitiſſe, & ſervos qui libertatem quærebant, iterum ad dominos amandaſſe.

§ 144. (l. 21.) ὅτι οἱ Μεσσήνιοι] Senſum hiulcum in verſione explevit Valeſius. Meminit hujus motus ſervilis *Appianus* Civ. I. p. 354. D. Oroſius V. 6. & 9. & uberius *Diodorus Sic.* in Eclogis lib. XXXIV. & XXXVI. p. 525. ſqq. ubi triplicem ſeditionem commemorat, primam ſub Euno Syro & Cleone Cilice, alteram ſub Oario quodam, tertiam ſub Salvio & mox ſub Athenione Cilice. *Oroſius* vero V. 6. docet, Meſſanam ſolam ab hoc motu immunem fuiſſe, ſervosque liberaliter habitos in pace continuiſſe.

CII.

Ὅτι τῶν βαρβάρων ἡττημένων, καὶ συχνῶν ἐν τῇ μάχῃ πεσόντων, ὀλίγοι διεσώθησαν. ἐφ' ᾧπερ ὁ Μάριος, τούτους παραμυθούμενός τε ἅμα καὶ ἀμειβόμενος, πᾶσαν αὐτοῖς τὴν λείαν ἐπευωνίσας ἀπέδοτο, ὅπως μηδὲν δόξῃ προῖκα κεχαρίσθαι. καὶ ἀπ' αὐτῶν ὁ Μάριος, καίπερ ἐν τῷ πλήθει μόνῳ πρότερον, ὅτι ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς ἦν, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτοῦ ἠυξημένος, εὖ φερόμενος, τότε καὶ τοὺς εὐπατρίδας ὑφ' ὧν ἐμισεῖτο ἐξενίκησεν, ὥστε πρὸς πάντων ὁμοίως καὶ ἐπαινεῖσθαι. τήν τε ἀρχὴν καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος, ὅπως καὶ τὰ λοιπὰ προσκαταεργάσηται, παρ' ἑκόντων καὶ ὁμογνωμονούντων αὐτῶν ἔλαβεν.

Victis barbaris, cum plurimi illorum in prælio cecidissent, pauci fuga servati essent, Marius ut milites simul solatio, simul præmio aliquo afficeret, omnem eis prædam vilissimo pretio addixit, ne quid gratis donare videretur. Quo facto Marius, cum antea a plebejis duntaxat hominibus, a quibus ortus auctusque amplissimis fuerat honoribus, celebraretur, tunc temporis etiam nobiles, quibus adhuc odio fuerat, cepit: adeo ut jam communibus omnium laudibus efferretur, omniumque consensu Consul in sequentem quoque annum, ad reliquias belli conficiendas, ultro crearetur. A.U.C.652 sq.

CIII.

Ὅτι ὡς ἅπαξ ἐπέσχον, πολὺ τοῦ θυμοῦ οἱ Κίμβροι παρελύθησαν, καὶ τούτου καὶ ἀμβλύτεροι, καὶ ἀσθενέστεροι, καὶ ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς σώμασιν ἐγένοντο. αἴτιον δὲ ὅτι ἔν τε οἰκίαις ἐκ τῆς πρόσθεν ὑπαιθρίου διαίτης καθέλυον, καὶ λουτροῖς θερμοῖς ἀντὶ τῆς πρόσθεν ψυχρολουσίας ἐχρῶντο, καὶ ρυκείας τε καὶ ἡδυσμάτων ἐπιχωρίων διεπίμπλαντο, κρέα πρότερον ὠμὰ σιτούμενοι, καὶ τῷ οἴνῳ τῇ τε μέθῃ καθαπορεῖς παρὰ τὸ ἔθος ἐγίνοντο. ταῦτα γὰρ τό τε θυμοειδὲς αὐτῶν πᾶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ σώματα ἐθήλυνεν, ὥστε μήτε τοὺς πόνους ἔτι, μήτε τὰς ταλαιπωρίας, μὴ καῦμα, μὴ ψύχος, μὴ ἀγρυπνίαν φέρειν.

Cimbri, postquam semel impetus eos destituit, multum a primo furore remiserunt, atque inde tardiores infirmioresque animo & corpore evaserunt. Causa erat, quod cum antea sub dio agere consuevissent, tunc in tectis morabantur; & balneis utebantur calidis, cum antea frigida lavari soliti essent. Ad hæc condimentis se & scitamentis peregrinis explebant, soliti antehac crudis carnibus vesci: denique vino & crapula præter consuetudinem suam madebant. His enim rebus & impetus animorum enervatus, & corpora illorum effeminata sunt, adeo ut nullum jam laborem, nullam molestiam, non æstum, non frigus, non vigiliam perferre amplius possent.

CIV.

Ὅτι [144] οἱ Μεσσήνιοι νομίσαντες μηδὲν δεινὸν πείσεσθαι, πάντα τὰ πλείστου ἄξια καὶ τιμιώτατα ἐκεῖσε ὑπεξέθεντο. [145] μαθὼν δὲ τοῦτο Ἀθηνίων, (ὅσπερ που τὸ μέγιστον κράτος τῶν λῃστευόντων Κίλιξ ὢν εἶχεν) ἐπέθετο αὐτοῖς δημοτελῆ τινα ἑορτὴν ἐν τῷ προαστείῳ ἄγουσι· καὶ ἐκείνων τε πολλοὺς σκεδασθέντας ἀπέκτεινε, καὶ τὴν πόλιν ὀλίγου κατὰ κράτος εἷλεν. χωρίον δέ τι Μάκελλαν f εὐερκὲς τειχισάμενος ἰσχυρῶς τὴν γῆν ἐκάκουργει.

637

Mamertini opes suas ac pretiosissima quæque in urbem Messanam contulere, rati se ita a fugitivorum incursionibus tutissimos fore. Quod postquam Athenioni compertum est, (hic Cilicia ortus maximam auctoritatem inter latrones obtinebat) observato die, quo solenne sacrum publice in suburbio agebant, in eos irruit, plurimosque eorum hac illac dispersos interfecit, minimumque abfuit quin urbem ipsam caperet. Ceterum loco quodam, qui Macella dicitur, probe munito, agrum Mamertinum late vastavit. A.U.C.651

CV.

Ὅτι [146] Πούπλιον Φούριον γραφέντα ἐφ' οἷς δημαρχήσας ἐπεποιήκει, ἀπέκτειναν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ Ῥωμαῖοι, ἀξιώτατον μέν που ἀπολέσθαι ὄντα (καὶ γὰρ ταραχώδης ἦν, καὶ τῷ Σατουρνίνῳ καὶ τῷ Γλαυκίᾳ πρώτοις συσὰς μετεβάλετο, καὶ πρὸς τοὺς ἀντισασιώτας αὐτῶν αὐτομολήσας σφίσι συνεπέθετο) οὐ μέντοι καὶ προσήκοντα τούτῳ τρόπῳ

P. Furium, ob ea quæ in Tribunatu gesserat accusatum, populus Romanus in ipso comitio interfecit: dignissimum quidem illum, qui periret (erat enim seditiosus, & cum a Saturnini & Glauciæ partibus primum stetisset, postea ad contrariam factionem transfugerat illosque oppugnaverat) sed quem hoc saltem modo perire non decebat. A.U.C.655

f εὐερκὲς τειχισάμενος. ita restitui pro ἐυερκὲς, quod perperam legitur apud Valesium. Sic Dio p. 463. B. ἐυερκέσταον τεῖχος, & p. 579. E. ἐπ' ἐυερκοῦς πέτρας ἐπεστάχισο.

§ 145. (l. 23.) μαθὼν δὲ τοῦτο Ἀθηνίων] Florus lib. III. cap. 19, 9. *Vixdum respiraverat insula, cum statim servi, & a Syro* (Euno) *reditur ad Cilicem. Athenio pastor, interfecto domino, familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Ipse veste purpurea argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimita, non minorem, quam ille fanaticus prior, conflat exercitum: acriusque multo, quasi & illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in dominos, in servos infestius, quasi in transfugas, sæviebat* &c. Vide & *Excerpta Peiresc.* ex Diodoro p. 362. sqq. & 389. in nova editione p. 598. sqq. *Appianus* in Mithridatico p. 210. E. refert, Fimbriam a Syllæ militibus per ludibrium Athenionem vocatum, ὃς δραπέτῶν τῶν ἐν Σικελίᾳ ποτὲ ἀποσάντων ὀλιγήμερος ἐγένετο βασιλεύς.

§ 146. (l. 32.) Πούπλιον Φούριον] Id contigit anno U.C.653. C. Mario VI. Valerio Flacco Coss. ut *Orosius* scribit (Lib. V. cap. 17.) & *Appianus* lib. I. de bellis civilibus (p. 370. D.) De hoc eodem Furio accipenda esse opinor quæ paulo post leguntur in his Dionis excerptis (num. CIX.) ὅτι ὁ Φούριος, usque ad ἀφάλλο. Ac transposita hic esse fragmenta suspicor,

decebat. Ipsa res homini ex merito contigisse visa est.

τρόπῳ φθαρῆναι. καὶ τούτῳ μὲν ἐν δίκῃ δή τινι ἀγωνισθέντι ἔδοξεν.

CVI.

A.U.C.661 P. Rutilius, vir integerrimus, iniquissime damnatus est. In judicium autem vocatus erat factione atque insidiis equitum, quasi legatus Q. Mucii pro eodem munera accepisset; unde pecunia ab iis mulctatus est. Id illi ira accensi instituerant, quoniam eos in exigendis vectigalibus multa præter fas actitantes Rutilius coercuerat.

Ὅτι [147] τοῦ Ῥουτιλίου ἀγαθοῦ ὄντος ἀνδρὸς ἀδικώτατα κατεψηφίσαντο. ἐσήχθη γὰρ ἐς δικαστήριον ἐκ καταστάσεως τῶν ἱππέων ὡς δωροδοκήσας Κυίντῳ Μουκίῳ, καὶ ἐζημιώθη ὑπ' αὐτῶν χρήμασι. ταῦτα δὲ ἐποίησαν θυμῷ φέροντες, ὅτι πολλὰ περὶ τὰς τελωνείας πλημμελοῦντας ἐπέσχεν.

CVII.

1. Ceterum Rutilius constantissime causam dixit, eamque orationem habuit, quæ virum bonum calumnia appetitum, ac longe plus Reip. quam suam ipsius vicem miserantem, decebat. Damnatus nihilominus, bonis protinus cessit: quo maxime declaratum est, eum alienum ab ejusmodi crimine fuisse. Nam facultates ejus longe inferiores iis, quæ ex Asia rapuisse ab accusatoribus dicebatur, deprehensæ sunt, easque ipsas justis & legitimis titulis ad se perveniisse demonstrabat.

2. Ita Rutilius injusto judicio per calumniam succubuit, ejusque damnationis invidiam inter ceteros tulit C. Marius, quippe cui ejus viri virtus & existimatio gravis & molesta esset. Quamobrem Rutilius, cum ea quæ in urbe gerebantur improbaret, nec cum ejusmodi homine versari ac degere amplius vellet; sponte in exilium abiit, & profectus iterum in Asiam, principio quidem Mitylenis vixit. Ea vero postmodum urbe bello Mithridatico vastata, Smyrnam concessit, ibique reliquum exegit vitæ, neque in patriam redire unquam voluit. Ceterum nihilo inde minus in celebritate vixit atque abundantia. Neque enim solum Mucius, sed civitates etiam ac Reges, quotquot ejus beneficiis antehac usi fuerant, plurima illi donaverunt, adeo ut ampliores longe prioribus facultates possideret.

Ὅτι ὁ Ῥουτιλιος [148] ἀπελογήσατο μὲν γενναιότατα, καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐκ εἶπεν, ὧν ἀνὴρ ἀγαθὸς συκοφαντούμενος, καὶ πολὺ πλεῖον τὰ τῶν κοινῶν ἢ τὰ ἑαυτοῦ ὀδυρόμενος, φθέγξαιτο· ἑάλω δὲ, καὶ τῆς γε οὐσίας εὐθὺς ἐξέστη. ἐξ ὑπερ οὐχ ἥκιστα ἐφωράθη μηδὲν οἱ προσήκουσαν καταδίκην ὀφλήσας. πολλῷ τε γὰρ σμικρότερα κεκτημένος εὑρέθη, ἢ οἱ καθήκοντες ἐκ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἐσφερίσθαι ἐπεκάλουν· καὶ πάντα ἐκεῖνα ἐς δικαίας καὶ νομίμους ἀρχὰς τῆς κτήσεως ἀνήγαγεν.

Οὕτω μὲν ἐπηρεάσθη· καί τινα ὁ Μάριος αἰτίαν τῆς ἁλώσεως αὐτοῦ ἔσχεν. ἀρίστῳ γὰρ καὶ εὐδοκιμωτάτῳ αὐτῷ ὄντι ἐβαρύνετο. διόπερ καὶ ἐκεῖνος τῶν τε πρατομένων ἐν τῇ πόλει καταγνοὺς, καὶ ἀπαξιώσας τοιούτῳ ἔτι ἀνθρώπῳ συζῆσαι, ἐξεχώρησε μηδενὸς ἀναγκάζοντος, καὶ ἐς αὐτήν γε τὴν Ἀσίαν ἐλθὼν, τέως μὲν [149] ἐν Μιτυλήνῃ διῆγεν. ἔπειτα ἐκείνης ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ κακωθείσης, ἐς Σμύρναν μετῳκίθη· κἀνταῦθα καταβίω, οὐδὲ ἠθέλησεν ἐπανελθεῖν οἴκαδε. καὶ οὐδέν γε παρὰ τοῦτο ἧττον, οὔτε ἐν εὐκλείᾳ, οὔτε ἐν περιουσίᾳ ἐγένετο. πολλὰ μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ ὁ Μούκιος, πολλὰ δὲ καὶ δῆμοι καὶ βασιλεῖς ὅσοι πρὸς ἐπεπείραντο αὐτοῦ ἐχαρίσαντο, ὥστε πολὺ πλείω αὐτὸν τῆς ἀρχαίας οὐσίας ἔχειν.

CVIII.

A.U.C.655 Q. Metellus, Quinti filius, tam sollicite omnes publice

Ὅτι ὁ υἱὸς ὁ τοῦ Μετέλλου οὕτω καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πάντας

ff ἐπέσχεν. apud Valesium legitur ἐπέσχον, ipse tamen vertit *coercuerat;* unde typographi errore arbitror irrepsisse. nam durius fuerit, ad Mucium Procos. simul & Rutilium ejus Legatum referre.

cor, quæ suo loco sic restituenda sunt, si caput illud, cujus initium est, ὅτι ὁ υἱὸς, & illud quod proxime sequitur (num. CVIII. & CIX.) usque ad verbum ἀφέλετο, collocentur ante illud ὅτι τοῦ Ῥουτιλίου (num. CVI.) quod ipsa historiæ series requirit. Metellus enim Numidicus aliquot annis ante damnationem Rutilii est restitutus. VALES.

§ 147. (l. 41.) τοῦ Ῥουτιλίου ἀδικώτατα καταψηφίσαντο] Conferatur *Freinshemius* ad Florum III. 17, 3. & III. 13, 8. ubi & de suppressis & interceptis vectigalibus per equites rempublicam peculantes. *Epitome Livii 70. P. Rutilius, vir summæ innocentiæ, quoniam legatus C. Mucii proconsulis a publicanorum injuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est.* Adde *Orosium* lib. V. 17.

§ 148. (l. 48.) ἀπελογήσατο γενναιότατα] De constantia Rutilii Rufi consule *Valerium* lib. VI. cap. 4. (§ 4.) de quo ita *Cicero* in Bruto (cap. 30.) *Qui cum innocentissimus in judicium vocatus esset (quo judicio convulsam penitus scimus esse rempublicam) cum essent eo tempore eloquentissimi viri L. Crassus & M. Antonius Consulares, eorum adhibere neutrum voluit: dixit ipse pro sese, & pauca M. Cotta, quod sororis erat filius. Sed Q. Mucius enucleate ille quidem & polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia quam genus illud judicii & magnitudo causæ postulabat.* Fuerat autem Rutilius legatus in Asia Q. Mucii Procos. (Epit. Liv. 70.) non autem Quæstor, ut ait *Asconius* in Verrinas. (IV.) Nam Quæstor quomodo esse potuisset, qui Prætor fuerat, & Consulatum gesserat? VALES.

Duo fuerunt in Asia Quinti Mucii Scævolæ prætores, alter Quinti filius, Augur, anno U. C. 632. alter Publii filius, Pontifex, anno 654. conf. Glandorpium p. 617. Utrique adfuit Rutilius, illi ut Quæstor, huic ut Legatus. Ita hanc difficultatem non male expedivit *Pighius* Annal. T. III. p. 179. Quanquam id nimis incongruum visum est Ampl. *Bynkershoekio* in Opusculis p. 68. ad lib. I. D. tit. 2. de Orig. Jur. § 40. qui Rutilium ejusdem Mucii primo Quæstorem deinde Legatum malit; vel potius ne Legatum quidem Proconsulis, sed Asiæ Proconsulem, sicut eum appellat *Pomponius* l. c. postquam Consulem fuisse dixisset. Qua in re certe Dionem Liviumque minus habet consentientes.

§ 149. (l. 64.) ἐν Μιτυλήνῃ] De hoc exilio Rutilii ita loquitur *Cicero* in Orat. pro Rabirio Postumo (cap. 10.) *Facilius certe P. Rutilium Rufum necessitatis excusatio defendet, qui cum a Mithridate Mitylenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit.* Mitylenis a Mithridate captis, Rutilius Smyrnam se recepit, & a Smyrnensibus civitate donatus est, ut tradit *Cicero* in Orat. pro Cornelio Balbo (cap. 11.) Cumque ei reditum in patriam Sullana victoria

πάντας ὑπὲρ τοῦ τὸν πατέρα καταλθεῖν ἱκέτευεν, publice privatimque de reditu patris interpella-
150 ὥστε καὶ Πῖος, τοῦτ' ἔστιν, εὐσεβὴς ἐπονομασθῆναι. vit, ut ea causa Pius sit cognominatus.

CIX.

Ὅτι ὁ Φούριος ἔχθραν τῷ Μετέλλῳ οὕτως ἔσχεν, Furius infensus erat Metello, quod is Censor A.U.C.655
ὅτι τὸν ἵππον αὐτοῦ τιμητεύων ἀφείλετο. ἦσαν equum publicum ipsi ademerat. Erant vero & sq.
γὰρ καὶ ἄλλοι τινὲς στασιαρχοι· τὸ δὲ δὴ πλεῖστον alii complures seditionis auctores, sed principem
κράτος 151 τῶν μὲν Μάρκος, τῶν δὲ Κόϊντος εἶχον, locum hinc M. Drusus, hinc Q. Cæpio obtine-
δυναστείας τε ἐπιθυμητὰ, καὶ φιλοτιμίας ἄπληστοι, bant, ambo cupidissimi dominationis, & immen-
καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐς τὸ φιλόνεικον προπετέστατοι sæ ambitionis; ideoque ad contentiones promtis-
ὄντες. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐκέκτηντο. simi. Et hæc quidem in utroque paria fuerunt.
προέφερε δὲ Δροῦσος μὲν τῷ γένει καὶ τῷ πλού- Ceterum Drusus quidem splendore generis, &
τῳ, τῇ τε ἐς τοὺς ἀεὶ δεομένους αὐτοῦ ἀφειδῶς opibus, & prolixa in omnes a quibus esset roga-
ἀναλώσει. ὁ δὲ τῷ τε θράσει πολλῷ καὶ τῇ τόλ- tus liberalitate, multum præstabat. At Cæpio
μῃ, ταῖς τε προεπιβουλαῖς, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὰ τὰ confidentia & audacia, & cum in comparandis
πράγματα κακοηθείαις. ὅθεν ἐκ ἀπεικότως τὰ μὲν multo ante insidiis, tum in ipso agendi discrimi-
ἐκ τῶν ὁμοίων, τὰ δὲ ἐκ τῶν διαφόρων ἀνδρεῖοποι ne majore multo malitia erat. Igitur illi partim
τρόπον τινὰ ἀλλήλοις ὄντες, τὴν στάσιν ἐπὶ πλεῖ- ex similibus partim ex diversis virtutibus ac viriis
στον ἤγειραν, ὥστε αὐτὴν καὶ ἀποθανόντων αὐτῶν quodammodo pares cum essent, minime mirum
μεῖναι. est, si tam diuturnam seditionem excitarunt, quæ
etiam post obitum illorum permanserit.

CX.

Ὅτι ὁ Δροῦσος καὶ ὁ Καιπίων ἰδίαν ἀλλήλοις ἔχ- M. Livius Drusus & Q. Servilius Cæpio, cum
θραν ἐκ φιλίας πολλῆς καὶ 152 γάμων ἐπαλλαγῆς ex maxima amicitia ac conjugiorum permutatio-
ποιησάμενοι, καὶ ἐς τὰ πολιτικὰ αὐτὴν προή- ne privatas inimicitias suscepissent, eas ad Remp.
γαγον. protulerunt.

CXI.

641 Ὅτι 153 ὁ Λοῦππος τοὺς εὐπατρίδας τοὺς συστρα- P. Rutilius Lupus Cos. cum viros patricios, quos A.U.C.664
τευομένους οἱ, ὡς καὶ τὰ βουλεύματα αὐτοῦ τοῖς secum in exercitu habebat, consilia sua hostibus
ἐναντίοις ἐξαγγέλλοντας, ὑποπτεύσας, ἐπέστειλε περὶ prodere suspicaretur, literas de iis ad senatum de-
αὐτῶν τῇ βουλῇ, πρίν τι α... καὶκ τούτου οὐδ' 1 dit, priusquam [de ea re quidquam certius inquisi-
ἄλλως σφᾶς ὑπὸ τῆς στάσεως ἔχοντας ἔτι καὶ μᾶλ- visset.] Quo facto illos, qui alioqui ob seditiones
λον συνέβαλε. κἂν ἐπὶ πλεῖον ἐταράχθησαν, εἰ urbanas ægris mentibus erant, concitavit; ac tu-
μή τινες τῶν Μαρσῶν ἐφωράθησαν ἀναμιγνύμενοί multus forte nondum cessasset, nisi deprehensum
τε τοῖς προνομέυουσι τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐς τὸ τά- 5 esset, Marsos quosdam Romanis pabulatoribus
φρευμα ὡς καὶ σύμμαχοι σφῶν συνεισιόντες, καὶ mixtos, castra pro sociis ingredi consuevisse, &
πολυπραγμονοῦντες τὰ ἐν αὐτῷ καὶ λεγόμενα καὶ quæcunque ibi agerentur dicerenturve explorata
δρώμενα, καὶ τοῖς σφετέροις ἐξαγγέλλοντες. καὶ suis renunciare. Ita demum succensere patriciis
οὕτως ὀργιζόμενοι τοῖς εὐπατρίδαις ἐπαύσαντο. Romani desiere.

CXII.

ria præstaret, in exilio, ne quid contra leges faceret, remansit, teste *Valerio M.* lib. VI. (4. 4) quod etiam testatur *Ovidius* lib. I. Elegia 3. de Ponto (v. 63.)

Et grave magnanimi robur mirare Rutili,
non usi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit.

(Adde *Orosium* lib. V. cap. 17.) VALES.

Florus III. 17, 4. sq. *Equitem Servilius Cæpio, senatum Livius Drusus asserere - - - Prior Cæpio in senatum impetu facto, reos ambitus Scaurum & Philippum principes nobilitatis elegit. His motibus ut resisteret Drusus, plebem ad se Gracchanis legibus evocavit, eisdem socios ad spem civitatis erexit.* Vide eundem *Florum* cap. 18. *Vellejum Pat* lib. II. c. 13. sq. *Epit. Livii* 70. 71. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 66. *Plutarchum* in C. Graccho p. 838. C. *Appianum* Civil I. pag. 371. sq.

§ 150. (l. 76.) ὥστε καὶ Πῖος ὀνομασθῆναι] Q. Metellus, pater, Numidicus, pulsus urbe Saturnini & Marii factione A. U. C. 654. C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coss. Anno quidem sequenti tribuni plebis L. Porcius Cato & Q. Pompejus Rufus rogationem tulerunt de reditu Metelli; sed ne illa perferretur Marii & P. Furii tribuni pl. intercessio fecit. Q. autem Calidius tribunus pl. eodem anno rogationem eandem tulit & pertulit. vide *Pighii* annales T. III. p. 180. sq. De Pii cognomento, *Appianum* Civil. I. p. 370. D.

§ 151. (l. 80.) τῶν μὲν Μάρκος τῶν δὲ Κόϊντος ἔσχον] Non sine causa, ut arbitror, Q. Servilium Cæpionem hic intelligi existimavi. Hoc enim pronomine affectus fuit, ut testatur *Cicero* pro domo sua. (cap. 46.) *M. Drusius ille clarissimus vir Trib. pl. Pontifex fuit. Ergo si is Q. Cæpionis inimici postem ædium tenuisset, & pauca verba fecisset, ædes Cæpionis essent dedicatæ.* Porro M. Drusus senatus & optimatium partes tuebatur. Contra Q. Cæpio nimis equestri ordini deditus, a senatu dissidebat, teste *Cicerone* in Bruto (cap. 62.) VALES.

§ 152. (l. 95.) γάμων ἐπαλλαγῆς] Dupliciter accipi potest hæc γάμων ἐπαλλαγή. Primo ita, ut Drusus quidem Cæpionis, Cæpio autem Drusi sororem in conjugium acceperint. Secundo, ut ambo uxores suas invicem permutaverint, & Cæpio quidem Druso, Drusus Cæpioni conjugem suam cesserit, quod non omnino insolens videri debet. Etenim & M. Catonem Hortensio uxorem suam petenti cessisse *Plutarchus* narrat (p. 771. B. C.) & *Strabo* p. 515. lib. XI. καὶὰ παλαιὸν Ῥωμαίων ἔθος. Prior tamen sensus magis placet. Ex hac autem affinitate tandem in acerrimas inimicitias venerunt Drusus ac Cæpio: quas ex annullo in auctione venali cœpisse tradit *Plinius* lib. XXXIII. cap. 1. VALES.

§ 153. (l. 98.) ὅτι ὁ Λοῦππος] P. Rutilius Lupus, haud facile confundendus cum P. Rutilio Rufo, quem in exilium pulsum esse supra vidimus. Sed nescio, unde Quintum prænomine hunc Lupum in versione sua dixerat Valesius; ego Publii prænomen ex veteribus malui reponere. Huic Marsos obtigisse provinciam consularem, eumque in insidias Marsorum lapsum cum octo millibus Romanorum cecidisse constat.

CXII.

A.U.C.664 C. Marius, cum Rutilium Lupum, quamvis pro-
pinquum, ſuſpectum haberet, ejusque invideret
gloriæ; ſimul ſperans ſe, quaſi ſolum bello con-
ficiendo idoneum, ſeptimum Conſulem creatum
iri, bellum trahere eundem juſſit: Romanis enim
annonam haud defuturam, hoſtes vero, quorum
in finibus bellum gereretur, reſiſtendi amplius
non habituros facultatem.

Ὅτι [g] ὁ Μάριος [154] ὑποπτεύσας τὸν Λοῦππον καίπερ συγγενῆ ὄντα, φθόνῳ τε καὶ ἐλπίδι τοῦ καὶ ὕπατον ἕβδομον, ὡς καὶ μόνον ἂν τὰ παρόντα κατορθώσαντα, ἀποδειχθῆναι, τρίβειν ἐκέλευε. σφᾶς μὲν γὰρ καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔξειν ἔλεγεν, ἐκείνους δὲ οὐ δυνήσεσθαι ἐπὶ πλεῖον, ἅτε τοῦ πολέμου ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ὄντος, ἀνταρκέσαι.

CXIII.

Picentes eos, qui defectionis coire ſocietatem re-
cuſaverant, ſubegerunt, eisque in conſpectu ami-
corum omni contumelia illuſerunt; mulieribus
etiam capillos cum ipſa ſimul pelle avulſerunt.

Ὅτι οἱ Πικέντιοι τοὺς μὴ συναποστάντας σφίσιν ἐχειρώσαντο, καὶ τούτοις ἐν ἐπόψει τῶν φίλων ἐνύβριζον, καὶ τῶν γυναικῶν τὰς κόμας σὺν τῷ δέρματι ἐκ τῶν κεφαλῶν ἀπέσπασαν.

CXIV.

A.U.C.665 L. Porcius Cato, cum maxima ex parte urbanum
& præ ætate invalidum haberet militem, ceteris
quoque rebus parum valebat. Cumque aliquan-
do milites objurgare auſus fuiſſet, quod nec labo-
rem militarem ferrent nec alacriter imperata fa-
cerent, pæne ab iis terra injecta eſt obrutus; pe-
riiſſetque haud dubie, ſi lapidum copia ſuppeti-
iſſet. Sed quoniam locus forte in quo conve-
rant exaratus erat atque uliginoſus, nihil gleba-
rum jactus ei nocuit. Ceterum C. Titius ſeditio-
nis auctor, vir in foro verſari cauſisque actitandis
vitam tolerare ſolitus, nimiamque in dicendo li-
bertatem impudentiſſime uſurpans, comprehen-
ſus & Romam ad Tribunos perductus eſt, nec ta-
men flagitii pœnas dedit.

Ὅτι [155] ὁ Κάτων τὸ ἀστικὸν καὶ ἀφηλικέστερον τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ ἔχων, ἐς τὰ ἄλλα ἧττον ἐρρώτο· καί ποτε ἐπιτιμήσασί σφισιν, ὅτι μήτε [b] τὰ παραγγελλόμενα προθύμως ἤθελον, ἐπιτολμήσας, ὀλίγου καταχωσθῆναι βληθεὶς ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἐτεθνήκει γ' ἂν εἰ λίθων ἐυπορήκεσαν. ἐπειδὴ δὲ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ συνειλέχατο, ἐγεώργητο, καὶ δίυγρον κατὰ τύχην ἦν, οὐδὲν ὑπὸ [i] βώλων ἔπαθεν. συνελήφθη δὲ ὁ τῆς στάσεως ἄρξας Γάϊος Τίτιος ἀνὴρ ἀγοραῖος καὶ ἐκ δικαστηρίων τὸν βίον ποιούμενος, τῇ τε παῤῥησίᾳ μετὰ ἀναισχυντίας καταχορεῖ χρώμενος. καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἐς τοὺς δημάρχους ἐπέμφθη, οὐκ ἐκολάσθη δέ.

CXV.

A.U.C.666 Romani quidem, ab Aſianis omnibus, juſſu Mi-
thridatis interfecti ſunt; niſi quod Tralliani ipſi
quidem neminem occiderunt, ſed Theophilum
quendam Paphlagonem ad patrandam cædem
conduxerunt, quaſi ita minus perituri eſſent, aut
Romanorum intereſſet, cujus manu occiderentur.

Ὅτι [156] πάντες τοὺς Ῥωμαίους ἐφόνευον κελεύσαντος Μιθριδάτου οἱ Ἀσιανοί· πλὴν καθόσον [157] Τραλλιανοὶ μὲν οὐδένα ἀπέκτειναν, Θεόφιλον δέ τινα Παφλαγόνα ἐμισθώσαντο, ὥσπερ που ἧττον σφῶν ἀπόλυσθαι μελλόντων, ἢ καὶ διαφέρον αὐτοῖς ὑφ' ὅτου σφαγήσοιντο. 641

CXVI.

[g] ὁ Μάριος ὑποπτεύσας τὸν Λοῦππον. Valeſius: ὁ Λοῦππος ὑπὸ τὸν Μάριον. Vide annotatt. § 154. mox pro καλορθώσαντα videtur ſcribendum καλορθώσοντα. [b] μήτε τὰ παραγγελλόμενα. Apparet legenti vel ex Græcis, deeſſe membrum: idem Valeſii interpretatio indicat, cujus verbis, *nec laborem militarem ferrent*, nihil in Græcis reſpondet. Suſpicor græca vitio typothetæ, a priori μήτε ad alterum μήτε ſtatim oculos deflectentis, eſſe omiſſa: nec enim Valeſium crediderim, non monito Lectore, ex ingenio Latina hæc ſuppleſſe. [i] βώλων. MS. Ϭόλων. pro quo Valeſius βολῶν. illud malui, quia glebæ opponuntur lapidibus paulo ſuperius ὀλίγου καταχωσθῆ ſcripſi, pro ὀλίγον.

conſtat. Vide *Livii Epit.* 73. *Appianum* I. Civil. p. 376. D. *Vellejum* lib. II. 16. *Eutropium* lib. V. cap. 2.

§ 154. (l. 10.) Μάριος ὑποπτεύσας τὸν Λοῦππον] Imo Λοῦππος ὑποπτεύσας τὸν Μάριον legendum eſt. Sic enim refert *Oroſius* (lib. V. cap. 18.) *Rutilius Cos. Marium propinquum ſuum legatum ſibi elegit: quem aſſidue ſubmoventem, moram bello utilem fore, dolo id agere ratus contemſit, ſeſeque in inſidias Marſorum præcipitavit.* Vales.

Verum omnino hoc eſt de ſuſpicione, quæ erat Lupi adverſus Marium, non Marii adverſus Lupum. Sed ex Valeſii emendatione minus vere cohærerent quæ ſtatim ſequuntur: Λοῦππος τὸν Μάριον - - τρίβειν ἐκέλευσε. Nec enim Lupus Mario, ſed Marius Lupo moram ſuaſit, ut Oroſius & res ipſa docet. Eſt igitur inſanabilis locus, quoniam hiſtoriam relatam præ negligentia nobis corrupit compilator, confuditque omnia. Deprehendi ſimiliter invertentem narranda compilatorem infra p. 761. A. § 33. vide ſupra § 67.

§ 155. (l. 22.) ὁ Κάτων] Intelligendus, quantum judico, L. Porcius Cato M. F. qui primum *prætor Etruſcos plurimo ſanguine impenſo & difficillimo labore vicit*, ut ſcribit *Oroſius* V. 18. deinde anno ſequenti 665. Conſul una cum Cn. Pompejo Sex. filio *rebus proſpere geſtis, fuſisque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit*, ut eſt in *Epitome Livii* 75. Idem tradit *Appianus* Civil. I. p. 380. B. ſed pro Κορνήλιος μὲν Κάτων ibi ſcribendum Πόρκιος. Eundem a filio C. Marii in tumultu belli occiſum eſſe, quod ſe C. Mario non minora feciſſe dixerat, auctor eſt *Oroſius* lib. V. cap. 18. Tam infirma autem auctoritate Catonem apud milites & ipſos minus validos fuiſſe, quod Dio memoriæ prodit, haud ſcio an alii tradiderint.

§ 156. (l. 36.) πάντες τοὺς Ῥωμαίους] Romanos cum uxoribus & liberis ad diem triceſimam, dimiſſis nunciis, uno edicto interfici juſſerat Mithridates. vid. *Appianum* Mithr. p. 185. & 206. E. & occiſi ſunt cives Romani 80,000, teſte *Valerio Max.* IX. 2. 3. & Memnone apud *Photium* p. 730. & hominum 150,000, auctore *Plutarcho* in Sulla, p. 467. E. Conf. & *Dionem* infra n. CLXXVI. *Ciceronem* pro lege Manilia c. 3. *Livii Epit.* 78. *Vellejum Pat.* II. 18. *Eutrop.* V. 3, 11. *Oroſium* VI. 2. *Tacitum Annal.* IV. 14. *Florum* III. 5. ad quem locum Freinshemius Vir doctiſſimus congeſſit facta ſimilia veteris ac recentioris hiſtoriæ. Confer de Hamanis edicto adverſus Judæos Eſth. III. 12. ſqq. & *Joſephum* Antiqu. XI. 6. § 6. p. 569. ſq.

Mirum

CXVI.

Ὅτι [158] οἱ Θρᾷκες ἀναπειθέντες ὑπὸ τοῦ Μιθριδάτου τήν τε Ἤπειρον καὶ τἆλλα τὰ μέχρι τῆς Δωδώνης κατέδραμον, ὥστε καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν συλῆσαι.

Thraces Mithridatis impulsu Epirum ac vicina loca Dodonam usque pervastarunt, ipsumque Jovis templum spoliarunt. A.U.C.666

CXVII.

Ὅτι ὁ Κίννας ἐπειδὴ τάχιστα τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν, οὐδὲν οὕτω τῶν πάντων ἐσπούδασεν, ὡς καὶ τὸν Σύλλαν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκβαλεῖν, πρόφασιν μὲν τὸν Μιθριδάτην ποιησάμενος, ἔργῳ δὲ ἐπιθυμήσας αὐτὸν ἀπαρτῆσαί οἱ, ὅπως μὴ ἐγγύθεν ἐφεδρεύων ἐμποδὼν πρὸς ἃ ἔπραττε γένηται. καίτοι τοῦ Σύλλου σπουδῇ ἀπεδέδεικτο, καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐ καθ' ἁγνώμην αὐτοῦ πράξειν ὑπέσχετο.

1. L. Cornelius Cinna, simul ac Consulatum iniit, nihil antiquius habuit, quam ut L. Syllam ex Italia submoveret; specie quidem belli Mithridatici, re vera autem, ut is procul amandatus consiliis suis e propinquo observatis haud posset obsistere; quamvis ipse Consulatum contendente Sylla adeptus esset, & nihil non ex ejus sententia gesturum se spospondisset. A.U.C.667

Ὁ γὰρ Σύλλας τήν τε ἀνάγκην τοῦ πολέμου ὁρῶν καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ γλιχόμενος, τά τε ἄλλα τὰ οἴκοι πρὸς τὸ ἐπιτηδειότατον ἑαυτῷ πρὶν ἐξορμηθῆναι κατεσήσατο, καὶ τὸν Κίνναν, Γναῖόν τέ τινα Ὀκταβῖον διαδόχους ἀπέφηνεν, ἐλπίσας μάλιστα ἂν οὕτω καὶ ἀπὼν ἰσχύσαι. τοῦτον μὲν γὰρ ἐπί τε ἐπιεικείᾳ ἐπαινούμενον ἠπίστατο, καὶ οὐδὲν παρακινήσειν ἐνόμιζεν. ἐκεῖνον δὲ ἓν μὲν ἤδει κακὸν ἄνδρα ὄντα, οὐκ ἠθέλησε δὲ ἐκπολεμῶσαι, δυνάμενόν τέ τι καὶ αὐτὸν ἤδη, καὶ ἕτοιμως, ὥστε καὶ ἔλεξε, καὶ ὤμνυεν, ἔχοντα πᾶν ὁτιοῦν ὑπουργῆσαι. αὐτός τε οὖν καίτοι δεινότατος ὢν τάς τε γνώμας τῶν ἀνθρώπων συνιδεῖν, καὶ τὰς φύσεις τῶν πραγμάτων συλλογίσασθαι, πάνυ ἐν τούτῳ διεσφάλη, καὶ πόλεμον τῇ πόλει μέγαν [k] κατέλειπεν.

2. Namque Sylla, cum ejus belli necessitatem videret, gloriamque illius conficiendi appeteret, domi cuncta, prout suis rationibus quam optime conducere visum, priusquam proficisceretur constituerat, & L. Cinnam ac Cn. Octavium successores sibi in Consulatu renunciaverat, cum ita maxime speraret, se absentem quoque auctoritate valiturum. Etenim hunc quidem jam moderatione spectatum esse sciebat, nihilque novaturum in Rep. arbitrabatur: illius vero perspectam quidem habebat nequitiam; sed eum adversus se concitare nolebat, quippe qui jam nonnihil in Rep. posset, & Syllæ in omnibus se obsecuturum, jure jurando confirmasset. At Sylla, qui in perspiciendis hominum consiliis, & negotiorum natura rimanda erat sagacissimus, multum hic aberravit, ac bellum gravissimum patriæ reliquit.

CXVIII.

Ὅτι Ὀκταβῖος φύσει [159] βραδὺς ἦν πρὸς τὰ πολιτικά.

Erat Cn. Octavius natura tardior in Rep. administranda. A.U.C.667

CXIX.

Ὅτι ἐπειδὴ ὁ Κίννας τὸν νόμον τὸν περὶ τῆς καθόδου τῶν φυγάδων ἀνενεώσατο, [160] ὁ Μάριος οἵ τε

1. Postquam L. Cinna de recipiendis exulibus legem denuo ad populum tulit, C. Marius ceteri- A.U.C.667

que

[k] κατέλαπεν. Forte rectius κατέλιπεν.

Mirum autem, edictum istud publicatum fuisse, plangentibus jam ante diem statutam publice Judæis. Prudentius Mithridates δὶ ἀποῤῥήτων ἔγραφε, δὶ ἀποῤῥήτων ἔπεσεθλεν apud Appianum. Ceterum, noli ex interpretatione Valesiana, *omnes cives Romani ab Asianis interfecti sunt*, conjicere, quasi legendum sit, πάντας τοὺς Ῥωμαίους ἐφόνευον, ut infra Fragm. CXXXVI. Recte enim cohæret πάντες οἱ Ἀσιανοὶ, πλὴν Τραλλιανοὶ. Sic & *Tacitus* l. c. *cum* (cives Romani) *jussu regis Mithridatis apud cunctas Asiæ insulas & urbes trucidarentur*. & *Appianus*: ἔγραφε - - ὁμοῦ πάντας ἐπιθέσθαι αὐτοῖς. Rhodum tamen excipit *Florus* l. c. pro Romanis stantem, & *Tacitus* Coos, qui cives Romanos in templum Aesculapii induxerint: plures *Orosius* VI. 2.

§ 157. (l. 37.) Τραλλιανοὶ] Idem narrat *Appianus* in Mithridatico. (p. 185.) Ceterum Tralliani id ex more institutoque originis suæ fecisse videntur, qui alium ad cædem faciendam conduxerint. Etenim scribit *Hesychius*, Τράλλεις dici mercenarios Thracas, qui ad faciendas cædes conducantur. Ab his autem Thracibus urbs Tralles & condita & appellata est. *Strabo* lib. XIV. (p. 649.) κτίσμα δέ φασιν εἶναι τὰς Τράλλεις Ἀργείων καί τινων Θρᾳκῶν, ἀφ' ὧν καὶ τὄνομα ἔσχε. Hi Thraces, ut dixi, Tralles appellabantur, quod præter Hesychium docet *Diodorus* lib. XVII. (init. p. 596.) ἐκ δὲ Θρᾴκης ἱππεῖς μὲν ἑξακόσιοι, Τραλλεῖς δὲ τρισχίλιοι. Quanquam *Stephanus Byzantius* Tralles Illyriorum genus esse dicit, in Βῆγις & in Τραλλία, (item Βόλερος) cui accedit & *Livius* libri XXXI. (cap. 35.) *Quadringentos Triballos, Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus.* In MS. codice S. Victoris *Tratt.* reperi, unde Tralles emendandum esse non dubito. Sic enim idem *Livius* lib. XXXVII. (cap. 39. sq.) Vales.

§ 158. (l. 42.) οἱ Θρᾷκες] Id contigisse videtur anno V. 665. vide *Sigonium* in Fastis. Vales.

§ 159. (l. 70.) βραδὺς πρὸς τὰ πολιτικὰ] Sic & *Livius* Epit. 79. *Consulis* (puto Cn. Octavii) *segnitie confirmati Cinna & Marius quatuor exercitibus - - urbem circumsederunt.* *Cicero* tamen in Bruto cap. 47. *Cn. autem Octavii eloquentia, quæ fuerat ante consulatum ignorata, in consulatu multis concionibus est vehementer probata.* Hac igitur eloquentia Cinnanam legem de exulibus revocandis prohibuit, ipsumque Cinnam collegam loco movit ut profugeret. vid. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 69. *Plutarchus* quoque in Mario p. 430. B. judicat, non tam imperitiam Octavii in rebus agendis, quam tenax justi studium, ob quod utilia remedia prætermiserit, saluti communi obfuisse. οὐ τοσοῦτον ἀπειρίᾳ τοῦ Ὀκταβίου πράγματα βλάπτοντος, ὅσον ἀκριβείᾳ τῶν δικαίων προϊεμένου τὰ χρεώδη παρὰ τὸ συμφέρον. Vide eum de Octavio pluribus, & *Appianum* Civil. lib. I. p. 389. C. ubi simul Octavium narrat fortiter mortem inferendam expectasse consulari habitu, primumque fuisse consulem cujus caput pro rostris fuit expositum. p. 393. D.

§ 160. (l. 73.) ὁ Μάριος οἵ τε ἄλλοι] Vide *Florum* III. 21. *Livii Epit.* 79. *Eutropium* lib. V. cap. 5. *Appianum* Civilium lib. I. p. 393. *Vellejum Paterc.* lib. II. cap. 20. sq. *Plutarchum* in Mario p. 429. sq. *Orosium* V. 19.

que qui cum eo pulsi erant, cum reliquo exercitu, omnibus simul portis in urbem irruperunt; occlusisque illico portis, ne quis effugeret, obvium quemque nullo discrimine obtruncare, omnes pro hostibus habere cœperunt. Sed præcipue viros opulentos cupiditate pecuniarum ducti jugulabant, eorumque liberos & uxores probro afficiebant, haud secus acsi urbem extraneam in potestatem suam redegissent. Quin etiam capita clarissimorum virorum pro rostris fixere: quod quidem spectaculum propemodum ipsa eorum cæde tristius exstitit, cum spectatores præter cetera id secum animo reputarent, qui locus hostilium navium rostris a majoribus suis ornatus fuisset, eum locum nunc truncatis civium capitibus fœdari.

2. Tanta enim tamque inexplebili cædis cupiditate Marius flagrabat, ut necatis pæne jam omnibus inimicis, postquam, ut in tanta perturbatione, nemo jam quem vellet interfici succurrit, signum hoc militibus dederit, ut cuicunque post hac adeuntium dextram non porrexisset, eum interficerent. Eo scilicet res Romana reciderat, ut non modo indicta causa, aut propter inimicitias, sed & ad signum non porrectæ manus cives jugularentur. Neque verisimile est in tanto tumultu atque perturbatione hoc Mario curæ fuisse, nec si maxime voluisset curæ esset poterat, ut manum deliberato regeret. Proinde multi homines temere occidebantur, quos nullatenus occidi oportuerat. Ac numerus quidem interemtorum iniri omnino non potest; per quinque enim continuos dies, noctesque totidem, cædes in urbe sunt factæ.

τε ἄλλοι οἱ σὺν αὐλῷ ἐκπεσόντες ἐσεπήδησαν ἐς τὴν πόλιν μετὰ τοῦ λοιποῦ στρατοῦ καὶ πάσας ἅμα τὰς πύλας· καὶ ἐκείνας τε ἔκλεισαν, ὥστε μηδένα διαδρᾶναι, καὶ πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας σφίσιν ἐξεργάσαντο, μηδένα αὐλῶν ἀποκρίνοντες, ἀλλὰ πᾶσιν αὐλοῖς ὁμοίως ὡς πολεμίοις χρώμενοι· ὁμάλισα δὲ τούς τι ἔχοντας ἐπιθυμίᾳ χρημάτων ἔφθειρον, καὶ τούς τε παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας σφῶν ὕβριζον, ὥσπερ τινὰ ἀλλοτρίαν πόλιν ἠνδραποδισμένοι· καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐλλογιμωτάτων ἐπὶ τὸ βῆμα ἀνεβίβασαν. καὶ ἦν τό τε θέαμα οὐδέν τι τοῦ ὀλέθρου αὐλῶν στρατότερον. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοῖς ὁρῶσι στρασπαρίσῃ νομίζειν, ὅτι ὅσα πολεμίων ἀκροσολίοις οἱ στροπάτορες σφῶν ἐκεκοσμήκεσαν, ταῦτα τότε ταῖς τῶν πολιτῶν κεφαλαῖς ἀπεκοσμεῖτο.

Τοσαύτη γὰρ ἐνὶ λόγῳ ἦ τε ἐπιθυμία, καὶ ἡ ἀπλησία τῶν φόνων τὸν Μάριον καθέχει, ὥστε ἐπειδὴ τὸ πλεῖστον τῶν ἐχθρῶν ἀπέκτονει, καὶ οὐκέτ' οὐδεὶς ὧν ἐξολέσαι ἐγλίχετο, ἐπὶ τὸν νοῦν ἄτε ἐν τοσαύτῃ ταραχῇ ἐπήει, σύνθημα τοῖς στρατιώταις δοῦναι, σφάττειν πάντας ἐξῆς ὅις ἂν τῶν στροσιόντων μὴ ὀρέξῃ τὴν χεῖρα. στρὸς γὰρ τοῦτο τὰ τῶν Ῥωμαίων στράγματα ἀφίκετο, ὥστε μὴ μόνον ἀκρίτως μηδ' ἀπ' ἔχθρας, ἀλλὰ καὶ στρὸς τὴν οὐκ ἔκστασιν τῆς ἐκείνου χειρὸς ἀπόλυσθαι. καὶ (ἦν γὰρ ὥσπερ εἰκὸς ἔν τε ὄχλῳ καὶ ἐν θορύβῳ τοσούτῳ οὐδ' αὐλῷ τῷ Μαρίῳ ἐπιμελὲς, ἀλλ' οὐδὲ δυνατὸν οὐδ' εἰ πάνυ ἐβούλετο, καθὰ γνώμην τῇ χειρὶ χρῆσθαι) πολλοὶ κἀκ τούτου μάτην ἀπέθανον, οὓς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀποκτεῖναι ἐδεῖτο. τὸ μὲν οὖν σύμπαν τῶν τε [1] γὰρ ἀποθανόντων ἀνεξέυρετόν ἐστι. ὥστε γὰρ ὅλαις ἡμέραις καὶ νυξὶν ἴσαις αἱ σφαγαὶ ἐγένοντο.

CXX.

[1] τῶν τε γὰρ ἀποθ. Expungenda videtur particula γὰρ, quippe sensum turbans.

§ 161. (l. 98.) πρὸς τὴν οὐκ ἔκλασιν τῆς χαρᾶς] *Plutarchus* in Mario p. 431. A. de delectis servis satellitibus Marii, Bardiæis dictis, quibus circumseptus urbem ingressus est: οὗτοι πολλοὺς μὲν ἀπὸ φωνῆς, πολλοὺς δὲ ἀπὸ νεύματος ἀνῄρουν, προστάσσοντος αὐτοῦ. καὶ τέλος τὸν Ἀγχάριον ἄνδρα βουλευτὴν καὶ στρατηγικὸν ἐντυγχάνοντα τῷ Μαρίῳ καὶ μὴ προσαγορευθέντα καταβάλλουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ταῖς μαχαίραις τύπτοντες, ἐκ δὲ τούτου καὶ τοὺς ἄλλους ὅσους ἀσπασαμένους μὴ προσαγορεύσαι, μηδὲ ἀνθασπάσαιτο, τοῦτο αὐτὸ σύμβολον ἦν ἀποσφάττειν ἐυθὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς. *Multos hi ad vocem ejus, multos ad nutum imperantis obtruncabant: denique Ancharium senatorem & virum prætorium, quia non salutabatur ab eo, gladiis in conspectu ejus contrucidant. Inde & ceteros statim in via occidendi hæc fuit tessera, si eos salutantes non appellaret aut resalutaret.* Etiam *Florus* III. 21. 16. *Ancharius, ipso vidente Mario, confossus est, quia fatalem illam scilicet manum non porrexerat salutanti.* Quod autem ad h. l. Vir præclarus *Freinshemius* Βαρδιαῖοι apud Plutarchum suspicatur corrupte scriptum esse pro Μαριαῖοι, in eo utique fallitur. Nam Βαρδιαῖοι iterum scribuntur p. 432. A *Glossarium* vetus latino-græcum ab Henr. Stephano editum anno 1573. fol. p. 28. *Bardei* Ἰλλυριοὶ δοῦλοι, οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας, καθὰ Κίννου καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι· καὶ ἐκ τούτου τυραννῆσαι καθὰ τῶν δεσπόλων. τούλους Σερτώριος δόλῳ περικυκλεύσας ἀναιρεῖ. *Bardes* δορύκλησος, Ἰλλυριὸς, δοῦλος. Ita Marius suos appellare potuit, vel quod ex Illyria essent, vel quod Illyriorum more vestitos ocreis & cucullo, quæ inde Bardaica dicta, circum se haberet pro satellitio: sicut hodie Viri Principes solent.

§ 162. (l. 9.) τὰ ἐσιλήρια] Kalendis Jan. Coss. in Capitolium procedebant ibique sacrificabant, inde in forum descendebant, atque ibi augurium captabant, ut docet *Dio* lib. LVIII. (p. 624. B.) de Sejano, *Ovidius* lib. IV. de Ponto, Elegia 4. (v. 23. sqq.) Deinde hostiis de consilii sententia pro tribunali probatis sacrificabant pro curia, inde Patres Conscriptos in curiam vocabant; cujus moris non obscure meminit *Cicero* in II. Agraria de Prætoribus Campanis (cap. 34.) *Erant hostiæ majores in foro constitutæ, quæ ab his prætoribus de tribunali, sicut a nobis Coss. de consilii sententia probatæ ad præconem ac tibicinem immolabantur: deinde Patres Conscripti vocabantur.* Hinc explicandus est *Tertulliani* locus in I. ad nationes cap. 10. *Sed tamen & Gabinius Cos. Kalendis Jan. cum vix hostias probaret præ popularium cœtu, &c. Dio* lib. XLV. p. 279. A. τοῦ Ὀυιβίου τὰ ἐσιλήρια τῇ νουμηνίᾳ θύοντος, ῥαβδοῦχός τις αὐλοῦ ἔπεσεν ἐξαίφνης. *Idem* lib. LXXII. p. 837. C. ὅτε τὰ ἐσιλήρια πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ἔθυεν Ἰουλιανὸς παρόντων ἡμῶν. Sed hic ultimus locus non de illo sacro accipiendus est, quod fiebat Kal. Jan. quippe Didius Julianus imperium occœpit a. 4. Cal. Apr. nec plus quam bimestre spatium imperavit. Itaque potius ad illum morem referendus est, quem *Appianus* lib. II. Civil. (p. 501. B.) memorat: ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐς τὴν βουλὴν ἐσιοῦσιν οἰωνίζεσθαι προσιοῦσιν, quod ab Augusto primum institutum esse scribit *Suetonius.* (cap. 35. *Dio*, p. 542. E. vide de Trajano *Plinium* Paneg. cap. 76. § 7. confer tamen quæ monemus ad Dionem p. 836. § 90.) Similiter apud Athenienses ἐσιλήρια dicebantur sacra quæ pro senatu & populo Athenienſi fiebant anno novo. De his *Demosthenes* in Orat. de falsa legatione (p. 225. A. edit. Aurel. Allobr. 1607. fol.) καὶ ἡ βουλὴ τὰ αὐλὰ ταῦτα ἐσιλήρια ἔθυσε, καὶ συνασιάθη. & in Midiana (p. 401. B.) ἔασε μέν με ἐσιλήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι καὶ θῦσαι καὶ καθάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως. *Suidas* (in ἐσιλήρια) ad hæc verba notat: ταύλην δὲ τὴν ἡμέραν Ἀθηναῖοι πρώτην τοῦ ἔτους νενομίκασι. Contra exitu anni dies ille, quo omnes magistratu abibant, ἐξιλήρια dicebatur, teste *Hesychio*: ἐξιλήρια, inquit, ἡμέρα ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἀπελίθενλο Ἀθήνησι. VALES.

§ 163. (l. 9.) τῇ ἡγεμονίᾳ τὰς ἀρχὰς] Hæc sunt manifeste corrupta: sed emendatio difficilis est. Ac pro τὰς ἀρχὰς, non dubito equidem legendum esse τὰς ἀπαρχάς. VALES.

§ 164. (l. 10.) ὁ υἱὸς Μαρίου] *Plutarchus* p. 432. B. ipsi Mario VII. Consuli tribuit, quod ipsis Kal. Jan. Sextum quendam

CXX.

Ὅτι θυόντων τῶν Ῥωμαίων ἱσαμένου τοῦ ἔτους [162]τὰ εἰσιτήρια, καὶ [163]τῇ ἡγεμονίᾳ τὰς [m] ἀρχὰς κατὰ τὰ πάτρια ποιουμένων, [164]ὁ υἱὸς Μαρίου δήμαρχόν τινα αὐθενθείᾳ ἀποκτείνας, τὴν κεφαλὴν αὐτῆ τοῖς ὑπάτοις ἔπεμψε, καὶ ἄλλον ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου καθεκρήμνισεν (ὅπερ οὐδεὶς ἄλλος ἐπεπόνθει) καὶ δύω στρατηγοὺς καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος εἶρξεν.

Calendis Januariis cum Romani sacra facerent, & magistratus more majorum auspicarentur, C. Marius filius Tribunum quendam plebis suamet manu interfecit, caputque ejus recisum Consulibus misit. Alium etiam de saxo Tarpejo dejecit, quod nemini ante contigerat: duobusque prætoribus aqua & igni interdixit. A.U.C.668

CXXI.

646 Ὅτι τοῦ Σύλλου τὸν Πειραιᾶ πολιορκοῦντος, [n] ἐπιλειποῦς δὲ τῆς ὕλης, διὰ τὸ κόπτεσθαι [165]τὰ πολλὰ τῶν ἔργων περικλώμενα τοῖς αὐτῶν βρίθεσι, καὶ πυρπολεῖσθαι βαλλόμενα συνεχῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, [166]ἐπεχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι. καὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην τῶν προαστείων οὖσαν, καὶ τὸ Λύκειον.

Cum L. Sylla Piræum oppugnaret, jamque materiæ copia deficeret (quia complures machinæ suomet labefactatæ pondere conciderant, & assidue injecto ab hostibus igne conflagraverant) sacris lucis manum admovere cœpit, & Academiam inter suburbia lætissimam arborum copia, simulque Lyceum arboribus nudavit. A.U.C.668

CXXII.

Ὅτι ἐπεὶ καὶ χρημάτων [o] ἐδεῖτο πολλῶν, ἐκίνει τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄσυλα, τοῦτο μὲν ἐξ Ἐπιδάυρου, τοῦτο δὲ ἐκ [p] τῆς Ὀλυμπίας τὰ κάλλιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν ἀναθημάτων μεταπεμπόμενος. ὅτε καὶ [q] τοῖς [167]Ἀμφικτύοσιν ἔγραψεν ἐς Δελφοὺς, ὅτι τὰ χρήματα τοῦ Θεοῦ βέλτιον εἴη κομιδῆναι πρὸς αὐτόν· ἢ γὰρ φυλάξειν ἀσφαλέστερον, ἢ χρησάμενος ἀποδώσειν οὐκ ἐλάττω.

Jam cum ingenti pecunia opus haberet, sacros atque intactos Græciæ thesauros spoliavit, & partim Epidauro, partim Olympia pulcherrima ac pretiosissima donaria deferri ad se jussit. Delphos quoque scripsit ad Amphictyonas, satius esse, ut Apollinis thesauri ad se deportentur: aut enim hos in tutiore custodia apud se fore, aut si forte iis esset usus, tantundem redditurum.

CXXIII.

Ὅτι τὸν ἀργυροῦν πίθον, ὃς ἦν ὑπόλοιπος, διὰ βάρος καὶ μέγεθος οὐ δυναμένων ἀναλαβεῖν τῶν ὑποζυγίων, ἀναγκαζόμενοι καθαιρεῖν τοῦτον οἱ Ἀμφικτύονες ἐς μνήμην ἐβάλοντο, τοῦτο [r] μὲν [163]Τίτον Φλαμινῖνον καὶ [169]Μάνιον Ἀκύλιον, τοῦτο

1. Dolium vero argenteum, quod unum supererat, cum avehi ob pondus & molem a jumentis non posset, coacti concidere Amphictyones, memoria repetebant hinc T. Quintium Flamininum, & Manium Acilium, hinc Aemilium Paulum;

[m] τὰς ἀρχὰς. legendum ἀπαρχὰς, Vales. ad verbum petita. [n] ἐπιλοποῦς. ἐπιλεποῦσης apud Plutarchum p. 459. A. unde hæc Dionis [o] ἐδεῖτο. ita rectius, quam apud Plutarch. legitur, ἔδει. [p] ἐκ τῆς Ὀλ. Plutarchus ἐξ Ὀλ. [q] τοῖς Ἀμφικτύοσιν Plut. τοῖς Ἀμφικτύουσιν. [r] τοῦτο μὲν Τίτον Φλαμ. corrigendus hinc Plut. apud quem perperam τοῦτο μέντοι τὸν Φλαμ.

dam Licinium, Λουκῆνον, de saxo dejecerit. Igitur patris forte jussa executus fuerit filius; qui postea demum, patre mortuo, anno ætatis XXV. per vim creatus Consul crudelitatem patris secutus est. Idem *Plut* p. 433. C. ὀλίγαις δὲ ἡμέραις ἠθνηλο νέον αὐληθλαγμένοι καὶ ἀκμάζοντα ἀντὶ πρεσβύτου δεσπότην. τοσαύτην ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μάριος ὠμότητα καὶ πικρίαν ἐπεδείξατο, τοὺς ἀρίστους καὶ δοκιμωτάτους ἀναιρῶν. *Verum intra paucos dies senem dominum senserunt se commutavisse juvene & vigente: ita atrocem se filius ejus Marius & acerbum, optimatibus & principibus necandis, præbuit.* confer & de eo *Orosium* V. 20. & in primis *Vellejum Pat.* II. 26. sq. qui tamen cap. 24. *Sextum Lucilium* vocat, prioris anni Tribunum plebis, qui tum a Publio Lænate, ejus anni tribuno plebis, saxo Tarpejo dejectus sit.

§ 165. (l. 16.) τὰ πολλὰ τῶν δένδρων] Sic in codice nostro exaratum est, cum tamen τῶν ἔργων legendum sit ex *Plutarcho* in Sulla (p. 459. A.) ex quo hæc & sequentia quatuor capita ad verbum transcripsit Dio. Sed & caput 34. & 37. (imo 33. 34. 35. 36, nihil tamen horum animadvertentibus Ursino & Leunclavio) legationum ex Dionis historia excerptarum, similiter exscripta sunt ex ejusdem Plutarchi Sulla. Adeo furaces & plagiarii Græci fere omnes deprehenduntur. Porro cum hæc ex Plutarcho exscripta sint, furto semel deprehenso, facile nobis fuit lacunas aliquot nostri exemplaris inde explere. VALES.

§ 166. (l. 19.) ἐπεχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι] Magni nempe viri superstitionem, ejusque instrumenta, ubi suis consiliis obstare visa sunt, magno ausu sæpe pessundederunt. Sulla, referente Plutarcho, p. 458. E. cum potuisset urbem, jam fame ad extrema redactam, sedendo capere, tamen quia festinabat Romam, motusque timebat urbanos, omni machinatione bellum conficere studuit. Sic Mithridates Pataras obsidens dicitur succidisse lucum Latonæ ad machinas, donec minaci somnio jussus est abstinere a sacris arboribus; ut nobis auctor est *Appianus* Mithridat. p. 188. C. Etiam Agrippas legitur sylvam circa Avernum lacum, licet alio consilio, succidisse, apud *Dionem* p. 388. & *Servium* ad Virg. Aen. III. 442: Turullius ἐν Κῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ὕλης ξύλα ἐς ναυπικὸν κεκοφὸς legitur apud *Dionem* p. 448. B. ubi vide Fabric. In primis venit hic mihi in mentem recordari Cæsaris, lucum ad Massiliam succidentis, quod eleganter describit *Lucanus*. lib. III. v. 399. sq.

§ 167. (l. 26.) τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἔγραψεν ἐς Δελφοὺς] Amphictyones circa Delphos, umbilicum totius Græciæ, commorantes, præsides concilii, quod communi civitatium græcarum nomine bis celebrabatur. vide *Politum* ad Eustath. Tom. II. p. 547. Consultabant & de publicis rebus, & templi communem sustinebant procurationem, quod accurata indigebat custodia atque sanctimonia, multis ibi pecuniis multis depositis donariis. Vide *Strabonem* lib. IX. p. 420. ubi simul varios qui dona huc contulerint, alios qui diripuerint, persequitur. Adde Herodotum & Pausaniam passim. Hos Amphictyones circa Delphos non confundendos esse cum Amphictyonibus ad Thermopylas, aut in Calauria insula, accurate docuit *Marshamus* Can. Chron. Sæc. IX. p. 119 sq. edit. Lipsi.

§ 168. (l. 34.) Τίτον Φλαμινῖνον] Ita emendavi, exemplo ipsius *Dionis* nixus, qui infra num. CLVII. & p. 719. A. recte Φλαμινῖνον vocat, non Φλαμίνιον, ut hic legabatur. vide *Pighium* ad A. U. 555. T. Quintius Flamininus, Cos. A. U. 556. sq. dux primi belli Macedonici Philippum vicit, Græciæ libertatem restituit, magna moderatione usus, ut legitur apud Plutarchum in Quintio p. 369. sqq. triumphavit infinitam prædam agens A. U. 559. vide Pighii Annales T. II. p. 271.

§ 169. (l. 34.) Μάνιον Ἀκύλιον] M'. Acilius, (non Attilius, ut

lum; quorum Acilius quidem, fugato ex Græcia Antiocho, reliqui profligatis Macedonum Regibus, non ſolum a templis Græciæ manus abſtinuerant, ſed donaria etiam honoremque & religionem addiderant.

2. Verum illi priſci hominibus modeſtis, aſſuetisque ſilentio imperata facere, præerant ad normam legum; & quamvis animis eſſent regiis, victu tamen parco ac ſobrio, ſumtibusque modicis & definitis contenti agebant, aſſentari militibus ſuis fœdius ducentes, quam hoſtem formidare. Ejus vero temporis Imperatores, cum principem locum non virtute, ſed vi tenerent, magisque in ſe mutuo quam in hoſtes armis haberent opus, cogebantur plebem ſibi devincire. Ita largitionibus in delicias militum effuſis, ut operam eorum mercarentur, patriam ſimul omnem imprudentes venalem, ac ſemet ipſos, præ cupiditate imperandi potioribus, peſſimorum mancipia reddidere. Hæc res Marium patria expulit, eadem contra Syllam reduxit: hæc impulit Cinnam ut Octavio, Fimbriam ut Flacco manus adferrent.

3. Quorum malorum Sylla præcipue fons fuit: qui ut corrumperet & ad ſuas partes alliceret aliorum milites, prolixus ac profuſus fuit in ſuos. Itaque, cum & alienos ad proditionem, & ſuos ad luxuriam inſtrueret, grandi pecunia, maxime ad illam Piræi oppugnationem, opus habuit.

CXXIV.

Ariſtio, qui Athenas præſidio tenebat, vir erat ex laſcivia ſimul ac crudelitate conflatus: qui ex Mithridatis vitiis teterrima quæque quaſi quandam in ſe colluviem traxerat. Is eam urbem, quæ ex ſexcentis bellis variaque tyrannide & seditione quondam evaſerat incolumis, poſtremo quaſi morbo quodam lethali afflixit. Nam cum frumenti medimnus mille drachmis tum intra urbem væniret, civesque obſeſſi parthenio, quod circa arcem naſcitur, & calceamentis ampullisque elixis veſcerentur, ipſe vino & diurnis comeſſationibus perpetuo indulgens, pyrrichas ſaltans & ſcurriliter

το δὲ [170] Αἰμίλιον Παῦλον· ὧν ὁ μὲν Ἀντίοχον ἐξελάσας τῆς Ἑλλάδος, οἱ δὲ τοὺς Μακεδόνων βασιλεῖς καταπολεμήσαντες οὐ μόνον ἀπέχοντο τῶν ἱερῶν τῶν Ἑλληνικῶν, ἀλλὰ καὶ δῶρα καὶ τιμὴν αὐτοῖς καὶ σεμνότητα πολλὴν προσέθεσαν.

Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀνδρῶν σωφρόνων, καὶ μεμαθηκότων σιωπῇ τοῖς ἄρχουσι παρέχειν τὰς χεῖρας, ἡγούμενοι κατὰ νόμον, αὐτοί τε ταῖς ψυχαῖς βασιλικοί, καὶ ταῖς [a] διαίταις εὐσταλεῖς [ὄντες] μετρίοις ἐχρῶντο [καὶ τεταγμένοις ἀναλώμασι, τὸ] κολακεύειν τοὺς στρατιώτας αἴσχιον ἡγούμενοι τοῦ δεδιέναι τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ τότε στρατηγοὶ βίᾳ τὸ πρωτεῖον [b] οὐκ ἀρετῇ κτώμενοι, καὶ μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλους δεόμενοι τῶν ὅπλων ἢ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἠναγκάζοντο [c] δημαγωγεῖν. καὶ ἐν τῷ στρατηγεῖν τοῖς στρατευομένοις ἐς τὰς ἡδυπαθείας ἀνήλισκον, ὠνούμενοι τοὺς πόνους αὐτῶν. καὶ ἔλαθον ὦνιον τὴν πατρίδα ποιήσαντες ὅλην, ἑαυτοὺς δὲ δούλους τῶν κακίστων ἐπὶ τῷ τῶν βελτιόνων ἄρχειν. ταῦτα ἐξήλαυνε Μάριον, εἶτ' ἄυθις [d] τοὺς περὶ Σύλλαν κατήγαγε· ταῦτα Ὀκταβίῳ τοὺς περὶ Κίνναν, ταῦτα Φλάκκου τοὺς περὶ Φιμβρίαν αὐτόχειρας ἐποίησεν.

Ὧν οὐχ ἥκιστα Σύλλας ἔδωκεν ἀρχὰς, ἐπὶ τῷ διαφθείρειν καὶ μεταπαλεῖν τοὺς ὑπ' ἄλλοις τεταγμένους, αὐτὸς καταχορηγῶν ἐς τοὺς ὑπ' αὐτῷ καὶ δαπανώμενος· [ὥστε] ἅμα τοὺς ἄλλους μὲν ἐς προδοσίαν, τοὺς δὲ ὑπ' αὐτῷ [ἐς ἀσωτίαν] διαφθείρων, χρημάτων δεῖσθαι πολλῶν, καὶ μάλιστα καὶ ἐς τὴν πολιορκίαν τοῦ Πειραιέως.

Ὅτι [171] ὁ Ἀριστίων, ὁ τὰς Ἀθήνας φρουρῶν, ἄνθρωπος ἦν ἐξ ἀσελγείας ὁμοῦ καὶ ὠμότητος ἔχων [e] συγκειμένην τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ χείριστα τῶν Μιθριδατικῶν συνερρυηκότα νοσημάτων καὶ παθῶν ἐς ἑαυτὸν ἀνειληφὼς, καὶ [f] πόλει, μυρίους μὲν πολέμους, πολλὰς δὲ τυραννίδας καὶ στάσεις διαπεφευγυίᾳ πρότερον, ὥσπερ νόσημα θανατηφόρον ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἐπισπόμενος. ὃς χιλίων δραχμῶν ὠνίου τοῦ μεδίμνου τῶν πυρῶν ὄντος ἐν ἄσει τότε, τῶν δὲ ἀνθρώπων σιτουμένων τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν [φυόμενον] [172] παρθένιον, ὑποδήματά τε καὶ ληκύθους ἐφθὰς ἐθιόντων, αὐτὸς ἐνδελεχῶς [173] ποτοῖς μεθημερινοῖς καὶ κώμοις χρώμενος, καὶ

[a] ταῖς διαίταις εὐσταλεῖς. Plutarchus: ταῖς δαπάναις εὐτελεῖς, eodem ſenſu. [b] οὐκ ἀρετῇ. male apud Plutarchum καὶ ἀρετῇ. [c] δημαγωγεῖν &c. Plutarchus: δημαγωγεῖν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἐξ' ὧν εἰς τὰς ἡδυπ. τοῖς στρατ. ἀνήλισκον, ὠούμ. τοὺς πόνους αὐτῶν, ἔλαθον [d] τοὺς περὶ Σύλλαν. Plut. ἄυθις ἐπὶ Σύλλαν, *contra Syllam*, quod præfero. [e] συγκειμένην. Plut. συγχεμένην. [f] καὶ πόλει &c. Plut. καὶ τὴν πόλιν &c. εἰς τοὺς ἐσχάτους καιροὺς ἐπιλαθόμενος.

ut Plutarchi interpres) C. F. Glabrio, Conſ. A. U. 563. Antiochum Regem caſtris exutum ex Græcia pepulit. vide *Plut.* in Quintio p. 377. ſq. 366. C. & *Pighium* T. II. p. 280.

§ 170. (l. 35.) Αἰμίλιον Παῦλον] L. Aemilius L. F. Paulus, Proconſ. A. U. 586. de Macedonia & Rege Perſe per triduum triumphavit & inſignem prædam in triumpho duxit. vide *Plutarchum* in Aemilio p. 260. ſqq. & 270. ſq. itemque *Pighium* T. II. p. 385. ſq.

§ 171. (l. 65.) ὁ Ἀριστίων] *Strabo* lib. IX. p. 398. de Athenis poſt libertatem a Romanis reſtitutam: ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδάτικὸς πόλεμος τυράννους αὐτοῖς καθέστησεν, οὓς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο. τὸν δ' ἰσχύσαντα μάλιστα, τὸν Ἀριστίωνα, καὶ τὴν βιασάμενον τὴν πόλιν, ἐκ πολιορκίας ἑλὼν Σύλλας ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμὼν ἐπόλασε, τῇ πόλει δὲ συγγνώμην ἔνειμε. *Bello deinde Mithridatico iis ſub tyrannis coacti fuerunt eſſe, quos vellet rex: quorum potentiſſimum Ariſtionem violenter urbi imperantem, Sylla Romanorum dux, urbe expugnata, ſupplico affecit, urbique veniam dedit.* Vide *Pauſaniam* in Atticis lib. I. cap. 20. p. 47. ſq. *Plutarchum* in Sylla p. 458. F. & in primis *Appianum* in Mithridatico p. 189. A. ubi eum ex ſchola Epicuri philoſophum fuiſſe tradit. Atque propter hujus ſectæ infamiam quædam forte in Ariſtionis commeſſationes criminatio vel conficta vel ultra verum aucta fuerit: Certe *Pauſanias* nihil horum memorat; contra vero Syllæ phthiriaſin, qua conſumtus eſt, vindictæ Dei propter Ariſtionem ex Minervæ templo extractum & interfectum, adſcribit.

§ 172. (l. 75.) παρθένιον] Plantam hanc deſcribit *Dioſcorides* lib. III. cap. 155. Scholiaſtes vetus Nicandri in Theriaca (ad v. 863.) ait, eandem σισηρίτιν, & περδίκιον appellari & ἐλξίνην. VALES.

§ 173. (l. 76.) πότοις μεθημερινοῖς] Apud antiquos dedecori habebatur per diem poculis indulgere, ſolisque id ganeonibus convenire putabant. Itaque apud *Plutarchum* in Arato (p. 1029. E.) emiſſarii Nicoclis tyranni, ad ſpeculanda juvenis Arati conſilia ſubmiſſi, tyrannum ridebant, qui juvenem diurnis compotationibus deditum reformidaret. Οὐδὲν ἦν, ἔλεγον, τυράννου δειλότερον, εἰ καὶ Νικοκλῆς τηλικαύτην πόλιν ἔχων, καὶ τοσαύτην δύναμιν, ὀρρωδεῖ μαράκιον εἰς ἡδονὰς καὶ

καὶ πυρείχιζων καὶ γελωτοποιῶν πρὸς τοὺς πολεμίους, τὸν μὲν [174] ἱερὸν τῆς Θεοῦ λύχνον ἀπεσβηκότα διὰ σπάνιν ἐλαίου περιεῖδε, τῇ δὲ ἱεροφάντιδι πυρῶν ἡμίεκτον προσαιτούσῃ πεπέρεως ἔπεμψε· τοὺς δὲ βουλευτὰς καὶ ἱερεῖς ἱκετεύοντας οἰκτεῖραι τὴν πόλιν, καὶ διαλύσασθαι πρὸς τὸν Σύλλαν, τοξεύμασι βάλλων διεσκέδασεν.

scurriliter illudens hostibus, lucernam Minervæ sacram præ olei penuria extingui insuper habuit: adhæc hierophantidi, tritici heminam ab ipso postulanti, piperis heminam misit: Senatum & Sacerdotes, ut misereretur civitatis, pacemque cum Sylla faceret, orantes, jactis in ipsos sagittis dispulit.

CXXV.

Ὅτι Ὀρτήσιος στρατηγικὸς ἀνὴρ καὶ πολεμικὰ ἠσκημένος.

Erat Hortensius Imperator egregius, reique bellicæ inprimis peritus.

CXXVI.

Ὅτι [175] Κίννα καὶ Κάρβωνος ἐν Ῥώμῃ τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἀνδράσι χρωμένων παρανόμως καὶ βιαίως, πολλοὶ τὴν τυραννίδα φεύγοντες ὥσπερ ἐπὶ λιμένα τὸ τοῦ Σύλλου στρατόπεδον κατεφέροντο. καὶ περὶ αὐτὸν ὀλίγου χρόνου χῆμα βουλῆς ἐγένετο.

Cum Romæ Cinna & Carbo in viros clarissimos nefarie atque per vim grassarentur, permulti, ut tyrannidi eorum se subducerent, ad Syllæ castra tanquam in portum confugerunt, ac brevi species quædam senatus apud eum fuit. A.U.C.669

CXXVII.

650 Ὅτι ὁ [176] ὑποστράτηγος Φλάκκου Φιβρίας ἐς Βυζάντιον ἐλθόντι αὐτῷ ἐστασίασεν. ἦν γὰρ ἐς πάντα δὴ τολμηρότατος καὶ προπετέστατος, δόξης τε ὁποιασοῦν ἐρασὴς, καὶ παντὸς τοῦ ἀμείνονος ὀλίγωρος. ἐξ ὧν που καὶ τότε, ἀφ' ὑπερ ἀπῆρεν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, ἀρετήν τε ἐς χρήματα καὶ σπουδὴν περὶ τοὺς στρατιώτας προποιησάμενος, ἀνηρήσατό τε αὐτοὺς, καὶ τῷ Φλάκκῳ συνέκρουσεν. ἠδυνήθη δὲ τοῦτο ποιῆσαι, ὅτι ἐκεῖνος χρημάτων τε ἄπληστος ἦν, καὶ οὐκ ἠγάπα τὰ περιγινόμενα σφετερίζόμενος· ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν στρατιωτῶν τροφῆς, ἔκ τε τῆς λείας, ἣν ἰδίαν ἑκάστοτε ἐνόμιζεν εἶναι, ἐχρημάτιζετο.

C. Flavius Fimbria, legatus Valerii Flacci, cum is Byzantium venisset, seditionem adversus eum concitavit. Erat enim ad quævis audenda vel maxime præceps, cum gloriam qualemcunque demum appeteret, virtutem vero omnem contemneret. Proinde ex quo Roma erat profectus, cum speciem quandam virtutis in spernenda pecunia & studio erga milites præ se tulisset, eos sibi devinctos adversus Flaccum incitavit. Quod quidem eo facilius assecutus est, quod L. Flacus inexplebili avaritia flagrabat, nec contentus adventitia quæque in sinum suum condere, etiam ex ipsa militum annona, & ex præda, quam semper propriam esse ducebat sibi, lucrum captabat. A.U.C.668 & sq.

CXXVIII.

Ὅτι ἐπεὶ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀφίκοντο Φλάκκος καὶ Φιβρίας, καὶ ὁ Φλάκκος ἔξω τοῦ τείχους αὐλισασθαι κελεύσας, ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθε. παραλαβὼν δὲ τοῦτο ὁ Φιβρίας, χρήματά τε αὐτὸν εἰληφέναι κατηγόρει, καὶ διέβαλλε λέγων, ὡς ἐκεῖνος μὲν ἔνδον τρυφῶν, σφεῖς δὲ ὑπὸ σκηναῖς ἐν χειμῶνι ταλαιπωροῖντο. οἱ δὲ στρατιῶται ἔς τε τὸ ἄστυ θυμῷ ἔπεσον, καί τινας τῶν ἐμπεσόντων σφίσιν

Cum ad Byzantium una cum Fimbria venisset Flaccus, militibusque extra muros tendere jussis, ipse urbem esset ingressus, hac Fimbria occasione arrepta causari cœpit, Flaccum pecuniam a Byzantinis accepisse; simul calumniatus, illum in oppido genium interim curare, dum ipsi sub pellibus asperitatem hiemis tolerarent. Quibus sermonibus incensi milites in urbem irruperunt, cæsisque

καὶ πόθους μεθημερινοὺς τὰ τῆς Φυγῆς ἐφόδια καλαχρώμενον.

Italia Cinna, major pars nobilitatis ad Sullam in Achajam ac deinde post in Asiam perfugit.

VALES.

§ 174. (l. 78.) *ἱερὸν τῆς Θεοῦ λύχνον*] Athenis erat lucerna sacra in templo Minervæ, quam Πολιάδα vocabant, *Livius* (XXX. 30.) arcis præsidem interpretatur. Eam lucernam oleo quotannis implebant certo die, durabatque oleum usque ad eundem diem insequentis anni, tametsi diu noctuque arderet. Ejus lucernæ ellychnium erat ex carbaso, quod genus lini haudquaquam igne consumitur, ut refert *Pausanias*, *ἐν περιηγήσει τῆς Ἑλλάδος* lib. I. (cap. 26. p. 63.) Eum *λύχνον ἄσβεστον* vocabant Athenienses. *Strabo* lib. IX. (p. 396.) *ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος.* Hunc vero perpetuum ignem custodiebant Athenis non virgines, ut Romæ in æde Vestæ, sed mulieres viduæ. *Plutarchus* in Numa (p. 66. B.) *ἐπεί τοι τῆς Ἑλλάδος ὅπου πῦρ ἄσβεστόν ἐστιν, ὥς Πυθοῖ καὶ Ἀθήνησιν, οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμέναι γάμων, ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν.* Et paulo post addit, sacram hanc lucernam Athenis extinctam esse tyranni Aristionis temporibus: *καθάπερ Ἀθήνησι μὲν ἐπὶ τῆς Ἀριστίωνος λήξεται τυραννίδος ἀποσβεσθῆναι τὸν ἱερὸν λύχνον.*

VALES.

§ 175. (l. 86.) *Κίννα καὶ Κάρβωνος*] Hæc pariter ex *Plutarcho* in Sylla. p. 466. A. Vide & *eundem* p. 621. D. *Livii Epitome* 83. Cinnam & Carbonem a se ipsis per biennium consules creatos dicit. *Vellejus Pat.* lib. II. cap. 23. *dominante in*

§ 176. (l. 91.) *ὑποστράτηγος Φλάκκου Φιβρίας*] Notandum est, hæc a Dione memorari post consulatum Cinnæ & Carbonis. Ex quo apparet, Valerium Flaccum Procos, a Fimbria legato occisum esse, ut recte *Vellejus Paterculus* prodidit (lib. II. c. 24.) & ex eo *Sigonius* in Fastis ad annum V. 668. Quocirca non assentior *Vincentio Contareno* doctissimo viro, qui cap. 7. variarum lectionum, Flaccum in Consulatu occisum esse contendit.

VALES.

Fimbriam legatum Valerii Flacci Consulis dicit etiam *Livii epit.* 82. *L. Val. Flaccus consul, collega Cinnæ, missus ut Sullæ succederet, propter avaritiam invisus exercitui suo, a C. Fimbria legato ipsius ultimæ audaciæ homine occisus est, & imperium ad Fimbriam translatum.* Vide & *Appianum* Mithridat. p. 132. sq. & *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 70. Flacco & Fimbriæ bellum Mithridaticum a senatu mandatum esse, tradit Memnon apud *Photium* Cod. CCXXIV. p. 731. Sed *Strabo* lib. XIII. p. 594. Quæstorem Consulis fuisse tradit. *συνεπέμφθη δὲ Φιμβρίας ὑπάτῳ Οὐαλερίῳ Φλάκκῳ ταμίας*, &c. qua in re erasse credo Strabonem. Patet certe, Flaccum in Consulatu suo missum esse ad bellum, quanquam sequenti demum anno interfectum; unde *consularem* vocat Vellejus. Incidit ergo mors in ipsum consulatum Cinnæ & Carbonis A. U. C. 669.

fisque nonnullis obviam forte sibi factis per singulas domos dispersi sunt.

σφίσιν ἀποκτείναντες ἐς τὰς οἰκίας ἐσκεδάσθησαν.

CXXIX.

Cum C. Fimbria adversus Quæstorem L. Flacci jurgium movisset, minatus est Flaccus, se illum vel invitum Romam esse remissurum: qua ex causa cum Fimbria conviciis Flaccum proscidisset, Flaccus potestatem ei ademit. At Fimbria, cum admodum invitus in patriam reverteretur, ad milites qui Byzantii agebant delatus, eos velut abiens salutavit, literasque ab iis ad familiares popposcit: injuriam sibi illatam conquestus, monensque ut beneficiorum suorum meminissent, ac sibimet ipsis diligenter caverent: Flaccum scilicet ipsis insidiari obscure significans. Quos cum dictis suis aures præbere, ac sua causa bene velle, Flaccum vero suspectum habere perspiceret, conscenso suggestu, eos aperte adversus Flaccum concitavit: atque inter cetera criminatus est, eum accepta pecunia illos proditurum, adeo ut milites Thermum qui legatus a Flacco constitutus fuerat, confestim ejicerent.

Ὅτι διαφορᾶς τινος τῷ Φιβρίᾳ πρὸς τὸν ταμίαν γενομένης, ἠπείλησεν αὐτῷ ὁ Φλάκκος ἄκοντα ἐς Ῥώμην ἀποπέμψειν, λοιδορησάμενόν τέ τι διὰ τοῦτο αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν ἀφείλετο. ὁ δὲ Φιβρίας ἐς τὴν ἀποπορείαν δῆθεν ἐπαχθέσθαι σκηλάμενος, πρὸς τοὺς στρατιώτας τοὺς ἐν Βυζαντίῳ ἀφίκετο, καὶ ὡς ἐπὶ τῇ ἀφόδῳ αὐτοὺς ἠσπάζετο, γράμματά τε ἤτει, καὶ ἑαυτὸν ὡς καὶ ἀνάξια πεπονθὼς ὠδύρετο· μεμνῆσθαί τε σφίσιν ὧν ὑπεργήκει, καὶ φυλακὴν σφῶν ποιεῖσθαι, αἰνιττόμενος ἐς τὸν Φλάκκον ὡς καὶ ἐπιβουλεύσοντα αὐτοῖς, παρῄνει. καὶ μαθὼν τὰ λεγόμενα δεχομένους, καὶ ἑαυτῷ εὔνοιαν ἔχοντας, καὶ ἐς ἐκεῖνον ὑποπτεύοντας, ἀνέβη ἐπὶ μετέωρον, καὶ προσπαρώξυνε σφᾶς, ἄλλα τέ τινα τοῦ Φλάκκου κατηγορήσας, καὶ ὅτι πρόδωσει αὐτοὺς ὑπὸ χρημάτων· ὥστε τοὺς στρατιώτας Θέρμον τὸν ἐπιτεταγμένον σφίσιν ἀπελάσαι.

CXXX.

Multos C. Fimbria ex causis haud sane justis, nec pro utilitate Reipublicæ, sed iracundia & crudelitate adductus, neci dedit. Argumento sit, quod cum palos complures, quibus religatos homines virgis ad mortem cædere erat solitus, figi jussisset, postquam multo plures esse palos quam damnatos animadvertit, quosdam ex circumstantibus comprehendi & ad reliquos deligari curavit, ne frustra statuti esse viderentur.

Ὅτι ὁ [a] Φιβρίας ἄνδρας πολλοὺς οὐ πρὸς τὸ δικαιότατον, οὐδὲ πρὸς τὸ τῇ Ῥώμῃ συμφορώτατον, ἀλλ' ὀργῇ καὶ ἐπιθυμίᾳ φόνων ἀπώλλυεν. τεκμήριον δὲ, σταυρούς ποτε πολλοὺς, οἷς προσδέων αὐτοὺς καὶ αἰκιζόμενος διεχρῆτο, γενέσθαι προστάξας, ἔπειτ' ἐπειδὴ πολὺ πλείους τῶν θανατωθησομένων εὑρέθησαν ὄντες, ἐκέλευσεν ἐκ τῶν περιεστηκότων τινὰς συλληφθῆναι, καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς προσδεθῆναι, ἵνα μὴ μάτην δόξωσι γεγονέναι.

CXXXI.

Idem cum Ilium cepisset, omnes quotquot potuit, nemini parcens, obtruncavit, urbemque prope universam cremavit. Atqui fraude non virtute bellica capti erant Ilienses. Nam cum legationem eam quam ad Syllam miserant multum laudasset Fimbria, nihilque dictitasset interesse, utri deditionem facerent, se enim ambo juxta cives Romanos esse: mox tanquam amicus in urbem receptus, ea quæ diximus perpetravit.

Ὅτι ὁ αὐτὸς [177] τὸ Ἴλιον λαβὼν, τοὺς ἀνθρώπους ὅσους ἠδυνήθη μηδενὸς φεισάμενος κατεχρήσατο, καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν ὀλίγου κατέπρησεν. εἶλε δὲ αὐτοὺς οὐ κατὰ τὸ ἰσχυρὸν, ἀλλ' ἀπατήσας. ἔπαινον γάρ τινα αὐτῶν ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ τῇ πρὸς τὸν Σύλλαν πεμφθείσῃ ποιησάμενος, καὶ διαφέρειν μηδὲν εἰ ὁποτέρῳ σπείσωνται, ἀμφοτέρους γὰρ σφᾶς Ῥωμαίους εἶναι εἰπών· ἔπειτα ὡς παρὰ φίλους αὐτοὺς ἐσῆλθε, καὶ ἐξεργάσατο ταῦτα.

CXXXII.

A.U.C.669 Q. Metellus a Cinna superatus ad Syllam se contulit, multumque ejus partibus profuit. Etenim ob egregiam justitiæ illius viri pietatisque famam, plurimi adversæ partis pariter ad Syllam transierunt,

Ὅτι ὁ [178] Μέτελλος ὑπὸ Κίννου ἡττηθεὶς ἐς τὸν Σύλλαν ἦκε, καὶ πλεῖσα αὐτῷ συνήρατο. πρὸς γάρ τοι τὴν δόξαν τῆς τε δικαιοσύνης αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας, οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν τἀναντία τῷ Σύλλᾳ

[a] *Φιβρίας* & hic scripsi, pro *Φιμβρίας*, quæ inconstans scriptura a librario profecta: quanquam Strabo, Appianus, Plutarchus *Φιμβρίαν* vocant cum latina pronunciatione consentientes.

§ 177. (l. 42.) τὸ Ἴλιον λαβὼν] *Aurelius Vict.* de V. I. c. 70. *Ilium, ubi tardius portæ patuerunt, incendi jussit, ubi Minervæ templum inviolatum stetit, quod divina majestate servatum nemo dubitavit.* Sed de Palladio tantum servato loquuntur *Servius* ad Virg. Aen. II. 166. & *Appianus* Mithridat. p. 205. E. qui ipsum templum cum hominibus qui eo confugerant conflagrasse scribit: τὸ δὲ ἕδος τῆς Ἀθηνᾶς ὃ Παλλάδιον καλοῦσι νομίζουσί τινες εὑρεθῆναι τότε ἄθραυστον. Idem *Appianus* de fraude, qua Ilium cepit Fimbrias, consimilia Dioneis refert. Ter captum Ilium volunt, equis ter illi fatalibus: primum ab Hercule, ob denegatos a Laomedonte equos: tum ab Agamemnone per ligneum equum: tertio a Charidemo (sub Fimbria) cum prolapso in porta equo, eam claudere subito Trojani non potuissent: ut observat *Plutarchus* in Sertorio p. 568. C. conf. & *Polyænum* Strateg. III. 14. Hæc clades Ilii incidit in finem Olymp. CLXXIII. & sunt qui putant inter hanc & illam priscam oppugnationem ML. annos intercedere, teste *Appiano* l. c. Cepit autem Fimbrias urbem die undecimo, gloriatus se totidem fere diebus cepisse urbem quot Agamemnon annis, ut est apud *Strabonem* lib. XIII. p. 594.

§ 178. (l. 51.) Μέτελλος ὑπὸ Κίννου ἡττηθεὶς] Q. Cæcilius Metellus Pius, Numidici filius, Procos. Africam obtinuerat, sed a C. Fabio Cinnanæ factionis prætore pulsus, cum exercitus sui reliquiis Syllæ adventum in Italiam expectavit. vid. *Appianum* Civil. I. p. 398. D. Initium belli quo Sulla Brundusium appulit, idem Appianus constituit in Olymp. CLXXIV.

§ 179. (l. 59.) ὑπὸ Πλουτάρχου] Vita Pompeji reperitur p. 619. sqq. ubi p. 621. C. sq. hæc Dionis attingit. conf. & *Appianum* Civil. I. p. 399.

Σύλλᾳ πρατ]όν]ων, νομίσαν]ες αὐ]ὸν οὐκ ἀκρίτως οἱ συνεῖναι, ἀλλὰ τά τε δικαιότερα καὶ τὰ τῇ πατρίδι συμφορώτερα ὄντως αἱρεῖσθαι, προσεχώρησαν σφίσιν.

runt, perſuaſi, talem virum haud quaquam temere ſeſe adjunxiſſe Syllæ, ſed quod æquiſſimum ac Reip. utiliſſimum eſſet, omnino elegiſſe.

CXXXIII.

Ὅτι ὁ Πομπήϊος ὑὸς ἦν τοῦ Στράβωνος, συνεκρίθη δὲ [179] ὑπὸ Πλουτάρχου Ἀγησιλάῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ. ἀχθόμενος δὲ τοῖς τὴν πόλιν ἔχουσιν ἐξωρμήθη ἐς τὸ Πικηνὸν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ, [180] οὐδὲ ἐς ἄνδρας πω πάνυ τελῶν. καὶ παρ' ἐκείνων χεῖράς τινα [b] παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἡγεμονίαν ἀθροίσας, [181] δυναστείαν ἰδίαν συνίστη, καὶ ᾠήθη ἐλλόγιμόν τι πρᾶξαι καθ' ἑαυτόν· καὶ τῷ Σύλλᾳ προσεχώρησε, καὶ ὁ μὲν τούτων ἀρξάμενος οὐδὲν μείων ἐκείνου ἐγένετο, ἀλλ' ὥσπερ που καὶ ἡ ἐπίκλησις αὐτοῦ προσετέθη μέγας ἠυξήθη.

Cn. Pompejus Strabonis filius, quem Plutarchus cum Ageſilao Spartano comparavit, cum eos qui in urbe rerum potiebantur, ferre non poſſet, ſuamet auctoritate, vixdum virilem ingreſſus ætatem, in Picenum profectus eſt. Ubi coacta manu, quod Picenos pater in poteſtate habuerat, privatam dominationem conſtituit, videbaturque ipſe per ſe res magnas geſturus. Ceterum his ab initiis orſus Pompejus, Syllæ quidem ſe adjunxit, ſed nihilo inferior illo evaſit, & (quod addito Magni cognomine declaratur) ad ſummum faſtigium eſt evectus. A.U.C.671

CXXXIV.

Ὅτι ὁ Σύλλας τὸ στράτευμα παρέδωκεν [182] ἀνδρὶ μήτ' ἄλλως ἐπαινουμένῳ, καίπερ πολλοὺς ἐκ τῶν ἀπ' ἀρχῆς συγγενομένων οἱ ἔχων, καὶ ἐμπειρίᾳ καὶ πράξει προφέροντας, οἷς που καὶ ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου πρὸς πάντα τὰ ἀναγκαῖα ὡς καὶ πιστοτάτοις ἐκέχρητο. καὶ πρὶν μὲν νικήσῃ ἐδεῖτό τε αὐτῶν, καὶ ταῖς ἀπ' αὐτῶν ὠφελίαις ἀπεχρῆτο. ἐπεὶ δὲ ἐγγυτέρω τῆς ἐλπίδος τοῦ πανελῶς κρατήσειν ἐγένετο, οὐδένα αὐτῶν ἔτι λόγον ἐποιεῖτο· τοῖς δὲ κακίσοις, καὶ μήτε ἐν περιφανείᾳ γένους, μήτε ἐν δόξῃ ἀρετῆς ὄυσι, μᾶλλον ἐπίστευσεν.

1. Sylla exercitum tradidit homini nulla re præclare geſta ſpectato, tametſi plurimos ſecum haberet uſu & dexteritate præſtantes viros, qui eum ab initio erant ſecuti, & quorum ipſe tanquam fideliſſimorum opera in ſummis adhuc diſcriminibus fuerat uſus. Enim vero Sylla ante quam evaſiſſet ſuperior, implorare homines ſolebat, eorumque miniſterio in ſuam rem abuti: ſed cum jam prope a ſumma poteſtate abeſſe ſibi videbatur, nullam eorum rationem habuit amplius, verum nequiſſimis hominibus, quibus nec ſplendor generis, nec fama virtutis ſuppeteret, magis credidit. A.U.C.672

Αἴτιον δὲ ὅτι τοὺς μὲν τοιούτους πρὸς πάντα αὐτῷ καὶ τὰ χείρισα ἑτοίμους ὄντας ὑπουργεῖν ἑώρα, καὶ χάριν τε ἑαυτῷ πλείσην κἂν ἐλαχίστου τινὸς τύχωσιν ὀφειλήσειν, καὶ μήθ' ὑπερφρονήσειν ποτὲ, μήτε τῶν ἔργων ἢ τῶν βουλευμάτων ἀνίσποιήσεσθαι ἐνόμιζεν· τὸ δ' ἀρετὴν ἔχον οὔτε συγκακουργεῖν οἱ ἐθελήσειν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ ἐπιλιμήσειν, καὶ τὰ γέρα τῶν εὐεργετημάτων κατ' ἀξίαν ἀπαιτήσειν, καὶ μηδεμίαν χάριν ἐπ' αὐτοῖς ἅτε καὶ ὀφειλόμενα σφίσιν ἀπολαμβάνοντας ἕξειν, τάς τε πράξεις καὶ τὰς συμβουλίας ὡς καὶ ἑαυτῶν ὄυσας προσποιήσεσθαι.

2. Nempe hujusmodi homines ad quodvis ſcelus patrandum promtiſſimos ſibi adminiſtros fore intelligebat: eosdemque quamvis minimo affectos præmio, maximam ſibi gratiam habituros, numquam porro ejusmodi ſpiritus ſumturos cenſebat, ut vel rerum geſtarum vel conſiliorum captorum gloriam ſibi arrogarent. Contra viros virtute præſtantes nullum unquam flagitium ſecum ſuſcepturos, ſed ſe idcirco objurgaturos potius: præmia præclare factorum pro merito poſtulaturos, neque ullam pro iis, quaſi ex debito acceptis, gratiam habituros: poſtremo res geſtas & conſilia tanquam a ſe profecta ſibi vindicaturos.

CXXXV.

Ὅτι ὁ Σύλλας [183] νικήσας τοὺς Σαυνίτας, μέχρι μὲν δὴ οὖν τῆς ἡμέρας ἐκείνης διαπρεπὴς ἦν, καὶ ὄνομα

1. Victis Samnitibus Sylla celebris adhuc, & cum rerum bello geſtarum tum conſiliorum gloria A.U.C.672

[b] παρὰ τὴν. forte διὰ Valeſ.

§ 180. (l. 61.) οὐδὲ ἐς ἄνδρας πω πάνυ τελῶν] annos natus tres & viginti. *Plut.* p. 621. E. *Vellejus* II. 29.

§ 181. (l. 64.) δυναστείαν ἰδίαν] Habebat quippe tres legiones integras collectas ex Picenis qui Carbonis dominationem moleſte ferebant, cum quibus tres Carbonianos duces in ſe irruentes fudit. *Plut.* ibid. & *Livii Epit.* 85. *Quid enim tam novum, quam adoleſcentulum, privatum, exercitum difficili reipublicæ tempore conficere? confecit: huic præeſſe? præfuit: rem optime ductu ſuo gerere? geſſit.* Verba ſunt *Ciceronis* pro lege Manil. cap. 21. conf. *Vellejum* l. c.

§ 182. (l. 70.) ἀνδρὶ μήτ' ἄλλως ἐπαινουμένῳ] Lucretium Ofellam intelligi exiſtimo, cui L. Sulla maximam exercitus partem ad obſidionem Prænestinæ urbis commiſerat, ut ſcribit *Plutarchus* (p. 471. C.) & *Livius* (Epit 88. *Appianus* Civil. I. p. 408. A. 413. C.) Hic Lucretius Ofella paulo poſt cum Conſulatum peteret, Sullæ juſſu occiſus eſt a L. Bellieno, uti *Aſconius* dicit in Orat. Ciceronis in toga candida. (vide & *Vellejum* II. 27. *Livii Epit.* 89. & *Plut.* p. 473. B.) Vales.

§ 183. (l. 96.) νικήσας τοὺς Σαυνίτας] *Livius Epit.* 88. *Cum Samnitibus, qui ſoli Italicorum populorum arma nondum poſuerant, juxta urbem Romam ante portam Collinam debellavit.* Samnites Lucanosque jungit *Plutarchus* in Sylla. p. 470. ſq. velut belliçoſiſſimas gentes, adeo ut Dolabella & Torquatus vehementer diſſuaderent prælium, ne feſſis præſertim itinere militibus extremam aleam jaceret, οὐ γὰρ Κάρβωνα καὶ Μάριον, ἀλλὰ Σαυνίτας καὶ Λευκανοὺς τὰ ἔχθιστα τῇ Ῥωμῃ καὶ τὰ πολεμιώτατα φῦλα συμφέρεσθαι. Conf. & *Strabonem* lib. V. p. 249. *Vellejum* c. 27.

ria illuſtris admodum erat; ſimul humanitate erga alios, ſimul pietate in Deos ceteris præſtare credebatur adeo, ut omnes exiſtimarent, virtutis ejus cauſa fortunam ei favere. Verum ex eo tempore in tantum mutatus eſt, ut merito ambigas, ſintne illa ſuperius commemorata & quæ hinc ſequentur ab uno eodemque viro profecta. Adeo ille, ut mihi perſuadeo, felicitatem ſuam ferre non potuit. Nam & illa ipſa, quæ dum parum poterat objectabat aliis, & plura alia multoque tetriora facinora admiſit: quorum ſane cupiditatem cum jam ante ſemper habuerit, habere in ſuprema demum poteſtate ipſo facto deprehenſus eſt: unde etiam nonnullis hæc præcipua infelicitatis ejus viſa eſt cauſa.

ὄνομα ἀπό τε τῶν σραϛηγημάτων καὶ ἀπὸ τῶν βουλευμάτων μέϛιϛον ἔχε, φιλανθρωπίᾳ τε καὶ εὐσεβείᾳ ϖολὺ ϖροέχειν ἐνομίζεϛο, ὥϛε καὶ τὴν τύχην σύμμαχον ἀπὸ τῆς ἀρεϛῆς ϖάντας ἔχειν αὐτὸν ἡγεῖϑαι. μετὰ δὲ δὴ τοῦτο [184] τοσαύϛην μεταβολὴν ἐποιήσαϛο, ὥϛε μηδὲ τοῦ αὐϛοῦ τινα φάναι ταὐτά τε καὶ τὰ ἔπειϛα εἶναι. ὅϛως ὡς ἔοικεν οὐκ ἤνεγκεν εὐϛυχήσας. καὶ γὰρ ἐκεῖνα, ἃ ἕως ἀϑενὴς ἦν ἄλλοις ἐπεκάλει, καὶ ἕτερα ϖλείω, καὶ ἀϖοϖώτερα ἔϖραξε· βουλόμενος μέν ϖε καὶ ἀεὶ αὐτὰ, ἐλεγχϑεὶς δὲ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ. ἀφ' ὅϒϖερ καὶ τὰ μάλιϛα ἔδοξέ τιϛιν ἡ κακοϖραγία μέρος οὐκ ἐλάχιϛον ἔχειν. 657

2. Enimvero ſimulac Samnites ſuperaverat, jamque finem bello impoſitum eſſe arbitrabatur, (cum reliquias ejus parvi duceret) repente mores mutavit. Nam ipſe quidem extra portas, quodammodo in acie manſit, Cinnam vero & Marium, imo qui poſt eum extiterunt omnes, crudelitate ſuperavit. Quæ enim ne in civitates quidem exteras arma ſibi inferentes ſtatuerat, ea in patriam quaſi bello a ſe victam edidit.

Ὁ γὰρ Σύλλας τάχιϛα ὡς τῶν Σαυνιϛῶν ἐκράτησε, καὶ τέλος τῷ ϖολέμῳ ἐϖιϛεθεικέναι ἐνόμισε, (τὰ γὰρ δὴ λοιϖὰ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐϖοιεῖτο) μεϛεβάλετο. καὶ ἑαυτὸν μὲν ἔξω τε τῶν τειχῶν τρόϖον τινὰ, καὶ ἐν τῇ μάχῃ καϛέλιϖεν, τὸν δὲ δὴ Κίνναν καὶ τὸν Μάριον, ἄλλους τε τοὺς μετ' αὐτὸν γενομένους ϖάντας ἅμα ὑϖερέβαλεν. ὅσα γὰρ μηδένα τῶν δήμων τῶν ὀθνείων ἀνϛιϖολεμησάνϛων οἱ ἔδρασε, ταῦτα τότε τὴν ϖαϖρίδα καϑάϖερ καὶ ἐκείνην νικήσας ἐξειργάσαϛο.

3. Jam primum illo ipſo die L. Damaſippi ac reliquorum ejus ſociorum capita ad urbem Præneſte miſſa palis ſuffigi curavit, & multos, qui ſe ei ſponte dediderant, tanquam vi captos necavit. Poſtridie cum ſenatum in ædem Bellonæ convocaſſet, quaſi rationem aliquam illi redditurus, ſimulque eos qui bello capti erant in villam publicam convenire juſſiſſet, tanquam eos milites ſcripturus; hos quidem aliorum militum opera trucidavit, multique tum ex urbe homines, illis forte intermixti, una periere; ſenatores vero acerbiſſima oratione allocutus eſt.

Τοῦτο μὲν γὰρ ἀνϑημερὸν [185] τὰς κεφαλὰς τοῦ τε Δαμασίϖϖου καὶ τῶν συνεξεϛαϑέντων αὐτῷ ϖρὸς τὸ Πραινέϛε ϖέμψας ἀνεσκολόϖισε, καὶ τῶν [186] ϖαραδόντων σφᾶς ἐϑελονϛὰς συχνοὺς ὡς καὶ ἄκοντας ἑλὼν ἀϖέκϛεινεν. καὶ τῇ ὑϛερείᾳ τοῖς τε βουλευϛαῖς [187] ἐς τὸ Ἐνυέϊον, ὡς καὶ ἀϖολογούμενός τι αὐτοῖς, καὶ τοῖς ζωγρηϑεῖσιν ἐς [188] τὸν ἀγρὸν τὸν δημόσιον καλούμενον ὡς καὶ ἐς τὸν καϛάλογον αὐτοὺς ἐσγράψων συνελϑεῖν κελεύσας, τούϛους ἅμα δι' ἑτέρων ἐφόνευσε· καὶ ϖολλοὶ τῶν ἐκ τῆς ϖόλεως ἀνϑρώϖων ἀναμιχϑέντες σφίσι ϖαραϖώλοντο· καὶ ἐκείνοις αὐτοῖς [189] ϖικρόταϛα διελέξαϛο.

CXXXVI.

§ 184. (l. 2.) τοσαύτην μεταβολὴν ἐποιήσατο] Ita & Sullam mutatum deſcribit *Plutarchus* p. 471. F. Σύλλας δὲ μεγίϛως τὰ ϖρῶτα καὶ ϖολιτικῶς ὁμιλήσας τῇ τύχῃ, καὶ δόξαν ἀριϛοκρατικοῦ ϖαὶ δημοφιλοῦς ἡγεμόνος ϖαραχών, ἔτι δὲ καὶ φιλόγελως ἐκ νέου γενόμενος, καὶ ϖρὸς οἶνον ὑγρὸς, ὥϛε ῥᾳδίως ἐϖιδακρύειν, εὐκόϖτως ϖροσεγρίψατο ταῖς μεγάλαις ἐξουσίαις διαβολὴν, ὡς τὰ ἤϑη μένειν οὐκ ἐώσαις ἐϖὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς τρόϖων, ἀλλ' ἐμϖλήκϛα καὶ χαῦνα καὶ ἀϖάνϑρωϖα ϖοιούσαις. *Sulla vero, qui moderate tulerat initio & civiliter fortunam, exiſtimationemque dederat imperatoris optimatum reique publicæ ſtudioſi, inſuper ad riſum a juventute propenſus, & promptus ad miſericordiam, adeo ut facile ei lacrymæ manarent, merito hanc inuſſit magnæ potentiæ maculam, mores eam non pati in priore ſtatu manere, ſed ſtolidos, arrogantes & inhumanos efficere.* *Vellejus Pat.* lib. II. cap. 17. *qui* (Sulla) *neque ad finem victoriæ ſatis laudari, neque poſt victoriam abunde vituperari poteſt.* Idem c. 25. *adeo enim Sulla diſſimilis fuit bellator ac victor, ut dum vincit juſtiſſimo lenior, poſt victoriam audito fuerit crudelior.* conf. & *Io. Antiochenum* in Exc. Peir. p. 793. ſq.

§ 185. (l. 22.) τὰς κεφαλὰς τοῦ τε Δαμασίϖϖου] Damaſippus cum Marcio & Carinate, Carboniani duces, adjunctis Samnitibus, Prænеſte, & ibi obſeſſum Marium liberare obſidione tentaverant. Sed cum fauces a Syllanis obſeſſas perrumpere non poſſent, urbem adorti fuſique fugam petierant, ut *Appianus* refert Civil. I. p. 407. B. Quid Damaſippo factum ſit, Appianus non addit; de ceteris hæc habet: μετὰ δὲ μίαν ἡμέραν αὐτῷ καὶ Μάρκιος καὶ Καρβίνας ἄλόντες ϖροσήγοντο, καὶ οὐδὲ τῶνδε ϕαιδόμενος ὅια Ῥωμαίων, ἔκλαιεν ἄμϕω, καὶ τὰς κεφαλὰς ἐς Πραινεϛὸν Λουκρητίῳ ϖερὶ τὰ τάχη ϖεριενεγκᾶν ἔϖεμψε. *Poſtridie Marcius & Carrinas capti ad Syllam deducti ſunt. Sed ne his quidem pepercit, quin ambos juſſit trucidari, capitaque præciſa miſit Lucretio circa mœnia Præneſtinorum circumferenda.* De Teleſino idem tradit *Vellejus Pat.* lib. II. c. 27. *Teleſinus poſtera die ſemianimis repertus eſt, victoris magis quam morientis vultum præferens, cujus abſciſſum caput ferri geſtarique circa Præneſte Sulla juſſit.*

§ 186. (l. 25.) ϖαραδόντων σφᾶς ἐϑελονϛὰς] Inhumanum dedititios trucidare. Prænеſtinos tamen ita tractatos a Sulla, legas apud *Valerium Max.* IX. 2. 1. & *Appianum* I. Civil. p. 408. C. niſi quod uni hoſpiti ſuo concedere voluit incolumitatem, qui tamen negavit, ſe patriæ ſuæ parricidæ unquam gratias acturum de ſalute ſua, immiſcuitque ſe ultro catervæ civium ſuorum & cum iis trucidatus eſt, teſte *Plutarcho* p. 472. E. Sed videtur hic intelligere Dio cives Romanos, qui paulo poſt pugnam quæ ante portam Collinam commiſſa erat, ſe ei dediderunt: eos ipſos nempe quos in villa publica cæſos ſtatim dicit. Sic *Florus* III. 21. *Stricti enim & in pace gladii, animadverſumque in eos qui ſe ſponte dediderant. - - Quatuor millia deditorum inermium civium in villa publica interfici juſſit.* *Livius epit.* 88. *octo millia deditorum in villa publica trucidavit.* Conf. & *Plutarch.* Sylla p. 471. D. *Auguſtin.* C. D. III. 28. *Oroſ.* V. 21. *Aurelium Vict.* V. I. 75, 10. *Valerium Max.* IX. 2. 1. & *Strabonem* lib. V. p. 249. qui τὴν δημοσίαν ἔϖαυλιν τὴν ἐν τῷ Μαρτίῳ κάμϖῳ villam publicam vocat. Erat enim prope ſepta in extremo campo Martio verſus urbem, & adjectam domum amplam habebat, in qua hoſtium legati publice accipiebantur. Videatur *Vignolius* de columna Antonini Pii cap. 2. p. 19. ſqq.

§ 187. (l. 27.) ἐς τὸ Ἐνυέϊον] Scilicet extra urbem in æde Bellonæ ſenatus dabatur ei, qui triumphans urbem ingredi volebat. Rem narrat pariter *Plutarchus* in Sylla, p. 471. D. E.

§ 188. (l. 28.) τὸν ἀγρὸν τὸν δημόσιον] Nempe in villa publica

CXXXVI.

Ὅτι ὁ φόνος τῶν ἑαλωκότων καὶ τότε οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐγίνετο. καὶ αὐλῶν ἅτε ἐγγὺς τοῦ ναοῦ Ἐνυσκόντων, πολὺς μὲν θόρυβος, πολὺς δὲ καὶ θρῆνος, οἰμωγαί τε καὶ ὀδυρμοὶ ἐς τὸ συνέδριον συνέπιπτον, ὥστε τὴν γερουσίαν ἀμφοτέρωθεν ἐκταράττεσθαι. καὶ γὰρ οὐδὲ πόρρω ἔτι τοῦ τι καὶ αὐτοῖ δεινὸν πείσεσθαι προσδοκᾶν ἦσαν, ὅτως ἀνόσια αὐτοῦ καὶ λέγοντος ἅμα καὶ πράττοντος· καὶ διὰ τοῦτο πολλοί, ἅτε ἐπ' ἀμφοτέροις ἐν ταυτῷ περιαλγοῦντες, ἐπεθύμουν τῶν ἔξω καὶ αὐτοὶ τῶν ἤδη ἀπολωμένων εἶναι, ἵνα παύσωνται πρός γε φοβούμενοι· ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ἀνεβέβλητο, οἱ δ' ἄλλοι κατεσφάγησαν, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἐρρίφησαν. ὥστε τὸ τοῦ Μιθριδάτου πολὺ δεινὸν
658 νομισθὲν, ὅτι ποτὲ [191] πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ῥωμαίους ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπέκτεινεν, ἐν βραχεῖ πρός τε πλῆθος καὶ τὸν τρόπον τῶν τότε φονευθέντων νομισθῆναι.

Οὐδὲ ἐνταῦθα τὸ δεινὸν ἔστη, ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ φρυκτωρίας τινὸς ἐκεῖθεν αἱ σφαγαὶ ἀρξάμεναι, καὶ ἐν τῷ ἄστει, καὶ ἐν τῇ χώρᾳ, ταῖς τε πόλεσι ταῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πάσαις ἐγένοντο. πολλοὺς μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ Σύλλας, πολλοὺς δὲ καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ, οἱ μὲν ἐπ' ἀληθείας, οἱ δὲ καὶ προσποιούμενοι, ἐμίσουν· ὅπως ἐκ τῆς τῶν ἔργων ὁμοιότητος τό τε ὁμόηθές οἱ ἐνδεικνύοντες, καὶ τὴν φιλίαν [c] βεβαιοῦντες, μὴ ἐκ τοῦ διαφόρου αὐτῶν ὑποπτευθῶσί τε καὶ καταλυνώσκειν τι αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο κινδυνεύσωσιν. ἔσφαζον δὲ καὶ ὅσους πλουτοῦντας ἢ καὶ ἄλλως πως ὑπερέχοντας σφῶν ἑώρων, τοὺς μὲν φθόνῳ, τοὺς δὲ διὰ τὰ χρήματα· πλεῖστοι γὰρ ἐν τῷ τοιούτῳ καὶ τῶν μέσων, κἂν μηδὲ [d] ἑτέροις ὧσι συναίροντες, ἰδιόν τι ἔγκλημα τὸ κατ' ἀρετὴν ἢ καὶ γένει [192] πλούτῳ τέ τινος προέχειν λαμβάνοντες· καὶ ἀσφάλεια οὐδεμία οὐδενὶ πρὸς τὸς ἐν κράτει τινὶ ἀδικεῖν βουλομένους εὑρίσκετο.

1. Cum interim cædes captorum ejus jussu fieret, hisque prope ædem Bellonæ morientibus, ingens tumultus, ejulatus, gemitus, lamenta in Curia exaudirentur: utraque de causa mirifice perturbati sunt Patres Conscripti. Etenim suis quoque capitibus exitium imminere propemodum suspicabantur, quod Sulla tam nefaria simul & dicere auderet & facere. Proinde multi, quippe uno tempore duplici ægritudine afflicti, eorum sibi optabant conditionem, qui in villa publica cecidérant, ut tandem metu levarentur. Verum ipsos quidem in aliud tempus Sulla distulerat, ceteri interim cæsi & cadavera in profluentem abjecta sunt; ut jam Mithridatis sævum illud facinus, quum omnes per Asiam Cives Romanos una die occideret, præ numero ac cædis genere eorum, qui tum a Sulla necati sunt, leve haberetur. A.U.C.672

2. Neque vero malum hic stetit, sed tanquam dato hinc ab excubiis signo cædis, mox in urbe & per agros, & in omnibus prope Italiæ municipiis cædes patratæ sunt. Multos enim Sulla, multos Sullæ amici, partim re vera oderant, partim odisse simulabant; quo facinorum morumque similitudine ei approbata, amicitiam confirmarent, neve ex dissimilitudine suspicionem præoberent Sullam a se improbari, ac proinde in discrimen salutis inciderent. Eos porro trucidabant maxime, quos aut divitiis aut alia quapiam laude sibi præstare animadverterant: hos quidem præ invidia, illos vero pecuniæ cupiditate. Quo in numero erant complures neutram in eo bello partem secuti aut juvantes, quibus unicum crimen erat, quod virtute aut splendore generis aut opibus antistarent. Denique nulla jam securitas cuiquam supererat adversus eos, qui in illa quam tenebant potentia injuste agere decreverant.

CXXXVII.

[c] βεβαιοῦντες. βεβαιῶντες MS. [d] ἑτέροις ὦσι. ἑτέρως ἐι συν. MS.

blica Consules dilectum habebant, ut docet *Varro* lib. III. de re rustica cap. 2. *Præterea cum ad remp. administrandam hæc villa sit utilis, ubi cohortes ad dilectum consuli adductæ consistant, ubi arma ostendant: ubi Censores censu admittant populum.* Duplicem autem dilectum quotannis Romæ habebant Consules, primum in Capitolio, quando jussu Cos. conveniebant juniores; ibique a tribunis singulæ tribus sortito citabantur, sicut refert *Polybius* lib. VI. (p. 466 sq.) *Varro* γεροντοδιδασκάλῳ. *Manius Cos. in Capitolio cum dilectum haberet, nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem. Livius* quoque lib. XXVI. (cap. 31.) *Marcellus, dimissis Siculis, in Capitolium ad dilectum discessit.* Posterior dilectus erat, cum iidem juniores præstituto die convenire iterum jussi in certum locum, alii in principes, alii in hastatos, alii in velites legebantur, ut tradit ibidem Polybius. Sed cum is locum, in quo hic posterior dilectus agebatur, non tradiderit, ego villam publicam in campo Martio eam fuisse affirmo ex auctoritate M. Varronis. Atque hic posterior proprie dilectus fuit. Nam in priore dilectu, sorte tantum res peragebatur, posterior sola lectione constabat. Quare *Polybius* (p. 468. B.) in hoc dilectu utitur hac voce διαλέγειν, quod ad verbum est deligere: διαλέγουσι δὲ τοὺς μὲν νεωτάτους εἰς γροσφομάχους &c. Primos autem reperio M. Fabium & L. Valerium Coss. dilectum in campo Martio habuisse anno Urbis 271. ut tribunos plebis eluderent, qui dilectum impediebant: quippe tribunis pl. extra urbem nulla potestas erat, ut refert *Dionysius Halic.* lib. VIII. (p. 554.) VALES.

§ 189. (l. 33.) πικρόταλα διελέξαλο] Minacem Syllæ orationem legas apud *Appianum* Civil. I. p. 409. A.

§ 190. (l. 44.) ἵνα πάνσωνται πόλε φοβούμενοι] *Plutarchus* p. 472. A. ἀναιρουμένων ποικίλων καὶ καθ' ἰδίας ἔχθρας, ἷς οὐδὲν ἦν πρᾶγμα πρὸς Σύλλαν, ἐφιέντος αὐτοῦ καὶ χαριζομένου τοῖς περὶ αὐτόν, ἐτόλμησε τῶν νέων εἷς Γάϊος Μέτελλος ἐν τῇ συγκλήτῳ τοῦ Σύλλα πύθεσθαι, τί πέρας ἔσαι τῶν κακῶν, καί ποι προελθόντος αὐτοῦ δᾶ πεπύνθαι τὰ γινόμενα προσδοκᾶν. Παραιλούμεθα γὰρ (ἔφην) οὐχ ὃν σὺ ἔγνωκας ἀναιρεῖν τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ τῆς ἀμφιβολίας ὃν ἔγνωκας σώζειν. *Dum multi etiam ex privatis simultatibus, quibus nihil cum Sylla intercedebat negotii, concedente eo & gratificante suis, obtruncantur, unus ex junioribus C. Metellus ausus est in senatu ex Sylla percunctari, quis tandem esset malorum futurus finis, & quousque progressum istis factis expectarent temperaturum? Deprecamur enim, inquit, non eorum, quos tu tollere decrevisti, supplicia, sed dubitationem eorum quos statuisti conservare.*

§ 191. (l. 48.) πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ῥωμαίους] Vide supra num. CXV.

§ 192. (l. 67.) πλούτῳ τέ τινος προέχειν] *Plutarchus* Sylla p. 472. D. ἦσαν δὲ οἱ δι' ὀργὴν ἀποκτείνοντες καὶ δι' ἔχθραν οὐδὲν μέρος τῶν διὰ χρήματα σφαττομένων. ἀλλὰ καὶ λέγειν ἐπῆσαν τοῖς κολάζουσιν, ὡς τόνδε μὲν ἀνῄρηκεν οἰκία μεγάλη, τὸν δὲ κῆπος, ἄλλον ὑδάτια θερμά. Κόϊντος δὲ Αὐρήλιος, ἀνὴρ ἀπράγμων, καὶ τοσοῦτον αὐτῷ μεῖναι τῶν κακῶν νομίζων, ὅσον ἄλλοις συναλγεῖν ἀτυχοῦσιν, εἰς ἀγορὰν ἐλθὼν, ἀνεγίνωσκε τοὺς προγεγραμμένους· εὑρὼν δὲ ἑαυτὸν, ὅτι μοι τάλας, εἶπε, διώκει με τὸ ἐν Ἀλβανῷ χωρίον. *Atque eorum, qui ex ira vel odio necabantur, exiguus erat numerus præ illis, qui opum causa trucidabantur. Imo audebant dicere homicidæ: hunc perdiderunt amplæ ædes, illum horti, alium thermæ. Quintus Aurelius, vir quietus, atque hactenus illa mala ad se pertinere arbitratus,*

CXXXVII.

A.U.C.673 1. Hujusmodi igitur calamitatibus Roma premebatur. Quid enim attinet illatas vivis hominibus injurias commemorare, quibus cum multæ matronæ, tum nobilissimi pueri, non secus ac captivi, violati sunt? Nam hæc tametsi gravissima, tamen ob similitudinem eorum quæ jam ante acciderant, iis qui extra hanc aleam erant, tolerabilia esse videbantur. Verum postquam his minime contentus Sulla, haud satis sibi esse duxit alios imitari, sed cupido incessit multiplici cædium varietate cunctos mortales longe superandi, prorsus ac si virtutis esset sævitia nemini concedere: novo atque inusitato more album proposuit, in quo nominatim proscripsit quos sublatos vellet.

Ὅτι τοιαῦτα συμφορὰ τὴν Ῥώμην περιέχον. τί γὰρ ἄν τις τὰς τῶν ζώντων ὕβρεις λέγοι; αἱ πολλαὶ μὲν περὶ τὰς γυναῖκας, πολλαὶ δὲ περὶ τοὺς παῖδας τοὺς εὐγενεστάτους, καθάπερ αἰχμαλώτους, ἐγίγνοντο· ἃ μὴν ἀλλὰ ἐκεῖνα, καίπερ χαλεπώτατα ὄντα, τῷ γοῦν ὁμοιοτρόπῳ τῶν ἤδη σφισι συμβεβηκότων οἱονεὶ τοῖς γε ἐκτὸς τούτων ὄυσιν ἐδόκει εἶναι. ὡς δὲ οὐκ ἐξήρκει τῷ Σύλλᾳ, οὐδ' ἠγάπα τὰ αὐτὰ ἑτέροις δρῶν, ἀλλά τις αὐτῷ πόθος εἰσῆει καὶ ἐν τῇ πολυτροπίᾳ τῶν φόνων πολὺ πάντων περιεῖναι, ὥσπερ τινὰ ἀρετὴν ὄυσαν, τὸ μηδὲ ἐν ταῖς μιαιφονίαις τινὸς ἥττασθαι, [193] τινὰ καινότητα ἐξέθηκε λελευκωμένον πίνακα, ἐς ὃν ἐνέγραφε τὰ ὀνόματα.

2. Sed nihilo secius eadem quæ prius actitabantur, nec securitas iis parta erat, qui in tabula proscripti non fuissent. Multi enim non modo adhuc superstites, sed etiam mortui, in securitatem eorum qui illos occiderant, insuper adscribebantur: adeo ut nulla in re prioribus malis præstaret proscriptio hæc, sed cuncti acerbitate ejus & iniquitate gravarentur. Nam tabulæ ipsæ, tanquam album quoddam Senatorium, aut matricula militum qui in numero essent, palam proponebantur: omnesque tum qui præsentes forte erant, ad eas velut bonum nuncium afferentes magno studio concurrebant. Sed cum alii propinquos, alii se ipsos etiam proscriptos ad necem cernerent, inopinati, ut fit, mali terrore perculsi, & hoc ipso plerumque indicio detecti, peribant.

Οὐ μέν τοι γε ἦπτον πάντα ὅσα καὶ πρὶν ἐγίνετο, οὐδ' ἐν τῷ ἀσφαλεῖ οἱ μὴ ἐς τὰ λευκώματα ἐγγεγραμμένοι ἦσαν. πολλοὶ μὲν γὰρ οἱ μὲν ζῶντες οἱ δὲ καὶ τεθνηκότες ἐπ' ἀδείᾳ τῶν ἀποκτεινάντων σφᾶς προσενεγράφοντο, ὥστε ἐν τούτῳ μηδὲν διενεγκεῖν τὸ πρᾶγμα, τῇ τε δεινότητι τῇ τε ἀτοπίᾳ αὐτοῦ πάνυ πάντας χαλεπανθῆναι. τά τε γὰρ πινάκια ὥσπερ τις [194] ἀναγραφὴ βουλευτῶν ἢ [195] καταλόγος στρατιωτῶν νομιζομένων ἐξετίθετο. καὶ συνέθεον [c] ἐπ' αὐτὰ πάντες οἱ ἀεὶ παρόντες πρωΐ, καθάπερ τινὰ χρησὴν ἐπαγγελίαν ἔχοντα· καὶ πολλοὶ μὲν συγγενεῖς, ἤδη δέ τινες καὶ ἑαυτοὺς εὕρισκον [196] ἐγγεγραμμένους κλαίεσθαι· καίτοι τούτου τὸ πάθος ὅσα ἐξαπινάιῳ κακῷ φοβερὸν σφᾶς καταλάμβανεν· καὶ συχνοὶ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τούτου γνωριζόμενοι διώλυντο.

3. Neque vero quidquam ulli, præterquam Syllanæ factioni satis tutum erat. Sive enim quis ad tabulas proscriptionis accederet, ut nimis curiosus accusabatur: sive non accederet, videbatur ægre rem ferre. Pariterque is qui legeret, quive interrogaret de iis quæ perscripta essent, suspectus erat, quasi de se suisve sodalibus sollicitus. Is vero qui nec legeret, neque ab aliis inquireret, infensus esse Sullanis credebatur, & ob eam causam odio erat. Illacrymasse porro aut risisse, capital illico erat: quin multi etiam necabantur, non quod vetitum quidpiam dixissent fecissentve, sed quia vultum contraxerant aut subriserant. Adeo etiam habitus oris illorum curiose observabatur; neque licebat cuiquam vel amicos lugere, vel

Καὶ ἦν οὐδενὶ ἔξω τῶν ἐκ τῆς ἑταιρείας ἀσφαλὲς οὐδέν. εἴτε γὰρ προσοίτις λευκώμασιν, αἰτίαν ὡς καὶ πολυπραγμονῶν τι εἶχεν, εἴτε μὴ προσοίοι, δυσχεραίνειν ἐδόκει. καὶ ὅ τε ἀναλεγόμενος ἢ καὶ ἐπερωτῶν τινα τὰ ἐγγεγραμμένα, ὕποπτος, ὡς καὶ περὶ ἑαυτοῦ τι τῶν τε ἑταίρων ζητῶν, ἐγίνετο· καὶ ὁ μὴ ἀναγινώσκων, μηδὲ πυνθανόμενος, ἄχθεσθαί τε αὐτοῖς ὑπωπτεύετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐμισεῖτο. τό τε δακρύσαι ἢ καὶ γελάσαι θανάσιμον παραχρῆμα ἐγίνετο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλοί, οὐχ ὅτι καὶ εἶπόν τι ἢ καὶ ἔπραξαν ὧν ἀπείρητο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐσκυθρώπασαν ἢ καὶ ἐμειδίασαν, ἐφθείροντο. οὕτω καὶ τὰ σχήματα αὐτῶν ἀκριβῶς ἐτηρεῖτο· καὶ οὐκ ἐξῆν οὐδενὶ οὔτε ἐπὶ φίλων ὀδύρεσθαι, οὔτε ἐπ' ἐχθρῷ ἐφήδῆναι. ἀλλὰ καὶ

[c] ἐπ' αὐτά. sic scripsi pro ἐπ' αὐτό, cui non respondebat sequens ἔχοντα. utrumque autem refertur ad præcedens πινάκια.

bitratus, quod aliorum doleret infortunia, cum in forum venisset, legissetque proscriptos, reperto nomine suo, væ misero mihi, inquit, fundus me Albanus insectatur.

§ 193. (l. 82.) τινὰ καινότητα λελευκωμένον πίνακα] *Vellejus Paterc.* lib. II. c. 28. *Primus ille, & utinam ultimus, exemplum proscriptionis invenit, ut in qua civitate petulantis convicii judicium histrioni exoleto redditur, in ea jugulati civis reip. constitueretur auctoramentum. Appianus* Civil. I. p. 409. B. δοῦλος γὰρ δοκεῖ πρῶτος οὗς ἐκόλασε θανάτῳ, προγράψας, καὶ γέρα τοῖς ἀναιροῦσι καὶ μηνύμασι τοῖς ἐλέγχουσι, καὶ κολάσεις τοῖς κρύπτουσιν ἐπιγράψας. Vide ibi plura de crudelitate proscriptionis, & apud *Plutarchum* p. 472. *Quatuor millia & septingentos diræ proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit: videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur;* ut *Valerius Max.* IX. 2. 1. auctor est. conf. & *Orosium* V. 21. *Augustinum* de C. D. III. 28. *Senecam* de ira II. 34.

§ 194. (l. 92.) ἀναγραφὴ βουλευτῶν] Erat quippe album senatorium, in quo omnium senatorum erant nomina perscripta, idque quotannis proponi in curia solebat ex instituto Augusti, ut notat *Dio* lib. LV. (p. 550. A. B.) ad annum 746. *Tacitus* lib. IV. Annalium (cap. 42.) *Albo senatorio erasit.* Ad hoc album alludere videtur *Paulinus* in epist. 33. ad Alethium, cum ait: *Vere tunc tibi, Roma, nobilis esset illa nobilitas, quam sacrati patres Abraam, Isaac, paternis finibus exciperent, quam cœli senatus agnosceret, quam post togam nulla immundi sanguinis sanie funestatam regali stola Christus indueret, & in albo, hoc est libro vitæ perennis adscriberet.* Idem Constantinopoli usitatum fuisse docet *Corippus* lib. III.

Inde senatorum sacro recitantur ab albo
nomina, Conscripti Patres, &c.

Sed & in municipiis & coloniis erat album Decurionum, cujus

καὶ ἐκεῖνοι ὡς καὶ χλευάζοντές τινα ἐσφάζοντο· καὶ προσέτι καὶ ἐπικλήσεις συχνοῖς πράγματα παρεῖχον. ἀγνοοῦντες γάρ τινες τοὺς ἐπικεκηρυγμένους, ἐπὶ πάντας οὓς ἐβούλοντο τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶν ἦγον· καὶ πολλοὶ διὰ τοῦτ' ἀνθ' ἑτέρων ἀπέθανον. ὥστε καὶ ἐν τούτῳ ταραχὴν, τῶν μὲν ὅπως ποτὲ ἐβούλοντο τῶν προσηκόντων ὀνομαζόντων, τῶν δὲ ἀρνουμένων μὴ οὕτω καλεῖσθαι, γίγνεσθαι.

vel inimicorum cæde lætari ; ſed hi ipſi quoque, quaſi cuipiam inſultarent, cædebantur. Ad hæc cognomina etiam multis faceſſebant negotium. Quidam enim cum proſcriptos minus noſſent, cuicunque libitum eſſet, eorum cognomina affingebant: unde multi temere pro aliis trucidati, magnaque perturbatio orta, cum Sullani quidem obvios, prout libido eſſet, nominarent, illi vero id nomen ſibi eſſe pernegarent.

Ἐφονεύοντο δὲ οἱ μὲν ἀγνοοῦντες ὅτι τελευτήσουσιν, οἱ δὲ καὶ προειδότες, πανταχοῦ ὅπου περ ἐτύγχανον ὄντες· καὶ οὐδὲν ἦν αὐτοῖς χωρίον οὐχ ἱερὸν, οὔτ' ἀσφαλὲς οὔτ' ἄσυλον. οὐ μὴν ἀλλ' οἱ μὲν ἐξαίφνης, πρὶν μαθεῖν τὴν ἐπικρεμαμένην συμφορὰν, ἢ καὶ ἅμα τῇ πύσει αὐτῆς, διαφθειρόμενοι, τῇ γοῦν εὐτυχίᾳ τῆς μὴ προεκφοβήσεως ἐπεκουφίζοντο· οἱ δὲ δὴ προαισθόμενοι τοῦ δεινοῦ καὶ κατακρυπτόμενοι, χαλεπώτατα ἀπήλαυσον· οὐ γὰρ ἀποχωρῆσαι μὴ φωραθεῖεν ἐτόλμων, οὔτ' ἂν καταὰ χώραν μένειν καὶ μὴ προδοθεῖεν ὑπέμενον. πλεῖστοι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων καὶ φιλτάτων σφίσι προεδόθησαν, καὶ ἀπώλοντο. κἀκ τούτου τῇ προσδοκίᾳ τὸ ἀεὶ τὸν θάνατον προσδέχεσθαι.

4. Porro alii ignari proſcriptionis ſuæ, alii omnino gnari imminentis mortis, ubicunque demum deprehenſi eſſent, opprimebantur: nullusque erat tam ſacer tutusve locus, qui perfugium cuiquam præſtitiſſet. Enimvero qui improviſo, antequam impendentem ſibi calamitatem reſciviſſent, aut qui cum ipſo calamitatis ſuæ nuncio repente opprimebantur, hac ſaltem parte felices erant, quod antecedente terrore caruiſſent. At qui præviſo periculo ſemet occultaverant, maximis moleſtiis conflictabantur: nam neque diſcedere audebant, ne deprehenderentur alicubi, neque in latibulo ſuo manere ſuſtinebant, ne forte proderentur: (multi enim ab amiciſſimis, qui circa eos fuerant, prodiți interiere) proinde peropeti mortis expectatione cruciabantur.

CXXXVIII.

Ὅτι οὐχ οἱ ἐς τὰ πινάκια ἐγγεγραμμένοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ ὁμοίως ἔπαθον.

Neque ii ſolum qui proſcripti fuerant, ſed & ceteri eadem patiebantur.

CXXXIX.

Ὅτι πάντων τῶν σφαζομένων ὁπουδὰν αἱ κεφαλαὶ ἐς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀγορὰν ἐκομίζοντο, καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος ἐξετίθεντο, ὥστ' ὅσα περὶ τὰς προγραφὰς συνέβαινε, ταυτὰ καὶ περὶ ἐκείνας γίγνεσθαι.

Omnium porro, qui ubicunque erant occiſi, capita in forum urbis delata pro roſtris proponebantur; adeo ut quæcunque ad tabulam proſcriptionis accidiſſe diximus, eadem in præciſorum capitum ſpectaculo contingerent.

Deeſſe videtur integer quaternio.

Ὅτι ὁ Καῖσαρ τὴν Πομπηίου κεφαλὴν ἰδὼν, &c. quæ extant in lib. XLII. p. 189. *ſequebantur in Exemplari multa, quæ quia in libris editis extabant, conſulto prætermiſi.*

Deeſt integer quaternio.

Cæſar, Pompeji capite viſo. *&c. quæ extant in lib. XLII. p.* 189.

III.

ſ οὔτ' ἄν. lege ἄν, Valeſ. mox καὶ μὴ προδ. malim μὴ καὶ. ε κἀκ τούτου &c. ſuſpenſa eſt oratio, cui duplici modo ſubveniri poſſit; vel ut connectas cum antecedentibus: καὶ ἀπώλοντο ἐκ τούτου τῇ προσδοκίᾳ τὸ (vel τῷ) ἀεὶ τὸν θάνατον προσδέχεσθαι· vel potius cum ſequentibus: κἀκ τούτου τῇ προσδοκίᾳ, τῷ ἀεὶ τὸν θάνατον προσδέχεσθαι, οὐχ οἱ ἐς τὰ πινάκια &c.

jus mentio fit in Pandectis, quod in hoc Dionis loco intelligi nihil vetat. βουλευτὰς enim tam de ſenatoribus pop. Rom. quam de Decurionibus dicitur. VALES.

§ 195. (l. 93.) καλάλογος στρατιωτῶν νομιζομένων] Qui in hunc militarem catalogum relatus non eſſet, is nequaquam miles habebatur, tametſi lectus eſſet tiro, & ſumptu publico iter in exercitu faceret. *Ulpianus* leg. 42. (lib. XXIX. D. tit. I.) de teſtamento mil. *Qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti tirones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum milites ſunt: debent enim in numeros referri.* VALES.

νομιζόμενοι, in numerum relati, & quaſi legitimi, juſti milites. Vide, an hinc lucem accipiat locus Luc. III. 23. ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ, erat nempe in Catalogos genealogicos relatus, ut filius Joſephi.

§ 196. (l. 97.) ἐγγεγραμμένους κλάνεσθαι] Hinc *Cicero* eam proſcriptionem a L. Sulla factam facete Cannenſem pugnam appellat. Canna enim ſeu calamo proſcripta erant nomina eorum quos Sulla morti addixerat. In oratione pro Roſcio Amerino (cap. 32.) Erucium ſic compellat. *Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum fecit. Multos cæſos non ad Thraſymenum lacum, ſed ad Servilium vidimus, &c.* quem Ciceronis locum ita ut dixi interpretatur *Arnobius* lib. V. in fine. *Poteſt quidem proſcriptio, quemadmodum Tullius ludit, pugna dici appellarique Cannenſis.* VALES.

III. Dionis fragmenta librorum XXXIV. priorum ex Fulvii Ursini Selectis de Legationibus, p. 373 - 389. apud Leunclavium, p. 919 - 932.

CXL.

A.U.C.296 Quum Tusculum Æqui cepissent, victo M. Minucio, tantos sibi sumserunt animos, ut legatis Romanis, qui de oppido intercepto expostulatum missi erant, nihil facti sui purgandi causa responderint; sed quercu quadam per imperatorem suum Cœlium Gracchum monstrata, quæ vellent, ad eam dicere jusserint.

α'. Οἱ Αἴκουοι τό, τε Τύσκουλον λαβόντες, καὶ [197] Μάρκον Μινούκιον νικήσαντες, ἐν φρονήματί τι ἐγένοντο, ὥστε καὶ [198] τοῖς πρέσβεσι τοῖς τῶν Ῥωμαίων, οὓς ἐπὶ τῇ τοῦ χωρίου καταλήψει, αἰτιώμενοι [a] σφᾶς, ἔπεμψαν, πρὸς μὲν τὸ ἐπίκλημα μηδὲν ἀποκρίνασθαι, [199] δρῦν δέ τινα διὰ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν Κοιλίου Γράκχου [b] δείξαντας, πρὸς ἐκείνην, εἴ τι βούλοιντο, λέγειν αὐτοὺς κελεῦσαι.

CXLI.

A.U.C.363 sq. 1. Expeditionis Gallorum hæc causa fuit. Clusii bello a Gallis vexati ad Romanos confugerunt; quod spem non minimam haberent, quando quidem Veientes, licet gentiles suos, adversus Romanos non defendissent, opem ab eis aliquam se consecuturos. Romani nullo decreto auxilio, legatis tantum ad Gallos missis, pacem Clusiis conficere tentarunt. Jamque propemodum eam sub conditione, ut parte regionis aliqua cederetur, impetraverant.

β'. Τῆς [c] στρατείας τῶν Γαλατῶν αἰτία αὕτη ἐγένετο· [200] οἱ Κλούσιοι πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν κακωθέντες, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους καθέφυγον, ἐλπίδα οὐκ ἐλαχίστην ἔχοντες, [201] ἐπειδὴ τοῖς [d] Βειέντοις, καίπερ ὁμοφύλοις οὖσιν, οὐ συνήραντο, πάντως τινὰ ὠφέλειαν παρ' αὐτῶν εὑρήσεσθαι. ὡς δὲ ἐκεῖνοι τὴν [202] ἐπικουρίαν οὐκ ἐψηφίσαντο, [203] πρέσβεις δὲ πρὸς τοὺς Γαλάτας πέμψαντες, εἰρήνην αὐτοῖς ἔπρατον· τάυτην παρὰ μικρὸν (ἐπὶ γὰρ μέρει τῆς χώρας προετείνετο) σφίσιν ἐποιήσαντο.

2. At quum legati populi Romani a verbis ad pugnam cum barbaris venissent, excepti fuerunt a Clusiis. Itaque Galli molestе ferentes, quod ipsis semet acie opposuissent, primum quosdam e suis vicissim Romam misere, qui legatos accusarent.

[c] Συμπεσόντας δὲ τοῖς βαρβάροις [204] ἐκ τῶν λόγων ἐς μάχην τοὺς τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις [f] προσπαρέλαβον. οἱ οὖν Γαλάται, χαλεπῶς ἐπὶ τῇ ἀντλάξει αὐτῶν [g] ἐνεγκόντες, τὸ μὲν πρῶτον ἀνταπέστειλάν τινας ἐς τὴν Ῥώμην, αἰτιώμενοι τοὺς πρέσβεις. εἶτ' ἐπειδὴ μήτε

[a] αἰτιώμενοι σφᾶς. sic L. ex MS. Sylb. Ursinus: πρὸς σφᾶς, ex ingenio, conjungens cum ἔπεμψαν, quod minus necessarium rectius omisit L. [b] δείξαντας. Ursinus δείξαντος. [c] στρατείας. male apud Ursinum στρατιᾶς. [d] Βειέντοις. MS. Βέντοις. quod Ursinus correxit in notis. [e] συμπεσόντας. MS. συμπεσών. Ursinus correxit in notis. [f] προσπαρέλαβον. legendum, προσπαρέβαλον, Leunel. [g] ἐνεγκόντες. sic L. ἐνεγκόντων est apud Ursinum. Delevi autem sequens ἐν, quod est apud Leunclavium ante τὸ μὲν πρῶτον, & τοὺς, quod idem inserebat postea ante Κλουσίους.

§ 197. (l. 51.) Μάρκον Μινούκιον νικήσαντες] De prænomine Minucii vide supra § 37.

§ 198. (l. 52.) τοῖς πρέσβεσι] Q. Fabio, P. Volumnio, A. Postumio, quos miserant Romani questum injurias & ex fœdere res repetitum, teste *Livio* III. 25.

§ 199. (l. 55.) δρῦν δέ τινα] De hac re ita *Livius* lib. III. (cap. 25.) *Eos Aequorum imperator, quæ mandata habeant ab senatu Romano ad quercum jubet dicere, se alia interim acturum. Quercus ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbra opaca sedes erat. Tum ex legatis unus abiens, & hæc, inquit, sacrata quercus, & quicquid Deorum est, audiant fœdus a vobis ruptum.* Aequorum imperator a Livio nominatur Cluilius Gracchus. Alii tamen habent Κοίλιος, ut Dio. URS.

Cluilium vel Clœlium vocat & *Aurelius Vict.* de V. I. c. 17. *Dionysii* autem Κοίλιον p. 649. mendose positum Sigonius suspicatur. Sed librarii mendum esse vix verisimile est, quia sæpius ibi repetitum occurrit; quod probe observavit Sylburgius ad l. c.

§ 200. (l. 59.) οἱ Κλούσιοι πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν] *Livius* lib. V. 35. *Hanc gentem* (Senones) *Clusium, Romamque inde venisse reperio - - - Clusini novo bello exterriti, quum multitudinem, quum formas hominum inusitatas cernerent, & genus armorum, audirentque sæpe ab iis cis Padum, ultraque, legiones Etruscorum fusas, quanquam adversus Romanos nullum eis jus societatis amicitiæve erat, nisi quod Vejentes consanguineos adversus populum Romanum non defendissent, legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere.* Item *Plutarchus* in Camillo. p. 136. C. οἱ Γαλάται πρὸς πόλιν τότε Τυρρηνίδα Κλούσιον στρατεύσαντες, ἐπολιόρκουν. οἱ δὲ Κλουσῖνοι καταφυγόντες ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ἠτήσαντο πρέσβεις παρ' αὐτῶν καὶ γράμματα πρὸς τοὺς βαρβάρους. ἐπέμφθησαν δὲ τῶν Φαβίων γένους τρεῖς ἄνδρες εὐδόκιμοι &c. *Galli Clusium tunc Etruriæ urbem admotis capiis obsidebant. Clusini vero ad Romanos confugerunt, legatos ab iis literasque ad barbaros petentes. Missi sunt ex Fabiorum gente viri clari tres &c.* Conf. & *Florum* I. 13. § 6. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 23. *Polybium* lib. II. p. 113. B. *Diodorum Sic.* lib. XIV. p. 454. A. seu T. I. p. 727. edit. novæ. *Zonaram* p. 355. *Orosium* II. 19.

§ 201. (l. 61.) ἐπειδὴ τοῖς Βειέντοις &c.] Ita legendus hic locus ex *Livio*, apud quem in lib. V. (cap. 35.) ita scriptum est: *quod Vejentes consanguineos adversus populum Romanum non defendissent &c.* manuscriptus liber, præter alia menda, Βέντοις, pro Βειέντοις habebat. URS.

§ 202. (l. 63.) ἐπικουρίαν οὐκ ἐψηφίσαντο] *Livius* ibidem: *de auxilio nihil impetratum, legati tres &c.* URS.

§ 203. (l. 64.) πρέσβεις πρὸς τοὺς Γαλάτας] Tres M. Fabii Ambusti filios. v. *Livius* lib. V. cap. 35. quos *Diodorus* Quinctum, Cæsonem & Cajum Fabios appellat. Conf. & *Pighium* ad A. U. 363. quo anno illi omnes tribuni consulari potestate creati sunt.

§ 204. (l. 68.) ἐκ τῶν λόγων ἐς μάχην] *Livius* V. 36. *Quodnam id jus esset, agrum a possessoribus petere, aut minari arma? Romanis quærentibus, & quid in Etruria rei Gallis esset? quum illi se in armis jus ferre, & omnia fortium virorum esse, ferociter dicerent, accensis utrimque animis ad arma discurritur & prælium conseritur. Plutarchus* p. 136. D. orationi Brenni inserit, eodem jure agere Gallos, quo Romani Albanos, Fidenates, Ardeates, Vejentes, ceterosque vicerint: & *Livius* sub initium capitis: *mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallisque magis quam Romanis similes habuisset.* Et deinde: *ibi jam urgentibus Romanam urbem fatis, legati contra jus gentium arma capiunt;* quod & *Aurelius Victor* fatetur l. c. Scilicet, ut *Plutarchus* p. 136. E. & *Diodorus*, p. 454. A. seu T. I. p. 727. ed. Wessel. referunt, cum Clusinis legati eruptionem una fecerunt in hostem: unusque legatorum, cæso Gallorum præcipuo spolia detrahens, agnitus a Brenno est. Quo factum, ut Galli deditionem legati illius, qui se pro hoste gessisset, frustra petentes a Romanis, infesto agmine Romam contenderent. Vide & *Zonaram* p. 355. B. & *Excerpta Legat.* ex Appiano cap. VIII. apud Ursinum.

§ 205. (l. 78.) Ἀγύλλαν ἐπειδὴ ἤθουλο &c.] Ita legendus hic locus, cum in exemplari mendose scriptus sit. Ἀγύλλα, inquit,

μήτε τιμωρίᾳ σφίσιν ἐγένε]ο, καὶ χιλίαρχοι πάντες ἀπεδείχθησαν, θυμῷ τε ἐπληρώθησαν, ὄντες καὶ ἄλλως ὀργὴν ἄκροι, καὶ Κλουσίους ἐν ὀλιγωρίᾳ 75 θέμενοι, πρὸς τὴν Ῥώμην ὥρμησαν.

rent. Deinde, quum illis ſupplicium nullum irrogaretur, & omnes tribuni crearentur; toti furore ſuccenſi, quod alioquin etiam maxime proni eſſent ad iram, neglectis Cluſiis, Romam contenderunt.

CXLII.

γ'. [b] Ἀγύλλαιοι, [205] ἐπειδὴ ἤθου]ο τοὺς Ῥωμαίους σφίσι πολεμῆσαι βουλομένους, [206] πρέσβεις τε ἐς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλαν, πρίν καὶ ὁτιοῦν 80 ψηφισθῆναι, καὶ εἰρήνης ἐπὶ τῷ ἡμίσει τῆς χώρας ἔτυχον.

Quum Agyllæi [qui & Cærites] Romanos ſibi bellum illaturos animadverterent, legatos Romam miſere prius quam aliquid decretum eſſet; ac ſub conditione tradendi agri dimidii, pacem impetrarunt. A.U.C.401

CXLIII.

δ'. Νικηθέν]ες [207] οἱ [i] Σαυνῖται ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπεκηρυκεύσαν]ο τοῖς ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίοις, τούς τε αἰχμαλώτους, ὅσους εἶχον [k] αὐ]ῶν, πέμψαν]ες 85 σφίσι, [208] καί τινος [l] Παπιρίου, ἀνδρὸς [m] ἐς τε τὰ πρῶ]α τῶν παρ' αὐ]οῖς ἀξιουμένων, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου πᾶσαν φερομένου, τήν τε οὐσίαν καὶ τὰ ὀσᾶ, ἐπειδὴ φθάσας ἑαυ]ὸν [n] προκα]εχρήσα]ο, [o] διέῤῥιψαν.

1. Victi Samnites a Romanis, legatos ad eos, qui erant in urbe Romani, miſerunt: & captivis, quotquot eorum habebant, remiſſis, etiam Papii cujusdam, viri apud ſe dignitate principis, in quem præcipue belli cauſa conferebatur, facultates juxta & oſſa, quod ipſe ſibi præcepta morte manus adtuliſſet, diſſiparunt. A.U.C.432

Οὐ μέντοι [209] καὶ ἔτυχον τῆς εἰρήνης. ἄπισοί τε γὰρ δόξαν]ες εἶναι, καὶ πρὸς τὰς συμφορὰς ἐς παράκρουσιν τοῦ ἀεὶ κρα]οῦν]ος σφῶν σπένδεσθαι, οὐχ ὅσον οὐχ [o] ἕυρον]ό τι συμβατικὸν, ἀλλὰ καὶ ἄσπονδον σφίσι τὸν πόλεμον παρεσκεύασαν. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, καί τοι τοὺς αἰχμαλώτους λαβόν]ες, ἀκηρυκτεὶ πολεμεῖν αὐτοῖς ἐψηφίσαν]ο.

2. Non tamen hoc facto pacem impetrarunt. Exiſtimati namque homines infidi, qui ad caſus parum proſperos, ut a ſe victores averterent, pacem facere ſoliti eſſent; non modo nullam invenere componendi belli viam, ſed bellum etiam ſibi perpetuum arceſſiverunt. Quippe Romani, receptis licet captivis, bellum implacabile cum eis gerendum decreverunt.

CXLIV.

[b] Ἀγύλλαιοι. ſic L. Ἄγυλλαι Urſinus in not. Ἄγγυλλαι in textu. pro ἀπέσταλαν idem legi vult ἔσταλαν. [i] Σαυνῖται apud Urſinum. Ita & in Dione p. 83. D. & in fragmentis Peireſcianis it. Suida in παράκρουσιν nomen hoc ſcribitur. Σαμνῖται, L. [k] αὐτῶν, Urſ. αὐτοῦ L. præter neceſſitatem. [l] Παπιρίου. Ita & Urſin. al. Παπίου, Leuncl ad marg. pro ſeq. ἀξιουμένων, poſſis & ἀξιουμένου legere. [m] ἐς τὰ πρῶτα, L. ἔς τε πρῶτα, Urſ. ἔσαι τὰ MS. quod pro ἔς τε τὰ. [n] προκαλεχρήσατο. διεχειρήσα]ο, Urſin. vide tamen ejus not. [o] διέῤῥιψαν. οὐ μέντοι καὶ. hæc omnia deſunt in textu Urſini, quæ tamen confirmantur a Zorana p. 363. D. & MS. Sylb. paulo poſt, pro ἕυρον]ό, Suidas hunc locum laudans in παράκρουσιν & in οὐχ ὅσον (quod nondum animadverſum eſt) habet ἕυρον.

inquit *Stephanus*, πόλις Τυῤῥηνίας, κτίσμα τῶν ἐν Θετ]αλίᾳ Πελασγῶν. μετωνομάθη δὲ Καῖρε. De hac re *Livius* lib. VII. (cap. 21.) itaque pax populo Cæriti data: induciasque in centum annos factas in ſenatusconſulta referri placuit. URS.

Non Ἄγυλλαι, quod Urſinus, & MS. Sylburgii habent, ſed Ἀγύλλαιοι ſcribendi, qui & Cærites. Quod de Ptolemæo Philadelpho ſequitur hoc ipſo fragmento, non pertinet huc, ſed in MS. poſt ſeptimum (n. CXLVII.) collocatur. LEUNCL.

Strabo lib. V. p. 220. Ἄγυλλα γὰρ ἐλογίζε]ο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καιρέα, καὶ λέγε]αι Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετ]αλίας ἀφιγμένων. τῶν δὲ Λυδῶν, οἵπερ Τυῤῥηνοὶ μετωνομάθησαν, ἐπιστρα]ευσάν]ων τοῖς Ἀγυλλαίοις, προσιὼν τῷ τείχει τις ἐπυνθάνε]ο τὄνομα τῆς πόλεως, τῶν δ' ἀπὸ τοῦ τάχους Θετ]αλῶν τινος, ἀν]ὶ τοῦ ἀποκρίνα]αι, προσαγορεύσαν]ος αὐ]ὸν χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν οἱ Τυῤῥηνοὶ τοῦτον, ἄλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν. Vide *Cluverii* Italiam Antiq. L. II. c. 2. p. 490. ſq.

§ 206. (l. 79.) πρέσβεις τε ἐς τὴν [c] Ῥωμην] Erant quidam agreſtium Cæritum a Tarquinienſibus tracti ad fines Romanorum populandos: quæ tum cauſa belli. Ceteroquin, teſte *Strabone* p. 220. παρὰ τοῖς [c] Ἕλλησιν ἐυδοκίμησεν ἡ πόλις αὕτη διά τε ἀνδρίαν καὶ δικαιοσύνην. τῶν τε γὰρ λῃσηρίων ἀπέσχε]ο, καίπερ δυναμένη πλᾶσον. *apud Græcos ea civitas nobilitata fuit ob juſtitiam & fortitudinem. Nam & abſtinuit latrociniis, quanquam poſſet plurimum &c.* Quin & legati apud *Livium* VII. 20. ſingularia Cæritum in Romanos merita commemorant: *Cære, ſacrarium populi Romani, diverſorium ſacerdotum ac receptaculum Romanorum ſacrorum, intactum inviolatumque crimine belli, hoſpitio Veſtalium cultisque diis darent.* Quæ eadem merita tangens *Strabo*, Romanis inquitatem exprobrat: οἱ μὲν δὴ Ῥωμαῖοι, διὰ τοὺς τότε φάυλως διοικοῦν]ας τὴν πόλιν, οὐχ ἱκανῶς ἀπομνημονεῦσαι τὴν χάριν αὐ]οῖς δοκοῦσι· πολιτείαν γὰρ δόν]ες οὐκ ἀνέγραψαν ἐς τοὺς πολίτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μὴ με]έχον]ας τῆς ἰσονομίας, ἐς τὰς δέλτους ἐξώριζον τὰς Καιρε]ανῶν. *Videntur mihi Romani, propter eos qui tum urbem male adminiſtrabant, non ſatis memores accepti beneficii ſe exhibuiſſe. Cum enim eis jus civitatis darent, inter cives tamen nomina eorum non retulerunt: quin & alios, qui æquali jure cum civibus reliquis non fruerentur, in Cæritum tabulas rejiciebant.*

§ 207. (l. 83.) νικηθέν]ες οἱ Σαυνῖται] Victi non a Dictatore A. Cornelio Arvina & M. Fabio Ambuſto, Magiſtro equitum, ut *Livius* & *Zonaras* tradidere, quippe tantum ludorum Romanorum cauſa creatis, ſed a Q. Fabio & L. Fulvio Conſulibus, ut e columnis triumphalibus colligit *Pighius* ad A. U. 431.

§ 208. (l. 86.) καί τινος Παπιρίου ἀνδρὸς ἐς τὰ πρῶτα &c.] Ita emendavimus, cum mendoſe legeretur in exemplari ἔσαι τὰ, & (deinde) ἑαυ]ῷ. Opinor autem verbum διέῤῥιψαν abundare. Nam de hac re ita *Livius* lib. VIII. (cap. 39.) *De eo coacti referre prætores decretum fecerunt, ut Brutulus Papius Romanis dederetur: & cum eo præda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur: quæque res per feciales ex fœdere repetitæ eſſent, ſecundum jus fasque reſtituerentur. Feciales Romam, ut cenſuerunt, miſſi: & corpus Brutuli exanime; ipſe morte voluntaria ignominiæ ſe ac ſupplicio ſubtraxit: placuit cum corpore bona quoque ejus dedi &c.* Apud *Zonaram* (p. 363. D.) Rutulus, pro, Brutulus, ſcriptum eſt, ut videtur, mendoſe: καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου Ῥου]ούλῳ ἀνδρὶ δυνα]ῷ παρ' αὐ]οῖς ἐπιγράφον]ες &c. & pro προαπεχρήσα]ο, habet διεχειρίσα]ο, quod magis placet. URS.

Manca ſunt hæc e Fulvii libris & emendatione, ἐπειδὴ φθάσας ἑαυ]ὸν διεχειρίσα]ο, ἔτυχον τῆς εἰρήνης. Redintegrari vero debent e MS. hoc modo: ἐπειδὴ φθάσας ἑαυ]ὸν προκα]εχρήσα]ο, διέῤῥιψαν. οὐ μέν]οι καὶ ἔτυχον τῆς εἰρήνης. LEUNCL.

Papirii nomen haud ſcio annon pro Papii nomine ex confuſione irrepſerit, quod L. Papirius Curſor paulo ante ut magiſter equitum & dictator contra Samnites militaverat, ut legas apud Zonaram.

§ 209. (l. 90.) οὐ μέν]οι καὶ ἔτυχον τῆς εἰρήνης] Ita recte ex Zonara Leunclavius. Pariter *Livius* l. c. *nihil tamen earum*

CXLIV.

A.U.C.471 Quum Romani Tarentinos, & alios quosdam, bellum in se moliri intelligerent: Fabricium ad civitates socias, ne quis ab eis motus novus excitaretur, legatum miserunt. At illi hunc comprehenderunt, ac suis ad Thuscos; & Umbros, & Gallos ablegatis; complures horum partim mox, partim non multo post, secum ut desicerent, impulerunt.

ε'. Πυθομένων τῶν Ῥωμαίων, ὡς Ταραντῖνοι, καὶ ἄλλοι τινὲς, πόλεμον ἀρτύουσι κατ' αὐτῶν, ρ πρεσβευτὴν [210] Φαβρίκιον ἐς τὰς πόλεις τὰς συμμαχίδας, ὅπως μηδὲν νεωτερίσωσιν, ι ἔσειλαν. οἱ δὲ [211] ἐκεῖνόν τε συνέλαβον, καὶ πέμψαντες πρὸς τοὺς Τυρσηνοὺς, καὶ Ὀμβρικοὺς, καὶ Γαλάτας, συχνοὺς αὐτῶν, τοὺς μὲν παραχρῆμα, τοὺς δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον, προσαπέσησαν.

CXLV.

A.U.C.472 1. Lucius [Cornelius] a Romanis Tarentum missus fuit. Tarentini vero Bacchanalia tunc agentes, & in theatro a meridie vino saturi sedentes, eum contra se navigare suspicati sunt. Itaque statim ex iracundia, nonnihil & ipsa eos impellente temulentia, provecti sunt ei obviam; & suis eum adorti navigiis, nec manus tollentem ad defensionem sui, nec omnino quidquam hostile suspicantem, cum pluribus aliis, demerserunt.

ς'. [212] Λούκιος ἀπεσάλη παρὰ Ῥωμαίων ἐς Τάραντα. οἱ δὲ Ταραντῖνοι Διονύσια ἄγοντες, καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ διακορεῖς οἴνου ι' τὸ δείλης καθήμενοι, πλεῖν ἐπὶ σφᾶς αὐτὸν ὑπεξόπτευσαν. καὶ παραχρῆμα δι' ὀργῆς, καί τι καὶ τῆς μέθης αὐτοὺς ι ἀναπειθούσης, [213] ἀντανήχθησαν· καὶ προσπεσόντες αὐτῷ μήτε χεῖρας ἀναιρομένῳ, μήθ' ὅλως πολέμιόν τι ὑποτοπουμένῳ, καταδύσαν κἀκεῖνον καὶ ἄλλους πολλούς.

2. Ea quum audissent Romani, graviter (uti par erat) ferebant; sic tamen, ut statim eis bellum inferre nollent. Itaque legatos, ne rem silentio præteriisse viderentur, eoque Tarentinos ferociores redderent, miserunt. Hos Tarentini non modo non exceperunt honeste, nec cum idoneo quodam responso dimiserunt; sed confestim, & prius quidem, quam eis dicendi copiam facerent, tum alia, tum vestem eorum irriserunt. Erat autem urbana, qua in foro utimur. Hanc enim legati, sive gravitatis ac decori causa, sive ex metu, quo vel hac ipsa Tarentini adverecundiam adversus ipsos adducerentur, induerant.

Πυθόμενοι δὲ ταῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι, χαλεπῶς μὲν (ὥσπερ οὖν εἰκὸς) ἔφερον, οὐ μὴν καὶ στρατεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς εὐθὺς ἠθέλησαν. πρέσβεις μέντοι, τοῦ μὴ καταισεσιωπηκέναι δόξαι, κἀκ τούτου θρασυτέρους αὐτοὺς ποιῆσαι, ἔστειλαν. καὶ αὐτοὺς οἱ Ταραντῖνοι οὐχ ὅπως καλῶς ἐδέξαντο, ἢ τρόπον γέ τινα ἐπιτήδειον ἀποκρινάμενοι ἀπέπεμψαν, ἀλλ' εὐθὺς, πρὶν καὶ λόγον σφίσι δοῦναι, [214] γέλωτα τά τε ἄλλα, καὶ τὴν στολὴν αὐτῶν ἐποιοῦντο. ἦν δὲ ἡ [215] ἀστικὴ, ἣ κατ' ἀγορὰν χρώμεθα. ταύτην γὰρ ἐκεῖνοι, εἴτ' οὖν σεμνότητος ἕνεκα, εἴτε καὶ διὰ δέος, ἵν' ἔκ τε τούτου αἰδεσθῶσιν αὐτοὺς, ἐσταλμένοι ἦσαν.

3. At Tarentini dum comessarentur in conventiculis suis, legatos cavillis explodebant. Quippe tunc quoque ferias agentes vel hoc magis

Καταὶ συστάσεις τε οὖν κωμάζοντες, ἐτώθαζον. καὶ γὰρ καὶ τότε ἑορτὴν ἦγον, ὑφ' ἧς, καί τοι [216] μηδένα χρόνον σωφρονοῦντες, ἔτι καὶ μᾶλλον ὕβριζον.

ρ πρεσβευτὴν. καὶ πρεσβ. apud Ursin. ι ἔσειλαν. οἱ δὲ. ita Leuncl. pro σαλεύοντες, apud Ursin. qui lacunam esse putat. ι τὸ δείλης. lege ἀπὸ δείλης. Leuncl. mox αὐλοῖς ἀναπαθούσης, quod contra Græcismum, feci αὐλοὺς.

rum rerum, præter captivos, ac si qua cognita ex præda sunt, acceptum est, ceterarum rerum irrita fuit deditio. Secuta autem est clades ad furcas Caudinas anno proximo.

§ 210. (l. 100.) πρεσβευτὴν Φαβρίκιον] C. Fabricium Luscinum intellige, qui quæstor militaris fuerat, an. 469. postea ter Consul & Censor fuit, atque bis triumphavit. Quo tempore autem hac legatione ad Tarentinos functus sit, non adeo liquet. Diversam fuisse legationem ab illa, quæ mox commemoratur, in qua Postumius princeps fuit, facile intelligas: quæ nempe accidit eo ipso anno quo Fabricius Consul fuit 472. post violatam Romanorum classem: hæc forte anno aut biennio prior. Ad dehortandum certe a bello hic mittitur, non questum injurias jam illatas. Unde Zonaras p. 368. A. οἱ δὲ Ταραντῖνοι καί τοι αὐλοὶ τὸν πόλεμον παρασκευάσαντες ὅμως οὔπω πρὸς μάχην ἀντικαλέσησαν φανερῶς.

§ 211. (l. 2.) ἐκεῖνόν τε συνέλαβον] Locus est, ut videtur, corruptus, & in quo multa desunt: itaque asteriscum notandum curavimus. URS.

Asteriscum ad illa, σαλεύοντων * ἐκεῖνόν τε συνέλαβον, posuit Ursinus. At si scribas, πρεσβευτὴν (cum interjectis) ἔστειλαν. οἱ δὲ ἐκεῖνόν τε συνέλαβον &c. licet asteriscum tollas LEUNCL.

§ 212. (l. 6.) Λούκιος ἀπεσάλη παρὰ Ῥωμαίων ἐς Τάραντα] Videndus Dionysius Halicarnasseus, & Appianus Alexandrinus in fragmentis: ubi de L. Cornelio Duumviro navali habetur mentio. URS.

Duumvirum navalem sine adjecto nomine appellat *Epitome Livii* lib. 12. Cornelium *Appianus Alex* in excerptis legat. cap. V. apud Ursin. aliter paulo rem referens. Latine verba ejus dabo: *Cornelio cum decem navibus loricatis Græciam lustrante, quidam Tarenti Demagogus Philocharis, ex turpi vitæ genere Thais appellatus, vetera Tarentinis pacta in memoriam revocavit, quibus cautum, ne ultra Lacinium promontorium Romani navibus excurrerent: irritatisque Tarentinis persuasit, ut infesti in Cornelium inveherentur, qui quatuor navibus ejus submersis, unam cum ipsis hominibus ceperunt.* Zonaras p. 368. Lucium Valerium ναυαρχοῦντα vocat aitque eum alio missum cum triremibus, Tarenti velut amica urbe appellere voluisse, Tarentinos autem ex conscientia facinorum suorum adversus se proficisci credidisse. Cetera apud Zonaram cum Dioneis conveniunt. Conf. & *Florum* I. 18. § 4. *Dionysium Hal.* excerptis legat. cap. IV. *Orosium* IV. 1.

§ 213. (l. 11.) ἀνταναχθῆναι] *Strabo* lib. VI. p. 280. ἴσχυσαν δὲ πόλε οἱ Ταραντῖνοι καθ' ὑπερβολὴν, πολιτευόμενοι δημοκρατικῶς, καὶ γὰρ ναυτικὸν ἐκέκτηντο μέγιστον τῶν τότε, καὶ πεζοὺς ἔστελλον τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τρισχιλίους, ἱππάρχους δὲ χιλίους. *Tarentini cum popularem reip. administrationem tenerent, ingentem sunt adepti potentiam: nam & classem habuerant, quantam iis locis nemo, & exercitum peditum XXX. millium, tria millia equitum, ac turmarum equestrium duces mille.*

§ 214. (l. 22.) γέλωτα τά τε ἄλλα καὶ στολὴν αὐτῶν] *Florus.* I. 18. § 5. *Aderat sine mora querelam ferens legatio: hanc quoque fœde per obscœnam dicta contumeliam violant: exhinc bellum.* Ex *Dionysii excerptis legat.* cap. IV. intelligitur, ut riserint Tarentini Postumium velut barbarum, si quando minus græce loqueretur, & ut Philonides scurra tandem vestem ejus indecore mingendo commacularit. *Polybius* lib. I. p. 6. A. Tarentinis τὴν ἐις τοὺς πρεσβευτὰς τῶν Ῥωμαίων ἀσέλγειαν objicit. Addendus consimilis locus *Appiani* ex iisdem Excerptis cap. V. & *Valerius Max.* II. 2. 5. qui observat consuetudinem fuisse Græciæ, legatos in theatrum inducere: unde intelligitur, quid apud Appianum sibi velint hæc: οἱ δὲ τοὺς πρέσβεις μόλις

ὕβριζον. καὶ τέλος, προσάς τις τῷ Ποσθουμίῳ, καὶ κύψας ἑαυτὸν, ἐξέβαλε· καὶ τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ ἐκηλίδωσε. θορύβου δὲ ἐπὶ τούτῳ παρὰ πάντων τῶν ἄλλων γενομένου, καὶ τῶν μὲν ἐπαινούντων ὥσπερ τι θαυμαστὸν [a] εἰργασμένον, ἐς δὲ δὴ τοὺς Ῥωμαίους πολλὰ καὶ ἀσελγῆ ἀνάπαιστα ἐν ῥυθμῷ τοῦ τε κρότου καὶ τῆς βαδίσεως ἀδόντων, ὁ Ποσθούμιος· Γελᾶτε, ἔφη, γελᾶτε, ἕως ἔξεστιν ὑμῖν. κλαυσεῖσθε γὰρ ἐπὶ μακρότατον, ὅταν τὴν ἐσθῆτα ταύτην τῷ αἵματι ὑμῶν ἀποπλύνητε.

gis ad probra exſtimulabantur, licet nullo tempore modeſti eſſe ſolerent. Quidam denique propter Poſtumium adſtans, ſemet inclinavit, & excrevit, ac veſtem ejus commaculavit. Eam ob rem quum a ceteris omnibus quidam ſtrepitus extitiſſet, aliique facinus hoc velut admiratione dignum laudarent, alii multa & petulantia dicta, metris anapæſtis, numeroſo cum plauſu & inceſſu canerent, Poſtumius ad eos: " Ridete, " inquit, " ridete dum ridere vobis licet. Nam " diutiſſime plorabitis, quum ſanguine veſtro " veſtem hanc eluetis.

CXLVI.

ζ. Ὁ Πύῤῥος [217] πρέσβεις ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἄλλους τε, καὶ τὸν Φαβρίκιον, προσιέναι πυθόμενος, φρουράν τε σφίσι πρὸς τὰ μεθόρια, μὴ καί [b] βίαιόν τι ὑπὸ τῶν Ταραντίνων πάθωσιν, ἔπεμψε· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἀπήντησεν. ἔς τε τὴν πόλιν αὐτοὺς [cc] εἰσαγαγὼν, καὶ ἐξένισε λαμπρῶς καὶ τἄλλα ἐδεξιώσατο· ἐλπίσας σπονδῶν τε [d] δεῖσθαι, καὶ ὁμολογίαν, ὅιαν ἡτῆσθαι εἰκὸς ἦν, ποιήσεσθαι.

Pyrrhus quum alios legatos, tum Fabricum venire pro liberandis captivis audiens, præſidium eis obviam ad limites usque, ne vis eis a Tarentinis fieret, miſit; & ipſe quoque poſtea obviam ivit. Quumque deduxiſſet eos in urbem, & hoſpitio ſplendido, & rebus aliis excepit amice; quod pacem petituros, & eas pacis leges, quas victos par eſſet, accepturos ſperaret. A.U.C.474

CXLVII.

ή. Ὁ Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, ὡς τόν τε Πύῤῥον κακῶς ἀπηλλαχότα, καὶ τοὺς Ῥωμαίους αὐξανομένους ἔμαθε, δῶρά τε αὐτοῖς ἔπεμψε, καὶ ὁμολογίαν ἐποιήσατο. οἱ οὖν Ῥωμαῖοι [e] ἡσθέντες, ὅτι καί τοι διὰ πλείστου ὢν, περὶ πολλοῦ σφᾶς ἐπεποίητο, πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀνταπέστειλαν. ἐπειδή τε ἐκεῖνοι δῶρα παρ' αὐτοῦ μεγαλοπρεπῆ λαβόντες, εἰς τὸ δημόσιον [f] σφᾶς ἀπέδειξαν, [218] οὐκ ἐδέξαντο αὐτά.

Quum Ptolemæus Ægypti rex, cognomento Philadelphus, rem a Pyrrho male geſtam eſſe, Romanorum vero creſcere, inaudiſſet: miſſis donis fœdus cum eis pepigit. Quapropter & Romani hac re delectati, quod ſummæ rex auctoritatis magni eos feciſſet; viciſſim legatos ad eum miſerunt. Illi quum munera, quæ a rege magnifica tulerant, ad ærarium retuliſſent, nequaquam accepta fuerunt. A.U.C.481

CXLVIII.

θ. Οἱ Καρχηδόνιοι φοβηθέντες μὴ ἁλῶσι, [219] προεκηρυκεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον, ὅπως ὁμολογίᾳ

1. Carthaginienſes in metu conſtituti, ne hoſtis in poteſtatem venirent, ipſi priores ad conſulem legatos A.U.C.499

[a] εἰργασμένων, ἐς δὲ δὴ τοὺς &c. Urſ. legendum εἰργασμένον, τῶν δὲ δὴ ἐς τοὺς, Leuncl. qui εἰργασμένον jam in textum receperat. [b] βίαιόν τι. ita recte L. βίαιόν τε, Urſ. [cc] εἰσαγαγὼν, L. ἐπαγαγὼν, textus Urſini. [d] δεῖσθαι. δεήσεσθαι, Leuncl. ad marg. mox ποιήσεσθαι in textu, cum apud Urſ. perperam ſcribatur ποιήσασθαι. [e] σφᾶς. σφῶν, Leuncl. ad marg. paulo ante ἡσθέντες, idem recte in textu, pro ἡσθέντες, quod eſt apud Urſ. quaſi ab αἰσθάνομαι.

μόλις ποτὲ ἐπὶ τὸ κοινὸν ἐπήγαγον. Conf. & *Oroſium* lib. IV. cap. 1.

§ 215. (l. 24.) ἀστικὴ ἦ κατ' ἀγορὰν χρώμεθα] Hinc σολὴ ἀγοραῖος apud *Dionem* p. 692. B.

§ 216. (l. 30.) μηδένα χρόνον σωφρονοῦντες] Tarentini propter luxuriam & comeſſationes notati. *Strabo* de Tarentinis lib. VI. p. 280. ἐξίσχυσε δ' ὕστερον τρυφὴ διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, ὥστε τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι καθ' ἕτος παρ' αὐτοῖς ἢ τὰς ἡμέρας (vel, ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας) ἐκ δὲ τούτου καὶ χεῖρον ἐπολιτεύοντο. *Sed inferioribus temporibus luxus invaluit ob res ſecundas: ita ut plures publicas feſtivitates per annum celebrarent Tarentini, quam dies annus habet;* (vel potius, *quam erant faſti dies*) *quamobrem & ſtatus reipublicæ eſt factus deterior.* Hinc Horatio, *molle Tarentum.* Serm. II. v. 34. Juvenali, *coronatum, petulans, madidumque Tarentum.* Sat. VI. v. 296. συσσίτια eorum & συνόδους commemorat *Appianus* in Exc. Peir. p. 553.

§ 217. (l. 43.) πρέσβας ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων] Vide de hac legatione, Fabricii maxime, velut principis, *Excerpta Legat.* ex Dionyſio V. & ex Appiano VI. *Plutarchum* in Pyrrho. p. 395. D. *Juſtinum* XVIII. 2. *Livii Epit.* 13. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 35. *Eutropium* lib. II. cap. 7. *Zonaram* p. 373. C.

§ 218. (l. 59.) οὐκ ἐδέξαντο αὐτά] Aliter *Zonaras* lib. II. εἰς τὸ δημόσιον, inquit, ταῦτα εἰσῆγον, quod tamen miror, cum Dionem non tantum ſequatur, ſed de verbo ad verbum fere exſcribat. URS.

Fefellit credo Urſinum, quod legatos non accepiſſe dona Ptolemæi putaret a Dione dici. Id ſane tradit *Juſtinus* XVIII. 3. § 9. *Miſſi a ſenatu in Ægyptum legati, cum ingentia ſibi a Ptolemæo rege miſſa munera ſprevisſent, interjectis diebus ad cœnam invitatis aureæ coronæ miſſæ ſunt, quas illi honoris cauſa receptas, poſtera die ſtatuis regis impoſuerunt.* Sed *Dio*, οὐκ ἐδέξαντο αὐτά, ſcilicet οἱ Ῥωμαῖοι, quod præceſſerat. Non acceperunt Romani dona, quæ legatis data erant, cum hi ea vellent εἰς τὸ δημόσιον ἀποδεῖξαι. Hoc pacto bene convenit Dioni cum *Zonara* p. 379. B. πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀνταπέστελλαν, οἱ μεγαλοπρεπῆ δῶρα παρ' ἐκείνου λαβόντες, ἐς τὸ δημόσιον ταῦτα εἰσῆγον. ἡ δὲ βουλὴ οὐ προσήκατο, ἀλλ' ἔασεν αὐτοὺς ταῦτα ἔχειν. Rem fuſius exponit *Valerius Max.* IV. 3. 9. ubi legatos ad Ptolemæum miſſos nominat Q. Fabium Gurgitem, N. Fabium Pictorem, & Q. Ogulnium. *Eutropius* lib. II. cap. 9. hoc accidiſſe refert A. U. 461. C. Fabricio Luſcino & C. Claudio Cinna Coſſ. Sed utrumque falſum. Fuerunt enim Coſſ. C. Fabius Licinus & C. Claudius Canina. A. U. C. 482.

§ 219. (l. 61.) προεκηρυκεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον] Puto deſignari M. Atilium Regulum, qui Conſul anno 498. Africam provinciam nactus, impetrare adhuc non potuerat, ut ei ſucceſſor mitteretur, quod mirifice res Pœnorum fregiſſet. Vide *Valerium Max.* IV. 4. 6. *Livium Epit.* 18. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 40. *Oroſium* IV. 8. ſq alios. *Polybius* autem p. 32. D. ſcribit, Regulum ſollicitum, ne Conſul ſibi ſuccedens confecti belli titulum interverteret, Carthaginienſes ad pacem eſſe hortatum. Regulus nempe, poſt revocatum ſub hyeme collegam Manlium, tribus Pœnorum imperatoribus fuſis ad Adim urbem, quatuor & ſeptuaginta oppidis in deditionem acceptis, jam metu obſeſſas Carthaginis portas tenebat: unde Pœni ad præſens periculum evitandum de pacis

legatos miserunt, ut eo pacis aliqua tolerabili & æqua conditione dimisso, malum præsens effugerent. Quia vero Sicilia tota, Sardiniaque cederе noluerunt; nec gratuito captivos Romanos dimittere, suos pretio redimere; nec omnem belli sumtum, quem populus Romanus fecerat, refundere; nec præter hunc alia quædam in annos singulos solvere: nihil ab eis perfectum fuit.

λογίᾳ τινὶ ἐπιεικεῖ ἀποπέμψαντες αὐτὸν τὸ παραχρῆμα δεινὸν ὑπεκφύγωσιν. ἐπειδή τε οὐκ ἠθέλησαν Σικελίας τε πάσης καὶ Σαρδοῦς ἀποσῆναι, καὶ τοὺς μὲν τῶν Ῥωμαίων αἰχμαλώτους προῖκα ἀφεῖναι, τοὺς δὲ σφετέρους λύσασθαι, τά τε δαπανηθέντα τοῖς Ῥωμαίοις ἐς τὸν πόλεμον πάντα διαλῦσαι, καὶ χωρὶς ἄλλα καθ' ἕκαστον ἔτος συντελεῖν, οὐδὲν ἤνυσαν.

2. Nam præter ea, quæ indicata sunt, hoc quoque molestum eis erat; quod neque bellum aliquod gerere, neque pacem facere sine Romanis; & ipsi non pluribus una longis navibus uti, Romanis vero auxilium L triremibus ferre, quoties denuntiatum ipsis esset; quædam alia denique non æquis legibus facere juberentur. His ergo de causis arbitrati, pacem hanc reapse futuram ipsorum interitum; bellum adversus Romanos prosequi maluerunt.

Πρὸς γὰρ δὴ τοῖς εἰρημένοις καὶ ἐκεῖνα αὐτοὺς ἐλύπει, ὅτι μήτε πολεμεῖν, μήτε συμβαίνειν ἄνευ Ῥωμαίων, καὶ αὐτοὶ μὴ πλείοσι μιᾶς ναυσὶ μακραῖς χρῆσθαι, ἐκείνοις δὲ πεντήκοντα τριήρεσιν ἐπικουρεῖν, ὁσάκις ἂν ἐπαγγελθῇ σφίσιν, ἄλλα τέ τινα οὐκ ἐκ τοῦ ὁμοίου ποιεῖν ἐκελεύοντο. ἐξ οὖν τούτων ἅπασιν σφῶν ἀκριβῆ τὰς σπονδὰς νομίσαντες ἔσεσθαι, πολεμεῖν αὐτοῖς μᾶλλον εἵλοντο.

CXLIX.

A.U.C.504 1. Litteris proditum est, Carthaginienses quum ob alia quædam, tum propter captivorum multitudinem legatos ad populum Rom. misisse; in primis quidem, ut pacem modicis conditionibus obtinerent: sin minus, ut captivos saltim reciperent. Hos inter legatos Regulum quoque, cum ob dignitatem, tum virtutem viri, missum fuisse ajunt. Quippe futurum putabant, ut quidvis Romani spe illius recipiendi facerent; adeoque vel solum cum pace, vel omnino cum captivis universis commutarent.

ι'. Φασὶ [a] τοὺς Καρχηδονίους ἐπικηρυκεύσασθαι τοῖς Ῥωμαίοις, διά τε ἄλλα, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων· μάλιστα μέν, εἴ πως καὶ τὴν εἰρήνην ἐπὶ μέτροις τισὶ ποιήσαιντο· εἰ δὲ μή, ἵνα τούς γε ἑαλωκότας κομίσαιντο. Φασὶ δὲ καὶ [221] τὸν Ῥήγουλον ἐν τοῖς πρέσβεσι πεμφθῆναι, διά τε τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀρετήν. ὑπέλαβον γὰρ πᾶν ὁτιοῦν τοὺς Ῥωμαίους, ἐπὶ τῷ κομίσασθαι αὐτὸν ἐλπίσαι σφᾶς, πρᾶξαι, [b] ὥστε μόνον ἀντὶ τῆς εἰρήνης, ἢ πάντως γε ἀντὶ τῶν αἰχμαλώτων ἀνταποδοθῆναι.

2. Itaque jurejurando gravi eum obstrinxerunt, quo sancte reversurum se promitteret, tametsi neutrum perfecisset. Atque hoc modo cum aliis eum legatis dimiserunt. Regulus quum alia, tanquam

Ὤρκωσάν [222] τε οὖν αὐτὸν [c] πίστεσι μεγάλαις, ἢ μὴν ἐπανήξειν, [d] ἂν καὶ μηδέτερον αὐτῶν διαπράξηται, καὶ πρεσβεύσῃν μεθ' ἑτέρων ἔστειλαν. καὶ ὃς τάτ' ἄλλα, καθάπερ τις Καρχηδόνιος, ἀλλ' οὐ Ῥωμαῖος ὤν, ἔπραξε,

[a] τοὺς Καρχηδονίους. τοὺς omittit Ursin. [b] ὥστε μόνον. ὥστε καὶ μόνον, Ursin. [c] πίστεσι. πίστεσί τε, Ursin. [d] ἂν καὶ. ἄν τε, Ursin. ἂν δὲ μηδὲν ἕτερον MS. postea pro καθάπερ ἐκβληθὲς, MS. καίπερ ἐκβληθὲς.

cis conditionibus agere cœperunt. Quas cum intolerabiles proposuisset Regulus, his rejectis Pœni bellum prætulerunt, & ope Lacedæmoniorum, duce Xantippo, Romanos magna clade affecerunt, ipsum Regulum ceperunt vivum. Conf. *Eutropium* lib. II. cap. 11. *Zonaram* p. 391. *Orosium* IV. 8. sq. *Polybium* lib. I. p. 32. sq. Ὕπαλον ergo nunc Dio vocat, vel quod eo adhuc Consule A. U. C. 498. de pace actum credidit, vel, quod malim, & quod verius est, quia consul anno superiore fuerat, sicut & apud *Appianum* fragm. 18. Atilius captivus σφαλητὸς vocatur. Sed apud eundem in Punicis p. 3. A. σφαλητὸς Ἀτίλιος ὕπαλος γεγονὼς, & apud *Polybium* p. 36. non ὕπαλος, sed continuo σφαλητὸς appellatur, & omnino res narrata in annum 499. incidit.

§ 220. (l. 64.) Σικελίας τε πάσης καὶ Σαρδοῦς] Easdem conditiones postea tulit Luctatius Catulus consul, qui bellum Punicum I. confecit & de Pœnis triumphavit A. U. C. 512. Sed quo minus hoc loco Catulum intelligamus, obstat ordo rerum, & quod eæ conditiones tum a Pœnis acceptæ sunt, quas h. l. repudiatas Dio scribit. *Ursinus* tamen ad hæc tempora lectorem remittit, laudans Appianum qui de Catulo refert.

§ 221. (l. 84.) τὸν Ῥήγουλον ἐν τοῖς πρέσβεσι] De hac satis nota Reguli captivi legatione & subsecuta pœna consule *Zonaram* p. 394. sq. ubi & cetera legas hac in legatione acta, quæ hic deesse videntur. Adde *Appianum Alex.* in excerptis legat cap. XVIII. & in Punicis p. 3. *Gellium* VI. 4. *Valerium Max.* IX. 2. 1. extern. *Florum* II. 2. § 23. *Livium Epit.* 18. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 40. *Orosium* IV. 10. *Polyænum* Strateg. VIII. 12. *Ciceronem* Orat. in Pisonem cap. 19. & alibi. De dissensu autem veterum in supplicio Reguli vide disputantem Cl. *Drakenborchium* ad Silium Ital. Punicor. lib. VI. v. 539. & *Dukerum* ad Florum l. c.

§ 222. (l. 90.) ὤρκωσαν τε οὖν αὐτὸν πίστεσί τε μεγάλαις, ἢ μὴν ἐπανήξειν, ἄν τε μηδέτερον αὐτῶν διαπράξηται] Ita hunc locum emendavimus partim ex Zonara, partim ex conjectura: cum in exemplari corrupte legeretur, ὤρκωσάν τε οὖν αὐτῷ, πίστεσί τε μεγάλαις ἢ μὴν ἐπανήξειν, ἂν δὲ μηδὲν ἕτερον διαπράξηται. Paulo post, pro καθάπερ ἐκβληθὲς, male scriptum erat, καίπερ ἐμβληθὲς: & mox, pro ἐποιήσατο, manuscriptus liber habebat ἠτήσατο. URS.

Quod in fine verbum legitur, τήν τε πρόσοδον (cum interjectis) ἐποιήσατο, ab Ursino positum fuit, pro ἠτήσατο, quod erat in libro MS. Sed alii MSS. rectius τὴν τε πρόσοδον ἠτήσατο. LEUNCL.

§ 223. (l. 96.) ἔξω τοῦ τείχους] Scilicet, quoniam adhuc pro hostibus habebantur Carthaginienses, senatus illis extra urbem in villa publica ad ædem Bellonæ dabatur. Vide *Livium* XXX. 21. 40. XLII. 36. XLV. 22. Contra, pace decreta, permissum legimus Carthaginiensibus, urbem introire & colloqui cum civibus suis, qui capti in publica custodia essent. *Liv.* XXX. 43. vide & *Dionem* infra num. CLXIV.

§ 224. (l. 100.) τοὺς Καρχηδονίους χρήματα ἐπιπραξάμενοι] Carthaginienses Sardiniam ad defectionem sollicitaverant: quare hostes judicati & jussi numerare pecuniam, omnibusque insulis cedere, ut auctor est *Zonaras* p. 401. B. Conf. & *Appianum* in Punicis sub init. *Eutropium* lib. III. init. & *Polybium* lib. I. p. 88 sq. *Orosium* IV. 12.

§ 225. (l. 4.) τῷ πρὸς ὁμόρους πολέμῳ] Non tantum Galli, sed & Hispani, Beleares, Ligures, Libyes, qui eorum stipendia meruerant, non persolutum sibi stipendium postulabant, & infirmos jam Carthaginienses rati undique adoriebantur. Vide *Zonaram* p. 399. B. *Livium* XXI. 1. 2. ubi id bellum quinquen-

ἐπραττε, καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο, οὔτε εἰς τὴν πόλιν, καθάπερ ἐκβληθεὶς, ἐσῆλθεν· ἀλλ' ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης, ὥσπερ τοῖς τῶν πολεμίων πρέσβεσιν ἔθος εἶχον χρηματίζειν, τήν τε πρόσοδον μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς γε καὶ ὁ λόγος ἔχει, [c] ἠτήσατο.

tamquam si Carthaginiensis, non Romanus esset, faciebat; tum nec uxorem ad colloquium admisit, nec in urbem, velut in exsilium ejectus, introivit: sed senatu extra mœnia convocato, qui mos respondendi legatis hostium erat, cum ceteris, sicut accepimus, ut accedere sibi liceret, petiit.

CL.

ια'. Οἱ Ῥωμαῖοι [224] τοὺς Καρχηδονίους χρήματα ἐπιπραξάμενοι, τὰς σπονδὰς ἀνενεώσαντο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον [f] πρεσβείας αὐτῶν ἐλθούσης, ὅτι τε τῆς σφετέρας παρασκευῆς ἤσθοντο, καὶ ὅτι αὐτοὶ [225] τῷ πρὸς τοὺς ὁμόρους πολέμῳ ἔτι καὶ τότε καθείχοντο, μέτριον οὐδὲν ἀπεκρίναντο. μετὰ δὲ τοῦτο Ἄννωνός τινος, νέου τῇ ἡλικίᾳ, καὶ δεινοῦ τῇ παῤῥησίᾳ, πεμφθέντος, καὶ ἄλλα τε πολλὰ ἀπαρακαλύπτως, καὶ τέλος· ὅτι, εἰ μὴ βούλεσθε εἰρηνεῖν, ἀπόδοτε ἡμῖν καὶ Σαρδὼ καὶ Σικελίαν· οὐ γὰρ πρὸς καιρόν τινα ἀνοχὴν, ἀλλ' ἀΐδιον φιλίαν ἀπ' αὐτῶν ἐπριάμεθα, εἰπόντος· ἠπιώτεροί τε αἰσχυνθέντες ἐγένοντο.

Romani quum pecuniam a Carthaginiensibus exegissent, fœdus pacis renovarunt. Ac primum quidem venientibus Romam Carthaginiensium legatis, propterea, quod adparatum facere Romanos animadverterent, quum ipsi adhuc finitimo bello distinerentur; nihil moderati responderunt. Postea, misso Hannone quodam, annis juvene, ac mira libertate dicendi utente, quum is & alia plura aperte, & hæc tandem proferret: "Si pacem "colere non vultis, reddite nobis Sardiniam & "Siciliam; quibus non duraturas ad aliquod "tempus indutias, sed amicitiam perpetuam re-"demimus: „ tum vero præ pudore facti fuere mitiores. A.U.C.519

CLI.

ιβ'. Οἱ Ῥωμαῖοι [g] τοῖς [226] Ἰσσαίοις, προσχωρήσασιν αὐτοῖς, ἀνθυπουργεῖν τι εὐθὺς προθύμως, ὡς [227] τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς ἐσπουδακόσι βοηθεῖν δοκεῖν, καὶ [228] τοὺς Σαρδιαίους ἀμύνεσθαι, διότι τοὺς ἐκ τοῦ Βρεντεσίου [229] ἐκπλέοντας ἐκακούργουν, ἐθελήσαντες· [230] ἔπεμψαν πρὸς Ἄγρωνα, τοὺς μὲν παραιτούμενοι, τὸν δὲ, ὅτι μηδὲν προπαθὼν ἀδικόιη σφᾶς, αἰτιώμενοι. καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐκ ἔτι περιόντα ἔυρον, [231] ἀλλὰ [b] παιδίον τι, Πίννην ὄνομα, καταλιπὼν ἐτεθνήκει. [232] Τευτᾶ δὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, μητρυιὰ δὲ [i] τοῦ Πίννου οὖσα, [233] ἐκράτει τῶν Σαρδιαίων, καὶ οὐδὲν μέτριον ὑπὸ θρασύτητος αὐτοῖς ἀπεκρί-

1. Quum Issæis Romani, qui ad se defecerant, vicissim rem gratam alacri mox animo facere vellent; ut iis opem ferre, quorum egregia in se studia fuissent, ac Ardiæos eo nomine, quod navigantes e portu Brundisino maleficiis infestarent, ulcisci viderentur: misere legatos ad Agronem, deprecatum pro Issæis, & cum eo, qui nulla injuria provocatus ipsos læderet, expostulatum. Agronem legati non amplius superstitem reperere, quod relicto filio puero, cui nomen Pinnes, diem obiisset. At uxor ejus Teuta, quæ noverca Pinnis erat, jam Ardiæis imperabat, nec præ A.U.C.524

[f] πρεσβείας αὐτῶν ἐλθούσης. ita Leuncl. ex MS. emendavit, pro πρεσβεία αὐτῶν ἐλθοῦσα, quod est ap. Urs. paulo post perperam apud Ursinum μετὰ δὲ τοῦτον, pro μετὰ δὲ τοῦτο. item δεινοῦ παῤῥησίᾳ pro δεινοῦ τῇ παῤῥησίᾳ. [g] τοῖς Ἰσσαίοις &c. Ursini textus aliter: τοὺς Ἰσσαίους προσχωρήσαντας αὐτοῖς ἀνθυπουργεῖν τι εὐθὺς τούτοις προθύμως τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς σπουδακόσι. [b] παιδίον τι. τι παιδίον, Ursin. [i] τοῦ Πίννου &c. Ursini textus corruptior adducitur in nott.

quinquennale fuisse scribit. & *Appianum* in excerptis legat. cap. XVIII. *Polybium* lib. I. p. 67. sqq.

§ 226. (l. 13.) τοῖς Ἰσσαίοις προσχωρήσασιν αὐτοῖς] Hæc plenius intelligentur ex *Zonara* p. 402. C. Ἴσσα νῆσός ἐστιν ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ κειμένη. οἱ γοῦν τότε νῦν κάτοικοι, Ἰσσαῖοι καλούμενοι, ἐθελονταὶ τοῖς Ῥωμαίοις παρεδώκασιν ἑαυτοὺς, τῷ σφῶν κρατοῦντι ἀχθόμενοι Ἀγρῶνι τῷ τῶν Σκοδαίων βασιλεῖ γένους Ἰλλυρικοῦ. *Issa insula in Jonico sinu sita est; cujus incolæ Issæi Romanis ultro se dediderunt, suo domino Agroni Sardianorum regi, gentis Illyricæ, infesti.* Conf. *Appianus* in Illyricis p. 760. *Livii Epit.* 20. *Eutropius* III. 1. *Orosius* IV. 13. *Polybius* lib. II. p. 96. sq. & 99. D. *Plinius* XXXIV. 6. *Florus* II. 5.

Hæc verba libri Fulviani τοὺς Ἰσσαίους (cum interjectis) ἀνθυπουργεῖν τι εὐθὺς τούτοις προθύμως, τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς σπουδακόσι, sic emendanda censeo, τοῖς Ἰσσαίοις (adde intermedia) ἀνθυπουργεῖν τι εὐθὺς προθύμως, ὡς τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς ἐσπουδακόσι βοηθεῖν δοκεῖν. Quæ scriptura non admittit, ut ex opinione Fulvii δοκεῖν excludatur. Ibidem positus asteriscus ab Ursino (post τῶν Σαρδιανῶν) tolli potest, verbis hoc modo collocatis: μητρυιὰ δὲ τοῦ Πίννου οὖσα, ἐκράτει τῶν Σαρδιανῶν (rectius Σαρδιαίων) καὶ οὐδὲν μέτριον ὑπὸ θρασύτητος αὐτοῖς ἀπεκρίναντο. Paulo post ibidem, δυνάμεως ἧς ἦρχε, mutavi ex MS. in ἧς ἔσχε. LEUNCL.

§ 227. (l. 15.) τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς ἐσπουδακόσι βοηθεῖν δοκεῖν. Ita emendavimus, cum in exemplari corrupte scriptum esset ἐσπουδακὼς. Videndum etiam, an sine verbo δοκεῖν legi possit. URS.

§ 228. (l. 16.) τοὺς Σαρδιαίους] Sic infra, τῶν Σαρδιαίων vel Σαρδιανῶν. Et sane est urbs Illyrici Sardus, *Stephanus Byz.* Σάρδος πόλις Ἰλλυρίας· οἱ πολῖται Σαρδηνοί. Sed alii essent Σαρδιαίοι, quos & in Illyria *Strabo* videtur commemorare, p. 314. Verum cum Casaubono Ἀρδιαίους legere præstat, qui & in Illyria memorantur a *Polybio* lib. II. p. 99. D. 100. C. & *Steph. Byz.* in Ἄρδεα, ut alia veterum loca taceam, quæ adduxit *Valesius* ad fragm. XLVI. 1. & *Holstenius* ad Steph. Byz. cui proinde & hoc loco Ἀρδιαίους, Ἀρδιαίων legendum esse, assentior. vide Vales. supra § 68.

§ 229. (l. 17.) ἐκπλέοντας ἐκακούργουν] Illyrios, speciatim Liburnos prædationibus deditos refert *Appianus* Illyr. p. 758. B. οἱ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλῃστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις, ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα Λιβουρνίδας προσαγορεύουσιν.

§ 230. (l. 18.) ἔπεμψαν πρὸς Ἄγρωνα] Legatos P. Junium & T. Coruncanum nominat *Plinius* XXXIV. 6. *Polybius* vero p. 96. C. & L. Coruncanios.

§ 231. (l. 21.) ἀλλά τι παιδίον Πίννην ὄνομα &c.] Hunc, ut opinor, *Livius* appellat Pineum in libro XXII. (cap. 33.) cum inquit: *Ad Pineum quoque regem in Illyricos legati missi, ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum &c.* URS.

§ 232. (l. 22.) Τευτᾶ] Teuca *Plinio*, Teutana *Floro*, ll. cc. Mater Pinnei Triteuta, uxor Agronis, qui ex ea Pinneum suscepit, posteaque eam repudiavit ducta Teuta, quæ noverca Pinnei tum tutelæ nomine imperium obtinebat. Vide *Valesium* supra ad num. XLVI.

§ 233. (l. 23) ἐκράτει τῶν Σαρδιαίων * ὑπὸ θρασύτητος οὖσα, οὐδὲν μέτριον αὐτοῖς ἀπεκρίναντο] Sensus hujus loci patet, licet mutilus sit, & a nobis stellula notatus. Videndus Polybius &

præ ferocia quidquam eis moderati respondebat: sed ut mulier, quæ præter insitam a natura temeritatem, etiam a potestate, quam obtinebat, tumeret; e legatis alios vinxit, alios occidit, quod liberius locuti essent.

2. Qua re perpetrata, etiam animos inde, quasi vires suas promta crudelitate demonstrasset, sumsit. Sed paullo post feminei generis imbecillitatem redarguit, quod celeri momento præ tenuitate judicii irascitur, nec minori celeritate præ formidine sibi metuit. Ut primum enim bellum contra se decretum a Romanis comperit, cœpit trepidare; ac Romanos, quos adhuc habebat, reddituram se promisit; de iis vero, qui fuerant interfecti, sic se purgavit, ut a latronibus quibusdam occisos diceret. Itaque quum Romani expeditionem suam inhiberent, & cædis auctores sibi dedi poscerent: rursus eos contempsit, quod pericula necdum adessent, ac neque se dedituram illorum aliquem dixit, & exercitum in Issam insulam misit. Post ubi consules adesse sensit, iterum sibi metuit, ac remisit animos, & ad parendum eis in omnibus rebus paratam semet ostendit.

3. Non tamen ad modestiam penitus revocata est. Nam ubi consules ad Corcyram transmississent, resumsit animum: & a Romanis desciscens, adversus Epidamnum copias misit. Romanis autem civitates illas liberantibus, ejusque navigia cum pecuniis intercipientibus, rursum dicto audiens futura videbatur: sed quod iidem mare trajicientes, propter collem Atyrium damnum accepissent, rem distulit; sperans, eos, quod hiems jam adpetiisset, discessuros. Verum ubi sensit, Albinum loco se non movere, ac Demetrium, ob stoliditatem & amentiam Teutæ, populique Romani metum, transiisse ad hostes, aliisque nonnullis persuasisse, uti transfugerent: tota formidine perculsa, regno cessit.

ἀπεκρίναλο· ἀλλ' ὅια γυνὴ, πρὸς τῇ ἐμφύτῳ προπελείᾳ καὶ ὑπὸ τῆς δυνάμεως, [k] ἧς εἶχε, χαυνουμένη, τοὺς μὲν ἔδησε τῶν πρέσβεων, τοὺς δὲ καὶ ἀπέκ]ειναν, ὅτι ἐπαῤῥησιάσανλο.

Καὶ τότε μὲν ταῦτα ἔπραξε, καὶ Φρόνημα ἀπ' αὐλῶν, ὥσπερ τινὰ ἰσχὺν ἐν τῷ προχείρῳ τῆς ὠμότηλος ἐπιδεδειγμένη, ἔλαβε· διήλεγξε δὲ δι ἐλαχίσου τὴν τοῦ γυναικείου γένους ἀσθένειαν, ταχὺ μὲν ὑπὸ βραχύτηλος γνώμης ὀρλιζομένην, ταχὺ δὲ καὶ ὑπὸ δειλίας φοβουμένην. ἐπειδὴ [l] γὰρ τάχισα τὸν πόλεμον τοὺς Ῥωμαίους ἐψηφίσθαι οἱ ἐπύθελο, καλέπηξε· καὶ τούς τε ἄνδρας οὓς εἶχεν αὐλῶν, ἀποδώσειν ὑπέχελο· καὶ ἐπὶ τοῖς τελευηκόσιν ἀπελογεῖτο λέγουσα, [234] ὑπὸ λῃσῶν τινων αὐλοὺς πεφονεῦθαι. [m] τῶν δὲ Ῥωμαίων τὰ τῆς πραλείας διὰ τοῦτο [n] ἐπιχόνλων, τούς τε αὐλόχειρας ἐξαιλησάνλων, καλεφρόνησέ τε αὖθις, ὅτι μηδέπω τὰ δεινὰ αὐλῇ παρῆν, καὶ οὔλε τινὰ ἐκδώσειν ἔφη, καὶ ἐπὶ τὴν Ἴσσαν στράτευμα ἀπέστειλεν. ἐπειδὴ δὲ [235] τοὺς ὑπάτους παρόνλας ἤθελο, κατέδεισεν αὖ, καὶ τοῦ θυμοῦ ὑφῆκε, καὶ ἐς πᾶν ὁτιοῦν ἐπακοῦσαι σφῶν ἑτοίμη ἐγένελο.

Οὐ μέν τοι καὶ πανλάπασιν ἐσωφρονίσθη. τῶν γὰρ ὑπάτων πρὸς Κερκύραν περαιωθέντων ἀνεθάρσησε, καὶ ἀποσᾶσα, ἐπὶ Ἐπίδαμνον στράτευμα ἀπέστειλε. τῶν δὲ Ῥωμαίων τὰς πόλεις ῥυσαμένων, [o] καὶ τὰ πλοῖα αὐλῆς μελὰ χρημάτων λαμβανόντων, ἐμέλλησεν αὖθις πειθαρχῆσαι σφίσιν· ἐπεὶ δὲ ἀναβάντες ὑπὲρ τῆς θαλάσσης, κακῶς περὶ τὸν Ἀλύριον λόφον ἀπήλαξαν, ἐπέσχεν· ἐλπίσασα αὐλοὺς (ἤδη γὰρ καὶ χειμὼν ἦν) ἀπανασήσεσθαι. αἰσθομένη δὲ τὸν Ἀλβῖνον καλὰ χώραν μένειν, καὶ [236] τὸν Δημήτριον ἔκ [p] τε τῆς ἐμπληξίας ἐκείνης, καὶ ἐκ τοῦ τῶν Ῥωμαίων φόβου μεθεσηκόλα, καί τινας ἄλλους αὐλομολῆσαι πεπεικόλα, πανλελῶς καλέδεισε, καὶ [237] τὴν ἀρχὴν ἀφῆκεν.

CLII.

A.U.C. 538 Romani per internuncios cum Hannibale egere, petentes, ut captivi utrimque redderentur. Non tamen hæc permutatio facta fuit, quamvis & ipse Carthalonem ad eos hoc nomine vicissim misisset. Quippe quod, tamquam hostis, intra mœnia

ιγ'. Οἱ [238] Ῥωμαῖοι διεκηρυκεύσανλο τῷ Ἀννίβᾳ, ἀνλαπόδοσιν τῶν αἰχμαλώτων ἀξιοῦνλες γενέσθαι. οὐ καληλάξανλο δὲ αὐλοὺς, καίπερ καὶ ἐκείνου Καρθάλωνα ἐπ' αὐλὸ τοῦτο ἀνλιπέμψανλος. ἐπειδὴ [q] γὰρ οὐκ [239] ἐδέξανλο αὐτὸν εἴσω τοῦ τείχους,

[k] ἧς ἔσχε, χαυνουμένη. ita Leunclavius, pro ἧς ἦρχε, χαυνομένη ap. Urs. [l] ἐπειδὴ γὰρ. γὰρ desideratur ap. Ursin. [m] τῶν δὲ. τῶν τε, Ursin. [n] ἐπιχόνλων. ita emendavit Ursin. pro ἐπιχόνλος in MS. postea τούς τε αὐλόχειρας, L. τοὺς δὲ αὐλόχειρας, Urs. item ἐπειδὴ δὲ ὑπάτους, L. ἐπειδὴ δὲ τοὺς ὑπάτους, Urs. [o] καὶ τὰ πλοῖα. καὶ πλοῖα, Ursin. [p] ἔκ τε τῆς. ἐκ τοῦ τῆς, Ursin. [q] ἐπειδὴ γὰρ. ἐπειδὴ δὲ, Ursin.

& Zonaras lib. II. in quo ita ex Dione, ut apparet, scriptum est: τήν τε γὰρ Σαρδιαίων διῆπεν ἀρχὴν· ἢ τοῖς πρόσθεσιν οὐδὲν μέτριον ἐχρημάτισεν &c. URS.

Hic in notis Ursinus Σαρδιαίων posuit ex Zonara, in textu autem Σαρδιανῶν habet.

§ 234. (l. 39.) ὑπὸ λῃσῶν τινων] Ita & *Zonaras* p. 402. C. Errat ergo *Appianus* in Illyr. p. 760. qui Teutam se purgantem inducit Romanis, ab Agrone id adhuc, non ab ipsa factum esse. Nam Agronem non amplius superstitem legati invenere, ut ex Dione discimus.

§ 235. (l. 45.) τοὺς ὑπάτους παρόνλας] Id factum anno sequenti 525. cum utrique consuli L. Postumio Albino & Cn. Fulvio hæc provincia est demandata, illi copiæ terrestres ad XX. millia, huic classis CC. navium.

§ 236. (l. 59.) τὸν Δημήτριον] Demetrius is est Pharius, qui jam ex Agronis imperio Pharum obtinebat, & Corcyram interim adeptus erat, ut scribit *Appianus* in Illyr. p. 760. Idem, post fugam Teutæ in loca mediterranea, imperio potitus est, tutor Pinnei factus, & Triteutæ Pinnei matri conjugio junctus. vide *Zonaram* l. c. & *Dionem* in fragmentis Peiresc. p. 593. num. XLVI. Qua re elatus, cum finitimos & socios populi Rom. infestaret, victus a Romanis ad Philippum Macedonem confugit. Conf. præter Dionem l. c. *Livium* lib. XXII. cap. 33.

§ 237. (l. 62.) τὴν ἀρχὴν ἀφῆκεν] ἀπέχελο τῆς ἀρχῆς, ut Zonaras; *imperio abstinuit*, pace scilicet facta, his conditionibus, ut ipsa & filius Pinneus tributum quotannis Romanis penderent, Illyrico præter pauca loca excederent, nec ultra Lissum, nisi cum duobus lembis, iisque inermibus, navigarent. vide *Polybium* lib. II. p. 100. Ea pax facta A. U. C. 526.

§ 238. (l. 64.) οἱ Ῥωμαῖοι διεκηρυκεύσανλο τῷ Ἀννίβᾳ] Romani post cladem Cannensem, de captivis redimendis, certe priores, egisse cum Hannibale, alibi vix leguntur. Contra

τείχους, [r] ὡς πολέμιον, οὐδὲ ἐς λόγους αὐτοῖς ἐλθεῖν ἠθέλησεν, ἀλλ' εὐθὺς δι' ὀργῆς ἀνέστρεψεν.

mœnia non exceptus fuiſſet; nec ipſe ad colloquium venire voluit, ſed iratus illico revertit.

CLIII.

ιδ'. [240] Ἐπικηρυκευσάμενοι οἱ Καρχηδόνιοι τῷ Σκιπίωνι, τῶν τε ἐπιταχθέντων σφίσιν ὑπ' αὐτοῦ οὐδὲν ὁτιοῦν ὑποχόμενοι, ὅια μηδὲν αὐτῷ [s] οὐ παρέξειν μέλλοντες, χρήματα μὲν αὐτῷ εὐθὺς ἔδωσαν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας ἀπέδωκαν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλων ἐς τὴν Ῥώμην ἐπρεσβεύσαντο. καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνοι τότε οὐ προσεδέξαντο, λέγοντες οὐκ εἶναι σφίσι πάτριον, στρατοπέδων τισὶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὄντων, ὑπὲρ εἰρήνης χρηματίζειν. ὕστερον δὲ ἀπάραντος τοῦ τε Ἀννίβου καὶ τοῦ Μάγωνος, λόγον αὐτοῖς ἔδωκαν· καὶ ἦλθον μὲν εἰς ἀμφισβήτησιν πρὸς ἀλλήλους, ἐπ' ἀμφότερα ταῖς γνώμαις γενόμενοι· τέλος δὲ ἐψηφίσαντο τὰς σπονδὰς, ἐφ' οἷς ὁ Σκιπίων συνέθετο.

Carthaginienſes miſſis ad Scipionem legatis, quum omnia, quæ imperaſſet, facturos ſe pollicerentur, nihilque non præſtaturi eſſent; pecuniam quidem ei ſtatim numerarunt, & captivos omnes reddiderunt: ceterorum vero nomine Romam ſuos ablegarunt. At hos Romani tunc non admiſere, quod alienum eſſe dicerent a conſuetudine patria, dum exercitus quorundam eſſent in Italia, de pace reſpondere. Poſtea vero, quam Hannibal & Mago Italiæ finibus exceſſiſſent; dicendi copiam eis fecerunt. Ac diſceptatum quidem inter eos fuit, ſententiis in utramque partem propendentibus: ſed iis denique legibus pacem decrevere, quas Scipio tuliſſet. A.U.C.551

CLIV.

ιε'. Οἱ Καρχηδόνιοι [241] τῷ Σκιπίωνι ἐπέθεντο καὶ καθ' γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. τοῦ δὲ Σκιπίωνος ἀγανακτήσαντος ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔγκλημα ποιησαμένου, οὔτε τι μέτριον τοῖς πρέσβεσιν ἀπεκρίναντο, καὶ προσέτι καὶ ἐπεβούλευσαν αὐτοῖς ἀποπλέουσιν· καὶ εἴγε μὴ ἄνεμος σφίσι καθ' τύχην ἐπιγενόμενος ἐβοήθησεν, ἥλωσαν ἄν, ἢ ἀπώλοντο. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Σκιπίων, καίπερ ἐπελθόντων ἐν τούτῳ τῶν τὴν εἰρήνην αὐτοῖς φερόντων, οὐκ ἔτι αὐτὴν ἐποιήσατο.

Scipionem terra marique Carthaginienſes invadebant. At quum eam ob rem indignatus Scipio, de injuria quereretur: neque moderatum aliquid legatis reſponderunt, atque etiam navigio diſcedentibus inſidias ſtruxerunt. Quod ſi ventus ſuperveniens forte fortuna eos non juviſſet, aut capti fuiſſent, aut periiſſent. Propter hanc cauſam Scipio, licet interea advenirent qui pacem eis ferebant, non tamen amplius eam conceſſit.

CLV.

ιϛ'. Διεκηρυκεύσαντο οἱ Καρχηδόνιοι τῷ Σκιπίωνι. ἦν δὲ [242] τὰ διωμολογημένα· ὁμήρους τε σφᾶς δοῦναι, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τούς τε αὐτομόλους, [t] ἤτοι τῶν Ῥωμαίων ἢ τῶν συμμάχων, [u] ὧν εἶχον, ἀποδοῦναι· καὶ τοὺς ἐλέφαντας πάντας, καὶ τὰς τριήρεις, πλὴν δέκα, παραδοῦναι· καὶ τὸ λοιπὸν μὴ κεκτῆσθαι μήτε ἐλέφαντας, μήτε ναῦς· καὶ τῷ Μασινίσσῃ πάντων, ὧν εἶχον αὐτοῦ, ἀποσῆναι, καὶ ἐκείνῳ δοῦναι· τήν τε χώραν, καὶ τὰς πόλεις, τὰς ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ αὐτοῦ οὔσας, ἀφεῖναι· καὶ μήτε καταλόγους ποιεῖσθαι, μήτε μισθοφόροις χρῆσθαι, μήτε πόλεμον πρὸς μηδένα παρὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην ἀναιρεῖσθαι.

Miſere legatos ad Scipionem Carthaginienſes. Pacta vero conventa hujusmodi erant: Ut obſides darent, & captivos ac transfugas ſive Romanorum, ſive ſociorum, quos haberent, reſtituerent: ut elephantos omnes, & triremes, exceptis decem, traderent: ut in poſterum nec elephantos, nec naves poſſiderent: ut Maſiniſſæ cederent iis omnibus, quæ ipſi ademta tenerent, reſtitutione facta: ut regionem, & oppida, quæ is ſua in poteſtate haberet dimitterent: ut neque delectus facerent, neque ſtipendio conductis militibus exteris uterentur, neque bellum adverſus quemquam præter voluntatem populi Rom. ſuſciperent. A.U.C.553

CLVI.

[r] ὡς πολέμιον. ita Urſinus. MS. vero, καθὰ τὸ πολέμιον, quod non omnino abſurdum. [s] οὐ παρέξειν. οὐ male omittit textus Urſ. [t] ἤτοι, L. οὓς ἤτεα, Urſ. [u] ὧν εἶχον, L. ἐφ' ὧν εἶχον, Urſ.

tra Hannibal ex captivis decem Romam miſit hac de re acturos: pretium fore in capita, equiti quingentos quadrigatos numos, trecentos pediti, ſervo centum. Vide *Livium* XXII. 58. Diſerte *Zonaras* p. 420. A. τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἐτήρει, ἀποδόσθαι ἐλπίζων αὐτούς, ἵν' ἑαυτὸν εὐπορώτερον ἐνθεῦθεν ποιήσῃ, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἀπορωτέρους. ἐπεὶ δὲ μηδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀφίκετο τοὺς αἰχμαλώτους ζητῶν, ἐκέλευσεν αὐτοῖς πέμψαι τινὰς οἴκαδε ἐπὶ λύτρα, προομόσαντας ἐπανήξειν. Vide & *Valerium Max.* II. 7. 15. & *Excerpta Peireſciana* p. 596. num. XLVIII.

§ 239. (l. 68) ἐδέξαντο ἔσω τοῦ τάχους ὡς πολέμιον] Ita videtur legendum ex *Zonara*, cum in exemplari καθὰ τὸ πολέμιον ſcriptum ſit. De hac re ita *Livius* lib. XXII. (cap. 58.) *Carthaloni obviam lictor miſſus, qui dictatoris verbis nunciaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis.* Urs.

§ 240. (l. 71) ἐπικηρυκευσάμενοι οἱ Καρχηδόνιοι] Ad intelligentiam hujus fragmenti & XIV. & XV. (CLIV. CLV.) quæ ſequuntur, in quibus multa ſunt a nobis emendata, videndus Polybius in fragmentis hiſtoriarum. Urs.

Miſſi primum Romam legati Carthaginienſium prope fine reſponſo dimiſſi & ad Scipionem ablegati ſunt. *Liv.* XXX. 22. 23. Interea per induciarum tempus claſſem Romanam Carthaginienſes violarunt, & expoſtulantes de hac vi Romanos legatos injuria affecerunt. ib. 24. 25. Denique Hannibal ipſe ſuperveniens in colloquium deſcendit cum Scipione. ib. 29. ſqq. verum infecta pace diſceſſum, & extrema pugna habita ib. 32. Tum demum miſſi legati ſunt ad Scipionem, teſte *Appiano*, vel ſecundum *Livium* XXX. 42. Romam ad ſenatum, Hanno cognomine Magnus & Asdrubal, ἔρυφος, ſeu *hædus* dictus, qui ſuppliciter res omnes Carthaginienſium poteſtati Scipionis & Romanorum permiſerunt. Aſdrubalis orationem & pacis conditiones a Scipione latas dabit *Appianus* in Lybicis p. 27. D. adde *Zonaram* p. 443. *Livium* XXX. 36. ſqq. *Oroſium* IV. 19.

§ 241. (l. 90.) τῷ Σκιπίωνι ἐπέθεντο] Redit, ut videtur, Dio ad ea quæ ante pacem acta ſunt, cum Carthaginienſes inducias violarunt, & ne a legatis quidem ſe abſtinuerunt, ut copioſius narrat *Livius* XXX. 25. adde *Polybium* lib. XV. p. 691.

§ 242. (l. 1) τὰ διωμολογημένα] Pacis conditiones vide apud *Livium*

CLVI.

A.U.C.553 Cum aliis plerisque Romanis Carthago evertenda, tum Cornelio consuli, videbatur: quod fieri non posse diceret, ut ea incolumi & salva, Romani metus expertes essent.

ιζ'. Ἡ Καρχηδὼν πολλοῖς [x] Ῥωμαίων ἐξαιρεθέσα ἐδόκει εἶναι, [243] καὶ Κορνηλίῳ ὑπάτῳ· ὃς ἔλεγεν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι, συνεστώσης αὐτῆς [y] ἀδεεῖς σφᾶς εἶναι.

CLVII.

A.U.C.557 Philippus rex prælio victus legatos ad T. Quintium Flamininum misit. Is vero, tametsi Macedoniæ maxime inhiaret, ac præsentem rerum successum omnino prosequi cuperet, nihilominus tamen pacem fecit. Ejus rei causam habebat, quod vereretur, ne Græci everso Philippo veteres spiritus resumerent, ac populum Rom. non amplius colerent: neve qui tunc magnopere se jactabant Ætoli, quod opera sua majorem victoriæ partem ipsi confecissent, infestiores Romanis redderentur: neve Antiochus in Europam, uti nuntiabatur, veniret, & auxilium Philippo ferret.

ιη'. Ὁ Φίλιππος [z] ἡττηθεὶς [244] ἐπεκηρυκεύσατο τῷ Φλαμινίνῳ. καὶ ὃς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα [a] τῆς Μακεδονίας ἐγλίχετο, καὶ τῇ παρούσῃ οἱ εὐτυχίᾳ [b] ἐπίπαν ἐπεξελθεῖν ἐπεθύμει, [245] ὅμως ἐσπείσατο. αἴτιον δὲ, ὅτι ἐφοβήθη, μὴ οἵ τε Ἕλληνες, [c] ἐξαιρεθέντος αὐτοῦ, τό τε φρόνημα τὸ παλαιὸν ἀναλάβωσι, καὶ σφᾶς οὐκ ἔτι θεραπεύσωσι· καὶ οἱ Αἰτωλοὶ ἐν μεγάλῳ καὶ τότε αὐχήματι, ὅτι [246] τὸ πλεῖστον τῆς νίκης κατεργάσαντο, ὄντες, ἐπαχθέστεροι σφίσι γένωνται· [247] ὅ, τε Ἀντίοχος ἔς τε τὴν Εὐρώπην, ὥσπερ ἠγγέλετο, ἔλθῃ, καὶ τῷ Φιλίππῳ συμμαχήσῃ.

CLVIII.

Quum juvenes quidam a Carthaginiensibus ablegati Romam veniissent, ac petulanter se gessissent: missi quidem fuere Carthaginem, ac rursum Romanis dediti; sed nullo penitus eis illato malo, domum reverterunt.

ιθ'. Νεανίσκοι τινὲς Καρχηδονίων πρέσβεις ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθόντες, ὑβρίσαντες, ἐπέμφθησαν μὲν ἐς τὴν Καρχηδόνα, καὶ ἐξεδόθησαν σφίσιν· οὐκ ἔπαθον δὲ ὑπ' αὐτῶν δεινὸν οὐδέν, ἀλλ' ἀφείθησαν.

CLIX.

A.U.C.585 Pacem a Romanis petebat rex Perseus, eamque obtinuisset; ni Rhodii metuentes, ne Romani adversarium amitterent, cum Persei legatis suos quoque conjunxissent. Nam nihil ab his moderati,

κ'. Ὁ Περσεὺς σπονδῶν ἐδεήθη παρὰ Ῥωμαίοις, [248] καὶν ἔτυχεν αὐτῶν, εἰ μὴ οἱ Ῥόδιοι συνεπρέσβευσαν αὐτῷ, δέει τοῦ μὴ Ῥωμαίοις τὸν ἀντίπαλον ὑπεξαιρεθῆναι. μέτριον μὲν γὰρ οὐδὲν, οἷα

[x] Ῥωμαίων, Ursf. ex Suida in ἐξαιρεῖται. MS. Ῥωμαίους. [y] ἀδεεῖς σφᾶς εἶναι. ita Ursf. L. at Suidas Küsteri ἀδεῶς σφᾶς ἔχειν. Glossa est, quam nec agnoscit Zonaras p. 446. D. [z] ἐξαιρεθέντος, L. ὑπεξαιρεθέντος, Ursf. ὑπεξαιρεθέντες, MS. mox pro ὃς ἔλεγεν apud L. Ursinus habet καὶ ἔλεγεν. [a] ὁ Φίλιππος ἡττ. Ursf. Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, L. [b] τῆς Μακεδ. καὶ τῆς Μακεδ. Ursf. [c] ἐπεξελθεῖν. ἐξελθεῖν, Ursf.

Livium XXX. 37. & *Polybium* lib. XV. p. 705. Multas ex hoc Dionis loco repetiit *Suidas* in ἀναιρεθεὶς.

§ 243. (l. 14.) καὶ Κορνηλίῳ ὑπάτῳ] Is erat Cn. Cornelius Lentulus, qui cupiditate flagrabat provinciæ Africæ, teste *Livio* XXX. 40. & cujus ipsius cupiditatem Scipio fuisse dicebat in mora, quo minus id bellum exitio Carthaginis finiret. ibid. cap. 44.

§ 244. (l. 17.) ἡττηθεὶς ἐπεκηρυκεύσατο τῷ Φλαμινίνῳ] Post Punicum bellum II. Philippo Macedonum regi bellum indictum, quod Annibalem Pœnosque pecunia & auxiliis juvisset, & quod sociis Romanorum, Atheniensibus in primis, fuisset infestus. Vicerat eum T. Quinctius Flamininus Consul, (quem male *Zonaras* & alii Φλαμίνιον appellant,) an. 556. ad claustra Epiri, & fugientem in Thessaliam persecutus erat, vastata & capta fere omni regione. Hinc idem an. 557. Procos. prorogato imperio, ad Cynocephalas in Thessalia regem prælio ingenti vicit atque ita ad pacem petendam compulit. Vide *Zonaram* p. 446. D. *Livium* XXXII. 12. sqq XXXIII. 7. sqq. & 13. *Justinum* XXX. 4. *Polybium* lib. XVII. p. 758. sqq. & in excerptis p. 788. edit. Casaub. apud Ursinum p. 9. ubi legati Philippi nominantur Demosthenes, Cycliadas, Limnæus.

§ 245. (l. 20.) ὅμως ἐσπείσατο] Pacis conditiones, quas populus deinde ratas habuit, *Justinus* XXX. 4. recenset: *Fractus itaque bello Philippus, pace a Flaminio consule petita, nomen quidem regium retinuit, sed omnibus Græciæ urbibus velut regni membris extra terminos antiquæ possessionis amissis, solam Macedoniam retinuit.* Addunt alii, induciis factis, numerasse Tito quadringenta talenta, & filium Demetrium obsidem dedisse.

§ 246. (l. 25.) τὸ πλεῖστον τῆς νίκης κατεργάσαντο] *Zonaras* p. 446. D. καὶ μαχεσάμενοι τοῖς στρατεύμασιν ἅπασιν, ἰσοπαλεῖς ἂν ἀπηλλάγησαν, εἰ μὴ οἱ Αἰτωλοὶ ἐπεκράτεσέους τοὺς Ῥωμαίους ἐποίησαν. Qui (Flamininus & Philippus) *cum summis copiis confligerent, forte æquo marte discessissent, nisi Aetolorum auxilia victoriam Romanis peperissent.* vide de iisdem postea p. 449. A.

Livius nihil illis præter castrorum direptionem tribuit XXXIII. 10. & deinde cap. 11. *Sed & succensebat non immerito Aetolis, ob insatiabilem aviditatem prædæ, & arrogantiam eorum, victoriæ gloriam in se rapientium, qua vanitate sua omnium aures offendebant, & Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni, Aetolos habendos Græciæ dominos cernebat. Ob eas causas multa sedulo, ut viliores levioresque apud omnes essent & viderentur, faciebat.* Conf. & *Polybium* p. 762. C. & 788.

§ 247. (l. 26.) ὅ, τε Ἀντίοχος ἔς τε τὴν Εὐρώπην] Hanc præcipuam causam pacis ineundæ Tito fuisse, tradit & *Polybius* in excerptis p. 792. B. edit. Casaub.

§ 248. (l. 35.) καὶν ἔτυχεν αὐτῶν, εἰ μὴ οἱ Ῥόδιοι] Perseus Macedoniæ rex, ob varias turbas excitatas & missos in Eumenem percussores accusatus apud Romanos bello ab iis premebatur. Nam post varia satis prospere gesta tandem a Q. Marcio Philippo consule ad summas angustias redactus pacem petiit, legatis etiam Rhodiorum idem, licet superbius, urgentibus. Vide *Livium* XLIV. 14. *Zonaram* p. 456. sq. *Gellium* Noct. Att. VII. 3. *Eutrop.* lib. IV. cap. 3. *Polybium* in fragmentis cap. LXXXV. LXXXVI. LXXXVIII.

§ 249. (l. 41.) τοῖς αἰτίοις τοῦ μὴ συμβῆναι σφᾶς] *Livius* l. c. *per quos stetisset quo minus belli finis fieret, adversus eos, quid sibi faciendum esset, Rhodios consideraturos esse.* Domi, ut *Gellius* refert, *verba a plerisque Rhodiensibus in concionibus eorum ad populum facta sunt, ut si pax non fieret, Rhodienses regem adversus populum Romanum adjutarent. Sed nullum super ea re publicum decretum factum est.*

§ 250. (l. 47.) φρόνημα πολὺ πρότερον ὀφόντες] Scilicet ob rerum peritiam & potentiam, mari præsertim. *Strabo*, inter cetera de Rhodiis latius dicta, lib. XIV. p. 652. sq. θαυμασὴ δὲ καὶ ἡ εὐνομία καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρός τε τὴν ἄλλην πολιτείαν, καὶ τὰ ναυτικὰ, ἀφ' ἧς ἐθαλασσοκράτησε πολὺν χρόνον, καὶ τὰ λῃστήρια καθεῖλε, καὶ Ῥωμαίοις ἐγένετο φίλη, καὶ τῶν βασιλέων τοῖς φιλορωμαίοις τε καὶ φιλέλλησιν· ἀφ' ὧν αὐξόνομός τε διέλεισε, καὶ πολλοῖς ἀναθήμασιν ἐκοσμήθη. *Admirari quoque decet*

ὅια δεομένους εἰκὸς ἦν εἰπεῖν, ἔλεξαν· καὶ τῆς εἰρήνης οὐκ αἰτῆσαι μᾶλλον τῷ Περσεῖ, ἢ δόται ὄντες, ἄλλα τε πολλὰ ὑπερήφανα διελέχθησαν, καὶ τέλος ἠπείλησαν, [249] τοῖς αἰτίοις τοῦ μὴ συμβῆναι σφᾶς γενομένοις, μετὰ τῶν ἑτέρων πολεμήσειν. καὶ τούτου οὐδὲ τὸ πρὶν ἀνύποπτοι τοῖς Ῥωμαίοις ὄντες, μᾶλλον διεβλήθησαν, καὶ τὸν Περσέα τῶν σπονδῶν τυχεῖν ἐκώλυσαν.

rati, qualia par erat eos dicere, qui pacem rogarent, prolatum fuit. Adeoque veluti si non tam Perseo pacem peterent, quam darent, quum alia superbe dixere, tum ad extremum minati sunt; eos se, quorum culpa pax non coisset, bello cum ceteris adgressuros. Unde factum, ut quum ne prius quidem extra suspicionem Romanis essent, magis invisos se reddiderint; & quominus pacem Perseus impetraret, præpedierint.

CLX.

ρα'. Οἱ Ῥόδιοι [250] φρόνημα πολὺ πρότερον σχόντες, ὡς καὶ αὐτοὶ τόντε Φίλιππον καὶ τὸν Ἀντίοχον νενικηκότες, τῶν τε Ῥωμαίων κρείττους ὄντες, ἐς τοσοῦτον δέους ἀφίκοντο, ὥστε καὶ [251] πρεσβευτὴν πρὸς [d] Ἀντίοχον τὸν τῆς Συρίας βασιλέα καλέσαι [e] Ποπίλιον μεταπέμψασθαι, καὶ παρόντος αὐτοῦ καταψηφίσασθαι πάντων τῶν [f] τἀναντία τοῖς Ῥωμαίοις φρονησάντων, τούς τε συλληφθέντας αὐτῶν [252] ἐπὶ τιμωρίαν πέμψαι.

A.U.C. 587

Rhodii, qui prius magnos gerebant spiritus, quasi & Philippum, & Antiochum vicissent, ac viribus potiores ipsis Romanis essent, in tantam adacti fuere trepidationem: ut etiam ad se Popilium, qui legatus ad Syriæ regem Antiochum missus fuerat, arcessiverint; eoque præsente decretum fecerint adversus omnes, qui partes Romanis contrarias essent amplexi; & quotquot eorum comprehensi fuissent, ad supplicium mittendos statuerint.

CLXI.

ρβ'. Οἱ αὐτοὶ [253] πρεσβευσάμενοι πρὸς [g] αὐτοὺς πολλάκις, ὡς που καὶ ἐδέοντό τινος, οὐδὲν ἔτ' αὐτοῖς προσέφερον, ὥσπερ καὶ πρότερον· [254] ἀλλ' ὅσα ἐς τὸ παραιτήσασθαι, μὴ μνησικακεῖν σφίσιν αὐτοὺς, χρήσιμα ἐξ ὧν ὑπούργησάν ποτε αὐτοῖς, λαβεῖν ἐδύναντο, μόνα ἔλεγον, καὶ [255] τήν γε πρόσρησιν τῆς συμμαχίας τῆς πρὸς αὐτούς, μὴ προσδεχόμενοι πρόσθεν, (ἵνα καὶ ὡς μεταλάξασθαί ποτε ἀπ' αὐτῶν ἐκ τοῦ [256] μηδεμίαν ἔνορκον ἀνάγκην

Idem Rhodii, legatis frequenter ad Romanos missis, prout aliquid ab eis petendum esset, non amplius cum eis, ut prius, agebant; sed ea duntaxat protulere, quæ utilia sibi ad deprecandum, one præteritorum Romani recordarentur, ex suis in eos officiis adducere poterant. Cumque adpellationem societatis cum populo Romano antea non admisissent, ut propterea, quod nullam cum eis amicitiam sacramenti religione adstrictam

[d] πρὸς Ἀντίοχον, L. πρὸς τὸν Ἀντίοχον, Urs. [e] Ποπίλιον restitui, cum apud Urs. & Leuncl. perperam Πόπλιον legeretur. vid. p. 333. B. [f] τἀναντία. κατὰ τἀναντία, MS. [g] πρὸς αὐτούς. ita Urs. Leunclavius mutaverat in πρὸς τοὺς αὐτοὺς, quod delendum existimavi.

cet pulcherrimam legum constitutionem, curamque cum ceteræ administrationis reip. tum rei navalis. Quo factum est, ut diu maris habuerit imperium, ac prædones sustulerit, fueritque in amicitia Romanorum & eorum qui Romanis Græcisque faverent regum. Unde & sui juris manst & multis donariis ornata est. Quanto ipsi Romanis adjumento fuerint, legati commemorant apud *Livium* XLV. 23. sed & vanæ eorum jactantiæ indicia videas ibid. cap. 3. 22. 23. ubi ipse legatus: *non negaverim & totam Asiæ regionem inaniora parere ingenia & nostrorum tumidiorem sermonem esse, quod excellere inter finitimas civitates videamur.* M. Cato etiam in oratione pro Rhodiensibus, cujus præter Livium *Gellius* l. c. meminit, quæque & seorsim extabat, & libro V. Originum ejus inserta erat, non plane diffitetur superbiam Rhodiensium, sed ita ut in ipsos Romanos retorqueat: *Rhodienses superbos esse ajunt, id objectantes, quod mihi a liberis meis minime dici velim. Sint sane superbi: quid id ad nos attinet? idne irascimini, si quis superbior est quam nos?*

§ 251. (l. 50.) *πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίοχον καλέσαι Ποπίλιον*] C. Popilius Lænas, & C. Decimius, Romanorum legati ad Antiochum Epiphanem, ut ab oppugnatione Alexandriæ eum dimoverent. vid. *Polybium* in excerptis legat XC. & XCII. Illi in itinere invitabantur ad Rhodios: ibique Popilius in concione graviter dicta & facta castigabat Rhodiorum in eo bello, Decimius factionis auctores accusabat. Quo factum ut extemplo auctores damnarentur. *Livius* XLV. 10. *decretum igitur extemplo, ut qui pro Perseo adversus Romanos dixisse quid aut fecisse convincerentur, capitis condemnarentur.*

§ 252. (l. 55.) *ἐπὶ τιμωρίαν πέμψαι*] Hinc legatus apud *Livium* XLV. 22. *Nondum segrego civitatis causam a Polyarato & Dione, civibus nostris, & iis quos ut traderemus vobis adduximus.* & cap. 24. *non estis vos illis* (qui apud nos Perseo regi faverunt) *infestiores quam civitas ipsa, & hoc qui sciebant, plerique eorum aut profugerunt, aut mortem sibi consciverunt: alii damnati a nobis in potestate vestra erunt.* De factione Perseo favente apud Rhodios adi in primis *Polybium* in excerptis leg. LXVII. LXXIII. LXXX. & LXXXVIII.

§ 253. (l. 56.) *πρεσβευσάμενοι πρὸς αὐτοὺς πολλάκις*] Varias Rhodiorum legationes circa id temporis vide apud *Polybium* in excerptis legat. cap. LXXX. LXXXVI. LXXXVIII. XCIII. ubi & legatorum nomina, si tanti est, reperias. Conf. & *Livium* XLIV. 14. XLV. 3. 21. sqq. Postrema apud Polybium & Livium, quam laudavi, legatio est miserabilis illa & supplex. Scilicet M. Juvencius Thalna prætor populum adversus Rhodios incitaverat, rogationemque promulgaverat novo exemplo, non consulto antea senatu: vellent juberentne Rhodiis bellum indici. Sed & in senatu, si Gellio credimus, non pauci ex optimatibus Rhodiorum opibus diripiendis intenti erant, unde M. Cato optimos fidelissimosque socios defensurus conservaturusque, orationem illam habuit, quam Gellius l. c. contra Tironis obtrectationes defendit.

§ 254. (l. 59.) *ἀλλ' ὅσα ἐς τὸ παραιτήσασθαι μὴ μνησικακεῖν σφίσιν αὐτοὺς χρήσιμα ἐξ ὧν ὑπούργησάν ποτε αὐτοῖς, λαβεῖν ἐδύναντο, μόνα ἔλεγον*] Ita legendus hic locus, & interpungendus. Eadem habet *Zonaras* libro II. (p. 460. C.) *οἱ δὲ Ῥόδιοι*, inquit, *μετὰ φρονήματος πρώην τοῖς Ῥωμαίοις προσφερόμενοι, τότε μὴ μνησικακεῖν αὐτοῖς ἠξίουν* &c. URS.

§ 255. (l. 61.) *τὴν πρόσρησιν τῆς συμμαχίας*] Sociorum appellationem non obtinuerunt. *Rhodios non ita meritos eo bello ut amicorum sociorumve numero habendi sint. Livius* XLV. 20. tandem post humillimam orationem legati decretum, *ut nec hostes fierent, nec socii permanerent.* ibid. cap. 25.

§ 256. (l. 64.) *μηδεμίαν ἔνορκον ἀνάγκην φιλίας ἔχειν*] Præterire non possum verba *Polybii* hoc consilium laudantis in excerptis legat. cap. XCIII. *οὐδὲν γὰρ ἦν πραγματικὸν τὸ πολίτευμα τῶν Ῥοδίων, ὡς ὀλιγοστὸν ἔτι τεταρακοντὰ πρὸς τοῖς ἑκατὸν, κεκοινωνηκὼς ὁ δῆμος Ῥωμαίοις τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ καλλίστων ἔργων, οὐκ ἐπεποίητο πρὸς αὐτοὺς συμμαχίαν - - βουλόμενοι γὰρ μηδένα τῶν ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς καὶ δυναστείαις ἀπελπίζειν τὴν ἐξ αὐτῶν ἐπικουρίαν καὶ συμμαχίαν, οὐκ ἐβούλοντο συνδυάζειν, οὐδὲ προκαταλαμβάνειν σφᾶς αὐτοὺς ὅρκοις καὶ συνθήκαις· ἀλλ'*

etiam haberent, ideoque se disiungere ab eis alique quando possent, tanto magis ipsis terrori essent, & ab aliis bella cum Romanis gerentibus tanto magis colerentur: tunc sociorum nomen majorem in modum sibi vindicare studebant; ut Romanorum simul erga se benevolentiam stabilirent, simul ab aliis honorem aucuparentur.

ἀνάγκην φιλίας ἔχειν, δυνάμενοι, φοβεροί τε αὐτοῖς ὦσι, καὶ πρὸς τῶν ἀεὶ πολεμούντων σφίσιν ἐπιθεραπεύοντας) τότε καὶ πάνυ προθέσθαι ἐσπούδαζον, τήν τε παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἔυνοιαν ἅμα βεβαιούμενοι, καὶ τιμὴν ἐκ τούτου καὶ παρὰ τῶν ἄλλων θηρώμενοι.

CLXII.

A.U.C.587 Quum rex Prusias Romam & curiam ingressus esset, osculo curiæ limen contigit, ac senatores deos adpellavit, & summisse veneratus est. Unde factum in primis, ut venia dignus habitus sit, quamquam Attalo contra voluntatem populi Romani bellum intulisset. Ferebatur enim domi quoque legatos eorum, quoties aliqui venissent, summisse venerari: seque libertum populi Romani vocabat, & sæpenumero pileatus incedebat.

κγ'. [257] Ὁ Προυσίας αὐλός τε ἐς τὴν Ῥώμην καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσελθὼν, τόν τε οὐδὸν αὐτοῦ καταφίλησε, καὶ τοὺς βουλευτὰς θεοὺς ἐπωνόμασε καὶ προσεκύνησεν· ἐξ ὑπερ καὶ ἠλεήθη ὀτιμάλισα; [258] καί τοι καὶ τῷ Ἀττάλῳ παρὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην πολεμήσας. ἐλέγετο γὰρ καὶ οἴκοι τοὺς πρέσβεις αὐτῶν, ὁσάκις ἀφίκοιντό τινες, προσκυνεῖν· ἀπελεύθερόν τε ἑαυτὸν τοῦ δήμου ἐπεκάλει, [259] καὶ ἱ πίλεον πολλάκις ἐπετίθετο.

CLXIII.

A.U.C.612 Popilius tantum Viriatho terroris incussit, ut prius etiam, quam pugnam tentasset, de pace mox ad ipsum miserit: quumque præcipuos eorum, qui a Romanis defecerant, dedere jussus esset, alios occiderit, in quibus & gener ejus, licet suas & ipse copias habens, erat; aliorum deditionem fecerit, quibus consul universis manus amputavit. Resque adeo transacta protinus fuisset, nisi Viriathum & arma tradere jussisset. Eo namque

κδ'. [260] Ὁ Ποπίλιος οὕτω καταφόβησε τὸν Οὐϊρίαθον, ὥστε καὶ ὑπὲρ σπονδῶν οἱ εὐθὺς, πρὶν καὶ μάχης τινὸς πειραθῆναι, προσπέμψαι· τούς τε κορυφαίους τῶν ἀποστάντων ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐξαιτηθέντα, τοὺς μὲν ἀποκτεῖναι, ἐν οἷς καὶ [k] ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ, καίπερ ἰδίαν δύναμιν ἔχων, ἐφονεύθη· τοὺς δὲ καὶ ἐκδοῦναι, ὧν πάντων ὁ ὕπατος τὰς χεῖρας ἀπέκοψε. κἂν παντελῶς κατελύσατο, [261] εἰ μὴ καὶ τὰ ὅπλα ᾐτήθη. τοῦτο γὰρ οὐτ' αὐτὸν,

[a] ἐπεκάλει. ἐκάλει, Urs. [b] πίλεον scripsi, pro πίλιον, quod est apud Urs. & Leunel. Etiam Polybius πίλεον habet. Sin hoc displicet, certe πιλίον scribendum potius, quam πίλιον. vide Vossii Etymol. [k] ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ. ὁ κηδ. τὴν αὐτοῦ, Urs. paulo ante ἀποσταλῶν idem, pro ἀποστάντων.

ἀκέραιοι διαμένοντες κερδαίνειν τὰς ἐξ ἑκάστων ἐλπίδας. *Civitas Rhodiorum tanta prudentia atque sollertia regebatur, ut qui nobilissimas pulcherrimasque victorias Romanorum adjuverant per annos fere CXL. fœdus societatis nullum cum iis percussissent - - quippe, qui nulli regum aut dynastarum spem auxilii societatisque suæ vellent abscindere, arctius se cum quoquam copulare, & libertatem sibi jurejurando ac pactis præcipere nolebant; sed omnia sibi servantes integra spes singulorum lucrari.* Volebant ergo Rhodii spectatores & arbitri esse certaminis. Consilium sane bonum, quoad civitas satis virium habet, ut in alteram partem se inclinando frangere invalescentem potentiam possit. Sed nec prudentiæ est, suo primum auxilio quenquam metuendum sibi reddere, atque deinde adhuc arbitrium belli sibi arrogare, aut irritare potentiorem jam per se pluribus inhiantem.

§ 257. (l. 72) ὅτι ὁ Προυσίας αὐλός τε ἐς τὴν Ῥωμην καὶ τὸ βουλευτήριον ἐσελθὼν, τόν τε οὐδὸν αὐλοῦ καταφίλησε] Hæc ex *Polybio* pæne ad verbum sumsit Dio. URS.

Conf. *Excerpta Legat.* Ursini cap. XCVII. & CXXXIII. item Peiresciana p. 169. & 173. nec non *Livium* XLV. 44. qui tamen Polybium auctorem laudat. Est hic ex tribus Prusiis Bithyniæ postremus cognomento κυνηγὸς seu *Venator*, non confundendus cum Prusia Zielæ filio, ut satis demonstravit *Valesius* ad Exc. Peir. p. 30. Similis humilitas quondam fuit legatorum Carthaginiensium; teste *Polybio* XV. p. 689. D. ὅτι παρελθόντες ἐς τὸ συνέδριον, οὐ μόνον τοῖς θεοῖς σπέσασιν, καὶ τὴν γῆν προσκυνήσαιεν, καθάπερ ἐστὶν ἔθος τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀγεννῶς, τοὺς πόδας καταφιλοῦεν τῷ συνεδρίῳ. Senatum Romanum divinis honoribus affectum esse ab exteris, docebit *Spanhemius* de U. N. Diss. III. p. 139. ss. qui & salutationem Prusiæ χαίρετε θεοὶ σωτῆρες, quam refert *Polybius*, ex simili Regum Syriæ & aliorum appellatione illustrat. Diss. VII. p. 415. sqq.

§ 258. (l. 76.) καίτοι καὶ τῷ Ἀτταλῳ] Prusias Attalum bello agressus, interdicentibus Romanis non paruit, ut *Polybius* docet in fragmentis legat. cap. CXXVIII. CXXIX. CXXXIII. quin ipsos etiam legatos pariter ac Attalum Pergami inclusos tenuit, omnem vim atque injuriam tentans. Unde Patres irati per legatos Prusiam bello finem imponere & Attalo pro injuriis illatis pœnam pendere coegerunt. vide *Appianum* in Mithridat. sub init. Ceterum hic forte addendum erat a Dione, quod alias ei solenne est: ἀλλὰ ταῦτα πολλῷ ὕστερον ἐγένετο. Malim enim cum Cel. auctore Synopseos Chronologicæ in Polybium ad an. 599. referre. Certe *Appianus* Mithridat. sub init. ubi hujus Prusiæ ridiculum habitum memoraverat, χρόνῳ δ' ὕστερον, inquit, Ἀτταλῳ τι καλεπήνας τῷ βασιλεῖ τῆς Ἀσίας τῆς περὶ τὸ Πέργαμον, τὴν γῆν ἐδήου τὴν Ἀσιάδα &c.

§ 259. (l. 80.) καὶ πίλεον πολλάκις ἐπετίθετο] *Polybius* in fragmentis legat. cap. XCII. ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν καὶ πίλεον ἔχων καὶ τηβέννην καὶ καλιγίδια ἀπήντα τύχοις. καὶ καθόλου τοιαύτῃ διασκευῇ κεχρημένος ὁίαν ἔχουσιν οἱ προσφάτως ἠλευθερωμένοι παρὰ Ῥωμαίοις οὓς καλοῦσι λιβέρτους. *raso capite, pileatus, togatus & calceatus obviam iis processit, plane eo ornatus habitu qualis solet esse apud Romanos recens manu missorum, quos libertos vocant.* Conf. & *Appianum* Mithridat. sub init. *Plautus* Amphitr. I. 1. 306. *Quod utinam ille faxit Jupiter, ut raso capite portem pileum.* Scilicet hic fere est habitus civium Romanorum, adeoque & eorum qui justam libertatem nacti erant, quanquam cives pileum non adhibebant vulgo. conf. p. 727. D. *Orosius* de Romanis captivis, qui ab Annibale per Græciam venditi, a Flaminino autem liberati fuerant, scribit IV. 20. *capitibus rasis, ob detersam servitutem, currum triumphantis secuti sunt.* Plura dabit *Radolphus Fornerius* Rer. Quotidian. lib. IV. c. 4. T. II. Thes. Jur. p. 231. sq. conf. & *Eustath.* ad Iliad. α. 189 p. 79. edit. Rom.

§ 260. (l. 81.) ὁ Ποπίλιος οὕτω καταφόβησε τὸν Οὐϊρίαθον] De Viriatho diximus num. LXXVIII. Ceterum Dio hic M. Popilium Lænatem intelligere videtur, qui Consul fuit A. U. C. 615. cum Viriathus jam interfectus esset. Hoc ipsum vero quod Popilio tribuit Dio, Q. Fabio Max. Serviliano, Consuli A. U. 612. tribuendum erat. Idem error etiam in *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 71. irrepserat, ubi in plurimis exemplaribus legitur: *pacem a Pupilio maluit integer petere quam victus*, pro quo alii *a populo* legendum judicant, Aurelium ab errore vindicaturi. Sed & *Florus* II. 17. §. 17. Pompilium nominat eum qui Viriathum per fraudem contubernalium interfici curarit; quem constat fuisse Q. Servilium Cæpionem Cos. A. U. 613. Cn. Cæpionis & Q. Fabii Serviliani fratrem, ut tradunt *Vellejus Pat.* lib. II. init. *Epitome Livii*

l αὐτὸν, οὔτε τὸ λοιπὸν πλῆθος ὑπομεῖναι ἐποίη-
σεν.

namque factum, ut illud nec ipse, nec reliqua multitudo sustinere voluerit.

CLXIV.

κέ. Ἐλθόντων Νουμαντίνων πρέσβεων, οἱ Ῥωμαῖοι ἔξω τοῦ τείχους ἐδέξαντο αὐτοὺς, ἵνα μὴ καὶ [262] βεβαιοῦν ἐκ τούτου τὰς σπονδὰς δόξωσι. ξένια [m] μέντοι σφίσι καὶ ὡς ἐξέπεμψαν, μὴ βουληθέντες πω τὴν ἐλπίδα αὐτῶν, ὡς καὶ συναλλαγησομένων, ἀφελέσθαι. ἔλεγον δὲ [263] οἱ μὲν περὶ τὸν Μαγκῖνον τήν τε ἀνάγκην τῶν ὁμολογησαμένων, καὶ τὸ [264] πλῆθος τῶν σεσωσμένων· ὅτι τε πάνθ', ὅσα καὶ πρότερον ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐκέκτηντο, εἶχον· ἠξίουν τ' αὐτοὺς μὴ πρὸς τὴν παροῦσαν σφῶν ἄδειαν, ἀλλὰ πρὸς τὸν τότε περιστάντα τοὺς στρατιώτας κίνδυνον ἐκλογίζεσθαι, οὐχ ὅσα ἔδει γεγονέναι, ἀλλ' ὅσα ἐνεδέχετο πραχθῆναι. Οἱ δὲ Νουμαντῖνοι πολλὰ μὲν περὶ τῆς προτέρας σφῶν εἰς αὐτοὺς εὐνοίας, πολλὰ δὲ καὶ περὶ τῆς [265] ἐκείνων μετὰ ταῦτα ἀδικίας, [n] ὑφ' ἧς ἐς τὸν πόλεμον καθέστησαν, τήν τε [266] τοῦ Πομπηΐου ψευδορκίαν προέφερον, καὶ τῆς τοῦ Μαγκίνου, καὶ τῶν ἄλλων σωτηρίας εὐεργεσίαν ἀπῄτουν. [nn] οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τὰς σπονδὰς ἔλυσαν, καὶ [267] τὸν Μαγκῖνον ἐκδοθῆναι τοῖς Νουμαντίνοις ἔγνωσαν.

Romani legatos Numantinorum, qui Romam venerant, extra murum urbis excepere; ne iis in urbem admissis, pacta conventa & ipsi rata haberentur. Nihilo tamen minus eis misere lautia, quod nollent ipsis omnem componendæ pacis spem adimere. Qui stabant a Mancino, necessitatem exponebant, ob quam inita fuissent pacta, & conservatorum multitudinem; quodque retinerent adhuc omnia, quæ prius in Hispania possedissent. Simul petebant, ut patres non præsentem securitatem suam, sed periculum, quod tunc militibus imminebat; nec quid fieri debuerit, sed quid agi potuerit, cum animis suis expenderent. Numantini multa de pristinis suis in eos studiis, multa de illatis sibi deinceps injuriis, quæ belli gerendi causam sibi præbuissent, deque Pompeji perjurio proferebant in medium; utque collati tam in Mancinum, quam alios, quibus ipsi salutem dedissent, beneficii ratio haberetur, petebant. Romani autem & pacta fecerunt irrita, & Mancinum Numantinis dedendum statuerunt.

A.U.C.618

CLXV.

κϛ. Ἤρξαντο τῆς [o] διαφορᾶς οἱ Ἀχαιοὶ, [268] τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγκαλοῦντες, (διηνέχθησαν γὰρ ἀλλήλοις) ὡς τῶν συμβεβηκότων σφίσιν αἰτίοις

1. Primi auctores dissensionis Achivi fuere, Lacedæmonios, cum quibus illis veteres controversiæ fuerant, accusantes, quasi auctores calamitatum,

A.U.C.606

l αὐτὸν. αὐτὸς, Urs. ceterum verbum postremum ἐποίησεν Ursino suspectum est. m μέντοι. μὲν, Urs.
n ὑφ' ἧς ἐς τὸν πόλεμον καθέστησαν. ita rescripsi ex Urs. ἐς omiserat L. sic τοῦ Πομπ. ex eodem Urs. τοῦ deest apud L.
nn οἱ δὲ Ῥωμαῖοι. hæc non sine ratione addidit Leunclavius, sine quibus oratio hiulca foret. o διαφορᾶς, L. Urs. sic & Z. διαφθορᾶς, MS. Equidem ex Zonara ἤρξαντο scripsi, pro ἦρξαν.

Livii 54. *Appianus* de bellis Hispanicis p. 294. B. & p. 296. *Eutropius* lib. IV. cap. 7. *Aurelius Vict.* cap. 71. Valerius Max. IX. 6. 4.

§ 261. (l. 89.) ἐὰ μὴ καὶ τὰ ὅπλα ἠτήθη] Sic, cum Numantini jussi essent arma deponere, *hoc sic a barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur*, ut *Florus* ait II. 18. §. 4 ubi vide Freinshemium ex Justino & aliis observantem generatim de Hispanis, arma sanguine ipsis cariora fuisse. Conf. de armorum deditione usitata alias doctiss. *Arnzenium* ad hæc Aurelii cap. 71. § 2. *cum alia dedisset & arma retinerentur.*

§ 262. (l. 94.) βεβαιοῦν ἐκ τούτου τὰς σπονδὰς] Legati in urbem non nisi amicorum recipiebantur. Vide supra num. CXLIX. C. Hostilius Mancinus Cos. Numantinos obsidens, & ab iis sæpe victus, denique ad famam Cantabrorum & Vaccæorum Numantinis auxilio venientium, noctu in castra deserta quondam Fulvii Nobilioris confugiens & a Numantinis obsessus pacem fecit, deditis castris ignominiosam, quam Romani confirmare noluerunt, L. Furio Broccho & Ser. Atilio Serrano tribunis pl. ex SCto legem ferentibus, pacem irritam esse, & auctores Mancinum, Ti. Gracchum tribunosque militum Numantinis dedi: quam suasit ipse Mancinus, teste *Cicerone* lib. III. Offic. cap. 30. & *Livio* epit. 56. Ti. Gracchus dissuasit. Vide de tota re *Florum* II. 18. 5. sqq. *Livium Epit.* 55. 56. *Aurelium Vict.* cap. 59. *Appianum* Hispan. p. 300. sqq. *Vellejum Pat.* lib. II. cap. 1. sq. *Plutarchum* in Gracchis p. 826. sq. *Eutropium* IV. 3. *Orosium* V. 4. 5. & *Dionem* supra, num. LXXXVI.

§ 263. (l. 97) οἱ περὶ τὸν Μαγκῖνον] *Appianus* de bellis Hispan. p. 302. *Mancinus & Numantini oratores in senatu auditi. Hi capita fœderis proferebant: ille omnem culpam in Pompejum, qui ante provinciæ præfuerat, rejiciebat, utpote a quo exercitum rudem & ignavum accepisset: quamobrem sæpe male acceptus & victus, cum Numantinis pacem facere, cujusmodi Pompejus fecerat, coactus esset.* Adde his, pro pace facta contendentem ipsum Gracchum, de quo *Aurelius Vict.* cap. 64. *Periculum deditionis eloquentiæ gratia effugit.* vide & *Florum* III. 14, qui eum eloquentia principem vocat. Erat enim Gracchus præcipuus pacis auctor & sequester. Vide *Plutarchum* in Gracchis p. 826. B. C. & hæc fragmenta *Dionis* supra, num. LXXXVI.

§ 264. (l. 99.) πλῆθος τῶν σεσωσμένων] *Livius* epit. 55. *Triginta millia Romanorum a Numantinorum millibus quatuor vicla erant.* Viginti millia cæsa dicit *Aurelius Vict.* cap. 59. Rectius *Plutarchus* in Gracchis p. 826. C. viginti millia civium conservata dicit præter lixas & calones.

§ 265. (l. 7.) ἐκάνων μετὰ ταῦτα ἀδικίας] *Florus* II. 18. § 3. *non temere, si fateri licet, ullius causa belli injustior.*

§ 266. (l. 8.) τοῦ Πομπηΐου ψευδορκίαν] Q. Pompejus Cos. A. U. 613. qui novum bellum cum Numantinis orsus erat, sub specie, quod illi Segdienses sibi consanguineos & socios excepissent. *Florus* II. 18, 3.

§ 267. (l. 11) τὸν Μαγκῖνον ἐκδοθῆναι] Per fecialem Patrem Patratum nudus, post tergum religatis manibus, hostibus dedebatur, quod invito senatu populoque pacem fecisset. Vide *Vellejum Pat.* lib. II. c. 1. *Ciceronem* de Orat. lib. I. c. 40. II. 32. *Valerium Max.* II. 7. 1. *Eutropium* IV. 3. *Orosium* V. 4. sq. Sic Spurius Postumius post cladem a Samnitibus in furcis Caudinis acceptam iis deditus nec receptus est. Conf. *Aurelium Vict.* de V. I. cap. 30.

§ 268. (l. 14.) τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγκαλοῦντες (διηνέχθησαν γὰρ ἀλλήλοις) ὡς τῶν &c.] Parenthesin adjeci, ut appareat, sequentia ὡς τῶν συμβεβηκότων σφίσιν αἰτίοις γεγονόσι, referri ad Λακεδαιμονίοις. Lacedæmonii enim ab Achæis se sejungendo, & Romanos in partes vocando, auctores fuerant Achaicæ calamitatis, seu occasionem dederant Romanis Achæorum societatis dissolvendæ. Eam emendationem, eique convenientem interpretationem esse veram, liquido patet ex *Zonara* p. 470. Controversias autem Lacedæmoniorum veteres cum Achæis *Pausanias* lib. VII. cap. 7. 8. & has ipsas c. 12. describit; unde Achæi tandem muros Spartæ dejecerant, & Lycurgi disciplina iis interdixerant: Λακεδαιμόνιοι δὲ ἅτε μεγάλως τοῖς ἐπιτάγμασιν ἀχθόμενοι τοῖς Ἀχαιῶν, καταφεύγουσιν ἐπὶ Μέτελλον, καὶ ὅσοι σὺν Μελέαγρῳ καλοὶ πρεσβείαν ἦκον ἐκ Ῥώμης p. 542. Habuerant & Lacedæmonii controversias de finibus, quas ad senatum detulerant. Vid. *Pausan.* c. 11. p. 549. & cap. 12. p. 552. sq. atque de his tum vel maxime disceptatum. conf. cap. 13.

tatum, quæ ipsis acciderant; Diæo imperatore præsertim eos instigante. Quumque Romani sæpius misissent, qui eos inter se reconciliarent, persuaderi non potuere. Quin etiam, cum legatos tandem distrahendorum, ut imbecilliores essent cerentur, Græcorum causa misissent, hoc obtentu, quod urbes antea Philippi comprehensæ imperio, quas inter & Corinthus erat, quum aliis rebus florens, tum præcipuum in Græcorum concilio locum obtinens, minime concilii participes esse deberent, parum abfuit quo minus interfectum irent legatos Achivi aut profligatum: nisi prius illi, quam hoc fieret, ex Acrocorintho, ubi tunc erant, discessissent.

2. Suos tamen Romam miserunt Achivi, qui factum hoc purgarent. Non enim se contra legatos, sed Lacedæmonios, qui legatis aderant, venisse ajebant. Romani prætextu eorum non refutato, quod bellum adhuc cum Carthaginiensibus gererent, nec dum bene firmas res Macedonum haberent, misere qui impunitatem eis, si nihil amplius rei novæ moliti essent, pollicerentur. At his legatis concilii copiam non fecere, sed eos in alium conventum, qui post semestre spatium futurus esset, rejecerunt.

οις γεγονόσι, ρ Διαίου [269] ὀτιμάλισα τοῦ στρατηγοῦ αὐτοὺς ἐνάγοντος. Καὶ τῶν γε Ῥωμαίων [270] διαλλαξὰς αὐτοῖς πολλάκις πεμψάντων, οὐκ ἐπείθησαν. ἀλλὰ καὶ τοὺς πρέσβεις, οὓς ἐκεῖνοι, [271] διασπᾶσαί πη τὸ ἑλληνικὸν (ὅπως ἀσθενέστεροι ὦσιν) ἐθελήσαντες, ἔπεμψαν, πρόφασιν τοῦ μὴ δεῖν τὰς πόλεις τὰς τοῦ Φιλίππου γενομένας, ὧν καὶ Κόρινθος ἦν, ἔς τε τὰ ἄλλα ἀνθοῦσα, καὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ κρατιστεύουσα, μετέχειν αὐτοῦ, ποιησάμενοι, παρ' ὀλίγον ἦλθον ἀποκτεῖναι, ἢ ἢ [272] Φυγῇ δοῦναι, αὐτῶν ἐκ τοῦ Ἀκροκορίνθου, ἐν ᾧ ἦσαν, προαποχωρησάντων.

Ἐπρεσβεύσαντο ʳ μέντοι ἐς τὴν Ῥώμην, ἀπολογούμενοι ὑπὲρ ˢ τοῦ γεγονότος. οὐ γὰρ ἐπ' ἐκείνους, ἀλλ' ἐπὶ [273] τοὺς Λακεδαιμονίους, τοὺς μετ' αὐτῶν ὄντας, ὁρμῆσαι ἔφασκον. Τῶν δὲ Ῥωμαίων τὴν μὲν σκῆψιν αὐτῶν οὐκ ἐλεγξάντων, (τοῖς τε γὰρ Καρχηδονίοις ἔτι ἐπολέμουν, καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων οὐδέπω καλῶς βέβαια εἶχον) ἄνδρας δὲ ᵗ σειλάντων, καὶ τὴν ἄδειαν αὐτοῖς, ἂν μηδὲν ἔτι νεωτερίσωσι, δώσειν ὑποχομένων· τὸ συνέδριον αὐτοῖς οὐ παρέχον, [274] ἀλλ' εἰς ἕτερον σφᾶς σύλλογον, ὃς ᵘ μεθ' ἑκμηνον ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἀνεβάλοντο.

CLXVI.

A.U.C.667 Exorta inter Romanos seditione intestina, Metellus arcessitus est, jussusque cum Samnitibus, quibus posset legibus, pacem facere. Nam hi tunc

κζ. Οἱ Ῥωμαῖοι στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους, τὸν Μέτελλον μετεπέμψαντο, κελεύσαντες αὐτῷ πρὸς τοὺς Σαυνίτας, ὅπως ποτ' ἂν δύνηται, συμβῆναι.

ρ Διαίου ὅτι μαλ. διάγουσι, MS. Διογένους Urs. L. it. αὐτὸν MS. pro αὐτοὺς. vide annotationem § 269. ᵠ ἢ Φυγῇ δοῦναι. Leunclavius supplevit ἢ apud Ursinum pro eo asteriscus lacunæ signum. ʳ μέντοι. μὲν, Urs. ˢ τῶν γεγονότων. ita Leuncl. sine necessitate, ut videtur, mutavit, pro τοῦ γεγονότος. ᵗ σαλάντων. bene Leuncl. pro σάλαντες ap. Urs. ᵘ μεθ' ἑκμηνον. certissima emendatio Leunclavii. vide not. antea legebatur μεθέγμιον. conf. Dion. p. 194. D.

§ 269. (l. 16.) Διογένους μάλιστα τοῦ στρατηγοῦ αὐτοὺς ἐνάγοντος] In exemplari, διάγουσι μάλιστα τοῦ στρατηγοῦ αὐτὸν ἐνάγοντος, scriptum erat mendose. Urs.

Probat Ursini emendationem, Διογένους pro διάγουσι scribentis, *Leunclavius*. Equidem non dubitavi, in verbis corruptis διάγουσι μάλιστα, latere veriorem lectionem Διαίου ὅτι μάλιστα. Is enim Diæus, teste *Pausania* in Achaicis VII. 12. sqq. & primus excitavit Achæos ad spes magnas & semel iterumque exercitum duxit, cum contra Lacedæmonios, tum Romanos, victus tandem a Mummio. *Livius Epit.* 52. *in cujus* (Critolai) *locum Diæus, Achaici motus primus auctor, ab Achæis dux creatus, ad Isthmon a L. Mummio Consule victus est. Orosius* V. 3. *Valerius Antias - - viginti millia Achæorum cum duce suo Diæo cecidisse confirmat. - - Polybius vero Diæum, adducentem ex Arcadia militem, ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet.* Vide & de Diæo *Excerpta Peiresciana* ex Polybio p. 181. sqq. & Ursini cap. CXLIV. itemque *Zonaram* p. 470. *Pausaniam* VII. 12. p. 552. sq. 555. c. 15. p. 559. ss. Idem Diæi nomen reponendum esse apud *Florum* II. 16, 4. pro *dignitate*, vidit erudite Pighius ad A. U. 607. ostendens, hoc idem nomen ubivis fere corruptum reperiri in Dracus, Dienus, Diacuus, Dieucus, Dioneus. Diogenem quendam hic memorari ab historicis non observavi. Ceterum paulo post διαλλαξὰς reposui pro καλλαξάς, ex Zonara.

omissa hac urbe ad Taurum cum omni exercitu sese recepisse, idem Plutarchus auctor est. *Kerta, Certa*, Κάρθα, *Kiriath*, Armeniis, Syris, aliisque populis civitatem denotat. Eutropius VI. 9. de Lucullo: *Tigranocerta, civitatem Armeniæ nobilissimam cepit; ipsum Regem, cum sexcentis millibus sagittariorum & armatorum venientem, octodecim millia militum habens ita vicit, ut magnam partem Armeniorum deleverit.*

§ 14. (l. 38.) τόν τε Κομμαγηνῆς βασιλέα Ἀντίοχον] Commagene, parva Syriæ regio, (Ammiani ætate Euphratensis sive Euphratesia) quam Antiocho Pompejus reliquit ultimo Syriæ Regi, inter Seleucidas decimo tertio, Antiochi Pii & Cleopatræ Selenes filio. Hujus adhuc mentio infra p. 404. C. 505. B. De regno Commagenes, quod deinde Tiberius redegit in formam provinciæ, vide Reinerum Reineccium hist. Juliæ T. 3. p. 274. & Christophorum Cellarium lib. 3. Orbis antiqui c. 12. p. 400. sq. De Antiocho hoc Jo. Fidelis Vaillant in historia Regum Syriæ ex nummis illustrata p. 401. sq.

§ 15. (l. 41.) Ἀράβιον δυνάστην Ἀλχαυδόνιον] Hunc semper solitum potentiori parti se adjungere scribit Dio infra p. 129. E. idque novo exemplo demonstrat p. 343. A. Hic Rex fuit Rhambæorum Arabum, qui Nomades intra Euphratem habitabant, siquidem idem est qui in Strabonis Codicibus lib. XVI. p. 753. Ἀλχαίδαμος appellatur.

§ 16. (l. 43.) τὴν πρεσβείαν τὴν ὑπό τε τοῦ Τιγράνου καὶ Μιθριδάτου] De hac legatione dictum p. 1. In nummis est *Mithradates*; sed non ideo statim cum Leunclavio *Mithridatis* appellatio rejicienda, quam in latinis græcisque scriptoribus innumeri codices confirmant. Conf. Ezech. Spanhemium p. 84. de usu numismatum.

Idem tamen Spanhemius in observationibus ad Callimachum p. 428. non curavit similem alius nominis κέρκυρα & κόρκυρα, κερκυραῖος & κορκυραῖος in scribendo & pronunciando varietatem, siquidem numorum auctoritate standum unice existimans, pro κέρκυρα, κερκυραῖος, quod est apud Herodotum, Thucydidem, Strabonem &c. reponendum continuo suadet κόρκυρα & κορκυραῖος: qua de causa erudite notatur ab Eminentissimo Cardinali Angelo Maria Quirino (cujus humanissimo studio & insigni liberalitati varias ad Dionem lectiones ex duplici codice Vaticano debemus) in eximio opere, Primordiis Corcyræ, Brixiæ 1738. iterum vulgatis, p. 11. sq. & p. 196. qui affert Eustathii Scholion ad Dionysii Periegesin versu 494. Τὰ δὲ παλαιὰ σχόλια καὶ ποιηταὶ δὲ ἱστοριῶν ἀντίγραφα ἐμφαίνουσιν ἀμφιβόλως ἔχειν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὴν τῆς νήσου ταύτης γραφήν. λέγεσθαι γὰρ καὶ διὰ τοῦ ο Κόρκυραν. Docet etiam apud Lexicographos veteres κέρκυρα reperiri, in quos propter ordinem lexicorum mendæ suspicio non cadat. Itaque invita scriptione veterum nihil in nominibus varietati obnoxiis mutemus. Reim.

§ 17. (l. 51.) συμμαχίαν ἐσπείσατο] Apud Appianum in Mithridatico p. 230. legas, Arsacen utrisque, & Lucullo, & Mithridati cum Tigrane, clam spem fecisse de auxiliis suppeditandis, sed misisse neutri.

§ 18. (l. 52.) τὸν Σηκίλιον] Hic Plutarcho in Lucullo p. 508. est Σεξτίλιος. Paulo post ἐπ' αὐτῶν βοήθειαν, intellige Ῥωμαίων quod præcessit, neque enim audiendus Leunclavius, qui rescribit, ἔτι αὐτῷ.

§ 19. (l. 68.) καὶ ὁ ἀφιρωθεὶς, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ἀρχῆς, μετήλλαξε] Pro vocabulo corrupto ἀφιρωθεὶς scribunt ἄνθις αἱρεθεὶς.

A.U.C.686 Q. Marcio Rege COS.

quam potuerat) cum exercitu profectus, aliquam regionis partem vastavit, ut barbaros eam defensuros ad pugnam eliceret: quumque nihilo magis moverent, in ipsos impetum fecit.

5. Ibi vero hostes equitatu suo Romanis equitibus graviter insistere, omnem contra cum peditatu pugnam detrectare, statimque ubi Lucullus cum scutatis suis equitatui succurrebat, terga vertere. Neque tamen cladem ullam acceperunt barbari, sed sagittis in insequentes retro emissis, multos e vestigio interemerunt, plurimos vulnerarunt. Ea vulnera gravia difficiliaque sanatu fuere. Nam duplici cuspide utebantur, insuperque sic adaptabant, ut sive sagittæ manerent in corporibus, sive extraherentur, celerrimum iis interitum afferrent. Alterum enim illud ferrum minus, idque secundarium, intus relinquebatur, quippe quod nihil haberet quo retraheretur.

6. Igitur Lucullus, quum multi sauciarentur, atque pars ex vulneribus moreretur, pars membris mutilaretur, simul & commeatus ipsos deficeret, castris inde motis, ad Nisibim profectus est. Urbs ea in Mesopotamia (quod nomen est omnis quæ Tigrim & Euphratem fluvios interjacet regionis) condita erat, atque hoc tempore nostræ est ditionis, coloniaque nostra habetur: ea vero tempestate Parthis eam quum Tigranes ademisset, thesauros in ea suos, aliaque plurima cæterarum rerum reposuerat, custodia fratri suo mandata. Eam urbem quanquam haud segniter oppugnabat Lucullus, tamen per totam æstatem frustra tentavit. Murus enim duplex, isque lateritius & magnæ crassitiei, qui fossa ingentis altitudinis dividebatur, neque concuti poterat, neque subrui; ut ideo neque Tigranes auxilio ipsis subveniendum putaret.

7. Instante autem hieme, quum barbari, vicisse se, Romanosque jamjam decessuros existimantes, negligentius sese gegerent, noctem Lucullus nactus

τὴν πολεμίαν γῆν ἐσβαλεῖν) στρατεύσας, τινά τε τῆς γῆς ἐπόρθησεν, ὅπως ἀμύνοντας αὐτὴν τοὺς βαρβάρους ἐς μάχην ὑπαγάγηται. καὶ ὡς οὐδὲν μᾶλλον ἐκινοῦντο, ἐπ' αὐτοὺς ὥρμησε.

Καὶ τούτῳ τοῖς μὲν ἱππεῦσι τῶν Ῥωμαίων χαλεποὶ οἱ τῶν ἐναντίων ἱππεῖς ἐγίγνοντο, τῷ δὲ πεζῷ οὐδεὶς αὐτῶν ἐς χεῖρας ἤει· ἀλλ' ὁπότε [20] ἡ ἀσπὶς τοῦ Λουκούλλου τῇ ἵππῳ προσβοηθήσειεν, [k] ἐτρέποντο. οὐ μέντοι καὶ δεινόν τι ἔπασχον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδιώκοντας σφᾶς [l] ἐς [21] τοὐπίσω τοξεύοντες, πολλοὺς μὲν παραχρῆμα [m] ἀπεκτείνυσαν, παμπληθεῖς δὲ ἐτίτρωσκον. καὶ ἦν τὰ τράυματα χαλεπὰ καὶ δυσίατα. ταῖς τε γὰρ [22] ἀκίσι διπλαῖς ἐχρῶντο, καὶ προσέτι καὶ ἐφήρμοστον αὐτὰς, ὥστε τὰ βέλη, εἴτε ἐμμένοιέ πη τοῖς σώμασιν, εἴτε καὶ ἐξέλκοιντο, τάχιστα αὐτὰ διολλύναι. τὸ γὰρ ἕτερον τὸ δεύτερον σιδήριον ἔνδον, ἅτε μηδεμίαν ἀνθολκὴν ἔχον, [n] ἐγκαταλείπετο.

Ὁ οὖν Λούκουλλος, ἐπειδή τε πολλοὶ ἐτραυματίζοντο, καὶ οἱ μὲν ἔθνησκον, οἱ δ' ἀνάπηροι γοῦν ἐγίγνοντο, καὶ ἅμα καὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτοὺς [nn] ἐπέλιπεν, ἐκεῖθέν τε ἀπεχώρησε, καὶ [23] ἐπὶ Νίσιβιν ὥρμησεν. ἡ δὲ δὴ πόλις αὕτη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καλουμένῃ πεπόλισται. (οὕτω γὰρ πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Τιγριδος καὶ τοῦ Εὐφράτου ὀνομάζεται.) καὶ [24] νῦν μὲν ἡμέτερα ἐστὶ, καὶ ἄποικος ἡμῶν νομίζεται· τότε δὲ ὁ Τιγράνης [25] τῶν Πάρθων αὐτὴν ἀφελόμενος, τούς τε θησαυροὺς ἐν αὐτῇ καὶ τὰ ἄλλα τὰ πλεῖστα τῶν λοιπῶν ἀπετίθετο, [26] φύλακά οἱ τὸν ἀδελφὸν προστάξας. πρὸς οὖν ταύτην ὁ Λούκουλλος ἐλθὼν, ἐν μὲν τῷ θέρει, καίπερ μὴ παρέργως τὰς προσβολὰς ποιησάμενος, οὐδὲν ἐπέραινε. τὰ γὰρ τείχη καὶ διπλᾶ καὶ πλίνθινα ὄντα, τήν τε ταχύτητα πολλὴν ἔχοντα, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ διειλημμένα, οὔτε καπρεισθῆναί πη, οὔτε διορυχθῆναι ἠδυνήθη· διόπερ οὐδ' ὁ Τιγράνης ἐπήμυνε σφίσιν.

Ὡς δ' ὅ, τε χειμὼν ἐνέστη, καὶ [27] οἱ βάρβαροι [o] ῥᾳθυμότερον, [p] ἅτε ἐπικρατοῦντες, τούς τε Ῥωμαίους ὅσον οὐκ [q] ἀπαναστήσεσθαι προσδοκῶντες, διῆγον,

[k] ἐτρέποντο. ἐτράποντο, V. a. [l] ἐς τοὐπίσω. ἐκ τοὐπίσω V. b. [m] ἀπεκτάννυσαν. sic infra p. 110. E. ἀποκτάνυσι apud Paulan. p. 605. &c. alias ἀπεκτίννυσαν apud Dionem. ἀπεκτίννυον apud Lysiam p. 360. edit. Cl. Taylorii. [n] ἐγκαταλαίπετο. sic scripsi ex V. a. b. vulgo, ἐγκαταλέλαιπτο. [nn] ἐπέλιπεν. ἐπέλειπεν, T. [o] ῥᾳθυμότερον. hoc reposui pro vulgato ἀθυμότερον, auctoribus, X. HS. & T. vide & F. §. 27. quamquam ἀθυμότερον idem Dioni significare Leunclavius defendit, ex pag. 166. E. & 292. E. ubi pariter ῥαθυμότερον velle rescribere, durius ipsi videtur. vid. & Casaub. ad Suet. Cæs. 47. *phrasis Dioni peculiaris*, inquit Oddey. loca tamen a Leunclavio producta de timore explicanda puto, sicut alias ἀθυμία, ἀθύμως, apud Dionem opponitur audaciæ. [p] ἐπικρατοῦντες. ἐπικρατοῦντας, RS. quod correxit HS. præf. ipseque recepit in textum, & L. [q] ὅσον οὐκ ἀπαναστήσεσθαι. proprie: *tantum non destiturum*, scilicet ab obsidione: quod cur commutarem cum ἐπαναστήσεσθαι, ut Fabricio nostro visum est, non satis causæ perspexi. vid. Fragm. CLI, & p. 854. E.

θὰς. ἄνθις, inquit Leunclavius, *Græci pronunciant* ἄνφις, *unde natus ex ore dictantis error*. Exponunt autem, L. Metello sub initium anni extincto, etiam alterum nescio quem pro illo suffectum, antequam magistratum iniret, diem obiisse. Sed nemini unquam hoc traditum, parumque credibile mihi videtur, binos sub idem tempus Consules ita præpropero fato munus suum prævertisse, atque initium anni fœdasse: itaque hæc verba de eodem Metello existimo intelligenda esse, & legendum ἀφιερωθεὶς, sicut etiam exhibetur in notis ad Pisonianam Ciceronis p. 610. T. 3. edit. Grævii, (visumque est Cl. Alberti ad Hesychii ἀφικρὸς) ut sententia sit, Consulem novum, post sacra facta, & sumta auspicia, statim incidisse in morbum, & antequam munus gerere posset diem obiisse. Venit etiam alicui in mentem ὄφια τρωθεὶς, ut genus mortis describatur. Sed priorem conjecturam præfero. Nisi quis cum H. Stephano præf. in Dionem malit Ἀνφίδιος τρωθεὶς, vel Ἀνφίδιος ὁ ἀπ' αὐτοῦ αἰρεθεὶς. L. Cæcilius Metellus hic, frater Q. Cæcilii Metelli Cretici, de quo infra p. 8.

§ 20. (l. 79.) ἡ ἀσπὶς τοῦ Λουκούλλου] Inter peditum hastatorum arma apud Romanos scutum. vide Lipsium de militia Rom. lib. 3. dialogo 2. Hinc eleganti figura Dio ἀσπίδα pro ἀσπιδοφόρους, & hos pro peditibus ponit, quibus parum valuisse Parthos notat infra p. 127. C.

§ 21. (l. 82.) ἐς τοὐπίσω τοξεύοντες] Ex more noto Parthorum ἱπποτοξοτῶν, qui eo genere jaculandi exercitatissimi, ut inter retrocedendum etiam telorum nimbo hostes obruerent. vide quæ viri docti ad illud Virgilii III. Georg. 31. *fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.*

§ 22. (l. 86.) ἀκίσι διπλαῖς] ἀγκιστρωμένας ἀκίδας vocat Plutarchus in Crasso p. 559. quali hamato jaculo etiam usos Iberos notat Appianus, ubi Menecratem eo percussum refert V. Civil. p. 719. sed Lipsius lib. 4. Poliorcet. dialogo ult. locum Dionis interpretatus, putat Parthorum in telis cuspidem super cuspidem fuisse, quæ tenui ferro nexa aut in involucrum inserta in corpore plerumque maneret, & rumperetur si quis tentaret educere.

§ 23. (l. 94.) ἐπὶ Νίσιβιν] Hanc claram Mesopotamiæ urbem a Græcis Antiochiam Μυγδονικὴν dictam esse testatur præter Polybium, Strabonem, Plinium, Plutarchum & Julianum, Theodoretus, lib. 1. hist. c. 7. Ἰάκωβος ὁ Ἀντιοχείας τῆς Μυγδονίας,

διῆγον, ἐτήρησε νύκτα ἀσέληνον, καὶ ὑετῷ λάβρῳ
D βρονταῖς τε χειμέριον· ὥστε μήτε τι προϊδέσθαι, μήτε τι ἐπακοῦσαι αὐτοὺς ἔχοντας, τόν τε ἔξω περίβολον, πλὴν ὀλίγων, καὶ τὴν ἐν τῷ μέσῳ τάφρον ἐκλιπεῖν. καὶ προσέμιξε πολλαχῇ τῷ τείχει, καὶ ἐκείνου τε οὐ χαλεπῶς ἀπὸ τῶν χωμάτων ἐπέβη, καὶ τοὺς Φρουροὺς τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν αὐτῷ ῥᾳδίως, ἅτε μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀπέκτεινε· καὶ ὕστερον τῆς τε τάφρου μέρος τι (τὰς γὰρ γεφύρας οἱ βάρβαροι [r] προκαταέρρηξαν) συνέχωσεν· [28] οὔτε γὰρ τῇ τοξείᾳ, [s] οὔτε αὐτῷ πυρὶ λυπεῖσθαι ἐν τῷ πολλῷ ὑετῷ ἐδύναντο. καὶ διαE βὰς αὐτήν, τὰ μὲν ἄλλα, οὐ πάνυ ἰσχυροῦ τοῦ ἔνδον κύκλου, πλὴν τῶν ἔξωθεν αὐτοῦ [t] προβεβλημένων, ὄντος, εὐθὺς εἷλε· τοὺς δὲ ἐς τὴν ἄκραν ἀναφυγόντας, ἄλλους τε καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Τιγράνου μετὰ τοῦτο καθ' ὁμολογίαν παρεσήσατο· καὶ χρήματά τε πολλὰ ἔλαβε, καὶ ἐκεῖ διεχείμασε.
4

Τὴν μὲν οὖν Νίσιβιν οὕτως ἐχειρώσατο· τῆς δὲ Ἀρμενίας τῶν τε ἄλλων τῶν περὶ τὸν Πόντον συχνὰ ἀπέβαλεν. ὁ γὰρ Τιγράνης ἐκείνῃ μὲν, ὡς οὐκ ἂν ἁλόυσῃ, οὐκ ἐπεκούρησε· πρὸς δὲ τὰ προειρημένα ὥρμησεν, εἴ πως ἀσχόλου περὶ τὴν Νίσιβιν αὐτοῦ ὄντος φθάσειεν αὐτὰ κομισάμενος. καὶ Μιθριδάτην μὲν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπέστειλεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν ἑαυτοῦ Ἀρμενίαν ἦλθε. κἀνταῦθα [29] Λούκιον Φάννιον αὐτισάντα οἱ ἀπολαβὼν ἐπολιB όρκει· μέχρις οὗ ὁ Λούκουλλος αἰσθόμενος τοῦτο ἐπεβοήθησεν αὐτῷ.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτ' ἐγίγνετο, Μιθριδάτης ἔς τε [30] τὴν ἑτέραν Ἀρμενίαν καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐσβαλὼν, πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων, τοὺς μὲν ἀνὰ τὴν χώραν πλανωμένους, ἀπροσδόκητος σφίσι προσπεσὼν, ἔφθειρε, τοὺς δὲ καὶ ἐκ μάχης καθέκοψε. κἀν τούτῳ καὶ τῶν χωρίων τὰ πλείω διαταχέων ἀνεκτήσατο. οἱ γὰρ ἄνθρωποι ἐκείνου τε ἔυνοιαν, ἔκ τε τοῦ ὁμοφύλου, καὶ ἐκ τῆς πατρίου βασιλείας, καὶ τῶν Ῥωμαίων μῖσος, διά τε τὸ ὀθνεῖον, καὶ διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων σφίσι κακουχεῖσθαι, ἔχοντες,

nactus illunem, & imbre rapido ac tonitribus intempeſtam, ut neque proſpicere barbari, neque audire quicquam poſſent, atque ob id exteriorem murum, foſſamque in medio actam, paucis ibi relictis, deſererent: ab omni parte murum aggreſſus eſt. Quumque per aggeres in eum haud difficulter evaſiſſet, obtruncatis nullo negotio cuſtodibus, qui ibi pauci relicti fuerant, partem foſſæ aliquam (ante enim barbari pontes dejecerant) ingeſta terra æquavit, quum neque ſagittis hoſtium neque igne ob vim pluviarum lædi poſſet. Foſſa ſuperata, urbem ipſam ſtatim cepit: neque enim erant interiora mœnia admodum valida, quod exterius obductis fidebant. Eos autem qui in arcem confugerant, cum quibus Tigranis quoque frater erat, fide data recepit: multaque pecunia potitus, ibi hiberna habuit. A.U.C.686 Q. Marcio Rege COS.

8. Dum eo modo Niſibim Lucullus occupat, multa Armeniæ, earumque quæ circa Pontum ſunt regionum, loca amiſit. Tigranes enim Niſibi, velut inexpugnabili, opem ferendam eſſe haud arbitratus, in prædictas regiones exercitum duxit, ſi quas Lucullo Niſibi intento recuperare poſſet. Mithridate enim in proprium regnum miſſo, ipſe in Armeniam ſuam contendit. Ibi L. Fannium reſiſtentem ſibi obſedit atque oppugnavit, donec Lucullus re cognita auxilio illi proficiſceretur.

9. Interea loci Mithridates alteram Armeniam cæterasque regiones inuadens, multos Romanorum in iis regionibus vagantes ex improviſo adortus interficit, nonnullos prælio victos cædit, pleraque loca magna celeritate recipit. Benevolentia enim illi homines erga Mithridatem affecti erant, cum quod ſuæ eſſet gentis, tum ob paternum ejus regnum: iidemque Romanos odio habebant, partim quod peregrini eſſent, partim quod a præfectis eorum male tractarentur: itaque Mithridati lubentes

r προκαταέρρηξαν. προσκαταέρρηξαν, RS. V. a. ſed illud jam receperant HS. & L. ex proba emendatione Xylandri.
s οὔτε αὐτῷ πυρὶ. forte rectius: οὔτε ἂν τῷ πυρὶ. ſic ſæpius Dio. quam Dioni vindicavi, pro προσβεβλημμένων. vide p. 80. C. 91. D. &c.
t προβεβλημμένων. emendatio Leuncl. ad marg. paulo ante τοῦ ἔνδον κ. poſui pro τῶν ἔνδον κ.

Μυγδονίας, Σύροι δὲ αὐτὴν καὶ Ἀσσύριοι Νίσιβιν ὀνομάζουσι. Alis Naſibis, in numis Neſibis, quod nomen *columnas & præſidium* notat. Vide Bochartum in Chanaan II. 12. p. 745. Jo. Harduinum in Nummis urbium illuſtratis, Jac. Golium ad Alfraganum. Adde Ezech. Spanhemium T. I. de uſu numism. p. 606. ſq. edit. Lond. & Wilhelmum Erneſtum Tentzelium τὸν μακαρίτην in exercitationibus ſelectis p. 231. 237. 263.

§ 24. (l. 98.) νῦν μὲν ἠμελέρα] De Meſopotamia hoc non adeo quam de urbe Niſibi accipiendum, quæ Colonia Romanorum fuit, donec Perſis reddita eſt a Joviniano Imp. Vide Jacobum Gothofredum ad Philoſtorgii VIII. 1. p. 314. ſq. In numo Juliæ Corneliæ Paulæ, Elagabali uxoris, apud Harduinum, Σεπτιμίας Κολωνίας Νίσιβι.

§ 25. (l. 99.) τῶν Πάρθων αὐτὴν ἀφελόμενος] Hinc infeſtos Armeniis Parthos ante fœdus hoc recens ictum fuiſſe monuit Dio p. 1. A.

§ 26. (l. 1.) φύλακά οἱ τὸν ἀδελφόν] Hunc Niſibis præfectum, fratrem Tigranis, Guram appellat Plut. in Lucullo p. 514. teſtaturque junctum illi peritum arte machinarum bellicarum Callimachum, qui ad Amiſum plurimum negotii Lucullo exhibuerat, ac priusquam in poteſtatem ejus civitas Amiſenorum veniret, flammis eam dederat. Eutropius VI. 9. *Inde Niſibin profectus* Lucullus *eam quoque Civitatem cum Regis fratre cepit.*

§ 27. (l. 9.) Οἱ βάρβαροι ῥᾳθυμότερον, ἅτε ἐπικραλοῦντες] Ita recte H. Stephanus præf. ad Dionem: vitioſe enim erat ἀθυμότερον & ἐπικραλοῦντας. Mox pro ἀπαναστήσεσθαι legendum ἐπαναστήσεσθαι. *non iterum inſurrecturos.*

οἱ βάρβαροι ἀθυμότερον] De voce ἀθυμότερον adde, videri Dionem ea ſic uſum & alibi, ut *languidius aliquid & remiſſius* ſignificet. Exempli gratia, lib. 41. p. 166. f. legitur in oratione Cæſaris ad milites ſeditioſos: καὶ τοὺς ἀγαθοὺς προσδιαφθείρουσιν, ἀθυμοτέρους ποιοῦντες, *etiam præterea bonos corrumpunt, dum remiſſiores eos efficiunt.* Item lib. 45. p. 292. f. in Ciceronis in Antonium invectiva: ὅπως ὑμεῖς μὲν βραδύνητε, κἀκ τούτου καὶ τὰ τῶν συμμαχούντων ὑμῖν ἀργότερα καὶ ἀθυμότερα γένηται, *ut vobis moras nectentibus, ſociorum veſtrorum res remiſſiores ac languidiores fiant.* Aut ſi vocis hoc ſignificatum Stephanus haud admittit, etiam lib. 41. reponendum ῥαθυμοτέρους ποιοῦντες, & lib. 45. ῥαθυμότερα γένηται. Dubito tamen an id recte facturi ſimus. LEUNCL.

§ 28. (l. 22.) οὔτε γὰρ τῇ τοξείᾳ] Laxato ſcilicet per imbres arcuum tenore ac robore. Mox pro προσβεβλημμένων recte Leunclavius legit προβεβλημμένων. Nota autem, jam κύκλον a Dione appellari, quod modo dixerat περίβολον, modo τεῖχος.

§ 29. (l. 38.) Λούκιον Φάννιον] Videtur hic fuiſſe Fannius, quem Appianus p. 216. ſq. teſtatur Mithridati ſuaſiſſe, ut Sertorii partes tueretur, Romanis bellum inferret. Verum poſt Sertorium in Hiſpania mortuum tutius habebat Fannius, Lucullo & exercitibus Romanis adhærere.

§ 30. (l. 42.) τὴν ἑτέραν Ἀρμενίαν] Armeniam minorem.

A.U.C.686 Q. Marcio Rege COS.

lubentes acceſſerunt. Iidem haud multo poſt M. Fabium, Romanorum in iis locis præfectum vicerunt: magnopere uſi auxilio Thracum, qui, quum antea ſub Mithridate ſtipendia feciſſent, tum cum Fabio militabant, itemque ſervorum, qui in caſtris Romanorum erant. Thraces quidem, cum a Fabio ſpeculatum præmiſſi, nihil veri renuntiaſſent, ita ut is incautius progreſſus in Mithridatem inopinato incideret, ipſi quoque Romanos adorti ſunt; ſervi vero ſimul, quod libertatem ipſis pollicitus eſſet barbarus rex, hoſtibus auxilium in prælio præſtiterunt. Atque haud dubie Fabium penitus confeciſſent, ni Mithridates, dum inter hoſtes verſatur, (natus enim ſeptuaginta amplius annos, tamen pugnabat) lapide ictus, metum barbaris, ne periret, incuſſiſſet: quibus pugnam idcirco inhibentibus, Fabio cum ſuis in tutum locum perfugiendi ſpacium conceſſum eſt.

10. Idem Fabius deinde, Cabiris incluſus oppugnatusque, a Triario ſervatus eſt. Is enim quum ex Aſia ad Lucullum iter ea faciens rem geſtam accepiſſet, coacta ex iis, qui aderant, quam maxima poterat manu, Mithridatem terruit, totum exercitum Romanum adverſum ſe venire putantem; ſic ut ante, quam in conſpectum ejus veniret, eum ad caſtra movenda compelleret. Hinc Triarius audacior factus, usque ad Comana fugientem inſecutus, etiam ibi vicit. Caſtra habebat Mithridates ex altera ejus fluvii parte qua Romani accedebant. Eos ut ex itinere feſſos aggrederetur, & ipſe occurrit prior, & reliquos inter prælium per alium pontem transgreſſos impetum facere juſſit. Quum diu æquo marte certatum eſſet, pons, quod multi

τες, προσεχώρησάν τε αὐτῷ, καὶ μετὰ τοῦτο τὸν ἄρχοντα τῶν ἐκεῖ Ῥωμαίων [31] Μάρκον Φάβιον ἐνίκησαν. (οἵ τε γὰρ Θρᾷκες οἱ πρότερον μὲν τῷ Μιθριδάτῃ μισθοφορήσαντες, τότε δὲ τῷ Φαβίῳ συνόντες, καὶ οἱ δοῦλοι οἱ ἐν τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ ὄντες, ἰσχυρῶς αὐτοῖς ἐβοήθησαν. οἵ τε Θρᾷκες ὑπὸ τοῦ Φαβίου ἐς προσκοπὴν πεμφθέντες, οὔ τέ τι ὑγιὲς ἀνήγγειλαν αὐτῷ, καὶ μετὰ τοῦτ', ἐκείνου τε ἀφυλακτότερον προϊόντος, καὶ τοῦ Μιθριδάτου ἐξαίφνης οἱ προσπεσόντες, συνεπέθεντο τοῖς Ῥωμαίοις * καὶ [32] ἐν τούτῳ, ἐλευθερίαν σφίσι τοῦ βαρβάρου κηρύξαντος, συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου.) * καὶ ἀνάλωσαν ἄν, εἰ μὴ ὁ Μιθριδάτης τοῖς πολεμίοις ἀναστρεφόμενος (καὶ γὰρ ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς ἐμάχετο) [33] λίθῳ τε ἐπλήγη, καὶ δέος τοῖς βαρβάροις μὴ καὶ ἀποθάνῃ παρέσχεν. ἐπισχόντων γὰρ σφῶν διὰ τοῦτο τὴν μάχην, ἠδυνήθησαν ἄλλοι τε καὶ ὁ Φάβιος ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀποφυγεῖν.

Καὶ μετὰ τοῦτ' [34] ἐς τὰ Κάβειρα κατακλεισθείς, ἐπολιορκήθη μὲν, ἐσώθη δὲ [35] ὑπὸ τοῦ ϒ Τριαρίου. ὗτος γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίας ταύτῃ πρὸς τὸν Λούκουλλον ἰών, καὶ γνοὺς τὰ πεπραγμένα, δύναμίν τε ὅσην οἷον τ' ἦν ἐκ τῶν παρόντων ἤθροισε, καὶ τὸν Μιθριδάτην, ὡς καὶ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ πλήθει προσιόν, ἐξέπληξεν· ὥστ' ἀνασῆναι ποιῆσαι πρὸς καὶ ἐς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν. κἀκ τούτου ἐπιθαρσήσας, καὶ [36] μέχρι ᶻ τῶν Κομάνων ὑποφυγόντα αὐτὸν ἐπεδίωξε, κἀνταῦθα ἐνίκησεν. ἠυλίζετο μὲν γὰρ ὁ Μιθριδάτης ἐπὶ θατέρα [37] τοῦ ποταμοῦ, ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι προσῆσαν· βουληθεὶς δὲ σφίσι κεκμηκόσιν ἐκ τῆς πορείας συμμίξαι, αὐτός τε προαπῆλθε, καὶ ἑτέρους δι' ἄλλης γεφύρας ἐν τῷ τῆς μάχης καιρῷ διαβάντας ἐπιθέσθαι προσέταξε. καὶ

ιι καὶ ἐν τούτῳ. puto legendum eſſe, καὶ οἱ δοῦλοι. qua de re plura in annotationibus. ᵡ καὶ ἀνάλωσαν ἄν. aſteriſcos hic præmittunt editiones, lacunæ ſignum; quam HS. in præf. ſic explet: καὶ πάντας τοὺς Ῥωμαίους ἀνάλωσαν ἄν, vel πάντες οἱ Ῥωμαῖοι ἀνηλώθησαν. Judice Oddey ne ſic quidem expletur lacuna, niſi poſt ἔργου addas: ὕστω γεννικῶς ὥστε πάντες οἱ Ῥωμαῖοι ἀνηλ. Idem ſic: forte οἱ δὲ περὶ τὸν Φάβιον πάντες ἀνηλώθησαν ἄν. Ego καὶ tantum addidi ex V. a. nec pluribus opus eſt, ut lacuna expleatur. vid. p. 31. D. ϒ Τριαρίου. Τριβίου, V. a. male. ᶻ τῶν Κομάνων. ita N. probante F. vulgo Κομμαγηνῶν.

§ 31. (l. 52.) Μάρκον Φάβιον] Conferendus Appianus p. 231. Meminit Fabii a Mithridate profligati etiam Plutarchus p. 515. & Appianus p. 249.

§ 32. (l. 61.) καὶ ἐν τούτῳ, ἐλευθερίαν σφίσι τοῦ βαρβάρου κηρύξαντος, συνεπ. &c.] Mendum in his verbis non animadverterunt interpretes, & in ſequentibus potius lacunam quæſiverunt, poſt ἔργου, ubi vel nulla vel exigua eſt. Liquet ex antecedentibus, voluiſſe Dionem etiam de auxilio ſervorum dicere. οἵ τε γὰρ Θρᾷκες - - καὶ οἱ δοῦλοι - - αὐτοῖς ἐβοήθησαν. Jam cœperat de Thracibus diſtinctius exponere: οἵ τε Θρᾷκες - *Thraces quidem.* Debebat ergo ſequi καὶ οἱ δοῦλοι, *ſervi autem.* Sic ſolet Dio. v. g. p. 35. C. D. 127. C. D. Sic Thucydides I. 74. & 84. alii. Puto igitur καὶ ἐν τούτῳ, (quod Dio non facile adhibet, ſed κἀν τούτῳ) natum eſſe ex vera lectione: καὶ οἱ δοῦλοι, ἐλευθερίαν σφίσι τοῦ βαρβάρου κηρύξαντος, συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου. Sane libertatis ſpes Thracibus oſtendi non poterat, quippe qui ſui erant juris, & modo Mithridatis impulſu Epirum vaſtaverant; Fragm. CXVI. fecerantque ſub eo ſtipendia, ſocii & amici ejus dicti, apud Appian. Mithr. p. 178. C. 180. B. nunc ſub Fabio militabant, licet Mithridati adhuc faventes. At ſervis promiſſa libertas proprie competit, eosque ſollicitare ſub ſpe libertatis, ſolenne non tantum Romanis in extrema neceſſitate. vid. *Stewech.* ad Veget. I. 7. & in civili bello, cum Marius ἐκήρυττε δούλοις ἐλευθερίαν, teſte Plutarcho in Mario p. 429. E. cum Cinna περιπέμψας περὶ τὸ ἄστυ κήρυκας, ἐδίδου τοῖς ἐς αὐτὸν ἀυλομολοῦσιν ἐλευθερίαν, ut refert Appianus Civil. p. 392. C. 389. D. E. ſed exteris etiam, ut Jugurthæ, *qui ſervitia Romanorum adlicere & eos ipſos qui in præſidiis erant pecunia tentare* cœpit, auctore Salluſtio c. 66, 1. ut Pauſaniæ, qui ſervis Helotibus promiſit ἐλευθέρωσιν, ἣν ξυνεπαναστῶσι, καὶ τὸ πᾶν ξυγκαταργάσωνται, ut ait Thucydides I. 132. & vel maxime Mithridati, qui Romanos per Aſiam occiſurus ſervis libertatem promiſit, ſi Romanum latentem indicaſſent aut occidiſſent, ut auctor Appianus Mithrid. p. 185. C. 209. C. Proinde Sylla ibid. p. 211. D. τοὺς θεράποντας, οἷς ἐλευθερίαν ἐδεδόκει Μιθριδάτης, ἐκήρυττεν αὐτίκα ἐς τοὺς δεσπότας ἐπανιέναι; atque p. 212. D. 213. A. δούλων ἐπαναστάσεις & ἐλευθερώσεις refert ad βαρβαρικά. Atqui ὁ βάρβαρος hic eſt rex Mithridates, uti Xerxes per excellentiam ὁ βάρβαρος apud Aelianum V. H. lib. II. c. 14. Thucididem I. 18. p. 15. lin. 63. & 70. & c. 73. p. 49, 50. edit. Cl. Dukeri. & Nepotem IX. 4, 3. II. 4, 5. Arioviſtus apud Dionem p. 81. B. D. Crœſus apud Lucianum Contemplant. c. 11. T. I. p. 505. Nihil ergo probabilius viſum eſt, quam Mithridaten & hic, pro more ſuo, ſervos, libertate promiſſa, adverſus Romanos concitaſſe. Vidi poſtea, rem ſic exponi a Freinshemio in Suppl. Liv. pag. 148. edit. Car. Stephani an. 1591. Nam poſtquam ex Appiano p. 231. C. retulerat, Fabium ſervos libertate donaſſe, ſubjicit, eosdem ſervos ad regis partes, qui & ipſe libertatem promittebat, transeundo, rem Romanam in extremum periculum adduxiſſe. Jam lacuna ceſſat, modo καὶ ex codice Vaticano a. addideris: καὶ ἀνάλωσαν ἄν ſcilicet τὸν Φάβιον. Nempe connectuntur hæc cum ſuperioribus: τὸν ἄρχοντα τῶν ἐκεῖ Ῥωμαίων Μάρκον Φάβιον ἐνίκησαν. - - καὶ ἀνάλωσαν ἄν &c. REIM.

§ 33. (l. 65.) λίθῳ τε ἐπλήγη] πληγέντα λίθῳ ἐς τὸ γόνυ καὶ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βέλει idem Appianus commemorat. Alia Mithridatis ſauciatio, de qua infra p. 6. A.

§ 34. (l. 69.) ἐς τὰ Κάβειρα] Cabira, Ponti regiam, ceperat

καὶ αὐτὸν ἀγχώμαλα ἐπὶ πολεῖσον ἀγωνιζόμενον [a] ἡ γέφυρα, πολλῶν τε καὶ ἀθρόων ἅμα δι' αὐτῆς ἐπειγομένων, τῆς τε ἐπικουρίας ἀπεσέρησε, καὶ προσδιετάραξε. καὶ οἱ μὲν μετὰ τοῦτ' (ἤδη γὰρ χειμὼν ἦν) ἀπεχώρησαν ἐς τὰ ἑαυτῶν τείχη ἀμφότεροι, καὶ ἡσύχαζον.

multi confertim per eum transire contenderent, Mithridatem subsidiis despoliavit, perturbavitque. Ab hoc conflictu utrique (hiems enim jam appetierat) se in castella sua receperunt & quieti mansere. A.U.C.686 Q. Marcio Rege COS.

B [b] Τὰ δὲ δὴ Κόμανα [38] τῆς τε νῦν Καππαδοκίας ἐστὶ, καὶ ἐδόκει τό τε τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας, καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνόνειον δεῦρο ἀεὶ ἔχειν. καὶ ὅπως μὲν ἐς αὐτοὺς ταῦτα ἀφίκετο, ἢ ὅπως διέμεινεν, οὐ δύναμαι [c] τὸ σαφὲς, πολλῶν λεγομένων, εὑρεῖν· ὃ δ' ἀκριβῶς ἐπίσαμαι, φράσω. δύο αὗται πόλεις ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ὁμώνυμοι, οὔτε πάνυ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶ, καὶ τῶν αὐτῶν [d] περιέχουσι. καὶ γὰρ μυθολογοῦσι καὶ C δεικνύουσι τά τε ἄλλα πάντα ἐκ τοῦ ὁμοίου, [39] καὶ τὸ ξίφος, ὡς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῆς Ἰφιγενείας ὄν, ἀμφότεραι ἔχουσι. καὶ ταῦτα μὲν 1 εἰς τοσοῦτον εἰρήσθω.

11. Cæterum Comana in ea, quæ nunc vocatur Cappadocia, sunt: creditumque est semper in hunc usque diem ibi simulacrum Dianæ Tauricæ, genusque Agamemnonis, fuisse. Quæ quomodo eo pervenerint, ibive manserint, quum varia referantur, certum aliquid reperire non potui: id quod exploratum mihi est, dicam. Duæ urbes hæ sunt Cappadociæ, ejusdem nominis, non procul inter se distantes, & earundem continentes monumenta rerum. Nam cum reliqua omnia similia utrinque fabulantur ostentantque, tum utraque urbs gladium habet, quem verum illum Iphigeniæ esse autumant. Atque hæc hactenus.

Τῷ δὲ ἐπιλοίπῳ ἔτει, ἐπί τε Μανίου [e] Ἀκιλίου καὶ ἐπὶ Γαΐου Πείσωνος ὑπάτων, ὁ μὲν Μιθριδάτης τῷ Τριαρίῳ [40] πρὸς [f] Γαζιούροις ἀνεκάθητο· προκαλούμενός τε ἅμα αὐτὸν ἐς μάχην, καὶ ἐξοργίζων. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ἐν τῇ ἐπόψει τῇ τῶν Ῥωμαίων [g] αὐλός τε ἦσκει, [41] καὶ τοῦ στρατοῦ γυμνασίας ἐποιεῖτο, ὅπως πρὶν τὸν D Λούκουλλον ἐπελθεῖν, ἐκεῖνόν τε συμβαλὼν (ὥσπερ ἤλπισε) κρατήσῃ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἀνασώσηται. ἐπεὶ δ' οὐκ ἐκινεῖτο, πέμπει τινὰς [42] πρὸς [h] Δάδασα Φρούριον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τοῖς Ῥωμαίοις ἀπέκειτο, ἵν' [i] ἐκείνοις τε ἐπαμύνοντα αὐτὸν ἐς χεῖρας ὑπαγάγηται. καὶ ἔσχεν οὕτως. ὁ γὰρ Τριάριος τέως μὲν τό, τε πλῆθος τοῦ Μιθριδάτου

12. Anno sequenti, M'. Acilio, & C. Pisone consulibus, Mithridates, ad Gaziura Triario oppositis castris, provocare hominem ad prælium, atque irritare intendit, cum aliis rebus, tum quod in conspectu Romanorum ipse se & milites suos in armis exerceret: ut cum eo congressus ante Luculli adventum, superiorque factus (quod sperabat) reliquam etiam regni partem recuperaret. Quum Triarius nihil moveret, ad castellum, cui Dadasa nomen erat, [oppugnandum,] suorum aliquos mittit, in quo impedimenta Romanorum deposita erant: ut saltem illorum tutendorum causa progressum hominem ad conserendas manus adduceret. Neque id eum fefellit. A.U.C.687 M'. Acilio & C. Pisone COSS.

a ἡ γέφυρα. Xylander videtur legisse ἡ γέφυρα λυθεῖσα OD. sane monet in notis, deesse videri participium; nihil vero aliud Dio dicit, quam copias, dum simul confertim per pontem contendunt ad Mithridatem, sibimet impedimento fuisse, quo minus in tempore venirent. *b* τὰ δὲ δὴ Κόμανα. haut dubie ante hæc verba aliquid deest, neque enim cum reliquis ulla ratione cohærent: ideo notam apposui. X. asteriscum eadem mente præfigunt & HS. L. sed nihil deest, omnia cohærent. nam Comanorum descriptio inserta, quod eo Mithridatem persecutus erat Triarius p. 4. E. quod non animadverterunt Viri docti, legentes ibi Κομαγηνῶν. *c* τὸ σαφὲς. articulum addidi ex V. a. b. *d* περιέχουσι. πέρι ἀυχοῦσι. HS. in præf. satis ingeniose, inquit OD. *e* Ἀκιλίου. Ὀυακιλίου V. b. *f* πρὸς Γαζιούροις. ita legendum esse, viderat pulchre F. confirmat V. a. editiones perperam Γαζιούρσις. *g* αὐλός τε ἦσκει. αὐλόν τε ἦσκει T. vel αὐλόν. sic Xenophon Cyrop. VIII. p. 136. ἀσκᾶν αὐλόν τε καὶ τοὺς σὺν ἔμοιγε τὰ πολεμικὰ. sed nec αὐλὸς rejiciendum. sequentia vulgo sic legebantur: καὶ τοὺς στρατηγοὺς γυμνασίας ἐποιεῖτο. pro quibus διὰ γυμνασίας volebat HS. γυμνάσας ἐποιᾶτο L. Henrici Stephani phrasin velut Græcis ignotam immerito damnans, ut recte judicavit OD. ego secutus sum cod. V. a. sine quo fuisset, forte Fabricii nostri conjecturam fuissem secutus: καὶ διὰ τοὺς στρατηγοὺς γυμνασίας ἐποιᾶτο. *h* Δάδασα. Δάδα V. a. *i* ἐκείνοις τε. ἐκείνοις γε L. ad marg.

perat Lucullus teste Plutarcho p. 502. eamque Fabio huic tuendam commiserat. Restituti sui apud Cabira exercitus meminit Mithridates epistola ad Arsacem.

§ 35. (l. 70.) ὑπὸ τοῦ Τριαρίου] vid. Appianus p. 231. sq. Plutarchus p. 515. Epitome Livii lib. 98. *L. Triarius legatus Luculli adversus Mithridatem parum prospere pugnavit.*

§ 36. (l. 77.) μέχρι τῶν Κομάνων] Ita legendum pro Κομμαγηνῶν, ut patet ex p. 5. B. & vir doctus in margine codicis sui recte notaverat.

§ 37. (l. 79.) τοῦ πολαμοῦ] Euphratis.

§ 38. (l. 89.) τῆς τε νῦν Καππαδοκίας] Antea Comana altera Ponto, altera Cappadociæ accensebatur, quæ ambo τὴν κόμην ἀποθριξαμένης, cum *recisa coma* simulacrum Dianæ Tauricæ genuinum habere se jactabant. Pausanias in Laconicis p. 249. ὥστε ἀμφισβητοῦσι μὲν Καππάδοκες καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον οἰκοῦντες τὸ ἄγαλμα εἶναι παρὰ σφίσιν. De Dianæ Tauricæ imagine delapsa cœlitus atque ex Tauris Scythiæ ablata ab Oreste, res nota vel ex Euripidis Iphigenia in Tauris. De Comanis utrisque adeundus Strabo lib. XII. p. 335. 558. sq. Meziriacus ad Ovidii Heroides T. II. p. 276. sqq. Baylii Lexicon Historico-Criticum voce *Comane.* Leonardi Adami V. C. Arcadicorum lib. IV. c. 2. p. 194.

§ 39. (l. 100.) καὶ τὸ ξίφος] Idem Euripides v. 1459. memorat ξίφος Iphigeniæ, quo mactandus erat vir, quoties Dianæ Tauricæ sacra obibantur. Quod autem hoc veluti sacrum λείψανον unum pluribus locis jactarit veterum gentium credulitas, ipsis sanioribus ethnicis visum fuit ridiculum, ut Strabo VI. p. 264. ridet Minervam Italicam velut Ilio allatam, quam ostentabant eodem tempore Romæ, Lavinii, Luceriæ & Siritide.

§ 40. (l. 5.) πρὸς Γαζιούροις] Ita legendum pro Γαζιούρσις, quod omnes editiones exhibent. Γαζίουρα antiqua Ponti regia, Strabonis temporibus jam deserta, ut ipse tradit XII. p. 547. memorata etiam Plinio aliisque.

§ 41. (l. 8.) καὶ τοὺς στρατηγοὺς γυμνασίας] Ita vulgo. Henr. Stephanus legit διὰ γυμνασίας, Leunclavius γυμνάσας ἐποιεῖτο. Quodsi quid supplendum, malim καὶ διὰ τοὺς στρατηγοὺς, & ipse & per duces suos exercebat milites: nam διὰ, *per*, apud optimos scriptores cum accusativo reperiri satis constat.

§ 42. (l. 13.) πρὸς Δάδασα Φρούριον] Hoc obscuri nominis castellum in Ponti, ut videtur, confiniis situm & Cappadociæ.

A.U.C. 687 M'. Acilio & C. Pisone COSS.

lit. Quum enim eatenus Triarius Mithridatis multitudinem reformidans, Lucullumque, quem arcessierat, operiens, se continuisset, postquam Dadasa oppugnari accepit, militesque castello metuentes, tumultuando minati sunt, se injussu ejus, nisi ipsos educeret, ad defendendum iturос, invitus castris excessit. Et Triarium proventem jam adorti barbari, obvios multitudine sua circumdatos obtruncarunt: reliquos in campum fugientes, in quem Romani fluvium derivarum ignorabant, circumvecti conciderunt.

13. Ac, nisi quidam ex Romanis, unum se ex copiis sociorum Mithridatis, cujus generis, ut ante dixi, more Romano, secum is haud paucos habebat, simulans, postquam propius accessisset, tanquam dicturus aliquid, regi vulnus intulisset, occidione deleti omnes fuissent. Ita vero facinoris quidem auctor comprehensus, cæsusque est: at barbaris ea de re perturbatis, Romani multi effugerunt. Mithridates, curato vulnere, suspicatus alios quoque præterea in suo exercitu hostes esse, milites quasi alius rei causa lustravit: jussisque singulis confestim in sua tabernacula se recipere, Romanos solos deprehensos occidit.

14. Interim Lucullus advenit: & quanquam eam de se opinionem præbebat, facile ipsum & Mithridati superiorem futurum, & amissa omnia non magno labore recepturum, nihil tum effecit. Nam & Mithridates ad Talaura loco edito confederat, neque ad pugnandum educebat exercitum: & Mithridates alter Medus, Tigranis gener, Romanos palantes repente adortus, magna clade affecit: præterea ipse Tigranes aduentare ferebatur. Super hæc omnia in exercitu quoque Luculli seditio erat. Nam Valeriani milites, qui post missionem acceptam stipendia iterum faciebant, jam ante ad Nisibin tumultuati fuerant, victoria quieteque, & rerum copia luxuriantes, sæpiusque absente

του Φοβούμενος, καὶ τὸν Λούκουλλον (μεπέμπετο γὰρ αὐτὸν) προσδεχόμενος, ἡσυχίαν εἶχεν· ὡς δὲ τά τε Δάδασα πολιορκούμενα ἐπύθετο, καὶ οἱ στρατιῶται [43] δείσαντες περὶ [ii] αὐτοῖς ἐταράττοντο, καὶ ἐπηπείλουν, εἰ σφᾶς μηδεὶς ἐξάγοι, καὶ αὐτοκέλευστοι βοηθήσειν σφίσι· καὶ ἄκων ἐξανέστη, [k] καὶ αὐτῷ [44] οἱ Βάρβαροι προχωροῦντι ἤδη προσπεσόντες, τοὺς μὲν ἐν χερσὶ τῷ τε πλήθει σφῶν περιέχον καὶ καταργάσαντο, τοὺς δὲ καὶ ἐς τὸ πεδίον ἐκφυγόντας, ἀγνοίᾳ τοῦ τὸν ποταμὸν ἐς αὐτὸ ἐκτεράφθαι, περιελαύνοντες ἔκτεινον.

Καὶ πάντ' ἂν σφᾶς διέφθειραν, εἰ μὴ [45] τῶν Ῥωμαίων τις πλασάμενος, ὡς καὶ ἐκ τῆς τοῦ Μιθριδάτου συμμαχίδος ὤν, (ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ αὐλοῖς τρόπῳ συστρατευομένους, [46] ὥσπερ εἶπον, οὐκ ὀλίγους εἶχε) προσῆλθέ τέ οἱ, ὡς καὶ εἰπεῖν τι βουλόμενος, καὶ ἔτρωσεν αὐτόν. οὕτω γὰρ ἐκεῖνος μὲν συλληφθεὶς ἀπεσφάγη· ταραχθέντων δὲ πρὸς τοῦτο τῶν βαρβάρων, συχνοὶ τῶν Ῥωμαίων διέφυγον. Μιθριδάτης μὲν δὴ [47] τό, τε τραῦμα ἰᾶτο, καὶ προσυποπτεύσας καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πολεμίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ εἶναι, ἐξέτασιν τῶν στρατιωτῶν ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι ἐποιήσατο. καὶ κελεύσας σφᾶς ἐς τὰς ἑαυτῶν σκηνὰς ὡς ἑκάστους κατὰ τάχος ἀναχωρῆσαι, κατέφωρασε, καὶ τοὺς Ῥωμαίους μονωθέντας διέφθειρε.

Κἀν τούτῳ ὁ Λούκουλλος ἐπελθὼν δόξαν μέν τισι παρέσχεν, ὡς καὶ [l] ἐκείνου ῥᾳδίως κρατήσων, καὶ πάντα τὰ [ll] προειμένα δι' ὀλίγου κομούμενος, οὐ [m] μέν τοι καὶ κατέπραξέ τι. ὅ, τε γὰρ Μιθριδάτης ἐς τὰ μετέωρα [48] πρὸς Ταλαύροις ὄντα ἱδρυθεὶς, οὐκ ἀνέπηει αὐτῷ· καὶ ὁ [49] Μιθριδάτης ὁ ἕτερος ἐκ Μηδίας, γαμβρὸς τοῦ Τιγράνου, ἐσκεδασμένοις τοῖς Ῥωμαίοις ἐξαίφνης προσπεσὼν, συχνοὺς ἀπέκτεινεν. ὅ, τε Τιγράνης αὐτὸς προσιὼν ἠγγέλθη, καὶ τὸ στράτευμα ἐτάρασσεν. [50] οἱ γὰρ [n] Ὀυαλέριοι οἱ τῆς τε στρατείας ἀφεθέντες, καὶ μετὰ τοῦτ' αὖθις στρατευσάμενοι, ἐκινήθησαν μὲν καὶ [51] ἐν τῇ Νισίβει, ἔκ τε τῆς νίκης καὶ ἐκ τῆς ἡσυχίας, τοῦ τε τὰ ἐπιτήδεια ἄφθονα

[ii] περὶ αὐτοῖς. sic F. vulgo αὐτοῖς. [k] καὶ αὐτῷ — προχωροῦντι. Xylander, quasi legisset αὐτοῖς προσχωροῦσι, *jam castello appropinquantes adorti*. male, judice L. [l] ἐκείνου. sic V. a. vulgo, ἐκεῖνα. pro quo ἐκεῖνον, T. quod ipsum quoque admitti posset, si conjectura magis quam codicum fide esset standum. [ll] προειμένα. προειρημένα, V. b. minus bene. [m] μέντοι. μέντι, RS. in edit. μὴν, T. [n] Ὀυαλέριοι. ita Dio alibi. sed Ὀυαλερίειοι emendandum censuerunt vulgatum illud Ὀυαλέριοι, L. F. OD. vide. p. 7. r.

§ 43. (l. 20.) *δείσαντες περὶ αὐτοῖς*] Ita scripsi pro αὐτοῖς. Dadasa enim intelliguntur, quibus milites metuebant propter res suas & vasa atque impedimenta, quæ Dadasis expugnatis perventura essent in hostium potestatem.

§ 44. (l. 23.) *καὶ αὐτῷ οἱ βάρβαροι προχωροῦντι*] Hunc Dionis locum bene interpretatus est vir doctissimus Lambertus Bos in Observationibus ad varia veterum scriptorum loca p. 22. neque opus cum Xylandro legere *καὶ αὐτοῖς προσχωροῦσιν ἤδη*.

§ 45. (l. 28.) *τῶν Ῥωμαίων τις*] Romanus quidam λοχαγὸς sive centurio, specie famuli ei adequitans, regem in femur percussit graviter, cum tergum ejus desperaret per thoracem posse perfodere. Appianus p. 232.

§ 46. (l. 31.) *ὥσπερ εἶπον*] Dixerat hoc Dio in iis quæ hodie desideramus; nisi respicit ad ea quæ leguntur p. 4. C.

§ 47. (l. 36.) *τό τε τραῦμα ἰᾶτο*] Timothei Medici operam laudat Appianus, qui cohibito sanguine, regem ex sublimi loco militibus ostendit.

§ 48. (l. 46.) *πρὸς Ταλαύροις*] Hanc urbem arduo situ munitam Mithridates habuit *ταμιεῖον τῆς παρασκευῆς*, bellici apparatus promptuarium, teste Appiano p. 251. Mentio Ταλαύρων etiam apud Plutarchum p. 503.

§ 49. (l. 48.) *Μιθριδάτης ὁ ἕτερος ἐκ Μηδίας*] Regulus Mediæ Artapenæ, de quo regno adeundus Reinerus Reineccius T. III. historiæ Juliæ p. 196. sq.

§ 50. (l. 52.) *οἱ γὰρ Ὀυαλερίειοι*] Epitome Livii lib. 98. *Lucullum, ne persequeretur Mithridatem ac Tigranem, seditio militum tenuit, qui sequi nolebant, id est, legiones Valerianæ, impleta a se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.* Al. cod. *legiones Valeriæ*, ut apud Dionem Ὀυαλέριοι. Sed præstat Ὀυαλερίειοι, ut infra lib. LV. p. 564. ubi inter legiones vicesima, οἱ εἰκοσοὶ, οἱ καὶ Ὀυαλερίειοι καὶ Νικήτορες ὠνομασμένοι. De illorum defectione Dio mox. p. 7. A. & quod a Pompejo recepti sint ringente Lucullo p. 7. C. 22. D. Sallustius V. Histor. apud Priscian. XVIII. p. 1130. *Legiones Valerianæ comperto lege Gabinia Bithyniam & Pontum consuli datam missos esse.* Nomen a L. Valerio Flacco consulari viro, de quo Vellejus lib. II. c. 24.

§ 51. (l. 54.) *ἐν τῇ Νισίβει*] In obsidione urbis Mesopotamiæ Nisibis, de qua p. 3. B. Vide etiam p. 7. D. & 50. C.

§ 52. (l. 58.) *Πόπλιός τις Κλώδιος ὃν Κλαύδιον*] Est hic P. Clodius ille notissimus ex Ciceronis inimicitiis, qui tunc sub Lucullo affine suo militans, non primas, quas optabat, se ferre indignabatur, teste Plutarcho in Lucullo p. 515. Idem sororem Clodii, Luculli conjugem, infra p. 7. D. propudiosissimam feminam & stupro fratri cognitam, describit ibi & p. 517. ubi etiam dimissam a Lucullo refert. Claudiorum & Clodiorum diversæ familiæ, etsi pronunciatio literarum *au* propius ad sonum *o* accedebat; unde perinde erat Caudex, Codex, Florus, Flaurus, plaustrum plostrum, auricula, oricula,

ἄφθονα ἔχειν, καὶ ἄνευ τοῦ Λουκούλλου τὰ πολλὰ, διὰ τὸ πολλαχόσε ἐκδημεῖν αὐτὸν, διαπᾶσθαι· καὶ μάλιθ' ὅτι [52] Πούπλιός τις Κλώδιος (ὃν Κλαύδιόν τινες ἐκάλεσαν) συνεστασίαζε σφᾶς ὑπ' ἐμφύτου νεωτεροποιίας, καίπερ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ τῷ Λουκούλλῳ συνοικούσης. ἐταράχθησαν δὲ καὶ τότε ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ [53] τὸν Ἀκίλιον τὸν ὕπαρχον, ὃς τῷ Λουκούλλῳ διάδοχος δι' ἅπερ εἶπον ἐξεπέμφθη, πλησιάζοντα ἐπύθοντο. ἐν γὰρ ὀλιγωρίᾳ αὐτὸν, ὡς καὶ ἰδιωτεύοντα ἤδη, ἐποιοῦντο.

sente Lucullo, qui plerumque peregre aberat, degentes: præcipue vero concitati a P. quodam Clodio, (quem alii Claudium appellavere) propter innatam homini novarum rerum cupiditatem, quanquam ejus sororem Lucullus in matrimonio habebat. Tum vero turbæ inter eos exiſtebant cum aliis de cauſis, tum quod auditum erat, Acilium conſulem, qui ob ea, quæ memoravi, Lucullo ſucceſſor miſſus erat, appropinquare: quo fiebat, ut Lucullum quaſi privatum jam contemptui haberent. A.U.C.687 M'. Acilio & C. Piſone COSS.

Ὁ οὖν Λούκουλλος ἔκ τε τούτων, καὶ ὅτι [54] παρὰ τοῦ ο Μαρκίου, τοῦ πρὸ τοῦ Ἀκιλίου ὑπατεύσαντος, ἐς Κιλικίαν, ἧς ἄρχειν ἔμελλε, παριόντος, ἐπικουρίαν αἰτήσας οὐκ ἔτυχεν, ἐν ἀπόρῳ ἐγένετο, καὶ ὀκνήσας μὲν διακενῆς ἀνασῆναι, δείσας δὲ καὶ καλὰ χώραν μεῖναι, ἐπὶ τὸν Τιγράνην ὥρμησεν, εἴ πως ἐκεῖνόν τε ἀπροσδόκητόν τε ἅμα καὶ κεκμηκότα ἐκ τῆς ὁδοῦ τρέψαιτο, καὶ τοὺς στρατιώτας τρόπον τινὰ διὰ τούτου παύσειε στασιάζοντας. οὐ μὴν καὶ ἐπιτυχὴς οὐδετέρου ἐγένετο. [P] ἀκολουθῆσαν γὰρ αὐτῷ τὸ στράτευμα μέχρι πού τινος, ὁ-
7 θεν ἐς τὴν Καππαδοκίαν ἐκτραπέσθαι ἦν, [q] ἐκεῖσε πάντες ὁμοθυμαδὸν, μηδὲ φθεγξάμενοί τι, ἀπεστράποντο. καὶ [55] οἵ γε [r] Ὀυαλέρειοι, μαθόντες ὅτι τῆς στρατείας παρὰ τοῖς οἴκοι τέλεσιν ἀφεῖντο, παντελῶς ἀπεχώρησαν.

15. His rebus motus Lucullus, cum præterea a Marcio, illo qui ante Acilium conſul fuerat, in Ciliciam ſibi mandatam profecto, ſubſidium deſideratum non impetraſſet, inops conſilii, nec temere ſe movere loco, nec ibidem hærere auſus, in Tigranem duxit: ſi forte illum, inopinantem ſimul, ac itinere fatigatum, fundens, aliquo modo ſeditiones militum componeret. Quorum neutrum ipſi ſucceſſit. Etenim milites aliquamdiu ſecuti, quum in Cappadociam iter flecti poterat, eo omnes concorditer, ne verbo quidem ullo facto, ſeſe converterunt. Valeriani autem, quum ſibi militiæ miſſionem factam a magiſtratibus Romæ audirent, omnino a ſignis dilapſi ſunt.

Καὶ θαυμάσῃ μηδεὶς ὅτι [s] στρατηγικώτερος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος γενόμενος, καὶ πρῶτός τε Ῥωμαίων [56] τὸν Ταῦρον σύν τε στρατῷ καὶ ἐπὶ πολέμῳ διαβὰς, καὶ [57] δύο βασιλέας οὐκ ἀθενεῖς ἐπικρατήσας, (ἑλὼν τ' ἂν, εἴπερ ταχέως διαπολεμῆσαι ἐβεβούλητο) [58] οὐκ ἐδύνατο τῶν συστρατευομένων οἱ ἄρχειν, ἀλλ' ἀεί τε ἐστασίαζον, καὶ τέλος [t] ἐγκατέλιπον αὐτόν. πολλά τε γὰρ σφίσι προσέτασσε· καὶ δυσπρόσοδος, ἀκριβής τε ἐν ταῖς τῶν ἔργων ἀπαιτήσεσι, καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς τιμωρίαις ὤν, οὐκ ἠπίστατο οὔτε λόγῳ [tt] τινὶ προσαγαγέσθαι, οὔτε ἐπιεικείᾳ ἀναρτήσασθαι, οὐ τιμῆς, οὐ χρημάτων μεταδόσει προσεταιρίσασθαι. ὧν πάντων ἄλλως

16. Enimvero mirum videri nemini debet, Lucullum, quum imperatoriæ artis peritiſſimus fuerit, primusque Romanorum cum exercitu belli gerendi cauſa Taurum tranſiverit, ac duos reges, haud illos imbelles, devicerit, (capturus etiam, ſi celeriter conficere bellum voluiſſet,) nequiviſſe ita ſuis militibus imperare, quin & ſemper tumultuarentur, & ipſum tandem deſererent. Multa enim ipſis injungere ſolebat, & ut erat difficilis aditu, operum exactor perquam attentus, in pœnis irrogandis inexorabilis, ita neque ſermone allicere milites, neque lenitate devincire, neque honorum pecuniæve muneribus conciliare noverat; quibus omnibus cum alias, tum

o Μαρκίου. eſt ita a me ſcriptum, pro vulgato Μάρκου. nam Marcius ſcribitur p. 2. D. 7. D. aliisque veterum. & Plutarchus in Cic. ſororem Clodii nuptam Marcio Regi tradit, ſicut jam notavit X. ſtatim ἐπικουρίαν αἰτήσας reſtitui ex prioribus editionibus. αἰτήσας, omiſerat L. forte legendum ἐπικουρίας OD. ſed recte habet ἐπικουρίαν cum αἰτήσας. p ἀκολουθῆσαν γὰρ. ſecutus ſum cod. V. a. vulgo, ἀκολουθεῖ γαρ, quod narrationi græcæ, hoc præſertim loco, non ſatis convenire, patet. q ἐκεῖσε. ſic V. a. b. vulgo ἐκεῖ δὲ. r Ὀυαλέρειοι. vulgo Ὀυαλέριοι. vide ſupra ad pag. 6. C. Ὀυαλερείους dicit Dio p. 22. D. ut Σερωρείους p. 112. C. ſtatim pro στρατείας, quod HS. & L. exhibent, στρατιᾶς legit RS. s στρατηγικώτερος. στρατηγικώτατος ſcribendum judicat L. ex Xiph. ſed vide F. exempla paſſim apud Auctores OD. idem Xiphilinus, poſt δύο βασιλέων μεγίστων κρατήσας, addit, τῆς τε Ἀσίας ἐπὶ μήκιστον προελθών. t ἐγκατέλιπον, ita V. a. & Xiph. vulgo, καθέλιπον. tt τινὶ. forte τινὰ OD.

la, clauſtrum, cloſtrum. Vide Gerh. Jo. Voſſium de literarum permutatione, & Janum Brouckhuſium ad Propert. p. 35. Caſaubonum ad Veſpaſianum Suetonii cap. 22.

53. (l. 62.) τὸν Ἀκίλιον τὸν ὕπαρχον] M'. Acilium Glabrionem, ut dixit Dio p. 2. A.

§ 54. (l. 67.) παρὰ τοῦ Μαρκίου] Huc facit locus Salluſtii V. Hiſtor. apud Priſcianum XVIII. p. 1130. *At Lucullus, audito Q. Marcium Regem Pro Coſ. per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere.*

In Græco eſt Μάρκου pro Μαρκίου perperam ſcriptum. Facile id deprehendi ex eo quod additur, ipſum ante Acilium fuiſſe Conſulem: id enim ſupra Dio oſtenderat, & ſub finem fragmenti hujus Μάρκιος expreſſe dicitur. Sæpe in hoc auctore & aliis Græcis *Marco* pro *Marcio* aut contra ſcribuntur, non ſine confuſione rerum - - Enimvero Plutarchus quoque in Cicerone, Marcio ſororem Clodii matrimonio junctam fuiſſe his verbis teſtatur: πολὺ δ' ἦν δόξα καὶ ταῖς ἄλλαις δυσὶν ἀδελφαῖς πλησιάζειν τὸν Κλώδιον, ὧν Τερεντίαν μὲν Μάρκιος ὁ Ῥὲξ, Κλωδίαν δὲ Μέτελλος ὁ Κέλερ ἔσχεν. XYL.

§ 55. (l. 79.) καὶ ὅτιγε Ὀυαλερίαυς] Vide dicta paulo ante p. 6. Mox pro στρατηγικώτερος ἀνδρῶν, Leunclavius legit στρατηγικώτατος. Sed nihil mutandum.

§ 56. (l. 83.) τὸν Ταῦρον] Maximum illum & celeberrimum montem qui Aſiam dividit, & de quo erudite Abr. Ortelius in Theſauro Geographico. Taurum tranſivit Lucullus, cum ad Tigranocerta urbem capiendam contendit. ſupra p. 2. Vide Plutarcum Lucullo p. 508. 509.

§ 57. (l. 84.) δύο βασιλέας οὐκ ἀθενεῖς] Mithridatem & Tigranem.

§ 58. (l. 86.) οὐκ ἐδύνατο τῶν συστρατευομένων οἱ ἄρχειν] Idem in Lucullo reprehendit Plutarchus, quod non eſſet θεραπευτικὸς πλήθους στρατιωτικοῦ, quod negligeret ſibi animos conciliare militium, & quicquid illis blandum ac jucundum adhiberetur, id dedecori ſibi duceret, & auctoritati ſuæ obeſſe exiſtimaret. τὸ δὲ μέγιστον, οὐδὲ τοῖς δυναστοῖς καὶ ἰσοτίμοις εὐκόσμητος εἶναι πεφυκὼς, ἀλλὰ πάντων καταφρονῶν καὶ μηδενὸς ἀξίους πρὸς αὑτὸν ἡγούμενος. *quod vero maximum eſt, ne principibus quidem & dignitate paribus poterat ſe præbere comem, ſed omnes deſpiciebat & nihili præ ſe faciebat.* Adde eundem p. 522. Vellejus lib. II. c. 33. *Lucullus alioqui per omnia laudabilis & bello pæne invictus pecuniæ expellebatur cupidine.*

A.U.C.687 M'. Acilio & C. Pisone COSS.

tum apud multitudinem, præsertim militantem, opus est. Igitur, quoad ex sententia res succederent, prædasque cum periculis compensandas adipiscerentur milites, dicto audientes Lucullo fuerunt: posteaquam adversa usi fortuna, pro spe metum propositum sibi viderunt, nullam amplius habuerunt ejus rationem. Cui rei argumento est, quod quum eosdem Pompejus accepisset (quippe qui Valerianos milites iterum evocavit) citra omnem seditionem ipsis usus est: tantum homini homo præstat.

17. Hæc agentibus militibus, prope totum regnum suum Mithridates recepit, Cappadociamque vehementer afflixit: neque Lucullo opem ferente, quod Acilium prope esse prætenderet, neque Acilio eam defendente. Is enim quum antea festinasset, velut victoriam Lucullo prærepturus, ubi tum quæ acta essent rescivit, ne ad exercitum quidem venit, sed in Bithynia tempus traxit. Marcius vero Lucullo auxilium non tulit, causatus milites se nolle sequi. In Cilicia autem quum venisset, Menemachum quendam, qui a Tigrane defecerat, in suam fidem accepit: P. vero Clodium (cujus sororum quandam & ipse conjugem habebat) cum metu perpetratorum apud Nisibin a Lucullo desciviisset, rei navali præfecit. Atque is Clodius a maritimis prædonibus captus, ab iisque Pompejum reformidantibus dimissus, Antiochiam Syriæ se contulit, velut eos cum Arabiis disceptantes auxilio vellet juvare. Ibi quum simili modo nonnullos ad seditionem concitaret, parum abfuit quin periret.

λως τε, καὶ ἐν πλήθει, καὶ μάλισα στρατευομένῳ, δεῖ. καὶ διὰ τοῦθ' οἱ στρατιῶται, ἕως μὲν ἓυ τε ἐφέροντο, καὶ τὰς ἁρπαγὰς ἀνταξίας τῶν κινδύνων εἶχον, ἠκροῶντο αὐτοῦ· ἐπεὶ δὲ ἔπταισαν, καὶ ἐς φόβον ἀντὶ τῶν ἐλπίδων ἀνταικαλέσησαν, οὐδὲν ἔτι προεῖμησαν. τεκμήριον δὲ, ὅτι τοὺς αὐτοὺς τούτους ὁ Πομπήϊος λαβὼν (καὶ γὰρ τοὺς Οὐαλερείους ἄνθις καλελέξατο) οὐδ' ὁπωσοῦν στασιάζοντας ἔσχε. τοσοῦτον ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει.

Ὡς δ' ὖν τοῦθ' οἱ στρατιῶται ἔπραξαν, πᾶσάν τε ὀλίγου τὴν ἀρχὴν ὁ Μιθριδάτης ἀνεκτήσατο, καὶ τὴν Καππαδοκίαν ἰσχυρῶς ἐλυμήνατο· μήτε Λουκούλλου, προφάσει τοῦ τὸν Ἀκίλιον ἐχθρὸν εἶναι, μήτε ἐκείνου προσαμύνοντος αὐτῇ. ἐπεγόμενος γὰρ πρότερον, ὡς καὶ τὴν τοῦ Λουκούλλου νίκην ὑφαρπάσων, τότε, ἐπειδὴ τῶν γεγονότων ἤθελο, οὔτε πρὸς τὰ στρατόπεδα ἦλθε, καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ἐχρόνισε. Μάρκιος δὲ Λουκούλλῳ μὲν οὐκ ἐπεκούρησε, πρόσχημα τοὺς στρατιώτας, ὡς οὐκ ἐθελήσαντας οἱ ἀκολουθῆσαι, ποιησάμενος· ἐς δὲ τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος, Μενέμαχόν τινα ἀπαυτομολήσαντα τοῦ Τιγράνου ἐδέξατο· καὶ τὸν Κλώδιον ἀποσάντα ἀπὸ τοῦ Λουκούλλου, δέει τῶν ἐν τῇ Νισίβει γενομένων, ἐπὶ τὸ ναυτικὸν ἐπέστησεν. ἀδελφὴν γάρ τινα αὐτοῦ καὶ ἐκεῖνος γυναῖκα εἶχε. καὶ ὁ μὲν ἁλούς τε ἐς καταπονήσας, καὶ ἀφεθεὶς ἀπ' αὐτῶν, ὡρὸς τὸν ἐκ τοῦ Πομπηΐου φόβον, ἔς τε τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἦλθεν, ὡς καὶ πρὸς τοὺς Ἀραβίους, πρὸς οὓς τότε διεφέροντο, συμμαχήσων σφίσι, κἀνταῦθα στασιάζων τινὰς ὁμοίως, ὀλίγου διεφθάρη.

τι πᾶσαν τε ὀλίγου. πᾶσαν ὀλίγου T. x προσαμύνοντος. προαμύνοντος, T. OD. pro sequenti αὐτῆς forte αὐτῇ scribendum. y ἀπαυτομολήσαντα. ἐπαυτομολήσαντα. RS. V. a. b. male.

§ 59. (l. 1.) τοὺς αὐτοὺς ὁ Πομπήϊος] Infra p. 22. D.

§ 60. (l. 7.) ὁ Μιθριδάτης ἀνεκτήσατο] Appianus p. 232. 233.

§ 61. (l. 9.) τὸν Ἀκίλιον] Acilius Proconsul successor Lucullo missus, accusato quod bellum diutius traheret p. 2. A. 6. B.

§ 62. (l. 14.) Μάρκιος δὲ] Q. Marcius Rex, cui provincia data erat Cilicia. p. 6. B.

§ 63. (l. 19.) διὰ τῶν ἐν τῇ Νισίβει γενομένων] Ad Nisibin tumultuatos Luculli milites notavit Dio p. 6. C. atque illud quoque concitante affine ipsius Clodio factum esse, ex hoc loco confirmatur. Sed & accusatum postea hoc nomine Clodium Romæ, dicet p. 50. C.

§ 64. (l. 23.) πρὸς τὸν ἐκ τοῦ Πομπηΐου φόβον] De Magno Pompejo piratarum domitore infra p. 18.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΟ ΤΡΙΑΚΟΣΤΟΝ ΕΚΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER TRICESIMUS SEXTUS.

8 *** Φείδε]αι. [1] δυνα]είας τε ἐρῶν, καὶ τοῖς Κρησὶ τοῖς ὁμολογήσασιν αὐ]ῷ προσέβαλλε· καὶ ὕστε τὰς σπονδὰς προτεινομένων σφῶν ἐφρόντιζε, κακῶσά] τε αὐτοὺς, πρὶν τὸν Πομπήϊον ἐπελθεῖν, ἠπείγετο. [2] ὅ, τε γὰρ Ὀκτα]ούϊος ἄνευ δυνάμεως παρὼν (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐπὶ πολέμῳ τινὶ, ἀλλ' ἐπὶ παραλήψει τῶν πόλεων ἐπέμπετο) ἡσυχίαν ἦ]ε· καὶ [3] Κορνήλιος Σισέννας ὁ τῆς Ἑλλάδος ἄρχων ἦλθε μὲν ἐς τὴν Κρήτην, ὡς ταῦτ' ἐπύθετο, καὶ παρῄνεσε τῷ Μετέλλῳ Φείσα]αι τῶν δήμων, οὐ μέντοι καὶ ἀντέπραξέ τι, μὴ πείσας. [a] ἄλλοις τε οὖν πολ-
B λοῖς ἐκεῖνος ἐλυμήνατο, καὶ [4] Ἐλευθέραν τὴν πόλιν ἐκ προδοσίας ἑλὼν, ἠρ]υρολό]ησε. πύργον γάρ τινα οἱ προδιδόντες ἔκ τε πλίνθων πεποιημένον, καὶ μέ]ιστον δυσμαχώτατόν τε ὄντα, [5] ὤξει συνεχῶς νυκτὸς διέβρεξαν, ὥστε θραυστὸν γενέσθαι. καὶ μετὰ τοῦτο [6] Λάπ]αν, καί τοι τοῦ Ὀκ]αουί]ου αὐ]ὴν κα]έχοντος, ἐκ πρόσβολῆς εἶλε· καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν κακὸν εἰργάσα]ο, τοὺς δὲ δὴ Κίλικας τοὺς σὺν αὐ]ῷ ὄν]ας ἔφθειρεν.

1. *** [nullis Q. Cæcilius Metellus] parcit: dominandique cupiditate impulsus, Cretenses, qui cum eo certis conditionibus pacti erant, invasit: ne fœderis quidem, quod ei obtendebant, habita ratione: adeo antequam Pompejus adveniret, damnum eis dare properabat. Nam Octavius quidem, qui sine exercitu aderat, eratque eo non tanquam ad bellum obeundum, sed ad accipiendas in fidem populi Romani urbes missus, quietum se gerebat. At Cornelius Sisenna, Græciæ ea tempestate præfectus, comperta re, in Cretam venit, Metellumque, ut populis parceret, monuit: tamen, cum id ei persuadere non posset, nihil contra molitus est. Itaque Metellus, cum multa alia vastavit loca, tum Eleutheræ urbi per proditionem acceptæ pecunias imperavit. Ejus proditionis auctores turrim lateritiam magnæ molis, expugnatuque longe omnium difficillimam, aliquot noctibus continenter ita aceto madefecerant ut perfringi posset. Deinde Lappam vi cepit, nihil moratus Octavium, qui eam tum temporis tenebat; & ab Octavio quidem vim omnem abstinuit, Cilices autem, quos is secum habebat, interemit. A.U.C. 686 Q. Marcio Rege COS.

Ἀ]ανακλήσας οὖν ἐπὶ τού]ῳ ὁ Ὀκ]αούϊος οὐκέθ' ἡσύχασεν, ἀλλὰ πρότερον μὲν τῷ τοῦ Σισέννου
C στρα]ῷ (νοσήσας γὰρ ἐκεῖνος ἐτεθνήκει) χρώμενος, ἐπεβοήθει πῃ τοῖς κακουμένοις· ἔπει]α δ' ἀνακομιθέν]ων αὐ]ῶν, πρός τε τὸν Ἀριστίωνα ἐς [7] Ἱερά]πυδνα ἦλθε, καὶ μετ' αὐ]οῦ ἐπολέμει. [b] ὄν]ος γὰρ ὡς

2. Id vero graviter ferens Octavius, non jam ut ante quievit, & accepto exercitu, qui Sisennæ, nunc morbo absumpti, antea fuerat, oppressis opitulatus est: quibus restitutis, ad Aristionem se in urbem Hierapydna contulit, & communi ejus consilio bellum gessit. Is Aristion tum Cydonia excesserat:

*** Si ordinem temporis & Xiphilini sequi volueramus, hoc fragmentum de Metello præmittendum forte esset iis quæ de Lucullo tradita sunt libro, quem XXXV. vulgo putant; sic ut ad Pompeji res gestas, ab iis quæ pag. præcedenti dicta obiter de illo sunt, transitus fiat, verbis illis quæ pag. 9. legimus: Λέξω δὲ ἤδη &c. *a* ἄλλοις. ἄλλως, V. b. *b* ὄντος. ita rescripsi, pro ὄντω, ex Vatic. a. atque ita scribendum esse, ex conjectura viderant L. & T.

§ 1. (l. 1.) *Φείδε]αι*] Sermo est de Q. Cæcilio Metello, qui ingentibus præliis intra triennium omnem Cretam cepit, appellatusque est Creticus, atque ex insula illa triumphavit. Eutrop. VI. 9. Conferendæ Livii Epitomæ Lib. 98. sq. Plutarchus Pompejo p. 633. sq. Vellejus II. 34. Florus III. 7. &c. Dixerat Dio, Metellum nullis peperciisse, itaque infra a Sisenna monetur *φείσα]αι τῶν δήμων*, sed monetur incassum.

§ 2. (l. 5.) *ὅ, τε γὰρ Ὀκ]αούϊος*] L. Octavius, Cn. Pompeji Magni legatus, cujus mentio apud Plutarchum Pompejo p. 634.

§ 3. (l. 8.) *Κορνήλιος Σισέννας*] Cn. Cornelius L. F. Sisenna. Vide Joh. Glandorpii Onomasticon Romanum p. 266.

§ 4. (l. 13.) *Ἐλευθέραν*] Hæc Cretæ civitas Stephano & aliis *Ἐλευθεραί* vel *Ἐλευθέρνα*. Scylaci & Plinio Eleuthernæ, unde in nummis *Ἐλευθερναίων*. Etiam apud Florum III. 7. Dionysius Vossius Eleutheræ nomen pro Erythræa reponendum existimabat. Sed *Ἐρυθραῖον ἄκρον* in Creta insula memorat Ptolomæus; itaque nihil mutandum.

§ 5. (l. 17.) *ὤξει διέβρεξαν*] Sic Annibalem ad saxa putrefacienda aceto usum narrat Livius XXI. 37. Quod præter rem in dubium vocat Boxhornius Quæst. Rom. XXXVII. vide Harduinum ad Plinium XXIII. 1. qui principem Guisium in Neapolitana expeditione simili arte usum annotat. Vide etiam Apollodori Poliorcetica p. 21. & vet. Scholiasten ac Is. Grangæum ad Juvenal. X. 153. *& montem rupit aceto.*

§ 6. (l. 18.) *Λάπ]αν*] Sic nummi veteres & inscriptiones nomen hujus urbis efferunt; hæc igitur verior scriptura, licet [alibi *Λάμπα* & *Λαμπαῖοι* offendas, ut infra p. 443. D. Vide quæ viri docti ad Stephanum in *Λάμπη*. Jo. Meursii Cretam p. 41. Ezech. Spanhemii opus incomparabile de numismatum præstantia T. I. edit. nov. p. 342. 901. & ejusdem orbem Romanum p. 353. Christoph. Cellarii *τοῦ μακαρίτου* notitiam orbis antiqui T. I. p. 1271.

§ 7. (l. 29.) *Ἱερά]πυδνα*] Straboni & Stephano *Ἱεράπυ]να*, & in nummis *Ἱερα]πυ]νίων*, in aliis *Ἱερα]πυδνίων*. vid. Joh. Harduini nummos urbium p. 215. Joh. Meursium in Creta p. 40. & 82. & Ezech. Spanhemium de U. N. Diss. VI. p. 338.

A.U.C.686 Q. Marcio Rege COS.

cesserat: & deuicto L. Basso, qui ei cum classe venerat obviam, Hierapydna occupaverat. Ubi cum aliquandiu perseverassent, postquam adversum se ire Metellum perceperunt, castello relicto, vela in altum dedere: ibi tum tempestate vexati, & in terram, multis suorum amissis, ejecti sunt: Metellus totam exinde insulam subegit. Eo modo Cretenses, qui ante id tempus in perpetua libertate vixerant, neque unquam alienigenæ domino paruerant, sub jugum redacti sunt: cognomentumque (Cretici) Metellus ab iis sumsit. Istamen neque Panarem, neque Lasthenem (nam & hunc ceperat) in triumpho ducere potuit: quos Pompejus auxilio cujusdam tribuniplebis ad hoc persuasi Metello eripuit, quod sibi ex pacto eos, non Metello, accessisse diceret.

ὡς τότε [8] ἐκ τῆς Κυδωνίας ἀπεχώρησε, Λούκιόν τέ τινα Βάσσον ἀναναχθέντα οἱ ἐνίκησε, καὶ τὰ Ἱεράπυδνα καθέλαβε. καὶ χρόνον μέν τινα ἐκαρτέρησαν· τοῦ δὲ δὴ Μετέλλου ἐπιόντος σφίσι, τό, τε τεῖχος ἐξέλιπον, καὶ ἐξαναχθέντες, χειμῶνί τε ἐχρήσαντο, καὶ ἐς τὴν γῆν ἐκπεσόντες, συχνοὺς ἀπέβαλον. κἀκ τούτου ὁ Μέτελλος πᾶσαν τὴν νῆσον ἐχειρώσατο. Κρῆτες μὲν οὖν οὕτως, ἐλεύθεροί τε πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον γενόμενοι, καὶ [9] δεσπότην οὐθενὸς ἀνδρὸς κτησάμενοι, καθεδουλώθησαν· Μέτελλος δὲ τὴν μὲν ἐπίκλησιν ἀπ' αὐτῶν ἔλαβε. τὸν δὲ δὴ [10] Πανάρη, τόν τε Λασθένη (ᶜ καὶ γὰρ ἐκεῖνον εἶλεν) οὐκ ἠδυνήθη πέμψαι ἐν τοῖς ἐπινικίοις. ὁ γὰρ Πομπήϊος, [d] ἀναπείσας [11] τῶν δημάρχων τινὰ, προαφείλετο αὐτούς, ὡς καὶ ἑαυτῷ [12] κατὰ τὴν ὁμολογίαν, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ, προσχωρήσαντας.

A.U.C.687 M'. Acilio & C. Pisone COSS.

3. A Pompejo quidem ut gesta res fuerit, nunc exponam. Enimvero navigantibus maritimi prædones infesti semper erant, ut terram incolentibus, latrones. Quod etsi nunquam non contigerat, & forte cessabit nunquam, quandiu eadem hominum natura manebit; tamen olim certis tantum locis, idque sola æstate, pauci quidam homines prædationes terra marique exercebant. Eo autem tempore, ex quo variis in locis continentia bella fuissent, multæ urbes eversæ essent, omnibus, qui præsens periculum effugissent, supplicia imminerent, ac nihil usquam tutum iis esset, horum maxima pars ad prædas agendas conversa est. Quæ quidem in continenti fiebant latrocinia, facilius sublata sunt: nam & magis fiebant in conspectu populorum, & ipsum damnum citius e propinquo sentiebatur, nec adeo difficilem habebat medelam: contra vero maritima latrocinia ad summum ingravescebant. Populo enim Romano in debellandis hostibus occupato, vehementer increverant piratæ: & multis locis circumnavigatis, sui omnes similes sibi adjunxerant, ita ut nonnulli multis [Romanorum hostibus] ad supperias tanquam ex fœderis ratione ferendas irent.

Λέξω δὲ ἤδη [13] καὶ [e] τὸ καθ' τοῦτον πῶς ἐγένετο. οἱ καταπονήσαι ἐλύπουν μὲν ἀεὶ τοὺς πλέοντας, ὥσπερ καὶ τοὺς ἐν τῇ γῇ οἰκοῦντας οἱ τὰς ληστείας ποιούμενοι. οὐ γάρ ἐστιν ὅτε ταῦτ' οὐκ ἐγένετο, οὐδ' ἂν παύσαιτό ποτε, [f] ἕως ἂν ἡ αὐτὴ Φύσις ἀνθρώπων ᾖ. ἀλλὰ πρότερον μέν ἔν τε τόποις τισὶ [14] καὶν τῇ ὥρᾳ μόνῃ, κατ' ὀλίγους, καὶ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐλήστευον· τότε δὲ, ἐξ οὗ πολλαχῇ τε ἅμα καὶ συνεχῶς ἐπολεμήθη, καὶ πολλαὶ μὲν πόλεις ἀνάστατοι ἐγένοντο, πᾶσι δὲ καὶ τοῖς διαφεύγουσιν αὐτῶν αἱ τιμωρίαι ἐπηρτῶντο, καὶ ἀδεὲς οὐδενὶ οὐδὲν ἦν, πάμπολλοι πρὸς ληστείαν ἐτράποντο. καὶ τὰ μὲν ἐν ταῖς ἠπείροις λησικὰ, ἅτε καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν δήμων μᾶλλον ὄντα, καὶ τήν τε αἴσθησιν τῆς βλάβης ἐγγύθεν, καὶ τὴν σύλληψιν οὐ πάνυ χαλεπὴν ἔχοντα, ῥᾴδιον ἐπαύετο· τὰ δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπὶ πλεῖστον [ff] ἐπηυξήθη. τῶν γὰρ Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ἀνθιπολεμίους ἀσχολίαν ἀγόντων, ἐπὶ πολὺ ἤκμασαν, πολλαχόσε τε περιπλέοντες, καὶ πάντας τοὺς ὁμοίους σφίσι προστιθέμενοι· ὥστε τινὰς αὐτῶν [15] καὶ ἐν συμμαχίας λόγῳ [g] συχνοῖς ἐπικουρῆσαι.

4. Hoc modo quæ egerint aliis juncti, jam ante dictum est. Postquam ea quoque bella composita sunt, jam non quiescere prædones, verum ipsi per se singulatim plurima ac gravia damna Romanis, eorumque sociis dare: neque jam, velut ante, parvo numero, sed magnis classibus navigare, imperatoribus ad id delectis: ita ut nomen

Καὶ εἰρῆται μὲν ὅσα μετὰ τῶν ἄλλων ἐπράξαν· ἐπεὶ δ' οὖν καὶ ἐκεῖνα διελύθη, οὐκ ἐπάυσαντο, ἀλλ' αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς πολλὰ καὶ δεινὰ τούς τε Ῥωμαίους καὶ τοὺς συμμάχους σφῶν ἐκάκουργησαν. οὔτε γὰρ κατ' ὀλίγους ἔτι, ἀλλὰ σόλοις μεγάλοις ἔπλεον, καὶ στρατηγοὺς εἶχον· ὥστε καὶ ὄνομα αὐτοὺς μέγα κεκτῆσθαι. ἦγόν

ᶜ καὶ γὰρ ἐκεῖνον. καὶ γὰρ κἀκεῖνον, vult L. marg. vid. § 47. ᵈ ἀναπείσας. ἀνέπασε, T. ᵉ τὸ καθ' τοῦτον. τὰ καθ' τοῦτον, L. ᶠ ἕως δ' ἄν, vulgo. ἕως ἄν, V. b. ᶠᶠ ἐπηυξήθη. ἠυξήθη. V. b. ᵍ συχνοῖς. forte συχνῶς, OD.

§ 8. (l. 31.) ἐκ τῆς Κυδωνίας] Hæc tunc Cretæ metropolis, s. mater urbium ut Florus III. 7. appellat. vid. Tristanum T. I. p. 96. De ejus obsidione intelligendus Valerius Maximus Lib. VII. c. 6. 1. extern.

§ 9. (l. 39.) δεσπότην οὐθενὸς μηδένα] Conferendus Meursius Lib. III. Cretæ c. 5.

§ 10. (l. 42.) τὸν δὲ δὴ Πανάρη, τόν τε Λασθένη] Cydoniæ duces, qui ob Metelli sævitiam deditionem suam ad Pompejum absentem misere, teste Floro III. 7. Hi sunt duces captivi, quos ornamentum triumphi futuros Metello Cretico subduxit Pompejus, ut est apud Vellejum II. 40. Hinc imminutum Metello Cretæ triumphum inter causas belli civilis refert idem Florus IV. 2. Pro verbis καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἕλεν, Leunclavius jam notavit legendum καὶ γὰρ κἀκεῖνον.

§ 11. (l. 44.) τῶν δημάρχων τινὰ] A. Gabinium, qui oræ omnis maritimæ insularumque imperium Pompejo decerni fecerat, ut dicetur infra p. 10. E. sq.

§ 12. (l. 45.) κατὰ τὴν ὁμολογίαν] Illud ipsum decretum intelligit, quod jam commemoravi, & cujus occasionem & rationes enumerare deinceps Dio instituit.

§ 13. (l. 47.) καὶ τὸ καθ' τοῦτον] Non assentior Leunclavio, qui τὰ καθ' τοῦτον legendum putat. Nam cum maxime consilium Dionis est exponere, non res gestas Pompeji, sed quomodo Pompejus eam auctoritatem fuerit consecutus, ut legatum potuerit in Cretam mittere & Metelli luminibus obstruere.

§ 14. (l. 54.) καὶν τῇ ὥρᾳ μόνῃ] ὥρα est tempus ἐπιήδειον s. aptum ad navigandum, non tempestas hiemis, qua θάλασσαν ἀνέγγυον esse ajunt. Itaque de piratis hisce Dio infra: οὐδὲ τὴν χαμερινὴν ὥραν ἀσφαλῆ αὐτοῖς παρεῖχον. Cicero pro lege

ἦγόν τε καὶ ἔφερον πρώτους μὲν καὶ μάλιστα τοὺς πλέοντας, (οὐδὲ γὰρ τὴν χειμερινὴν ὥραν ἀσφαλῆ αὐτοῖς παρεῖχον, ἀλλ' ὑπό τε τῆς τόλμης καὶ ὑπὸ τοῦ ἔθους, τῆς τε εὐπραγίας, καὶ τότ' ἐπ' ἀδείας ταῖς ναυτιλίαις ἐχρῶντο) ἔπειτα καὶ τοὺς ἐν τοῖς λιμέσιν ὄντας. καὶ γὰρ εἴ τις ἀνταναχθῆναι σφίσιν ἐτόλμησε, μάλιστα μὲν, ἡττηθεὶς ἀπώλετο. εἰ δὲ καὶ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἐλεῖν γε αὐτῶν οὐδένα ὑπὸ τοῦ ταχυναυτεῖν σφᾶς ἐδύναστο. καὶ οὕτως ὑποστρέφοντες διὰ βραχέος, ᵍᵍ ὡς κεκρατηκότες, τὰ μὲν ἔτεμνον καὶ καπέμπρων, οὐχ ὅτι χωρία καὶ ἀγροὺς, ἀλλὰ καὶ πόλεις ὅλας· τὰ δὲ καὶ ᾠκειοῦντο. ὥστε καὶ χειμάδια καὶ ὁρμητήρια καθάπερ ἐν φιλίᾳ γε ποιεῖσθαι.

men jam magnum adipiſcerentur. Principio quidem & maxime inſectabantur & abducebant navigantes, quos ne hieme quidem tutos eſſe ſinebant: adeo audacia ſua, uſu, atque ſucceſſu elati, etiam tunc temporis ſecuri mare uſurpabant: poſtmodo & eos, qui in portibus eſſent, aggreſi ſunt. Nam qui ad navale prælium adverſus eos tentandum exire auſi ſunt, plerique victi perierunt. Neque ſi forte quis ſuperior factus fuit, eorum quempiam potuit præ velocitate navigandi comprehendere. Iraque illi, tanquam ſi viciſſent, paulo poſt reverſi, non villas tantum & agros, ſed totas etiam urbes vaſtabant, vel incendebant: nonnullas etiam ſibi adjungebant: adeo, ut in iis tanquam apud amicos ſuas ſtationes navium hibernas, ſuaque receptacula ad bellum haberent. A.U.C.687 M'. Acilio & C. Piſone COSS.

Προχωρούντων δὲ αὐτοῖς τούτων, καὶ ἐς τὴν ἤπειρον ἀνέβαινον, καὶ πολλὰ καὶ ἐκείνους τοὺς μηδὲ χρωμένους τῇ θαλάσσῃ ἐλύπουν. καὶ ταῦτα οὐ τὴν ἔξω συμμαχίδα [b] αὐτῶν μόνον, [16] ἀλλὰ καὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν ἐποίουν. τά τε γὰρ κέρδη τὰ αὐτόθεν μείζω σφήσειν, καὶ πάντας τοὺς λοιποὺς ἐπὶ πλέον ἐκφοβήσειν, ἂν μηδὲ ἐκείνης ἀπέχωνται, νομίζοντες, ἔς τε τὰς ἄλλας τὰς παραπλησίους πόλεις, καὶ [17] ἐς αὐτὰ τὰ Ὦστια ἐσέπλεον· καὶ τάς τε ναῦς ἔκαιον, καὶ πάνθ' ἥρπαζον· καὶ τέλος, ὡς οὐδεμία σφῶν ἐπιστροφὴ ἐγίνετο, τάς τε διατριβὰς ἐν τῇ γῇ ἐποιοῦντο, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅσους μὴ διώλυσαν, τά τε σκῦλα, ὅσα ἐλάμβανον, ἀδεῶς ὥς γε καὶ ἐν οἰκείᾳ διετίθεντο. καὶ ἐλήστευον μὲν ἄλλοι ἄλλοθι· (οὐ γάρ που ἐν πάσῃ ἅμα τῇ θαλάσσῃ [bb] οἱ αὐτοὶ κακουργεῖν ἐδύναντο·) τοσαύτῃ μέντοι φιλίᾳ πρὸς ἀλλήλους ἐχρῶντο, ὥστε σφᾶς καὶ χρήματα καὶ ἐπικουρίας καὶ τοῖς πάνυ ἀγνῶσιν, ὡς καὶ οἰκειοτάτοις, πέμπειν. καὶ διὰ τοῦτό γε οὐχ ἥκιστα ἴσχυσαν, ὅτι τούς τε θεραπεύοντας τινὰς αὐτῶν πάντες ἐτίμων, καὶ τοὺς προσκρούσαντάς τισι πάντες ἐλεηλάτουν.

5. Quum ex animi ſententia hæc ſuccederent, egreſſi in continentem terram: ibi eos etiam quibus in mari nihil erat negotii, non Romanorum modo ſocios extra Italiam habitantes, verum ipſam quoque Italiam multis modis afflixerunt. Rati enim fore, ſi ne hac quidem regione ſe abſtinuiſſent, ut & quæſtum uberiorem ex ea adipiſcerentur, & eo majorem aliis omnibus terrorem incuterent: cum ad alias Italiæ urbes appulerunt, tum ipſa etiam Oſtia claſſe intraverunt. Ibi navibus combuſtis, direptis omnibus, tandem quum nemo in eos animadverteret, in terra diutius commorati, homines, quos non interfecerant, & ſpolia quæ ceperant, haud minori cum ſecuritate, quam ſi domi ſuæ eſſent, vænum expoſuerunt. Alii autem aliis in locis prædas exercebant, (neque enim iidem ſimul omnes partes maris poterant infeſtare) tanta tamen amicitia inter ſe uſi ſunt, ut ignotis etiam non aliter, quam quibuscum familiariſſime vixiſſent, pecuniam & auxilia mitterent. Atque ex ea re potentiæ ipſis plurimum acceſſit, quod officioſos erga quosdam e ſuis omnes in honore haberent: eos contra, qui nonnullos ſuorum offendiſſent, univerſi deprædarentur.

Ἐς τοσοῦτον μὲν δὴ τὰ τῶν καπονλισῶν ἦρθη, ὥστε καὶ μέσαν καὶ συνεχῆ καὶ ἀπροφύλακτον καὶ [18] ἄπιστον τὸν πόλεμον αὐτῶν γενέσθαι. οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι ἤκουον μέν που αὐτὰ, καί τινα καὶ ἑώρων· (οὔτε γὰρ ἄλλο τι τῶν ἐπακτῶν ἐφοίτα σφίσι, καὶ ἡ σιτοπομπεία παντελῶς

6. Ad tantum jam faſtigium res prædonum excreverant, ut bellum & magnum, & continens, idemque nulla avertendum cautione & pertinaciſſimum, ab ipſis gereretur. Hæc Romani audierant quidem, partem etiam viderant, quum neque aliarum rerum quæ navibus advehi ſolent,

ᵍᵍ ὡς κεκρατηκότες. ὡς καὶ κεκρατ. Med. *b* αὐτῶν. videtur περέλκων OD. *bb* οἱ αὐτοί. ita ſcripſi ex Med. vulgo δι male omittitur. præcedens Ὦστια ſcriptum majuſcula litera nondum erat in editis, licet plures monuerant. ante ſequens τοσαύτῃ Oddey præmittendum ſuſpicatur καί. ſed nihil ſe mutare dicit. idem poſtea pro ἀπροφύλακτον forte ſcribendum cenſet ἀπροσφ.

lege Manilia cap. 11. *Quis toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit præſidium, ut tutus eſſet; aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non ſe aut mortis aut ſervitutis periculo committeret, quum aut hyeme aut referto prædonum mari navigaret.*

§ 15 (l. 70.) καὶ ἐν συμμαχίας λόγῳ] Mithridati maxime obſecutos piratas notant Plutarchus in Pompejo p. 630. ſq. & Appianus Mithridatico, qui etiam excitatos a Mithridate, ut a Cilicia usque, ad columnas Herculis omnia infeſtarent, diſerte tradit p. 171. 213. 233. & λῃστήρια multa paſſim etiam in terra continenti conſtituiſſe p. 212. Hæc χειμάδια Dio infra vocat & ὁρμητήρια.

§ 16. (l. 100.) ἀλλὰ καὶ τὴν Ἰταλίαν ἐποίουν] Vellejus II. 31. *Cum piratæ belli more, non latrociniorum, orbem claſſibus jam, non furtivis expeditionibus terrerent, quasdam etiam Italiæ urbes diripuiſſent.* Conf. Plutarchum Pompejo p. 631. Appiani Mithridaticum p. 234. ſq. Ciceronem pro lege Manilia, cap. 12. Zonaras X. 3. p. 475. refert, naves ipſis fuiſſe amplius mille, urbes cepiſſe ultra quadringentas, multa fana excidiſſe & Romanis ipſis inſultaſſe.

§ 17. (l. 4.) ἐς αὐτὰ τὰ Ὦστια] Cicero: *Nam quid ego Oſtienſe incommodum, atque illam labem atque ignominiam Reip. querar, cum prope inſpectantibus vobis, claſſis ea, cui conſul populi Rom. præpoſitus eſſet, a prædonibus capta atque oppreſſa eſt.* Porro non *Oſtiam* modo & τὴν Ὦστίαν, ſed etiam τὰ Ὦστια plurativo caſu *Oſtia* dixere boni ſcriptores, ut notatum viris doctis ad Strabonem, Stephanum Liviumque IX. 19. & XXVII. 23.

§ 18. (l. 22.) ἄπιστον] Malim ἄπαυστον, *pertinaciſſimum.*

A.U.C.687 M'. Acilio & C. Pisone COSS.

solent, quicquam ad eos perveniret, & frumenti commeatu omnino intercluſi eſſent: nec magnam tamen eorum in tempore curam geſſerant, tantum, ut ad ſingulorum nuntium animo commovebantur, ita naves & imperatores miſerant: ſed profectum erat nihil, niſi quod magis etiam ſocii per eosdem vexarentur. Tandem ubi in ſummo diſcrimine verſabantur, congreſſi, pluribus diebus deliberarunt, quid agendum eſſet. Continentibus quidem periculis attriti, cum bellum adverſus prædones magnum ac multiplex futurum intelligerent, nec tamen vel univerſos vel ſingulos oppugnari poſſe arbitrarentur, quod mutuo ſibi auxilio eſſent, nec ubique ſimul poſſent coerceri: tum vero Romani inopes conſilii de re bene gerenda cum maxime deſperarunt. Donec A. quidam Gabinius, tribunus plebis, (incertum ſummiſſusne in hoc ipſum a Pompejo, an ceteroquin gratiam ab eo initurus, utique non eo animo, quod reipublicæ conſultum vellet, vir ipſe peſſimus,) ſententiam tulit, ut ex conſularibus unus quispiam deligeretur imperator contra prædones omnes cum ſumma poteſtate, utque imperium ei eſſet trienno, & uteretur copiis ampliſſimis, ac multis legatis. *Ipſum quidem* Pompejum diſerte non nominavit, ſed manifeſtum erat, ubi ſemel ejusmodi quid plebs percepiſſet, ipſum electuros.

7. Atque ſic accidit. Nam & rogationem eam plebs ſcivit, & præter ſenatum omnes ſtatim ad Pompejum inclinaverunt. Senatus enim, modo ne ei tantum imperium mandaretur, quævis potius a piratis mala ferenda judicabat: proinde Gabinium parum abfuit quin ipſa in curia perimerent. Quo ex eorum manibus elapſo, quum patrum ſententia plebi innotuiſſet, tantus eſt coortus tumultus, ut ad eos adhuc conſidentes proruerent: haud dubie omnes occiſuri, niſi curia prius exiiſſent. Dilapſis reliquis, & ſeſe abdentibus, unus C. Piſo, qui tum collega Acilio, conſulatum gerebat, comprehenſus, quum jam quaſi reliquorum vice ad mortem raperetur, Gabinio deprecante dimiſſus eſt. Ab hoc facto potentiores quidem ipſi quieverunt, vitæ uſura ſibi conceſſa contenti: novem autem tribunos plebis eo adduxerunt, ut ſe Gabinio opponerent. Quum cæteri plebem timentes non intercederent, L. quidam Trebellius, ac L. Roſcius id auſi ſunt, neque tamen

ναυτελῶς ἀπεκέκλεισο) οὐ μέντοι καὶ μεγάλην, ὅτε γε ἐχρῆν, [ii] Φρουντίδα [20] αὐτῶν ἐποιήσαντο· ἀλλ' ἐξέπεμπον μὲν καὶ ναυτικὰ [21] καὶ στρατηγούς, ὡς που καθ' ἕκαστον τῶν προσαγγελλομένων ἐκινοῦντο· ἔπραττον δ' οὐδέν, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλείω τοὺς συμμάχους δι' αὐτῶν ἐκείνων ἐταλαιπώρουν· [k] μέχρις οὗ [22] ἐν παντὶ ἐγένοντο. τότε δὲ συνελθόντες, ἐβουλεύσαντο ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὅ, τι καὶ χρὴ πρᾶξαι. τῇ τε γὰρ συνεχείᾳ τῶν κινδύνων τερπόμενοι, καὶ μέσαν καὶ πολὺν τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ὁρῶντες ὄντα, καὶ οὔθ' ἅμα πᾶσι σφίσιν, οὔτ' ἂν καθ' ἑκάστους προσπολεμῆσαι δυνατὸν εἶναι νομίζοντες· (ἀλλήλοις τε γὰρ συνεβοήθουν, καὶ παντάχοῦ ἅμα ἀμήχανον ἦν αὐτοὺς ἀμύνασθαι) ἔν τε ἀπορίᾳ καὶ ἀνελπισίᾳ τοῦ [l] καλοῤῥώσειν τι πολλῇ ἐγένοντο· πρὶν δή [23] τις Αὐλός τις Γαυίνιος δήμαρχος γνώμην ἔδωκεν, (εἴτ' οὖν τοῦ Πομπηΐου καθέντος αὐτὸν, εἴτε καὶ ἄλλως χαρίσασθαί οἱ ἐθελήσας. οὐ γάρ που καὶ ὑπ' εὐνοίας αὐτὸ τῆς τοῦ κοινοῦ ἐποίησε· [24] κάκιστος γὰρ ἀνὴρ ἦν.) στρατηγὸν ἕνα αὐτοκράτορα ἐφ' ἅπασι αὐτοὺς ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἑλέσθαι, τρισί τε ἔτεσιν ἄρξοντα, καὶ δυνάμει παμπληθεῖ μεθ' ὑποστρατήγων πολλῶν χρησόμενον. ἄντικρυς μὲν γὰρ τὸ τοῦ Πομπηΐου ὄνομα οὐκ εἶπεν· εὔδηλον δὲ ἦν, ὅτι ἂν ἅπαξ τι τοιοῦτον ὁ ὅμιλος ἀκούσῃ, ἐκεῖνον αἱρήσεται.

Καὶ ἔσχεν οὕτω· τήν τε γὰρ ἐσήγησιν αὐτοῦ ἀπεδέξαντο, καὶ πρὸς τὸν Πομπήϊον παραχρῆμα πάντες, πλὴν τῆς γερουσίας, ἀπέκλιναν. αὖθις γὰρ πᾶν ὁτιοῦν ὑπὸ τῶν ληστῶν παθεῖν μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ τοσαύτην ἡγεμονίαν ἐγχειρίσαι, ἠρεῖτο· καὶ ὀλίγου καὶ ἀπέκτειναν τὸν Γαυίνιον ἐν αὐτῷ τῷ συνεδρίῳ. ὑπεκδράντος δ' οὖν τινος αὐτοῦ, μαθόντες οἱ πολλοὶ τῶν βουλευτῶν γνώμην, [m] ἐθορύβησαν, ὥστε καὶ ἐπ' αὐτοὺς συγκαθημένους ἐφορμῆσαι· καὶ, εἰ γε μὴ [n] ἐξεχωρήκεσαν, πάντως ἂν αὐτοὺς διεφθάρκεσαν. οἱ μὲν δὴ οὖν ἄλλοι σκεδασθέντες διέλαθον· [25] Πίσωνα δὲ τὸν Γαΐου τὸν ὑπατον (ἐπὶ γὰρ ἐκείνου, τοῦ τε Ἀκιλίου, ταῦτ' ἐγίνετο) συλληφθέντα, καὶ μέλλοντα καὶ αὐτὸν τῶν ἄλλων ἀπόλλυσθαι, ὁ Γαυίνιος ἐξῄτήσατο. ἐκ δὲ τούτου οἱ δυνατοὶ αὐτοὶ τὴν ἡσυχίαν ἦγον, ἀσμενίζοντες ἄν τις σφᾶς ζῆν ἐάσῃ· [26] τοὺς δὲ δημάρχους τοὺς ἐννέα ἀνέπεισαν ἐναντιωθῆναι τῷ Γαυϊνίῳ. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι φοβηθέντες τὸ πλῆθος,

i ἀπεκέκλεισο. ἀπεκέκλειστο, Med. *ii* Φρουντίδα αὐτῶν ἐποιήσαντο. ita recte RS. reſtituendum ſuadet, pro Φορτίδα, quia eodem ſenſu paulo ante Dio dixit ὡς οὐδεμίᾳ σφῶν ἐπιστροφὴ ἐγίνετο. reliquit tamen in textu Φορτίδα, quod mutavit in Φρουντίδα HS. & L. probante lectionem Xyl. & T. *k* μέχρις οὗ. ſic ſcripſi, autore L. vulgo μέχρις οὗν. *l* καλορθώσαν, ſic V. a. melius omnino quam vulgo, καλορθῶσαι. confirmat & Med. *m* ἐθορύβησαν. ἐθορυβήθησαν, V. a. paulo ante, τὴν τῶν βουλευτῶν γνώμην, habet Med. *n* ἐξεχωρήκεσαν. ἐκκεχωρήκεσαν, Xiph. ἐξεκεχωρήκεσαν, T. L.

§ 19. (l. 26.) ναυτελῶς ἀπεκέκλεισο] *Sublatis commerciis, rupto fœdere generis humani.* Flor. III. 6. *Commercium annonæ intercluſerant.* Livii Epitom. 99.

§ 20. (l. 27.) Φρουντίδα αὐτῶν] Ita recte Rob. Stephanus & Xylander pro Φορτίδα.

§ 21. (l. 28.) καὶ στρατηγούς] Prætores aliquot Romanos victos a piratis narrat Appianus Mithridatico p. 235. Duos etiam captos tangit Cicero c. XII. de lege Manilia, cum duodecim ſecures in prædonum poteſtatem ſcribit perveniſſe.

§ 22. (l. 32.) μέχρις οὗν ἐν παντὶ ἐγένοντο] Ita recte Leunclavius pro μέχρις οὗν. Porro ἐν παντὶ γενέσθαι dicuntur, qui in magno verſantur diſcrimine, ut de ſumma re periclitentur. Sic infra lib. XXXIX. p. 109. D. ὥστε ἐν παντὶ τὸν Καίσαρα γενέσθαι, ſubintellige κινδύνῳ vel ἀγῶνι.

§ 23. (l. 41.) Αὔλός τις Γαβίνιος] Videndi Sigonius & Pighius ad A. U. C. 687. Propter hanc rogationem Gabinius belli maritimi auctor dicitur a Cicerone c. 19. pro leg. Manil. Idem conſul fuit anno poſt, 688. cum Cicero mitteretur in exilium.

§ 24. (l. 45.) κάκιστος γὰρ ἀνὴρ ἦν] Cicero poſt reditum in ſenatu c. 5. ubi inter alia: *qui niſi in aram tribunatus confugiſſet, neque vim prætoris, nec multitudinem creditorum, nec bonorum proſcriptionem effugere potuiſſet: quo in magiſtratu niſi rogationem de piratico bello tuliſſet, profecto egeſtate & improbitate coactus piraticam ipſe feciſſet.*

§ 25. (l. 64.) Πίσωνα δὲ τὸν Γαΐου] Dixerat hic in ſenatu, Pompejum Romuli ſectantem veſtigia, non effugiturum ejus exitum, ut refert Plutarchus in Pompejo p. 632. Ejusdem Piſonis anno poſt conſulatum Galliæ Narbonenſi præfecti mentio infra p. 18. A.

§ 26. (l. 69.) τοὺς δὲ δημάρχους ἐννέα] Tribuni plebis duo primum ſive quinque erant, deinde decem ab anno urbis cond.

ϖλῆθος, οὐδὲν ἀνʃεῖπον· [27] Λούκιος δὲ δή τις Τρεβέλλιος, καὶ Λούκιος Ῥώσκιος, ἐτόλμησαν μὲν, οὐκ ἠδυνήθησαν δὲ οὔτ' εἰπεῖν τι ὧν ὑπέσχηνʃο, οὔτε ϖρᾶξαι. ἐπειδὴ γὰρ ἡ κυρία ἡμέρα, ἐν ἧ τὴν γνώμην ἐπικυρωθῆναι ἔδει, ἐνέστη, τάδε ἐγένετο· ὁ Ποмπήϊος, ἐπιθυμῶν μὲν ϖάνυ ἄρξαι, καὶ ἤδη γε ὑπό τε τῆς ἑαυτοῦ Φιλοτιμίας, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ δήμου σωουδῆς, οὐδὲ τιμὴν ἔτι τοῦτο, ἀλλὰ ἀτιμίαν, τὸ μὴ τυχεῖν αὐτοῦ, νομίζων εἶναι, τὴν δὲ ἀνʃίταξιν τῶν δυναʃῶν ὁρῶν, ἠβουλήθη δοκεῖν ἀναγκάζεσθαι. ἦν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ὡς ἥκιστα ϖροσποιούμενος ἐπιθυμεῖν ὧν ἤθελε· τότε δὲ καὶ μᾶλλον, διά τε τὸ ἐπίφθονον, ἄν γε ἑκὼν τῆς ἀρχῆς ἀνʃιποιήσηται, καὶ [o] διὰ [28] τοῦτο τὸ εὐκλεὲς, ἄν γε καὶ ἄκων, ὥς γε καὶ ἀξιοϖραγηγόταʃος ὢν, ἀποδειχθῇ, ἐπλάτʃετο.

Καὶ ϖαρελθὼν ἔφη· [29] " Χαίρω μὲν τιμώμενος " ὑφ' ὑμῶν, ὦ Κυϊρῖται. φύσει τε γὰρ ϖάνʃες " ἄνθρωποι καὶ ἐγκαλλωπίζονʃαι ταῖς ϖαρὰ τῶν " ϖολιʃῶν εὐεργεσίαις, καὶ ἐγὼ, ἅτε δὴ ϖολλάκις " τῆς ϖαρ' ὑμῶν τιμῆς ἀϖολελαυκὼς, οὐκ ἔχω " ὡς κατ' ἀξίαν ἡσθῶ τοῖς ϖαροῦσιν. οὐ μέν " τοι οὔθ' ὑμῖν νομίζω ϖροσήκειν ἁϖλήστως οὕτω " ϖρός με διακεῖσθαι, οὔτε ἐμοὶ διαϖανʃὸς ἔν τινι " ἡγεμονίᾳ εἶναι. αὐτός τε γὰρ ἐκ ϖαίδων κέκμηκα, καὶ ὑμᾶς δεῖ καὶ ϖερὶ τοὺς ἄλλους σωουδάζειν. ἢ οὐ μέμνησθε ὅσα μὲν [30] ἐν τῷ ϖρὸς τὸν Κίνναν ϖολέμῳ ἐταλαιϖώρησα, καί τοι κομιδῇ νέος ὤν; ὅσα δὲ [31] ἔν τε τῇ Σικελίᾳ, " καὶ [32] ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἔκαμον, μηδέϖω καθαρῶς " ἐς ἐφήβους τελῶν; [33] ὅσα δὲ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ " ἐκινδύνευσα, μηδὲ βουλεύων ϖω; ἐφ' οἷς ἅϖασιν " οὐχ ὅτι ἀχάριστοί ϖρός με ἐγένεσθε, ἐρῶ. ϖόθεν; ϖολλοῦ γε καὶ δεῖ. ϖρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, " ὧν ϖολλῶν καὶ μεγάλων ϖαρ' ὑμῶν ἠξιώθην, καὶ " αὐτὸ τὸ ϖισευθῆναί με τὴν ἐϖὶ τὸν Σερτώριον " στρατηγίαν, μηδενὸς ἄλλου μήτε ἐθελήσανʃος μή τε " δυνηθένʃος αὐτὴν ὑϖοσῆναι· τό, τε ἐϖινίκια καὶ " ἐϖ' ἐκείνῃ [34] ϖαρὰ τὸ νενομισμένον ϖέμψαι, " μεγίστην μοι τιμὴν ἤνεγκεν. ἀλλ' ὅτι ϖολλὰς μὲν " Φρονʃίδας, ϖολλοὺς δὲ κινδύνους ὑϖέμεινα, καʃα" τέτριμμαι μὲν τὸ σῶμα, ϖεϖόνημαι δὲ τὴν γνώ" μην. μὴ γὰρ ὅτι νέος ἔτ' εἰμὶ, λογίζεσθε, [p] μηδ' " [35] ὅτι τὸ σῶμα καὶ τόσα γέγονα, ἀριθμεῖσθε. " ἂν γάρ τοι καὶ τὰς στρατείας, ἃς ἐστράτευμαι, " καὶ τοὺς κινδύνους, οὓς κεκινδύνευκα, ἀναριθμήσητε,

tamen dicere, quæ receperant, neque perficere potuere. Nam quum præſtituta dies inſtaret, qua id decretum erat confirmandum, ita res acta eſt. Pompejus ſummopere cupidus imperandi, quamvis jam partim ob ſuam ambitionem, partim ob ſtudium populi, non tam eam rem honori, quam, ſi non potiretur, ignominiæ ſibi duceret; tamen, quod adverſari ſibi potentiores animadverteret, maluit neceſſitate ad hanc rem coactus videri. Solitus itaque & alias nequaquam palam ferre quæ cuperet, tunc vel eo magis ſimulabat, quod & invidia gravi laboraturum ſe videbat, ſi ultro imperium ambiret: & quod magnæ ſibi hoc ipſum gloriæ eſſe futurum cogitabat, ſi nec volenti ſibi id imperium, tanquam ante alios omnes digniſſimo, imponeretur. A.U.C.687 M'. Acilio & C. Piſone COSS.

8. Igitur in concionem progreſſus: Gaudeo, inquit, Quirites, honorem mihi a vobis haberi: quippe & ſuapte natura homines omnes, civium ſuorum beneficiis ornati, ſibi placent: & ego, ſæpius jam a vobis honoribus affectus, præſentibus pro dignitate nequeo lætari. Neque tamen vel vobis arbitror convenire, vt tam inexplebili mei ornandi ſtudio teneamini: vel e re mea eſſe, ſemper ut ipſe cum imperio ſim. Nam & ego a puero multos labores tuli, & vos par eſt etiam aliorum habere rationem. An excidit vobis memoria earum ærumnarum, quas in bello contra Cinnam exhauſi admodum adoleſcens? quibus negotiis defatigatus ſim in Sicilia & Africa, nondum vere inter ephebos numeratus? quæ pericula in Hiſpania obierim, antequam in ſenatum eſſem lectus? Propter quæ omnia ut vos velut ingratos accuſem, longe quidem a me abeſt. Nam, ut cætera præteream beneficia, quæ in me multa quidem ac magna collocaſtis: commiſſum mihi adverſus Sertorium imperium, quo tempore id nemo vel volebat, vel poterat ſuſtinere, tum triumphus ea de re præter inſtituta civitatis conceſſus, ſummum mihi ſplendorem attulerunt. At enim tot mihi curas, tot labores perferenti, & corporis vires attritæ, & animus defatigatus eſt. Neque eſt, quod cogitetis, me juvenem adhuc eſſe, aut numerum ineatis, tot ac tot annos me habere. Nam ſi quot obivi imperia, quot pericula ſubivi, connumeretis; majorem eorum ſummam

[o] διὰ τοῦτο τὸ εὐκλεὲς. διὰ τὸ εὐκλεὲς L. marg. vid. § 28. dum: ὅτι τόσα καὶ τόσα γέγονα. alia aliorum vide apud F. § 35.

[p] μηδ' ὅτι τὸ σῶμα καὶ τόσα γέγονα. forte legen-

cond. 296. bini ex ſingulis claſſibus, ut notum ex Livii III. 30. Sufficiebat vero, ſi tribuni rogationi vel unus e collegis intercederet. ἑτέρου δημάρχου τοῦτο ἐστὶ τὸ κράτος, teſte Dionyſio Halic. lib. X. c. 31. p. 658.

§ 27. (l. 72.) Λούκιος Τρεβέλλιος καὶ Λούκιος Ῥώσκιος] De horum conatibus infra p. 14. C. D.

§ 28. (l. 85.) διὰ τοῦτο τὸ εὐκλεὲς] Leunclavius: διὰ τὸ εὐκλεὲς, quæ non neceſſaria mihi videtur vocabuli τοῦτο expunctio.

§ 29. (l. 88.) χαίρω μὲν τιμώμενος ὑφ' ὑμῶν] Bene congruit quod apud Vellejum II. 29. Pompejus, *potentiæ quæ honoris cauſſa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidiſſimus.* Apud Dionem infra XLI. p. 178. D. παρ' ἑκόντων τιμᾶσθαι ἐσπούδαζε.

§ 30. (l. 98.) ἐν τῷ ϖρὸς Κίνναν ϖολέμῳ] Natus Pompejus A. U. C. 648. eodem anno quo Cicero, ut tradit Vellejus II. 53. Unde Tullius de claris Oratoribus c. 68. eum æqualem ſuum appellat. In bello contra Cinnam meruit ſub patre Pompejo Strabone, ac plus ſemel inſidiis Cinnæ petitus, vitæ periculum incurrit, ut narrat Plutarchus in Pompejo p. 620. Occiſus Cinna A. U. C. 670. cum viceſimum primum Pompejus exegiſſet annum ætatis.

§ 31. (l. 100.) ἔν τε τῇ Σικελίᾳ] Contra Perpernam & Cn. Carbonem. Vid. Plutarchum p. 623. & Sigonium Pighiumque ad A. U. C. 671.

§ 32. (l. 1.) ἐν τῇ Ἀφρικῇ] Contra Cn. Domitium. Plutarchus p. 624 ſq.

§ 33. (l. 2.) ὅσα τε ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ] Contra Sertorium, infra p. 13. B. 14. A. Plutarch. p. 627. Appian. I. Civil. p. 399. & Iberic. p. 312. Cicero pro lege Manil. c. 21. Zonaras X. 2. p. 474. &c.

§ 34. (l. 10.) παρὰ τὸ νενομισμένον] Nulli ante Pompejum contigerat, ut adhuc eques Romanus nec dum ſenator triumpharet. Liv. Epitome 89. Plutarch. p. 626. Cicero pro lege Manilia c. 21.

§ 35. (l. 15.) μηδ' ὅτι τὸ σῶμα καὶ τόσα γέγονα] Eſt qui legendum putat μηδ' ὅσις τὸ σῶμα καὶ πόσα γέγονα ἀριθμεῖσθε. Xylander vertit, ac ſi legiſſet μηδ' ὅτι τὸ σῶμα ἔυρωστος. Leunclavius:

A.U.C.687 M'. Acilio & C. Piſone COSS.

mam reperietis, quam ſit annorum meorum: idque majorem fidem vobis faciet, deinceps me neque laboribus, neque curis perferendis eſſe parem.

9. Iam ſi quis adverſum hæc perdurare queat, tamen perſpicitis, quantum invidiæ atque odii omnia hujusmodi conflent: quæ ut vos quidem nihili facitis, neque recte ad vos attinere putare-tis, ita mihi tamen eadem moleſtiſſima ſint futura: fateorque, nullum in rebus bellicis tantum eſſe periculum, quod magis me, quam dictæ res terrere, majorive moleſtia afficere poſſit. Quis enim ſanæ mentis homo gratam ſibi vitam judicet apud homines invidos? aut publicæ rei adminiſtrationem appetat, ubi vel re male geſta judicium, vel bene geſta invidia ſit ſubeunda? Quapropter mihi cum ob has, tum alias ob cauſas concedite, ut quiete fruar, ac res meas agam, familiæque tandem meæ curandæ rationes ineam, neve confectus peream. Contra prædones autem alium ducem conſtituite, ſiquidem plurimi ſunt, ſeu juniores ſeu ſeniores, qui & velint & poſſint rei navali præeſſe, ut ex tanta copia haud difficile vobis ſit unum aliquem deligere. Neque enim ego ſolus vos diligo, neque ſolus peritiam rerum bellicarum habeo: ſed & ille, & iſte, quorum nomina taceo, ne eorum bonam gratiam quæſiſſe videar.

10. In hæc verba locutum Gabinius ita excepit. Hoc ipſum pariter ſuis conſentaneum moribus, Quirites, facit Pompejus, neque expetens imperium, neque oblatum cum impetu ſuſcipiens. Nam & alias vir bonus imperium non appetit, aut gravium ſibi negotiorum curam exoptat: & in hac re expedit omnia mandata conſiderate ſuſcipere, ut juxta tuto ea liceat exequi. Præcipitantia enim in promittendo, in præproperam temeritatem in rebus agendis degenerans, fallit multos: contra accurata conſideratio ab initio adhibita, etiam in actionibus ſui ſimilis perdurat, omnibusque emolumento cedit. Vos autem æquum eſt, non id quod Pompejo gratum ſit, eligere, ſed quod civitati conducat. Nec enim eos qui magiſtratus affectant, ſed idoneos convenit rebus gerendis præficere: Illorum vero permultos, hujusmodi præter Pompejum reperietis neminem. Meminiſtis, quæ & quanta in bello contra Sertorium pertulerimus, imperatoris egentes: atque ut eo tempore neminem neque juniorum, neque ſeniorum, ei rei parem invenerimus, extra hunc Pompejum: quem, quum ætas ejus nondum id ferret, nec ipſe in ſenatum eſſet adſcriptus, pro utroque conſule emiſimus. Equidem velim, magnam nobis

" τε, πολύ γε πλείους αὐλοὺς τῶν ἐτῶν εὑρήσε-
" καὶ μᾶλλον οὕτω πιστεύσε, ὅτι οὔτε πρὸς τοὺς
" πόνους, οὔτε πρὸς τὰς Φροντίδας καρτερεῖν ἔτι δύ-
" ναμαι.

" Εἰ δ' οὖν τις καὶ πρὸς ταῦτα ἀνθέχοι, ἀλλ'
" ὁρᾶτε ὅτι καὶ ἐπίφθονα καὶ μισητὰ πάντα τὰ τοιαῦ-
" τά ἐστιν· ἅπερ ὑμεῖς μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεσθε,
" (οὐδὲ γὰρ καλῶς ἔχει προσποιεῖσθαί τι ὑμᾶς
" αὐλῶν) ἐμοὶ μέντοι βαρύτατα ἂν γένοιτο. καὶ
" ὁμολογῶ γε μὴ ὑφ' ἑνὸς οὕτω τῶν ἐν τοῖς πο-
" λέμοις δεινῶν μήτε ἐκπαράπλεσθαι, μήτε λυπεῖ-
" σθαι, ὡς PP ὑπὸ τῶν τοιούτων. τίς μὲν γὰρ
" ἂν εὖ Φρονῶν ἡδέως παρ' ἀνθρώποις Φθονοῦσιν
" αὐτῷ ζώῃ; τίς δ' ἂν δημόσιόν τι διοικήσας προθυ-
" μηθείη, μέλλων, ἂν μὲν ἀποτύχῃ, δίκην ὑφέ-
" ξειν· ἂν δὲ κατορθώσῃ, ζηλοτυπηθήσεσθαι; ἀλλ'
" ἐμοὶ μὲν καὶ διὰ ταῦτα καὶ διὰ πάντα συγχω-
" ρήσατε, τήν τε ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ
" πράττειν· ἵν' ἤδη ποτὲ καὶ τῶν οἰκείων ἐπιμελη-
" θῶ, καὶ μὴ καταγηρᾳφθεὶς ἀπόλωμαι. ἐπὶ δὲ
" δὴ τοὺς καταπονήσας ἄλλον χειροτονήσατε. συ-
" χνοὶ δέ εἰσι καὶ βουλόμενοι ναυαρχῆσαι καὶ δυ-
" νάμενοι, καὶ νεώτεροι καὶ πρεσβύτεροι· ὥστε τὴν
" αἵρεσιν ὑμῖν ῥᾳδίαν ἐκ πολλῶν γενέσθαι. οὐ
" γάρ πω ἐγὼ μόνος ὑμᾶς φιλῶ, ἢ καὶ μόνος
" ἐμπείρως τῶν πολεμικῶν ἔχω· ἀλλὰ καὶ ὁ δεῖ-
" να, καὶ ὁ δεῖνα· ἵνα μὴ καὶ χαρίζεσθαί τισι
" δόξω, ὀνομασὶ καταλέξας. "

Ταῦτα αὐλοῦ δημηγορήσαντος, ὁ Γαυίνιος ὑπο-
λαβὼν εἶπε. " Πομπήϊος μέν, ὦ Κυϊρῖται, καὶ
" τ αὐτὸ τοῦτο ἄξιον τῶν ἑαυτοῦ ἠθῶν ποιεῖ, μή-
" τε ἐφιέμενος τῆς ἀρχῆς, μήτε διδομένην οἱ αὐ-
" τὴν ἐξ ἐπιδρομῆς δεχόμενος. οὔτε γὰρ ἄλλως
" ἀγαθοῦ ἀνδρός ἐσιν, ἄρχειν ἐπιθυμεῖν, καὶ
" πράγματ' ἔχειν ἐθέλειν· κἀν τούτῳ προσήκει
" πάντα τὰ προσπίπτοντα μετ' ἐπισκέψεως ὑφί-
" σασθαι, ἵν' αὐτὰ καὶ ἀσφαλῶς ὁμοίως πράξῃ.
" τὸ μὲν γὰρ προπετὲς ἐν ταῖς ὑποχέσεσιν,
" s ὀξύτερον καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τοῦ καιροῦ γι-
" νόμενον, πολλοὺς σφάλλει· τὸ δ' ἀκριβὲς ἀπ'
" ἀρχῆς, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ὅμοιον διατελεῖ ὄν, καὶ
" πάντας ὑπίησιν. ὑμᾶς δὲ δὴ χρὴ μὴ τὸ τούτῳ
" κεχαρισμένον, ἀλλὰ τὸ τῇ πόλει συμφέρον ἑλέ-
" σθαι. οὐ γάρ που τοὺς συνδυαρχοῦντας, ἀλλὰ
" τοὺς ἐπιτηδείους προστάττειν τοῖς πράγμασι
" προσήκει. ἐκείνους μὲν γὰρ πάνυ πολλούς,
" τοιοῦτον δὲ δή τινα ἄλλον οὐδένα εὑρήσετε.
" μέμνησθε δὲ, ὅσα καὶ ὅια ἐπάθομεν ἐν τῷ πρὸς
" τὸν Σερτώριον πολέμῳ, στρατηγοῦ δεόμενοι· καὶ
" ὅτι οὐδένα ἕτερον οὔτε τῶν νεωτέρων, οὔτε τῶν
" πρεσβυτέρων ἁρμόζοντα αὐτῷ εὕρομεν. ἀλλὰ
" καὶ τοῦτον καὶ τότε μηδέπω μήθ' ἡλικίαν ἔχον-
" τα, μήτε βουλεύοντα, καὶ [36] ἀντὶ ἀμφοτέρων
" τῶν ὑπάτων ἐξεπέμψαμεν. βουλοίμην μὲν γὰρ ἂν

pp ὑπὸ τῶν τοιούτων. reſtitui τῶν ex RS. & Med. quod per incuriam tantum, credo, omiſerat HS. eumque ſecutus L.

q πως. που V. a. Med.

r καὶ αὐτὸ τοῦτο. Ita reſtitui ex V. a. & Med. pro καὶ αὐτὸς τὸ ἄξιον. comparatur enim hæc actio cum aliis viri honeſti, non Pompejus cum aliis viris.

s ὀξύτερον καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν τοῦ καιροῦ γινόμενον, πολλοὺς σφάλλει. Verborum ordo in Græco eſt perturbatus, ſuntque ita collocanda: τὸ μὲν γὰρ προπετὲς ἐν ταῖς ὑποχέσεσιν, ὀξύτερον τοῦ καιροῦ γενόμενον, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι πολλοὺς σφάλλει. Xyl. Sed nihil his opus, ſanus eſt verborum ordo.

Leunclavius: μηδ' ἔτη τὸ σῶμα καὶ πόσα γέγονα. Erat tunc Pompejus, cum hæc diceret, annos natus vix quadraginta.

§ 36. (l. 70.) ἀντὶ ἀμφοτέρων τῶν ὑπάτων] Quia conſul uterque A. U. C. 677. Brutus & Lepidus recuſabant. Igitur cum eſſet non nemo in ſenatu qui diceret, non oportere mitti hominem privatum (adhuc equeſtrem. Liv. Epit. 91.) pro conſule, L. Philippus dixit, non ſe illum ſua ſententia *pro Conſule* ſed *pro Conſulibus* mittere. Cic. pro leg. Manil. c. 21. & Philippica XI. c. 8. Plutarchus Pompejo p. 627.

" ἂν πολλοὺς ss ἡμῖν ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι, καὶ, bis præſtantium virorum eſſe copiam, idque, ſi A.U.C.687
C " εἴσε καὶ ἔυξασθαι δεῖ, εὐξαίμην ἄν. ἐπεὶ δ' optare fas ſit, optaverim: at quando res hæc M'. Acilio
" 37 οὐδ' t εὐχῆς τὸ πρᾶγμα τοῦτό ἐστιν, οὔτ' non votis conficitur, neque forte fortuna obtin- & C. Piſone
" αὐτόματόν πω παραγίνεται, ἀλλὰ δεῖ καὶ φύσεώς git, ſed neceſſe eſt, natura aliquem ad eam fa- COSS.
" τινα " πρὸς αὐτὸ ἐπιτηδείως, καὶ μαθεῖν τὰ ctum eſſe, & didiciſſe profutura, & exercitatione
" πρόσφορα, καὶ ἀσκῆσαι τὰ προσήκοντα, καὶ convenienti uſum eſſe, atque ante omnia proſpera
" παρὰ πάντα ἀγαθῇ τύχῃ χρῆσθαι, (ἅπερ που fortuna gaudere, quæ quidem vni viro omnia
" σπανιώτατα ἂν τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ συμβαίη) χρὴ rariſſime contingunt: profecto, ſi quis talis vir
" πάντας ὑμᾶς ὁμοθυμαδὸν, ὅταν τις τοιοῦτος εὑ- repertus fuerit, eum oportet vos omnes unani-
" ρεθῇ, καὶ σπουδάζειν αὐτὸν, καὶ καταχρῆσθαι αὐ- mi ſtudio proſequi, eoque vobis vel invito uten-
" τῷ, κἂν μὴ βούλησθε. καλλίστη γὰρ ἡ τοιαύτη dum eſt: quæ vis & ei, qui infert, & ei qui pa-
" βία καὶ τῷ ποιήσαντι καὶ τῷ παθόντι γίνεται· τῷ μὲν, titur, eſt honeſtiſſima: dum alter per eam ſerva-
D " ὅτι σωθείη ἂν ὑπ' αὐτῆς· τῷ δὲ, ὅτι σώσειεν ἂν τοὺς tur, alter hoc modo ſuos cives ſervat, pro qui-
" πολίτας, ὑπὲρ ὧν καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὅλε bus vir bonus ac civitatis amans corpus vitamque
" χρησὸς καὶ Φιλόπολις ἑτοιμότατα ἂν ἐπιδοίη. ſuam promptiſſime impenderit.

" x Ἦ οἴεσθε ὅτι Πομπήϊος ὗτος ἐν μὲν μειρακίῳ 11. An exiſtimatis Pompejum, in adoleſcen-
" καὶ στρατεύεσθαι, καὶ στρατηγεῖν, καὶ τὰ ἡμέτερα αὔ- tia, ad militiam, ad ducendos exercitus, ad augen-
" ξειν, καὶ τὰ τῶν συμμάχων σώζειν, τά τε τῶν ἀνθι- das res noſtras, ſociorum tutandas, adverſario-
" σαμένων προσκτᾶσθαι ἐδύνατο· y νῦν δὲ ἀκμάζων, orum acquirendas, valuiſſe: nunc adultum, & in
" καὶ ἐν τούτῃ τῇ ἡλικίᾳ ὢν, ἐν ᾗ πᾶς τις ἄριστος αὐτὸς ea ætate conſtitutum, in qua unusquisque ſe ipſo
" αὐτοῦ γίνεται, καὶ ἐμπειρίαν ἐκ τῶν πολέμων πλεί- præſtantior evadit, præterea quam maxima re-
" σην ὅσην προσειληφὼς, οὐκ ἂν ὑμῖν χρησιμώτατος rum bellicarum peritia auctum, non futurum vo-
E " γένοιτο; ἀλλ' ὃν ἔφηβον ὄντα ἄρχειν εἵλεσθε, τοῦτον bis longe utiliſſimum? An, cui adoleſcenti im-
" ἄνδρα z γεγονότα ἀποδοκιμάσετε; καὶ ᾧ ἱππεῖ ἔτ' perium obtuliſtis, eum virili ætate rejicietis? &
" ὄντι τοὺς πολέμους ἐκείνους a ἐνεχειρίσατε, τούτῳ cui adhuc equiti tanta bella commiſiſtis, ei ſenato-
" βουλῆς γεγονότι τὴν στρατείαν ταύτην οὐ πιστεύσετε; ri hoc imperium credere dubitabitis? An, quem
" καὶ οὗ καὶ πρὶν ἀκριβῶς πειραθῆναι, μόνου πρὸς τὰ nullo ſatis exploratum ſpecimine, unicum adver-
" τότε καταπεπέξαντα ὑμᾶς ἐδεήθητε, τούτῳ νῦν, ἱκανώ- ſus urgentia mala deſideraviſtis, ei ſatis ſuper-
" ταται αὐτοῦ πεπειραμένοι, τὰ παρόντα οὐδὲν ἧττον que probato res præſentes, haud minus neceſſi-
" ἐκείνων ἀναγκαῖα ὄντα οὐκ ἐπιτρέψετε; καὶ ὃν οὐδὲ 1 tatis habentes, non permittetis? Et quem non-
14 " ἄρχειν ἔτι πω καὶ τότε δυνάμενον ἐπὶ τὸν Σερτώριον dum etiam imperio gerendo habilem adverſus
" ἐχειροτονήσατε, τοῦτον 38 ὑπατευκότα ἤδη, ἐπὶ Sertorium delegiſtis, hunc conſularem jam con-
" τοὺς καταπολισὰς οὐκ ἐκπέμψετε; ἀλλὰ μήθ' ὑμεῖς tra prædones non ablegabitis? Sed enim
" ἄλλως πως ποιήσατε· καὶ σὺ, ὦ Πομπήϊε, πείθητι 5 neque vobis aliter agendum eſt: tuque, o
" καὶ ἐμοὶ καὶ τῇ πατρίδι. ταύτῃ γὰρ γεγέννησαι, Pompei, mihi patriæque concede, cui &
" καὶ ταύτῃ τέτραψαι· καὶ δεῖ σε τοῖς τε συμφέρουσιν natus es & educatus, cujus te commodis in-
" αὐτῇ δουλεύειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν μήτε πόνον τινὰ, ſervire, & pro iisdem nullos labores, nulla
" μήτε b κίνδυνον ἐξισασθαι, ἀλλὰ, κἂν ἀποθανεῖν pericula ſubterfugere, ſed, etiam ſi morien-
" ἀνάγκη σοι γένηται, μὴ τὴν εἱμαρμένην ἀναμεῖναι, 10dum tibi ſit, quovis mortis genere fatum an-
B " ἀλλὰ τῷ προσύχοντι θανάτῳ χρῆσθαι. tevertere oportet.

" Γελοῖος δὲ δήπουθέν εἰμι ταῦτα ἐγώ σοι σα- 12. Ridiculus nimirum ſum, qui hæc te ad-
" ραινῶν, ὅσις ἐν τοσούτοις καὶ τηλικούτοις πο- hortor, cum fortitudinem tuam animumque in
" λέμοις καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν πρὸς τὴν πα- patriam in tot tantisque bellis demonſtraveris.
" τρίδα εὔνοιαν ἐπιδέδειξαι. πείθησι οὖν καὶ ἐμοὶ 15Ergo meis horúmque vocibus flectere, neque
" καὶ τούτοις· μηδὲ, ὅτι τινὲς φθονοῦσι, c φοβη- certorum hominum invidiam reformida: quin tu
" θῇς, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον σπούδα- vel propterea connitere magis, ut præ majoris
" σον, d ὥστε πρός τε τὴν παρὰ τῶν πλειόνων partis amicitia, publicoque bono noſtro, æmulo-
" φιλίαν, καὶ πρὸς τὰ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν συμφέρον- rum in te invidiam contemnas: quibus ſi ægre
" τα, καὶ τῶν βασκαινόντων σε καταφρόνει. καὶ, εἴγε καὶ 20facere cupis, hanc ipſam ob cauſam imperium
" λυπῆσαί τι αὐτοὺς ἐθέλεις, καὶ διὰ τοῦτο ἄρξον, ἵνα ſuſcipe, ut cum contra eorum ſententiam & im-
C " καὶ ἐκείνους ἀνιάσῃς, παρὰ γνώμην αὐτῶν καὶ ἡγε- peraveris, & gloriam reportaveris, moleſtia illi
" μονεύσας καὶ εὐδοκιμήσας· καὶ αὐτὸς ἄξιον σεαυτοῦ afficiantur, ipſe vero dignum te finem prioribus
" τέλος τοῖς προκαταρξασμένοις ἐπαγάγῃς, πολλῶν rebus geſtis, ubi nos multis magnisque malis li-
" καὶ μεγάλων κακῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξας. " 25beraveris, imponas.

Τοιαῦτα 13. His

ss ἡμῖν, HS. & L. ὑμῖν, RS. t ἐυχῆς. Ita X. pro vulgato ἐυχαῖς. quod recipere non dubitavi. u πρὸς αὐτὸ —— πρόσφορα καὶ] hunc integrum verſum in vulgatis editionibus omiſſum ex Med. & V. a. Codd. inſeruimus. x ἢ οἴεσθε. ita V. a. & Med. vulgo, καὶ οἴεσθε. y νῦν καὶ, vulgo. νῦν δὲ καὶ, T. νῦν δὲ, Med. & ita RS. in nott. z γεγονότα. ὄντα V. b. a ἐνεχαρίσαλε. ἀνεχαρίσαλε T. ἐναχαρήσαλε, corrupte, RS. quod ab ipſo inter errata refertur. ceterum neſcio an ſana ſint ſequentia: τούτῳ βουλῆς γεγονότι. quæ ad formam præcedentium, ᾧ ἱππεῖ ὄντι, ſic efferenda eſſent, τούτῳ βουλευτῇ γεγονότι. b κίνδυνον. κινδύνου τινα, V. b. quod ſuperfluum. c φοβηθῇς. ſic Med. vulgo φοβηθεὶς. φοβήθηλι, T. d ὥστε. delendum cenſet T. poſſet etiam deinde καταφρονεῖν ſcribi.

§ 37. (l. 74.) οὐδ' ἐυχῆς] Ita recte emendatum pro ἐυχαῖς.
§ 38. (l. 3.) ὑπατευκότα ἤδη] Conſul cum Craſſo Pompejus fuerat A. U. C. 684. Plutarch. in Pompejo p. 629. ſq. & Craſſo p. 550. Appianus I. civil. p. 426. Donatus in Virgilii vita, quem in conſulatu Pompeji natum teſtatur.

A.U.C.687 M'. Acilio & C.Piſone COSS.

13. His a Gabinio dictis, contradicere conatus eſt Trebellius; ſed cum dicendi copiam nactus haud eſſet, obſtitit, ne hac de re tribus in ſuffragia mitterentur. Id indigne ferens Gabinius, rogationem de Pompejo diſtulit, aliam vero de ipſo Trebellio viciſſim introduxit. A ſeptem & decem tribubus, quæ priores ſententiam dixerant, judicatus eſt inique agere, tribunatuque movendus eſſe: cumque idem ſuffragium jam & decimaoctava datura eſſet, vix tandem Trebellius intercedendi finem fecit. Hoc viſo Roſcius, quum loqui non auderet, manu erecta, duos eſſe deligendos oſtendit, ut vel hoc modo potentiam Pompeji accideret. Hæc eo geſticulatione manus ſignificante, ita ingens atque minax a turba ſublatus eſt clamor, ut corvus quidam, qui tunc forte ſupra volabat, conſternatus, perinde ac ſi fulmine eſſet ictus, deciderit: quo facto Roſcius non linguam modo, ſed & manus tenuit. Catulus interea ſilentium ſervaverat: rogatus autem tunc a Gabinio eſt, ut ſententiam diceret. (Erat enim Catulus princeps ſenatus: videbanturque ejus autoritatem ſecuti etiam reliqui adſtipulaturi: ſpes autem erat, eum tribunorum periculo permotum, huic ſententiæ acceſſurum.) Hinc dicendi copiam impetravit, quod omnes eum reverenter haberent, & velut virum, qui ſemper optima quæque ipſis conſuluiſſet egiſſetque, ſuſpicerent. Is in hæc verba concionem habuit.

Τοιαῦτα δὴ τοῦ Γαουϊνίου εἰπόντος, [39] ὁ Τρεβέλλιος ἐπειράθη μὲν [e] ἀντειπεῖν· ὡς δ' οὐδενὸς λόγου ἔτυχεν, ἠναντιοῦτο τῷ μὴ τὴν ψῆφον δοθῆναι. ὁ οὖν Γαουίνιος ἀγανακτήσας, τὴν μὲν περὶ τοῦ Πομπηΐου [f] διαψήφισιν ἐπέσχεν, ἑτέραν δὲ περὶ αὐτοῦ ἐκείνου ἀντεισῆγε· καὶ ἔδοξεν ἑπταικαίδεκα φυλαῖς ταῖς πρώταις χρηματίσασαις ἀδικεῖν τε αὐτὸν, καὶ μηκέτι χρῆναι δημαρχεῖν. μελλούσης [40] οὖν καὶ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης τὰ αὐτὰ ψηφιεῖσθαι, μόλις ποτὲ ὁ Τρεβέλλιος ἐσιώπησεν. ἰδὼν δὲ τοῦτο [41] ὁ Ῥώσκιος, φθέγξασθαι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησε, [g] τὴν δὲ δὴ [42] χεῖρα ἀναπείνων, δύο ἄνδρας ἐκέλευε σφᾶς ἑλέσθαι, ὅπως ἔν γε τούτῳ [gg] τῆς δυνασείας τι τῆς Πομπηΐου παραλέμοιτο. ταῦτ' οὖν αὐτοῦ [h] χειρονομοῦντος, ὁ ὅμιλος μέγα καὶ ἀπειληκὸν ἀνέκραγεν· [43] ὥστε κόρακά τινα ὑπερπελόμενον σφῶν ἐκπλαγῆναι, καὶ πεσεῖν ὥσπερ ἐμβρόντητον. γενομένου δὲ τούτου, ἐκεῖνος μὲν τὴν ἡσυχίαν οὐ τῇ γλώττῃ ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ χειρὶ ἦγεν. ὁ [44] δὲ δὴ [i] Καῖτλος ἄλλως μὲν ἐσιώπα· τοῦ δὲ Γαουϊνίου προτρεψαμένου τι αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι τά τε πρῶτα τῆς βουλῆς ἦν, καὶ ἐδόκει δι' ἐκείνου καὶ τοὺς ἄλλους ὁμογνωμονήσειν σφίσι· (καὶ γὰρ [ii] ἤλπιζεν αὐτὸν, ἐξ ὧν τοὺς δημάρχους πάσχοντας εἶδε, συνεπαινέσειν) λόγου τε ἔτυχεν, ἐπειδὴ [45] καὶ ἠδοῦντο πάντες αὐτὸν, καὶ ἐτίμων ὡς τὰ συμφέροντα σφίσι καὶ λέγοντα αἰεὶ καὶ πράττοντα· καὶ ἐδημηγόρησε τοιάδε.

14. Summe ſtudioſum me, Quirites, multitudinis veſtræ fuiſſe, inter vos omnes clariſſime conſtat. Quod quum ita ſit, neceſſe eſt, ut ipſe quidem ſimpliciter, quæ prodeſſe reipublicæ cognoſco, libere eloquar: vos autem decet hæc placide audire, ac deinde conſilium capere. Nam cum poſſetis forte aliquid in rem veſtram diſcere, tumultuando efficietis, ut capiatis nihil: ſi vero attente audieritis dicenda, haud dubie aliquid invenietur, quod certo vobis conducat. Proinde primum hoc & præcipuum dico, non debere uni alicui viro tot ac tanta imperia continentia committi; quod & leges hoc prohibent, &

" Ὅτι μὲν ἐς ὑπερβολήν, ὦ Κυϊρῖται, πρὸς τὸ πλῆθος ὑμῶν ἐσπούδακα, [k] πάντες που σαφῶς " ἐπίσασθε. τούτου δὲ δὴ οὕτως ἔχοντος, ἐμοὶ μὲν " ἀναγκαῖόν ἐστι πάντα ἁπλῶς, ἃ γινώσκω συμφέ- " ρειν τῇ πόλει, μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, καὶ " ὑμῖν προσῆκον ἀκοῦσαί τε μεθ' ἡσυχίας αὐτῶν, " καὶ μετὰ τοῦτο βουλεύσασθαι. θορυβήσαντες " μὲν γάρ, ἴσως τι καὶ χρήσιμον δυνηθέντες ἂν " μαθεῖν οὐχὶ λήψεσθε· προσέχοντες δὲ τοῖς λε- " γομένοις, πάντως τι τῶν συμφερόντων ὑμῖν ἀκρι- " βῶς εὑρήσετε. ἐγὼ τοίνυν πρῶτον μὲν καὶ μάλι- " στά φημι δεῖν μηδενὶ ἀνδρὶ τοσαύτας καὶ τὸ " ἐξῆς ἀρχὰς ἐπιτρέπειν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς " νόμοις

[e] ἀντεπᾶν. ἀπαπεῖν, V. b. vitioſe. [f] διαψήφισιν ἐπέχεν. διαψήφισιν ἔσχε. V. b. iterum male. [g] τὴν δὲ δὴ χεῖρα. ſic & Xiph. τὰς δὲ χεῖρας. T. ſcilicet quia duos eligendos ſignificabat. Sed vid. not. § 42. [gg] τῆς δυνασείας τι. hanc lectionem reſtitui ex Xiph. minus bene enim τι vulgo omittitur. pro ſequenti τῆς Πομπηΐου, in Med. eſt τῆς τοῦ Πομπηΐου. [h] Χειρονομοῦντος, aptiſſimum verbum, ad geſticulationem manus ſignificandam, quod præter Pauſ. p. 475. etiam Xiph. habet, ſed imperite in Χειρολογοῦντος convertit Codex V. b. [i] Κατοῦλος. Sic Dio ſemper. Κάτλου, Xiph. [ii] ἤλπιζεν. ἤλπιζον, V. b. [k] πάντες. hanc lectionem aptiorem debemus Codici V. a. vulgo πάντως.

§ 39. (l. 26.) ὁ Τρεβέλλιος] L. Trebellius tribunus plebis cujus mentio fuit p. 11. C. de hoc non prætermittenda hæc Aſconii Pediani ad Cic. Orat. I. pro C. Cornelio p. 964. *L. Trebellio perſeverante intercedere, nam ſenatui promiſerat moriturum ſe ante quam illa lex perferretur, intro vocare tribus Gabinius cœpit, ut Trebellio magiſtratum abrogaret, ſicut quondam Ti. Gracchus, tribunus, M. Octavio Collegæ ſuo magiſtratum abrogavit. Et aliquamdiu Trebellius ea re non perterritus aderat, perſtabatque in interceſſione, quod omnia magis quam perſeveraturum eſſe Gabinium arbitrabatur. Sed poſtquam X. & VII. tribus rogationem acceperunt, & una mens eſſet populi, qui ſupererat, ut juſſum conficeret, remiſit interceſſionem Trebellius: atque ita Gabinius legem de piratis perſequendis pertulit.*

§ 40. (l. 34.) μελλούσης καὶ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης] Cum tribus in univerſum eſſent XXXV. jam per duodevigeſimæ tribus ſuffragium Gabinius vicerat.

§ 41. (l. 36.) ὁ Ῥώσκιος] L. Roſcius Otho tribunus Plebis ſupra p. 11. C. memoratus, nec diverſus a Roſcio cujus lex afferetur p. 20. B. vide Plutarchum in Pompejo p. 632.

§ 42. (l. 38.) τὴν χεῖρα ἀναπείνων] Duo ſignificabantur manu læva duobus digitis prioribus erectis, deflexoque digito minimo & qui ei proximus. vide Nicolaum Smyrnæum περὶ δακτυλικοῦ μέτρου & Bedam de loquela per digitos, quæ ambo ſcripta habes ad calcem ſpicilegii Evangelici Petri Poſſini.

§ 43. (l. 42.) ὥστε κόρακά τινα] Plutarchus Pompejo p. 632. Ῥωσκίου προσελθόντος οὐδεὶς ἤκουσεν. ὁ δὲ τοῖς δακτύλοις διεσήμαινε, μὴ μόνον ἀλλὰ δεύτερον αἱρεῖσθαι Πομπήϊον. Ἐπὶ τούτῳ λέγεται δυσχεράναντα τὸν δῆμον τηλικοῦτον ἀνακραγεῖν, ὥστε ὑπερπελόμενον κόρακα τῆς ἀγορᾶς τυφλωθῆναι, καὶ καταπεσεῖν εἰς τὸν ὄχλον. ὅθεν οὐ δοκεῖ ῥῆξαι τοῦ ἀέρος καὶ διασπασμῷ κλόνου πολλὴν λαμβάνοντος, ἐνολισθαίνειν τὰ πτηνὰ τῶν ὀρνέων, ἀλλὰ τυπλόμενα

" νόμοις ἀπηγόρευσα, καὶ τῇ πείρᾳ σφαλερώ- & experientia deprehenſum eſt, rem eam eſſe A.U.C.687
" ταλον ὂν πεφώρασα. οὔτε γὰρ τὸν Μάρι- periculoſiſſimam. Neque enim Mario alia pro- M'. Acilio
" ον ἄλλο τι, ὡς εἰπεῖν, τοιοῦτον ἐποίησεν, pe dixerim cauſa fuit, cur talem ſeſe gereret, & C. Piſone
" ἢ ὅτι τοσούτους τε ἐν [l] ὀλιγίστῳ χρόνῳ πο- quam quod intra breve admodum temporis ſpa- COSS.
" λέμους ἐνεχειρίσθη, καὶ ὕπατος ἑξάκις [46] ἐν cium tot bellorum adminiſtratio ei credita, con-
" βραχυτάτῳ ἐγένετο· οὔτε τὸν Σύλλαν, ἢ ὅτι ſulatus ſexies intra pauciſſimos annos mandatus
" [47] τοσούτοις ἐφεξῆς ἔτεσι τὴν ἀρχὴν τῶν eſt: neque Syllæ, quam quod per tam multos
" στρατοπέδων ἔσχε, καὶ μετὰ τοῦτο διετάτωρ, eosque continentes annos exercitibus præfuit, &
" εἶθ' ὕπατος ἀπεδείχθη. οὐ γάρ ἐσιν ἐν τῇ poſtea dictator, hinc conſul creatus fuit. Ea
" τῶν ἀνθρώπων φύσει ψυχὴν, μὴ ὅτι νέαν, quippe eſt natura animorum humanorum, ut non
" ἀλλὰ καὶ προσβυτέραν, ἐν ἐξουσίαις ἐπὶ πο- juvenes modo, verum etiam ætate provectiores,
" λὺν χρόνον ἐνδιατρίψασαν, τοῖς πατρίοις poſtquam multum temporis cum imperio tranſe-
C " [m] ἤθεσιν ἐθέλειν ἐμμένειν. gerint, patriis moribus haudquaquam ſibi viven-
dum ducant.

" Καὶ τοῦτο μὲν οὐχ ὡς καὶ καταγνωκώς τι 15. Quod ego non Pompeji culpandi cauſa
" τοῦ Πομπηίου λέγω, ἀλλ' ὅτι μήτ' ἄλλως συνε- commemoro, ſed quoniam neque alias vobis
" νεγκόν πω ὑμῖν φαίνεται, μήτε ἐκ τῶν νόμων hanc rem ullo modo conducibilem exiſtimo, ne-
" ἐπιτέτραπται. καὶ γὰρ εἴτε τιμὴν τοῖς ἀξιουμέ- que leges eam permittunt. Etenim ſi honorem
" νοις αὐτοῦ φέρει, πᾶσιν αὐτῆς, οἷς γε ἐπιβάλ- affert imperium ei quem iſto dignamur, par eſt
" λει, προσήκει τυγχάνειν· (τοῦτο [48] γάρ ἐσιν omnes, ad quos honor is pertinet, eo potiri:
" ἡ δημοκρατία) εἴτε κάματον, καὶ τούτου πρὸς (hoc enim popularis reipublicæ ſtatus requirit)
" τὸ μέρος πάντας μεταλαμβάνειν δεῖ. (τοῦτο in laborem affert, hujus quoque omnes partici-
13. Conatus erat Mithridates ſe ipſum vita exuere, ac uxoribus, reliquisque liberis ante ſe veneno necatis, reliquum ipſe exhauſerat: ſed neque veneno, neque gladio ſibimet inflicto potuit perire. Nam ne venenum, quantumvis id mortiferum, ſibi letale eſſet; ipſe quotidiano adverſus venena remediorum uſu & cautione effecerat. Ictus autem gladii, cum propter manus imbecillitatem, ætate ac calamitatibus contractam; tum propter veneni qualiscunque tandem uſum,

x ἠπείχθη. hoc verbum pro vulgato ἦλθε ponendum duxi, non tam ex conjectura T. quam ex certa auctoritate optimi Cod. V. a. xx παῖδας τοὺς λοιποὺς. habes expreſſum Med. τοὺς vulgo deſideratur.

§ 44. (l. 97.) παῖδάς τινας αὐτοῦ] Filios Mithridatis Artaphernem, Cyrum, Darium, Xerxem, Oxathrem, filiasque Orſabarim & Eupatram hoſtibus ſeſe dedidiſſe, & ad Pompejum deductas eſſe, ac poſtea ab eo ductas in triumpho narrat Appianus p. 246. & 253.

§ 45. (l. 100.) ἐφώρα καὶ ἐκόλαζε] Interfectos ab Mithridate filios, Macharem, conſtat ex eodem Appiano, & Xipharem p. 244.

§ 46. (l. 28.) καὶ ἀποφθαρῆναι ἀπέκτεινεν interfecit Mithridatem filius Pharnaces, hoc ſte, cauſa conſciſcendæ mortis ei fuit. Nam Dio ipſe jam dixerat, Mithridatem ſibi ipſi necem intuliſſe, atque ita etiam Plutarchus Pompejo p. 641. quia nempe hoc facere inſtituerat. Itaque Florus de eo III. 5. *male tentatum veneno ſpiritum ferro expulit.*

§ 47. (l. 30.) τοὺς παῖδας λοιποὺς] Filiæ duæ, Mithridatis & Nyſſa, Aegypti & Cypri deſponſæ regibus, venenum ante patrem hauſerunt, eoque accepto ſtatim extinctæ ſunt, ut traditum Appiano p. 248. De antidoto Mithridatis Celſus V. 23. Plinius XXIII. 8. & XXV. 2. ibique Harduin. Serenus Sammonicus, Pſeudomacer &c. Juſtinus XXXVII. 2. *Venenum metuens, antidota ſæpius bibit, & ita ſe adverſus inſidias exquiſitis tutioribus remediis ſtagnavit, ut ne volens quidem ſenex veneno mori potuerit.*

§ 48. (l. 34.) οὐ συνεῖλεν αὐτὸν] Galenus de Theriaca ad Piſonem T. II. edit. Baſil. p. 468. φασὶ καὶ τὸν Μιθριδάτην ἐκεῖνον, τὸν μέγαν πολεμιστὴν, τὴν μὲν θηριακὴν μὴ λαμβάνοντα, οὐδέπω γάρ ἦν, ἄλλην δ' ἀντίδοτον λαμβάνοντα πολυμίγματόν τινα, καὶ αὐτὴν τῷ ἐκείνου ὀνόματι οὕτω καλουμένην, Μιθριδάτειος γὰρ ὀνομάζεται, διὰ τὴν ἐξ αὐτῆς καλεσκευασμένην τῷ σώματι δυσπάθειαν, μὴ δυνηθῆναι, λαβόντα τὸ φάρμακον, ἀποθανεῖν. ὁπότε γὰρ πολεμῶν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὑπὸ τοῦ Πομπηίου νικώμενος καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὢν, ὑπὸ τοῦ φαρμάκου τοῦ ἰοῦ, ἄνοσος ἀποθανεῖν ἠπόρησε, πιὼν τὸ φάρμακον, καὶ πολύγε αὐτοῦ λαβὼν, αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπέθνησκε, τὰς δὲ θυγατέρας πάνυ βουληθείσας αὐτῷ διὰ τὴν φιλοστοργίαν συναποθανεῖν, πιούσας τὸ αὐτὸ φάρμακον ταχέως ἀπολλυμένας. ἔθ' ὡς ἐδράδυνε μὴ ἀποθνήσκων, τοῦ φαρμάκου δι' ἣν προείπινεν ἀντίδοτον μηδὲν ἰσχύσαντος δυναμένου, καλέσας Βιτόκον τοὔνομα (Appianus p. 248. Βίτοιλον τινὰ ἡγεμόνα Κελτῶν) τῶν φίλων αὐτοῦ τινὰ, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποσφάξαι, καὶ οὕτω ποιήσας τῷ σιδήρῳ τοῦ φαρμάκου γενέσθαι τὸ ἔργον, ἀποθανεῖν αὐτὸν βιαίως ἠνάγκασεν. *Bitoviam* in nummis appellari teſtatur Vir Clariſſimus, Jo. Foy Vaillant in Achæmenidarum imperio p. 173. [forte, pro οὐ συνεῖλεν, οὐκ ἀνεῖλεν ſcrib.]

A.U.C.691 M Cicerone & C.Antonio COSS.

uſum, languidior fuit. Igitur quum neque ſeipſum confeciſſet, & ultra tempus ſupereſſe videretur, ii quos in filium emiſerat, irruentes gladiis ac lanceis, mortem ei accelerarunt. Ita Mithridates quam maxime varia ſemper & ſumma utrinque fortuna uſus, ne morte quidem ſimplici abſumptus eſt. Nam & invitus mortem appetiit: & quum ſibi ipſe mortem conſciſcere cuperet, haud valuit: ſed partim veneno, partim ferro, cum ſua manu, tum ab hoſtibus cæſus, periit.

διὰ τὴν Φαρμάκου ὁποιουδηποτοῦν λῆψιν, ἀπημβλύνθη. ὡς οὖν οὔτε δι' ἑαυτοῦ ἀνηλίσκετο, καὶ πέρα τοῦ καιροῦ χρονίζειν ἐδόκει, προσέπεσόν τε αὐτῷ ἐκεῖνοι, οὓς ἐπὶ τὸν υἱὸν ἐπεπόμφει, καὶ συνεπάχυναν τοῖς ξίφεσι καὶ ταῖς λόγχαις τὸν ὄλεθρον. Μιθριδάτης μὲν δὴ, ποικιλωτάτῃ ἀεὶ καὶ μεγίστῃ τῇ τύχῃ χρησάμενος, οὐδὲ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου ἁπλῆν ἔσχεν. ἐπεθύμησέ τε γὰρ ἀποθανεῖν, μὴ βουλόμενος, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποκτεῖναι σπουδάσας, οὐκ ἠδυνήθη· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, φαρμάκῳ, τοῦτο δὲ, καὶ ξίφει, αὐθένλης τε ἅμα ἐγένετο, καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπεσφάγη.

14. Pharnaces conditum muria corpus Mithridatis ad Pompejum miſit, rei geſtæ argumentum: ſimul & ſe & regnum ei dedens. Pompejus nulla cadaver Mithridatis affecit injuria, ſed in patrio id ſepulcro condi juſſit. Quia enim cum vita hoſtilem quoque animum ejus extinctum arbitrabatur, nullas in defunctum iras fruſtra exercendas putavit. Pharnaci tamen mercedem parricidii, Boſpori regnum donavit; eumque amicis ſociisque Populi Romani adſcripſit. Ita Mithridates e medio ſublatus, omniaque regni ejus loca, paucis demptis, capta ſunt. Nam etiamnum caſtellis quibusdam extra Boſporum præfecti non ſtatim ſe dediderant: haud reſiſtendi quidem animo, ſed veriti, ne cujus pecuniæ ſibi tuendæ cuſtodia eſſet data, eam alii diripientes, ſibi culpam imponerent: quibus cauſis moti, expectandum Pompejum, eique omnia tradenda duxerunt.

Φαρνάκης δὲ [50] τό, τε σῶμα αὐλοῦ τῷ Πομπηίῳ, ταριχεύσας, ἔλεγχον τοῦ πεπραγμένου, ἔπεμψε, καὶ ἑαυτὸν τήν τε ἀρχὴν παρέδωκε. καὶ ὃς τῷ μὲν Μιθριδάτῃ οὐδὲν ἐλυμήνατο, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πατρῴοις ἡρίοις αὐτὸν ταφῆναι ἐκέλευσε. τὸ γὰρ πολέμιον αὐτοῦ γ συναπεσβεκέναι τῇ ψυχῇ νομίζων, οὐδὲν ἔτι τῷ νεκρῷ μάτην ὠργίζετο. τὴν μέντοι [51] βασιλείαν τοῦ Βοσπόρου μισθὸν τῷ Φαρνάκῃ τῆς μιαιφονίας ἐχαρίσατο, καὶ [52] ἔς γε τοὺς φίλους τούς τε συμμάχους αὐτὸν ἀνέγραψεν. ὡς οὖν ἐκεῖνός τε ἀπολώλει, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ πάντα, πλὴν ὀλίγων, καθέστατο· τείχη γάρ τινα φρουροὶ ἔξω τοῦ Βοσπόρου ἔτι καὶ τότε ἔχοντες, οὐκ εὐθὺς ὡμολόγησαν, οὐχ ὅτι καὶ ἀνθίστασθαί οἱ διενοοῦντο, ἀλλ' ὅτι ἐφοβοῦντο, μὴ τὰ χρήματα, ἃ ἐφύλασσον, προδιαρπάσαντές τινες, ἐκείνοις τὴν αἰτίαν προσθῶσι· καὶ διὰ τοῦτο ἀνέμενον, αὐτῷ βουλόμενοι τῷ Πομπηίῳ πάντα ἐπιδεῖξαι.

15. Pompejus, confectis earum regionum negotiis, Phraate quietem agente, conſtituta Syria atque Phœnice, adverſus Aretam ſe convertit, Obtinebat is regnum Arabiæ ejus, quæ nunc Romanis ſervit, usque ad rubrum mare: quumque prioribus temporibus Syriam frequenter vexaſſet,

Ὡς οὖν τά τε ἐνταῦθα κατείργασο, [53] καὶ ὁ Φραάτης ἡσυχίαν ἦγεν, [54] ἥ τε Συρία καὶ Φοινίκη καθειστήκει, τρέπεται [55] πρὸς Ἀρέταν. ὃς δὲ Ἀραβίων μὲν, τῶν νῦν τοῖς Ῥωμαίοις δουλευόντων, μέχρι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐβασίλευε. [56] πολεῖσα δὲ τὴν Συρίαν πρότερον λυπήσας, καὶ διὰ

γ συναπεσβεκέναι. συναπεσβηκέναι, V. a. quam formam vocis ex Platone & Xenophonte confirmatam, vide apud Budæum & Stephanum.

§ 49. (l. 41.) προσέπεσόν τε αὐτῷ ἐκεῖνοι] Unico Bituito, Gallo, amico, facinus perpetratæ necis Appianus & Galenus tribuunt. Ad hunc Bituitum ultima Mithridatis, ex veneno δυσθανατοῦντος, ſive mori non valentis, vox apud Suidam in Ὦ φῶς. Ὦ φῶς κακοῖσι τοῖς ἐμοῖσιν ἧκες, καὶ τὸν φίλον ἀπόδεξον δεομένῳ τῆς σῆς δεξιᾶς. γενοῦ τὴν τελευταίαν χρέαν Μιθριδάτης ἄθλιος ἐμοί. Dio non ab hoc homine amico, ſed ab hoſtibus obtruncatum ſcribit, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπεσφάγη. Certe cauſa conſciſcendæ mortis hoſtes ei extitere.

§ 50. (l. 50.) τὸ σῶμα αὐτοῦ τῷ Πομπηίῳ] Plutarchus in Pompejo p. 641. refert, vultum Mithridatis non amplius potuiſſe agnoſci, quod qui corporis medicandi ac condiendi curam habuerant, cerebrum neglexiſſent. Pompejum autem noluiſſe mortuum videre, perinde ut Cæſar poſtea Pompeji defuncti cadaver ſpectare eſt abominatus p. 662. οὐ γὰρ αὐτὸς Πομπήϊος ἰδεῖν ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἀφοσιωσάμενος τὸ νεμεσηθὲν, εἰς Σινώπην ἀπέπεμψε. Sinope urbs Paphlagoniæ maritima, in qua βασιλείους τάφους ſive regium ſepulchrum fuiſſe teſtatur Appianus p. 258.

§ 51. (l. 57.) βασιλείαν τοῦ Βοσπόρου] Boſporum Cimmerium intellige XLII p. 206. A. Hoc eſt Pompeji beneficium, quod Pharnaci deinde in evergeten ſuum ingrato exprobravit Cæſar. infra XLI. p. 183. E.

§ 52. (l. 59.) εἰς τοὺς φίλους τούς τε συμμάχους] Amicos ſociosque populi Romani, ut XLIII. p. 227. D.

§ 53. (l. 69.) καὶ ὁ Φραάτης] Parthorum Rex, de quo p. 32.

§ 54. (l. 70.) ἥ τε Συρία καὶ Φοινίκη] Syriam tunc primum factam ſtipendiariam, notat Vellejus II. 37. Spoliatus quippe regno Syriæ a Pompejo Antiochus, Pii filius, qui nulla re Romanos offenderat. οὐδὲν ἐς Ῥωμαίους ἁμαρτών. Appianus Syriac. p. 119.

§ 55. (l. 71.) πρὸς Ἀρέταν] Arabiæ Petrææ regem. Plutarch. Pomp. p. 640. Petra urbs Aretæ regia. Joſeph. XIV. 1. de Areta hoc conferendus Reinerus Reineccius T. III. Hiſt. Juliæ, p. 301. & Vir Clariſſimus Chriſt. Sigismund Liebe in Gotha nummaria p. 128 ſqq.

§ 56. (l. 74.) πλεῖσα τὴν Συρίαν λυπήσας] Etiam Hieroſolyma obſedit in Hyrcani gratiam, Ariſtobulum quem prælio vicerat expugnaturus; ſed a Scauro Pompeji legato obſidionem ſolvere cogitur. Joſeph. XIV. 2.

§ 57. (l. 78.) ἀκοντίοις αὐλοὺς προσηγάγετο] Huc refer illa Flori III. 5. *Arabes, ſi quid* Pompejus *imperaret, præſto fuere.*

§ 58. (l. 84.) οὕτω γὰρ τὴν βασιλείαν σφῶν] Moyſis inſtituto ſummus Sacerdos Principi ſubiectus. Ex. IV. 16. quod etiam ſub Regibus populi Iſraëlitici ſervatum eſſe conſtat. Sed a Maccabæorum tempore principatus conjunctus cum ſacerdotio. Itaque de Joanne Maccabæo Joſephus Lib. I. de bello Judaico c. 3. τρία γοῦν τὰ κράτιστα μόνος ἔσχε, τήν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν.

§ 59. (l. 85.) αὐτοί τε διαφερόμενοι] Non diffitetur idem Joſephus XIV. 8. Antiq. & lib. I. de bello Jud. c. 5. & lib. V. c. 9. p. 349 edit. Amſtel. & lib. VI. c. 2. horum fratrum inter ſe diſſidentium μανίαν ac furorem Judæos Romanis ſubjeciſſe.

§ 60 (l. 87.) Ὑρκανὸν μὲν] Hyrcanum Romanorum opem contra Ariſtobulum imploraſſe ſcribit S. Auguſtinus XVIII. 45. de civitate Dei. Erat vero is ab Ariſtobulo nuper prælio victus, ut refert Joſephus XIV. 2. Sed & Ariſtobulus ad Pompejum legationem & dona miſit, de quibus idem c. 3.

§ 61. (l. 89.) εἰς χωρίον τι καταλείσας] In caſtellum Ἀλεξάνδρειον

C διὰ τοῦτο μάχῃ πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἀμυνόντων αὐτῇ νικηθεὶς ὅμως καὶ τότε ἔτ' ἐπολέμει. ἐπ' ὂυν τοῦτον τούς τε πλησιοχώρους αὐτῷ ὁ Πομπήϊος ἐλάσας, [57] ἀκονιτί τε αὐτοὺς προσηγάγετο, καὶ Φρουρᾷ παρέδωκε. κἀντεῦθεν ἐπὶ τὴν Συρίαν τὴν Παλαιστίνην, ὡς καὶ [yy] τὴν Φοινίκην κακώσαντας, ὥρμησεν. ἦρχον δὲ αὐτῶν Ὑρκανός τε καὶ Ἀριστόβουλος ἀδελφοί, καὶ ἐτύγχανον ὑπὲρ τῆς τοῦ σφετέρου θεοῦ (ὅς τίς ποτέ [z] ὂυτός ἐστιν) ἱερωσύνης ([58] ὅυτω γὰρ τὴν βασιλείαν σφῶν ὠνόμαζον) [59] αὐτοί τε διαφερόμενοι, καὶ τὰς πόλεις στασιάζοντες. [zz] ὁ ὂυν Πομπήϊος [60] Ὑρκανὸν μέν, οὐδεμίαν ἀξιόχρεων ἰσχὺν ἔχοντα, ἀμαχεὶ εὐθὺς προσέθετο· Ἀριστόβουλον δὲ [61] ἐς χωρίον τι καταπεφευγότα, ὁμολογῆσαί οἱ ἠνάγκασε. καὶ ἐπειδὴ μήτε τὰ χρήματα, [a] μήτε τὸ Φρούριον παρεδίδου, ἔδησεν αὐτόν. κἀκ τούτου τοὺς μὲν ἄλλους ῥᾷον προσεποιήσατο· τὰ δὲ Ἱεροσόλυμα πολιορκῶν, πράγματα ἔσχε.

Τὴν μὲν γὰρ ἄλλην πόλιν, ἐσδεξαμένων αὐτὸν τῶν τὰ τοῦ Ὑρκανοῦ φρονούντων, ἀπραγμόνως ἔλαβεν· αὐτὸ δὲ τὸ ἱερὸν προκαταλαβόντων τῶν ἑτέρων, [62] οὐκ ἀπόνως εἷλεν. [63] ἐπί γε γὰρ μετεώρου ἦν, καὶ περιβόλῳ ἰδίῳ ὠχύρωτο. καὶ εἴγε ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ὁμοίως ἠμύνοντο, οὐκ ἂν αὐτὸ [b] ἐχειρώσατο· [64] νῦν δὲ τὰς τοῦ Κρόνου δὴ [b] ὠνομασμένας ἡμέρας διαλείποντες, καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν ἐν αὐταῖς δρῶντες, παρέδωκαν τοῖς Ῥωμαίοις καιρὸν ἐν τῷ [bb] διακένῳ τούτῳ τὸ τεῖχος διασεῖσαι. μαθόντες γὰρ τὴν ἐμποίησιν αὐτῶν ταύτην, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὐδὲν σπουδῇ ἔπραττον, ταῖς δὲ δὴ ἡμέραις ἐκείναις, ὁπότε ἐκ τῆς περιτροπῆς ἐπέλθοιεν, εὐτονώτατά οἱ προσέβαλλον. καὶ ὕτως [65] ἑάλωσάν τε ἐν τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ, μηδ' ἀμυνόμενοι, καὶ [66] πάντα τὰ χρήματα διηρπάθη. ἥ τε

57 Quam ob rem bello a Romanis, qui ad Syriam defendendam venerant, victus, tamen adhuc bellum gerebat. Adversus eum vicinosque facta Pompejus expeditione sine labore in potestatem eos redegit, & custodiæ tradidit. Inde in Syriam Palæstinam, eo nomine quod hujus incolæ Phœnicen infestassent, profectus est. Eam regebant Hyrcanus & Aristobulus fratres: ac tum forte propter dei sui (quicunque is tandem est) pontificatum, quo nomine regnum apud eos venit, dissidentes, urbes seditionibus agitabant. Hyrcanum quidem Pompejus sine prælio, quod copias ille neutiquam pares haberet, statim in potestatem suam redegit. Aristobulum autem, in arce quadam circumsessum, ad conditiones pacis accipiendas compulit. Quumque is neque pecunias, neque arcem traderet, in vincula conjecit: atque ita etiam reliquos haud difficulter subegit. Hierosolymorum autem oppugnatio haud parvo ei labore stetit.

16. Urbem quidem ipsam, a fautoribus Hyrcani receptus, facile obtinuit: templum autem, quod alterius partis homines præoccupaverant, haud absque labore cepit. Situm erat loco edito, suis mœnibus munitum: nec, si ex æquo omnibus diebus id defendissent, expugnatum esset: verum, quod Saturni, quos vocant, diebus, propugnationem intermitterent, quibus quidem ab omni opere vacant, Romanis eo libero spatio occasionem muri subruendi dederunt. Qui ubi hunc hostium morem animadvertissent, nihil serio egerunt reliquis diebus: quoties vero circumacta septimana Saturni dies rediisset, contentis viribus templum oppugnarunt. Atque ita tandem Judæi, ipsa Saturni die, nihil quicquam propugnantes, in potestatem hostium venerunt.

37

yy τὴν Φοινίκην. sic Med. articulus vulgo desideratur. *z* οὗτος. sic & in vulgatis Xiphilini editionibus. sed αὐτὸς, Coisl. melius, judice Montefalconio. *zz* ὁ ὂυν Πομπ. ὡς ὂυν Πομπ. V. a. *a* μήτε τὸ Φρούριον παρεδίδου. addit Xiph. καίτοι προσιὼν αὐτῷ καὶ ὑποχόμενος ταῦτα. *b* ἐχαρώσατο. sic scribendum duxi ex Med. pro ἐχαράσσατο. nam antea est ἔλαβεν, ἕλεν. statim, in ὠνομασμένας ἡμέρας delet ἡμέρας Med. *bb* ἐν τῷ διακένῳ. sic Xiph. & RS. atque X. in notis, pro διακόνῳ, quod est in editione RS. correctum jam apud HS. & L. nec opus est, cum Xiphilino adjicere καιρῷ, ut monuit Palmerius.

ξάνδρειον confugit Aristobulus, sed jubente Pompejo ex eo iterum descendit. Denique recepit se Hierosolyma, belli fortunam experturus. Ita Joseph. XIV. 3.

§ 62. (l. 98.) οὐκ ἀπόνως] Tertio mense, ut Joseph. XIV. 4. & ex eo Eutropius, Orosius &c.

§ 63. l. 98.) ἐπὶ μετεώρου ἦν] Strabo XVI. p. 762. ἦν πετρώδες ἐυερκὲς ἔρυμα, ἔνδοθεν μὲν εὔυδρον, ἐκτὸς δὲ παντελῶς δύσβατον, τάφρον λαξευτὴν ἔχον, βάθος μὲν ἑξήκοντα ποδῶν, πλάτος δὲ πενταήκοντα καὶ διακοσίων. ἐκ δὲ τοῦ λαξευθέντος ἐπεπύργωτο τὸ τεῖχος τοῦ ἱεροῦ. *Erat munimentum firmissimum in rupe, fossam e saxo excisam habens interius aquis abundantem, exterius omnino siccam, sexaginta pedum profunditate, latitudine ducentorum & quinquaginta. Ex saxo etiam exciso educta erant templi mœnia.*

§ 64. (l. 1.) νῦν δὲ τὰς τοῦ Κρόνου ὠνομασμένας ἡμέρας] Vocabulum ἡμέρας deest in MSto Mediceo, teste Jac. Gronovio p. 158. Sabbatorum autem apud Judæos vacationem Romanis ad expugnandum templum opportunam occasionem dedisse, Nic. Damasceno, Strabone & Livio testibus citatis, Josephus XIV. 4. confirmat, cui addendus Plutarchus libro de Superstitione p. 169. Agrippa apud eundem Josephum lib. II. de bello Jud. c. κη. τηροῦντες μέν γε τὰ τῶν ἑβδομάδων ἔθη, καὶ πρὸς μηδεμίαν πράξιν κινούμενοι, ῥᾳδίως ἁλώσεσθε, καθάπερ οἱ πρόγονοι Πομπηΐῳ, τύλας μάλιστα τὰς ἡμέρας ἐνεργοὺς ποιησαμένῳ τῆς πολιορκίας, ἐν αἷς ἤργουν οἱ πολιορκούμενοι. Sic Ptolemæum Lagi Hierosolyma occupasse Sabbato, constat ex Josepho XII. 1. cui jungendus insignis locus Agatharchidis laudatus Josepho I. in Appionem, & Grotio ad 1 Maccab. c. II. v. 36. Similiter C. Sossium Antonii triumviri legatum Saturni die Hierosolyma cepisse, Dio narrat infra XLIX. p. 405. & Titum Vespasianum p. 746. & 748. Rectius sane Mathatias strage populi Sabbatis accepta 1 Maccab. II. 38. edoctus, sapienter decrevit, (id. 41.) si Sabbato impetantur, Sabbato etiam adversus hostem pugnaturos se esse. Petr. Cunæus lib. 2. de Rep. Hebr. c. 22. etiam affert hæc Mosis Maimonidis, *Judæos paganorum urbes, cum Sabbatum est, obsidere, atque etiam prælium conserere.* Ex Carpzovii autem notis ad Schickardi jus regium p. 387. patet, sensum esse, non incipi Sabbato obsidionem, sed continuari. Interim mirare, lector, mecum, & reverere justum Dei judicium, a Judæis, protervis veræ pietatis in Deum contemtoribus, præceptorumque divinorum violatoribus, per præposterum externæ observationis obsequium pœnas repetentis.

§ 65. (l. 9.) ἑάλωσαν ἐν τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ] Fuit hic dies jejunii teste Strabone XVI. p. 563. XXVIII. mensis Cisleji, anno 543. post primam a Nabuchodonosore expugnationem. vid. Usserium ad annum 4651. sive ante Christum natum 62. Ab Hierosolymis captis Pompejus Hierosolymarius apud Cic. lib. II. epist. 9. ad Atticum.

§ 66. (l. 10.) πάντα τὰ χρήματα διηρπάθη] Idem tradit Josephus Christianus hypomnestici scriptor, quem nuper in lucem edidi c. 2. Hyrcanum pontificem maximum memorans, ἐφ' ὃν Πομπήϊος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τὸ ἱερὸν ἐπιβὰς τὰ κειμήλια ἀφείλετο. & c. 123. πάντα τὰ ἔνδον ἀφελόμενον. Sed lector

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

nerunt. Ibi tum pecuniis direptis, regnum Hyrcano datum, Aristobulus abductus est. Hæc eo tempore in Palæstina gesta sunt: ita enim antiquitus universa ea gens vocabatur, quæ se a Phœnicia ad Ægyptum usque juxta mare mediterraneum extendit. Habent autem aliud præterea adscititium nomen. Regio enim ipsa, Judæa; gens, Judæi appellantur.

17. Id cognomenti unde initium ceperit, haud scio. Quin & alii homines, qui secundum eorum statuta vivunt, id gerunt, quanquam alienigenæ. Est id genus hominum apud Romanos etiam: atque tametsi sæpenumero imminutum fuerit, ita tamen auctum est, ut & ad libertatem ritibus suis utendi pervaserit. Diversum a reliquis hominibus obtinent, cum aliis in rebus prope omnibus, quæ ad usum vitæ spectant, tum eo præsertim, quod nullum ex cæteris diis colunt, unum autem quendam summo studio venerantur. Nec ullum unquam Hierosolymis ipsis simulacrum habuerunt: suum scilicet illum deum, ineffabilem & formæ adspectabilis expertem existimantes, religioso ejus cultu cæteros mortales superant: cui templum summæ molis, pulcherrimumque, sed tamen apertum, &

ἡ τε βασιλεία τῷ Ὑρκανῷ ἐδόθη, καὶ ὁ Ἀριστόβουλος [c] ἀνηνέχθη. ταῦτα μὲν τότε ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐγένετο. οὕτω γὰρ τὸ σύμπαν ἔθνος, ὅσον ἀπὸ τῆς Φοινίκης μέχρι τῆς Αἰγύπτου παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἔσω παρήκει, [d] ἀπὸ παλαιοῦ κέκληται. ἔχουσι δὲ καὶ ἕτερον ὄνομα ἐπίκλητον· ἥ τε γὰρ χώρα, Ἰουδαία, καὶ αὐτοί, Ἰουδαῖοι ὠνομάσθησαν.

Ἡ δὲ ἐπίκλησις αὕτη ἐκείνοις μὲν [67] οὐκ οἶδ' ὅθεν ἤρξατο γενέσθαι, φέρει δὲ [68] καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὅσοι τὰ νόμιμα αὐτῶν, καίπερ ἀλλοεθνεῖς ὄντες, ζηλοῦσι. καὶ ἔστι καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ γένος τοῦτο, κολουσθὲν μὲν πολλάκις, αὐξηθὲν δὲ ἐπὶ πλεῖον, [69] ὥστε [e] καὶ ἐς παρρησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι. κεχωρίσθαι δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων· ἔς τε τἆλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν πάνθ', ὡς εἰπεῖν, καὶ μάλιθ' ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν, ἕνα δέ τινα ἰσχυρῶς σέβουσι. [70] οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν [f] ἐν αὐτοῖς πω τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔχον· [71] ἄρρητον δὲ δή καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι, περιισόταλτα ἀνθρώπων θρησκεύουσι. καὶ αὐτῷ νεών τε μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, πλὴν καθ' ὅσον [72] ἀχανής τε καὶ ἀνώροφος ἦν, ἐξεποιήσαν.

17. (l. 19.) *οὐκ οἶδ' ὅθεν ἤρξατο γενέσθαι*] Non mirum hæc Dioni ignorata, cum & alii scriptores Romani de rebus Judaicis vix per nebulam prospecta referant, Tacitus libro V. Historiarum, Justinus XXXVI. 2. & Strabo XVI. p. 760. sq. Plutarchus, multique alii. Bene autem Dio quæ ignorat non diffitetur se ignorare. De nomine Palæstinæ vide si placet eruditissimi Viri Hadriani Relandi Palæstinam Lib. I. 7.

§ 68. (l. 20.) *καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους*] Proselytos; sed & Christianos frequenter illo tempore comprehensos sub Judæis, & Judæorum nomine interdum apud scriptores Romanos venire, multi annotarunt. Arrianum tamen lib. II. Epictetearum c. 9. Judæorum nomine tangere Christianos, non audeo viris doctis assentiri, ut ad illum præclarum scriptorem dabitur annotandi locus, si vitam Deus ac valetudinem benigne concesserit.

§ 69. (l. 25.) *ὥστε καὶ ἐς παρρησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι*] Apud Joseph. XIV. 10. edit. nov. Clariss. Hudsoni varia decreta referuntur præsidum Romanorum, quibus non modo Judæis permittitur, sacra avita & *νόμους τοὺς πατρίους* observare, sed & (ut in *ψηφίσματι* L. Antonii p. 633. ad Sardianos) *τόπος ἴδιος ἐν ᾧ τότε πράγματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιλογίας κρίνουσι*, *locus proprius, in quo negotia & quas invicem habent controversias dijudicant*, & in alio p. 635. mentio *ἀποκαθισταμένων αὐτοῖς τῶν νόμων καὶ τῆς ἐλευθερίας ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων*, *restituarum ipsis legum & libertatis ab Senatu & Populo Romano.* Tamen jus gladii merumque imperium ademtum illis docent eruditi interpretes ad Joh. XVIII. 31 & Zacharias Huberus lib. I. Dissertationum. vid. etiam Cunæum lib. II. de Repub. Hebræorum c. 23. interpretes ad Act. XXIV. 6. atque Ericum Benzelium notitiæ litterariæ sect. I. c. 10. § 4. Est igitur *παρρησία τῆς νομίσεως* apud Dionem nihil aliud, quam libertas legibus patriis, *& νομίμοις* sive institutis, sine prohibitione utendi.

§ 70. (l. 30.) *οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν*] Tacitus V. 9. Hist. *Romanorum primus Cn. Pompejus Judæos domuit, templumque jure victoriæ ingressus est. Inde vulgatum, nulla intus Deum effigie, vacuam sedem & inania arcana.* Hinc Lucano, ubi Pompeji refert victorias II. 592. *dedita sacris*

incerti Judæa Dei - - -

Idem Tacitus de Judæis V. 5. Hist. *nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sunt.* Confer si placet Petr. Fabrum lib. III. Semestrium p. 18. & Joh. Seldenum lib. II. de jure Nat. c. 6. 7. 8.

§ 71. (l. 31.) *ἄρρητον*] De nomine Dei ineffabili. vid. Judæorum scita apud Petr. Galatinum lib. II. arcan. catholicæ veritatis c. 10. & Joh. Drusium in tetragrammato c. 7. sq. qui cum aliis hujus argumenti recusus in Decade Exercitationum Philologicarum cura eruditissimi Relandi.

§ 72. (l. 35.) *ἀχανής τε καὶ ἀνώροφος*] Verum hoc, de atrio templi & *ὑπαίθροις* duplicibus ante templum, in quorum prius omni populo, in alterum Levitis & sacerdotibus ingredi licebat, ut notat Procopius in III. Reg. VI. p. 197. non de sanctuario nec de sancto sanctorum, cujus laquearia quoniam inaurata erant, itaque Florus III. 5. ait, arcanum istud gentis Judaicæ Pompejo patuisse *sub aureo uti cælo.*

§ 73. (l. 36.) *τὴν ἡμέραν τοῦ Κρόνου*] Nihil cum Saturni cultu Judæis, neque Sabbatum hoc nomine apud illos venit, neque ab Aegyptiis hoc acceperunt, ut dies hebdomadatim censerent, quod refellit Hermannus Witsius III. 9. Aegyptiacorum: Huetius Demonst. Evangel. Propos. IV. c. 11. p. 156. Cornelius Adami Exercit. Exegetic. p. 129. aut credemus, Chaldæis ex Zoroastris & Hystaspis institutione hoc esse in acceptis referendum, quod ex Maximo Planude notavit Janus Parrhasius Epist. LXIII. & Baptista Egnatius c. 21. racemationum T. I Lampadis Gruterianæ p. 345. Veriora autem Moyses nos edocet, ab ipso, testatus, rerum exordio septimum diem sanctificandum commendatum divinitus, idemque apud Judæos lege Mosaica instauratum fuisse, de quo præclare Philo Judæus libro de septenario. Romanos interim ab Aegyptiis, ut hos ab Hebræis istud accepisse, nihil prohibet, septenario erraticarum stellarum numero, & Romanorum

[c] *ἀνηνέχθη*. sic & Xiph. *ἀπηνέχθη*, T. [d] *ἀπὸ παλαιοῦ*. sic scribimus, pro *ὑπὸ παλαιοῦ*, ductu Cod. V. a & Med. ita etiam emendaverat L. [e] *καὶ ἐς παρρησίαν*. sic & Xiph. *καὶ παῤῥησίαν*, L. pertinet huc locus Thucydidis I. 21. *τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου αὐτῶν ἀπίστως ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα.* [f] *ἐν αὐτοῖς πω τοῖς*, Xiph. significat autem *πω τοῖς*, nullum *unquam* Judæos simulacrum habuisse; quod verius omnino, quam illud Xylandri: *tum quoque temporis nullum simulacrum:* legentis *τότε*. L.

ἐξεποίησαν. καὶ [73] τὴν ἡμέραν τὴν τοῦ Κρόνου καλουμένην ἀνέθεσαν· καὶ ἄλλα τε ἐν αὐτῇ ε ἰδιαίταλα πολλὰ ἃ ποιοῦσι, καὶ ἔργου οὐδενὸς σπουδαίου προσάπτονται. καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον, τίς τέ ἐστι, καὶ ὅθεν οὕτως ἐτιμήθη, ὅπως τε περὶ αὐτὸν ἐπτόηνται, πολλοῖς τε εἴρηται, καὶ οὐδὲν τῇδε τῇ ἱστορίᾳ προσήκει.

D

A.U.C.691 M. Cicerone &C.Antonio COSS.

& nullo culmine tectum extruxerunt, diemque, quæ Saturni vocatur, dedicarunt, in qua cum alia, quæ quidem agunt, multa sunt plane singularia, tum quod nullum omnino opus serium tractant. Atque is quidem deus eorum quis sit, unde ita coli cœperit, quantopere ab iis timeatur, a multis dictum est, neque ad præsentem historiam facit.

Τὸ δὲ δὴ ἐς τοὺς ἀστέρας τοὺς ἑπτὰ, τοὺς πλανήτας ὠνομασμένους, τὰς ἡμέρας ἀνακεῖσθαι, [74] κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων, πάρεστι δὲ καὶ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, οὐ πάλαι πω, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀρξάμενον. οἱ γοῦν ἀρχαῖοι Ἕλληνες οὐδαμῇ αὐτὸ (ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι) ἠπίσαντο· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ πάνυ νῦν τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ [gg] αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει, καὶ ἤδη καὶ τοῦτο σφίσι πάτριον τρόπον τινά ἐστι, βραχύ τι περὶ αὐτοῦ διαλεχθῆναι βούλομαι, πῶς τε καὶ τίνα τρόπον οὕτω [b] τέτακται. ἤκουσα [75] δὲ δύο λόγους, ἄλλως μὲν οὐ χαλεπούς γνωσθῆναι, [i] θεωρίας δέ τινος ἐχομένους. εἰ γάρ τις τὴν [76] ἁρμονίαν τὴν διὰ τεσσάρων καλουμένην (ἥπερ που καὶ τὸ κῦρος τῆς μουσικῆς συνέχειν πεπίστευται) καὶ ἐπὶ τοὺς ἀστέρας τούτους, ὑφ' ὧν ὁ πᾶς τοῦ οὐρανοῦ κόσμος διείληπται, καθὰ τὴν τάξιν, καθ' ἣν ἕκαστος αὐ-

18. Quod autem dies ad septem sidera illa, quos planetas appellarunt, referuntur; id ab Ægyptiis institutum, ad omnes homines, haud ita pridem, ut conjicio, dimanavit. Nam priscis Græcis, quantum mihi constat, notus is mos neutiquam fuit: at quandoquidem is nunc usque quaque, cum apud omnes reliquos homines, tum præsertim apud Romanos, jam veluti patrius obtinet, paucis, qua ratione, & quo pacto ita institutus sit, differam. Rationes autem duas accepi, cæteroquin haud ita difficiles cognitu, attamen contemplationi cuidam innitentes. Nam si quis harmoniam eam, quæ diatessaron vocatur (quæ alioquin in musica primas obtinere creditur) etiam ad isthæc sidera, quibus omnis cœli ornatus constat, ita transferat, quemadmodum ordo conversionis uniuscujusque eorum exigit; factoque

38

τῶν

g ἰδιαίταλα πολλὰ ἃ ποιοῦσι. ita V. a. *οὐ ποιοῦσι* vulgo, omisso *πολλὰ*. pro quo tamen Leunclavius: *ἰδιαίταλα οἷ ποιοῦσι, alia maxime illi diei propria peragunt:* cur enim, inquit, diceret Dio, Judæos die Sabbathi sui non facere opera maxime illi diei propria? nequit hoc admitti. *οἷ* fœmineo genere etiam Lib. LI. p. 451. L. *ἰδιώταλα* (vel ex MS. Coisl. *ἰδιαίταλα*) *πολλὰ ποιοῦσι.* Xiph. nostra lectio confirmatur etiam a Med. *gg αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις.* sic scripsi ex Xiph. vulgo: *αὐτοῖς καὶ τοῖς Ῥωμαίοις.* etiam *καὶ* deest in Med. *h τέτακται. πέπρακται,* Xiph. *i θεωρίας δέ τινος.* ita scripsi ex Xiph. quod & monuerat X. vulgo omittitur *δὲ.* illam Theoriam vero illustrare idem Xyl. conatus est.

norum auctoritate, facile ac passim id ut acciperetur, suffragante. Nam Josephi jam ætate 2. in Appionem c. 39. p. 494. *οὐδ' ἔστιν οὐ πόλις Ἑλλήνων οὐθήλισοῦν, οὐδὲ βάρβαρον οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφόιτηκεν.* Idem testatur Philo lib. de opificio mundi & lib. II. de vita Mosis p. 657. Confer Casaubonum ad Suetonii Tiberium c. 32. Apud Siamenses quoque & Sinas diebus nomina a Planetis imposita obtinere, recentium itinerum commentariis constat. Sed & olim Jarchas Indus Apollonio dedit annulos septem planetarum nomine, quos gestaret *καθ' ἕνα πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν*, ut refert Philostratus III. 13. p. 148. edit. desideratissimi Olearii, nec non Oraculum apud Euseb. V. 13. Præparat. Et septima dies solis *ἑβδομάτη λαμπρὸν φάος ἠελίοιο*, Hesiodo apud Clementem V. Strom. p. 713. edit. Ox. & Eusebium XIII. 12. & 13. Præp. Evang. Homero *ἱερὸν ἦμαρ.* ib.

§ 74. (l. 45.) *κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων*] Aegyptiis fortasse debetur inventio nominum, quae, diebus imposita, a septem planetis est, quorum appellationes Aegyptiacæ exhibentur ab Athanasio Kirchero in prodromo Copto, & T. I. Oedipi p. 385. T. II. p. 415. 431. licet fides ejus subtesta videtur Campegio Vitringæ lib. II. Observ. Sacrar. p. 249. nihil tale suspicantibus Ludov. de Dieu ad Act. VII. 43. Andrea Mullero in Glossario sacro p. 13. & Stephano le Moyne ad Jeremiæ III. 6. p. 51. Ex illis placet hanc tabellam interjectis quibusdam a me auctam adjungere.

	Ægyptice.	*Hebraice.*	*Ex Epiphanio* T. I. p. 35.	*Ex Beda* T. I. p. 372.	*Arabice.*	*Persice.*
♄	Ρηφαν	שבתאי	Σαβήθ	Sabbai	נחל	כיולן
☉	Πιρη	חמה vel שמש	Ἡμὰ vel Σέμες	Hama	אלשמש	אפתאב
☽	Πιος	לבנה	Ἰεφεὲ vel Ἀλβανά	Libna	ללקמר	מאה
♂	Μολοχ	מארים	Ὀκμώλ	Madei	אלמריחר	באמרס
☿	Πυερμης	כוכב	Χωχὲθ Ὀχμόθ	Cocaph	עטארד	תיר
♃	Πιζευς	צדק	Βαὰλ	Sedech	אלמשתרו	נרניש
♀	Σουροτ	נוגה	Σερῦα vel Λεήθ	Noga	אלזהרה	נאהיד

Nomina diebus ab Hermete Aegyptio esse imposita, legas in Philastrio c. 112. & longe antiquior Herodotus lib. II. c. 82. *καὶ τάδε ἄλλα*, inquit, *Αἰγυπτίοισι ἐπὶ ἐξευρημένα· μέν τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη Θεῶν ὅτευ ἐστί.*

§ 75. (l. 54.) *ἤκουσα δὲ δύο λόγους*] Satis perspicue has duas rationes exponit Dio & Xylander in notis ad hunc locum. Præter Dionem vero & ejus Epitomatorem Xiphilinum, nescio an quisquam veterum reperiatur qui eadem nos doceat, ex quo habet etiam Politianus c. VIII. Miscellaneorum. In Dissertatione Johannis Mœbii, quam Lipsi. 1687. de planetaria, ut vocat, dierum denominatione edidit, aliæ præterea duæ rationes afferuntur: una Bedæ ex libro de temporum ratione c. 6. (T. II. Opp. p. 55.) probata Joh. Marshamo p. 197. Canonis Chronici. *Hæc erat stultitia gentilium, falsa ratione subnixa, qui quasi jure primam diem soli, quia maximum est luminare: secundam lunæ, quia secundum luminare est, se consecrare putabant, dein ordinata alternatione tertiæ diei primam a sole stellam* (Martem,) *quartæ primam a Luna* (Mercurium,) *quintæ secundam a sole* (Jovem,) *sextæ secundam a luna* (Venerem,) *septimæ tertiam a sole* (Saturnum,) *præponebant.* Altera Seldeni, velut ex priore Dionis, & illa Bedæ composita lib. 3. de Jure Nat. c. 2. p. 447. *Dies hebdomadis primus Soli velut siderum plane regi summo, & ob dignitatem secundam, secundus lunæ assignandus. Sicut autem luna solem binis intermediis, nempe Venere & Mercurio, prætermissis sequebatur, ita parili, in revertente heptazoni cyclo, intervallo numeri distabat tertius a luna, unde tertium diem sortitus Mars, & simili semper intervallo deinceps dies suos reliqui quatuor.* His accedit tertia Josephi Scaligeri lib. I. de emendatione temporum, p. 8. in eo ab priore Dionis ratione differens, quod ad oppositionem astrologicam refert, quod Dio ad intervallum Musicum *διὰ τεσσάρων* retulit.

§ 76. (l. 56.) *ἁρμονίαν τὴν διὰ τεσσάρων*] Notum est Pythagoricos, qui hoc ab Aegyptiis accepisse videntur, harmoniam

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

factoque initio ab extremo ambitu, quem Saturno tribuunt, dein proxime sequentes duos orbes præteriens, quarti dominum recenseat: itemque ab eo, duobus proximis præteritis, ad septimum circulum deveniat: atque eodem modo reliquos percurrens, eorum gubernatores deos ordine diebus assignet: is inveniet, omnes dies, musica quadam ratione, cœlesti ordini elegantissimo congruere.

19. Atque hæc prior fertur ratio. Altera hæc est: horas tam noctis quam diei numera, a prima incipiens: eamque Saturno tribue, sequentem Jovi, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, Mercurio sextam, septimam Lunæ, secundum ordinem orbium, quem eo, quo perhibui, modo Ægyptii tradunt: hocque aliquoties facto, ubi per vigintiquatuor horas circumiveris, primam subsequentis diei horam invenies Soli obtingere. Jam si hujus quoque diei horas viginti quatuor eodem modo tractes, ad Lunam referes primam tertiæ diei horam; sique eodem modo reliquos etiam dies percurreris, quævis dies sibi congruentem deum accipiet. Atque hæc quidem ita perhibentur.

20. Pompejus, his quoque rebus expeditis, in Pontum reversus est, receptisque castellis, in Asiam, indeque per Græciam in Italiam advectus est. Multis quidem ille ex præliis victoriam reportavit, multos principes regesque partim debellavit, partim conditionibus certis sibi adjunxit: octo urbes regionesque colonis auxit: complures reditus populo Romano paravit: majorem earum nationum partem, quæ per continentem Asiam Romanorum erant, legibus quamque

τῶν περιπορέυεται, ἐπαγάγοι, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ [77] τῆς ἔξω περιφορᾶς τῆς τῷ Κρόνῳ [k] διδομένης, ἔπειτα διαλιπὼν δύο τὰς ἑχομένας, τὸν τῆς τετάρτης δεσπότην ὀνομάσειε· καὶ μετ' αὐτὸν δύο αὖ ἑτέρας ὑπερβάς, ἐπὶ τὴν ἑβδόμην ἀφίκοιτο· κἂν τῷ αὐτῷ τούτῳ τρόπῳ [l] αὐλάς τε ἐπιὼν, καὶ τοὺς ἐφόρους σφῶν θεοὺς ἀνακυκλῶν ἐπιλέγοι ταῖς ἡμέραις· εὑρήσει πάσας αὐλὰς μουσικῶς πως τῇ τοῦ οὐρανοῦ διακοσμήσει προσηκούσας.

Εἷς μὲν δὴ ὅδε λεγεται λόγος. ἕτερος δὲ ὅδε· τὰς [78] ὥρας τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος ἀριθμεῖν· καὶ ἐκείνην μὲν τῷ Κρόνῳ διδοὺς, τὴν δὲ ἔπειτα τῷ Διΐ, καὶ τρίτην Ἄρει, τετάρτην Ἡλίῳ, πέμπτην Ἀφροδίτῃ, ἕκτην Ἑρμῇ, καὶ ἑβδόμην Σελήνῃ, κατὰ τὴν τάξιν τῶν κύκλων καθ' ἣν οἱ Αἰγύπτιοι [m] αὐτὴν νομίζουσι, καὶ τοῦτο καὶ αὖθις ποιήσας· πάσας γὰρ οὕτως τὰς τέσσαρας καὶ εἴκοσιν ὥρας περιελθὼν, εὑρήσεις τὴν πρώτην τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ὥραν ἐς τὸν Ἥλιον ἀφικνουμένην. καὶ τοῦτο καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσιν ὡρῶν κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς πρόσθεν λόγον πράξας, τῇ Σελήνῃ τὴν πρώτην τῆς τρίτης ἡμέρας ὥραν ἀναθήσεις, [n] κἂν οὕτω καὶ διὰ τῶν λοιπῶν [o] πορεύσῃ, τὸν προσήκοντα ἑαυτῇ θεὸν ἑκάστη ἡμέρᾳ λήψεται. ταῦτα μὲν οὕτω παραδέδοται.

Πομπήϊος δὲ ἐπειδὴ καὶ ἐκεῖνα κατέπραξε, πρός τε τὸν Πόντον αὖθις ἦλθε, καὶ παραλαβὼν τὰ τείχη, ἐς τὴν Ἀσίαν, κἀντεῦθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα [p] τήν τε Ἰταλίαν ἐκομίθη. πολλὰς μὲν δὴ οὖν μάχας ἐνίκησε· [79] πολλοὺς δὲ καὶ δυνάστας καὶ βασιλέας, τοὺς μὲν προσεπολεμώσατο, τοὺς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ προσεποιήσατο· [80] πόλεις τε ὀκτὼ ἀπῴκισε καὶ χώρας· προσόδους τε συχνὰς τοῖς Ῥωμαίοις ἀπέδειξε· τά τε πλείω ἔθνη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῇ ἠπείρῳ τότε αὐτοῖς ὄντων, νόμοις τε ἰδίοις καὶ πολιτείαις

k διδομένης. δεδομένης, Xiph. *l* αὐλάς τε ἐπιὼν, Xiph. probante X. αὐτός τε ἐπιὼν, V. a. vulgo: αὐτός τε ἔπαινον ἐπιὼν. pro quo αὐτάς τε ἐπαινιὼν, L. αὐτός τε σφίσιν ἐπιὼν, T. ἔπαινον vel jugulandum, vel ἐσαεὶ legendum, judicat Od. *m* αὐλὴν posui ex V. a. Med. & Xiph. pro τοιαύτην. *n* κἂν οὕτω. lectio est codicis V. a. & Xiph. quam probat etiam T. pro vulgato καὶ οὕτω. *o* πορέυσῃ πορεύῃ, RS. V. a. & Xiph. *p* τήν τε Ἰταλίαν. vulgo omittitur τε, quam particulam supplendam esse jam recte monuerat RS. probante V. a. & Med. qui codex etiam ante, εἰς τε τὴν Ἑλλάδα, pro εἰς τὴν Ἑλλάδα. καὶ τὴν Ἰταλίαν, L. quod eodem redit. Sed X. τῆς Ἰταλίας, ut magna Græcia intelligatur, in qua fuit Brundusium.

& concentum tribuisse orbibus cœlestibus, videlicet ordinem, motum & intervallorum rationes, quæ in illis nemo satis potest admirari, eo pacto cupientes innuere, de quo ad Chalcidium & ad Sexti Empirici contra Musicos librum dicere me memini. Addo locum Victorini lib. I. Artis Grammaticæ p. 2502. *Alii tradunt hunc sacrorum concentum* (in strophe antistrophe & modo) *mundi cantum cursumque ab hominibus imitari. Namque in hoc quinque stellæ quas erraticas vocant, sed & Sol & Luna, ut doctiores tradunt Philosophorum, jucundissimos edunt sonos, per orbes suos nitentes - - de qua re Varius sic tradit:* primum huic nervis septem est intenta fides, variique additi vocum modi ad quos mundi resonat tenor, sua se volventis in vestigia. *item & Varro:*

Vidit & ætherio mundum torquerier axe
Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes
Nitentes aliis alios, quæ maxima Divis
Lætitia stat tunc longe gratissima Phœbi
Dextera consimiles meditatur reddere voces.

Nicomachus Gerasenus lib. I. harmonicorum p. 7. cum probabile esse dixisset, sonorum nomina a septem stellis erraticis petita esse, addit, solem in heptachordo cœlesti medium locum obtinentem ab utroque extremo planeta quartum, διὰ τεσσάρων distare intervallo. vid. etiam Joannem d' Espagne in calce libri V. errorum popularium, & Jacobi Gaffarelli Curiositates inauditas c. XI. §. 4. sq.

Ordinem numerandi planetas διὰ τεσσάρων distinctius explicabit figura a Xylandro apposita, cujus & annotationem longiorem vide suo loco: adde & Sylburgium. REIM.

§77. (l. 62.) τῆς ἔξω περιφορᾶς τῆς τῷ Κρόνῳ διδομένης] In hoc omnes conveniunt, Aegyptii, Pythagoræ schola, Plato, Ptolemæus, recentiores quoque, Saturnum omnium a terra remotissimum esse. Sed in cæteris planetis hic ordo a Dione deinceps servatur, ut post Saturnum sidus sequatur Jovium, Martis deinde proximum Solis, hinc luciferi sive Veneris, postea Mercurii & ultimum Lunæ. Ab hac sententia Paulo Alexandrino, Ptolemæo multisque aliis, etiam Pythagoræis quibusdam apud Chalcidium p. 155. probata, differt, quam Aegyptiis tribuit Kircherus in Prodromo Copto p. 270. Nam ibi post Saturnum, Jovem, Martem, succedit Venus & Mercurius, & postremo denique loco sol & luna, atque ita Philolaum quoque sensisse ac Platonem novimus vel e Stobæi Eclogis Physicis p. 51. & 54. Planetarum septem imagines in scapha, in navicula expressas exhibet æneum monumentum vetus apud Clarissimum Montfauconum T. I. Supplementi Antiquitatis illustratæ, tabula XVII. hoc ordine, ut primo loco Saturnus, deinde Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter ac denique Venus conspiciantur.

§78. (l. 71.) ὥρας τῆς ἡμέρας] Aegyptiacam doctrinam de planetis dierum & horarum præsidibus cognoscere licet ex Pauli Alexandrini Isagoge in Apotelesmaticen græce & latine edita Vitebergæ 1587. 4to. In illa exstat H. 1. caput περὶ τοῦ γνῶναι ἑκάστην ἡμέραν τίνος τῶν Θεῶν ἐστιν, atque item alterum H. 3. περὶ τοῦ πολεύοντος καὶ διέποντος, *de planeta qui toti diei dominatur, & de eo qui singulis ejus horis.* Notaturque, eum qui primæ horæ imperitat, eundem etiam dominum esse totius diei. δεδόδω εἶναι ἡμέραν Κρόνου. ὁ αὐτὸς ἀστὴρ κύριος τῆς ἡμέρας γίνεται καὶ πολεύει ὅλην τὴν ἡμέραν, τὴν α ὥραν αὐτὸς πολεύων καὶ διέπων, τὴν β'. παραδίδωσι τῷ Διΐ &c.

Divisionem

λιξείαις καλεσήσαλο καὶ διεκόσμησεν· ὥσε καὶ δεῦρο95 que ſuis & reipublicæ forma conſtituit adorna- A.U.C.691
αὐλοὺς τοῖς ἀπ' ἐκείνου νομιθεῖσι χρῆθαι. ἀλλὰ vitque, ita ut etiamnum ejus ſtatutis vivant. Ve- M. Cicerone & C. Antonio
ταῦτα μὲν, καίπερ μεγάλα τε ὄνλα, καὶ μηδενὶ rum hæc omnia, quantumvis magna, & a nullo
E τῶν πρόθεν Ῥωμαίων πραχθένλα, καὶ τῇ τύχῃ καὶ ante ipſum Romanorum effecta, fortunæ tamen COSS.
τοῖς συσλρελευσαμένοις οἱ ἀναθείη ἄν τις· ὃ δὲ δὴ quiſpiam, commilitonibusque ejus accepta refe-
μάλισα αὐλοῦ τε τοῦ Πομπηίου ἔργον ἐγένελο, καὶ rat: id autem, quod cum primis proprium Pom-
θαυμάσαι διὰ πάνλων ἄξιόν ἐσι, τοῦτο νῦν ἤδη 1 peji factum fuit, ſummaque admiratione dignum
Φράσω. πλείσην μὲν γὰρ ἰσχὺν καὶ ἐν τῇ θαλάσ- eſt, jam nunc referam. Is enim, quum ſum-
ση καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔχων, πλεῖσα δὲ χρήμαλα ἐκ mam terra marique potentiam obtineret, maxi-
τῶν αἰχμαλώτων πεπορισμένος, δυνάσαις τε καὶ βα- mam vim pecuniæ ex captivis confeciſſet, prin-
σιλεῦσι συχνοῖς ᾠκειωμένος, τούς τε δήμους ὧν ἦρξε 5 cipibus regibusque multis amicis uteretur, omnes-
39 πάνλας, ὡς εἰπεῖν, δι' εὐνοίας εὐεργεσίαις κελημέ- que generatim populos, in quos imperium ha-
νος· δυνηθείς τ' ἂν δι' αὐλῶν τήν τε Ἰταλίαν κα- buerat, ſuis beneficiis ſibi devinctos, ſuique ſtu-
ταρχεῖν, καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος πᾶν περιποιή- dioſos haberet, atque Italiam ſibi ſubjicere, ſum-
σαθαι, τῶν μὲν πλείσων ἐθελονλὶ ἂν αὐλὸν δεξαμέ- mamque rerum Romanarum ſibi parare poſſet,
νων, εἰ δὲ καὶ ἀνέσησάν τινες, ἀλλ' ὑπ' ἀθενείας 10 quod & plerique eum ultro eſſent accepturi, &
γε πάνλως ἂν ὁμολογησάνλων· οὐκ ἠβουλήθη τοῦτο qui ſe opponerent, tamen utique ob imbecillita-
ποιῆσαι, ἀλλ' εὐθὺς, ἐπειδὴ τάχισα ἐς τε τὸ Βρεν- tem conceſſuri eſſent, nihil horum ſibi facien-
τέσιον ἐπεραιώθη, τὰς δυνάμεις πάσας αὐλεπάγγελ- dum ſtatuit: ſed, ut primum Brunduſium eſt
τος, μήτε τῆς βουλῆς, μήτε τοῦ δήμου ψηφισαμέ- advectus, copias omnes ſponte ſua, neque ſena-
νου τι περὶ αὐλῶν, [81] ἀφῆκεν, οὐδὲν οὐδὲ [pp] τὰ 15 tu neque populo quicquam de eis decernente,
ἐς τὰ νικητήρια αὐταῖς χρήσαθαι φρονλίσας· ἐπεὶ- dimiſit, & ne in triumpho quidem eis utendum
B δὴ τά τε [82] τοῦ Μαρίου καὶ τὰ τοῦ Σύλλου ἐν putavit. Nam quod ſciebat, quanto homines
μίσει τοῖς ἀνθρώποις ἠπίσαλο ὄνλα, οὐκ ἠθέλησε odio Marii Syllæque acta haberent, noluit vel
φόβον τινὰ αὐλοῖς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας, [q] ὅτι paucorum iis dierum timorem, dum ſe eadem
τῶν ὁμοίων πεισονλαι, παρασχεῖν. 20 paſſuros vererentur, injicere.

Οὐκουν οὐδ' [83] ὄνομα οὐδὲν, καίτοι πολλὰ ἀπὸ 21. Idem etſi multa cognomina de tot rebus
τῶν καλειργασμένων λαβεῖν ἂν δυνηθεὶς, προσεκλήσαλο. geſtis potuiſſet accipere, nullum tamen ſibi aſ-
τὰ μὲν γὰρ ἐπινίκια, λέγω δὴ τὰ μείζω νομιζόμενα, ſumpſit. Triumphum vero ex more maximum,
καίπερ οὐχ ὅσιον ὂν, ἔκ γε τῶν πάνυ παλρίων, [84] ἄνευ ſibi decretum, accepit, quamvis majorum inſti-
τῶν συννικησάνλων τινὶ πεμφθῆναι, ὅμως ψηφισθένλα 25 tutis ſancitum erat, ne quis absque partæ victo-
ἐδέξαλο. καὶ αὐλὰ μὲν ἅπαξ ἀπὸ πάνλων τῶν πολέ- riæ ſociis triumpharet: duxitque unum ſimul de
C μων ἤγαγε· τρόπαια δὲ ἄλλα τε πολλὰ, καὶ καλῶς omnibus bellis triumphum, in quo & alia multa
κεκοσμημένα, καθ' ἕκασον τῶν ἔργων καὶ τὸ βραχύλαλον pulchre ornata tropæa, pro ſingulis vel mini-
ἔπεμψε· mis

[pp] τὰ ἐς τὰ νικητήρια αὐταῖς χρήσασθαι. rectius, τὸ ἐς τὰ νικητήρια &c. vel prius τὰ delendum penitus. [q] ὅτι τῶν ὁμοίων πάσονλαι. ὅτι τὶ τῶν ὁμ. πασ. T. quæ emendatio habet ſpeciem, præſertim quod librarius ob antecedens ὅτι, ſequens τι facile potuit negligere.

Diviſionem autem diei in XII. horas, noctisque in totidem, Hermeti & Aegyptiis alii tribuunt. Herodotus II. 109. a Babyloniis Græcos accepiſſe affirmat: certe antiquiſſimum eſſe inventum, uſumque, multis conſtat teſtimoniis, licet non ſine cauſa Seldenus III. 21. Joſepho Scaligero aſſentitur, qui non ab horis planetariis nomina diebus hebdomadis impoſita, ſed potius ſuperſtitionem appellationis dierum in horas derivatam fuiſſe exiſtimavit.

§ 79. (l. 89.) πολλοὺς καὶ δυνάσας καὶ βασιλέας] Vellejus II. 40. *Penetratæ cum victoria Media, Albani, Hiberi, ac deinde flexum agmen ad eas nationes quæ dextra atque intima Ponti incolunt, Colchos Heniochosque & Achæos - - Tum victor omnium quas adierat gentium Pompejus, ſuoque & civium voto major & per omnia fortunam hominis egreſſus, revertit in Italiam.*

§ 80. (l. 91.) πόλεις ὅλῳ ἀπῴκισε καὶ χώρας] Appianus in Mithridatico p. 253. teſtatur, in triumpho Pompeji prælatam tabulam cum hac inſcriptione: *Naves roſtratæ DCCC. captæ, urbes conditæ VIII. in Cappadocia, Cilicia Cœleſyriaque, XX. in Palæſtina Seleucis. Reges victi Tigranes Armenius, Artoces Hiberus, Oræzes Albanus, Darius Medus, Areta Nabatæus, Antiochus Commagenus.* Plutarchus in Pompejo p. 642. ait, civitates incolis ab eo frequentatas XXXIX.

§ 81. (l. 15.) ἀφῆκεν] Vellejus II. 40. *quo magis homines timuerant, eo gratior civilis tanti Imperatoris reditus fuit: omni quippe Brundiſii dimiſſo exercitu, nihil præter nomen imperatoris retinens, cum privato comitatu, quem ſemper illi vacare moris fuit, in urbem rediit.* Idem celebrat Dio infra XLI. p. 159. B. 595. A. Plutarchus Pompejo p. 642. & Appianus p. 252. Cum vero deſiderata deinde minus poſſet exequi Pompejus atque efficere, exercitum dimiſiſſe pœnituit, ut traditur infra p. 53.

§ 82. (l. 17.) τοῦ Μαρίου καὶ τοῦ Σύλλου] Vide Sigonium Pighiumque ad A. U. C. 667. & 671. & quæ viri docti ad Ciceron. Catilinar. III. 10. & Florum III. 21.

§ 83. (l. 21.) ὄνομα οὐδὲν] A devictis puta gentibus, ut Ponticus v. g. vel Syriacus aut Albanicus, Colchicus, Ibericus, Armenicus diceretur. Gentes, de quibus triumphavit tertio triumpho, hæ appellantur a Plutarcho p. 642. Plinioque VII. 26. Hiſt. Aſia, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Meſopotamia, Creta, Scythæ, Baſternæ, & quæ circa Phœniciam incolunt gentes, Judæa, Arabia, piratæ terra marique debellati. Adde Zonaram, X. 5. p. 479. & Onufrium V. Faſtorum p. 359.

§ 84. (l. 24.) ἄνευ τῶν συννικησάνλων] Pompejus exercitum jam dimiſerat, cum alioqui moris eſſet, ut Imperatorem ſuum triumphantem milites & ipſi laureati, præmiisque ornati militaribus, laudes ejus canentes ſequerentur. Vide Sigonium lib. 2. de jure provinciarum c. 10. Triumphavit Pompejus per biduum anno ætatis XXXV. duxitque magnificentiſſima triumphi pompa regum ſatrapas, duces, filios (ſive captivos ſive obſides) CCCX. Tigranem filium, cum conjuge & filia matreque Zoſime, quinque filios Mithridatis duasque filias, Colchorum Regem Olthacem, Judæorum Ariſtobulum, tyrannosque Cilicum, Scytharum regias fœminas, duces tres Hiberorum, Albanorum duos cum obſidibus regis Commagenorum, & magiſtro equitum Mithridatis Menandro, Laodicenſi, quos omnes nominant Plutarchus p. 643. & Appianus p. 253. Eſt hic triumphus Pompeji tertius *Aſiaticus*. Nam primus ab eo adhuc equite celebratus fuit *Africanus* A. U. C. 673. Alter itidem ab equite *Europæus* de Hiſpania, pridie antequam conſulatum iniret Kal. Januar. A. U. C. 684. Itaque Cicero pro Sextio c. 61. in Piſonem c. 13. *Omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxiſſe*, & pro L. Corn. Balbo c. 4. *tot habere triumphos quot oræ ſunt partesque terrarum* & c. 6. *cujus tres triumphi teſtes eſſent totum orbem terrarum noſtro imperio teneri.* Adde Plinium VII. 26. hiſt. Plutarchum 642. 626. 629. Vellejum II. 40. Appianum &c. infra XLII. p. 187. D. Huc refer tria tropæa in Pompeji anulo p. 193. D.

A.U.C. 691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

mis rebus gestis induxit, & unum præ cæteris magnum, sumptu ingenti apparatum, quod *de orbe terrarum* inscriptionem habebat. Cognomen autem nullum adjecit, sed nomine Magni, quod ante has res gestas jam nactus erat, contentus fuit. Quin nec alium ullum honorem nimium sibi parare allaboravit: iisque, qui ei absenti decreti erant, semel omnino usus est. Decretum autem erat, ut in omnibus festis solennibus lauream gestaret, in iisque omnibus paludamentum & in equestribus certaminibus vestem triumphalem indueret. Hæc enim ei concedebantur, Cæsare id maxime contra M. etiam Catonis sententiam efficiente.

22. De Cæsare quidem, quis fuerit, quomodo studuerit plebi, quumque Pompejum alioquin evertendum sibi sumpsisset, devinxerit tamen in iis, quæ ad populi gratiam ineundam, suamque potentiam augendam facerent, jam ante dictum est. Cato autem iste ex gente Porciorum erat, magni illius Catonis in omnibus rebus imitator, nisi quod eum Græcarum literarum usu superavit. Omni studio in rem popularem intentus unum aliquem hominem non admirabatur, rempublicam summo prosequebatur amore, contra odio omnes qui super alios excellerent, ob suspicionem dominandi, habebat; omne quod populare erat, comiseratione imbecillitatis motus, amabat; populumque magis, quam quisquam alius, diligebat; libereque etiam cum periculo suo pro justitia pugnabat. Atque hæc omnia non potentiæ, non gloriæ, non honoris alicujus adipiscendi causa, sed solius vitæ liberæ atque a dominatione tutæ studio. His moribus præditus, tum primum ad rem publicam accessit, & decreto, non quod ullam adversus Pompejum inimicitiam gereret, sed quia id contra majorum statuta erat, contradixit.

23. Igitur hæc Pompejo absenti data sunt, advenienti nihil additum: quod facturi tamen haud dubie erant, si ipse voluisset. Nam aliis qui imperium habuerant Pompejano longe inferius, multos sæpe & nimios honores tribuerant: quamquam liquido constet, id eos invitos feciisse. Pompejus haud erat ignarus, omnia ea, quæ potentibus,

ἔπεμψε· καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἦν μέγα, [r] πολυ]ελῶς κεκοσμημένον, καὶ γραφὴν ἔχον, ὅτι τῆς οἰκουμένης ἐσίν. οὐ μέν]οι καὶ ἐπωνυμίαν τινὰ προσεπέθε]ο, ἀλλὰ καὶ [85] μόνῃ τῇ τοῦ Μάγνου (ἥνπερ που καὶ πρὸ ἐκείνων τῶν ἔργων ἐκέκ]η]ο) ἠρκέθη. οὐ μὴν οὐδ' ἄλλην τινὰ τιμὴν ὑπέρογκον λαβεῖν διεπράξα]ο, ἢ τοῖς γε ψηφισθεῖσιν ἀπόν]οις, πλὴν ἅπαξ, ἐχρήσα]ο. ἦν δὲ ταῦτα, [86] δαφνοφορεῖν τε αὐ]ὸν καθ' ἅπασας ἀεὶ τὰς πανηγύρεις, καὶ τὴν σολὴν, τὴν μὲν ἀρχικὴν, ἐν πάσαις αὐ]αῖς, τὴν δὲ ἐπινίκιον, ἐν τοῖς τῶν ἵππων ἀγῶσιν ἐνδύνειν. ταῦτα γὰρ αὐ]ῷ, συμπράσσον]ος ἐς αὐ]ὰ τὰ μάλισα τοῦ Καίσαρος, καὶ παρὰ τὴν τοῦ Κάτωνος τοῦ Μάρκου γνώμην, ἐδόθη.

Καὶ περὶ μὲν ἐκείνου, ὅ]ις τίς τε ἦν, καὶ ὅτι τοὺς πολλοὺς ἐθεράπευε, τόν τε [s] Πομπήϊον ἄλλως τε καθήρει, δι' ὧν δὲ δὴ τῷ τε ὁμίλῳ χαριεῖσθαι καὶ αὐ]ὸς ἰσχύσειν ἔμελλε, προσεποιεῖτο, [87] προείρη]αι. ὁ δὲ δὴ [88] Κάτων ὗ]ος ἦν ἐκ τοῦ τῶν Πορκίων γένους, καὶ τὸν Κάτωνα τὸν πάνυ ἐζήλου, πλὴν καθ' ὅσον [89] παιδείᾳ Ἑλληνικῇ μᾶλλον αὐ]οῦ ἐκέχρη]ο. ἤσκει δὲ τὰ τοῦ πλήθους ἀκριβῶς· καὶ ἕνα μὲν ἀνθρώπων οὐδένα ἐθάυμαζε, τὸ δὲ δὴ κοινὸν ὑπερηγάπα· καὶ πᾶν μὲν τὸ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πεφυκὸς, ὑποψίᾳ δυνασείας, ἐμίσει, πᾶν δὲ τὸ δημο]ικὸν, ἐλέῳ τῆς ἀσθενείας, ἐφίλει. καὶ δήμου ἐρασής τε, ὡς οὐδεὶς ἄλλος, ἐγίνε]ο, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ δικαίου παῤῥησίαν καὶ με]ὰ κινδύνων [t] ἐποιεῖτο. [90] καὶ ταῦτα μέν]οι πάν]α οὔ]ε πρὸς ἰσχὺν, οὔ]ε πρὸς δόξαν, ἢ τιμήν τινα, ἀλλ' αὐ]ῆς ἕνεκα τῆς τε αὐ]ονόμου καὶ τῆς ἀτυραννεύ]ου διαίτης, ἔπρα]τε. τοιοῦτος οὖν δή τις ὢν, ἔς τε τὸ κοινὸν τότε πρῶτον παρῆλθε, καὶ πρὸς τὰ ψηφιζόμενα, καίπερ μηδεμίαν τῷ Πομπηΐῳ ἔχθραν ἔχων, ἀλλ' ὅτι γε [91] ἔξω τῶν πα]ρίων ἦν, ἀνα]εῖπεν.

Ἀπόν]ι μὲν δὴ οὖν αὐ]ῷ ταῦτ' ἔδοσαν, ἐλθόν]ι δὲ οὐδέν· πάν]ως ἄν που καὶ ἕτερα προσθέν]ες, εἴπερ ἐθελήκει. ἄλλοις γοῦν τισιν ἐν ἐλάτ]ονι αὐ]οῦ κράτει γενομένοις πολλὰ καὶ ὑπέρογκα πολλάκις ἔνειμαν. καὶ ὅτι γε καὶ ἐκεῖνα ἄκον]ες ἔπραξαν, δῆλόν ἐσιν. ὁ οὖν Πομπήϊος, εὖ εἰδὼς, ὅτι πάνθ' ὅσα ἐν ταῖς δυνασείαις

[r] πολυ]ελῶς. παν]ελῶς, Xiph sed hunc puto ex Dione corrigendum. πολυ]ελῶς τε κεκοσμημ. Med. & codex Xiphilini Br. quanquam hic in margine παν]ελῶς. [s] Πομπήϊον ἄλλως. Πομπήϊον μὲν ἄλλως, T. [t] ἐποιεῖτο. ἐπ]οεῖτο, Coisl. Cod. Xiphilini. ad quem locum Montfaucon: *optime; sensus est, libertatem loquendi pro rebus gestis etiam cum periculis conjunctam suspiciebat, sive mirabatur.* sed mihi non dubium est, meliorem esse Dionis lectionem, itemque Xiphilini vulgatam. vid. § 90.

§ 85. (l. 32.) μόνῃ τῇ τοῦ Μάγνου] Magni cognomen Pompejo datum fuit a Sylla post debellatum in Africa Domitium, ut narrat Plutarchus p. 625. qui addit, Pompejum ipsum hoc cognomento uti cœpisse post victoriam Hispaniensem.

§ 86. (l. 36.) δαφνοφορεῖν τε αὐ]όν] Vellejus II. 40. *Absente Cn. Pompejo, T. Ampius & T. Labienus tribuni plebis legem tulerunt, ut is ludis Circensibus corona laurea* (ita recte viri docti scribunt, pro aurea, quam præferunt priores editt.) *& omni cultu triumphantium uteretur, scenicis autem prætexta, coronaque aurea. Id ille non plus quam semel, & hoc sane nimium fuit, usurpare sustinuit.*

§ 87. (l. 47.) προείρη]αι] Supra lib. XXXVI. p. 21.

§ 88. (l. 47.) ὁ δὲ δὴ Κάτων ὗ]ος] Hic est M. Cato minor, cujus, ut proavi quoque M. Porcii Catonis majoris, vitam copiose Plutarchus descripsit. Magno elogio ille apud Vellejum II. 35 *homo virtuti similimus per omnia ingenio Diis quam hominibus propior: qui nunquam recte fecit ut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat.* In eo celebrando certarunt olim magna ingenia, v. g. Cicero, cui Anticatones suos Cæsar opposuit, & M. Brutus, gener, adversus quem Augustus scripsit. De Porcia gente plebeja & stirpe Catonum diligenter Joh. Glandorpius in Romano Onomastico, ut Rich. Streinium aliosque de familiis Romanorum scriptores prætream.

§ 89. (l. 50.) παιδείᾳ Ἑλληνικῇ] De Catone majore Censorio constat, quod in senectute demum græcas litteras ab Ennio didicerit, ut testantur Cicero Catone Majore c. 1. & 8. & Lucullo, sive Academ. Quæst. lib. II. Cornelius Nepos in Catonis hujus vita c. 3. Valerius Max. VIII. 7. Plutarchus p. 337.

δυνασείαις τοῖς ἰσχύουσί τι παρὰ τῶν πολλῶν γίνεσθαι, τήν τε ὑπόνοιαν, (κἂν τὰ μάλισα ἐθελούσιόί τι ψηφίσωνται) ὡς καὶ κατὰ βίαν ἐκ τῆς τῶν κρατούντων παρασκευῆς διδόμενα, ἔχει, καὶ δόξαν οὐδεμίαν τοῖς λαβοῦσιν αὐτὰ (ὡς καὶ μὴ παρ' ἑκόντων, ἀλλ' ἀναγκασθέντων, μηδ' ἀπ' εὐνοίας, ἀλλ' ἐκ κολακείας ὑπάρξαντα σφίσι) φέρει· οὐκ ἐπέτρεψεν ἀρχὴν οὐδενὶ οὐδὲν ἐσηγήσασθαι. καὶ πολύ γε τοῦτο βέλτιον εἶναι ἔλεγεν, ἢ ψηφισθέντα μὴ προσίεσθαι. ἐν μὲν γὰρ τῷ, μῖσός τε ἐπὶ τῇ δυνασείᾳ ὑφ' ἧς ἐγινώσκετο, καὶ ὑπερηφάνειαν καὶ ὕβριν, τῷ μὴ δέχεσθαι τὰ διδόμενα παρὰ τῶν κρειττόνων δῆθεν, ἢ πάντως γε τῶν ὁμοίων, ἐνεῖναι· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, τὸ δημοτικὸν ὄντως καὶ ὄνομα καὶ ἔργον, οὐκ ἀπ' ἐνδείξεως, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας ὑπάρχειν. τὰς γάρ τοι ἀρχὰς καὶ τὰς ἡγεμονίας ἔξω τῶν πατρίων ὀλίγου πάσας λαβών, τὰ γοῦν ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ ὧν μήτε ὠφελῶν τινα, μήτε ὠφελούμενος, φθόνον ἄλλως καὶ μῖσος, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν διδόντων αὐτὰ, σχήσειν ἔμελλεν, οὐκ ἐδέχετο. καὶ ταῦτα μὲν ἀνὰ χρόνον ἐγένετο.

potentibus, & in ſummo imperio conſtitutis a populo darentur, cum vel maxime decernerentur a libentibus, tamen in eam ſuſpicionem incurrere, quaſi vi & machinatione potentium extorta ſint; eademque nullam ei, cui conferuntur, gloriam afferre, quando non a volentibus, ſed a coactis proficiſci, non ob benevolentiam, ſed adulandi cauſa exhibita viderentur. Itaque nemini omnino, ut de id genus rebus referret, conceſſit: longe id præſtare dicens, quam ſi decretos jam honores repudiaret. Hoc enim cum odio ejus magiſtratus, qui decretum feciſſet, & cum faſtu contemtuque conjunctum eſſe, ubi ea recuſentur, quæ quidem a ſuperioribus, aut certe paribus offerantur: in altero autem agendi modo & nomen & rem popularis animi, non per oſtentationem, ſed re vera, ineſſe. Quamvis igitur magiſtratus atque imperia omnia fere ſecus, quam a patribus acceptæ leges ferrent, obiviſſet, reliqua tamen iſta, quibus neque aliis neque ſibi ipſi prodeſſet, ſed invidiam adeo odiumque adverſus ſe eorum ipſorum, qui ea præſtitiſſent, contracturus videbatur, non admiſit. Atque hæc tum acta ſunt. A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

Τότε δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πολέμων ἀνάπαυσιν [u] τὸν λοιπὸν τοῦ ἔτους χρόνον ἔσχον· ὥστε καὶ τὸ [92] οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ὠνομασμένον διὰ πάνυ πολλοῦ ποιῆσαι. τοῦτο δὲ μαντείας τις τρόπος ἐστὶ, [x] πίστιν τινὰ ἔχων, εἰ ἐπιτρέπει σφίσιν ὁ Θεὸς ὑγιειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι· ὡς οὐχ ὅσιον οὐδὲ αἴτησιν αὐτῆς, πρὶν συγχωρηθῆναι, γενέσθαι. καὶ ἐτελεῖτο κατ' ἔτος [xx] ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ μηδὲν στρατόπεδον μήτε ἐπὶ πόλεμον ἐξήει, μήτ' ἀντεπαρετάττετό τις, μήτε ἐμάχετο. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς συνεχέσι κινδύνοις, καὶ μάλισα τοῖς ἐμφυλίοις, οὐκ ἐποιεῖτο. ἄλλως τε γὰρ παγχάλεπον σφίσιν ἦν, καθαρὰν ἀπὸ πάντων αὐτῶν ἡμέραν ἀκριβῶς τηρῆσαι, καὶ προσέτι καὶ ἀτοπώτατον, κακὰ αὐτοὺς ἐν ταῖς στάσεσιν ἑκουσίους ἀμύθητα ἀλλήλοις παρέχοντας, καὶ μέλλοντας, ἄν τε ἡττηθῶσιν, ἄν τε καὶ νικήσωσι, κακοῦσθαι· ἔπειτα σωτηρίαν παρὰ τοῦ θείου προσαιτεῖν.

24. Per reliquum anni ſpatium Romani bellis vacarunt, ita ut longo tempore intermiſſum augurium ſalutis repeterent. Eſt autem quoddam divinationis genus, quo exploratur, concedatne ipſis deus, ut populo ſalutem petant: quaſi nefas eſſet eam, priusquam concedatur, petere. Ea divinatio celebrabatur ſingulis annis, die ejusmodi, qua nullus exercitus ad bellum eſſet profectus, nullus contra aciem inſtrueret aut pugnaret. Hanc ob cauſam in continentibus periculis maximeque civilibus, non celebrabatur. Nam & ceteroquin difficillimum erat Romanis, aut diem exacte ab his omnibus puram ſervarent: & præterea abſurdiſſimum, quum ipſi ſeſe mutuo in ſeditionibus vltro malis infandis affligerent, vt ſive vincerentur, ſive adeo vincerent, in miſeriis eſſent futuri, quod ita ſalutem a deo vellent flagitare.

Ἀμέλει καὶ τότε ἠδυνήθη μέν πως τὸ οἰώνισμα ἐκεῖνο ποιηθῆναι, [93] οὐ μέντοι καὶ καθαρὸν ἐγένετο. [94] ἕξεδροι γάρ τινες ὄρνιθες ἐπέπταντο, καὶ διὰ τοῦτ'

25. Atqui tunc videbatur id augurium capi poſſe, nec tamen purum peractum eſt. Nam & aves quædam extra ſedes ſuas devolarunt, auguriumque

[u] τὸν λοιπὸν τοῦ ἔτους χρόνον. Vocabulum λοιπὸν, ad ſenſum utique neceſſarium, ſupplere docuit cod. V. a. & Med. [x] πίστιν. videtur aptius dici πύστιν, nec enim πίστις dici poteſt, quæ adhuc anceps hæret εἰ ἐπιτρέπει ὁ Θεὸς. [xx] ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ. ἐν ᾗ ἡμέρᾳ, T. vel ἐν ἡμέρᾳ ἐν ᾗ.

p. 337. Quintilianus XII. 11. Aurelius Victor de Viris illuſtribus c. 47. Hieronymus Epiſt. &c.

§ 90. (l. 58.) ἐποιεῖτο] MS. Seguierian. ἐπλοεῖτο, minus convenienter huic loco. Eſt enim πλοεῖσθαι, timore ac πλόᾳ commoveri.

§ 91. (l. 65.) ἔξω τῶν πατρίων] Ita a moribus Romanis abhorrebat, ut juvenis, & nec dum ſenator, mitteretur pro conſule, ut equiti tanta bella gerenda tribuerentur, & concederetur triumphus, ſupra lib. XXXVI. p. 13.

§ 92. (l. 99.) οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ὠνομασμένον] De hoc ſalutis augurio, cujus infra iterum lib. LI. p. 457. E. mentio, & cujus rationem nemo veterum ita perſpicue ut Dio noſter explicat, dixere viri Docti ad Suetonii Auguſtum c. 31. ad Feſtum in *maximus prætor*, & ad Tacitum XII. 23. Annal. Politianus c. 13. Miſcel. Cælius Calcagninus VI. 9. Epiſt. & in equitatione p. 568. opp. Jul. Cæſar. Bulengerus de auguriis & auſpiciis c. 17. p. 360. Samuel Pitiſcus in voce *augurium* &c. [σωτηρίας οἰώνισμα rectius verti a Dione debuiſſe, monet Caſaubonus ad Suet.]

§ 93. (l. 17.) οὐ μέντοι καὶ καθαρὸν ἐγένετο] Ad hoc reſpiciens Q. Cicero ad fratrem lib. I. de Divinatione c. 47. *Tibi P. Claudius augur Conſuli nunciavit, addubitato ſalutis augurio, bellum domeſticum triſte ac turbulentum fore: quod paucis poſt menſibus* (concitante Catilina) *exortum, paucioribus a te eſt diebus oppreſſum.* Quod Dio ait οὐ καθαρὸν, Cicero *addubitatum.*

§ 94. (l. 18.) ἕξεδροι ὄρνιθες ἐπέπταντο] Extra ſedes ſuas devolarunt. Heſychius: ἕξεδρον τὸν οὐκ ἄσιον οἰωνὸν, οὐκ εὐθετον ὄρνιν, οὐκ ἐν δέοντι τὴν ἕδραν ἔχοντα. Si a læva ad dextram diſcederent aves, ſiniſtra & infauſta faciebant omina. vid. viros eruditiſſimos If. Voſſium ad Catullum p. 105. & Ezech. Spanhemii ad Callimachum notas p. 636. ſq. Xiphilinus e Dione infra in Pertinace p. 829. ἀεί τε περὶ τὸ Καπιτώλιον κοῖλοι καὶ ἕξεδροι ἐπλανῶντο.

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

guriumque propterea iterari debuit. Præterea alia quoque infesta signa evenerunt: multa enim fulmina tempore sereno delapsa sunt, terra ingenti motu concussa est, multis locis hominum simulacra apparuerunt, faces in sublime ab occasu ad cœlum recurrerunt: ita ut omnes etiam de vulgo homines hinc jam ante præsagirent quid ea portenderent. Tribuni enim plebis, adjuncto sibi Antonio consule, cui cum ipsorum ingeniis optime conveniebat, alius filios eorum, qui sub Sylla civitate pulsi erant, ad magistratus promovere: alius P. Pæto, Cornelioque Syllæ, qui cum eo ambitus reus peractus erat, senatorii ordinis magistratusque capessendi potestatem concedere: alius novas tabulas, alius agrorum divisiones in Italia pariter & Romano nomini subditis regionibus moliri. Atque hæc quidem a Cicerone, aliisque, qui cum eo sentiebant, mature deprehensa, & antequam effectum quicquam daretur, sedata sunt.

τοῦτ' γ ἀνεμαντεύσαντο. καὶ ἄλλα δὲ αὐτοῖς σημεῖα οὐκ αἴσια συνηνέχθη. κεραυνοί τε γὰρ ἐν αἰθρίᾳ πολλοὶ ἔπεσον, καὶ ἡ γῆ ἰσχυρῶς ἐσείσθη, [95] εἴδωλά τε πολλαχόθι ἀνθρώπων ἐφανήσθη, καὶ λαμπάδες ἀνεκαὶ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀπὸ τῶν δυσμῶν ἀνέδραμον· ὥστε πάντα τινὰ καὶ ἰδιώτην τὰ σημαινόμενα ἀπ' αὐτῶν προγνῶναι. οἱ γὰρ δήμαρχοι τὸν Ἀντώνιον τὸν ὕπατον ὁμοιοτροπώτατον σφίσιν ὄντα προσλαβόντες, ὁ μέν τις τοὺς παῖδας τῶν ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐκπεσόντων πρὸς τὰς ἀρχὰς ἦγεν· [96] ὁ δὲ τῷ τε Παίτῳ [z] τῷ Πουπλίῳ, καὶ τῷ Σύλλᾳ τῷ Κορνηλίῳ τῷ μετ' αὐτοῦ ἁλόντι, τό, τε βουλεύειν καὶ τὸ ἄρχειν ἐξεῖναι ἐδίδου. ἄλλος χρεῶν ἀποκοπὰς, [97] ἄλλος κληρουχίας καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῷ ὑπηκόῳ γενέσθαι ἐσηγεῖτο. καὶ ταῦτα μὲν πρός τε τοῦ Κικέρωνος καὶ πρὸς τῶν ἄλλων τῶν ὁμογνωμονούντων οἱ προκαταληφθέντα, πρὶν ἔργον τι ἀπ' αὐτῶν συμβῆναι, ἐπαύθη.

26. Titus autem Labienus, Rabirium propter cædem Saturnini in jus vocans, plurimum Romæ tumultus excitavit. Nam Saturninus ante annum trigesimum & sextum obierat, bellumque adversus eum jussu senatus a consulibus fuerat susceptum. Itaque eo judicio autoritas decernendi senatui omnis derogabatur, omnisque reipublicæ ordo conturbabatur. At vero Rabirius cædem eam nequaquam profitebatur, sed infitias ibat. Tribuni autem hoc omnino agebant, ut omni potestate auctoritateque senatus sublata, ipsi plenam pro sua libidine omnia agendi potentiam sibi pararent. Nam eo ipso, quod senatusconsultorum, & ab eo ordine ante tot annos actorum, rationes exigerentur: iis, qui consimilia tentassent, securitas concedebatur, eorumque pœnæ diminuebantur. Senatus non id modo iniquum ducere, quod homo senatoriæ dignitatis, ob nullum facinus, tam magno natu periret, sed multo vehementius indignari, quod reipublicæ præcipuus ordo ignominia afficeretur, rerumque potestas ad pessimos homines devolueretur.

Τίτος δὲ δὴ Λαβιηνὸς [98] Γάϊον Ῥαβίριον ἐπὶ τῷ τοῦ Σατουρνίνου φόνῳ γραψάμενος, πλεῖστον σφίσι τάραχον παρέσχεν. [99] ὅ, τε γὰρ Σατουρνῖνος πρὸ ἓξ που καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἐτεθνήκει· καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὸν οἱ ὕπατοι τότε παρὰ τῆς βουλῆς προσετεθάχατο. ὥστε ἡ γερουσία ἄκυρος ἐκ τοῦ δικαστηρίου ἐκείνου τῶν ψηφισμάτων ἐγίνετο. κἀκ τούτου πᾶς ὁ κόσμος τῆς πολιτείας ἐταράττετο. ὁ μὲν γὰρ Ῥαβίριος [a] οὐδ' ὡμολόγει τὸν φόνον, ἀλλ' [100] ἄπαρνος ἦν. οἱ δὲ δήμαρχοι τήν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς βουλῆς καταλυσαι παντελῶς ἐσπούδαζον, καὶ ἐξουσίαν ἑαυτοῖς τοῦ πάνθ' ὅσα βούλοιντο ποιεῖν, προπαρεσκεύαζον. [aa] διὰ γὰρ δὴ τούτου τά τε τῷ συνεδρίῳ δόξαντα, καὶ τὰ πρὸ τοσούτων ἐτῶν πραχθέντα εὐθύνεσθαι, τοῖς τέ τι τῶν ὁμοίων ἐπιχειροῦσιν ἄδεια ἐδίδοτο, καὶ αἱ τιμωρίαι αὐτῶν ἐκολούοντο. ἡ οὖν γερουσία δεινὸν μὲν καὶ ἄλλως ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ ἄνδρα βουλευτὴν, μήτ' ἀδικοῦντά τι, καὶ ἐς γῆρας ἤδη προεληλυθότα, ἀπολεῖσθαι. πολλῷ δὲ δὴ μᾶλλον ἠγανάκτει, ὅτι τό, τε πρόχημα τῆς πολιτείας διεβάλλετο, καὶ τὰ πράγματα τοῖς φαυλοτάτοις ἐπετρέπετο.

27. Fa-

Σπουδαί

[y] ἀνεμαντεύσαντο, plurium numero rectius V. a. & Med. quam vulgo ἀνεμαντεύσατο. ad rem vide p. 50 B. 105. A. Xylander verterat, *augurium sinistrum reddiderunt*. [z] τῷ Πουπλίῳ. ita correximus falsam lectionem librorum editorum τῷ Ποπλίου, ex V a. & ita scribendum esse, vidit X. [a] οὐδ' ὡμολόγει τὸν φόνον, ἀλλ' ἄπαρνος ἦν. forte: Ῥαβίριος ὡμολόγει τὸν φόνον, οὐδ' ἄπαρνος ἦν. id enim patet ex oratione Ciceronis. N. sed fallitur vir doctus. *Arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum: & id C. Rabirius multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissime defendente, antea falsum esse docuit.* Cicero cap. 6. nec Cicero aliter: *utinam possem hoc prædicare* ibid. *utinam fecisset!* cap. 11. Dionis locutio habet simile quid cum dicto Joh. I. 20. ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο, cujus generis plura attulit Blakwallus Sacred Classics II. p. 18. vide & Jo. Henr. Majum fil. Obss. lib. II. p. 54. sq. sed in eo differt, quod hic membrum posterius formam affirmantem habet: prius ergo negat. [aa] διὰ γὰρ δὴ τούτου τά τε &c. διὰ γὰρ δὴ τοῦ (scil. εὐθύνεσθαι) τάτε. L. nescio quo sensu Od.

§95. (l. 22.) εἴδωλά τε πολλαχόθι ἀνθρώπων] Hoc unum tacet, cætera commemorat Cicero III. Catilinaria c. 8. *Nam ut illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces, ardoremque cœli, ut fulminum jactus, ut terræ motus relinquam, ut omittam cætera, quæ tam multa nobis consulibus facta sunt, ut hæc, quæ nunc fiunt, canere Dii immortales viderentur.*

§96. (l. 29.) ὁ δὲ τῷ τε Παίτῳ] De P. Pæto Syllaque ambitus damnatis, dictum supra p. 21. D. Tribunus ille fuit L. Cæcilius, de quo Cicero in Orat. pro P. Sylla, illius Syllæ fratre, conjurationis accusato c. 22.

§97. (l. 33.) ἄλλος κληρουχίας] Hic fuit P. Servilius Rullus, contra quem extant insignes Ciceronis, quibus ejus legem agrariam dissuasit, Orationes. vid. Annales Pighii ad hunc annum.

§98. (l. 39.) Γάϊον Ῥαβίριον] Consulenda Ciceronis oratio pro C. Rabirio perduellionis reo ad Quirites, & quæ Viri Docti ad Suetonii Cæsarem c. 12.

§99. (l. 41.) ὁ γὰρ Σατουρνῖνος] Coss. C. Mario Nepote & L. Valerio Flacco A. U. C. 654. SCtum factum est adversus L. Apulejum Saturninum tribunum plebis, ut notat Asconius Pedianus ad Orat. Ciceronis in L. Pisonem c. 2. vid. iterum Pighium T. III. Annalium p. 173. sq. 320. 324.

ὁ γὰρ Σατουρνῖνος] L. Saturnini seditio, utque occisus fuerit, describitur copiose ab Appiano Alexandrino lib. I. quanquam neque is, neque Plutarchus in Mario, neque Florus lib. III. c. 17. Rabirio cædem eam adscribant. Periit A. U. C. 655. ut recte Dio dixerit, annis ante triginta sex id evenisse. XYL.

τὸν πόλεμον] *Bellum* vocat arma jussu senatus contra seditiosos usurpata. Sic in Epitoma Liviana LXIX. *bello quodam interfectus* hic ipse dicitur. *Bella* autem hujusmodi res dicuntur, *quia* (ut de cæde Tiberii Gracchi Tullius ait) *non solum ex domestica sunt ratione, sed attingunt etiam bellicam, quoniam vi manuque conficiuntur.* XYL.

Σπουδαί τε οὖν ταραχώδεις, καὶ φιλονεικίαι ἀφ' ἑκατέρων περί τε τοῦ δικασηρίου, τῶν μὲν, ὅπως μὴ συναχθῇ, τῶν δὲ, ἵνα καθιζήσῃ, δικαιούντων· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο διά τε τὸν Καίσαρα καὶ δι' ἄλλους τινὰς ἐνίκησε, περί τε τῆς κρίσεως αὖθις συνέβησαν· [b] καὶ (ἦν [101] γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ μετὰ τοῦ Καίσαρος τοῦ Λουκίου δικάζων· οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ δὴ λεγόμενον περδουελλίωνος ὁ Ῥαβίριος ἐκρίθη·) καταψηφίσαιτο αὐτοῦ, καίτοι μὴ πρὸς τοῦ δήμου, κατὰ τὰ πάτρια, ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ, οὐκ ἐξὸν, αἱρεθέντες. καὶ ἐφῆκε μὲν ὁ Ῥαβίριος, πάντως δ' ἂν καὶ παρὰ τῷ δήμῳ ἐάλω, εἰ μὴ ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ, οἰωνιστής τε ὢν καὶ στρατηγῶν, ἐνεπόδισεν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἄλλως ἐπείθοντό οἱ, οὔθ' ὅτι παρὰ τὰ νενομισμένα ἡ κρίσις ἐγεγόνει ἐνεθυμοῦντο, ἀνέδραμεν ἐς τὸ Ἰανίκουλον, πρίν καὶ ὁτιοῦν σφᾶς ψηφίσασθαι, καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν καθέσπασεν· ὥστε μηδὲν ἔτ' αὐτοῖς ἐξεῖναι διαγνῶναι.

27. Factiones igitur turbulentæ contentionesque utriusque partis exstitere de judicio: quum alteri, ne fieret; alteri, ut fieret, instarent. Ubi tandem ea pars, quæ judicari rem volebat, potissimum per Cæsarem, aliosque nonnullos, obtinuit, rursus de judicio conventum est. (Erat vero ipse C. Cæsar cum L. Cæsare judex, neque levi crimine, sed perduellionis Rabirius arcessebatur.) Ipsum condemnaverunt judices, quamvis non a populo, ut quidem mores majorum ferebant, sed a prætore, secus quam par erat, constituti. Rabirius ad populum provocavit: sed haud dubie ibi quoque causa cecidisset, ni Metellus Celer, qui tum augur prætorque erat, id impediisset. Is enim, quum ei populus nihil obtemperaret, neque animo reputaret, judicium illud haud legitime factum esse, in Janiculum provolavit, antequam suffragiis populus quicquam decerneret, revellitque signum militare: itaque populus nullius amplius decreti faciendi potestatem habebat. A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

Τοῦτο δὲ, τὸ καὶ τὸ σημεῖον, τοιόνδε τί ἐστι· πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μή πολε, ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τοὺς λόχους, ἐπιθῶνταί τινες τῇ πόλει, τὸ Ἰανίκουλον καταλαβόντες, ἐνόμισαν μὴ πάντες ἅμα ψηφίσασθαι, [102] ἀλλά τινας ἀεὶ ἐνόπλους τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν. καὶ αὐτὸ, ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν· ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, [103] τό, τε σημεῖον καθηρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. οὐ γὰρ ἐξῆν, μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου, οὐδὲν ἔτι χρηματίζεσθαι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις ταῖς καθὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες, ἀνάγκην εἶχον ἐς αὐτὰς συνιέναι· καὶ ἔτι τε καὶ νῦν [104] ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται. οὕτω μὲν δὴ τότε ἥ τε ἐκκλησία, καθαιρεθέντος τοῦ σημείου, διελύθη, καὶ ὁ Ῥαβίριος ἐσώθη. ἐξῆν μὲν γὰρ τῷ Λαβιηνῷ καὶ αὖθις δικάσασθαι, οὐ μέντοι καὶ ἐποίησεν αὐτό.

28. Quod de vexillo dixi, ita habet. Quum antiquitus multi hostes circum Romam habitarent, veriti Romani, ne, dum ipsi comitia centuriata agerent, hostes, per insidias urbem aggressi, Janiculum occuparent: statuerunt, non omnes simul ire in suffragia, sed ut semper aliqui armati per vices eum locum custodirent. In Janiculo igitur, quamdiu concio durabat, custodiæ agebantur: quum autem solvenda jam erat concio, signum a Janiculo removebatur, custodesque discedebant. Non autem licebat, custodiis ab arce ea remotis, quicquam amplius statuere. Is autem mos solis centuriatis comitiis observabatur, quod ad ea extra urbem, & quod omnibus, qui arma haberent, conveniendum necessario erat: & id hodieque dicis causa fieri solet. Eo tum modo concio dissipata, vexillo amoto, Rabriusque liberatus est. Nam etsi denuo causam agere Labieno integrum fuisset, id tamen omisit.

Ὁ δὲ δὴ Κατιλῖνας ὧδέ τε καὶ διὰ τάδε ἀπώλετο· ἔδοξε τῇ βουλῇ, τήν τε ὑπατείαν [105] καὶ τότε

29. Catilina vero hoc modo, hisque de causis periit. Quum eo quoque tempore consulatum

[b] καὶ (ἦν γὰρ &c. hinc parenthesin inchoandam recte docuit T. cum vulgo ante καὶ ponatur, quo pacto sequentia καὶ ψηφίσασθαι αὐτοῦ, carent nexu cum antecedente συνέβησαν. αὐτὸς non Labienus est, sed Cæsar. vid. Suet. c. 12.

§ 100. (l. 48.) ἄπαρνος ἦν] Cicero oratione pro Rabirio c. 6. *Arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum: & id C. Rabirius multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissime defendente, antea falsum esse docuit.*

§ 101. (l. 67.) ἦν γὰρ αὐτὸς] Ipse T. Labienus cum Cæsare. Hos *duumviros* intellige, quos memorat Cicero pro C. Rabirio c. 4. injussu populi, capitis condemnare civem Romanum, imo senatorem. Prætor mox infra memoratur P. Metellus Celer, qui Rabirium pulchro commento condemnatione exemit. Idem augur, cujus defuncti mentio apud Ciceronem in Vatinium c. 8.

§ 102. (l. 88.) ἀλλά τινας ἀεὶ ἐνόπλους] Imperabatur exercitus, qui in statione esset, interim dum centuriata comitia habebantur: quum vero dimitti ea contingeret, iterum remittebatur, qua de re adeundus Joh. Frid. Gronovius lib. I. Observat. c. 1. & Petrus Wesselingius in libro probabilium c. 39. Lælius Felix apud Gellium XV. 27. *Centuriata comitia intra pomoerium fieri nefas, quia exercitum extra urbem imperari oportet, intra urbem imperari fas non est: propterea centuriata in campo Martio* (ἔξω τοῦ τάχους, ut est apud Dionem) *habentur, exercitusque imperari præsidii causa solitus, quoniam populus erat in suffragiis ferendis occupatus.*

§ 103. (l. 91.) τό, τε σημεῖον καθηρεῖτο] Consul Romanus Bacchanalia dissuadens apud Livium XXXIX. 15. *Majores vestri, ne vos quidem, nisi quum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus eductus esset,* (populo in comitiis centuriatis per centuriam conveniente,) *aut plebi concilium tribuni edixissent,* (in comitiis tributis, ubi sola plebs per tribus congregata) *aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coire noluerunt, & ubicunque multitudo esset, ibi & legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse.* Macrobius lib. I. Saturnal. c. 16. *præliales dies ab justis non segregaverim, siquidem justi sunt continui triginta dies, quibus exercitu imperato vexillum rufi coloris in arce positum est.* Signum comitiorum album vexillum est apud Servium in VIII. 1. Æneid.

§ 104. (l. 98.) ὁσίας ἕνεκα] Dicis caussa, ut moris & consuetudinis honori satisfiat. Vide sis Petrum Victorium lib. VI. variarum lectionum c. 24. Andream Schottum ad Nepotis Atticum c. 8. & Conradi Samuelis Schurtzfleischii τοῦ μακαρίτου singularem de hac formula Dissertationem, quam A. 1703. Vitebergæ edidit. Utitur iterum Dio infra XLVI. p. 312. B.

§ 105. (l. 4.) καὶ τότε] Nam & tertio ante anno Consulatum petere voluerat, sed repetundarum reus prohibebatur, quo minus profiteri nomen ei liceret, ut narrat Sallusti-

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

tum peteret, ejusque obtinendi causa nihil intentatum relinqueret, statutum est a senatu, Cicerone præsertim auctore, ut ambitus crimen, præter constitutas jam multas, decennali insuper exilio plecteretur. Catilina hoc propter se, sicut erat, statutum existimans, conatus quidem est, parata ad id manu, Ciceronem, aliosque primores viros, in ipsis comitiis obtruncare, ut illico consul crearetur; neque tamen id efficere potuit. Nam Cicero, insidiis ante cognitis, eas senatui patefecit, ipsumque Catilinam graviter accusavit. Quum non persuaderet, ut ea, quæ volebat, decernerent, (nec enim probabilia retulisse, sed ob proprias inimicitias per calumniam eos viros accusasse videbatur) timor eum incessit: quippe qui magis adhuc Catilinam irritassent. Igitur non amplius ausus est in concionem solus, ut alias consueverat, venire, sed familiares suos, qui ad defendendam vim parati essent, secum duxit: cœpitque loricam, sui tutandi illisque invidiam conciliandi causa, sub veste ita quidem gestare, ut eam tamen data opera ostentaret. Hanc ob rem, & quod alioquin rumor increbuerat, tendi insidias Ciceroni, populus vehementi indignatione commotus est: quem metuentes, qui cum Catilina conjurationem fecerant, quieverunt.

30. Ita consulibus aliis designatis, Catilina non jam occulte, neque adversus solum Ciceronem ejusque sectatores, sed adversus totam rempublicam insidias instruxit. Nam ex ipsa urbe flagitiosissimos quosque, & novarum semper rerum studiosissimos, deinde ex sociis Romanorum etiam quamplurimos coegerat: novas iis tabulas,

τότε αἰτήσαντος, καὶ πᾶν ὅ, τι δήποτε ἐνεδέχετο ὅπως ἀποδειχθῇ μηχανωμένου, δέκα ἐτῶν φυγὴν, τοῦ Κικέρωνος ἐς τὰ μάλιστα ἐναγόντος, τοῖς ἐπιτιμίοις τοῖς ἐπὶ τῷ δεκασμῷ [106] τεταγμένοις προσνομοθετῆσαι. τοῦτ' οὖν καὶ ἐκεῖνος δι' ἑαυτὸν (ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν) ἐγνῶσθαι νομίσας, ἐπεχείρησε μὲν, χεῖρά τινα παρασκευάσας, τὸν Κικέρωνα, καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πρώτων ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρχαιρεσίαις, ἵν' ὕπατος εὐθὺς χειροτονηθῇ, φονεῦσαι. οὐκ ἠδυνήθη δέ. [107] ὁ γὰρ Κικέρων προμαθὼν τὸ ἐπιβούλευμα, τῇ τε γερουσίᾳ ἐμήνυσεν αὐτὸ, καὶ κατηγορίαν αὐτοῦ πολλὴν ἐποιήσατο. ἐπειδή τε οὐκ ἔπεισε σφᾶς ψηφίσασθαί τι ὧν ἠξίου· (οὔτε γὰρ πιθανὰ ἐξηγγελκέναι, καὶ διὰ τὴν ἑαυτοῦ ἔχθραν καταψεύδεσθαι τῶν ἀνδρῶν ὑπωπτεύθη·) ἐφοβήθη, ἅτε καὶ [c] προσδεδιὼς τὸν Κατιλῖναν· καὶ οὐκ ἐτόλμησεν ἁπλῶς ἐς τὴν ἐκκλησίαν ἐσελθεῖν, ὥσπερ εἰώθει· ἀλλὰ τούς τε ἐπιτηδείους [d] συνεπήγαγε παρεσκευασμένους ἀμῦναί οἱ, εἴ τι δεινὸν γένοιτο, [108] καὶ θώρακα, τῆς τε ἑαυτοῦ ἀσφαλείας καὶ τῆς ἐκείνων διαβολῆς ἕνεκα, ὑπὸ μὲν τὴν ἐσθῆτα, [e] παραφαίνων δὲ αὐτὸν ἐξεπίτηδες, ἐνεδύσατο. ἔκ τε οὖν τούτου, καὶ [f] ὅτι καὶ ἄλλως φήμη τις ἐγένετο, ὅτι ἐπιβουλεύοιτο, ὅ, τε δῆμος δεινῶς ἠγανάκτησε, καὶ οἱ συνομωμοκότες τῷ Κατιλίνᾳ, φοβηθέντες αὐτὸν, ἡσύχασαν.

Καὶ οὕτως [109] ὕπατοί τε ἕτεροι ἡρέθησαν, καὶ ἐκεῖνος οὐκέτι λάθρα, οὐδὲ ἐπὶ τὸν Κικέρωνα, τούς τε σὺν αὐτῷ μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πᾶν τὸ κοινὸν τὴν ἐπιβουλὴν συνίστη. ἐκ γὰρ τῆς Ῥώμης αὐτῆς τούς τε κακίστους, καὶ καινῶν ἀεί ποτε πραγμάτων ἐπιθυμητὰς, καὶ τῶν συμμάχων ὡς ὅτι πλείστους, [g] χρεῶν τε [110] ἀποκοπὰς, καὶ γῆς ἀνα-

c προσπαροξυγκὼς. hæc Codicis V. a. lectio verior, quam vulgata προπαροξυγκὼς. *d* συνεπήγαγε. συνεπηγάγετο, V. a. Med. *e* παραφαίνων δὲ αὐτὸν. non dubitavi δὲ, pro edito δ', ex conjectura L. in textu scribere, quia manifeste respondet antecedenti ὑπὸ μὲν τὴν ἐσθῆτα, & facilis erat librarii in unius literulæ ductu lapsus. sane & παραφαίνων δ' αὐτὴν, Med quod confirmat ex parte receptam a me lectionem. sed αὐτὴν admitti non potest, quippe non ad ἐσθῆτα, sed ad θώρακα referendum. *f* ὅτι καὶ ἄλλως φήμη τις ἐγένετο. sic V. a. & Med. editi omittunt καὶ, & pro ἐγένετο, habent ἐξεγένετο, cujus verbi usus paulo alius est, quam qui huic loco convenit. *g* χρεῶν τε ἀποκοπὰς. sic, suadente Xylandro, HS. L, χρεῶν τε καὶ ἀποκοπὰς, RS. V. a.

us c. 18. Catilinar. Deinde anno superiore, cum Cicero ei fuit prælatus. id. c. 24. Denique hoc anno, fretus suffragatore Antonio Consule. id. c 27 Itaque bis repulsam tulisse consulatus, notatur in Epitome Livii 102

§ 106. (l. 8.) τεταγμένοις] Per legem Calpurniam de ambitu, de qua supra lib. XXXVI. p. 18. D. novamque legem Ciceronis, quam ex SCto salvis auspiciis tulisse se profitetur, Oratione in Vatinium c. 15. Ad eandem respicit c 64. pro Sextio.

§ 107 (l. 14.) ὁ γὰρ Κικέρων] Ciceroni nec dolum nec astutias defuisse, quibus & consilia Catilinæ resciret, & eum omnibus modis sibi parantem insidias caveret, uberius narrat Sallustius c. 27. additque, postquam dies comitiorum venit, neque petitionem consulatus neque insidias Catilinæ prospere cessisse; itaque constituisse bellum facere & extrema omnia experiri. Conferendus Cicero ipse Catilinaria prima c. 5. qui c. 10. *tantum profeci tum, cum te a consulatu repuli, ut exul potius tentare, quam Consul vexare Remp. posses.*

§ 108. (l. 23.) καὶ θώρακα] Meminit Plutarchus in Cicerone p. 875.

§ 109. (l. 31.) ὕπατοι ἕτεροι] D. Junius Silanus, & L. Licinius Muræna. infra p. 47. Plutarch. p. 867. & in Catone minore p. 769. Appianus II. Civil. p. 430.

§ 110. (l. 37.) χρεῶν ἀποκοπάς] Sallust. c. 22. *Tabulas novas, proscriptiones locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quæ bellum atque lubido victorum fert.* Sed Cic. II. 8. in Catilin. *errant qui tabulas novas a Catilina expectant. Meo beneficio tabulæ novæ proferentur, sed auctionariæ.* Tabulas novas appellant, quæ Plutarchus, Dio noster & alii χρεῶν ἀποκοπὰς, debitorum omnium præcisionem & expunctionem, qualem inducere postea voluit M. Cœlius; infra XLII p. 195 D. ut per hancce σεισάχθειαν nemini quicquam opus esset exsolvere. vid. Joh. Scheferi Agrippam liberatorem, sive dissertationem de tabulis novis, quæ recusa exstat T. VIII. thes. Græviani. Tabulæ autem auctionariæ, quas promittit Cicero, jubebant, ejus, qui debita exsolvere cessaret, bona auctioni subjici venalia proximis Idibus, ut notavit Muretus ad Tullii I. Catilinar. c. 6. Cicero lib. II. Offic. c. 24. *Nunquam vehementius actum est, quam me Consule, ne solveretur. Armis & castris tentata res est ab omni genere hominum & ordine: quibus ita restiti, ut hoc tantum malum de republica tolleretur. Nunquam nec majus æs alienum fuit, nec melius, nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim spe sublata, solvendi necessitas consecuta est.*

§ 111. (l. 40.) τούς γε πρώτους καὶ δυναμωτάτους] Nomina conjuratorum nobiliorum ad quadraginta ex veterum scriptis colligit idem elegantissimus Muretus ad Tullii I. Catilinar. cap. I.

§ 112. (l. 41.) καὶ Ἀντώνιος ὁ ὕπατος] Testis hujus rei est Sallustius c. 22. narrans, Ciceronem pactione provinciæ eum perpulisse ne contra remp. sentiret c. 27. Illam provinciam fuisse Macedoniam constat e Plutarcho in Cicerone p. 866. qui Antonium hunc, M. Antonii triumviri patruum, ait neque ad salutem publicam neque ad perniciem idoneum auctorem ac principem fuisse, sed accessionem partis alterutrius & secundarium quendam mercenariumque histrionem. Idem tamen est, cui exercitus adversus Catilinam ducendus datus fuit. infra p. 44. E. Verum ipse prælio non adfuit, sed id Marco Petrejo dedit gerendum p. 47. E.

§ 113. (l. 42.) ἀθεμίτων ὁρκωμοσιῶν] Florus IV. 1. *additum est*

ἀναδασμοὺς, ἄλλα τε, ἐξ ὧν μάλιστα δελεάσειν αὐτοὺς ἤμελλεν, ὑπισχνούμενος σφίσι, συνῆγε. καὶ
D [111] τούς γε πρώτους αὐτῶν [b] δυνατωτάτους, (ἦσαν δὲ ἄλλοι τε, [112] καὶ Ἀντώνιος ὁ ὕπατος) καὶ ἐς [113] ἀθεμίτων ὁρκωμοσιῶν ἀνάγκην προσήγαγε. παῖδα γάρ τινα καταθύσας, καὶ ἐπὶ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ τὰ ὅρκια ποιήσας, ἔπειτα ἐσπλάγχνευσεν αὐτὰ μετὰ τῶν ἄλλων. συνέπραττον δὲ αὐτῷ τὰ μάλιστα, τὰ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὅ, τε ὕπατος καὶ ὁ Λεντοῦλος ὁ Πούπλιος, ὁ [114] μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών· (ἐστρατήγει γὰρ
E ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ·) τὰ δὲ [115] ἐν ταῖς Φαισούλαις, ἐς ἃς οἱ στασιῶται αὐτοῦ συνελέγοντο, [116] Γαΐός τις Μάλλιος, τῶν τε πολεμικῶν ἐμπειρότατος (μετὰ γὰρ τῶν τοῦ Σύλλου λοχαγῶν [i] ἐστρατεύετο) καὶ πολυδαπανώτατος ὤν. σύμπαντα γοῦν, ὅσα τότε ἐκτήσατο, καίπερ πάμπολλα ὄντα, κακῶς καταναλώσας, ἑτέρων ἔργων ὁμοίων ἐπεθύμει.

44 Παρασκευαζομένων οὖν ταῦτα αὐτῶν, μηνύεται τῷ Κικέρωνι [ii] πρότερα μὲν τὰ ἐν τῷ ἄστει γινόμενα, [117] διὰ γραμμάτων τινῶν, ἃ τὸν μὲν γράψαντα οὐκ ἐδήλου, τῷ δὲ δὴ Κράσσῳ καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν δυνατῶν ἐδόθη· καὶ ἐπ' αὐτοῖς δόγμα ἐκυρώθη, ταραχήν τε εἶναι, καὶ ζήτησιν τῶν αἰτίων αὐτῆς γενέσθαι. δεύτερα δὲ τὰ ἀπὸ τῆς Τυρσηνίδος· καὶ προσεψηφίσαντο τοῖς ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς τε πόλεως καὶ τῶν ὅλων αὐτῆς πραγμάB των, καθάπερ εἰώθεσαν. καὶ γὰρ τούτῳ τῷ δόγματι προσεγράφη τὸ, [118] διὰ Φρονλίδος αὐτοὺς σχεῖν, ὥστε μηδεμίαν ἀποδρᾶναι τῷ δημοσίῳ συμβῆναι. γενομένου δὲ τούτου, καὶ [119] φρουρᾶς πολλαχόθι καταστάσης, τὰ μὲν ἐν τῷ ἄστει οὐκέτ' ἐνεωτερίσθη, ὥστε καὶ ἐπὶ συκοφαντίᾳ τὸν Κικερωνα διαβληθῆναι.

bulas, agrorumque diviſiones, aliaque, quæ maxime eos poſſent allicere, pollicitus. Et præcipuos quidem horum ac potentiſſimos, in quibus, præter alios, ipſe etiam conſul erat Antonius, ut ſe nefario jurejurando adſtringerent, adegit. Puero enim quodam mactato, ſacramentoque dicto ſuper ejus viſceribus, ea deinde ipſe cum aliis comedit. Romæ quidem adjutores ipſi fuerunt potiſſimum conſul Antonius & P. Lentulus, is qui poſt geſtum conſulatum ſenatu exciderat, ac ſenatoriæ dignitatis recuperandæ cauſa præturam tunc gerebat: Fæſulis autem, ubi ſeditionis ſocii confluebant, Cajus quidam Manlius, homo militiæ peritiſſimus, qui ſub Sylla ordines duxerat; ſed idem apprime prodigus, qui cum omnia tunc parta, quamvis ampliſſima, male profudiſſet, alia hujusmodi negotia aſfectabat. A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

31. Interim dum illi hæc inſtruunt, Cicero de iis primum, quæ in urbe agitabantur, certior fit per literas, quæ ſuum quidem autorem non indicabant, redditæ autem fuerant Craſſo & aliis quibusdam nobilium. Ob has decretum eſt, rem ad ſeditionem ſpectare, & de autoribus ejus quæſtiones inſtituendas eſſe. Secundo loco, quæ in Hetruria movebantur, nuntiata ſunt. Igitur conſulibus cuſtodia urbis & ſummæ rerum, ut ferebat conſuetudo, mandata eſt. Huic enim ſenatusconſulto adſcriptum erat, darent operam Coſſ. ne quid respublica detrimenti caperet. His actis, quum multis in locis cuſtodiæ eſſent poſitæ, res novæ in urbe motæ amplius non ſunt: adeo ut ob calumniam Cicero jam male audiret. Cæterum

b δυνατωτάτους. καὶ δυνατωτάτους, X. T. L. ſequens καὶ poſt parentheſin redundare videtur. Od. *i* ἐστρατεύετο. ἐστράτευτο, T. probe. *ii* πρότερα ex Med. prætuli vulgato πρῶτα.

eſt pignus conjurationis, ſanguis humanus, quem circumlatum pateris bibere: ſummum nefas, niſi amplius eſſet propter quod biberunt. Salluſtius c. XXIII. *Fuere ea tempeſtate qui dicerent, Catilinam oratione habita, cum ad jus jurandum populares ſceleris ſui adigeret, humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe, inde cum poſt execrationem omnes deguſtaviſſent, ſicut in ſolemnibus ſacris fieri conſuevit, aperuiſſe, conſilium ſuum.*

§ 114. (l. 47.) μετὰ τὴν ὑπατείαν] P. Cornel. Lentulus Sura Conſul fuit A. U. C 683. cum Cn. Aufidio Oreſte. Non autem omnes, qui magiſtratibus curulibus, ipſo etiam conſulatu, fungebantur, ſenatores erant, niſi fuiſſent a Cenſoribus lecti. infra p. 209. D. idem refertur de Salluſtio. vid. & p. 550. D. ita eorum, qui curulem magiſtratum cepiſſent, nec dum in ſenatum lecti eſſent, mentio apud Livium XXIII. 23. Igitur exſpirante magiſtratu ſententias rogari deſinebant. vid. Gellium III. 18. Sic Lentulus, licet fuerat Conſul, cum ſenator non eſſet, ſententiæ in ſenatu ferendæ jus in prætura demum recuperabat. Plutarchus de hoc Lentulo in Cic. p. 868. F. τότε δὲ στρατηγῶν τὸ δεύτερον ὡς ἔθος ἐστὶ, τοῖς ἐξ ὑπαρχῆς ἀναλωμένοις τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα. Senatores etiam qui eſſent, præteriti a Cenſore, ſenatu excidebant, ut notum ex Feſto in *Præteriti*, Livio XXXIV. 44. XXXVIII. 28. Adde his quod Dio infra p. 50. D. annotat, a Cenſoribus omnes qui magiſtratus geſſerant in ſenatum lectos fuiſſe A. U. C. 693. Lentuli hujus etiam mentio in Ciceronis Philippica II. 7. ſq.

Mos hic recuperandæ ſenatoriæ dignitatis obſervandus eſt, cujus etiam aliis locis meminit Dio. Conſul autem fuit hic Lentulus anno 683. videturque ſenatu eſſe ejectus a Cenſoribus Cn. Lentulo & L. Gellio: quorum cenſuræ meminit Epitoma Livii 98. Incidit autem in annum 686. ſiquidem, ut Dio ſupra paulo oſtendit, Conſulibus L. Cæſare & C. Figulo proximi Cenſores fuerunt A. U. C. 690. XYL.

§ 115. (l. 49.) ἐν ταῖς Φαισούλαις] Fæſulæ notum Hetruriæ oppidum haud procul Florentia ad radices Apennini montis. Ejus hodie veſtigium in pago Fieſoli. vid. Leandrum Albertum in deſcriptione Italiæ p. 44. b. edit. primæ.

§ 116. (l. 51.) Γαΐός τις Μάλλιος] De hoc Salluſtius c. 28. Cicero II. 9. in Catilin. Plutarchus in Cicerone p. 865. &c.

§ 117. (l. 58.) διὰ γραμμάτων τινῶν] Has literas a Craſſo ad Ciceronem perlatas narrat Plutarchus p. 868. unde minus credibile eſt quod infra p. 45. D. fertur de rumore, qui Craſſum conjurationis conſcium arguebat. Nam nec indici, qui ſibi mandatum aliquid a Craſſo ad Catilinam ferebat, a ſenatu fides eſt habita: nec viciſſim ego crediderim, quod Craſſum Salluſtius audivit prædicantem, hanc ſibi contumeliam a Cicerone impoſitam eſſe. c. 49. Catilinar.

§ 118. (l. 66.) διὰ Φρονλίδος αὐτοὺς σχεῖν] De hac formula ſolenni meminit præter Plutarchum aliosque Cicero prima Catilinaria c. 2. Salluſtius c. 30. *Senatus decrevit, darent operam Conſules, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Ea poteſtas, more Romano, magiſtratui maxima: permittitur exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis ſocios atque cives: domi militiæque imperium ſummum habere. Aliter ſine populi juſſu, nulli earum rerum conſuli jus eſt.* Omitto alia, quæ de hac formula notarunt viri docti ad Cæſarem de bello civili lib. I. c. 5. & Ciceronis Epiſt. XIV. 11. ad Tironem (ubi non conſulibus modo, ſed prætoribus etiam & tribunis plebis & proconſulibus, hoc negotium in cauſa Cæſaris datum traditur) Philippic. II. 21. V. 12. VIII. 4. 5. Barnabas Briſſonius lib. II. de formulis populi Romani p. 212. ſq. Iterum ejus mentio infra p. 49. C. 143. E. 153. E. 195. E. 199. D. 302. A. 312. A. 320. B. 321. E. 377. A. 527. C.

§ 119. (l. 68.) φρουρᾶς πολλαχόθι] Vigiliarum per totam urbem diſpoſitarum, quibus minores magiſtratus præeſſent, non modo apud Salluſtium c. 31. ſed ſæpe etiam apud Ciceronem mentio. Orat. I. in Catilinam c. 1. II. 12. III. 12. &c.

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

Cæterum iis, quæ ab Hetruria nuntiabantur, effectum est, ut & fides rei haberetur, & Catilina de vi accusaretur.

32. Catilina primum, tanquam sibi esset optime conscius, judicium promtissime accipere: se ad causam dicendam parare, se Ciceroni ipsi custodiendum (ne scilicet effugere posset) tradere: eo abnuente, ultro cum Metello prætore degere, quo minus novandarum rerum studii suspectus haberetur, dum interim a conjurationis sociis aliquantum roboris acciperet. Quum nihil procederet, quod Antonius timore perculsus trepidabat, Lentulus autem minime ad res agendas idoneus erat; edixit ipsis, ut in domum quandam noctu convenirent. Ibi ad eos clam Metello accedit, ignaviam mollitiemque eorum increpat: deinde exponit, quæ passuri sint, detecta re, ea vero bene gesta, quibus bonis potituri. Ita eorum animos confirmat, incitatque: adeo ut duo quidam pollicerentur, se summo mane in domum Ciceronis ituros, ibique eum confossuros.

33. Verum hæc quoque res per indicium mature detecta est. Nam quia Cicero plurimum valebat potentia, ut qui complures causarum patrociniis sibi obstrinxisset, alios terrore perculisset; multos, qui de his ad se referrent, habebat. Igitur senatus Catilinam urbe excedere jubet. Is vero hac specie lubens excessit, & Fæsulas profectus, bellum palam suscepit: assumptoque nomine & habitu consulis, jam ante collectas a Manlio copias instruxit. Interea & alios quosdam,

κἀκεῖνος τὰ μὲν πρῶτα καὶ πάνυ αὐτὴν ἑτοίμως, ὡς καὶ ἀπὸ χρησοῦ τοῦ συνειδότος, ἐδέξατο· [k] καὶ πρός τε τὴν δίκην δῆθεν ἡτοιμάζετο, καὶ [122] τῷ Κικέρωνι αὐτῷ τηρεῖν ἑαυτὸν, ὅπως δὴ μὴ φύγῃ που, παρεδίδου. μὴ προσδεξαμένου δὲ ἐκείνου τὴν φρουρὰν αὐτοῦ, παρὰ τῷ Μετέλλῳ τῷ στρατηγῷ τὴν δίαιταν ἐκουσίως ἐποιεῖτο, ἵν' ὡς ἥκιστα ὑποπτευθῇ νεωτερίζων τι, μέχρις ἂν καὶ ἐκ τῶν [l] αὐτόθι συνωμοτῶν ἰσχυρόν τι προσλάβῃ. ὡς δ' οὐδὲν οἱ προεχώρει, (ὅ, τε γὰρ Ἀντώνιος φοβηθεὶς ὑπεστέλλετο, καὶ ὁ Λεντοῦλος ἥκιστα δραστήριος ἦν) προεῖπεν αὐτοῖς νυκτὸς ἐς οἰκίαν τινὰ συλλεγῆναι. καὶ λαθὼν τὸν Μέτελλον, ἦλθέ τε πρὸς αὐτοὺς, καὶ [123] ἐπετίμησε σφίσιν ἐπί τε τῇ ἀτολμίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ μαλακίᾳ. κἀκ τούτου διεξελθὼν ὅσα τε πείσοιντο φωραθέντες, καὶ ὅσων τεύξοιντο κατορθώσαντες, οὕτως αὐτοὺς καὶ ἐπέρρωσε καὶ παρώξυνεν, [124] ὥθ' ὑποχέσθαι δύο τινὰς ἐς τε τὴν τοῦ Κικέρωνος οἰκίαν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἐσήξειν, καὶ ἀνελεῖν αὐτὸν φονεύσειν.

Ὡς δὲ καὶ τοῦτο [125] προεμηνύθη, (ὁ γὰρ Κικέρων, πολὺ δυνάμενος, συχνούς τε ἐκ τῶν συνηγορημάτων, τοὺς μὲν οἰκειούμενος, τοὺς δὲ ἐκφοβῶν, πολλοὺς τοὺς διαγγέλλοντάς οἱ τὰ τοιαῦτα ἔσχε) μεταπέμπεται [126] ἡ γερουσία τὸν Κατιλῖναν ἐψηφίσατο. καὶ ὃς ἀσμένως τε ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐξεχώρησε, καὶ πρὸς τὰς Φαισούλας ἐλθὼν, τόν τε πόλεμον ἄντικρυς ἀνεῖλετο, καὶ τὸ ὄνομα [127] καὶ τὴν σκευὴν τῶν ὑπάτων λαβών, καὶ [128] τοὺς προσυνειλεγμένους ὑπὸ τοῦ Μαλλίου συνεκρότει. [m] κἀν τούτῳ

[k] καὶ πρός τε τὴν δίκην. ex V. a. & Med. apposui καὶ, quod in editis desideratur. [l] αὐτόθι. αὐτόθε, RS. αὐτόθεν, V. a. [m] κἀν τούτῳ. καὶ τούτῳ, V. a.

§ 120. (l. 71.) ἐκ τῶν Τυρσηνῶν] In Hetruriæ faucibus ad Fæsulas C. Manlius erat, missus a Catilina cum exercitu, plebemque sollicitabat, dolore Syllanæ injuriæ cupidam rerum novarum. Cic. l. 2. Sallustius c. 29.

§ 121. (l. 72.) βίας γραφὴν] Lex a M. Plautio tribuno plebis A. U. C. 665. lata de vi, qua interrogatus Catilina a L. Aemilio Paulo. Sallust. c. 32. infra p. 44. E. τήν τε βίαν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο.

§ 122. (l. 76.) τῷ Κικέρωνι αὐτῷ] Cic. in Catilin. I. Cap. 8. *Quid quod tu te ipse in custodiam dedisti? quid quod vitandæ suspicionis caussa apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? a quo non receptus etiam ad me venire ausus es, atque ut domi meæ te asservarem rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem quod iisdem mœnibus contineremur, ad Q. Metellum Prætorem venisti, a quo repudiatus, ad sodalem tuum virum optimum M. Marcellum demigrasti. &c.*

§ 123. (l. 87.) ἐπέλιπεσε σφίσιν] Multa de ignavia eorum questus, Sallust. c. 28. ut postea de Lentuli, Cethegus. id. c. 44. Antonio Cicero, ut a partibus Catilinæ cupidius tuendis desisteret, persuaserat, quemadmodum jam notare me memini ad p. 43. D.

§ 124. (l. 90.) ὥσθ' ὑποχέσθαι δύο τινὰς] *Reperti sunt*, inquit Cicero I. in Catilin. c. 4. *duo equites Romani, qui sese illa ipsa nocte ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur.* Alterum horum C. Cornelium nominat, oratione pro P. Sylla c. 6. Huic non equitem, sed L. Varguntejum Senatorem adjungit Sallustius c. 29. Minorem fidem aliquis habeat Plutarcho, qui in Cicerone p. 868 Marcium nominat & Cethegum: vel Appiano II. Civilium p. 429. qui duos prætores P. Lentulum & Cethegum.

§ 125 (l. 93.) προεμηνύθη] Q. Curius Fulviæ, cum qua stupri consuetudo ei erat, Fulvia Ciceroni rem omnem significavit. Sallust. c. 29. Appian. p. 429.

§ 126. (l. 97.) ἡ γερουσία ἐψηφίσατο] Ex prima Ciceronis Catilinaria, quam præsente Catilina ad senatum in æde Jovis Statoris convocatum habuit VIII. Id. Novemb. satis constat, nullo decreto Senatus Catilinam urbe jussum excedere, ne Consulem quidem Ciceronem jussisse ire in exilium, sed suasisse, cap. 5. & 8. itaque *em ssum ex urbe* ait. c. 11. & *excessisse territum*, Orat. 2. cap. 6. *ejectum sive emissum.* c. 5. Orationis pro Sylla, & lib. 2. Epistol. ad Atticum Orationes Consulares suas enumerans, *septima*, inquit, *qua Catilinam emisi.* Sallustius vero c. 32 ait, Catilinam post maledicta in Ciceronem, obstrepentibus omnibus, hac se voce ex consessu illo proripuisse, *quoniam quidem circumventus ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam.* Orationem alteram Cicero statim habuit die proxime insecuto, qua Catilinam interim urbe excessisse significat c. 3. & 6. Profectus autem est via Aurelia, vid. c. 4. trecentis armatis comitatus. Plutarchus Cicerone p. 868.

§ 127. (l. 100.) τὴν σκευὴν τῶν ὑπάτων] Sallustius c. 37. *Cum fascibus atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit.* Cicero II. 6. *Cum arma, cum secures, cum fasces, cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat,* (ejusdem mentio Orat. I. c. 9.) *scirem esse præmissam.* Appianus 2. Civilium p. 429. ὁ μὲν δὴ ῥάβδους τε καὶ πελέκεας, ὥς τις ἀνθύπαλος κούφως μάλα ἀνέσχε πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλλιον ἐχώρει στρατολογῶν. Aquilam illam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. Sallust. c. 62.

§ 128. (l. 1.) τοὺς προσυνειλεγμένους ὑπὸ τοῦ Μαλλίου.] Cicero I. 2. *Castra sunt in Italia contra rempubl. in Etruriæ faucibus collocata.* & 3. *Meminisline me ante diem XII Kal. Nov. dicere in Senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VI. Kal. Nov. C. Manlium, audaciæ satellitem atque administrum tuæ.* &. 5. *Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant.* &. 9. *Confer te ad Manlium.* &c.

§ 129. (l. 5.) τήν τε βίαν] Ex lege Plautia, de vi a L. Aemilio Paulo accusatus, ut supra, § 121. dictum est.

§ 130. (l. 7.) τὴν συνωμοσίαν σφῶν] Confer quæ de Consule hoc C. Antonio dicta p. 43. D.

§ 131. (l. 8.) τὴν ἐσθῆτα μεταβαλόν] Pro senatorio vestitu

τούτῳ καὶ ἄλλους τινὰς, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν ἐλευθέρων, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ τῶν δούλων, προσεποιεῖτο. ὅθενπερ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι [129] τήν τε βίαν αὐτοῦ καταψηφίσαντο, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐς τὸν πόλεμον, ἀγνοοῦντές που [130] τὴν συνωμοσίαν σφῶν, ἔστειλαν· αὐτοί τε [131] τὴν ἐσθῆτα μετέβαλον. καὶ διὰ ταῦτα καὶ ὁ Κικέρων καταὶ χώραν ἔμεινεν. εἰλήχει γὰρ [132] τῆς Μακεδονίας ἄρξαι. ὅστε δὲ ἐς ἐκείνην, (τῷ γὰρ συνάρχοντι αὐτῆς διὰ τὴν περὶ τὰς δίκας σπουδὴν ἐξέστη) [133] ὅστε ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν πλησίον, ἣν ἀνετέλαβε διὰ τὰ παρόντα, ἐξήλασεν· ἀλλ' [134] αὐτὸς μὲν τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο· ἐς δὲ τὴν Γαλατίαν τὸν Μέτελλον (ὅπως μὴ καὶ ὁ Καταλῖνας αὐτὴν σφετερίσηται) ἔπεμψε.

Καὶ ἐν καιρῷ γε ἐς τὰ μάλιστα τοῖς Ῥωμαίοις κατέμεινε. παρασκευαζομένου γὰρ [135] τοῦ Λεντούλου [n] καταπρῆσαί τέ τινας, καὶ σφαγὰς ἐργάσασθαι, μετά τε τῶν ἄλλων τῶν συνομωμοκότων, καὶ [136] μετὰ Ἀλλοβρίγων, οὓς καταὶ πρεσβείαν παρόντας ἀνέπεισε συμφρονῆσαί τε αὐτῷ, * *
καὶ συλλαβὼν τοὺς [nn] ἐπ' αὐτὴν σταλέντας, [137] ἔς τε τὸ βουλευτήριον [138] μετὰ τῶν γραμμάτων ἐσήγαγε, καὶ [139] ἄδειαν αὐτοῖς δοὺς πᾶσαν, οὕτω τὴν συνωμοσίαν ἤλεγξε. κἀκ τούτου ὁ Λεντοῦλος [140] ἀπειπεῖν τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τῆς γερουσίας ἀναγκασθεὶς, ἐν φρουρᾷ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν συλληφθέντων ἐγένετο, καὶ οἱ λοιποὶ ἀνεζητοῦντο. καὶ ταῦτα καὶ τῷ δήμῳ ὁμοίως ἤρεσε, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ, τοῦ Κικέρωνος δημηγοροῦντός τι περὶ αὐτῶν, [141] τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἔς τε τὸ Καπιτώλιον παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη, καὶ καταὶ τὴν ὑφήγησιν τῶν μάντεων, πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον ἀνετέθη. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοί τε συνωμοσίαν τινὰ ἐξελεγχθήσεσθαι ἐκ τῆς τοῦ ἀγάλματος πτώσεως εἰρήκεισαν,

dam, liberos primum, dein ſervos quoque, ſibi adjunxit. His rebus permoti Romani, vi ipſum egiſſe judicaverunt: Antoniumque, quem participem conſpirationis eſſe ignorabant, ad bellum miſerunt, ipſi veſtem mutarunt. Easdem ob cauſas Cicero etiam Romæ permanſit. Obtigerat ei ſorte Macedonia provincia: ſed eam collegæ conceſſerat, ut judiciis vacare poſſet: ipſe Galliam vicinam, ob præſentem rerum ſtatum, pro ea receperat. Sed ne in hanc quidem exivit, verum urbis cuſtodiam geſſit, miſſo in Galliam Metello, ne hanc etiam ſui juris Catilina faceret. A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

34. Fuit hæc ejus ad urbem manſio Romanis in primis opportuna. Iam enim Lentulus ſe ad urbem quibusdam locis incendendam, adque cædes patrandas, paraverat, auxilio cum aliorum conjuratorum, tum legatorum Allobrogum, quibus, ut in facinus conſpirarent, perſuaſerat * * comprehenſisque iis, qui ad id miſſi erant, ipſos cum literis in ſenatum introduxit: impunitateque propoſita, hoc modo eos, qui in conjuratione erant, coarguit. Proinde Lentulus magiſtratu ſe abdicare a ſenatu coactus, cum aliis, qui comprehenſi erant, in cuſtodiam datus, reliquorum conquiſitio facta eſt. Ea populo etiam probabantur, potiſſimum, quum, Cicerone de his in concione verba faciente, ſub ipſo tempore concionis, ſimulacrum Jovis in Capitolio rurſus ſtatutum, & ex præcepto aruſpicum ad ſolem orientem forumque ſpectans, poſitum eſt. Quum enim arioli conſpirationem quandam ruina ſimulacri patefactum iri dixiſſent, ejusque ſtatuæ collocatio in tempus deprehen-

[n] καταπρῆσαί τέ τινας. forte, τινά. ſic & Od. niſi τινὰς καταπρήσας τέ τινας. ſed requiro auctoritatem vocabuli.
[nn] ἐπ' αὐτὴν. ἐπ' αὐτὸν, T. ſed audacius eſt dicere poſt lacunam, ad quam vocem pronomen referatur, genusque ejus inde definire. lacunam præcedentem non notaverat RS.

pro δοῦλας τινῶν. vir doctus N. ſubſtituit τὴν πόλιν. Palmerius,

tu equeſtrem ſumendo, ut infra XL. p. 142. B. in calamitate publica aliqui vel privata veſtes ſqualidas poſita toga induere, & obſoleta ſordidataque geſtare ſaga in bello, p. 421. (ut in luctu togas pullas ac lugubres) mos receptus apud Romanos, de quo Joh. Kirchmannus Lib. II. de funeribus Rom. cap. 17. Franciscus Polletus in hiſtoria fori Romani c. 13. Petrus Faber libr. II. Semeſtrium cap. 10. ſed præcipue Henricus Noris in Cenotaphia Piſana Diſſ. III. c. 2. & Octavius Ferrarius lib. I. de re veſtiaria c. 27. T. VI. theſauri Græviani p. 668. ſq. Poſt liberatam metu & periculis Remp. reſumtæ ſenatoriæ togæ, infra p. 48. B. 161. B. Vide etiam p. 49. C. XXXVIII. p. 69. C. XXXIX. p. 103. D. 104. A. 108. E. XL. p. 144. A. XLI. 153. C. XLVI. p. 311. A. 312. A. 366. B. 617. C.

§ 132. (l. 9.) *τῆς Μακεδονίας ἄρξαι*] Hanc provinciam C. Antonio conceſſit Cicero, teſte Plutarcho p. 866. ejusque pactione illum perpulit, ut Catilinæ partes contra Remp. tueri ceſſaret, ut notat Salluſtius c. 27. Tullius ipſe Orat. IV. in Catilin. c. 11. *pro imperio, pro exercitu, pro provincia quam neglexi.* & Philippica XI. 10, *imitare me, qui inſtructam ornatamque a Senatu provinciam depoſui, ut incendium patriæ, omiſſa omni cogitatione, reſtinguerem.*

§ 133. (l. 12.) *ὅστε ἐς τὴν Γαλατίαν*] Plutarchus. *τῷ Ἀντωνίῳ μὲν ἐψηφίσατο τῶν ἐπαρχιῶν Μακεδονίαν, αὐτῷ δὲ τὴν Γαλατίαν διδομένην παρῃτήσατο.* Cicero in Piſonem c. 2. *Ego provinciam Galliam, Senatus auctoritate exercitu & pecunia inſtructam & ornatam, quam cum Antonio communicavi, quod ita exiſtimabam tempora reipublicæ ferre, in concione depoſui, reclamante populo Romano.*

§ 134. (l. 13.) *αὐτὸς μὲν τὴν πόλιν*] Idem Plutarchus p. 868. C. *τὰ μὲν ἔξω πράγματα Κοΐντῳ Μετέλλῳ διεπίστευε, τὴν δὲ πόλιν εἶχε διὰ χειρὸς, καὶ καθ' ἡμέραν προῆκε δορυφορούμενος ὑπ' ἀνδρῶν τοσούτων τὸ πλῆθος, ὥστε τῆς ἀγορᾶς πολὺ μέρος καταλέχειν ἐμβάλλοντος αὐτοῦ τοὺς παραπέμποντας.* Q. Metellus Creticus in Apuliam circaque illa loca miſſus & in Galliam cum exercitu, ut præter Salluſtium c. 31. & 43. docet Cicero ipſe 2. in Catilinam c. 3. 12. &c.

§ 135. (l. 17.) *τοῦ Λεντούλου*] Saturnalibus (medio Decembri) urbem flammis & ferro vaſtare Lentulus inſtituerat, teſte Cicerone 3. in Catilin. c. 4. & 7. Et tamen magnam Lentulo injuriam factam cauſſatur Calenus. infra XLVI. p. 305.

§ 136. (l. 20.) *μετὰ Ἀλλοβρίγων*] Idem Cicero IV. 6. *id egerunt, ut gentem Allobrogum in veſtigiis hujus urbis, atque in cinere deflagrati Imperii collocarent - - Lentulus hic ad evertenda fundamenta Reip. Gallos arceſſit.* Ejusdem Allobrogum ſollicitationis meminit III. 9. Quæ autem hoc loco in Dione deſiderantur, & pauca ſunt, & facile ſuppleri poterunt e Salluſtio c. 41. ſq. Plutarcho in Cic. p. 869. Appiano 2. Civil. p. 430. ex quibus conſtat, rem totam ab Allobrogibus communicatam cum Fabio Sanga, quem patronum Romæ illi habebant, & a Sanga proditam Ciceroni, qui dedit operam, ut per prætores L. Flaccum & C. Pontinum legati Allobrogum cum litteris chirographis conjuratorum interciperentur. Cic. III. in Catilin. 2. Salluſt. c. 46. &c.

§ 137. (l. 22.) *ἔς τε τὸ βουλευτήριον*] In æde Concordiæ habitum tunc fuiſſe Senatum, conſtat ex Salluſtii c. 47. & Ciceronis Catilinar. III. 9.

§ 138. (l. 23.) *μετὰ τῶν γραμμάτων*] Epiſtolam Lentuli ad Catilinam, & argumenta epiſtolarum Cethegi & Statilii, ad Allobrogum ſenatum populumque & ad Catilinam ſcriptarum, refert præter Salluſtium c. 45. Cicero ipſe Catilinaria. III. c. 2. 3. 4. 5. modumque omnem, quo deprehenſæ, & in Senatu, præſentibus Lentulo cæterisque, & manum ſuam & apoſphragiſmata agnoſcentibus, lectæ ſint, exponit.

§ 139. (l. 24.) *ἄδειαν αὐτοῖς δοὺς πᾶσαν*] Non modo conceſſam veniam atque impunitatem, ſed & gratias actas, & præmia legatis Allobrogum Titoque Vultureio Crotonienſi ampliſſima perſoluta, narrant Cicero IV. 3. & Salluſtius c. 49.

§ 140. (l. 26.) *ἀπειπεῖν τὴν στρατηγίαν*] Cicero IV. 3. *quod P. Lentulum, ut ſe abdicaret prætura, coëgiſtis.* adde Appianum 2. Civil. p. 430. Salluſt. c. 48. & Cicer. III. 6. Ubi nomina eorum octo, qui cum Lentulo dati in cuſtodiam ſunt, C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, L. Caſſius, M. Cæparius, P. Furius, Q. Manlius Chilo, & libertinus homo, P. Umbrenus.

§ 141. (l. 30.) *τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς*] De quo ſupra p. 33.

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

prehenſionis conjuratorum incideret: ibi vero populus numinis majeſtatem extollere, magis infenſus eſſe reis.

35. Rumor ferebatur, Craſſum quoque inter complices eſſe: idque ex iis, qui capti erant, quidam indicaverat: pauci tamen fidem habuerunt. Alii enim omnino ne ſuſpicionem quidem hujusmodi de hoc viro admittebant: alii id a reis confingi innuebant, quod hac ratione a viro ſummæ potentiæ nonnihil auxilii ſperarent. Nec deerant qui, quum credibilis ipſis res videretur, nolent tamen virum inter ipſos primarium perire, aut in repub. plus turbarum fieri. Is igitur rumor penitus concidit. Quum vero multi & ſervi & liberi homines, partim metu, partim miſericordia Lentuli & reliquorum moti, ſe ad eos omnes eripiendos, ne morte plecterentur, comparaſſent; re ante cognita, Cicero Capitolium forumque noctu occupavit, præſidioque munivit. Sub auroram quum ſpem ſibi a numine divino bonam eſſe oſtenſam cerneret, quod domi ſuæ, re ſacra a Veſtalibus pro ſalute populi facta, flamma longe ſolito altius ſeſe extuliſſet; populo imperavit, ut ſacramentum apud prætores dicerent, ac nomina darent, ſi forte militibus opus foret: ipſe convocato ſenatu, ei terrorem metumque injecit, autorque fuit, ut de iis, qui in cuſtodiis tenebantur, capite animadvertendum cenſerent.

36. Diſcrepabant quidem ſententiis, & parum abfuit, quin hos miſſos facerent. Nam Cæſar, quum omnes, qui ante eum ſententiam tulerant, eos morte multandos pronunciaſſent; ita cenſuit, exutos bonis vinctosque in urbes hinc inde dedendos, ea conditione, ne quis in poſterum de

ῥήκεισαν, καὶ ἡ ἀνάθεσις αὐτοῦ τοῖς Φωραθεῖσι συνέβαλε· [142] τό, τε θεῖον ἐμεγάλυνον, καὶ τοὺς τὴν αἰτίαν λαβόντας δι' ὀργῆς μᾶλλον ἐποιοῦντο.

Διῆλθε μὲν οὖν λόγος, [143] ὅτι καὶ ὁ Κράσσος ἐν αὐτοῖς εἴη, καὶ τοῦτο καὶ τῶν συλληφθέντων τις ἐμήνυσεν· οὐ μέντοι πολλοὶ ἐπίστευσαν. οἱ μὲν γὰρ ἀρχὴν οὐδ' ἠξίουν τοιοῦτόν τι ἐς αὐτὸν ὑποπλεύειν· οἱ δὲ καὶ ἐκ τῶν ὑπαιτίων ὑπετόπουν αὐτό, ὅπως βοηθείας τινὸς διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ (ὅτι πλεῖστον ἐδύνατο) τύχωσι, λογοποιεῖσθαι. εἰ δ' οὖν τισι καὶ πιστὸν ἐδόκει εἶναι, ἀλλ' οὔτι γε ἐδικαίουν, ἄνδρα τε ἐν τοῖς πρώτοις σφῶν ὄντα ἀπολέσθαι, καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ πλεῖον ἐκταράξαι. ὥστε τοῦτο μὲν παντελῶς διέπεσε. παρασκευαζομένων δὲ δὴ πολλῶν καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων, τῶν μὲν, ὑπὸ δέους, τῶν δὲ, καὶ οἴκτῳ τοῦ τε Λεντούλου καὶ τῶν ἄλλων, ἐξαρπάσαι πάντας αὐτούς, ὅπως μὴ ἀποθάνωσι· προπυθόμενος τοῦθ' ὁ Κικέρων, τό, τε Καπιτώλιον καὶ τὴν ἀγορὰν τῆς νυκτὸς φρουρᾷ προκατέσχε· καί τινα παρὰ τοῦ δαιμονίου χρησὴν ἐλπίδα ἅμα τῇ ἕῳ λαβών, ὅτι, ἱερῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ [144] ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων ὑπὲρ τοῦ δήμου ποιηθέντων, [145] τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον παρὰ τὸ εἰκὸς ἤρθη, τὸν μὲν δῆμον τοῖς στρατηγοῖς ὁρκῶσαι ἐς τὸν καταλογον, εἰ δή τις χρεία στρατιωτῶν γένοιτο, ἐκέλευσεν. αὐτὸς δὲ ἐν τούτῳ [146] τὴν βουλὴν ἤθροισε, καὶ σφᾶς συνταράξας τε καὶ ἐκφοβήσας, ἔπεισε θάνατον τῶν συνειλημμένων καταγνῶναι.

Ἐγένοντο μὲν γὰρ ἀμφίβολοι, καὶ παρ' ὀλίγον αὐτοὺς ἀπέλυσαν. [147] ὁ γὰρ Καῖσαρ, πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ ψηφισαμένων ἀποθανεῖν σφᾶς, γνώμην ἔδωκε δῆσαί τε αὐτοὺς, καὶ ἐς πόλεις ἄλλους ἄλλη καταθέσθαι, τῶν οὐσιῶν ἐσερημένους, ἐπὶ τῷ μήτε περὶ ἀδείας ἔτι αὐτῶν χρηματισθῆναί πο-

Cicero III. Catilinaria c. 9. *Illud vero nonne ita præſens eſt, ut nutu Jovis Optimi Maximi factum eſſe videatur, ut cum hodierno die mane per forum meo juſſu & conjurati & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, eo ipſo tempore ſignum Jovis ſtatueretur? quo collocato atque ad vos (Quirites) ſenatumque converſo, omnia & ſenatus, & vos, quæ erant contra ſalutem omnium cogitata, illuſtrata & patefacta vidiſtis.*

§ 142. (l. 36.) *τό, τε θεῖον ἐμεγάλυνον*] Ad omnia pulvinaria decretæ ſupplicationes Ciceronis nomine, quod nemini togato ante eum acciderat. vid. III. Catilinar. 6. & 10. & IV. 3. Ciceroni etiam decreta conſervatæ Reip. gratulatio IV. 10. eique gratiæ a ſenatu actæ III. 6. imo a Catone & Q. Catulo *pater patriæ* appellatus, teſte Plutarcho p. 872. & Cicerone ipſo c. 3. in Piſon. & pro Sextio c. 57. Appiano p. 431. Nam Salluſtium hæc & alia, quæ ad laudem Ciceronis faciunt, prætermiſiſſe ex odio in eum, ſunt qui exiſtimant. Vide Joſephi Waſſii ad Salluſtium animadverſiones p. 220. ſq. Hæc tamen apud Salluſtium c. 49. leges: *plebes conjuratione patefacta, quæ primo cupida novarum rerum nimis bello favebat, mutata mente, Catilinæ conſilia exſecrari, Ciceronem ad cœlum tollere, veluti ex ſervitute erepta, gaudium atque lætitiam agitabat.*

§ 143. (l. 38.) *ὅτι καὶ ὁ Κράσσος*] Injuriam Craſſo factam colligas ex iis, quæ p. 44 A. Dio narravit, ubi vide, ſi placet, quæ a me ſunt annotata. § 117.

§ 144 (l. 55.) *ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων*] Nota, Veſtales virgines in ædibus Conſulum, ſicut & prætorum, ſacrificium pro ſalute populi feciſſe. De aliis earum ſacrificiis, Lipſius c. 10. libri de Veſta & Veſtalibus Tom. V. theſauri Græviani. Hoc autem ſacrum factum quotannis in cujusque Conſulis & prætoris ædibus ab ejus uxore vel matre, virginibus Veſtalibus præſentibus, in honorem bonæ Deæ. vid. Plutarchum in Cic. p. 870. & 874. ubi idem ſacrum in domo prætoris Cæſaris poſtea celebratum memorat, quod violavit P. Clodius, cum nulli viro intereſſe eidem fas eſſet. Idem tradit Dio infra p. 50. A.

§ 145. (l. 56.) *τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον*] Non meminit nominatim Cicero, multis tamen & non dubiis Deorum immortalium ſignificationibus uſum ſe profeſſus. Orat. 2. in Catilin. c. 13. Sed Plutarchus in Cicerone p. 870. *ταῦτα τοῦ Κικέρωνος διαπορουμένου, γίνεταί τι ταῖς γυναιξὶ σημεῖον θυούσαις. ὁ γὰρ βωμὸς ἤδη τοῦ πυρὸς καλακεκοιμῆσθαι δοκοῦντος, ἐκ τῆς τέφρας καὶ τῶν κεκαυμένων φλοιῶν φλόγα πολλὴν ἀνῆκε καὶ λαμπρὰν, ὑφ' ἧς αἱ μὲν ἄλλας διεπτοήθησαν, αἱ δὲ ἱεραὶ παρθένοι τὴν τοῦ Κικέρωνος γυναῖκα Τερεντίαν ἐκέλευσαν ἧττον χωρεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ κελεύειν ὅις ἔγνωκεν ἐγχαρεῖν ὑπὲρ τῆς παλαιδος, ὡς μέγα πρός τε σωτηρίαν καὶ δόξαν αὐτῷ τῆς Θεοῦ φῶς διδούσης.* Elucens in ſacrificio flamma fauſtum omen & felix, ut apud Plutarchum Themiſtocle p. 118. F.

§ 146 (l. 60.) *τὴν βουλὴν ἤθροισε*] Factum hoc Nonis Decembribus, ut ex lib. 2. Epiſt. 1. ad Atticum conſtat, illa enim die quartam in Catilinam orationem habuit Cicero.

§ 147. (l. 64.) *ὁ γὰρ Καῖσαρ*] Vid. Suetonium Cæſare c. 14. Plutarchum Cicerone p. 870. Cæſare p. 710. & Catone minore p. 770. Cæſaris (tunc prætoris) orationem affert Salluſtius c. 50. ſq. quam denique claudit ſententia ejus his concepta verbis: *Placet igitur, conjuratos dimitti & augeri exercitum Catilinæ? minime, ſed ita cenſeo, publicandas eorum pecunias, ipſos in vinculis habendos per municipia quæ maxime opibus valent: nec quis de iis poſtea ad ſenatum referat, neve cum Populo agat: qui aliter fecerit, ſenatum exiſtimare, eum contra Rempubl. & ſalutem omnium facturum.* Ante Cæſarem etiam Tiberius Nero ſuaſit, aſſervandos conjuratos in cuſtodia, tantiſper donec Catilina debellaretur, ut tradit Appianus 2. Civil. p. 430. & Salluſtius c 49. Cæteri omnes ſecuti D. Silanum, qui Conſul deſignatus ſententiam primus rogatus fuerat, interficiendos & ſupplicium de illis ſumendum cenſuerant, cum quibus facit Cicero quarta Catilinaria c. 4. ſq. ſed ita, ut Cæſaris ſententiæ non vehementer contradicat, & inde illi non parum momenti addidiſſe ait Plutarchus p. 871.

§ 148. (l. 69.) *κἂν διαδρᾶναί τις*] Vir clariſſimus Joſephus Waſſe p. 166. ad Salluſtium contendit, Dionem male cepiſſe ſententiam Cæſaris, qui illum ſolummodo hoſtis loco futurum decreverit, qui pro conjuratis poſtea ad ſenatum vel per tribunos ageret. Sed exiſtimo, facile Dionem poſſe defendi, quoniam

πο]ε, [148] κἂν διαδρᾶσή τις, ἐν πολεμίων μοίρᾳ τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἂν [o] φύγοι, εἶναι· καὶ τοῦτο ὠάντες οἱ μετὰ ταῦτα ἀποφηνάμενοι, [149] μέχρι τοῦ Κάτωνος, ἐψηφίσαν]ο, ὥσε καὶ τῶν πρoτέρων τινὰς [oo] κα]αγνῶναι. ἐπεὶ δὲ ὅυτος, αὐτός τε τὸν θάνατον αὐτῶν κατεδίκασε, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ὁμοψήφους ἐποιήσατο, ὕυτω δὴ ἐκεῖνοί τε ἐκ τῆς νικώσης [150] ἐκολάσθησαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς καὶ [151] θυσία καὶ ἱερομηνία ἐψηφίσθη· (ὃ μὴ πώποτε ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἐγεγόνει·) καὶ οἱ ἄλλοι οἱ μηνυθέντες ἐζητοῦν]ο· καί τινες καὶ ἐπὶ τῷ μελλῆσαι συμφρονήσειν αὐτοῖς ὑποπ]ευθέντες, εὐθύνοντο. καὶ τὰ μὲν ἄλλα οἱ ὕπατοι διώκουν· [152] Ἄὖλον δὲ Φούλβιον, ἄνδρα βουλευ]ὴν, αὐτὸς ὁ πα]ὴρ ἀπέσφαξεν, ὅυ]ι γε καὶ μόνος (ὡς γέ τισι δοκεῖ) τοῦτ' ἐν ἰδιω]είᾳ ποιήσας. συχνοὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλοι, [153] οὐχ ὅτι ὕπα]οι, [154] ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται, παῖδας σφῶν ἀπέκ]ειναν.

C

D

E

Τότε μὲν δὴ τόδε ἐγένε]ο· καὶ τὰς αἱρέσεις τῶν ἱερέων, γράψαν]ος μὲν [155] τοῦ Λαβιηνοῦ, σπουδάσαν]ος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἐς τὸν δῆμον ἄὖθις ὁ ὅμιλος, [156] παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον, ἐπανήγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν τοῦ Δομι]ίου. [157] ὁ γὰρ Καῖσαρ, τοῦ Με]έλλου τοῦ Ἐυσεβοῦς τελευ]ήσαν]ος, τῆς τε ἱερωσύνης αὐ]οῦ, [p] καίτοι καὶ νέος καὶ μηδέπω ἐσρα]ηγηκὼς, ἐπεθύμησε· καὶ ἐν τῷ πλήθει τὴν ἐλπίδα αὐ]ῆς, διά τε τἄλλα, καὶ ὅτι τῷ τε Λαβιηνῷ [158] κα]ὰ τοῦ Ῥαβιρίου συνηγωνίσα]ο, καὶ τὸν Λεν]οῦλον ἀποθανεῖν [159] οὐκ ἐψήφισο, λαβών· τοῦτό τε ἔπραξε, καὶ ἀρχιερεὺς

de venia eis danda referret: ſi quis aufugiſſet, urobem eam, ex qua evaſiſſet, inter hoſtes habendam. In hanc ſententiam cæteri, qui eum ſubſequebantur, usque ad Catonem omnes iverunt; ita ut eorum quoque pars, qui ante Cæſarem dixerant, ſuas ſententias revocarent. At poſtquam Cato ipſe morte eos condemnavit, reliquosque omnes in ſuam ſententiam pertraxit, ibi tum illi ex ea ſententia, quæ vicerat, ſupplicio affecti: ſacrificiaque propter eos, & ſupplicatio, decreta, quod in tali re antea factum nunquam erat. Alii quoque, de quibus indicium factum erat, quæſiti: nonnulli etiam ſuſpecti, quod ſe conjuratis eſſent adjuncturi, in judicium pertracti ſunt. Atque hæc quidem per conſules fiebant. Aulum vero Fulvium ſenatorem ipſe pater necavit; nec tamen (ut quibusdam videtur) ſine exemplo, cum privatus eſſet, hoc fecit. Nam & alii multi, non tantum conſules, verum omnino privati homines, ſuos filios interemerunt.

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

37. Ea tempeſtate, præter hæc, quæ retulimus, plebs, Labieno rogationem ferente, & connitente Cæſare, pontificum creationem, contra Syllæ legem, ad populum reduxit, renovata Domitii lege. Metello enim Pio defuncto, Cæſar ejus pontificatum petebat, juvenis adhuc, & qui nondum præturam gefſerat: ſed in plebe plurimum ſpei reponebat, cum propter alias cauſas, tum quod Labieno contra Rabirium adjutor fuerat, ſententiamque tulerat, ne Lentulus capite plecteretur. Igitur cœptum ſuum perfecit, & pontifex maximus eſt factus, multis quidem aliis illum

o φύγοι. φύγῃ, Med. oo καλαγνῶναι. μελαγνῶναι T. & ſic vertit X. probabili emendatione. p καίτοι καὶ νέος. ſic V. a. & Med. deerat καὶ. in ſuperioribus, σπουδάσαν]ος τοῦ Καίσαρος ἐς τὸν δῆμον male conjunxerant editiones, & Xylander vertens: *Cæſar autem plebem demereretur.*

niam Cæſar captivos per municipia dividendos cenſendo hoc ipſum etiam tacite intellectum voluit, hos in fidem illis tradendos eſſe, ut ex captivorum evaſione periculum ad municipia eorumque magiſtratus rediret. Quemadmodum, ſi culpa militum cuſtodiæ evaſerint, afficiendos ſupplicio milites ſtatuitur leg. 12. Digeſt. XLVIII. 3. de cuſtodia & exhibitione reorum.

§ 149. (l. 71.) μέχρι τοῦ Κάτωνος] Eum tribunum tunc plebis deſignatum fuiſſe ſcribit Vellejus II. 35. quod confirmat Plutarchus Ciceronep. 872. vide & Ciceronem IV. in Catilin. c. 4. Florum IV. 1. Appianum 2. Civil. p. 431. & eundem Plutarchum in Cæſare p. 711. & in Catone minore p. 770. ubi hanc unam Catonis orationem teſtatus eſt extare, quod Cicero a tachygraphis eam excipi curaſſet. Utrum vero eadem ſit quam affert Salluſtius c. 54. merito dubites, quoniam nulla nota eam diſtinguit ab aliis quas exhibet aliorum orationibus, & quas ipſe ex ingenio ſuo expreſſit. Clodius poſtea in Catonem velut in *carnificem civium*, *indemnatorum necis principem crudelitatis auctorem*, fuit invectus, ut narrat Cicero pro domo ſua c. 9.

§ 150. (l. 76.) ἐκολάσθησαν] Vid. Salluſtium c. 58. Plutarchum p. 871. &c.

§ 151. (l. 77.) θυσία καὶ ἱερομηνία] Auctor decreti L. Cotta, ut narrat Cicero Philippica II. 6. Nullique togato hoc unquam accidiſſe, ut ejus nomine ſupplicatio decerneretur, plus ſimplici vice celebrat; in Piſon c. 3. & III. 6. in Catilin. & IV. 3. ſupplicationemque decretam ad omnia pulvinaria III. 10. vid. & Dionem infra XLV. p. 293. D. Cic. Philippica XIV. 8. *Mihi conſuli ſupplicatio, nullis armis ſumtis, non ob cædem hoſtium, ſed ob conſervationem civium, novo & inaudito genere, decreta eſt.*

§ 152. (l. 82.) Ἄὖλον δὲ Φούλβιον] Salluſtius c. 40. *Fuere extra conjurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti ſunt. In his erat A. Fulvius, ſenatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari juſſit.* Valer. Max. V. 8. 5. *Nec minus animoſe A. Fulvius, vir ſenatorii ordinis, euntem in aciem filium* &c. Videtur itaque Dio falſus memoria, qui ſenatoris filium pro ſenatore, & ſenatorem pro homine privato venditat.

§ 153. (l. 85.) οὐχ ὅτι ὕπα]οι] Ut L. Brutus, & T. Manlius Torquatus, apud Valerium, loco laudato, & Salluſtium cap. 56.

§ 154. (l. 86.) ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται] Ut apud Athenienſes, ita apud Romanos, parentibus ex antiqua regia & decemvirali lege jus erat magiſtratus domeſtici, & poteſtas vitæ necisque in liberos, & ſcelera eorum capitalia dignis ſuppliciis puniendi. vide, ne alios in præſenti memorem, Abraami a Kerkraad librum de jure patrio p. 99. ſq.

§ 155. (l. 90.) τοῦ Λαβιηνοῦ] T. Attius Labienus Tribunus plebis, de quo ſupra p. 41. D.

§ 156. (l. 92.) παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον] Cum ex veteri more Pontifex maximus, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, lib. II. p. 133. ab pontificibus cooptaretur, Cn. Domitius Ahenobarbus tribunus plebis, A. U. C. 650. legem tulit, qua ipſum deinde Pontificem maximum cooptari contigit, ut crearetur a ſeptendecim tribubus populi. vid. quæ viri docti ad Cic. II. de lege Agraria contra Rullum c. 7. ad Vellejum lib. II. c. 13. & Suetonium in Nerone (cujus atavus iſte Domitius fuit) c. 2. Pighium T. III. Annalium p. 153. & Joh. Andr. Boſium de Pontifice maximo Romæ veteris c. 3. T. V. Græviani Theſauri p. 246. Hanc Domitii legem poſt A. U. C. 670. antiquavit L. Sylla, jusque Pontificum creandorum a populo ad Collegium reduxit. Nam ut notat etiam Aſconius in Divinationem c. 3. Sylla populum ſpoliavit poteſtate tribunitia, judicandi jure, arbitrio creandorum ſacerdotum, ſenatus & judicum. Populo jam a Labieno redditum, Pontificibus deinde iterum reſtituit, M. Antonius. infra XLIV. p. 269. A.

§ 157. (l. 94.) ὁ γὰρ Καῖσαρ] Conferendus Plutarchus in Cæſare p. 710. & quæ viri docti ad Cæſarem Suetonii c. 13. Pontificis Cæſaris mentio infra p. 248. B.

§ 158. (l. 98.) κα]ὰ τοῦ Ῥαβιρίου] Supra p. 42.

§ 159. (l. 100.) οὐκ ἐψήφισο] Supra, § 147.

A.U.C.691 M. Cicerone & C. Antonio COSS.

illum honorem, in primisque Catulo, ambientibus. Promptissimus enim erat, ad unum quemvis etiam vilissimum hominem demerendum adulandumque, Cæsar: qui, ut eo quod cupiebat potiretur, nihil neque dicere neque facere intermittebat, parum solicitus de ea humilitate, in quam se in præsentia demitteret, dum ea potentiam postmodo adipisceretur. Igitur inter quos primus fieri studebat, his quasi superioribus submisse adulabatur.

38. Sicut vero propterea Cæsari bene cupiebat multitudo: ita Ciceroni eadem infensa ob interfectos cives, & alias eum odio prosecuta est, & quum postrema magistratus sui die defendere se ac recensere instituisset omnia, quæ in consulatu suo egisset, (erant enim homini non ab aliis tantum tributæ laudes jucundæ, sed ipse se quoque libenter prædicabat) silere jussit, neque permisit ullum, præter jus jurandum, verbum facere: quam ad rem plebs Metello Nepote tribuno plebis adjutore utebatur. Cæterum Cicero, contendendi cum eis studio adductus, juri jurando addidit, urbem a se servatam esse: quo facto, majora adhuc in se odia excitavit.

A.U.C.692 Junio Silano & L. Licinio COSS.

39. Catilina vero initio statim ejus anni, quo Junius Silanus & L. Licinius consulatum gesserunt, periit. Nam adhuc Lentuli fortunam operiebatur, quamvis ipse haud parvas haberet copias: cunctatus eo, quod sperabat, si Cicero prius cum suis occisus esset, reliqua se posse haud difficulter conficere. Sed postquam Lentulum periisse accepit, eamque ob rem multos a se deficere sensit: Antonius autem & Metellus Celer, Fæsulis circumsessis, nullam ei progrediendi copiam faciebant: ibi demum prælio decernere coactus, cum duobus in locis Romani castra haberent, ad Antonium se convertit: quanquam is Metello & auctoritate præstantior, & copiis instructior esset. Catilinam vero movebat, quod eum velut participem conjurationis dedita opera rem male gesturum sperabat. Antonius suspicatus id agere Catilinam, cui jam fracto non amplius bene cupiebat, (nam plerique cum aliis, pro

ἀρχιερεὺς τῶν πονηφίκων, καίπερ ἄλλων τε τῆς τιμῆς πολλῶν, [160] καὶ τοῦ Καιτούλου μάλιτα, ἀνηιτοιουμένων, ἀπεδείχθη. καὶ γὰρ θεραπεῦσαι καὶ κολακεῦσαι πάντα τινὰ, καὶ τῶν τυχόντων, ἑτοιμότατος ἐγένετο, καὶ οὔτε λόγου οὔτε ἔργου ὀυδενὸς, ἐς τὸ καταιυχεῖν ὧν ἐσπούδαζεν, ἐξίστατο· οὐδὲ ἔμελέν οἱ τῆς αὐτίκα παπεινότητος πρὸς τὴν ἐκ τοῦ ἔπειτα ἰσχύν, ἀλλ' ὧν ἐπεχείρει πρωτεῦσαι, τούτους ἁ ὡς καὶ κρείττονας ὑπήρχετο. 47

Τῷ μὲν οὖν Καίσαρι διὰ ταῦθ' οἱ πολλοὶ προσφιλεῖς ἦσαν. [161] τὸν δὲ δὴ Κικέρωνα ἐν ὀργῇ ἐπὶ τῷ τῶν πολιτῶν θανάτῳ ποιούμενοι, τά τε ἄλλα ἠχθαιρον, καὶ τέλος ἀπολογεῖσθαί τε καὶ καταλέξαι πάνθ' ὅσα ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἐπεποιήκει τῇ τελευταίᾳ τῆς ἀρχῆς ἡμέρᾳ ἐθελήσαντα (πάνυ γάρ που ἡδέως οὐχ' ὅπως ὑφ' ἑτέρων ἐπηνεῖτο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐνεκωμίαζεν) ἐσίγασαν, οὐδὲ ἐπέτρεψαν αὐτῷ ἔξω τι τοῦ ὅρκου φθέγξασθαι· συναγωνιστῇ Μετέλλῳ Νέπωτι δημαρχοῦντι χρησάμενοι. πολὺν καθ' ὅσον ἀντιφιλονεικήσας προσεπώμοσεν, ὅτι σεσωκὼς τὴν πόλιν εἴη. καὶ ὁ μὲν καὶ ἐκ τούτου πολὺ μᾶλλον ἐμισήθη.

Κατιλῖνας δὲ ἐν ἀρχῇ εὐθὺς τοῦ ἔτους, ἐν ᾧ τ' Ἰούνιός τε Σιλανὸς καὶ Λούκιος Λικίννιος ἦρξαν, ἀπεφθάρη. τέως μὲν γὰρ, καίπερ δύναμιν οὐκ ὀλίγην ἔχων, ἐκαραδόκει τὰ τοῦ Λεντούλου· καὶ διέμελλεν, ἐλπίζων, ἂν φθάσωσιν ὅ, τε Κικέρων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ σφαγέντες, ῥᾳδίως τὰ λοιπὰ προσκατεργάσασθαι· ἐπεὶ δὲ [162] ἐκεῖνόν τε ἀπολωλότα ἐπύθετο, καὶ τῶν συνόντων οἱ συχνοὺς μεθισαμένους διὰ τοῦτ' ἤθετο, ὅ, τε [163] Ἀντώνιος καὶ ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ πρὸς ταῖς Φαισούλαις προσεδρεύοντες, οὐδαμῇ ς προσελθεῖν αὐτῷ ἐπέτρεπον· ἀποκινδυνεῦσαι ἠναγκάσθη, καὶ (ἦσαν γὰρ δίχα ἐστρατοπεδευμένοι) πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐτράπετο, καίπερ τῷ ἀξιώματι προέχοντα τοῦ Μετέλλου, καὶ δύναμιν πλείω περιβεβλημένον. αἴτιον δὲ, ὅτι ἐλπίδα αὐτοῦ [164] κατὰ τὸ συνωμοτὸν ἐθελοκακήσειν ἔχεν. ὑποπτεύσας οὖν τοῦτ' ἐκεῖνος, καὶ μήτε δι' εὐνοίας ἔτ' αὐτῷ, ἅτε ἀθενεῖ ὄντι, ὢν, (πρός τε γὰρ τὰς δυνάμεις τινῶν, καὶ πρὸς τὰ ἑαυτῶν συμφέροντα, καὶ

q ὡς καὶ κρείττονας ὑπήρχετο. Debemus veriorem hanc lectionem Codici V. a. & Med. ut jam non necesse sit κρείττων cum vulgatis legere, aut ἧττων, cum Oddeyo: aut ad sensum complendum cum X. & T. illi addere vocem ἐσόμενος. sed & vir doctus, quem litera N. designamus, ad marginem sui exemplaris scripsit ex conjectura: *an* ὡς κρείττονας; *an* ὥστε κρείττον, *optime, vel pro virili.* Palmerius, κρείττους, & sic Casaubonus ad Suet. Cæs. c. 13. r Ἰούνιός τε Σιλανὸς, non ut vulgo, Ἰούλιος, quod jam monuit X. multi *Junii Silani*, vel, ut Glandorpius scribit, *Syllani*, videantur in ejus Onomastico; Julius Silanus vel Syllanus nusquam. s προσελθεῖν. προελθεῖν L. quod non absurdum. sic & verterat X.

§ 160. (l. 2.) καὶ τοῦ Καιτούλου] Præter hunc Q. Catulum, principem senatus (de quo supra p. 14. sq. dictum est) C. Servilius Isauricus e competitoribus Cæsaris nominatur a Plutarcho p. 710.

§ 161. (l. 12.) τὸν δὲ δὴ Κικέρωνα] Plutarchus Cicerone p. 872. non populo, sed invidis quibusdam hoc tribuit, ut auctoribus Cæsare, prætore designato, designatisque tribunis plebis, Metello Nepote & L. Calpurnio Bestia, non permiserint ei potestatem concionis habendæ pro rostris, sed tantum ejurare magistratum, atque ita statim iterum descendere. At ille facto silentio juravit, *verissimum pulcherrimumque jusjurandum*, ut ipse vocat lib. V. Epist. 2. atque iterum memorat orat. in L. Pisonem c. 3. ὀυ τὸν πάτριον ἀλλ' ἴδιόν τινα καὶ καινὸν ὅρκον ἦ μὴν σεσωκέναι τὴν πατρίδα, καὶ διατετηρηκέναι τὴν ἡγεμονίαν, *non solenne sed peculiare quoddam & novum jusjurandum, se patriam conservasse & tutatum imperium,* ἐπώμνυε δὲ τὸν ὅρκον σύμπας ὁ δῆμος. *Hoc vere eum juravisse universus populus juravit.* Hinc illæ lacrymæ majusque odium, non sane populi, ut Ciceroni non semper æquissimus tradit Dio noster, sed invidorum illorum ἐφ' οἷς ἔτι μᾶλλον ὅ, τε Καῖσαρ ὅτε δήμαρχοι (ita puto legendum pro χιλίαρχοι) καλεπαίνοντες, ἅπαντάς τε τῷ Κικέρωνι ταραχὰς ἐμηχανῶντο, *qua re vehementius Cæsar & Tribuni exacerbati alias turbas Ciceroni excitaverunt.* Exemplum simile consulis, a Tribuno prohibiti verba plura post ejurationem ad populum facere, infra in Bibulo XXXVIII. p. 65. E. Moris autem jurantium in consulatus depositione, mentio item LII. p. 496. B. & LIX. p. 649. C. p. 671. C.

§ 162. (l. 31.) ἐκεῖνόν τε ἀπολωλότα] Lentulus in carcere una cum aliis septem conjuratis occisus, supra p. 46. C.

§ 163. (l. 33.) Ἀντώνιος καὶ ὁ Μέτελλος Κέλερ] C. Antonius (superiore anno Consul) in Catilinam missus cum magno exercitu. Q. Metellus cum tribus legionibus. Sallustius c. 59. Dio supra p. 44. sq.

καὶ τὰς ἔχθρας, τάς τε φιλίας οἱ πολλοὶ ποιοῦνται·) καὶ προσκαλεσάμενος, μή πως προθύμως σφᾶς ἀγωνιζομένους ἰδὼν ἐξονειδίσῃ τι καὶ προσενέγκῃ οἱ τῶν ἀπορρήτων, αὐτὸς μὲν νοσεῖν προεφασίσατο, [165] Μάρκῳ δὲ Πετρείῳ τὴν μάχην ἐπέτρεψε.

pro potentia eorum, aut pro ſuis ipſorum commodis, amicitias inimicitiasque ſuſcipiunt :) ad hæc veritus, ne quum ſe ſtrenue certantem videret Catilina, exprobraret aliquid, proferretque arcana : ipſe quidem morbum ſimulavit, Marco autem Petrejo pugnam commiſit. A.U.C.692 Junio Silano & L. Licinio COSS.

Συμβαλὼν οὖν αὐτὸς σφίσι, τὸν Κατιλῖναν καὶ ἄλλους τρισχιλίους προθυμότατα ἀγωνιζομένους οὐκ ἀναιμωτὶ κατέκοψεν. οὔτε γὰρ ἔφυγεν αὐτῶν οὐδείς, καὶ ἐν χώρᾳ πάντες ἔπεσον. ὥστε καὶ αὐτοὺς τοὺς κρατήσαντας πολὺ τῶν κοινῶν ὀδύρασθαι, ὅτι καὶ τοιούτους καὶ τοσούτους, εἰ καὶ δικαίως, ἀλλὰ καὶ πολίτας τε καὶ συμμάχους ἀπολωλέκεσαν. ὁ δ' οὖν Ἀντώνιος, τήν τε κεφαλὴν αὐτοῦ ἐς τὸ ἄστυ, ὅπως πιστεύσαντες αὐτὸν τετελευτηκέναι, μηδὲν ἔτι δεδιῶσιν, ἔπεμψε· καὶ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ νίκῃ, [t] καίτοι [166] τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντος, ἐπεκλήθη. βουθυτηθῆναί τε ἐψηφίσθη, καὶ [167] τὴν ἐσθῆτα, ὡς καὶ πάντων τῶν δεινῶν ἀπηλλαγμένοι, μετέβαλον.

41. At ſocii, qui Catilinariæ factionis participes tum adhuc reliqui erant, nondum quieverunt, ſed metu ſupplicii tumultuati ſunt: verum eos, diſſipatos quodammodo, prætores adverſum ſingulos emiſſi anteverterunt, pœnasque de iis ſumpſerunt. Alii autem qui latebant, indicio L. Vettii equitis, qui conſors eorum conjurationis, propoſita impunitate, indicium fecerat, convicti atque ſupplicio affecti ſunt; donec nonnullis jam indicatis, eorumque nominibus in tabulam relatis, denuo multos etiam alios in eam adſcribere voluit. Tum enim ſenatus eum mala fide agere ſuſpicatus eſt, tabulamque ei quidem non reddidit, ne quos expungeret, ipſum autem eos, quos omiſſos dicebat, ore proferre juſſit. Sic pudore & metu confuſus, non multos præterea detulit. Quum vero in urbe & apud ſocios tumultus exſtitiſſet, quod eorum qui delati eſſent nomina laterent, aliique ſibi ipſis fruſtra timerent, alii inſontes iniqua ſuſpicione gravarent: viſum eſt ſenatui, ut eorum nomina publice ederentur. Ita demum innoxiis quies facta: rei in jus vocati,

Οὐ μὴν οἵ γε σύμμαχοι, οἱ [u] μεταχόντες τῷ Κατιλίνᾳ τῶν πραγμάτων, καὶ τότε ἔτι [x] περιόντες, ἡσύχαζον, ἀλλὰ καὶ δέει τῆς τιμωρίας ἐταράττοντο. καὶ ἐκείνους μὲν στρατηγοὶ καθ' ἕκάστους πεμφθέντες προκατέλαβον τρόπον τινὰ ἐσκεδασμένους, καὶ ἐτιμωρήσαντο· ἕτεροι δὲ τῶν λανθανόντων, μηνύσει [168] Λουκίου Οὐεττίου, ἀνδρὸς ἱππέως, συγκοινωνήσαντος μὲν σφίσι τῆς συνωμοσίας, τότε δὲ ἐπ' ἀδείᾳ αὐτοὺς ἐκφαίνοντος, ἐλεγχόμενοι ἐδικαιοῦντο· μέχρις οὗ ἐσαγγείλας τινὰς, τά τε ὀνόματα αὐτῶν ἐς δέλτιον συγγράψας, ὕστερον καὶ ἄλλους συχνοὺς προσεγγράψαι ἠθέλησεν. ὑποπτεύσαντες γὰρ αὐτὸν οἱ βουλευταὶ μηδὲν ὑγιὲς πράττειν, τὸ μὲν γραμματεῖον οὐκέτ' αὐτῷ ἔδωκαν, μὴ καὶ ἀπαλείψῃ τινάς· εἰπεῖν δὲ ἀπὸ γλώσσης ἐκέλευσαν, ὅσους παραλελοιπέναι ἔφασκε. καὶ οὕτως αἰδεσθεὶς καὶ φοβηθεὶς, οὐκέτι πολλοὺς ἐνέδειξε. θορύβου δ' οὖν γ' ὡς ἔν τε τῇ πόλει καὶ παρὰ τοῖς συμμάχοις, ἀγνοίᾳ τῶν ὠνομασμένων, ὄντος, καὶ τῶν μὲν περὶ σφίσιν αὐτοῖς μάτην θορυβουμένων, τῶν δὲ καὶ ἐς ἑτέρους οὐκ ὀρθῶς ὑποπτευόντων, ἔδοξε τῇ γερουσίᾳ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐκτεθῆναι. κἀκ τούτου, οἵ τε ἀναίτιοι

41. At ſocii, qui Catilinariæ factionis participes tum adhuc reliqui erant, nondum quieverunt, ſed metu ſupplicii tumultuati ſunt: verum eos, diſſipatos quodammodo, prætores adverſum ſingulos emiſſi anteverterunt, pœnasque de iis ſumpſerunt. Alii autem qui latebant, indicio L. Vettii equitis, qui conſors eorum conjurationis, propoſita impunitate, indicium fecerat, convicti atque ſupplicio affecti ſunt; donec nonnullis jam indicatis, eorumque nominibus in tabulam relatis, denuo multos etiam alios in eam adſcribere voluit. Tum enim ſenatus eum mala fide agere ſuſpicatus eſt, tabulamque ei quidem non reddidit, ne quos expungeret, ipſum autem eos, quos omiſſos dicebat, ore proferre juſſit. Sic pudore & metu confuſus, non multos præterea detulit. Quum vero in urbe & apud ſocios tumultus exſtitiſſet, quod eorum qui delati eſſent nomina laterent, aliique ſibi ipſis fruſtra timerent, alii inſontes iniqua ſuſpicione gravarent: viſum eſt ſenatui, ut eorum nomina publice ederentur. Ita demum innoxiis quies facta: rei in jus vocati,

[t] καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ. καὶ τῇ &c. RS. quam corruptam lectionem ipſe RS. correxit in nott. probante X. unde & receperunt HS. & L.

[u] μεταχόντες τῷ Καλιλίνᾳ ſic RS. in nott. ſcribendum docuit, pro καταχόντες. emendationem textui vindicarunt HS. & L.

[x] περιόντες. ſic omnes recte. At X. quaſi περιϊόντες legiſſet, interpretatus eſt *ubambulantes*.

[y] ὡς ἔν τε τῇ πόλει. ἔν τε τῇ πόλει, L. deleta particula ὡς. ſcribi poterit ὧς.

§ 164. (l. 40.) καὶὰ τὸ συνωμοσίον] Participem conjurationis Antonium dixerat noſter p. 43 D. & p. 44. E. ſq. Neque hac in parte Catilinam omnino fefellit exſpectatio. Nam licet ad partes reip. a Cicerone revocatus Antonius, tamen tantum tribuit veteri familiaritati, ut prælio adverſus Catilinam decretorio intereſſe ipſe noluerit, ſed ut diſerte addit Dio, morbum ſimulaverit. Salluſtius c. 62. *C. Antonius pedibus æger, quod prælio adeſſe nequibat, M. Petrejo legato exercitum permittit.* Tamen ab Antonio Proconſule cæſus Catilina traditur, in Livii Epitoma 103. quia ad proconſulem refertur, quod ab legato ejus & auſpiciis ipſius factum eſt. Prælium commiſſum ad Alpes. vid. Appianum 2. Civil. p. 431.

§ 165. (l. 48.) Μάρκῳ δὲ Πετρείῳ] Petrejus iſte a Salluſtio deſcribitur *homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus aut præfectus, aut legatus, aut prætor, cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipſos, factaque eorum fortia noverat, ea commemorando militum animos accendebat.* Idem fortaſſe, de quo infra p. 60. A.

§ 166. (l. 61.) καί τοι τοῦ ἀριθμοῦ ἐλάττονος] Imperatoris titulum alioqui merebatur Pro-Conſul vel Prætor is demum, qui decem millibus vel ſex millibus amplius hoſtium cæſis e victoria redibat, ut docent Appianus 2. Civil. p. 455. & Diodorus Sic. apud Photium Cod. 244. p. 638. Tamen, mille etiam aut bis mille hoſtibus cæſis, decretum a ſenatu Imperatoris nomen, teſtatur Cicero Philipp. XIV. 5.

§ 167. (l. 63.) τὴν ἐσθῆτα μεταβαλόν] Sagulis abjectis quæ in publica calamitate ceperant, (ſupra p. 45. A.) togas reſumſerunt. ἐσθῆτα εἰρηνικὴν vocat Dio XLI. p. 161. B.

§ 168. (l. 71.) Λουκίου Οὐεττίου] De hoc indice Vettio, conjurationis, cujus ipſe erat conſcius, latebras indicante poſt impunitatem propoſitam, ſed ita ut in gratiam & odium deferret etiam innocentes, atque adeo non modo fidem decoqueret, ſed & ab aliquibus, ut a Cæſare, malam referret gratiam, vide Ciceronem in Vatinium c. 11. & ad Atticum lib. 2. Epiſt. 24. & quæ ad Suetonii Cæſarem c. 17. viri docti: nec non Henrici Noriſii Diſſ. I. ad Cenotaphia Piſana c. V. p. 66.

A.U.C.692 Junio Silano & Licinio COSS.

ti, pars præſentes, pars ob vadimonium deſertum, condemnati ſunt.

42. Hæc igitur Catilina perpetravit, eoque pacto everſus eſt: majus certe nomen, propter gloriam Ciceronis, & orationes in ipſum habitas, conſecutus, quam geſta ab eo mererentur. Ciceroni autem parum abfuit quin confeſtim, ob ſupplicium Lentuli reliquorumque in vincula conjectorum, cauſa dicenda fuiſſet; ſed ea accuſatio, cum verbis quidem Ciceroni intenderetur, re vera ſenatum petebat. Metellus ante alios Nepos eum ordinem graviter dictis apud plebem calumniatus eſt, jactans, non licere patribus absque populo civem ullum morte damnare. Nihil tamen ea accuſatio Ciceroni tunc obfuit. Nam cum ſenatus omnibus, qui tum temporis res geſſiſſent, impunitatem daret, inſuperque ediceret, ſi quis ex his aliquem denuo auſus fuiſſet in jus ob eam cauſam vocare, eum pro inimico & hoſte habendum: territus Nepos, nihil amplius tentavit.

43. Igitur ea in re ſenatus prævaluit: nec minus in altera, quum Nepote ſententiam ferente, ut Pompejus cum exercitu revocaretur, patres, quominus rata haberetur ſententia, obſtiterunt. Nam cum Pompejus adhuc in Aſia eſſet, prætexebat Nepos, ab eo rempublicam conſtituendam eſſe: quum re vera ſperaret, ſe per eum, velut populi ſtudioſum, turbulenta conſilia ſua perfecturum. Initio ejus rogationi M. Cato & Q. Minucius, tribuni plebis, contradixerunt, ſcribamque recitantem inhibuerunt: quumque tabulam Nepos ipſe lecturus acciperet, ipſi de manibus extorſerunt: quum nihilominus verba facere conaretur, os ei compreſſerunt. Quum utrique parti ſui ſuccurrerent, jamque fuſtibus, lapidibus, adeoque mucronibus etiam pugnaretur: eadem die patres in curiam convenerunt, veſtesque lugubres ſumpſerunt, & conſulibus cuſtodiam urbis mandarunt: curarent, ne quid ea detrimenti caperet. Igitur Nepos iterum perterrefactus,

ἀναίτιοι κατέστησαν, καὶ τοῖς ὑπευθύνοις δίκαι ἐγένοντο. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παρόντες, οἱ δὲ καὶ ἐρήμην ὤφλον.

Καβιλῖνας μὲν ταῦτ' ἐποίησε, καὶ οὕτω καβελύθη· καὶ ἐπὶ πλεῖόν τε τῆς τῶν πραχθέντων αἰξίας ὄνομα, πρὸς τὴν τοῦ Κικέρωνος δόξαν, καὶ πρὸς τοὺς λόγους τοὺς κατ' αὐτοῦ λεχθέντας, ἔσχε. Κικέρων δὲ ὀλίγου μὲν καὶ παραχρῆμα, ἐπὶ τῇ τοῦ Λεντούλου τῶν τε ἄλλων τῶν δεθέντων σφαγῇ, ἐκρίθη· τὸ δὲ ἔγκλημα τοῦτο, λόγῳ μὲν, ἐκείνῳ ἐπεφέρετο, ἔργῳ δὲ, ἐπὶ τῇ βουλῇ καβεσκευάζετο. ὡς γὰρ οὐκ ἐξὸν σφίσιν ἄνευ τοῦ δήμου θάνατον πολίτου τινὸς καταψηφίσασθαι, πολλὴν καταβοὴν ἐν τῷ ὁμίλῳ πρὸς [169] τοῦ Μετέλλου τοῦ Νέπωτος ὅτι μάλισα εἶχον. οὐ μὴν καὶ ὤφλε τότε οὐδέν. τῆς γὰρ γερουσίας ἄδειαν πᾶσι τοῖς διαχειρίσασι τὰ τότε πραχθέντα δούσης, καὶ προσέτι καὶ προσεπούσης, ὅτι καὶν [2] αὖθίς τις εὐθύναί τινα αὐτῶν τολμήσῃ, ἐν τε ἐχθροῦ καὶ ἐν πολεμίου μοίρᾳ ἔσαι· ἐφοβήθη τε ὁ Νέπως, καὶ οὐδὲν ἔτ' ἐκίνησεν.

Ἐν τε οὖν τούτῳ ἡ βουλὴ ἐπεκράτησε, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ, [170] ὅτι τὸν Πομπήϊον τοῦ Νέπωτος μεταπεμφθῆναι σὺν τῷ στρατεύματι, (ἐν γὰρ τῇ Ἀσίᾳ ἔτ' ἦν) προφάσει μὲν τοῦ τὰ παρόντα καταπαυθῆναι, ἐλπίδι δὲ τοῦ δι' αὐτοῦ, ἅτε τὰ τοῦ πλήθους φρονοῦντος, ἰσχύσειν ἐν οἷς ἐτάραττεν, ἐσηγησαμένου, διεκώλυσαν αὐτὸ κυρωθῆναι. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα [171] ὅ, τε Κάτων καὶ Κόϊντος Μινούκιος δημαρχοῦντες ἀνέλεγον τοῖς γραφεῖσι, καὶ τὸν γραμματέα τὸν ἀναγινώσκοντα τήν τε γνώμην ἐπέσχον, καὶ τοῦ Νέπωτος τὸ γραμματεῖον, ὅπως αὐτὸς ἀναλέξῃ, λαβόντος, ἐξήρπασαν. ἐπειδή τε καὶ ὡς ἀπὸ γλώσσης τινὰ εἰπεῖν ἐπεχείρησε, τὸ στόμα αὐτοῦ ἐπέλαβον. μάχης δὲ ἐκ τούτου (καὶ ἐκείνων, καὶ ἄλλων τινῶν ἑκατέροις βοηθησάντων) ξύλοις, καὶ λίθοις, ἔτι δὲ καὶ ξίφεσι, γενομένης, οἱ βουλευταὶ συνῆλθον αὐθημερὸν ἐς τὸ συνέδριον· καὶ [172] τά τε ἱμάτια ἠλλάξαντο, καὶ [173] τοῖς ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, ὥστε μηδὲν ἀπ' αὐτῆς ἀποτριβῆναι, ἐπέτρεψαν. Φοβηθεὶς οὖν καὶ τότε ὁ Νέπως, ἔκ

2 Αὖθις τις. auctores mihi ſic ſcribenti V. a. & Med. vulgo male τις omittitur, ſcilicet abſorptum ab ultima ſyllaba voci αὖθις.

§ 169. (l. 99.) τοῦ Μετέλλου τοῦ Νέπωτος] Hic eſt Q. Metelli Celeris frater, Tribunus plebis, quem omnem ſui tribunatus conatum in ſuam (Ciceronis) perniciem parare atque meditari, queritur Cicero lib. V. Epiſt. 2. Orationis Metellinæ contra hunc Metellum habitæ fragmenta vide T. VI. edit. Grævianæ p. 994.

§ 170. (l. 9.) ὅτι τὸν Πομπήϊον] Meminit Plutarchus in Cicerone p. 872. καὶ νόμος ὑπ' αὐτῶν εἰσήγετο, καλεῖν Πομπήϊον μετὰ τῆς στρατιᾶς, ὡς δὴ καταλύσοντα τὴν Κικέρωνος δυναστείαν.

§ 171. (l. 15.) ὅ, τε Κάτων καὶ Κόϊντος Μινούκιος] Conferendus idem Plutarchus loco laudato & in Catone minore p. 771. p. 772. ubi tribunus alter Minucius Thermus appellatur. De Catonis forti animo, quo Metelli rogationi obſtitit, Cicero pro Sextio c. 29.

§ 172. (l. 24.) τά τε ἱμάτια ἠλλάξαντο] Velut in calamitate publica, ut ſupra p. 45. A.

§ 173. (l. 25.) τοῖς ὑπάτοις] Viderent Conſules ne quid detrimenti caperet Respubl. ut p. 44. A.

§ 174. (l. 30.) μηδεμίαν νύκτα] Dionyſius Halic. VIII. p. 554. cum dixiſſet poteſtatem tribunorum plebis circumſcriptam fuiſſe urbis mœnibus, addit, ne pernoctare quidem illis extra urbem fas, (& eo usque reſtringenda Appiani verba 2. Civil. p. 437. οὐδὲ γὰρ προϊέναι τῶν τειχῶν τοῖς δημάρχοις ἐφίεται) niſi latinis feriis, quando omnes populi Romani magiſtratus pro communi latinæ gentis ſalute in Albano monte Jovi ſacrificant, οὐδὲ ἀπαυλισθῆναι τῆς πόλεως αὐτῆς θέμις. Servius in V. Aeneid. 738. *Cum Tribuno plebis abnoctare ab urbe non liceret, licebat tamen exire poſt noctem mediam & ante mediam reverti.* Gellius III. 2. *Tribuni plebei, quos nullum diem abeſſe Roma licet, quum poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primam facem ante mediam ſequentem revertuntur, non dicuntur abfuiſſe unum diem, quando ante horam noctis ſextam regreſſi parte aliqua illius in urbe Roma ſunt.* Eadem iisdem verbis Macrobius I. Saturnal. c. 3. Cicero apud Dionem infra XLV. p. 284. A. de tribuno M. Antonio: ᾧ μηδεμίαν νύκτα ἐκ τῶν νόμων ἀποδημῆσαι ἐξῆν. vid. & p. 322. E. Jacobum Cujacium lib. XXIII. obſervationum c. 6

§ 175. (l. 32.) οὐδ' ὁ Καῖσαρ] Cæſarem Prætorem turbulentiſſimis Cæcilii Metelli legibus auctorem propugnatoremque ſe pertinaciſſime præſtitiſſe, donec ambo adminiſtratione Reipb. decreto patrum ſummoverentur, refert Suetonius in Cæſare c. 16. additque nihilominus permanere in magiſtratu & jus dicere auſum; ut vero comperit paratos qui vi prohiberent, quieviſſe, multitudinemque auxilium tumultuoſius pollicentem compeſcuiſſe, itaque gratias ei actas a Senatu, collaudatumque ac reſtitutum in integrum inducto priore decreto.

§ 176. (l. 34.) Κατούλου ὄνομα ἀφαιρεθέν] Narrat Dio infra lib. XLIII. p. 220. inter alios Cæſari poſtea decretos honores, & ab eo admiſſos, fuiſſe etiam hunc, ut deleto Catuli nomine, nomen Cæſaris Capitolio inſcriberetur. Sed Tacito III.

72.

ἔκ τε τοῦ μέσου εὐθὺς ἐξεχώρησε, καὶ μετὰ τοῦτο γραφήν τινα καθ' τῆς βουλῆς ἐκθεὶς, πρὸς τὸν Πομπήϊον ἀφώρμησε· καίτοι [174] μηδεμίαν αὐτῷ νύκτα ἀπολιπῆναι ἐκ τῆς πόλεως ἐξόν.

terrefactus, ſtatim ſe e medio ſubduxit: propoſitaque rogatione contra ſenatum, ad Pompejum ſeſe contulit: quanquam nullam noctem abeſſe ab urbe legitime poterat. A.U.C.692 Junio Silano & L. Licinio COSS.

Γενομένου δὲ τούτου, [175] οὐδ' ὁ Καῖσαρ (ἐστρατήγει δὲ) οὐδὲν ἔτ' ἐνεωτέρισεν. ἔπραττε μὲν γὰρ, ὅπως τὸ μὲν [176] τοῦ Κατούλου ὄνομα ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς [a] τοῦ Καπιτωλίνου ἀφαιρεθείη, (κλοπῆς τε γὰρ αὐτὸν ἤνυνε, καὶ τὸν λογισμὸν τῶν ἀνηλωμένων χρημάτων ἀπήτει·) τῷ δὲ δὴ Πομπηΐῳ τὰ λοιπὰ προσεξεργάσασθαι ἐπιτραπείη. ἦν γάρ τινα, ὡς ἐν τηλικούτῳ καὶ τοιούτῳ ἔργῳ, ἡμιτέλεσα· ἢ ἐκεῖνός γε ἐπλάττετο εἶναι, ὅπως ὁ Πομπήϊος τήν τε δόξαν τῆς ἐκποιήσεως αὐτοῦ λάβῃ, καὶ τὸ αὐτοῦ ὄνομα ἀντεπιγράψῃ. [b] οὐ μὴν ὅλως γε χαρίζεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτῷ διὰ τοῦτο ψηφισθῆναι [c] ἔτι τοιοῦτον, οἷον ἐπὶ τῷ Νέπωτι δεδόκτο, ὑπομεῖναι. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐκείνου ἕνεκα ταῦτ' ἐποίει, ἀλλ' ἵνα αὐτὸς καὶ διὰ τούτων τὸ πλῆθος σφετερίσηται· καίπερ οὕτω πάνυ τὸν Πομπήϊον ἐδεδίεσαν, (οὐδέπω γὰρ τὰ στρατεύματα ἀφῆσων δῆλος ἦν) ὥστε ἐπειδὴ [177] Μάρκον Πίσωνα ὑποστράτηγον πρὸς αἴτησιν ὑπατείας προύπεμψε, τάς τε ἀρχαιρεσίας, ὅπως ἀπαντήσῃ ἐς αὐτὰς, ἀναβαλέσθαι, καὶ παρόντα αὐτὸν ὁμοθυμαδὸν ἀποδεῖξαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐχ ὅτι τοῖς φίλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐχθροῖς συνέσησεν αὐτόν.

44. Poſt hæc facta, ne Cæſar quidem, qui tum prætoram gerebat, quicquam amplius innovavit. Hoc autem egerat, ut nomen Catuli a Jovis Capitolini templo tolleretur, (eum enim peculatus poſtulabat, rationesque ab eo pecuniarum inſumptarum exigebat) utque Pompejo poteſtas fieret reliquam ſtructuram exequendi. Superabant enim nonnulla, ut in tali ac tanto opere fieri aſſolet, imperfecta adhuc: aut certe Cæſar ea ſupereſſe fingebat, ut Pompejus abſoluti operis gloriam reportaret, & pro Catuli nomine ſuum reponeret. Neque vero tantopere Pompejo rem gratam facere Cæſar volebat, ut ea de cauſa hujusmodi pariter decretum fieri contra ſe pateretur, quale adverſum Nepotem factum erat: nam ne Pompeji quidem cauſa hæc agebat: ſed ut eo pariter pacto plebem ſuam efficeret. Quanquam tantus omnes Pompeji metus habebat, (nec odum enim videbatur exercitum dimiſſurus) ut quum is M. Piſonem legatum ad petitionem conſulatus præmiſiſſet, non ſolum comitia, donec ad ea perveniret, diſtulerint, ſed & ipſum Piſonem præſentem omnes unanimi conſenſu conſulem deſignarint. Pompejus enim non amicis tantum, ſed & inimicis eum commendaverat.

Καὶν τούτῳ ὁ Καῖσαρ, τοῦ Κλωδίου τοῦ Πουπλίου [178] τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἔν τε τῇ οἰκίᾳ, καὶ παρὰ τὴν ποίησιν τῶν [179] ἱερῶν, ἅπερ αἱ ἀειπαρθένοι παρά τε τοῖς ὑπάτοις καὶ παρὰ τοῖς στρατηγοῖς ἀγνῶς [d] τὰ ἐκ τῶν πατρίων ἐς πᾶν τὸ ἄῤῥεν ἐπιτέλουν, ἀσχύναλος, ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν ἐνεκάλεσε, (καὶ γὰρ ἔυ ἠπίστατο ὅτι οὐχ ἁλώσεται διὰ τὴν ἑταιρείαν) τὴν δὲ δὴ γυναῖκα ἀπεπέμψατο, εἰπὼν, ἄλλως μὲν μὴ πιστεύειν τῷ λεγομένῳ, μὴ μέντοι καὶ συνοικήσειν ἔτ' αὐτῇ δύνασθαι, διότι καὶ ὑπωπτεύθη ἀρχὴν μεμοιχεῦσθαι. τὴν γὰρ σώφρονα χρῆναι μὴ μόνον μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ μηδὲ εἰς ὑποψίαν αἰσχρὰν

45. Interim P. Clodius Cæſaris conjugem, idque domi ejus, inter ſacra, quæ Veſtales, apud conſules & prætores, omnibus maribus more majorum inacceſſa, celebrare ſolebant, vitiavit. Cæſar Clodium in judicium non pertraxit, (nam compertum habebat, eum propter factionem non iri condemnatum:) uxorem autem repudiavit, non ſe quidem credere, quæ de ea ferebantur, dicens, ſed non poſſe eam conjugem habere amplius, quæ ſemel adulterii commiſſi ſuſpecta haberetur. Pudicæ enim eſſe, non modo ut ne quid peccet, ſed ne ſuſpicionem quidem

a τοῦ Καπιτωλίνου. ſic alias Dio. vide quæ notavi ad p. 243. D. vulgo Καπιτωλίου. τοῦ Καπετωλίνου ad marg. L. vel Καπετωλείου Od. *b* οὐ μήν. ſic V. a. pro vulgato οὐ μέν, quod corrigendum ita eſſe viderant etiam RS. & X. paulo ante τὸ αὐτοῦ ὄνομα ſcripſi pro vulgato αὐτοῦ. *c* ἔτι τοιοῦτον. τι τοιοῦτον. RS. X. Od. *d* ἀγνῶς τὰ ἐκ τῶν πατρίων ἐς πᾶν τὸ ἄῤῥεν ἐπιτέλουν. corruptus locus. Leunclavius non dubitat ſcripſiſſe Dionem: ἀγνῶς ἐκ τῶν πατρίων ἄνευ παντὸς ἄῤῥενος ἐπιτέλουν. ſed temere nimis ſecat, urit; videtur expeditius nec minus tuto ſanari vulnus, ſi faciamus ut coëat. ſcribo: ἁγνωσα — ἐς πᾶν τὸ ἄῤῥεν, conjungendo diviſa ἁγνῶς τά.

72. Hiſt. teſte, *Lutatii Catuli nomen, inter tot Cæſarum opera, usque ad Vitellium* (cujus tempore conflagraſſe conſtat) *manſit.* Et Catuli nomen inſcriptum, poſt Syllam defunctum (nulla Cæſaris facta mentione) notat Plutarchus in Valerio Poplicola p. 104. Suetonius vero in Cæſare c. 15. cum tradidiſſet Q. Catulum de refectione Capitolii, a Sylla (poſtquam bellis civilibus fuiſſet exuſtum) excitati, ad diſquiſitionem populi vocatum a Cæſare primo prætoræ die, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium (Pompejum, ut Dio noſter docet) transferebat: ſubjungit, Cæſarem imparem optimatium conſpiratione hanc actionem depoſuiſſe.

§ 177. (l. 51.) Μάρκον Πίσωνα] Hunc M. Pupium Calpurnium Piſonem, antequam læſus ab eo fuiſſet, ita deſcribit Cicero l. ad Atticum Epiſt. 13. *Conſul ipſe parvo animo & pravo, tantum cavillator genere illo moroſo, quod etiam ſine dicacitate videtur, facie magis quam facetiis ridiculus, nihil agens cum Republ. ſejunctus ab optimatibus: a quo nihil ſperes boni reipubl. quia non vult: nihil metuas mali, quia non audet.* Et epiſt. 14. *ille uno vitio minus vitioſus, quod iners, quod ſomni plenus, quod imperitus, quod ἀπραγμόνεαλος, ſed voluntate κακίας & ſtudio perditarum rerum atque partium.* Alia de eo Aſconius in Pisonianam c. 26. & e recentioribus Joh. Glandorpius p. 190. Onomaſtici Romani. Præſentem ſe huic Piſoni ſuffragari voluiſſe Pompejum, ſi per Catonem comitia Conſularia differre licuiſſet, narrant Plutarchus Catone minore p. 773.

§ 178. (l. 58.) τὴν γυναῖκα αὐτοῦ] Conjux Cæſaris *Pompeja*, Q. Pompeji filia, Syllæ neptis. vid. quæ viri docti ad Suetonii Cæſarem c. 6. P. Clodius Quæſtor tunc erat deſignatus, ut ex Aſconio in Milonianam obſervavit Pighius T. III. Annal. p. 342. quem vide etiam p. 338. ſq.

§ 179. (l. 59.) ἱερῶν ἅπερ ἀειπαρθένοι] Sacrum bonæ Deæ, a quo viri excludebantur, factum a Veſtalibus quotannis, in ædibus Conſulis cujusque & Prætoris, pro populi ſalute, cujusmodi ſacrum in ædibus Ciceronis Conſulis fuit ſupra p. 46. A. Hoc loco idem in domo Cæſaris Prætoris memoratur. Fallitur enim Scholiaſtes Juvenalis VI. 337. qui *in templum bonæ Deæ* ingreſſum Clodium ſcribit, licet quod addit, *pſaltriæ habitu*, firmatur a Plutarcho in Cicerone p 874. atque in Cæſare p. 711. & a Cicerone pro Sextio c. 54. Livii Epitome 103. *P. Clodius accuſatus, quod in habitu mulieris in ſacrarium, in quod virum intrare nefas eſſet, intraſſet.*

dem ullam turpem de se præbeat. Præter hæc, quæ in id tempus inciderunt, pons quoque tunc lapideus ad insulam, quæ in Tiberi exstat, ducens, extructus, Fabriciusque dictus est.

A.U.C.693 M. Pisone & M. Messala COSS.

46. Anno sequenti, M. Pisone, M. Messala, Coss. optimates Clodium, quem jam ante odio habebant, & cujus tum scelus expiatum volebant, quod pontifices instaurationem sacrorum, ob id ipsum minus legitime perpetratorum, decrevissent, in jus traxerunt: accusatusque est partim ob adulterium, quantumvis Cæsare tacente, partim ob defectionem Nisibiticam, præterea vero, quod cum sorore rem habuisset. Absolutus autem est judicum sententiis: quanquam ii præsidium a senatu petiissent, impetrassentque, ne vim a Clodio paterentur. Itaque Catulus hoc dicterio in eos usus est: præsidium ab iis postulatum non esse, ut sine periculo Clodium sententiis damnare possent, sed ne pecuniæ ipsis, quibus corrupti fuerant, eriperentur. Is Catulus haud longe post vita excessit, quum semper apertissime, si quis unquam, ante omnia rempublicam posuisset. Eodem anno a censoribus omnes ii, qui magistratus gesserant, in ordinem senatorum sunt relati, etiam ultra definitum senatorum numerum. Populus etiam, qui ad hæc tempora ludos gladiatorios sine intermissione totos spectaverat, tum primum inter actionem surrexit, pransusque est. Isque mos tum cœptus, hodieque, quoties imperator ludos exhibet, observatur. Eo modo in urbe res sese habebant.

47. Allobrogibus autem Galliam Narbonensem populantibus, C. Pomptinus, prætor ejus provinciæ, legatos adversum hostes emisit: ipse loco commodo castris positis, observavit rerum eventum, ut opportune suis, sicut usus postularet, & consulere, & subvenire posset. Manlius Lentinus ad Ventiam urbem oppugnandam veniens, ita hostium animos perculit, ut plerique ex urbe aufugerent, reliqui pacem per legatos peterent. Agrestibus vero interea ad defendendam urbem concurrentibus, atque ex improvi-

ἀισχρὰν ἀφικνεῖσθαι. τότε μὲν ταῦτά τε ἐγένετο, καὶ ἡ γέφυρα ἡ λιθίνη, ἐς τὸ νησίδιον [e] τότε ἐν τῷ Τιβέριδι ὂν φέρουσα, καλεσκευάσθη, [180] Φαβρικία κληθεῖσα.

Τῷ δὲ ἐξῆς ἐπί τε Πίσωνος καὶ ἐπὶ Μάρκου Μεσσάλου ὑπάτων, μισοῦντές τε ἄλλως οἱ δυνατοὶ τὸν Κλώδιον, καὶ ἅμα καὶ τὸ μίασμα αὐτοῦ ἀποδιοπομπούμενοι, ἐπειδὴ οἱ ϖοντίφικες ἀνεληλύθεσαν τὰ ἱερὰ, ὡς οὐχ ὁσίως διὰ τοῦτο τελεσθέντα, ἔγνωσαν, δικασηρίῳ αὐτὸν ϖαρέδωκαν, καὶ κατηγορήθη μὲν τῆς τε μοιχείας, καίπερ τοῦ Καίσαρος σιωπῶντος, καὶ τῆς μεταστάσεως [181] τῆς ϖερὶ [f] Νίσιβιν, καὶ ϖροσέτι καὶ [182] ὅτι τῇ ἀδελφῇ συγγίνοιτο. ἀφείθη δὲ, καίτοι τῶν δικασῶν φρουρὰν ϖαρὰ τῆς βουλῆς, ὅπως μηδὲν κακὸν ὑπ' αὐτοῦ ϖάθωσι, καὶ αἰτησάντων καὶ λαβόντων. ἐφ' [g] ᾧπερ καὶ [183] ὁ Κατοῦλος ἐπισκώπτων ἔλεγεν, ὅτι τὴν φυλακὴν ἤτησαν, οὐχ ἵνα ἀσφαλῶς τοῦ Κλωδίου καταψηφίσωνται, ἀλλ' [h] ἵν' αὐτοὶ τὰ χρήματα ἃ δεδωροδοκήκεσαν διασώσωνται. καὶ ὁ μὲν διαφανέστατα τῶν ϖώποτε τὸ δημόσιον ἀεὶ ϖρὸ ϖαντὸς ϖροτιμήσας, [184] ἐτελεύτησεν οὐ ϖολλῷ ὕστερον. ἐν δὲ δὴ τῷ ἔτει ἐκείνῳ οἵ τε τιμηταὶ [185] ϖάντας τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς γενομένους ἐς τὸ βουλευτικὸν καὶ [186] ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν ἐσέγραψαν, καὶ ὁ δῆμος [i] ἀπαυσὶ μέχρι τότε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος, [187] ἐξανέστη τε μεταξὺ τοῦ ἔργου, καὶ ἄριστον εἵλετο. καὶ τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ νῦν, ὁσάκις ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἀγωνοθετῇ, γίνεται. ἐν μὲν οὖν τῇ ϖόλει ταῦθ' οὕτως ἐπράχθη.

Τῶν δὲ Ἀλλοβρίγων τὴν Γαλατίαν τὴν ϖερὶ Νάρβωνα ϖορθούντων, [188] Γάϊος Ϙομπτῖνος ὁ ἄρχων αὐτῆς, τοὺς μὲν ὑποστρατήγους ἐπὶ τοὺς ϖολεμίους ἔϖεμψεν. αὐτὸς δὲ ἐν ἐπιτηδείῳ ἱδρυθείς, ἐϖετήρει τὰ γινόμενα, ὅπως καθ' καιρὸν ϖρὸς τὸ ἀεὶ χρήσιμον καὶ γνώμην σφίσι διδόναι καὶ ἐπαμύνειν δύνηται. καὶ Μάλλιος μὲν Λεντῖνος ἐπὶ [189] Οὐεντίαν ϖόλιν στρατεύσας, οὕτως αὐτοὺς κατέπτηξεν, ὥστε τοὺς ϖλείους ἐκδρᾶναι, καὶ τοὺς λοιποὺς ὑπὲρ εἰρήνης ϖρεσβεύσασθαι. κἂν τούτῳ συμβοηθησάντων τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς ὄντων, καὶ ϖροσϖε-

[e] τότε ἐν τῷ Τιβέριδι ὄν. τὸ ἐν τῷ Τιβ. ὄν. L. ingeniosissime. Od. sed vel τότε καλεσκευάθη cohæret, vel respicitur origo insulæ. Liv. II. 5. [f] Νίσιβιν. Νίσιβι RS V. a. Med. [g] ἐφ' ᾧπερ. sic V. a. & Med. rectius quam vulgo ἐφ' ὥνπερ. [h] ἵν' αὐτοὶ. ἵνα καὶ αὐτοὶ, V. a. quod rejiciendum arbitror. [i] ἀπαυσὶ. lego ἀπαστὶ, *sine cibo.* Bulengerus de Circo c. 45. T. IX. Thes. Græv. p. 688. apte & eleganter, fateor; sed nec alterum ἀπαυσὶ tam incommode dictum, ut propterea rejici debeat.

§ 180. (l. 71.) *Φαβρικία κληθεῖσα*] Ligneus antea & *Tarpejus* dictus: hodie *pons quatuor capitum.* Vide quæ viri docti ad illud Horatii 2. Satir. III. 36. *atque a Fabricio non tristem ponte reverti.* Vetus in illo ponte inscriptio apud Fabrettum p. 240. L. FABRICIUS. C. F. CUR. VIAR. FACIUNDUM. COERAVIT. EIDEMQUE PROBAVEIT. Apud Smetium & Gruterum p. CLX. 3. additur. Q. LEPIDUS. M. F. M. LOLLIUS. M. F. COSS. PROBAVERUNT. qui Consules fuere anno post hunc præsentem Dionis secundo & quadragesimo. U. C. 734. *Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno*, Horatius annos se XLIV. natum significat lib. I Epist. XX. 28. De pontibus antiquis & novis præclare nuper commentatus est H. Gautierius, libro gallice vulgato Paris. MDCCXVI. 8.

§ 181. (l. 80.) *τῆς περὶ Νίσιβιν*] Hanc Mesopotamiæ urbem Tigrani eripuerat Lucullus, ut dictum supra XXXV. p. 3. C. sed Clodius deinde milites Luculli ad seditionem commovit. p. 6. C. & ipse ab eo defecit p. 7. D.

§ 182. (l. 81.) *ὅτι τῇ ἀδελφῇ*] Luculli uxori, supra XXXV. p. 7. D. Plutarchus in Cicerone p. 875. Lucullo p. 515. Facit & ad hunc incestum notandum, quod omnia sororis embolia nosse Clodium ait Cicero pro Sextio c. 54. & c. 7. *sororiis stupris insanum* appellat, & c. 17. *sororis adulterum.* in Pison. c. 12. & pro domo. c. 34.

§ 183. (l. 85.) *ὁ Κατοῦλος ἐπισκώπτων*] Dicterium hoc Catuli præter Plutarchum notavit etiam Cicero lib. I. ad Atticum Epist. 16. & Senec. Epist. 97. *Judices Clodiani a Senatu petierant præsidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium, & impetraverant. Itaque eleganter illis Catulus, absoluto reo: quid vos, inquit, præsidium a nobis petebatis? an, ne numi vobis eriperentur?*

§ 184 (l. 90.) *ἐτελεύτησεν οὐ πολλῷ ὕστερον*] Jam defunctum laudat Cicero pro Sextio c. 47. his verbis: *Qualis nuper Q. Catulus fuit, quem neque periculi tempestas, neque honoris aura, potuit unquam de suo cursu aut spe aut metu dimovere.*

§ 185. (l. 92.) *πάντας τοὺς ἐν ἀρχαῖς γενομένους*] Jam supra ad p. 43. D. notavi ex Varrone apud Gellium III. 18. non omnes qui Magistratibus functi erant, inter senatores fuisse, nisi a Censoribus essent lecti. Postea ab Augusto triumviratus legendi senatus fuit institutus, teste Suetonio c. 37. Sed antea Censorum hoc munus fuit per Oviniam legem, cujus meminit Festus in *Præteriti.*

προσπεσόντων αἰφνιδίως, τοῦ μὲν τείχους ἀπώθη- 15 provisо irruentibus, muris quidem pulsus, agrum
τὴν δὲ δὴ χώραν ἀδεῶς ἐλεηλάτει, μέχρις οὗ ὅ, τε autem omnem tuto deprædatus est: tantisper
ii Καλούγναλος, ὁ τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους στρατη- dum Catugnatus, dux universæ gentis, cum non-
B γὸς, k καί τινες καὶ ἄλλοι τῶν 190 παρὰ τὸν nullis aliis Isaræ accolis, regioni subsidio venit.
Ἴσαρα οἰκούντων, ἐπεκούρησαν σφίσι. τότε γὰρ Lentinus, quum eos transitu fluminis prohibere
οὐκ ἐτόλμησε μὲν αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν 20 non auderet, quod plurimum navium habebant:
πλοίων περαιωθῆναι κωλῦσαι, μὴ καὶ συστραφῶσιν, veritus etiam, ne in unum coirent barbari, si
ἰδόντες σφᾶς ἀντιπαρατεταγμένους. ὑλώδους δὲ τοῦ ipsum contra se instructa acie venientem vide-
χωρίου μετὰ τὸν ποταμὸν εὐθὺς ὄντος, ἐνέδρας ἐν rent: in locis fluvio proximis, quæ sylvis erant
αὐτῷ ἐποιήσατο, καὶ τοὺς ἀεὶ διαβαίνοντας ὑπο- obsita, insidias collocat, atque ut quique fluvi-
λαμβάνων ἔφθειρε. Φεύγουσί τέ τισιν ἐπισπώ- 25 um trajecerant, eos excipit & obtruncat. Dum
μενος, περιέπεσεν αὐτῷ Καλουγνάτῳ. καὶν παυ- autem fugientes nonnullos insequitur, ab iis per-
συδὶ διώλετο, εἰ μὴ χειμὼν σφοδρὸς ἐξαίφνης tractus in ipsum Catugnatum incidit: ubi tum fun-
ἐπιγενόμενος ἐπέσχε τοὺς βαρβάρους τῆς δι- ditus periisset, ni vehemens tempestas repente
ώξεως. oborta barbaros ab insequendo hoste avertisset.

C Καὶ ὁ μὲν μετὰ τοῦτο, τοῦ Καλουγνάτου πόρ- 30 48. Posthæc, Catugnato in longinqua pro-
ρω που ἀφορμήσαντος, τήν τε χώραν αὖθις κατέ- fecto, Manlius iterum incursionem in regionem
δραμε, καὶ τὸ τεῖχος, παρ' ᾧ ἐδυσύχησεν, ἐξεῖλε. eam fecit: oppidumque, apud quod adversam
Λούκιος δὲ δὴ Μάριος καὶ l Σερούϊος Γάλβας τόν prius fortunam expertus erat, vi cepit. L. vero
τε Ῥοδανὸν ἐπεραιώθησαν, καὶ τὰ τῶν Ἀλλοβρίγων Marius, & Servius Galba, transmisso Rhodano,
λυμηνάμενοι, τέλος πρὸς 191 Σολώνιον πόλιν ἦλ- 35 Allobrogum ditione vastata, ad oppidum tan-
θον· καὶ χωρίον ll μέν τι ὑπὲρ αὐτῆς ἰσχυ- dem Solonium pervenerunt, validumque supra
§ 1. (l. 1.) τὸ σύμπαν πλῆθος] Plebem ſibi devinxit lege agraria Cæſar, de qua mox: equites vectigalium remiſſione, de qua infra p. 62. D. per τοὺς δυνατοὺς autem hoc loco Pompejum intellige & Craſſum, quibus omni modo gratificabatur p. 59. C. non ſenatum, niſi qui ſecum vel cum his facerent, licet & ille ſolet Dioni venire nomine δυνατῶν. ib. D.

§ 2. (l. 14.) πρός τε τὰ ἔργα] Notum eſt ἔργα ſpeciatim dici de opere ruſtico, ut multi obſervarunt, quos laudavi lib. II. Biblioth. Græcæ c. 8. § 7. ubi de ἔργοις Heſiodi Poëtæ.

A.U.C.695 C.Cæsare & M. Bibulo COSS.

autem, quæ tum erant per Italiam plurimæ, itarum frequentabantur: ut jam non ii modo, qui militia confecti erant, sed & alii omnes victum sufficientem haberent: neque republica quicquam de suo in id erogante, nec jacturam facientibus potentibus: cum adeo ad multos eorum honor ac dignitas inde rediret. Omnem autem regionem, quæ publica populo Romano erat, excepto agro Campano, (quem quidem ob præstantiam exemptum, reipublicæ censuit relinquendum) divisit: reliquam nec invitis dominis ademit, nec pretium arbitrio divisorum constituit: sed emi eam primum a volentibus jussit: deinde tantum numerari pretium, quanti in censu æstimata fuisset. Magnam autem vim pecuniæ ipsis esse dicebat, partim ex ea præda, quam Pompejus ceperat, partim ex tributis & vectigalibus jam ante constitutis, reliquam: quam impendi in cives æquum sit, quorum periculo sit parta. Præterea divisores agrorum constituit neque paucos numero, ne principatus cujusdam speciem res ea exhiberet: neque ex iis qui criminibus erant obnoxii, ne quis id ægre ferret: sed primum viginti viros ad id delegit, quo plures in honoris partem venirent: tum qui ad eam rem essent quam maxime idonei. Ab eorum numero sese exemit, sicuti jam ante testatus abunde erat, ne quid sui ipsius causa decernere videretur. Sibi enim inquiebat satis esse, quod inventor ejus rei, & autor exstitisset: aperte autem Pompejo, Crasso, aliisque gratificabatur.

τελαλαιπωρημένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας διαρκῆ τὴν τροφὴν ἔχειν· μήτε τῆς πόλεως ὀικοθέν τι δαπανωμένης, μήτε τῶν δυναμένων ζημιουμένων, ἀλλὰ καὶ τιμὴν καὶ ἀρχὴν πολλῶν προσλαμβανόντων. τὴν δὲ χώραν τήν τε κοινὴν ἅπασαν, [3] πλὴν τῆς Καμπανίδος, ἔνεμε· (ταύτην γὰρ ἐν τῷ δημοσίῳ ἐξαίρετον [4] διὰ τὴν ἀρετὴν [k] συνεβούλευσεν εἶναι) καὶ τὴν λοιπὴν οὔτε παρὰ ἄκοντός τινος, οὔτ' ἂν ὁσου ἂν οἱ γεωνόμοι βουληθῶσιν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν παρ' ἑκόντων, ἔπειτα δὲ τοσούτου, [5] ὅσου ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς ἐτελίμηο, ἀγοραθῆναι ἐκέλευσε. χρήματά τε γὰρ πολλὰ ἀπό τε τῆς λείας, ἣν ὁ Πομπήϊος εἰλήφει, καὶ ἀπὸ τῶν φόρων τῶν τε τελῶν τῶν [l] προσκαλασάντων περιεῖναι σφίσιν ἔλεγε· καὶ χρῆναι αὐτὰ, ἅτε καὶ τοῖς τῶν πολιτῶν κινδύνοις περισμένα, ἐς αὐτοὺς ἐκείνους ἀναλωθῆναι. καὶ μέντοι καὶ τοὺς γεωνόμους, [6] μήτ' ὀλίγους, ὥστε καὶ δυναστείᾳ τινὶ ἐοικέναι, ὅτε ἐξ ὑπευθύνων, ὥστε τινὰ δυσχεράναι, καθίστη· ἀλλὰ πρῶτον μὲν [ll] τοῦ συχνοῦ τῆς τιμῆς εἴκοσι μεταχεῖν, ἔπειτα δὲ τοὺς ἐπιτηδειοτάτους, πλὴν ἑαυτοῦ. πάνυ γάρ τοι τοῦτο προδιωμολογήσατο, ὅπως μὴ δι' ἑαυτὸν τι γράφειν νομισθείη. αὐτὸς μὲν γὰρ τῇ τε εὑρήσει καὶ τῇ ἐσηγήσει τοῦ πράγματος ἠρκεῖτο, ὡς γε ἔλεγε· τῷ δὲ δὴ Πομπηίῳ καὶ τῷ Κράσσῳ, τοῖς τε ἄλλοις φανερῶς ἐχαρίζετο.

2. Legis igitur ejus nomine accusari non poterat, adeo ut ne hiscere quidem contra eum quisquam adversariorum auderet. Recitaverat enim ante in senatu, atque unumquemque nominatim compellatum interrogaverat, ecquid in ea reprehenderet? si quid ab ullo improbaretur, id se vel emendaturum vel inducturum omnino promittens. Verum generatim optimates omnes, quicunque extra conspirationem erant, majorem in modum graviter rem ferebant: hocque ipsum ante alia male eos habebat, quod legem, qua universum eorum ordinem erat pressurus, ita composuerat, nulla ut ejus invadendæ ansa daretur. Suspicabantur enim, fore (cujus etiam causa illud susceptum

Ἕνεκα μὲν οὖν τῶν γραφέντων αἰτίος ἦν, ὥστε μὴ διᾶραι τὸ σῶμα ὑπεναντίον οἱ μηδένα τολμῆσαι. καὶ γὰρ προανέγνω αὐτὰ ἐν τῇ βουλῇ, καὶ ὀνομασὶ ἕνα ἕκαστον αὐτῶν ἀνακαλῶν, ἐπηρώτησε, μή τί τις αἰτιᾶται· μεταγράψειν, ἢ καὶ παντελῶς ἀπαλείψειν, εἴ γέ τῳ μὴ ἀρέσειέ τι, ὑποσχόμενος. τὸ δὲ δὴ σύμπαν, καὶ πάνυ πάντες οἱ δυνατοὶ, ὅσοι γε ἔξω τῆς συνωμοσίας ὄντες, ἐδυσχέραινον. καὶ αὐτό γε τοῦτο αὐτοὺς ἐς τὰ μάλιστα ἐλύπει, ὅτι τοιαῦτα συγγεγραφὼς ἦν, ὥστε μηδένα αἰτίαν δύνασθαι λαβεῖν, καὶ πάντας σφᾶς βαρύνειν. ὑπώπτευον γὰρ αὐτὸν, ἐφ' ὅπερ που καὶ ἐγίνετο, τό, τε πλῆθος ἀπ' αὐτῶν

[k] συνεβούλευσεν. sic V. a. melius, quam vulgo, συνεβουλέυσατο. [l] προσκαλασάντων. προσκαλασώντων, RS. V. a.
[ll] τοῦ συχνοῦ τῆς τιμῆς εἴκοσι μεταχεῖν. hæc trajecta videntur, & corrupta. si codices addicerent, sic scriberem: πρῶτον μὲν, τοῦ συχνοὺς τῆς τιμῆς μεταχεῖν, εἴκοσι· ἔπειτα &c.

§ 3. (l. 22.) πλὴν τῆς Καμπανίδος] Etiam Campanum agrum iis qui ternos pluresve liberos haberent divisum Cæsaris lege, dicetur infra p. 62. D. De universa autem hac agraria rogatione abunde viri docti ad Suetonium c. 20. & Vellej. lib. II. c. 44. De agro Campano quoque & ejus divisione vir eruditissimus Camillus Peregrinus Diss. I. de Felice Campania in T. IX. P. II. thesauri rerum Italicarum.

§ 4. (l. 23.) διὰ τὴν ἀρετὴν] De hoc Campano agro Cicero secunda contra Rullum, qui ante Cæsarem legem agrariam suadere voluit c. 29. *unumne fundum pulcherrimum populi Romani, caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solatium annonæ, disperire patiemini? An obliti estis, Italico bello, amissis cæteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis?*

§ 5. (l. 28.) ὅσου ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς ἐτελίμηο] Eruditus interpres ἀπογραφὰς male accepit de proscriptionibus, quæ sunt προγραφαὶ. infra p. 328 D. At census hoc loco intelligitur, qui in urbe ἀπολίμησις, in provinciis vero ἀπογραφὴ, sive professio ac descriptio facultatum, fundorum ac possessionum cum æstimatione, secundum quam tributa, de *census corpore*, (ut appellat Juvenalis XVI. 53.) pendebantur. Vetus glossarium: *census*, ἀπογραφὴ οὐσίας, ἀπολίμησις. Vetus JCtus apud Salmasium p. 882. de modo usurarum ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίων μόνον ἀπολίμησιν ἄγεσθαι δεδήλωται, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις μᾶλλον ἀπογραφαῖς χρῶνται. Cæterum ἀπογραφὰς etiam de urbis censu dixit Dio infra XLIII. 226. D. Hieron. Wolfium, qui apud Demosthenem Orat. in Androtionem ἀπογράφειν vertit *proscribere*, reprehendit Valesius ad Harpocrationem p. 17. & ἀπογραφὰς ostendit latinis scriptoribus etiam *descriptiones* appellari, quod pluribus docet Obertus Gifanius ad illud Lucretii V. 1440. *Et divisa colebatur descriptaque tellus.* Vide etiam de vocabulo ἀπογράφεσθαι doctos interpretes ad Luc. II. 1. & Andream Dounæum ad Chrysost. T. VIII. p. 380. sq.

§ 6. (l. 35.) μήτ' ὀλίγους] Viginti viros agro Campano dividundo memorat Vellejus II. 45. & ad Atticum II. 6. & IX 2. Cicero, qui inter eos esse renuit: fuit autem M. Atius Balbus, de quo Suetonius Augusto c. 4. Repudiatum vigintiviratum inter laudes Ciceronis refert Quintilianus XII. 1.

αὐτῶν ἀναρτήσεσθαι, καὶ ὄνομα καὶ ἰσχὺν καὶ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ἔξειν. καὶ διὰ τοῦτο, εἰ καὶ μηδείς οἱ ἀντέλεγεν, [m] ἀλλ' ὅμως καὶ συνεπήνουν. τοῖς μὲν δὴ ἄλλοις ἐξήρκει τοῦτο, καὶ [m] ἐπηγγέλλοντο μὲν ἀεὶ αὐτῷ προβουλεύσειν, ἐποίουν δὲ οὐδέν, ἀλλὰ διατριβὰς καὶ ἀναβολὰς τηνάλλως ἐγίνοντο.

fceptum erat) ut Cæſar populum his legibus ſibi devinciret, atque apud omnes homines nomen potentiamque obtineret. Quare etſi nemo ipſi contradiceret; non tamen ideo approbabant. Cæteri quidem ſatis habebant, ſubinde ſe autores legi futuros polliceri: neque tamen præſtabant quicquam, ſed alias tantum ex aliis moras atque dilationes inanes interjiciebant. A.U.C.695 C.Cæſare & M. Bibulo COSS.

Ὁ δὲ δὴ Κάτων [n] ὁ Μάρκος (ἦν δὲ ἄλλως μὲν ἐπιεικὴς, καὶ οὐδενὶ νεοχμῷ ἀρεσκόμενος, οὐ μὴν καὶ ῥώμην τινὰ [7] οὔτε ἐκ Φύσεως, οὔτε ἐκ παιδείας [nn] ἔχων) τοῖς μὲν γεγραμμένοις οὐδὲν οὐδ' αὐτὸς ἐπεκάλει, τὸ δ' ὅλον ἠξίου τῇ τε παρούσῃ σφᾶς καταστάσει χρῆσθαι, καὶ μηδὲν ἔξω αὐτῆς ποιεῖν. καὶ [o] ἐμέλησε μὲν ἐπὶ τούτοις ὁ Καῖσαρ ἐς τὸ δεσμωτήριον τὸν [8] Κάτωνα ἐξ αὐτοῦ τοῦ συνεδρίου ἐξελκύσας ἐμβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνός τε ἑτοιμότατα [9] ἑαυτὸν [p] ἀπάγεσθαι ἐπέδωκε, καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγοι οἱ ἐφέποντό τις αὐτῶν [q] Μάρκος [10] Πετρέϊος ἐπιλιμηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι [11] μηδέπω διαφειμένης τῆς βουλῆς ἀπαλλάττοιτο, ἔφη, ὅτι μετὰ Κάτωνος ἐν τῷ οἰκήματι μᾶλλον, ἢ μετά σου ἐνταῦθα εἶναι βούλομαι· καθηδέσθη, καὶ τόν τε Κάτωνα ἀφῆκε, καὶ τὴν γερουσίαν ἀπήλλαξε· τοσοῦτον μόνον ὑπειπών· " ὅτι ἐγὼ μὲν ὑμᾶς " καὶ δικασὰς τοῦ νόμου καὶ κυρίους ἐποιησάμην, ὅπως, " εἴ τι μὴ ἀρέσειεν ὑμᾶς, μηδὲ ἐς τὸν δῆμον ἐσενεχθείη· " ἐπεὶ δ' [12] οὐκ ἠθέλετε προβουλεῦσαι, ἐκεῖνος αὐτὸς " αἱρήσεται. "

3. At M. Cato (vir bonus quidem ille, & rebus novis minime favens, ſed qui tamen nec a natura, neque ab inſtitutione vim in perſuadendo haberet) etſi legem eam ne ipſe quidem reprehenderet, tamen utendum præſenti rerum ſtatu cenſebat, nihilque præterea movendum. Ad hæc dicta, Cæſar jam in eo erat, ut Catonem ex ipſo ſenatu abreptum in carcerem conjici juberet. Quum autem promptiſſime Cato ſe abducendum traderet, multique eum ex cæteris ſequerentur, atque unus ex illis M. Petrejus, Cæſari objurganti, quod ſenatu nondum miſſo abiret, malle ſe cum Catone in carcere eſſe reſpondiſſet, quam hic cum Cæſare: ibi tum pudore ſuffuſus Cæſar, Catonem liberavit, ſenatumque dimiſit, hoc unum addens: " equidem & judicium vobis de lege, & poteſtatem permiſeram, ut ſi quid minus placeret, ne ad populum quidem referretur: nunc quia ſenatusconſultum de ea facere noluiſtis, ipſe populus jubebit legem. "

Καὶ τούτου οὐδ' ἄλλο τι τῇ γερουσίᾳ ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ ἐπεκοινώνησεν, ἀλλ' ἐς τὸν δῆμον ἄνηκρυς πάνθ' ὅσα ἐβούλετο ἐσέφερεν. ἐθελήσας δ' οὖν καὶ ὡς ὁμογνώμονας τῶν πρώτων τινὰς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λαβεῖν, (καὶ γὰρ ἤλπιζε μετεγνωκέναι τε αὐτοὺς, [r] καί πη καὶ τὸ πλῆθος φοβηθήσεσθαι) ἤρξατο ἀπὸ [13] τοῦ συνάρχοντος, καὶ ἐπύθετο αὐτοῦ, εἰ [r] τὰ τοῦ νόμου μέμφοιτο. ἐπεί τ' ἐκεῖνος οὐδὲν ἀπεκρίνατο, πλὴν ὅτι οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀρχῇ νεωτερισθῆναί τι· αὐτός τε πρὸς ἰκετείαν αὐτοῦ ἐτράπετο, καὶ τὸν ὅμιλον συνδεηθῆναί οἱ ἔπεισεν, εἰπών, ὅτι ἔξετε τὸν νόμον, ἂν ὑμῖν ἐθελήσῃ. ὁ οὖν Βίβουλος, μέγα ἀναβοήσας, " οὐκ ἔξετε, ἔφη, τὸν νόμον τοῦτον ἐν τῷ ἔτει " τούτῳ, οὐδ' ἂν πάντες ἐθελήσητε. " Καὶ ὁ μὲν ταῦτ'

4. Poſtea nihil quicquam Cæſar cum ſenatu communicavit in hoc conſulatu ſuo, ſed recta ad populum de iis quæ vellet retulit. Tamen ut nihilominus nonnullos primorum in concione ſibi adſtipulantes haberet, (ſperabat enim eos ſententiam mutaturos, ac nonnihil populum reformidaturos) a collega ſuo exorſus, eum interrogavit, an aliquid in hac lege improbaret. Bibulo nihil aliud reſpondente, quam ſe in ſuo magiſtratu nullam novationem admiſſurum, deprecari eum inſtitit, plebique, ut in exorando ſibi adeſſet, perſuaſit: " obtinebitis, inquit, legem, ſi Bibulus conceſſerit. " Tum Bibulus magna voce, " non obtinebitis, inquit, legem hoc anno, " ne ſi omnes quidem volueritis. " Atque his dictis,

m ἐπηγγέλλοντο. ἐπηγγέλλετο, RS. V. a. paulo ante, ἀλλ' ὅμως καὶ συνεπήνουν, Oddey eleganter & vere, ſi quid judico, emendat ἀλλ' ὅμως καὶ συνεπ. quod in verſione expreſſi. *n* ὁ Μάρκος. ὁ Μάρκος ὁ ὕπατος. V. a. in quibus probitatem codicis, qua ſe plerumque commendat, non agnoſco; vel ὁ ὕπατος gloſſa eſt, in margine primum poſita ab imperito, qui forte καὶ ὁ Μάρκος legens, Marcum Bibulum conſulem deſignari putabat. *nn* ἔχων. forte πρὸς τοὺς λόγους ἔχων, Od. ſed is ſenſus latere videtur in emphatico ῥώμην. vel ſi mavis ῥώμην ſume generatim, ut p. 103. C. ſed prius præſtat. *o* ἐμέλησε. ἐμέλησε Xiph. minus recte. ἐμεῖλε L. marg. *p* ἀπάγεσθαι. ſic Xiph. vulgo: ἐπάγεσθαι. *q* Μάρκος Πετρέϊος. Μάρκος Πετρώνιος, Xiph. *r* καί πη. καίτοι, V. a. paucis interjectis, pro εἰ τὰ τοῦ νόμου μέμφοιτο, Oddey forte legendum putat, εἴ τι τοῦ νόμου μέμφ. utique ſic ſupra ſæpius. ferri tamen poteſt vulgata lectio.

§ 7. (l. 71.) ὔτε ἐκ φύσεως] Confirmat hoc de Catone Cic. lib. I. ad Attic. Epiſt. 18. *Unus eſt qui curet Remp. conſtantia magis & integritate, quam, ut mihi videtur, conſilio aut ingenio.*

§ 8. (l. 76.) Κάτωνα ἐξ αὐτοῦ τοῦ συνεδρίου] Paulo aliter Appianus 2. civil. p. 434. & Plutarchus in Catone minore p. 775. narrans, Cæſari τὴν Καμπανίαν ᾠδὴν ὅλην προσκαλανέμοντι τοῖς ἀπόροις καὶ πένησιν, ſolum contradixiſſe Catonem, itaque ex roſtris detractum a Cæſare in carcerem, καὶ τοῦτον ἀπὸ τοῦ βήματος ὁ Καῖσαρ ἕλκειν ἐς δεσμωτήριον. Cum Dione conſentit Suetonius Cæſare c. 20. *M. Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem, ducique in carcerem juſſit.* Conſentit etiam Capito Atejus, libro de officio ſenatorio, apud Gellium IV. 10.

§ 9. (l. 77.) ἑαυτὸν ἀπάγεσθαι ἐπέδωκε] Contra ſententiam hoc factum Cæſaris, qui Catonem reluctaturum & tribunos appellaturum exſpectabat, ut notat Plutarchus loco laudato, & in Cæſare p. 714.

§ 10. (l. 79.) Μάρκος Πετρέϊος] Ille, ni fallor, cujus mentio fuit ſupra XXXVII. p. 47. E. niſi Xiphilini Codices aliquis præferat, in quibus (etiam Seguieriano) Πετρώνιος, non Πετρέϊος legitur.

§ 11. (l. 80.) μηδέπω διαφειμένης τῆς βουλῆς] Senatori vertitur vitio, quod ante ſolennem ſenatus dimiſſionem curia excedere inſtituit.

§ 12. (l. 87.) οὐκ ἠθέλετε προβουλεῦσαι] Supra p. 59. D. ἐπηγγέλλοντο μὲν ἀεὶ αὐτῷ προβουλεύσειν, ἐποίουν δὲ οὐδέν. Senatus conſultum eſt προβούλευμα, quod deinde ſuffragiis plebis curiatim latis ratum fiebat, & in legem abibat, ut docet Dionyſius Halicarnaſſeus IX. 41. p. 598. In comitiis tributis nullo ſenatus προβουλεύματι erat opus.

§ 13. (l. 95.) τοῦ συνάρχοντος] Conſulum alterum M. Bibulum *obnunciantem*, armis foro expulſum a Cæſare, ſcribit Suetonius, c. 20.

A.U.C.695 C.Cæsare & M. Bibulo COSS.

dictis, e medio abiit. Cæsar neminem ultra eorum, qui magistratus gerebant, interrogavit; veritus, ne & ex iis aliqui sibi resisterent: Pompejum vero, & Crassum, quamvis hi tum privati erant, adductos, jussit de sua rogatione sententiam dicere: non quod ignoraret, quid ii sentirent: (quippe omnia communi consilio agebant) sed ut & ipsis honorem adderet, quos nullo magistratu fungentes in consilium de lege hac adhiberet: & aliorum animos terrore occuparet, si eos, qui & primi omnium confessione essent in civitate, & plurimum supra omnes possent, suæ sententiæ adstipulatores haberet: præterea, ut populo rem gratam per hoc ipsum faceret, evidenti signo commonstrans, rem ab iis neque absurdam neque injustam peti, quam tanti viri & probarent, & laudarent.

ταῦτ' εἰπὼν ἀπηλλάγη· ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ τῶν μὲν ἄλλων τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων οὐδένα ἔτι διήρετο, δείσας μὴ καὶ ἐκείνων τις ἐναντιωθῇ οἱ· τὸν δὲ δὴ Πομπήϊον τόν τε Κράσσον, [14] καίπερ ἰδιωτεύοντας, παραγαγών, ἐκέλευσε γνώμην περὶ τῶν γεγραμμένων ἀποφήνασθαι· οὐχ ὅτι οὐκ [rr] ἐπίστατο τὴν διάνοιαν αὐτῶν, (σύμπαντα γὰρ κοινῇ ἔπρασσον) ἀλλ' ἵνα αὐτοῖς τε ἐκείνοις τιμὴν (ὅτι καίτοι μηδεμίαν ἀρχὴν ἔχουσι, συμβούλοις περὶ τοῦ νόμου χρῷτο) προθείη· καὶ τοὺς ἄλλους προσκαταπλήξῃ, ὁμογνώμονας τοὺς πρώτους τε ὁμολογουμένως ἐν τῇ πόλει τότε ὄντας, καὶ μέγιστον παρὰ πάντας δυναμένους, λαβών· τῷ τε πλήθει καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο χαρίσαιτο, τεκμηριῶν ὅτι μήτ' ἀτόπου μήτ' ἀδίκου τινὸς ὀρέγοιντο, ἀλλ' ὧν καὶ ἐκεῖνοι καὶ δοκιμασαὶ καὶ ἐπαινέται γίνοιντο. 61

5. Ad hæc Pompejus, lubentissime arrepta dicendi occasione: " Non ego solus, inquit, hanc promulgationem, Quirites, probo, verum & universus senatus eam approbavit, quo tempore non meis modo, sed etiam Metelli militibus agros dividendos decrevit. Atque tunc quidem ob paupertatem, qua respublica laborabat, ea donatio haud injuria dilata est: nunc quum eadem, mea opera, divitiis abundet, æquum est, & illis militibus promissa exsolvi, & ad cæteros quoque fructum communium laborum pervenire. „ His dictis, singula legis capita percurrens, collaudavit, summa cum plebis delectatione. Quod ubi Cæsar vidit, percontatus eum est, velletne sibi prompte auxilium ferre contra adversantes huic legi: simul & populum jussit precibus hoc ab eo contendere. Pompejus ea re animo elatus, quod suam privati opem consul populusque imploravisset, multis seipsum cohonestans, extollensque, tandem hæc verba erupit: " Si quis gladium sumere audebit, " scutum ego arripiam. „ Hæc a Pompejo dicta Crassus quoque laudavit: quo effectum est, ut alii etiam, quibus ea lex non placebat, tamen vel hoc ipso ad eam approbandam fierent proclives, quod eam ab his, qui & cæteroquin boni viri, & Cæsaris inimici judicabantur, (nec dum enim

Ὅ, τε [s] οὖν Πομπήϊος μάλα ἀσμένως· " Οὐκ " ἐγὼ, ἔφη, μόνος, ὦ Κυϊρῖται, τὰ γεγραμμένα " δοκιμάζω, ἀλλὰ καὶ ἡ ἄλλη βουλὴ πᾶσα, δι' ὧν " οὐχ ὅτι τοῖς μετ' ἐμοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετὰ " τοῦ Μετέλλου [t] συστρατευσαμένοις [15] πολὲ, γῆν " δοθῆναι ἐψηφίσατο. τότε μὲν οὖν (οὐ γὰρ " ὑπόρει τὸ δημόσιον) εἰκότως ἡ δόσις αὐτῆς ἀνε- " βλήθη· ἐν δὲ δὴ τῷ παρόντι (παμπλούσιον " γὰρ ὑπ' ἐμοῦ γέγονε) προσήκει καὶ ἐκείνοις B " τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν ἐπικαρπίαν " τῶν κοινῶν πόνων, ἀποδοθῆναι. „ Ταῦτ' εἰπὼν, ἐπεξῆλθέ τε καθ' ἕκαστον τῶν γεγραμμένων, καὶ πάντα αὐτὰ ἐπήνεσεν· ὥστε τὸν ὅμιλον ἰσχυρῶς ἡδθῆναι. ὁ οὖν Καῖσαρ, ἰδὼν τοῦτο, ἐκεῖνόν τε ἐπήρετο, εἰ βοηθήσει οἱ προθύμως ἐπὶ τοὺς τἀναντία σφίσι πράττοντας, καὶ τῷ πλήθει παρήνεσε προσδεηθῆναι πρὸς τοῦτο αὐτοῦ. γενομένου δὲ τούτου, ἐπαρθεὶς ὁ Πομπήϊος, ὅτι τῆς παρ' ἑαυτοῦ ἐπικουρίας, καίπερ μηδεμίαν ἡγεμονίαν ἔχοντος, καὶ ὁ σύμπας καὶ ὁ ὅμιλος ἔχρηζεν, ἄλλα τε πολλὰ, C ἀναξιμῶν τε καὶ ἀποσεμνύνων ἑαυτὸν, διελέξατο, καὶ τέλος εἶπεν· " ὅτι ἄν τις τολμήσῃ ξίφος ἀνελέσθαι, " καὶ [16] ἐγὼ τὴν ἀσπίδα ἀναλήψομαι. „ Ταῦθ' οὕτως ὑπὸ τοῦ Πομπηίου λεχθέντα καὶ Κράσσος ἐπήνεσεν. ὥσ' εἴ καί τισι τῶν ἄλλων μὴ ἤρεσκεν, [u] οἱ ἄλλως τε ἄνδρες ἀγαθοὶ νομιζόμενοι, καὶ πρὸς τὸν Καίσαρα ἐχθρῶς, ὡς γε καὶ ἐδόκουν σφίσιν, ἔχοντες, (οὐ γάρ πω ἡ καταλλαγὴ

[rr] ἐπίστατο. melius, ἠπίστατο, ut jam monuit Palmerius. [s] ὅ, τε οὖν. sic V. a. quod magis Dioneum quam τότε οὖν, quod HS. & L. exhibent, qui poterant ex Roberti ὅτε οὖν veriorem lectionem facile eruere. [t] συστρατευσαμένοις. sic V. a. συστρατευομένοις, vulgo. [u] οἱ ἄλλως τε. Videat acutus Lector, annon locus hic mutilus hoc modo restitui posset: ὅμως ἐπεὶ οἱ ἄλλως τε. L. forte satis fuerit scripsisse ὅτι ἄλλως τε.

§ 14. (l. 7.) καίπερ ἰδιωτεύοντας] Senatores quidem, sed nullum illo anno magistratum gerentes, ut mox ipse Dio exponit.

§ 15. (l. 25.) συστρατευομένοις πολὲ] Respicit non rogationem a L. Flavio tribuno plebis anno superiore latam, cui multi e senatu fortiter restiterunt, ut dictum supra XXXVIII. p. 52. Sed legem P. Servilii Rulli, contra quam dissuadendam exstant Ciceronis orationes. Metellum autem Creticum intelligit, de cujus expeditionibus bellicis XXXVI. p. 8. sq. & XXXVII. pag. 45.

§ 16. (l. 43.) ἐγὼ τὴν ἀσπίδα ἀναλήψομαι] Meminit hujus vocis etiam Plutarchus in Pompejo p. 644. & Cæsare p. 713. additque gravem illam fuisse optimatibus, Pompejoque parum dignam, qui una cum Crasso præberet se satellitem Cæsaris, & senatui bellum indiceret.

§ 17. (l. 53.) ἱερομηνίαν - - προηγόρευσε] Nota Consulis potestatem novas indicendi ferias, quibus nulla comitia haberi, atque οὐδὲν ὅσιον ἐκ τῶν νόμων δρᾶσθαι liceret, infra p. 62. B. [Casaubonus tamen ad Sueton. c. 20. putat, Dioni Ἱερομηνίαν προαγορεύειν nihil aliud esse quam *obnunciare*, ut est apud Sueton. seu proscribere, se per omnes dies de cœlo servaturum, ut Cic. Attic. IV. 3. loquitur, quod egisse Bibulum, colligi ex Cic. pro domo sua c. 15.]

§ 18. (l. 60.) πρὸς μὲν τὸ Διοσκούρειον] Hæc erat ædes Castoris & Pollucis in foro constituta, de qua dictum Bibuli supra XXXVII. p. 33. B.

§ 19. (l. 66.) ῥάβδοι αὐτοῦ συνετρίβησαν] Idem narrat Appianus 2. civil. p. 434. Plutarchus in Catone minore p. 774. & in Pompejo p. 644. Ubi etiam addit cophinum stercoris in caput Bibuli effusum, & duos qui eum deducebant tribunos vulneratos. Alia exempla fractorum in tumultu fascium supra ad XXXVI. p. 19. C.

§ 20. (l. 69.) τῇ δ' ὑστεραίᾳ] Suetonius Cæsare c. 20. *Postero die in senatu conquestum* (Bibulum) *nec quoquam reperto qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet,*

ταλλαγὴ αὐ]ῶν ἔκδηλος ἦν) συνήνσυν ὃις ἐγεγράφει, πρόθυμοι πρὸς τὴν τοῦ νόμου κύρωσιν ἐγένο]ο.

enim eorum inter ſe reditus in gratiam innotuerat) ſuaderi videbant. A.U.C.695 C Cæſare & M. Bibulo COSS.

Οὐ μέν]οι καὶ ὁ Βίβουλος ἐνεδίδου, ἀλλὰ τρεῖς δημάρχους συναγωνισὰς προσθέμενος, ἐκώλυσε τὸ νομοθέτημα. καὶ τέλος, ἐπειδὴ μηκέτ' αὐ]ῷ μηδεμία ἄλλη σκῆψις ἀναβολῆς ὑπελείπε]ο, [17] ἱερομηνίαν ἐς πάσας ὁμοίως τὰς λοιπὰς τοῦ ἔτους ἡμέρας, ἐν αἷς οὐδ' εἰς ἐκκλησίαν ὁ δῆμος ἐκ τῶν νόμων συνελθεῖν ἐδύνα]ο, προηγόρευσε. καὶ ἐπειδὴ ὅ, τε Καῖσαρ, βραχὺ αὐ]οῦ Φρον]ίσας, ἐξ]ήν τινα ἡμέραν προεῖπεν, ἵν' ἐν αὐ]ῇ νομοθε]ήσῃ, καὶ τὸ πλῆθος νυκ]ὸς τὴν ἀγορὰν προκα]έλαβεν, ἐπῆλθε με]ὰ τῶν παρεσκευασμένων· καὶ [18] πρὸς μὲν τὸ Διοσκού]ρειον, ἀφ' ὑπερ ἐκεῖνος ἐδημηγόρει, διέμπεσε· τὰ μὲν, αἰδοῖ τῶν ἀνθρώπων ὑπεικόν]ων οἱ, τὰ δὲ, καὶ νομιζόν]ων αὐ]ὸν μὴ καὶ ἐναν]ιωθήσεσθαι σφίσιν. ὡς δὲ ἄνω τε ἐγένε]ο, καὶ ἀν]ιλέγειν ἐπειρᾶτο, αὐ]ός τε καὶ τὰ τῶν [x] ἀναβασμῶν ἐώθη, καὶ [19] ῥάβδοι αὐ]οῦ συνε]ρίβησαν· πληγάς τε καὶ τραύμα]α ἄλλοι τε, καὶ οἱ δήμαρχοι ἔλαβον. καὶ ὁ μὲν νόμος οὕ]ως ἐκυρώθη. Βίβουλος δὲ τότε μὲν ἀγαπητῶς ἐσώθη· [20] τῇ δ' ὑσεραίᾳ ἐπείρασε μὲν ἐν τῷ συνεδρίῳ αὐ]ὸν λῦσαι, ἐπέρανε δὲ οὐδέν. τῇ γὰρ τοῦ πλήθους σπουδῇ δεδουλωμένοι πάντες ἡσύχαζον. ἀνεχώρησέ τε οὖν οἴκαδε, καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὸ κοινὸν μέχρι τῆς τελευ]αίας τοῦ ἔτους ἡμέρας παρῆλθεν, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκίᾳ κα]αμένων, ἀεὶ τῷ Καίσαρι, ὁσάκις γε ἐνεω]έριζέ τι, ἐνετέλλε]ο διὰ τῶν ὑπηρε]ῶν, ὅτι ἱερομηνία τε εἴη, καὶ οὐδὲν ὁσίως ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐ]ῇ δύναι]ο δρᾶσθαι. ἐπεχείρησε μὲν γὰρ αὐ]ὸν ἐπὶ τούτοις Πούπλιός τις [xx] Ἀ]ίνιος δήμαρχος [21] ἐς τὸ ὄικημα κα]αθέσθαι· τῶν δὲ συναρχόν]ων οἱ ἐναντιωθέντων, οὐκ ἐνέβαλεν· ἀλλ' ἐκεῖνός τε ὕ]ω τῶν πολι]ικῶν ἐξέσῃ, καὶ οἱ δήμαρχοι οἱ συνεξε]αθέν]ες αὐ]ῷ οὐκέτ' οὐδὲν δημόσιον ἔπραξαν.

Igitur domum ſuam ſe recepit, neque unquam poſthac ad extremum usque anni diem in publicum progreſſus eſt: ſed domi ſe continens, Cæſari, quotiescunque is aliquam novam rem moliebatur, per lictores obnuntiavit, diem eſſe feſtum, quo ei per leges fas non ſit quippiam agere. Eapropter quidam tribunus plebis, P. Vatinius nomine, Bibulum in carcerem compingere aggreſus eſt: verum id quidem, intercedentibus collegis, omiſit. Bibulus autem reipublicæ adminiſtratione abſtinuit: neque tribuni plebis, qui pro eo contenderant, ullum amplius publicum negotium attigerunt.

Ὁ δ' οὖν Μέτελλος ὁ Κέλερ, ὅ, τε Κάτων, καὶ [22] Μάρκος τις δι' αὐ]ὸν [y] Φαυώνιος, ζηλω]ὴς ἐς τὰ μάλισα αὐ]οῦ ὢν, τέως μὲν ὄυτ' ὤμοσάν τι [z] περὶ νόμου· (τοῦτο γὰρ ἀρξάμενόν πο]ε, ὥσπερ εἶπον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀτόπων ἐγίνε]ο·) καὶ ἀπωχυρίζον]ο, ἄλλως τε καὶ [23] ὁ Μέτελλος, [zz] ἐς τὸν

7. Metellus vero Celer, & Cato, ac propter hunc ipſum M. etiam quidam Favonius, qui Catonem ſumme imitabatur, etiamnum in legem non juraverant: (id enim ſemel factum, ut dixi, deinde in omnibus etiam abſurdis rebus fieri ſolebat.) Igitur illi viri, præcipueque Metellus, qui genus ad Metellum Numidicum referebat, vehementer

x ἀναβασμῶν. ἀναβαθμῶν L. ſed utrumque recte dicitur. vide Heſych. Pauſan. X. 5. p. 808. xx Ἀ]ίνιος. Οὐα]ίνιος, F. y Φαυώνιος. idem infra p. 98. Φαυώνιος, Plutarcho Φαώνιος. De tribus his ſcripturis eligere quam velis liberum eſt, RS. hæc varietas librarii utique eſt: ego Φαυώνιον malim ubique legi, X. z περὶ νόμου. περὶ τοῦ νόμου, L. zz ὁ Μέτελλος ἐς τὸν Νουμιδικὸν ἀναφέρων. putarim, hæc mutila eſſe, legendumque, ὁ Μέτελλος ὁ ἐς τὸν Νουμιδικὸν τὸ γένος ἀναφέρων.

ret, qualia multa ſæpe in levioribus turbis decreta erant, in eam coegit deſperationem, ut quoad poteſtate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret. Quod *per edicta* Suetonius, Dio ait δι' ὑπηρε]ῶν. Hoc (parum utile contra vim) Bibuli conſilium a multis tunc laudabatur, de quo Cicero ll. 19. ad Atticum: *Bibulus in cœlo eſt, nec quare ſcio. Sed ita laudatur, quaſi unus homo nobis cunctando reſtituit rem,* & Epiſt. 21. *Bibuli qui ſit exitus futurus neſcio. Ut nunc res ſe habet, admirabili gloria eſt.* Sed Vellejo judice II. 44. *dum augere vult invidiam collegæ, auxit potentiam.*

§ 21. (l. 79.) ἐς τὸ ὄικημα] De hac tribunorum plebis poteſtate, prehendendi Conſulem & obtorto collo in carcerem ducendi, dictum eſt ſupra p. 52. C. Nomen tribuni *Vatinius*, ut conſtat ex Cicerone in Vatinium c. 9.

§ 22. (l. 86.) Μάρκος Φαυώνιος] Hic M. Favonius ſenator Romanus, Φαώνιος Catonis ζηλω]ὴς dicitur etiam a Plutarcho in Cæſare p. 718. φίλος καὶ συνήθης, ἑταῖρος καὶ ἐρασὴς, in Catone minore p. 775. 781. & ἐρασὴς in Bruto p. 999. *Catonis æmulum* vocat Suetonius in Auguſto c. 13. ubi juſſu Antonii Triumviri interfectum memorat. Sic Cornutum tribunum plebis, *verum pſeudocatonem* vocat Cic. lib. I. ad Atticum Epiſt. 14. & Servilium *Catonis æmulatorem* lib. II. Epiſt. 1. & lib. XVI. 1. *Q. filius mihi pollicetur ſe Catonem.*

§ 23. (l. 91.) ὁ Μέτελλος] Q. Metellum Celerem intellige, qui in conſulatu conſtantiæ ſuæ inſignia documenta ediderat anno ſuperiore. vide lib. XXXVII. p. 52. De Metello Numidico autem, qui Jugurtham vicit, & de cæteris Metellis adeundus Joh. Glandorpius in Onomaſtico Romano p. 169. ſq. Cæterum poena non jurantibus in novam legem, propoſita erat capitale ſupplicium ἐσηγεῖτο μὲν ὁ Καῖσαρ θάνα]ον τῷ μὴ ὀμόσαν]ι, καὶ ὁ δῆμος ἐπεκύρου. Appianus II. civil. p. 434. ὤμνυσαν ὖν ἅπαν]ες ἐξ ἀνάγκης, Plutarch. Catone Minore p. 775.

A.U.C.695 C.Cæsare & M. Bibulo COSS.

menter negarunt, se unquam hanc legem probaturos. At postquam dies appetiit, qua pœnam constitutam subire coacti fuissent, juravere: sive id humanæ imbecillitati adscribendum est, quasi fit, ut sæpenumero promptiores in promittendo ac minando sint homines, quam in perficiendo: sive quod frustra se mulctam soluturos judicarent, nec ullum suæ perseverantiæ fructum respublica perceptura esset. Sic tandem ea lex perlata est: prætereaque decretum, ut ager Campanus iis, qui ternos pluresve adhuc liberos haberent, divideretur: atque ita tunc primum Capua inter Romanorum colonias relata est. Hac igitur re Cæsar populum sibi obstrinxit: equites vero, tertia eis parte vectigalium, quæ conduxerant, remissa. Omnis enim redemtura vectigalium ab ipsis fieri solebat, & quum sæpenumero remissionem aliquam a senatu flagitassent, obstantibus & aliis nonnullis, & Catone, nihil impetraverant. Postquam igitur hunc quoque ordinem nemine contradicente sibi devinxit, primum omnia Pompeji acta confirmavit, neque Lucullo, neque aliorum quoquam repugnante: postmodo alias quoque multas leges pertulit, nemine se opponente, ne ipso quidem Catone. Quanquam hic in prætura sua, quam paulo post gessit, nullam fecit unquam mentionem cognomenti harum Cæsaris legum (quæ Juliæ vocabantur, & secundum quas tum judicia sorte constituebant) verum nomen ejus perquam ridicule suppressit. Has ego leges, quia sunt & multæ admodum, neque ad nostrum opus quicquam conferunt, prætereo.

τὸν Νουμιδικὸν ἀναφέρων, μηδέποτε αὐτὸν συνεπαινέσειν. [a] ὡς μέντοι ἡμέρα, ἣ καὶ ἔμελλον τεταγμένα ἐπιτίμια ὀφλήσειν, ὤμοσαν, ἤτοι καταὶ τὸ ἀνθρώπειον, ὑφ' οὗ πολλοὶ ὑπισχνοῦνταί τε τι, καὶ ἀπειλοῦσι ῥᾷον, ἢ καὶ τῷ ἔργῳ ἐπεξίασιν· ἢ καὶ ὅτι μάτην ζημιωθήσεσθαι ἔμελλον, [b] μηδὲν ἐκ τῆς ἰσχυρογνωμοσύνης σφῶν τὸ κοινὸν ὠφεληθήσεσθαι. ὅ, τε οὖν νόμος οὕτως ἐκυρώθη, καὶ προσέτι καὶ ἡ τῶν Καμπανῶν γῆ τοῖς τρία τε πλείω τε ἔτι τέκνα ἔχουσιν ἐδόθη. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄποικος τῶν Ῥωμαίων [24] ἡ Καπύη τότε πρῶτον ἐνομίσθη. τὸ μὲν οὖν πλῆθος ἐκ τούτων ὁ Καῖσαρ ἀνηρήσατο· [c] τοὺς δ' [25] ἱππέας, τὸ τριτημόριον σφίσι τῶν τελῶν, ἃ [c] ἐμεμίσθωντο, ἀφείς. πᾶσά τε γὰρ τελωνίαν δι' αὐτῶν ἐγίνοντο, καὶ πολλάκις τῆς βουλῆς δεηθέντες, ὅπως ἐκδικίας τινὸς τύχωσιν, οὐχ εὑρέσθαι, ἄλλων τε [26] καὶ τοῦ Κάτωνος ἀντιπραξάντων. ὡς δ' οὖν καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος μηδ' ἀντειπόντος τινὸς ᾠκειώσατο, πρῶτον μὲν [27] τὰ [d] πραχθέντα ὑπὸ τοῦ Πομπηίου πάντα, [28] μήτε τοῦ Λουκούλλου, μήτ' ἄλλου τινὸς ἀντισάντος, ἐβεβαίωσεν· ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ διενομοθέτησε, μηδενὸς ἐναντιουμένου. οὐδὲ γὰρ [29] οὐδ' ὁ Κάτων ἀντεῖπέ τι, καίπερ [30] ἐν τῇ στρατηγίᾳ, ἣν μετὰ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον ἔσχε, μηδαμοῦ τῆς τῶν νόμων αὐτοῦ προσηγορίας, ὡς καὶ Ἰουλίων ἐπικαλουμένων, ἐπιμνησθείς, (τὰ γὰρ δικαστήρια κατ' αὐτοὺς ἀπεκλήρουν) τὸ ὄνομα [e] αὐτῶν γελοιότατα ἀπεκρύψατο. τούτους μὲν οὖν, [31] ὅτι πάμπολλοί τέ εἰσι, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν τῇδε τῇ συγγραφῇ συμβάλλονται, παραλείψω.

8. Q. autem Fusius Calenus prætor, quum promiscue confundi omnium suffragia reperisset in contentionibus, qualibet tribu ad se meliora trahente, in alios absurdiora rejiciente: legem tulit, qua singulos seorsim sua suffragia ferre jussit; ut si non viritim, (nam occulte hoc fiebat) at certe tribus quævis quid sentirent, manifestum redde-

Κύϊντος [32] δὲ δὴ Φούφιος Καλῆνος, ἀναμίξ πάντων τὰς ψήφους, [f] ἔν τε ταῖς φιλονεικίαις, (τά τε κρείττω πρὸς σφᾶς ὡς ἑκάστου τῶν γενῶν ἄγοντος, καὶ [g] τὰ ἀποπώτερα ἐς ἑτέρους [b] ἀπωθοῦντος,) ὄυσας εὑρὼν, ἐνομοθέτησε στρατηγῶν, χωρὶς αὐτοὺς ὡς ἑκάστους ψηφίζεσθαι· ἵν' εἰ μὴ καὶ κατ' ἄνδρα, (τῷ κρύφα σφᾶς τοῦτο ποιεῖν) ἀλλὰ τά γε ἤθη

a ὡς μέντοι ἡμέρα. τῇ μέντοι ἡμέρᾳ, L. forte ἐπέσῃ, aut aliquid simile desideratur Od. b μηδὲν. μηδέ, L. forte τῷ μηδὲν. Od. c τοὺς δ' ἱππ. τοὺς δ' ἱππ. Od. statim, ἐμεμίσθωντο. ἐμεμίσθωντο, L. d τὰ πραχθέντα. Ita Xyl. T. L. pro προσπραχθέντα scribendum merito judicant; unde illud recipere non dubitavi. vide p. 51. E. & 52. A. sq. & not § 27. e ὄνομα αὐτοῦ γελοιότατα, V. a. αὐτῶν γελοιότατον, vulgo. ubi Xyl. sumit γελοιότατον adverbialiter. sed γελοιότατα, L. scribendum rectius judicat. f ἔν τε ταῖς. ἐν ταῖς, L. ad marg. g τὰ ἀποπώτερα. sic HS. & L. monitu RS. pro ἀπώτερα, quod est in editione Roberti. b ἀπωθοῦντος. sic V. a. & L. ad marg. pro vulg. ἀπωθοῦντας.

§ 24. (l. 2.) ἡ Καπύη τότε πρῶτον] Vellejus II. 44. *In hoc consulatu Cæsar legem tulit, ut ager Campanus plebei divideretur, suasore legis Pompejo. Ita circiter XX. millia civium eo deducta, & jus ab his restitutum post annos circiter CLII. quam bello Punico* (secundo) *ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat.* Capuæ inter præfecturas decem Italiæ, in quarum unamquamque quotannis præfectus, suffragio populi creatus, Roma mittebatur, mentio apud Festum in Præfecturæ. Colonia autem non præfectum ex urbe accipiebat, sed magistratibus quos ipsamet creasset, obsequebatur. De Capua colonia Cicero c. XI. in Pisonem.

§ 25. (l. 4.) τοὺς ἱππέας] Equester ordo vectigalia de censoribus animosius conduxerat, & jam pridem partem sibi pretii locationis, vastatis præsertim bello Mithridatico pulcherrimis provinciis, remitti petierat a senatu, sed in cassum. Cæsar autem, ultra quam flagitaverant, tertiam partem remisit τὰ τρίτα τῶν μισθώσεων αὐτοῖς παρῆκεν. Appian. II. civil. p. 435. vide quæ viri docti ad hæc Suetonii c. 20. *Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit, ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit.*

§ 26. (l. 9.) καὶ τοῦ Κάτωνος] *Restitit & pervicit Cato,* inquit Cicero II. ad Atticum Epist. 1.

§ 27. (l. 11.) τὰ πραχθέντα ὑπὸ τοῦ Πομπηίου πάντα] Appianus de Cæsare τὰ Πομπηίῳ πεπραγμένα ἅπαντα ἐκύρου, καθάπερ ὑπέσχετο αὐτῷ, acta Pompeji rata jussit esse omnia, ut pollicitus fuerat. Recte πραχθέντα apud Dionem, ut supra p. 52. C. Perperam enim editum προσπραχθέντα.

§ 28. (l. 12.) μήτε τοῦ Λουκούλλου] Lucullus a Pompejo inprimis læsus fuerat, actis ejus Ponticis rescissis, ut dictum supra XXXV. p. 6. 7. & XXXVII. p. 52. Verum ut Suetonius auctor est c. 20. *Cæsar L. Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret.*

§ 29. (l. 15.) οὐδ' ὁ Κάτων] Cum nihil videret se proficere, etiam in leges quas injuste rogatas putaret juravit. Cic. pro Sextio c. 28

§ 30. (l. 15.) ἐν τῇ στρατηγίᾳ] Cato Prætor demum fuit A. U. C. 700. ubi ei ex lege Julia de repetundis jus fuit dicendum. vide Pighii annales T. III. p. 352. & 394. sq. de Catonis Prætura Plutarchus in ejus vita p. 780. sq. Legem Cæsaris de pecuniis repetundis memorat Cicero pro Sextio c. 64. & in Pison. c. 21. & acerrimam vocat, in Vatinium c. 12.

§ 31. (l. 21.) ὅτι πάμπολλοί εἰσι] Leges Julias magna serie ex veterum scriptis refert Antonius Augustinus libro de legibus Rom. T. II. thesauri Græviani p. 1207. - - 1226.

ἰ ἤθη αὐτῶν ἔκδηλα ὅπως φρονοίη γίνοιντο. τὰ μὲν οὖν ἄλλα αὐτὸς ὁ Καῖσαρ καὶ ἐσηγεῖτο καὶ συνεβούλευε καὶ διέταττε πάντα καθάπαξ τὰν τῇ πόλει, ὡς καὶ μόνος αὐτῆς ἄρχων. ὅθενπερ [33] χαριεντιζόμενοί τινες τὸ μὲν τοῦ Βιβούλου ὄνομα παντάπασιν ἀπεσιώπων· τὸν δὲ δὴ Καίσαρα, δύο καὶ ὠνόμαζον καὶ ἔγραφον, Γάϊόν τε Καίσαρα καὶ Ἰούλιον Καίσαρα ὑπατεύειν λέγοντες. τὰ δὲ δὴ καθ' ἑαυτὸν δι' ἑτέρων διῆγε. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ πάνυ ἰσχυρῶς ἐφυλάξατο, μηδὲν αὐτὸς ἑαυτῷ δοῦναι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐξὸν πάνθ' ὅσων ἐπεθύμει κατειργάσατο. αὐτὸς μὲν γὰρ οὐδενὸς προσδεῖσθαι ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι ἐσκήπτετο· ἕτεροι δὲ, ὡς καὶ ἀναγκαίου καὶ χρησίμου τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ ὄντος, καὶ ἐσηγήσαντο ὅσα ἠθέλησε, καὶ κυρωθῆναι ἐποίησαν, οὐκ ἐν τῷ πλήθει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ γερουσίᾳ. ὅ, τε γὰρ ὅμιλος τοῦ τε [34] Ἰλλυρικοῦ καὶ τῆς Γαλατίας τῆς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ἄρξαι αὐτῷ [35] μετὰ τριῶν στρατοπέδων ἐπὶ ἔτη πέντε ἔδωκε, καὶ ἡ βουλὴ τήν τε Γαλατίαν τὴν ἐπέκεινα [k] τῶν ὅρων, καὶ στρατόπεδον ἕτερον προσεπέτρεψε.

redderetur. Cætera in urbe Cæsar solus & introduxit & suasit & decrevit in universum omnia, haud aliter, quam si solus Romæ imperaret. Unde facete quidam Bibuli nomen omnino reticuerunt, Cæsarem autem pro duobus consulibus & nominaverunt, & scripserunt, C. Cæsarem & Julium Cæsarem consulatum gerere, dicentes. Res autem ad se spectantes Cæsar per alios confecit. Id enim magnopere cavebat, ne quid sibi ipsi tribuere videretur: quæ res effecit, ut facilius omnia, quæ vellet, consequeretur. Ipse igitur nihil se desiderare, sed abunde præsenti conditione contentum esse, simulabat: at vero alii, perinde ac si rebus gerendis Cæsar & necessarius, & utilis esset, de omnibus, quæ is vellet, referebant: efficiebantque, ut decernerentur, non a populo tantum, sed ab ipso etiam senatu. Nam plebs quidem Cæsari Illyricum Galliamque Cisalpinam decrevit, ut in eas quinquennio toto imperium obtineret, cum tribus legionibus; senatus autem Galliam trans Alpes positam, unamque legionem adjecit.

A.U.C.695 C.Cæsare & M. Bibulo COSS.

Φοβηθεὶς δ' οὖν, ὡς καὶ μή τι ὁ Πομπήϊος ἐν τῇ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ (ἐπειδὴ ὁ Γαυΐνιος ὁ Ἄυλος ὑπατεύσειν ἔμελλε) νεωτερίσῃ, ἐκεῖνόν τε ἅμα καὶ τὸν ἕτερον ὕπατον [36] Λούκιον Πίσωνα συγγενεῖς ἀνάγκῃ προσηλαίσατο. τῷ μὲν γὰρ Πομπηΐῳ τὴν θυγατέρα, [37] καίπερ ἄλλῳ τινὶ ἠγγυημένην, συνῴκισε, καὶ αὐτὸς τὴν τοῦ Πίσωνος ἔγημε. καὶ ὁ μὲν οὕτω πανταχόθεν ἐκραταιώθη. Κικέρωνα [38] δὲ καὶ Λούκουλλος, οὐκ ἀρεσκόμενοι τούτοις, ἀποκτεῖναι τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Πομπήϊον διὰ Λουκίου τινὸς Οὐεττίου ἐπεχείρησαν μὲν, οὐκ ἠδυνήθησαν δέ· ἀλλ' ὀλίγου καὶ αὐτοὶ προσαπώλοντο. προμηνυθεὶς γὰρ ἐκεῖνος καὶ συλληφθεὶς, πρίν τι δρᾶσαι, κατεῖπεν αὐτῶν· καὶ εἴγε μὴ καὶ τὸν Βίβουλον, ὡς καὶ συνεπιβουλεύοντα σφίσιν, ἐσηγγέλκει, πάντως ἄν τι δεινὸν ἐπεπόνθεισαν· νῦν δὲ, ὅτι τοῦτον Πομπηΐῳ τὸ πραττόμενον δηλώσαντα

9. Veritus igitur Cæsar, ne se absente, cum consulatum A. Gabinius gesturus esset, Pompejus novas res molieretur; necessarium duxit, eum, alterumque consulem L. Pisonem, affinitate sibi conjungere: itaque Pompejo suam filiam nuptum dedit, quanquam jam ante alii desponsatam: ipse vero Pisonis filiam duxit. Eo modo ab omni parte suam potentiam firmavit. Cicero autem, & Lucullus, quibus hæc minime placebant, Cæsari Pompejoque per quendam L. Vettium necem paraverunt, neque tamen id successit: sed ipsis fere ea res perniciem attulisset. Vettius enim per indicem delatus, atque comprehensus antequam facinus patraret, ejus autores nominavit, ac nisi Bibulum quoque, tanquam insidiarum participem, detulisset, profecto ii infortunium habuissent. Nunc quum Bibulum, qui rem Pompejo

i τά γε ἤθη. ἔθνη, L. vel γένη, sicut modo dicebat Dio, ἑκάστου τῶν γενῶν *k* ἐπέκεινα τῶν ὅρων. videri possit legendum ὄρεων, ut alias, ἡ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις, Gallia dicitur p. 362. E. sed & infra p. 86. A. ἔξω τῶν ὅρων de Gallia trans Alpes dicitur: unde nihil muto. *l* Οὐεττίου. Οὐετλίου, editio Roberti. quod corrigit ipse in erratis, & rectius exhibet p. 39. l 6. Οὐεπλίου, V. a. sed vide supra p. 48. B. & doctiss. Havercampium ad Morelli Thes. p. 436. sq. Βρέτλιον apud Plutarchum in fine Luculli male vocari annotat & X.

§ 32. (l. 24.) Κύϊντος Φόυφιος Καλῆνος] Hic est qui Consul fuit postea cum Vatinio A. U. C. 707. Leges Fufias memorat Cicero lib. I. in Verrem de Prætura urbana c. 42. De ejus tribunatu quem anno 693. gessit, vide Pighium T. III. Annalium p. 339.

§ 33. (l. 34.) χαριεντιζόμενοί τινες] Suetonius c. 20. *nonnulli urbanorum, quum quid per jocum testandi gratia signarent, non Cæsare & Bibulo, sed Julio & Cæsare Coss. actum scripsere, his eundem proponentes nomine atque cognomine.*

§ 34. (l. 48.) Ἰλλυρικοῦ καὶ τῆς Γαλατίας] Idem Suetonius c. 22. *initio quidem Galliam Cisalpinam Illyrico adjecto lege Vatinia accepit, mox per senatum Comatam quoque, veritis patribus, ne si ipsi negassent, populus & hanc daret.* Surdis interim narrabat fabulam Cato, suis hisce ipsos decretis in arce collocare tyrannum, ὡς ἀκρόπολιν τὸν τύραννον αὐτοὶ ταῖς ἑαυτῶν ψήφοις ἱδρῦσαι. Plutarchus Catone minore p. 775.

§ 35. (l. 50.) μετὰ τριῶν στρατοπέδων] Addita quarta a senatu. Legionum quatuor Cæsar ipse apud Dionem infra meminit p. 86. D. & Plutarchus loco laudato atque in Cæsare p. 714. & Pompejo p. 644. & Appianus II. civil. p. 435. Alias deinde legiones suo sumtu Cæsar superaddidit. vide Suetonium Cæsare c. 24. & duarum novarum in Gallia conscriptarum meminit ipse lib. II. de Bello Gallico c. 2. Plurium etiam quam quinque legionum præterea apud eundem mentio, quibus usum se refert, septimæ, octavæ, nonæ, decimæ, undecimæ & duodecimæ. lib. II. c. 23.

§ 36. (l. 56.) Λούκιον Πίσωνα] Suetonius c. 21. *Calpurniam L. Pisonis filiam, successuri sibi in Consulatu, duxit uxorem.* Confer infra XL. p. 150. B.

§ 37. (l. 58.) καίπερ ἄλλῳ τινὶ ἠγγυημένην] Idem Suetonius: *filiam suam Juliam Cn. Pompejo collocavit, repudiato priore sponso Servilio Cæpione, cujus vel præcipua opera paulo ante Bibulum impugnaverat.* Meminit & Plutarchus Cæsare p. 714. & in Pompejo p. 644.

§ 38. (l. 60.) Κικέρων δὲ καὶ Λούκουλλος] Neutiquam est credibile, quod Dio Ciceroni raro æquus & Lucullo impingit, per Vettium eos eædem Pompejo ac Cæsari machinatos fuisse. Tantamne illi rem credidissent homini, cujus levitatem in Catilinæ conjuratione (supra XXXVII. p. 48 B. C.) jam compererant? Potius verum est quod Suetonius c. 20. & Appianus II. civil. p. 244. tradunt, eum inductum a Cæsare, ad capita diversæ factionis per hanc criminationem, Vatinio Tribuno plebis opitulante, opprimenda, *sed uno atque altero frustra, nec sine suspicione fraudis, nominatis, desperantem tam præcipitis consilii eventum, intercepisse veneno indicem creditum.* Conf. Ciceronem in Vatinium c. 10. sq. & pro Sextio c. 63.

A.U.C.695 C.Cæsare & M. Bibulo COSS.

pejo aperuerat, ulciſci voluiſſe accuſaretur; in ſuſpicionem venit, quaſi ne de reliquis quidem vera retuliſſet, ſed ex compoſito ad hos adverſarios calumnia onerandos, ſummiſſus eſſet. Igitur de his varii rumores ferebantur, nihil certi evincebatur. Vettius autem ad populum productus, quum eos tantum, quos dixi, nominaſſet, in carcerem conditus, ibique haud multo poſt clam necatus eſt.

10. At Cicero, qui hac de cauſa Cæſari & Pompejo ſuſpectus evaſerat, eam ſuſpicionem ipſe in defenſione Antonii confirmavit. Hic Antonius multa Macedoniæ, quæ Romanis parebat, cuique ipſe præerat, multa fœderatis damna intulerat, multa ipſe receperat. Nam quum Dardanorum, iisque finitimorum, agros popularetur, eos contra ſe venientes ſuſtinere non eſt auſus, ſed, quaſi aliorum negotiorum cauſa cum equitatu deceſſit atque aufugit: ita peditem illi circumventum, & exutum præda, regione ſua vi ejecerunt. Eodem modo cum ſociis Romanorum Myſiam incolentibus agens, ad Iſtrianorum urbem, a Baſtarnis Scythis, qui auxilio Myſis venerant, ſuperatus profugit. Neque tamen his de cauſis in judicium pertractus, ſed quum velut Catilinariæ conjurationis conſcius accuſaretur, ob prædictas res damnatus eſt: evenitque ei, ut cum damnaretur propter crimina, quorum non erat convictus, propter ea, quorum accuſatus haud erat, pœnas daret. Et Antonius quidem eo modo in exilium abiit. Cicero autem, qui tum temporis pro eo velut quondam collega dicebat, plurimis verbis Cæſarem hujus judicii autorem impetierat, ac nonnihil conviciorum ei fecerat.

11. Cæſar, quamvis haud dubie id ægre tuliſſet, atque tum conſulatum gereret, tamen eo tempore neque verbo, neque re contumeliam Ciceroni retulit: quod diceret multos eſſe, qui dedita opera in meliores crebra ac vana effingant convicia, ut eos ad contentionem ſtimulent, & iis pares atque ſimiles habeantur, ſi forte illi ejusdem generis dicta regeſſerint. Eam ob rem igitur cum nemine in certamen ſibi deſcendendum putavit: atque hac de cauſa cum aliis, quorum

σαντα ἀμυνόμενος ἠτιᾶτο, ὑπωπτεύθη μηδὲ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀληθεύειν, ἀλλ' ἐκ καταſκευασμοῦ τινος πρὸς συκοφαντίαν τῶν ἀνηκεſτοτάτων σφῶν παρεſκευάσθαι. καὶ περὶ μὲν τούτων ἄλλοι ἄλλα διεθρύλλουν. οὐ γάρ που καὶ ἐν διηλέγχθη τι· ἀλλ' ἐς τὸ πλῆθος ὁ Οὐέττιος ἐσαχθεὶς, καὶ μόνους οὓς εἶπον ὀνομάσας, ἔς τε τὸ οἴκημα ἐσέπεσε, κἀνταῦθα οὐ πολλῷ ὕſτερον ἐδολοφονήθη.

Ὑποπτός τε οὖν ἐκ τούτων ὁ Κικέρων τῷ τε Καίσαρι καὶ τῷ Πομπηίῳ γενόμενος, ἐβεβαιώσατο τὴν ὑπόνοιαν [39] ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἀντωνίου ἀπολογίᾳ. δοῦλος γὰρ πολλὰ μὲν καὶ δεινὰ καὶ τὸ ὑπήκοον τὸ ἐν Μακεδονίᾳ, ἄρξας αὐτῆς, καὶ [m] τὸ ἔκσπονδον, εἰργάσατο· πολλὰ δὲ καὶ ἀνέπαθε. τά τε γὰρ [40] τῶν Δαρδάνων καὶ τὰ τῶν πλησιοχώρων σφίσι πορθήσας, οὐκ ἐτόλμησεν ἐπιόντας αὐτοὺς ὑπομεῖναι, ἀλλ' ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι μετὰ τῶν ἱππέων ὑποχωρήσας ἔφυγε. καὶ οὕτω τοὺς πεζοὺς ἐκεῖνοι περιχόντες, ἔκ τε τῆς χώρας βιαίως ἐξήλασαν, καὶ τὴν λείαν προσαφείλοντο. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἐν τῇ Μυσίᾳ ποιήσας, ἠτιάθη [n] τῇ [41] τῶν Ἰστριανῶν πόλει πρὸς τῶν Σκυθῶν τῶν Βαστάρνων, ἐπιβοηθησάντων αὐτοῖς· καὶ ἀπέδρα. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ τούτοις αἰτίαν ἔσχεν, ἀλλ' ἐγράφη μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ Καπιτίνου συνωμοσίᾳ, ἑάλω δὲ δι' ἐκεῖνα· καὶ συνέβη αὐτῷ, ὧν μὲν ἐκρίνετο, μὴ ἐλεγχθῆναι, ὧν δ' οὐκ ἠτιάζετο, κολασθῆναι. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπήλλαξεν. ὁ δὲ δὴ Κικέρων ὑπὲρ αὐτοῦ τότε, ἅτε καὶ συνάρχοντός οἱ, ὑπερδικῶν, πλείστην κατὰ τοῦ Καίσαρος, ὡς καὶ αἰτίου τῆς δίκης αὐτῷ γεγενημένου, κατάδρομὴν ἐποιήσατο, καί τινα [m] αὐτῶν καὶ προσελοιδόρησεν.

Ὁ δ' ἤχθετο μὲν ἐπ' αὐτοῖς, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, οὐ μὴν οὔτ' εἶπεν οὔτ' ἔπραξεν ὑβριστικὸν ἐπ' αὐτὸν οὐδέν, καίπερ ὑπατεύων. τοὺς γὰρ πολλοὺς [o] ἔλεγε συχνὰ καὶ μάταια ἐξεπίτηδες ἐς τοὺς [p] κρείττονας, ἐς φιλονεικίαν αὐτοὺς ὑπαγαγόντας· ἵν' ἴσοι σφίσιν καὶ ὅμοιοι, ἄν γέ τι ὁμοιότροπον ἀντακούσωσι, δόξωσιν εἶναι. καὶ οὐκ ἠξίου ἀντίπαλον ἐκ τούτου οὐδένα ἑαυτῷ ποιεῖν· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς τε ἄλλοις τοῖς τι προπηλακίζουσιν αὐτὸν οὕτω προσεφέ-

[m] διελέχθη, vulgo. διηλέγχθη, Xyl. T. quæ emendatio commendatione non indiget. [mm] τὸ ἔκσπονδον. niſi forte legendum fuerit τὸ ἔνσπονδον, qui pariter τῷ ὑπηκόῳ opponuntur p. 82. D. 179. B. 526. C. iidem paulo poſt dicuntur σύμμαχοι. & ſane ſubditorum & fœderatorum agros populari iniquum videbatur, extraneos & alienos non item: idem nunc video placuiſſe Oddeyo. [n] τῇ τῶν Ἰσριανῶν. πρὸς τῇ τῶν Ἰστριαν. ſic Dio p. 463. B. ibi vero non Ἰσριάνων, ſed Ἰσριανῶν πόλει ſcribendum L. probe. [nn] καί τινα αὐτῶν. melius καί τινα αὐτῷ καὶ προσελοιδόρησεν. ſic p. 65. A. [o] ἔλεγε. λέγων ἔλεγε. Calligraphi factum inepto judicio, ut alterutrum, abundare creditum, omitteretur. L. deeſt certe aliquid ſenſum fere hunc indicans, ſed quale aut quo loco, ſine codicis MSti auctoritate non auſim pronunciare. forte ſuffecerit ἔλεγε in λέγων convertere. [p] κρείττονας. κρείττονας σφῶν, V. a.

§ 39. (l. 81.) ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἀντωνίου ἀπολογίᾳ] C. Antonius Ciceronis in Conſulatu collega, & ab eo pactione provinciæ Macedoniæ perſuaſus, ne cum Catilina contra remp. ſentiret, Catilinam per legatum ſuum M. Petrejum oppreſſit, non tamen per hoc potuit effugere criminationem, ac ſi conjurationis illius conſcius fuiſſet, de quo dictum ſupra XXXVII. p. 43. D. 44. E. 47. ſq. Ejus itaque cauſſam egit Cicero contra M. Cœlium Rufum, qui teſte Cicerone Orat. pro hoc Cœlio c. 31. Antonium, ex Provincia reverſum in urbem, accuſavit. Neutra oratio extat, ſed apologiæ ſuæ meminit Cicero pro domo ſua c. 16. *Hora fortaſſe ſexta diei queſtus ſum in judicio, cum C. Antonium Collegam meum defenderem - - hora nona, tu* (Clodium alloquitur) *es adoptatus.* Dixit contra Antonium etiam Q. Maximus, de quo Cicero in Vatinium c. 11. & Caninius Gallus quem memorat Valerius Maximus IV. 2. 6. Apud Cn. Lentulum Clodianum reus factus Antonius, ut conſtat ex Cicerone in Vatinium c. 11. & non obſtante diſertiſſimi hominis defenſione, in exilium ire juſſus eſt.

§ 40. (l. 85.) τῶν Δαρδάνων] Julius Obſequens c. 123. *Cum in agro Piſtorienſi Catilinam C. Antonius devicisſet, laureatos faſces in provinciam tulit: ibi a Dardanis oppreſſus, amiſſo exercitu profugit. Apparuit eum hoſtibus portendiſſe victoriam, cum ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat reponere.* Dardani Myſis vicini & Thracibus, unde Livii Epitome 103. *C. Antonius Proconſul in Thracia parum proſpere rem geſſit.* Thraces ac Dardanos jungit Cicero pro Sextio c. 43. Triballos & Dardanos Dio p. 461. A. 463. E.

εφέρετο, καὶ τότε τὸν Κικέρωνα ὁρῶν ὐχ-
65 ἑαυτῷ τι τοσοῦτον λοιδορήσασθαι ἐθέλοντα, ὅ-
σον ἀνταικοῦσαί τι τῶν ὁμοίων, ὥστε καὶ πα-
ρισωθῆναί οἱ ἐπιθυμοῦντα, βραχύ τε αὐτοῦ ἐ-
φρόντισε, καὶ οὐδὲν ὧν ἔλεγε προσεποιήσατο,
ἀλλ' εἴα αὐτὸν ἀφθόνως, καθάπερ τισὶν ἐπαί-
νοις ἑαυτοῦ, ταῖς λοιδορίαις χρῆσθαι. οὐ μέν-
τοι καὶ παντάπασιν ὀλιγώρως ἡ αὐτοῦ ἔχεν.
ἐπιεικεστέραν μὲν γὰρ ὄντως φύσιν εἰλήχει, καὶ
οὐ πάνυ ῥᾳδίως ἐθυμοῦτο. συχνοὺς δ' οὖν,
ἅτε καὶ ἐν τοσούτοις πράγμασιν, ἐδικαίου·
οὐ μὴν ὥστε καὶ δι' ὀργῆς ἢ καὶ παραχρῆ-
μα πάντως αὐτὸ ποιεῖν. θυμῷ μὲν δὴ οὐδὲν
ἐχαρίζετο· τοῦ δὲ δὴ καιροῦ διεσκόπει, καὶ
B τούς γε πλείους οὐδὲ αἰσθανομένους μετῆει. οὐ
γὰρ ὅπως δόξειεν ἀμύνασθαί τινας ἔπραττεν,
ἀλλ' ὅπως ὅτι ἀνεπιφθονώτατα πρὸς τὸ συμφέ-
ρον ἑαυτῷ πάντα διοικήσειε. καὶ διὰ τοῦτο
καὶ ἀδήλως, καὶ ἐν οἷς ἥκιστα ἄν τις προσ-
εδόκησε, τὰς τιμωρίας [r] ἐπῆγε, τῆς τε
φήμης ἕνεκα, τοῦ μὴ δοκεῖν ὀργίλως ἔχειν,
καὶ τοῦ μή τινα προαισθανόμενον προφυλάξα-
σθαι, ἢ καὶ προποιήσαί τι δεινὸν αὐτὸν, πρὶν
παθεῖν, ἐπιχειρῆσαι. οὐ γὰρ τῶν ἤδη γεγο-
C νότων μᾶλλόν τι αὐτῷ ἔμελεν, [s] ἢ ἵνα καὶ
λυθείη. καίτοι τούτου πολλοῖς μὲν καὶ τῶν με-
γάλα αὐτὸν λυπησάντων συνεγίνωσκεν, ἢ καὶ
ἐπὶ βραχὺ ἐπεξήει, ὅτι οὐδὲν ἔτι κακουργή-
σειν αὐτοὺς ἐπίστευε· πολλοὺς δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον
τοῦ καθήκοντος [42] ἐς ἀσφάλειαν ἐτιμωρεῖτο, λέ-
γων [t] ὅτι τὸ μὲν οὐκ ἂν πολε ἀγένητον,
τῆς κολάσεως ὑπερβολῇ πάντως τι δεινὸν πείσε-
σθαι.

Ἐξ οὖν τούτων τῶν λογισμῶν καὶ τότε αὐτὸς
μὲν τὴν ἡσυχίαν ἦγε. τὸν δὲ δὴ Κλώδιον ἀντιχα-
D ρίσασθαί τι αὐτῷ, ὅτι [43] τῆς μοιχείας αὐτοῦ οὐ
κατηγόρησε, βουλόμενον αἰσθόμενος, παρεσκεύασε
κρύφα κατὰ τοῦ Κικέρωνος· καὶ πρῶτον μὲν ἐς
[44] τὰ τοῦ πλήθους δικαιώματα αὖθις αὐτὸν, [45] ὅπως
νομίμως ἐκποιηθῇ, συμπράττοντος αὐτῷ καὶ τοῦ
Πομπηίου, μετέσησεν· ἔπειτα δὲ δήμαρχον εὐ-
θὺς ἀποδειχθῆναι διεπράξατο. ὅστις οὖν ὁ Κλώ-
διος ἐπεσόμισε μὲν καὶ τὸν Βίβουλον ἐσελθόντα
τε ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπ' ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς, καὶ δια-
E νοούμενον [46] μετὰ τῆς τοῦ ὅρκου πιστώσεως καὶ
περὶ

A.U.C.696 C.Cæsare & M. Bibulo COSS.

rum contumeliis petebatur, tum Ciceroni talem se exhibuit: quem quum animadverteret non tam in hoc laborare, ut ipsum traduceret, quam ut vicissim ab eo male audiens, par ipsi videretur: nullam admodum ejus rationem habuit, sed dissimulatis ejus opprobriis, homini liberum usum conviciorum, tanquam laudum suarum, non invidit; quanquam interim non omnino ipsum parvipenderet. Erat enim natura utique placidus, & nequaquam iracundus. Igitur, cum a multis, ut in tantis negotiis res flagitabat, pœnas exigeret, nequaquam tamen hoc per iram, aut statim fecit. Nihil enim iræ indulgebat, sed occasione circumspecta, per eam plerosque nec sentientes ulciscebatur: idque non tam ut pœnas sumsisse videretur, quam ut quam tutissimus ab invidia, ad utilitatem suam omnia disponeret. Igitur occulte, & in quibus minime quispiam id expectaret, punire aduersarios solebat: partim ut famæ suæ consuleret, ne iracundus judicaretur esse: partim ne hi præsentientes sibi in tempore caverent, aut malum tentarent inferre prius quam ipsi acciperent. Neque vero præterita amplius curabat, nisi eatenus ut in irritum recideren t. Itaque multis gravissimarum offensarum gratiam fecit, aut levi admodum vindicta contentus fuit, quod eos a maleficio deinceps sibi temperaturos crederet. Contra securitatis suæ causa multos acerbius, quam par erat, ultus est: quod diceret, infectum quidem fieri non posse, quod factum esset; at omnino se supplicii acerbitate consecuturum, ne quid sibi gravius in posterum accideret.

12. His ergo cogitationibus Cæsar motus, ipse quidem tum contra Ciceronem nihil molitus est: Clodium vero sentiens gratiam sibi referre cupere, quod eum adulterii non accusasset, occulte contra Ciceronem instruxit. Ac primo quidem eum ad jura plebejorum iterum traduxit, adjuvante etiam Pompejo, ut id legitime fieret: deinde statim ei tribunatum plebis confecit. Is Clodius & Bibulum, quum sub exitu consulatus in concionem prodiret, ac præter jusjurandum decrevisset de præsenti rerum conditione verba facere, inhibuit: Idem & Ciceroni exitium

" λους προσσασιάζοντας· ἵν' αὐτοί τε βεβαιοτέραν
" ἐκ τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος
" προθυμίαν ποιήσησθε, καὶ ἐκείνους πάνθ' ἃ προσ-
" ήκει διδάξητε. πλείω γὰρ ἂν παρ' ὑμῶν ἰδίᾳ
" καὶ πολλάκις ἀκούοντες αὐτὰ ὠφεληθεῖεν, ἢ
C " παρ' ἐμοῦ ἅπαξ θυθόμενοι. λέγετε τοίνυν αὐ-
" τοῖς, ὅτι οἱ πρόγονοι ἡμῶν, οὐκ οἴκοι μένοντες,
" οὐδὲ τὰς στρατείας ὀκνοῦντες, οὐδὲ τοὺς πολέ-
" μους φεύγοντες, οὐδὲ τὰς ἡσθυμίας διώκοντες,
" τηλικαύτην τὴν πόλιν ἐποίησαν· ἀλλὰ ταῖς γνώ-
" μαις πάντα τὰ προσήκοντα προχείρως τολμῶν-
" τες, καὶ τοῖς σώμασι πάντα τὰ ἀρέσαντα
" προθύμως ἐκπονοῦντες· καὶ τὰ μὲν ἴδια, ὡς
" ἀλλότρια, ἀεί ποτε παραβαλλόμενοι· τὰ δὲ δὴ
" τῶν πέλας, ὡς καὶ οἰκεῖα ἑτοίμως κλώμενοι· καὶ
" μήτε εὐδαιμονίαν ἄλλο τι, ἢ τὸ τὰ δέοντα πράτ-
D " τειν, νομίζοντες· μήτε δυστυχίαν ἄλλο τι, ἢ τὸ
" μετὰ [z] εὐπραξίας ἡσυχάζειν, ἡγούμενοι. τοιγαρ-
" οὖν ἐκ τούτων τῶν πολιτευμάτων αὐτοί τε, ὀλί-
" γιστοι τὸ κατ' ἀρχὰς γενόμενοι, καὶ πόλιν οὐδε-
" μίαν ἧς οὐκ ἐλάττω τὸ πρῶτον νεμόμενοι, [166] Λα-
" τίνους ἐκράτησαν, [167] Σαβίνους ἐνίκησαν, [168] Τυρ-
" σηνοὺς, [169] Οὐολσκοὺς, Ὀπικοὺς, Λευκανοὺς, [zz] Σαυ-
" νίτας ἐχειρώσαντο, πᾶσαν ἐν ὀλίγῳ τὴν ἐντὸς τῶν
" Ἄλπεων γῆν καταστρέψαντο, πάντας τοὺς ἀλλοφύ-
" λους τοὺς ἐπελθόντας σφίσιν ἀπεώσαντο.

E " Καὶ αὐτοὺς καὶ οἱ μετὰ ταῦτα Ῥωμαῖοι, οἵ
" τε πατέρες ἡμῶν, ζηλώσαντες, οὐκ ἠρκέθησαν
" τοῖς παροῦσιν, οὐδ' ἠγάπησαν οἷς παρέλαβον, ἀλλ'
" ὀλεθρον μὲν αὑτῶν σαφῆ, τὴν ῥᾳθυμίαν, σωτηρίαν
" δὲ ἀκριβῆ, τὴν ταλαιπωρίαν νομίσαντες εἶναι· καὶ
" φοβηθέντες μὲν, μὴ μείναντα αὐτὰ ἐφ' ἑαυτὰ κα-
84 " ταφθαρῇ καὶ καταγηράσῃ, ἐναισχυνθέντες δὲ εἰ
" τοσαῦτα παραδεξάμενοι, μηδὲν ἐπικτήσαιντο, πολ-
λῷ

exequenda, major vero pars ultro, honorum emolumentique cauſa, quæ militia quæruntur: quanam ratione vel honeſte vel pie factum a nobis videatur, ut ſpem & eorum, qui nos huc miſerunt, & noſtras ipſorum, fallamus? Ac privatim quidem nemo omnium ita poteſt lætis rebus uti, ut non idem cum republica corruente pereat: at respublica, ſi proſpero ſucceſſu utatur, omnes etiam privatorum calamitates poteſt ſublevare. " A.U.C.696 L. Piſone & A. Gabinio COSS.

37. " Hæc non adverſus vos, amici commilitonesque qui adeſtis, dico, quos ego nec ob ignorationem horum, inſtitutione, neque ob negligentiam, admonitione opus habere novi: ſed quia animadverti, eſſe nonnullos ex militibus, qui & ipſi rumorem divulgent, bellum minime legitimum a nobis ſuſceptum eſſe; & aliis ſint ſeditionis autores: faciendum putavi, ut rationibus a me allatis & vos ſtudium in patriam veſtrum confirmaretis, & illos de officio ſuo edoceretis. Plus enim utilitatis capere poſſunt, privatim ex vobis & ſæpius hæc audientes, quam ex me ſemel. Hoc igitur illis dicite, majores noſtros non domi reſidentes, non militiam reformidantes, non bella fugientes, non ignaviam ſectantes, tantam effeciſſe urbem noſtram: ſed quum & animo promti eſſent ad audenda omnia quæ conveniebat, & corpore ad perficienda quæ decreviſſent: quum ſuas fortunas, tanquam alienam poſſeſſionem, ſemper periculis objicerent, aliorum autem ditionem, tanquam ad ſe pertinentem, haud cunctanter ſuam facerent: quum felicitatem in nulla alia re, quam in faciundo officio ponerent: ſolam autem hanc infelicitatem putarent, rebus licet ſecundis in otio degere. Hæc illi conſilia rerum gerendarum ſecuti, quum ab initio pauciſſimi eſſent, urbemque primo omnium minimam tenerent, Latinos in ſuam poteſtatem redegerunt, Sabinos vicerunt, Tyrrhenos, Volſcos, Opicos, Lucanos, Samnitas ſubegerunt, modico temporis ſpatio omnem regionem intra Alpes jacentem debellaverunt: omnes peregrinas nationes, a quibus invadebantur, repulerunt. "

38. " Quorum imitatione poſteriores Romani, patresque noſtri, non contenti his quæ jam habebant, neque acquieſcentes in illis, quæ a ſuis majoribus acceperant; ignaviam pro certa pernice ſua, ærumnas autem pro ſalute haud dubia reputarunt. Veriti enim, ne res ipſorum ſuis finibus contentæ detrimentum paterentur, ac ſenectute quaſi conficerentur; dedecorique ſibi ducentes,

z εὐπραξίας. ἀπραξίας margini adſcripſit Oddey, neſcio an ex ſua ſententia. certe id loco acuminis pleonaſmum videtur inducere, & argumentum orationis enervare. nam hoc præcipue Cæſar urget, non licere, quod ſibi perſuaſerant milites, ἀργεῖν ἀκλεῶς καὶ πλουτεῖν ἀδεῶς, ut dicitur p. 84. B. vide & p. 85. B. ei opponitur μετὰ κινδύνων τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν φυλάττειν, p. 84. D. zz Σαυνίτας. malim Σαννίτας, X. Σαννίτας aut Σαμνίτας potius, L. attamen Σαυνίτας Dio etiam in fragmentis num. XXXVI. CXLIII. CLXVI. apud Valeſium certe, & Urſinum. Ita quoque Stephanus Byz. & Plutarchus. Sed Σαμνίται & plerumque Σαννίται Straboni dicuntur.

§ 166. (l. 23.) Λατίνους ἐκράτησαν] Factum hoc in primis T. Manlio & P. Decio Mure Coſſ. vide ad Florum lib. I. c. 14. & Pighii annales ad A. U. C. 413. De prioribus adverſus Latinos victoriis Florus lib. I. c. 11.

§ 167. (l. 24.) Σαβίνους ἐνίκησαν] Idem Pighius ad A. 463. Florus lib. I. c. 15.

§ 168. (l. 24.) Τυρσηνοὺς] Duodecim populos Hetruriæ. Florus lib. I. c. 17. & Pighius ad A. 444.

§ 169. (l. 25.) Οὐολσκοὺς, Ὀπικοὺς, Λευκανοὺς, Σαυνίτας] De populis hiſce devictis per Romanos, & Lucanis denique bello Tarentino oppreſſis, atque adeo tota Italia in poteſtatem Romanorum redacta, Florus lib. I. c. 18. & e recentioribus Onufrius Panvinius in Imperio Romano c. 3. T. I. theſauri Græviani

A.U.C.696. L. Piſone & A. Gabinio COSS.

tes, ſi, quibus tanta a majoribus relicta erant, ipſi nihil acquiſiviſſent; longe plura majoraque prioribus adjecerunt. Quid enim opus eſt ſingulatim commemorare Sardiniam, Siciliam, Macedoniam, Illyricum, Græciam, Aſiam Ioniæ circumjectam, Bithyniam, Hiſpaniam, Africam? Sane plurimum illis pecuniæ Carthaginienſes dediſſent, ne ad eas partes terræ navigarent: plurimum Philippus ac Perſeus, ne ab iis bello peterentur: multum Antiochus, ejusque filii & poſteri, ne Europæ fines exirent. Verum neque illi otium ignobile, divitiasve licet tutas, ante gloriam magnitudinemque imperii poſuerunt: neque idem fecerunt illi, qui apud nos ætate ſunt provectiores, & adhuc in vivis ſunt: ſed hi quoque, quum non ignorarent, iisdem artibus & quæri bona, & retineri, multa ex ante partis confirmarunt, multa nova paraverunt. Nam hic quoque quid attinet ſingula perſequi? Cretam, Pontum, Cyprum, Iberiam, Aſiam, Albaniam ibidem ſitam, Syriam utramque, Armenias duas, Arabiam, Palæſtinam, quæ regiones ne nomine quidem prius ſatis notæ, nunc partim noſtro imperio ſubjacent, partim aliis muneri a nobis conceſſæ ſunt, ita ut ex iis reditus, copias, honores, ac ſocios in bellis acceperimus. „

39. " His igitur exemplis uſi, nolite aut majorum res geſtas dedecorare; aut imperium, quod nunc maximum eſt, deſtituere. Non enim nobis eadem quæ iis, qui nihil horum ſimile poſſident, conſilia capienda ſunt. His enim otio indulgere, aliisque ſine ſuo periculo parere ſatis eſt: nobis autem neceſſe eſt laborare, militare, ac ſubeundis etiam periculis præſentem felicitatem tueri, cui multi ſunt intenti. Omne enim id, quod ſupra communem ſortem homines effert, æmulationi invidiæque aliorum obnoxium eſt. Hinc illi omnes, quorum anguſtiores ſunt res, bellum contra eos perpetuum gerunt, qui aliqua in re antecellere ipſos videntur. Proinde aut hoc nobis exoptandum erat, ut ne ab initio quidem tantum ſupra communem hominum conditionem excreviſſemus: aut, quandoquidem ad tantum faſtigium dominiumque evecti ſumus, atque ita fatum noſtrum fert, ut vel in alios imperium ſumma vi retinendum, vel nobis ipſis funditus pereundum ſit: (cum qui ad tantam amplitudinem potentiamque peruenerunt, vitam privatam ſine periculo agere nequeant:) agedum, fortunæ

" λῷ πλείω καὶ μείζω προσκαταεργάσανται. τί
" γὰρ ἄν τις καθ' ἕκαστον λέγοι, τὴν [170] Σαρδώ,
" τὴν Σικελίαν, τοὺς Μακεδόνας, τοὺς Ἰλλυριούς,
" τὴν Ἑλλάδα, τὴν Ἀσίαν τὴν περὶ τὴν Ἰωνίαν,
" Βιθυνοὺς, Ἰβῆρας, Ἄφρους· καίτοι συχνὰ μὲν
" ἂν χρήματα ἔδοσαν αὐτοῖς Καρχηδόνιοι, ὥστε μὴ
" ἐκεῖσε ἐκπλεῦσαι· συχνὰ δὲ Φίλιππος καὶ Περ-
" σεὺς, ὥστε μὴ ἐπ' αὐτοὺς στραταῦσαι· πολλὰ Ἀν-
" τίοχος, πολλὰ οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ ἔγγονοι, ὥστε
" ἐπὶ τῆς Εὐρώπης καταμεῖναι. ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι
" πρό τε τῆς δόξης καὶ πρὸ τοῦ μεγέθους τῆς ἀρ-
" χῆς, ἀργεῖν τε ἀκλεῶς καὶ πλουτεῖν ἀδεῶς εἴ-
" λοντο, οὔτ' αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι, οἱ καὶ
" νῦν ἔτ' ὄντες· ἀλλά γε εὖ εἰδότες, ὅτι διά τε
" τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ κτᾶται τὰ ἀγαθὰ
" καὶ σώζεται, πολλὰ μὲν ἐβεβαιώσαντο τῶν προϋ-
" παρχόντων, πολλὰ δὲ καὶ προσεκτήσαντο. τί
" γὰρ δεῖ καινταῦθα καθ' ἕκαστον ἐπεξιέναι τὴν
" [171] Κρήτην, τὸν Πόντον, τὴν Κύπρον, τὴν Ἰβη-
" ρίαν, τὴν Ἀσίαν, [172] τὴν Ἀλβανίαν [a] τὴν ἐκεῖ,
" [173] Σύρους ἀμφοτέρους, [174] Ἀρμενίους ἑκατέρους,
" Ἀραβίους, Παλαιστίνους; ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα
" πρότερον ἀκριβῶς εἰδότες, νῦν τῶν μὲν αὐτοὶ δε-
" σπόζομεν, [175] τὰ δὲ ἑτέροις ἐχαρισάμεθα· ὥστε
" ἐξ αὐτῶν καὶ προσόδους, καὶ δυνάμεις, καὶ τι-
" μὰς, καὶ συμμαχίας προσειληφέναι.

" Τοιαῦτα γοῦν ἔχοντες παραδείγματα, μήτε
" τὰ τῶν πατέρων ἔργα καταισχύνητε, μήτε
" τὴν ἀρχὴν μεγίστην ἤδη οὖσαν πρόεσθε. οὐ-
" δὲ γὰρ οὐδ' [b] ἀπίστης ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλ-
" λοις τοῖς μηδὲν τῶν ὁμοίων κεκτημένοις βου-
" λευτέον ἐστίν. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἐξαρκεῖ ῥᾳσω-
" νέως, καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἄλλοις ὑποπε-
" πωκέναι· ἡμῖν δ' ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ πονεῖν,
" καὶ στρατεύεσθαι, καὶ μετὰ κινδύνων τὴν πα-
" ροῦσαν εὐδαιμονίαν φυλάττειν. πολλοί τε γὰρ
" ἐπιθυμοῦσιν [bb] αὐτῆ. πᾶν γὰρ τὸ ὑπεραί-
" ρόν τινας, καὶ ζηλοῦται, καὶ φθονεῖται,
" κἀκ τούτου πόλεμος ἀΐδιός ἐστιν ἅπασι τοῖς
" καταδεεστέροις πρὸς τοὺς ἔν τινι αὐτῶν ὑπερέ-
" χοντας. μὴ οὖν ἀπὸ πρώτης ἐχρῆν μηδὲν
" διαφερόντως ἡμᾶς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἠυξῆ-
" σθαι· ἢ, ἐπείπερ τηλικοῦτοι γεγόναμεν, καὶ
" τοσαῦτα κεκτήμεθα, πέπρωταί τε ἢ ἄρχειν
" τῶν ἄλλων ἐγκρατῶς, ἢ καὶ αὐτοὺς παντε-
" λῶς [c] ἀπολέσθαι· (τοῖς γὰρ ἓς τε ἀξίωμα
" τοσοῦτον καὶ ἐς δύναμιν τηλικαύτην προκεχω-
" ρηκόσιν, ἀδύνατόν ἐστιν ἀκινδύνως ἰδιωτεῦσαι·)
" πειθώμεθα τῇ τύχῃ, μηδὲ ἑκοῦσαν αὐτὴν καὶ

[a] Ἀλβανίαν τὴν ἐκεῖ. verba τὴν ἐκεῖ ad Ἰβηρίαν adjungenda affirmo: *Iberiam in iſtis locis poſitam.* id ad diſcrimen Hiſpaniæ, quæ Ἰβηρία ipſa etiam dicitur, additum. Xyl. ſed vide Fabric. § 172. paulo ſuperius pro ἀλλά γε ἓν εἰδότες, RS. habet ἀλλά τε, minus commode. [b] ἀπίστης. forte melius ſcribitur ἀπ' ἴσης. [bb] αὐτῆ. αὐτῆς, RS. X. T. Caſel. [c] παντελῶς ἀπολέσθαι. παντελῶς τῶν ἄλλων ἀπολέσθαι, V. b. ubi librarius verba τῶν ἄλλων ex ſuperioribus repetiit ſine neceſſitate.

viani p. 349. ſq. Sigonius lib. I. de antiquo jure Italiæ T. I. ejusdem theſauri. Per Opicos autem, quorum pridem deletum erat nomen, Campani intelliguntur, qui illam regionem obtinuerant, ut docet Camillus Peregrinus de Campania Felice Diſſ. 2. p. 143. ſq. T. IX. Theſauri Italiæ P. 2.

§ 170. (l. 38.) Σαρδὼ καὶ Σικελίαν] *Sicilia* & *Sardinia* primo bello Punico occupata a Romanis, & ſecundo repetita. vide Florum lib. II. c. 2. & 6. Illyricum oppugnatum L. Poſtumio Albino II. & Cn. Fulvio Centumalo Coſſ. A. U. C. 525. ſed ſubjugatum, rege Gentio poſt bellum Macedonicum devicto: de quo Appianus Illyricis & Florus lib. II. c. 5. & 13. *Macedonia* tribus bellis contra Philippum, Perſeum & Andriſcum Pſeudophilippum, de quibus Florus lib. II. c. 7. 12. 14. *Aſia* bello Syriaco adverſus Antiochum, id. c. 8. *Hiſpania* bello ſecundo Punico, *Africa* poſt deletam bello Punico tertio Carthaginem, *Bithynia* bello Mithridatico &c. vide Sigonium de antiquo jure Provinciarum T. II. theſauri Græv.

§ 171. (l. 55.) Κρήτην] *Cretam* provinciam fecit Q. Metellus Creticus, *Pontum* Cn. Pompejus, *Cyprum* M. Cato, *Hiſpaniam* Cn. & P. Scipiones, *Aſiam* L. Scipio & Perpenna. *Syriam* Pompejus cum *Palæſtina* & *Albania*. vide Vellejum lib. II. c. 38 ſq. Onufrii Imperium Romanum c. 14. T. I. theſaur. Græviani p. 393 ſq. & Sigonium de antiquo jure provinciarum.

" καὶ ἀυ]επαίτγελ]ον, τοῖς τε πα]ράσιν ἡμῶν
" ὑπάρξασαν, καὶ ἡμῖν παραμένουσαν, ἀπω-
" σώμεθα. ἔσαι δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν τὰ ὅπλα
" ῥίψωμεν, οὐδ' ἂν τὰς τάξεις ἐκλείψωμεν,
" οὐδ' ἂν διαιενῆς οἶκοι καθήμεθα, ἢ παρὰ90
" τοῖς συμμάχοις πλανώμεθα· ἀλλὰ ἂν τά τε
" ὅπλα διὰ χειρὸς ἀεὶ ἔχωμεν, (οὕ]ω γὰρ
" μόνως εἰρήνη σώζε]αι·) καὶ τὰ ἔργα τοῦ πο-
" λέμου διὰ κινδύνων ἀσκῶμεν, (οὕ]ω γὰρ μό-
B " νως οὐκ ἀεὶ πολεμήσομεν·) τοῖς τε δεομένοις95
" τῶν συμμάχων ἀπροφασίσως ἐπικουρῶμεν, (οὕ-
" τω γὰρ πολὺ πλείους ἕξομεν·) καὶ τοῖς ἀεί
" τι παρακινοῦσι [d] τῶν πολέμων μὴ ἐπιτρέ-
" πωμεν, (οὕ]ω γὰρ οὐδεὶς ἔθ' ἡμᾶς ἀδι-
" κεῖν ἐθελήσει).

" Εἰ μὲν γάρ τις τῶν θεῶν ἐγγυή]ὴς ἡμῖν ἐγέ- 1
" νε]ο, ὅτι κἂν [e] ταῦτα ποιῶμεν, οὔ]ε τις ἡμῖν
" ἐπιβουλεύσει, καὶ πάνθ' ὅσα κεκτήμεθα, ἀσφα-
" λῶς ἀεὶ καρπωσόμεθα· αἰσχρὸν μὲν ἂν εἰπεῖν,
C " ὅτι τὴν ἡσυχίαν ἄγειν ἐχρῆν, ὅμως δ' οὖν εἶχον 5
" ἄν τινα σκῆψιν εὐπρεπῆ οἱ μηδὲν τῶν δεόν]ων
" πράτ]ειν βουλόμενοι. εἰ δ' ἀνάγκη τε τοὺς κε-
" κτημένους τινὰ ὑπὸ πολλῶν ἐπιβουλεύεσθαι, καὶ
" προσήκει τὰς ἐπιθέσεις αὐ]ῶν προκα]αλαμβάνε-
" σθαι· καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἡσυχάζον]ες, 10
" καὶ περὶ τούτοις κινδυνεύουσιν, οἱ δὲ ἐκ περιουσί-
" ας τῷ πολέμῳ καὶ κα]ὰ τῶν [f] ἀλλοτρίων χρώ-
" μενοι, καὶ ἐκεῖνα φυλάσσουσιν. οὐδεὶς γὰρ πε-
" ρὶ τοῖς ἑαυτοῦ δεδιὼς, τῶν τοῦ πέλας ἐφίε]αι.
" ὁ γὰρ περὶ τῶν ὑπαρχόντων οἱ φόβος ἰσχυρῶς 15
D " τοῦ πολυπραγμονεῖν τὰ μὴ προσήκον]α αὐ]ὸν ἀ-
" πο]ρέπει. [g] τί τοῦτο λέγεις τις, ὡς οὐ χρὴ ἡ-
" μᾶς ἀεί τι προσκ]᾽σθαι; οὐ μέμνησθε, τὰ μὲν,
" ἀκηκοότες, τὰ δὲ, ἑωρακότες, ὅτι [176] οὔ]ε
" τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ γενῶν οὐδὲν πρότερον ἀπέ- 20
" χε]ο τοῦ τῇ πα]ρίδι ἡμῶν ἐπιβουλεύειν, πρὶν
" τοὺς πολέμους ἐν τῇ ἐκείνων χώρᾳ τοὺς προ-
" γόνους ἡμῶν ποιήσασθαι; [177] οὔ]ε οἱ Ἠπει-
" ρῶται, πρὶν ἐς τὴν Ἑλλάδα αὐ]οὺς περαιω-
" θῆναι; οὐ Φίλιππος μελλήσας καὶ ἐπὶ τὴν 25
E " Ἰταλίαν σρα]εύσειν, πρὶν φθάσαν]ας τὴν ἐκεί-
" νου κακῶς ποιῆσαι; οὐ Περσεύς, οὐκ Ἀν-
" τίοχος, οὐ Μιθριδάτης, πρὶν τὰ αὐ]ὰ αὐ-
" τοὺς ἐργάσασθαι; καὶ τί τἄλλα λέγοι τις
" ἄν; ἀλλ' οἱ Καρχηδόνιοι τέως μὲν οὐδὲν δει- 30
" νὸν ἀφ' ἡμῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἔχον, ἔς τε
" τὴν Ἰταλίαν διέπλευσαν, καὶ τὴν χώραν κα-
" τέτρεχον· τάς τε πόλεις ἐπόρθουν, καὶ παρ'
86 " ὀλίγον [178] καὶ τὸ ἄσυ αὐ]ὸ εἷλον· ἐπειδὴ δ' ἀν-
τιπολε-

A.U.C. 696 L. Piſone & A. Gabinio COSS.

40. " Enimvero ſi quis deus nobis ſpondeat, etiam absque hac noſtra opera fore, ut ne quis nobis inſidias paret, utque omnibus noſtris bonis tuto ſemper perfruamur: turpiter quidem diceretur, quietis nobis vivendum eſſe, ſed tamen aliquam haberent ſpeciem honeſtam, qui officium ſuum detrectant. Sin autem neceſſario fit, ut qui aliquid poſſident, multorum inſidiis impetantur; profecto operam illos dare convenit, ut horum impetum antevertant. Nam, qui ſua otioſe tenent, in periculum de his ipſis plerumque veniunt: at quibus tantum ſupereſt facultatis, ut aliena quoque bello invadant, facile hi ſua tuentur. Neque enim quisquam ſuis rebus metuens, ad alienas animum adjicit: quod is timor, quem de propriis habet, ab omni eum prorſus alienorum cura avertit. Cur igitur dixerit quis, non opus nobis eſſe, ut continuo plura acquiramus? Effluxeruntne ex animo veſtro ea, quæ partim vidiſtis, partim audiviſtis? quemadmodum nulla natio earum, quæ in Italia fuerunt, patriæ noſtræ perniciem ante ceſſarit ſtruere, quam in eorum ipſorum terras bellum majores noſtri intulerunt? Nec Epirotæ ante finem injuriis fecere, quam noſtri in Græciam transmiſerunt: nec Philippus, (qui jam animo agitabat Italicam expeditionem) antequam noſtri eum prævertentes regionem ejus male multarunt: neque Perſeus, neque Antiochus, neque Mithridates, priusquam idem Romani feciſſent. Ac, ne alia perſequar, Carthaginienſes profecto, antequam a nobis hoſtile in Africa quicquam experti eſſent, in Italiam trajecerunt, regionem populati ſunt, urbes vaſtaverunt: parumque abfuit, quin ipſam Romam caperent:

[d] τῶν πολέμων. τῶν πολεμίων, X. vulgata lectio magis placet. Od. [e] ταῦτα ποιῶμεν. ταῦτα μὴ ποιῶμεν. X. T. [f] ἀλλοτρίων. ita ſcribendum eſſe pro Ἀλλοβρίγων, quod vulgo legebatur, probe vidit Xyl. & T. confirmatque codex V. b. [g] τί τοῦτο λέγεις τις. reponendum, τί ταῦτα, ὃ λέγει τις. verior & plenior hæc ſcriptura. L. malim τί δὴν λέγοι τις, ὡς οὐ χρὴ &c. paulo ante, pro προσήκον]α αὐτὸν ἀπο]ρέπει, Oddey forte ſcribendum putat αὐτῷ. ſane, ſi ad antecedens verbum pertineret, ſic ſcribendum eſſet; ſed jungitur ſequenti ἀποτρέπει.

§ 172. (l. 56.) τὴν Ἀλβανίαν τὴν ἐκεῖ] Aſiaticam intellige. Eſt enim & altera Britannica.

§ 173. (l. 57.) Σύρους ἀμφοτέρους] Syriam ſuperiorem & inferiorem. vide theſaurum Ortelii. Mediterraneam & Syriam Cœlen ſive cavam vocat Appianus Syriaco p. 119.

§ 174. (l. 57.) Ἀρμενίους ἐκατέρους] Armeniam minorem & majorem, quæ deinde Armenia prima & ſecunda.

§ 175. (l. 60.) τὰ δὲ ἑτέροις ἐχαρισάμεθα] Ut Tigrani conceſſerunt Romani Armeniam, Pharnaci Boſporum, Cappadociam Ariobarzani, Antiocho Commageno Seleuciam. vide Appianum Mithridatico p. 251.

§ 176. (l. 19.) οὔ]ε τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ γενῶν] Latini, Sabini, Etruſci, Volſci, Aequi, Hernici, Samnites, cum quibus anniverſaria propemodum bella Romanis.

§ 177. (l. 23.) οὔ]ε οἱ Ἠπειρῶται] Pyrrhum Epiri Regem innuit, ut mox Philippum ac Perſeum Macedoniæ, Syriæ Antiochum, & Mithridatem Ponti.

§ 178. (l. 34.) καὶ τὸ ἄσυ αὐ]ὸ εἷλον] Bello ſecundo Punico, poſt Cannenſem cladem, & deinde, poſt Capuam Annibalis manibus iterum ereptam a Romanis. vide Flor. II. 6. 19. & 42. ſq.

A.U.C.696 L. Piſone & A. Gabinio COSS.

caperent: ubi vero bellum in ipſos converſum eſt, omnino ex noſtra terra illi aufugerunt. Quod idem de Gallis Celtisque dicere licet. Quamdiu enim Romani intra Alpes ſe continuerunt, Galli multoties eas tranſcenderunt, multisque Italiæ partibus vaſtitatem intulerunt: at poſtquam auſi ſumus aliquando arma extra noſtros fines efferre, eosque bello aggredi, parte aliqua regionis ipſis ademta, unicum tantum poſthac in Italia Gallicum bellum vidimus. Quæ quum ita ſint, ſi quis dicat, belligerandum nobis non eſſe; is aliud nihil dicit, quam non debere nos dives esse, non aliis imperare, non libertate frui, deniquè, Romanos non esse. Quare, ſicut talia dicentem nullo modo ferretis, commilitones, ſed illico occideretis; ita nunc quoque ſimiliter affecti erga eos debetis esse, qui talia dictitant, ut non tam verbis quam facto animum eorum metiamini. Ita neminem puto contradicturum vobis, ut ſecus ſentiendum esse arbitretur. „

41. " Quod ſi quis eſt, qui propterea minus promtos esse nos debere ad bellum hoc gerendum exiſtimet, quod de eo neque in ſenatu deliberatum, neque a populo decretum quicquam eſt: is conſideret, quotquot bella a nobis geſta ſunt, partim ita obtigiſſe, ut ad ea præparari poſſemus, utque indicerentur; partim ex tempore incidiſſe. Itaque ſi domi nobis in otio verſantibus aliquod moveatur bellum, ita ut a querelis per legatos ducat initium; utique tunc neceſſe eſt de eo & deliberari & ſciſci, deinde conſules illi aut prætores præfici, exercitusque emitti: ſed quæ jam egreſſis nobis, eductisque copiis, bella ſe produnt, ea jam non in conſultationem adducenda, ſed tanquam ipſa neceſſitas ea approbaverit juſſerit, antequam ingraveſcant, occupanda ſunt. Aut quæ tandem populo Romano cauſa fuit, cur vos huc amandaret, me ſtatim a conſulatu meo cum quinquennali imperio, (quod nunc primum poſt hominum memoriam factum eſt) quatuor etiam legionibus inſtructum, emitteret, ſi non bellandum nobis eſſe omnino cenſuit? Neque enim id quisquam eo factum dixerit, ut fruſtra alamur, ut per ſociorum urbes regionesque ſubditas vagemur, moleſtioresque ſimus iis, quam hoſtes ipſi; ſed ut ditioni noſtræ præſidio ſimus, hoſtilem depopulemur; adeoque dignum aliquid cum multitudine noſtra, tum belli ſumtibus geramus. Hoc igitur pacto nobis & præſens bellum, & quæcunque alia, commiſſa injunctaque ſunt. Qua in re prudenter admodum S. P. Q. R. nobis eam deliberationem liberam fecit, contra quos eſſet militandum, nullo certo bello decreto. Nec enim, quia longius abſunt, accurate res ſociorum examinare, nec ſcientes paratosque hoſtes tam opportune aggredi poſſent. Nos autem,

" τιπολεμεῖσθαι ἤρξαντο, παντάπασιν ἐκ τῆς γῆς
" ἡμῶν ἐξέδρασαν. τὰ δ' αὐτὰ· ταῦτα καὶ περὶ
" τῶν Γαλατῶν καὶ Κελτῶν ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι.
" καὶ γὰρ ὅυτοι, μέχρι μὲν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων
" ὁ ἔμενον, [179] πολλάκις αὐτὰς ὑπερέβησαν καὶ
" πολλὰ τῆς Ἰταλίας ἐπόρθησαν· ἐπεὶ δὲ ἐτολμή-
" σαμέν ποτε ἔξω τε τῶν ὅρων ἐστρατεῦσαι, καὶ
" τὸν πόλεμον σφίσι περιστῆσαι, [180] καί τινα καὶ
" τῆς χώρας αὐτῶν ἀπετεμόμεθα, οὐκέτ' οὐδένα
" πόλεμον ἀπ' αὐτῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, [182] πλὴν ἅ-
" παξ, εἴδομεν. ὅταν οὖν, τούτων οὕτως ἐχόντων,
" λέγῃ τις, ὅτι οὐ χρὴ πολεμεῖν ἡμᾶς, οὐδὲν ἄλ- B
" λο φησὶν, ἢ ὅτι οὐ χρὴ πλουτεῖν, οὐ χρὴ ἑτέ-
" ρων ἄρχειν· οὐκ ἐλευθέρους, οὐ Ῥωμαίους εἶναι.
" ὥστε οὖν ἂν εἴπερ τι τούτων εἴπέ τις, οὐκ ἂν
" ἠνέχεσθε, ἀλλὰ καὶν ἐν χερσὶν αὐτὸν ἀπεκτείναι-
" ὅυτω καὶ νῦν, ὦ ἄνδρες ἑταῖροι, πρὸς τοὺς ἐκεῖ-
" να λέγοντας διατίθεσθε, μὴ τοῖς ῥήμασι σφῶν,
" ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τὸν νοῦν τεκμαιρόμενοι. οὐκοῦν
" ὅτι μὲν ὅυτω χρὴ Φρονεῖν, οὐδένα ἀντειπεῖν ὑμῖν
" νομίζω.

" Εἰ δ' ὅτι μήτε ἐξήτασαι περὶ τοῦ πολέμου
" τούτου παρά τε τῇ βουλῇ, καὶ παρὰ τῷ δήμῳ
" [183] μὴ ἐψήφισαι, διὰ τοῦτό τις ἧττον οἴεται C
" δεῖν ἡμᾶς προθυμηθῆναι· λογισάσθω ταῦθ', ὅτι
" πάντες οἱ πόλεμοι ὅσοι πώποτε γεγόνασιν ἡμῖν,
" οἱ μὲν, ἐκ παρασκευῆς καὶ προεπαγγέλσεως, οἱ
" δὲ καὶ ἐπὶ καιροῦ συμβεβήκασι. καὶ διὰ τοῦτο
" ὅσα μὲν οἶκοι τε μενόντων ἡμῶν καὶ τὴν ἡσυχί-
" αν ἀγόντων κινηθῇ, καὶ ἐκ προσδοκίας τινὸς τὴν
" ἀρχὴν τῶν ἐγκλημάτων λάβῃ, καὶ σκέψιν ὑπὲρ αὐτῶν
" καὶ δὴ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι γίγνεσθαι, καὶ ψῆφον ἐπά-
" γεσθαι, καὶ μετὰ τοῦτο τούς τε ὑπάτους ἢ καὶ στρα-
" τηγοὺς προστάττεσθαι σφίσι, καὶ τὰς δυνάμεις ἐκ-
" πέμπεσθαι· ὅσα δ' ἂν ἐξελήλυθότων ἤδη καὶ ἐξστρα- D
" τευμένων τινῶν ἐκφανῇ, ταῦτ' οὐκέτ' ἐς διαγνώμην
" ἄγεσθαι χρὴ, ἀλλ' ὡς καὶ δεδογμένα καὶ κεκυρωμένα
" ὑπ' αὐτῆς τῆς χρείας, προκαταλαμβάνεσθαι, πρὶν
" αὐξηθῆναι. ἢ τίνος μὲν ἕνεκα ὑμᾶς ἐνταῦθ' ὁ δῆμος
" ἐξέπεμψε; τίνος δ' ἕνεκα ἐμὲ μετὰ τὴν ὑπατείαν εὐ-
" θὺς ἔστειλε, τοῦτο μὲν, [184] ἐπὶ πέντε ἔτη καθάπαξ
" (ὃ μήπω πρότερον ἐγεγόνει) ἄρχειν ἑλόμενος· τοῦτο
" δὲ, τέσσαρσι στρατοπέδοις ὁπλίσας· εἰ μὴ καὶ πολε-
" μῆσαι πάντως ἡμᾶς δεήσειν ἐνόμιζεν; οὐ γάρ που,
" ἵνα μάτην τρεφώμεθα, οὐδ' ἵνα τάς τε πόλεις τὰς
" συμμαχίδας καὶ τὴν χώραν τὴν ὑπήκοον περιϊόντες,
" χαλεπώτεροι καὶ τῶν πολεμίων αὐτοῖς γιγνώμεθα. E
" οὐδ' ἂν εἰς ταῦτα φήσειεν· ἀλλ' ἵνα· τὴν οἰκείαν φυ-
" λάξωμεν, τὴν τῶν πολεμίων πορθήσωμεν· ἵν' ἄξιόν τι
" καὶ τοῦ πλήθους καὶ τῶν ἀναλωμάτων ἐργασώμεθα.
" οὐκοῦν ἐν τούτῳ καὶ ὅλος ὁ πόλεμος, καὶ πᾶς ὁσισ-
" οῦν ἄλλος καὶ ἐπιτέτραπταί ἡμῖν, καὶ ἐγκεχείρισαι.
" καὶ πάνυ γε Φρονίμως ἐποίησαν, ἐφ' ἡμῖν τὸ τίσι
" τ πολεμητέον εἶναι διαγνῶναι καταλιπόντες, καὶ μὴ 87
" αὐτοὶ τὸν πόλεμον ψηφισάμενοι. οἱ μὲν γὰρ ὅυτ' ἀ-
" κριβῶσαι τὰ τῶν συμμάχων, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν ἀ-
" φεστηκότες, ἠδυνήθησαν ἄν, καὶ πρὸς εἰδότας καὶ
πρὸς

b ἔμενον. omnino ſcribendum in prima perſona ἐμείναμεν, ut ſtatim ἐτολμήσαμεν. ſic fere & Oddey, niſi quod ἐμένομεν ponit, additque, *nihil autem temere muto.* i πολεμητέον εἶναι. ſcribe, πολεμητέον ἦν. L.

§ 179. (l. 39.) πολλάκις αὐτὰς ὑπερέβησαν] vide Florum lib. I. c. 13. & lib. II. c. 4. ubi ſæpe infeſtas Romanis Gallorum incurſiones fuiſſe teſtatur. vide etiam lib. III. c. 2.

§ 180. (l. 42.) καί τινα καὶ τῆς χώρας αὐτῶν ἀπετεμόμεθα] Hæc eſt Gallia Narbonenſis in Provinciam redacta, cum Q. Fabius Maximus Gallos viciſſet. vide Pighium A. U. C. 633. & Onufrii Imperium Romanum c. 13. T. I. theſ. Græv. p. 402.

§ 182. (l. 44.) πλὴν ἅπαξ] Reſpicit bellum Allobrogicum,

" πρὸς παρεσκευασμένους τοὺς πολεμίους οὐκ ἂν ὁμοί-
" ως ἐπιῆδείως προσηνέχθησαν. ἡμεῖς δὲ δὴ κριταὶ
" ἅμα καὶ λειτουργοὶ τοῦ πολέμου γιγνόμενοι, καὶ
" προσέτι καὶ ἐπαυτοφώρους ἐχθροὺς τὰ ὅπλα εὐθὺς
" ἐπιφέροντες, οὔτ' ἀνεξετάστως, οὔτ' ἀδίκως, οὔτ'
" ἀπροφυλάκτως αὐτὸν ποιησόμεθα.

B " Καί μοι εἴ τις ὑμῶν ἐκεῖνο ὑπολαμβάνει, τί
" δὴ τηλικοῦτον ὁ Ἀριοούϊστος πεπλημμέληκεν, ὥστ'
" 185 ἀντὶ φίλου καὶ συμμάχου πολέμιος ἡμῖν γε-
" νέσθαι· σκοπείτω τοῦθ', ὅτι τοὺς ἀδικεῖν τι
" ἐπιχειροῦντας, οὐκ ἐφ' οἷς ποιοῦσι μόνον, ἀλλὰ
" καὶ ἐφ' οἷς φρονοῦσιν, ἀμύνασθαι δεῖ· καὶ τὴν
" τε αὔξησιν αὐτῶν, πρὶν καὶ βλαβῆναί τι, προ-
" καταλαμβάνειν, καὶ μὴ περιμείναντας κακῶς
" ἔργῳ παθεῖν, τότε τιμωρεῖσθαι. ὅτι τοίνυν
" καὶ ἐχθρὸς καὶ ἔχθιστός ἐστιν ἡμῖν, πῶς ἂν
C " ἄλλως μᾶλλον ἐλεγχθείη, ἢ ἐξ ὧν ἐποίη-
" σε; πέμψαντος γάρ μου πρὸς αὐτὸν φιλι-
" κῶς, ὅπως ἔλθῃ τε πρὸς ἡμᾶς καὶ κοινῇ
" μεθ' ἡμῶν βουλεύσηται περὶ τῶν παρόντων,
" οὔτ' ἦλθεν, οὔτ' ἦξειν ὑπέσχετο. καίτοι τί
" μὲν ἐγὼ ἄδικον, ἢ ἀνεπιεικὲς, ἢ φορτικὸν
" ἐποίησα, μεταπεμψάμενος αὐτὸν ὡς φίλον καὶ
" σύμμαχον; τί δὲ ἐκεῖνος ὕβρεως καὶ ἀσελ-
" γείας, οὐκ ἐθελήσας ἐλθεῖν, ἐκλέλοιπεν;
" ἆρ' οὐ δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἤτοι ὑπωπτευ-
" κότα αὐτόν τι κακὸν πείσεσθαι, ἢ ὑπερ-
" φρονηκότα ἡμᾶς, τοῦτο πεποιηκέναι; οὐκοῦν
D " εἴτε τι ὑποτόπησε, σαφέστατα αὐτὸς ἑαυτὸν
" ἐξελέγχει ἐπιβουλεύοντα ἡμῖν. (186 οὐδεὶς γὰρ
" ἡμῖν, μηδὲν δεινὸν παθὼν, ὕποπτός ἐστιν· οὐδ'
" ἀπ' ὀρθῆς καὶ ἀδόλου τῆς γνώμης γίγνεται, ἀλλ'
" οἱ προπαρεσκευασμένοι τινὰς ἀδικῆσαι, ἑτοίμην
" τὴν ὑποψίαν κατ' αὐτῶν ἐκ τοῦ συνειδότος σφῶν
" ἔχουσι.) εἶτ' οὖν μηδενὸς τοιούτου ὑπόντος, ὑπερε-
" ώρακέ τε ἡμᾶς, καὶ λόγοις ὑπερηφάνοις ὕβρικε,
" τίνα χρὴ τοῦτον, ἐπειδὰν ἔργου τινὸς ἐπιλάβη-
" ται, προσδοκῆσαι πράξειν; ὁ γὰρ ἐν οἷς μη-
" δὲν κερδανεῖν ἔμελλε, τοσαύτῃ ὑπεροψίᾳ κεχρη-
E " μένος, πῶς οὐ πόρρωθεν ἐξελήλεγκται μηδὲν δί-
" καιον μήτε φρονῶν μήτε πράσσων; οὐ τοίνυν ἀ-
" πέχρησεν αὐτῷ [k] τοῦτο, ἀλλὰ καὶ [187] ἐμὲ ἐλθεῖν
" πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν, εἴπερ τι αὐτοῦ δεοίμην.

" Καὶ μή μοι μικρὰν τὴν προσθήκην ταύτην εἶ-
" ναι νομίσητε. μεγάλη γάρ ἐστιν ἐπίδειξις τῆς
88 " διανοίας αὐτοῦ. τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν μὴ ἐθελῆ-
" σαι πρὸς ἡμᾶς ἀφικέσθαι, τάχ' ἄν τις καὶ ὄκ-
" νῳ, καὶ ἀῤῥωστίᾳ, καὶ φόβῳ, ἀπολογούμενος
" ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀνέθηκε· τὸ δὲ δὴ καὶ ἐμὲ μετα-
" πέμψασθαι, ὥστε σκῆψιν οὐδεμίαν ἐνδέχεται,
" καὶ προσεξελέγχει, καὶ ἐκεῖνο αὐτὸν οὐ κατ'
" ἄλλο τι πεποιηκότα, ἢ ὅτι οὐθ' ὑπακούειν ἐς
" οὐδὲν ἡμῖν, καὶ προσέτι καὶ προσανατρίβειν
" πάντα παρεσκεύασται. καίτοι καὶ αὐτὸ τοῦτο
" πόσης ὕβρεως, καὶ πόσου προπηλακισμοῦ μεστόν
" ἐστι; μεταπέμπεταί τινα ὁ ἀνθύπατος ὁ Ῥωμαί-
" ων, καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἔρχεται· μεταπέμπεταί τις
τὸν

A.U.C.696 L. Piſone & A. Gabinio COSS.

autem, qui & judices & miniſtri hujus belli facti ſumus, cum præſertim hoſtibus manifeſto in re ipſa deprehenſis protinus arma inferamus, bellum hoc neque ſine deliberatione, neque injuſte, neque incaute ſuſceptum adminiſtrabimus. „

42. " Ac ſi quis veſtrum eſt, qui ſecum quærat, quodnam tantum Arioviſti delictum potuerit intercedere, ut ex ſocio & amico hoſtis nobis factus ſit: is cogitet, non facta modo eorum, qui injuriam nobis inferre conantur, ſed conſilia quoque nobis repellenda eſſe, & præveniendum antequam cum noſtro damno creſcant: neque acceptum demum maleficium ulciſcendum eſſe. Atqui Arioviſtum quam maxime hoſtiliter in nos eſſe affectum, non aliunde rectius, quam ex factis ejus demonſtrari poteſt. Quum enim amice ad eum miſiſſem, petens, ut ad nos veniret, deque rebus præſentibus communi conſilio deliberaret: neque venit, neque venturum ſe promiſit. Ecquid vero inique, injuſte, aut arroganter a me factum eſt, quod eum tanquam amicum ſociumque ad me vocavi? Aut quid ille, quum venire recuſavit, contumeliæ petulantiæque ſibi reliquum fecit? An dubium eſt, ipſum, vel quod ſuſpicaretur ſe aliquid a nobis mali acceſſurum, vel quod nos contemtui haberet, id feciſſe? Proinde ſi quam ſiniſtram de nobis opinionem habuit, evidentiſſime indicat, ſe nobis inſidiari: (nemo enim nobis ſuſpectus eſt, quem non læſerimus: neque ſuſpicari eſt animi recti ſincerique: ſed qui ſe ad inferendum alicui injuriam præparaverunt, eorum conſcientia facit, ut ad ſuſpicionem contra eundem ſint proclives.) Sin cauſæ ejusmodi nihil ſubeſt, atque ille nos potius contempſit, ſuperbisque dictis contumelioſe inceſſit: qualia ab eo expectanda ſunt, ubi facinus aliquod aggreſſus fuerit? Qui enim in ea re, unde nihil lucri erat ſperandum, tanto faſtu uſus eſt: næ is liquido demonſtrat, jam dudum ſe nihil juſti neque animo agitare, neque re præſtare. Atqui non contentus eo fuit: ſed me, ſi quid ipſum vellem, ad ſe venire juſſit. „

43. " Nolite putare, exigui hoc eſſe momenti, quod addidit. Magnam enim vim habet ad animum ejus declarandum. Quod enim ipſe ad nos venire noluit, id, ſi quis pro eo dicere vellet, ignaviæ, invaletudini, timorive tribuere poſſet: at quod me arceſſit, id nullam excuſationem admittit, ſed arguit, illud quoque non alia eum ratione feciſſe, quam quod ita ſeſe comparaverit, ut neque nobis unquam dicto audiens eſſe, & ipſe contra nobis imperare velit. Hoc vero ipſum quantæ contumeliæ, quantæ ignominiæ plenum eſt? Proconſul Romanus aliquem ad ſe vocat, & is non venit! barbarus autem Romanum proconſulem ad ſe venire jubet! Neque vero parvum id,

k αὐτῷ τοῦτο. αὐτῷ μόνον τοῦτο, V. b.

cum, quod confecit C. Pontinus, de quo ſupra XXXVII. p. 50. E.

§ 183. (l. 58.) μὴ ἐψηφισαι] Hoc enim criminati milites fuerant, ſupra p. 82. A.

§ 184. (l. 75.) ἐπὶ πόλε ἔτη καθάπαξ] Supra p. 63. D.

§ 185. (l. 100.) ἀντὶ φίλου καὶ συμμάχου] Arioviſtus amicus a Senatu appellatus, regnumque ei confirmatum erat, ut dictum p. 81. B.

§ 186. (l. 21.) οὐδεὶς ὕποπτός ἐστιν] Vetus dictum: *qui malus haud eſt, ſuſpicari non ſolet de alio malum.*

§ 187. (l. 33.) ἐμὲ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν] Supra p. 81. C.

A.U.C.696 L. Piſone & A. Gabinio COSS.

id, aut nullius momenti ducere debetis, quod mihi Cæſari non obtemperavit, quodque me Cæſarem ad ſe vocavit. Neque enim ego ipſum ad me venire juſſi, ſed Romanus, ſed proconſul, ſed faſces, ſed autoritas, ſed exercitus: viciſſim non ego ab illo evocatus ſum, ſed iſthæc omnia. Mihi enim privatim cum iſto nihil intercedit delibrationis: in commune omnes & locuti ſumus, & egimus, & reſponſum tulimus, & injuriam. „

44. " Quare, quo magis eum aliquis inter amicos ſociosque noſtros adſcriptum dicet, tanto magis odio dignum demonſtrabit. Quid ita? quia quod nemo unquam eorum fecit, qui ſe ſummos noſtros eſſe hoſtes profeſſi ſunt, id ille ſub nominibus amicitiæ ſocietatisque perpetravit: quaſi vero ſibi hæc eo paraverit, ut impune nos lædere poſſit. Verum neque eo tempore nos cum eo fœdus icimus in hunc finem, ut ab eo contumeliis inſidiisque peteremur: neque nunc fœdus nos ſoluemus. Nam nos quidem ad eum, tanquam amicum adhuc, ſociumque noſtrum, legatos miſimus: ipſe autem qualem ſeſe nobis exhibuerit, videtis. Quamobrem ſicut, quum de nobis bene mereri vellet, ac viciſſim adfici a nobis beneficio cuperet, jure ea nomina obtinuit: ita nunc, quum omnia his contraria agit, juſtiſſimum eſt, hoſtis loco ut habeatur. Neque mirum vobis videri debet, me, qui aliquando in ſenatu, & apud populum, pro eo locutus ſum, hæc nunc dicere. Eandem enim tunc ſententiam ſecutus ſum, in qua nunc ſum, neque quicquam muto. Ea vero quænam eſt? Ut bonos ac fidos honore afficerem, gratiamque eis referrem: malos autem, perfidosque, ut ignominia vindictaque proſequerer. Iſte autem mutatus eſt, qui neque bene, neque convenienter noſtris donis utitur. Optimo igitur jure bellum a nobis adverſus eum ſuſcipi, dubium nemini veſtrum eſſe judico. „

45. " Quod autem neque inexpugnabilis ſit, neque bello inſuperabilis, id partim exemplo aliorum ejusdem nationis hominum intelligere poteſtis, quos cum antehac ſæpius, tum nuper admodum facillime devicimus; partim ex iis, quæ de eo afferuntur, colligere licet. Quum enim alioquin copias domeſticas perpetuas & jam coactas nullas habeat, nunc id quoque accedit, quod nihil hoſtile expectans, omnino imparatus eſt. Quare neque vicini eum ulli, quantumvis polliceantur, libenter adjuvare volent. Quis enim propter

" τὸν ἀνθύπαϱον τῶν Ῥωμαίων l Ἀλλόβριξ ὢν. μὴ γὰϱ ὅτι ἐμοῦ τοῦ Καίσαϱος οὐκ ἐπείθη, μηδ' ὅτι ἐμὲ τὸν Καίσαϱα ἐκάλεσε, σμικϱόν τι τοῦτο καὶ φαῦλον εἶναι νομίσητε. οὔτε γὰϱ ἐγὼ αὐτὸν μετεπεμψάμην, ἀλλ' ὁ Ῥωμαῖος, ὁ ἀνθύπαϱος, αἱ ῥάβδοι, τὸ ἀξίωμα, τὰ στϱατόπεδα· οὔτε ἐγὼ μετεπέμφθην ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ταῦτα πάντα. ἰδίᾳ μὲν γὰϱ ἐμοὶ πϱὸς αὐτὸν οὐδέν ἐστι ll συμβούλιον· κοινῇ δὲ δὴ πάντες καὶ εἴπομέν τι, καὶ ἐποιήσαμεν, καὶ ἀντηκούσαμεν, καὶ ἐπάθομεν.

" Ὥσθ' ὅσῳ τις ἂν αὐτὸν ἔν τε τοῖς φίλοις καὶ ἐν τοῖς συμμάχοις ἡμῶν ἀναγεγϱάφθαι φήσῃ, τοσούτῳ μᾶλλον ἀξιομίσητον ὄντα ἀποδείξει. διὰ τί; ὅτι ὅια μηδὲ τῶν ἐχθίστων τις ὁμολογούντων ἡμῖν εἶναι ἐτόλμησέ ποτε ποιῆσαι, ταῦτ' ἐκεῖνος ἔν τε τοῖς τῆς φιλίας καὶ ἐν τοῖς τῆς συμμαχίας ὀνόμασιν ἐξείϱγασαι· καθάπεϱ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεποιημένος αὐτάς, ἵν' ἡμᾶς ἀδικεῖν ἀδεῶς ἔχῃ· ἀλλ' οὔτε τότε ἐπὶ τῷ ϱοπηλακίζεσθαι καὶ ἐπιβουλεύεσθαι ἐσπεισάμεθα αὐτῷ, οὔτε νῦν αὐτοὶ τὰς σπονδὰς ll λύσομεν. ἡμεῖς μὲν γὰϱ ὡς πϱὸς φίλον καὶ σύμμαχον ἔτ' αὐτὸν ὄντα ἐπϱεσβευσάμεθα· ὁ δ' ὁϱᾶτε ὅπως ἡμῖν κέχϱηται. ὥσπεϱ οὖν ἡνίκα εὐεϱγετεῖν τε ἡμᾶς ἐβούλετο, κἄν τι ἓν πάσχειν ἠξίου, δικαίως ἐκείνων ἐτύγχανεν· οὕτω καὶ νῦν, ἐπειδὴ τἀναντία αὐτῶν πάντα ποιεῖ, δικαιότατα ἂν ἐν ἐχθϱοῦ μέϱει νομισθείη. καὶ μὴ θαυμάσητε, εἰ αὐτὸς ἐγὼ, πϱότεϱόν ποτε καὶ [188] ἐν τῇ βουλῇ καὶ ἐν τῷ δήμῳ χϱηματίσας τινὰ ὑπὲϱ αὐτοῦ, εἶτα ταυτὶ νυνὶ λέγω. ἐγὼ μὲν γὰϱ καὶ τότε καὶ νῦν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω, καὶ οὐ μεταβάλλομαι. τίς δέ ἐστιν αὕτη; τοὺς μὲν ἀγαθοὺς καὶ πιστοὺς καὶ τιμᾶν καὶ ἀμείβεσθαι, τοὺς δὲ κακοὺς καὶ ἀπίστους καὶ ἀτιμάζειν καὶ ἀμύνεσθαι. ἐκεῖνος δέ ἐστιν ὁ μεταβαλλόμενος, ὁ μήτε καλῶς μήτε δεόντως τοῖς δοθεῖσιν αὐτῷ παϱ' ἡμῶν χϱώμενος. ὥσθ' ὅτι μὲν δικαιότατα ἂν αὐτῷ πολεμήσαιμεν, οὐδένα ἀμφισβητήσειν οἶομαι.

" Ὅτι δὲ οὔτε ἄμαχος οὔτε δυσπολέμητός ἐστιν, ὁϱᾶτε μὲν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοφύλων αὐτῷ, [189] οὓς πολλάκις μὲν καὶ πϱότεϱον, ϱᾳστα δὲ καὶ νῦν ἐνικήσαμεν· λογίζεσθε δὲ καὶ ἐξ ὧν πεϱὶ αὐτοῦ ἐκείνου πυνθανόμεθα. οὔτε γὰϱ ἄλλως δύναμίν τινα οἰκείαν συνεσκευῆσθαι καὶ συγκεκϱοτημένην ἔχει· νῦν δὲ, ἅτε μηδὲν δεινὸν πϱοσδοκῶν, καὶ παντελῶς ἀπαϱάσκευός ἐστιν. οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκ τῶν ὁμοχώϱων ἄν τις αὐτῷ πϱοθύμως, οὐδ' εἰ πάνυ ἐπαγγείλαιτο, βοηθήσειε. τίς μὲν γὰϱ ἂν ἕλοιτο, ἐκείνῳ συμμαχήσας,

l Ἀλλόβριξ. haud dubie falſo. neque enim Allobrox fuit Arioviſtus, (& jam ſub Romanis erant Allobroges) ſed Germanus. ἀλλότριος aut aliquid aliud ſcripſiſſe Dionem cenſeo. X. probat T. vide ſupra p. 85. (f) ll συμβούλιον. forte συμβόλαιον, Od. ſed vulgata præferenda. neque probo, quod idem vir doctus verſibus aliquot interjectis, pro λύσομεν, forte ἐλύσαμεν ſcribendum ſuſpicatur.

§ 188. (l. 78.) ἐν τῇ βουλῇ καὶ ἐν τῷ δήμῳ] Cum Cæſar Conſul anno ſuperiore hoc Arioviſto impetraret, ut amicus & Rex a Senatu Romano appellaretur. vide ſupra ad p. 81. B. dicta.

§ 189. (l. 91.) οὓς πολλάκις μὲν καὶ πϱότεϱον] Cæſar lib. I. de bello Gallico c. 40. *Cur de ſua virtute, aut de ipſius* (Cæſaris) *diligentia deſperarent? factum ejus hoſtis periculum patrum noſtrorum memoria, quum Cimbris & Teutonis a C. Mario pulſis, non minorem laudem exercitus, quam ipſe imperator meritus videbatur.* vide quæ viri docti ad Florum III. 3. & Pighii annales ad A. U. C. 652. Speciatim huc ſpectat, quod Plutarchus in Cæſare p. 717. ait, eum milites ſuos monuiſſe, neque cum fortioribus quam Cimbri fuiſſent dimicaturos hoſtibus, neque Mario Imperatorem ſe eſſe deteriorem.

§ 190. (l. 8.) ὡπλίσμεθα] Romanorum militum arma, galeas, loricas, caligas, & ſcuta quibus totum corpus contegebant, pulchre cernere licet in Columna Trajana, & aliis expreſſa veteribus monumentis, & apud Celeberr. Montfauconum ære nitide deſcripta T. IV. antiquitatis explicatæ, libro 2. De Germanorum

" σας, ϖολεμῆσαι ἡμῖν, μηδὲν ὑφ' ἡμῶν λελυπη-
" μένος; ϖῶς δ' οὐκ ἂν μᾶλλον ἡμῖν ϖάντες ἢ
" ἐκείνῳ συναραίμενοι, τήν τε τυραννίδα αὐτοῦ ὁμο-
" ρον σφίσιν οὖσαν καταλῦσαι, καὶ τῆς χώρας
" μέρος τι ϖαρ' ἡμῶν ϖροσλαβεῖν ἐθελήσαιεν; εἰ
" δὲ δὴ καὶ συσσαίεν τινὲς, ὅτι γε καὶ κρείττους
" ἂν ἡμῶν γένοιντο. ἵνα γὰρ τἆλλα ἐάσω, τὸ
" ϖλῆθος ἡμῶν, τὴν ἡλικίαν, τὴν ἐμπειρίαν, τὰ
C " ἔργα· ἐκεῖνό γε τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι ἡμεῖς μὲν καθ'
" ϖάνθ' ὁμοίως τὸ σῶμα [190] ὡπλίσμεθα, ἐκεῖνοι
" δὲ δὴ γυμνοὶ τὸ ϖλεῖσον εἰσί; καὶ ἡμεῖς μὲν καὶ
" λογισμῷ καὶ τάξει χρώμεθα, ἐκεῖνοι δὲ δὴ θυμῷ
" ϖρὸς ϖάντα ἀσύντακτοι φέρονται; μὴ γάρ τοι
" μήτε τὴν ὁρμὴν αὐτῶν, μήτε τὸ [191] μέγεθος ἢ
" τῶν σωμάτων [192] ἢ τῆς βοῆς φοβηθῆτε. φω-
" νή τε γὰρ οὐδένα ϖώϖοτε ἀνθρώϖων ἀϖέκτεινε·
" καὶ τὰ σώματα αὐτῶν δρᾷν μὲν οὐδὲν ϖλέον,
" ἅτε τὰς αὐτὰς ἡμῖν χεῖρας ἔχοντα, ϖάσχειν δὲ
D " ϖολὺ ϖλείω, ἅτε καὶ μεγάλα καὶ γυμνὰ ὄντα,
" δυνήσεται. ἥ τε ὁρμὴ, ἄμετρος καὶ ϖροπετὴς τὸ
" κατ' ἀρχὰς οὖσα, καὶ ἐκκενοῦται ῥᾳδίως, καὶ
" ἐϖ' ὀλίγον ἀνθεῖ.

propter ejus ſocietatem contra nos bellum ſuſcipere cupiat, nullo a nobis accepto maleficio? aut qui non omnes potius nobis, quam illi ſeſe adjungentes, tyrannidem iſtius finitimam deſtruere, partemque a nobis aliquam ejus regionis accipere velint? Atque ut reperiantur aliqui, qui ſe ei adjungant, haud tamen nobis ſuperiores erunt. Ut enim cætera omittam, multitudinem noſtri exercitus, ætatem, experientiam, res geſtas: quis neſcit, nos totum corpus armis tegere, illos majore ſui parte nudos eſſe? nos ratione & ordine uti, illos incompoſitos ira ad omnia ferri? Neque enim vel impetum eorum, vel magnitudinem corporum clamorisque, reformidare debetis. Nunquam enim vox hominem interfecit: corpora autem illorum ad agendum minime noſtris ſunt habiliora, quippe quæ easdem, quas noſtra, manus habent; imo ad patiendum longe opportuniora, ob molem & nuditatem, erunt. Cæterum impetus immodicus ac præceps initio, facile evaneſcit, parumque temporis viget. „

A.U.C.696 L. Piſone & A. Gabinio COSS.

" Πεπειραμένοις δέ ϖου ὧν λέγω, καὶ νενικηκόσιν ὑμῖν [193] τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς, ταῦτ' ϖαραινῶ· ὥσθ' ὑμᾶς μήτε τῷ λόγῳ δοκεῖν ὑϖ' ἐμοῦ ϖαράγεσθαι, καὶ τῷ ἔργῳ ἐχυρωτάτην τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἐκ τῶν ϖροκαταεργασμένων ϖοιεῖσθαι. καὶ μέντοι καὶ τῶν [194] Γαλατῶν αὐτῶν τῶν ὁμοίων σφίσι συχνοὶ ἡμῖν συμμαχήσουσιν· ὥστ' εἰ καί τι φοβερὸν τὰ ἔθνη ταῦτα εἶχε, τοῦτο καὶ ἡμῖν καὶ ἐκείνοις ὑπάρχει. ταῦτ' οὖν αὐτοί τε οὕτω λογίζεσθε, καὶ τοὺς ἄλλους διδάσκετε· ὡς εἴγε καὶ ὑμῶν τινες ἄλλως ϖως φρονοῦσιν, ἀλλ' ἔγωγε καὶ ὡς ϖολεμήσω, οὐδὲ ἐγκαταλείψω ϖοτὲ τὴν τάξιν ἣν ἐτάχθην ὑϖὸ τῆς ϖατρίδος. καίτοι [195] τὸ δέκατον στρατόπεδον ἀρκέσει. καὶ γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι κἂν διὰ ϖυρὸς δέῃ, καὶ γυμνοὶ χωρήσουσι ϖροθύμως. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι τὴν ταχίσην ἀϖαγάγετε· μηδέ μοι μάτην ἐνταῦθα ἐνδύχεσθε, τά τε κοινὰ εἰκῇ ἀναλίσκοντες, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ϖόνων μεταποιούμενοι, τήν τε λείαν [m] καὶ τὴν ὑφ' ἑτέρων κτωμένην σφετερίζόμενοι. „

46. " Hæc ego vobis jam expertis, & ſimilium hominum victoribus, commemoro: ne vos ſermone meo in errorem deduci putetis, utque re ipſa ſpem victoriæ firmiſſimam ex ante actis accipiatis. Sane & magna multitudo Gallorum, qui hoſtium ſimiles ſunt, nobiscum in prælio erunt: ut jam ſi quid horribile eæ gentes haberent, id nobis cum ipſis ſit futurum commune. Proinde hæc ita vobiscum reputate, aliosque ea docete: ac, ſi qui veſtrum a me vel maxime diſſentiant, ipſe tamen nihilominus pugnabo, neque deſeram eum ordinem, in quo me patria collocavit; contentus decima legione, quam ſcio per ignem etiam, ſi ita neceſſitas poſtulet, nudam promte ituram. Vos autem reliqui quam celerrime vos hinc auferte, neque mihi fruſtra hic create moleſtiam, inanes reipublicæ ſumptus facientes, aliorumque labores vobis vindicantes, prædamque ac terram ab aliis partam invadentes. „

Ταῦτα τοῦ Καίσαρος εἰϖόντος, οὐ μόνον οὐδεὶς ἀντεῖϖεν, (εἰ καὶ τὰ μάλιστά τινες ἐς τἀναντία σφίσιν ἐγίγνωσκον) ἀλλὰ καὶ συνήνεσαν ϖάντες, καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ δι' ὑϖοψίας αὐτῷ ὄντες λογοϖοιεῖν [m] ἃ ἤκουσαν· καὶ τούς τε στρατιώτας οὐ χαλεϖῶς ἔϖεισε ϖειθαρχῆσαι, τοὺς μὲν, ἐκ τοῦ ϖροκεκρίσθαι ϖροθυμουμένους, τοὺς δ' ἄλλους, δι' ἐκείνους φιλοτιμουμένους. ἐξαίρετον δὲ δὴ τὸ δέκατον στράτευμα ἐϖοιήσατο, ὅτι εὐνοιάν ϖως ἀεὶ αὐτοῦ εἶχεν.

47. Quum hæc Cæſar dixiſſet, quanquam nonnulli diverſum omnino ſentirent, tamen non modo contradixit nemo, ſed & probarunt omnes: iique in primis, qui Cæſari ſuſpecti erant, quaſi rumorum illorum, quos dixerat, autores eſſent. Milites ut dicto audientes forent, haud difficulter effecit, quod alii, reliquis prælati, alacriores facti erant; alii alacritatem eorum contentione quadam æmulabantur. Decimam autem legionem (ſic

[m] τὴν ὑφ' ἑτέρων. reſtituendum, καὶ γῆν ὑφ' ἑτέρων. L. niſi malis elliptice hæc dici, aut καὶ delere. aliquot verſibus interjectis, ἃ ἤκουσαν forte ἃ ἤκουσεν Od. ἤκουσαν intelligi poſſit, quæ jam a Cæſare audiverant militibus quibusdam exprobrari.

norum autem veterum corporibus ſeminudis, Philippum Cluverium conſulere juvabit in Germania antiqua.

§ 191. (l. 12.) μέγεθος τῶν σωμάτων] Supra p. 81. E. ejus iterum mentio p. 90. C. 91. C.

§ 192. (l. 13.) ἢ τῆς βοῆς] De hoc Germanorum veterum clamore militari ac baritu, Cluverus lib. I. Germaniæ antiquæ c. 51. & quæ viri docti ad hæc Taciti de moribus Germanorum c. 3. *terrent trepidantve prout ſonuit acies, nec tam voces illæ, quam virtutis concentus videntur.*

§ 193. (l. 22.) τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς] Helvetios. ſupra p. 80.

§ 194. (l. 26.) Γαλατῶν αὐτῶν τῶν ὁμοίων σφίσι] Etiam Gallos magnitudine corporum Germanis pares innuit Cæſar, ut lib. II. de bello Gallico c. 20. *plerisque hominibus Gallis præ magnitudine corporum ſuorum noſtra brevitas contemtui eſt.* & apud Hirtium de bello Africano c. 40. *animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque.*

§ 195. (l. 34.) τὸ δέκατον στρατόπεδον] Cæſar. lib. I. de bello Gallico c. 40. *quod ſi præterea nemo ſequatur, tamen ſe cum ſola decima legione iturum, de qua non dubitaret, ſibique eam prætoriam cohortem futuram.* Frontinus IV. 5. Strategematum. *C. Cæſar adverſus Germanos & regem Arioviſtum pugnaturus, confuſis ſuorum animis, pro concione dixit, nullius ſe eo die opera niſi decimæ legionis uſurum: quo aſſecutus eſt, ut & decimani*

A.U.C.696 L. Piſone & A. Gabinio COSS.

(ſic enim, ſecundum ordinem delectuum Romanæ legiones appellabantur, hodieque eadem ratione, quæ nunc ſunt legiones, cognomenta ſua ſortiuntur) Cæſar cohortem prætoriam ſibi delegit, quod eam ſemper ſui ſtudioſam habuiſſet. Ubi ſat alacritatis ſuis addidit, non ratus ſibi in eo loco diutius manendum, ne tempus ducendo ſuorum animi langueſcerent, continuo motis caſtris in Arioviſtum profectus eſt; eumque ita repentino adventu terruit, ut etiam in colloquium de pace ad ſe venire cogeret. Verum non convenit inter eos, quod Cæſar omnia pro imperio poſtulare, Arioviſtus nulla in re obtemperare vellet. Itaque bellum commiſſum, ſuſpenſique erant animi non ipſorum tantum, ſed ſociorum quoque, hoſtiumque utriusque partis omnium iis in locis: prælio enim eos quamprimum certaturos, eique parti, quæ ſemel viciſſet, reliquos quoque ſervituros putabant. Barbari multitudine magnitudineque corporum; Romani vero uſu militiæ armaturaque præcellebant. Germanorum quoque cum furore, & inconſiderato ac temerario impetu, æquale momentum magnitudinem animi Cæſaris habere reperiebatur. Ita utræque partes æquali pondere libratæ, ſpem alacritatemque æquatis quaſi lancibus præbebant.

48. Quum caſtra jam caſtris oppoſuiſſent, barbaris ſuæ mulieres ex divinatione vaticinantes interdixerunt, ne prælium ante novam lunam committerent. Itaque Arioviſtus, qui in hujusmodi re plurimum illis tribuebat, quanquam a Romanis ad pugnam provocatus, non tamen ſtatim totis viribus congreſſus eſt: ſed emiſſo ſolum equitatu, peditibusque, qui illis additi erant, Romanos magnopere afflixit. Hinc contemptis iisdem, locum quendam ſupra eorum vallum occupare aggreſſus, eoque potitus eſt. Quum contra Romani alium ſimilem locum occupaſſent,

οὕτω δὲ δὴ τὰ πολιτικὰ στρατόπεδα πρὸς τὴν τῶν καταλόγων τάξιν ὠνομάζετο· ὅθεν ὥσπερ καὶ νῦν ὁμοίως τὰ νῦν ὄντα τὰς ἐπικλήσεις ἔχει. ὡρμημένων οὖν αὐτῶν, ὁ Καῖσαρ οὐκέτι κατὰ χώραν ἔμεινε, μὴ καὶ χρονίσαντες ἀμβλύτεροι αὖθις γένωνται, ἀλλ' εὐθὺς ἅρας ἐπὶ τὸν Ἀριοούϊστον ἤλασε· καὶ οὕτω τε αὐτὸν τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἐφόδου καταπλῆξεν, ὥστε καὶ ἐς λόγους οἱ ὑπὲρ εἰρήνης ἐλθεῖν καταναγκάσαι. οὐ μέντοι καὶ συνέβησαν. αὐτός τε γὰρ πάντα προσαξίωσε, καὶ ἐκεῖνος οὐδὲν ὑπακοῦσαι ἠθέλησεν. ὅ, τε οὖν πόλεμος συνερρώγει, καὶ μετέωροι οὐ μόνον αὐτοὶ ἑκάτεροι, ἀλλὰ καὶ οἱ σύμμαχοι οἵ τε πολέμιοι σφῶν ἢ οἱ ἐκεῖ πάντες ἦσαν· τήν τε μάχην αὐτῶν ὅτι τάχιστα ἔσεσθαι, καὶ τοῖς ἅπαξ κρατήσασι καὶ τἆλλα δουλεύσειν νομίζοντες. προεῖχον δὲ οἱ μὲν βάρβαροι τῷ τε πλήθει καὶ τοῖς μεγέθεσιν, οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι τῇ τε ἐμπειρίᾳ καὶ ταῖς ὁπλίσεσι· καὶ ὡς καὶ πρὸς τὸν θυμὸν τῶν Κελτῶν, τήν τε ἄκριτον καὶ προπετῆ αὐτῶν ὁρμὴν, ἀντίῤῥοπον τὸ τοῦ Καίσαρος φρόνημα εὑρίσκετο· ὥστε ἰσοπαλεῖς ἐκ τούτων ὄντες, καὶ τὰς ἐλπίδας, τήν τε ἐπ' αὐταῖς προθυμίαν, ἰσοσασίας ἐποιοῦντο.

Ἀνικαθημένων δὲ αὐτῶν ἀλλήλοις, [199] αἱ γυναῖκες ὁ αὐτῶν βαρβάρων ἀπηγόρευσαν σφίσι θειάσασαι, μηδεμίαν πρὸ τῆς νέας σελήνης μάχην συνάψαι. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Ἀριοούϊστος (πάνυ γὰρ αὐταῖς προσεῖχεν, ὁπότε τοιοῦτόν τι ποιήσειαν) οὐχ ἁπάσῃ εὐθὺς τῇ δυνάμει, καίτοι τῶν Ῥωμαίων προκαλουμένων σφᾶς, συνέμιξεν, [200] ἀλλὰ τοὺς ἱππέας μετὰ τῶν συνεταγμένων σφίσι πεζῶν μόνους ἐκπέμπων, ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἐλύπει. καὶ τούτου καταφρονήσας, χωρίον τι ὑπὲρ τοῦ ταφρεύματος σφῶν καταλαβεῖν ἐπεχείρησε· καὶ κατέσχε μὲν αὐτό. ἀνταναλαβόντων δὲ καὶ ἐκείνων ἕτερον,

ἢ πολέμιοι σφῶν οἱ ἐκεῖ. ita ſcripſi, pro οἱ ἐκεῖνοι, quod nec ſatis Græcum, nec huic loco conveniens. inductus ſum auctoritate codicis V. b. ubi legitur, πολέμιοι σφῶν ἐκεῖ. mox pro δουλεύσειν, RS. habet δουλεύειν, minus bene. ὁ γυναῖκες αὐτῶν βαρβάρων. videtur diſtinguenda vox αὐτῶν· αἱ γυναῖκες ἄν τῶν βαρβάρων.

cimani tanquam præcipuæ fortitudinis teſtimonio concitarentur, & cæteri pudore, ne penes alios gloria virtutis eſſet.

§ 196. (l. 50.) *Οὕτω δὴ τὰ πολιτικὰ στρατόπεδα*] De legionum ordine & nominibus infra LV. p. 564. & copioſe Wolfgangus Lazius Commentarii Reipub. Romanæ in exteris provinciis lib. V. Speciatim de legione decima c. 17. illius libri p. 664. ſqq. ubi tamen fallitur, quum *Alaudam* illam apellatam ſcribit: hæc enim fuit quam privato ſumtu conſcriptam Cæſar addidit ex transalpinis, ut conſtat ex Suetonii Cæſare c. 24. Legionum numeros in numis veteribus conſignatos & in his decimam exhibet Fulvius Urſinus p. 24 — 27. de familiis Rom. πολιτικὰ στρατόπεδα ſunt legiones imperii Romani, quibus τὰ ἐν ἄστει δορυφορικὰ prætorias cohortes opponit Dio. p. 565. A.

§ 197. (l. 57.) *τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἐφόδου*] Intra diem ſeptimum. Cæſar lib. I. de bello Gallico c. 41.

§ 198. (l. 58.) *ἐς λόγους οἱ ὑπὲρ εἰρήνης*] Colloquii cum Arioviſto in denorum comitatu ex equis habiti argumentum & capita cum retuliſſet Cæſar c. 43. ſq. narrat c. 46. abruptum illud eſſe, Arioviſti equitibus lapides & tela in Romanos jacientibus: deinde biduo poſt Arioviſtum iterum colloquium petiiſſe, Cæſarem recuſaſſe c. 47.

§ 199. (l. 77.) *αἱ γυναῖκες βαρβάρων*] Cæſar c. 50. *Quum ex captivis quæreret, quam ob rem Arioviſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſſam, quod apud Germanos ea conſuetudo eſſet, ut matres familias ſortibus & vaticinationibus declararent, utrum prælium ex uſu eſſet, nec ne: eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam lunam prælio contendiſſent.* Sortium iterum meminit c. 53. Quales illæ fuerint, docet Plutarchus, Cæſare p. 717. ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς (τοὺς Γερμανοὺς) ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἳ ποταμῶν δίνας προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἕλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι, προεθέσπιζον, ὡς ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. *magis adhuc Germanorum animos fregerunt vaticinationes ſacrarum mulierum, quæ fluviorum vorticibus inſpectis, & ex fluentorum gyris & ſtrepitibus conjicientes, futura prædicebant, prohibentes pugnam inire antequam nova luna exorta eſſet.* Eadem iisdem fere verbis (ut ſæpius eum facere illuſtri Pottero annotatum) Clemens Alexandrinus I. Stromatum p. 305. Meminit & Frontinus lib. II. Strateg. c. 1. n. 16. Polyænus VIII. 23. 4. & Julius Celſus p. 27. De divinationibus per aquas mentio etiam apud Porphyrium epiſtola ad Anebonem Ægyptium, & Joſephum Chriſtianum in hypomneſtico c. 144. De more autem Celtarum ac Germanorum veterum, conſultationibus omnibus (ut p. 246. de virtutibus mulierum notat Plutarchus) pace & bello fœminas adhibentium, & fatidicis mulieribus plurimum tribuentium, viri docti ad Tacitum IV. 61. Hiſt. & c. 8 de moribus Germanorum, & noviſſime vir eruditiſſimus Joh. Georg. Keysler ſingulari Diſſ. de mulieribus fatidicis veterum Celtarum gentiumque ſeptentrionalium, in ejus antiquitatibus ſelectis Septentrional. & Celticis p. 369. ſqq.

§ 200. (l. 83.) *ἀλλὰ τοὺς ἱππέας*] Cæſar c. 48. *Arioviſtus his omnibus diebus exercitum caſtris continuit: equeſtri prælio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo ſe Germani exercuerant: equitum millia erant ſex, totidem numero pedites velociſſimi*

91 ρον, ἐς μὲν μάχην, καίπερ καὶ μέχρι τῆς μεσημ-
βρίας τὸν στρατὸν ἔξω τοῦ Καίσαρος παρατάξαντος,
οὐχ ὥρμησεν· ἐπαναχωρήσαντος δὲ αὐτοῦ πρὸς ἑ-
σπέραν, ἐπῆλθέ τε ἐξαπιναίως σφίσι, καὶ [201] ὀλί-
γου καὶ τὸ χαράκωμα αὐτῶν εἶλε. προχωρούντων
οὖν οὕτως οἱ τῶν πραγμάτων, [202] σμικρόν τε ἔτι
τῶν γυναικῶν ἐφρόντισε· καὶ τῇ ὑστεραίᾳ παρα-
ταξαμένων τῶν Ῥωμαίων (ὅπερ που καθ' ἡμέραν
ἐποιοῦντο) ἀνεπεξήγαγε.

Καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνοι [p] προϊόντας ἐκ τῶν σκηνω-
B μάτων ἰδόντες, οὐχ ἡσύχασαν, ἀλλ' ἐξάξαντες, οὔ-
τε συνάξασθαι σφίσιν ἀκριβῶς ἐπέτρεψαν, καὶ
[203] τὴν ἀκόντισιν αὐτῶν, ἐφ' ἧς ἐς τὰ μάλιστα
ἐθάρσουν, δρόμῳ μετὰ βοῆς προσπεσόντες, ὑπεξέ-
μοντο. καὶ ὅπως γε ὁμόσε αὐτοῖς ἐχώρησαν, ὥστε
σφᾶς μήτε τοῖς κοντοῖς, μήτε τοῖς ξίφεσι τοῖς μα-
κροτέροις χρήσασθαι. ὠθιζόντό τε οὖν, [204] καὶ
τοῖς σώμασι τὸ πλεῖον ἢ τοῖς ὅπλοις ἐμάχοντο,
ἀναιρέψαι τε τὸν προσκείμενον, καὶ καταβαλεῖν
τὸν ἀνθεστηκότα, ἀγῶνα ποιούμενοι. καὶ πολλοὶ
καὶ τῆς τῶν βραχυτέρων ξιφῶν χρήσεως στερηθέν-
C τες, τοῖς τε χερσὶ καὶ τοῖς στόμασιν ἀντ' ἐκείνων
ἠγωνίζοντο, καταστῶντες [q] τοὺς ἀνθιπάλους, δάκνον-
τες, σπαράττοντες, ἅτε καὶ τῷ μεγέθει τῶν σωμά-
των πολὺ αὐτῶν ὑπερέχοντες. οὐ μέντοι καὶ μεγά-
λα τινὰ [r] ἐκ τούτου σφᾶς ἔβλαψαν. [205] συμ-
πλεκόμενοι γὰρ αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι, ἰσόρροποί πως
τῇ τε ὁπλίσει καὶ τῇ τέχνῃ ἐγίγνοντο· καὶ τέ-
λος ἐπὶ μακρότατον τοιουτοτρόπῳ μάχῃ χρησάμε-
νοι, ὀψέ ποτε ἐπεκράτησαν. τά τε γὰρ ξιφίδια
καὶ [206] σμικρότερα τῶν Γαλατικῶν ὄντα, καὶ τὰς
προσβολὰς [s] χαλυβδικὰς ἔχοντα, χρησιμώτατα σφί-
σιν ἐγένετο. καὶ αὐτοὶ τῷ αὐτῷ πόνῳ ἐπὶ πλεῖον
D συνεχεθέντες, μᾶλλον τῶν βαρβάρων ἀνήρκεσαν, ἅτε
οὐχ ὅμοιον ταῖς ὀξύτησι τῶν ἐφόδων τὸ διαρκὲς σφῶν
ἐχόντων. διὰ μὲν οὖν ταῦτα ἡττήθησαν ἐκεῖνοι· οὐ
μέντοι καὶ ἐτράποντο· οὐχ ὅτι οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ'
ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν φυγεῖν, ὑπ' ἀπορίας τε ἅμα καὶ
11. Cicero igitur denuo reviguit, ac non modo cæteras ſuas facultates, ſed aream quoque ædium ſuarum recuperavit: quanquam ea Libertati dedicata eſſet, eamque Clodius non tantum conſecraſſet, ſed & religionis cauſa rogationem ea de re tuliſſet. Cicero enim lationem legis Curiatæ, per quam Clodius ex patriciis ad plebem adoptione traductus erat, reprehendens, eamque tempore præſcripto legibus majorum negans propoſitam eſſe, totum ejus tribunatum, in quo etiam de domo ſua decretum fuerat, everſotit: indicavitque, quia contra, quam leges ferrent, is ad plebem tranſiiſſet, nihil quoque eorum, quæ egiſſet, rite factum eſſe habendum: eoque pontificibus perſuaſit, ut aream ſibi, quæ nec publica nec ſacra facta eſſet, reſtituerent. Hac ratione Cicero & aream ædium ſuarum, & pecunias inſtaurandis ædibus, cæterisque ſuis facultatibus, quibus forte damnum illatum eſſet, reparandis, adeptus eſt.

Μετὰ [ee] δὲ δὴ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἕνεκα ἄνθις ἐκινήθησαν. ἐπειδὴ γὰρ πολλά τισι τῶν Ῥωμαίων χρήματα, τὰ μὲν οἴκοθεν, [53] τὰ δὲ καὶ δανεισάμενος, ὅπως τήν τε ἀρχὴν βεβαιώσηται, καὶ φίλος

12. Alii poſtea motus propter regem Ptolemæum exorti ſunt. Is enim, cum magnam pecuniæ ſummam, partim de ſuis facultatibus, partim mutuo acceptam, largitus eſſet nonnullis Romanorum,

A.U.C.697 Spinthere & Metello COSS.

A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

a καὶ ἐπὶ ἐπέγραψεν. delendum illud ἐπὶ, quod ex initio ſequentis verbi per incuriam librarii irrepſit. L. *b* συνήνεσε. repone, συνένησε, quod congerendi ſignificationem habet. L. vel συνήνεσε. *c* καὶ ἐς ἐνθύμιον αὐτοῦ προβάλλοντος. locus valde corruptus ſic reſtituetur e meo quidem ingenio: καὶ θυμίασιν ἐς αὐτὸ προβάλλοντος. L. vellem hæc non excidiſſent Leunclavio. ἐνθύμιον, ut Heſychius & Suidas exponunt, eſt σεμνὸν, *religioſum*, & προβάλλειν, *proponere*. ſpectant huc verba Ciceronis pro domo ſua ad Pontif. cap. 20. *in meis ædibus te ſignum* (Libertatis) *dedicaſſe, eaque te ex una rogatiuncula feciſſe.* *d* ὡς καὶ ὅσιον. ὡς καὶ ἀνόσιον. L. Od. ſane alias ὅσιον & ἱερὸν conjungitur. p. 346. E. 446. B. 748. E. ex Exc. Peir. ubi vide Vales. § 51. unde hic oppoſita ſint, ut τῷ ἱερῷ opponatur βέβηλον, & τῷ ὁσίῳ ἀνόσιον. attamen ὅσιον χωρίον Suidas interpretatur βέβηλον καὶ μὴ ἱερὸν, ἐις ὃ ἔξεστιν εἰσιέναι. & ex Didymo annotat, διχῶς λέγεσθαι, τό τε ἱερὸν, καὶ τὸ ἰδιωτικόν. v. infra p. 100. B. *e* καὶ ἐκεῖνο. καὶ ἐκεῖνα, V. b. *ee* μετὰ δὲ δὴ. forte μετὰ δὲ δὴ τοῦτο, ut c. 18.

libro, quem de conſiliis ſuis compoſuit, & Aſconius in Orationem a Candidato Conſulatus habitam, p. 978. *Craſſus & Cæſar acerrimi ac potentiſſimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum petiit Conſulatum, quod ejus indies civilem creſcere dignitatem animadvertebant: & hoc ipſe Cicero in expoſitione ſuorum conſiliorum ſignificat.* Ab hoc opere diverſus fuit commentarius Græce de Conſulatu ſuo ſcriptus a Cicerone, miſſusque ante illud tempus ad Atticum, de quo Andreas Patricius in Tomum quartum fragmentorum Ciceronis p. 34. ſq. τὸ περὶ ὑπαλείας Plutarcho in Cæſare p. 711. Videndum autem, diverſine etiam ſint libri tres, verſibus ſcripti, de temporibus ſuis, quorum his verbis Cicero meminit Epiſtola ad Lentulum nona lib. I. his verbis, *ſcripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis: quos jam pridem ad te miſiſſem, ſi eſſe edendos putaſſem.* Ex ſecundo de Conſulatu, verſus hexametri prope octoginta afferuntur lib. I. de divinatione c. 11. ſq. [Librum traditum τῷ παιδὶ, non *filio*, cum Xylandro, interpretatur doctiſſ. Obadia Oddey, ſed *ſervo*, puta Tyroni.]

§ 50. (l. 1.) τῇ Ἐλευθερίᾳ] Vide, ſi placet, dicta ſupra ad XXXVIII. p. 70. C. & Ciceronis Orationem de domo ſua ad Pontifices & de haruſpicum reſponſis c. 6. ſq. ad Atticum lib. IV. Epiſt. 2. ubi etiam de æſtimatione ædium villarumque, quarum pretium Ciceroni reſtitui debuit, & juſto minus æſtimatum Cicero ibi queritur.

§ 51. (l. 3.) ἐσφορὰν τοῦ φρατριακοῦ νόμου] Supra ad p. 53. A. lib. XXXVII.

Frequens eſt hujus legis Curiatæ, cujus in adoptionibus fuit ſummus in repub. Rom. uſus, mentio apud optimos quosque auctores: ac præſertim, quod ad hanc ipſam cauſam attinet, apud Ciceronem in orationibus pro domo ſua, de Aruſp. reſponſis, & de provinciis Coſſ. Meminit & Dio aliis in locis, ut lib. 45. ubi oſtendit, adoptionem Octavii in ſtirpem Cæſaris Antonium prohibere cupientem, lationem legis Curiatæ impediiſſe. Rem explicat etiam Gellius lib. V. c. 18. omnium tamen apertiſſime Appianus Alex. Civ. III. de C. Octaviano Cæſare, Conſule cum Q. Pedio facto, in hæc verba ſcribens: Sacris peractis, lege Curiata patris adoptionem (ſcilicet Julii Cæſaris) ſtabilivit. Hoc enim modo populus adoptionem confirmat: legique a curiis, in quas tribus diviſæ ſunt, nomen eſt. Eſtque hic modus adoptionis omnium maxime legitimus, quo ei qui adoptatur, in cognatos & libertos adoptantis idem quod veris filiis jus datur. Quæ vis legis Curiatæ in judiciis fuerit, Dio ſequenti p. 99. oſtendit. XYL.

§ 52. (l. 7.) τὴν δημαρχίαν τοῦ Κλωδίου πᾶσαν] Cicero oratione pro domo ſua c. 13. & 16. Offenſum hac re Catonem, quod tribunatu Clodii tanquam illegitimo repudiato, etiam Catonis acta Cypria evellerentur, dicet noſter infra p. 100. E.

§ 53. (l. 21.) τὰ δὲ καὶ δανεισάμενος] De pecuniis quas mutuo

A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

manorum, ut ab his regnum ſibi confirmaretur, utque amicus ac ſocius appellaretur; ubi eam pecuniam vi ab Ægyptiis cœpit exigere, in odia eorum incurrit, cum hanc ob rem, tum quod juſſus Cyprum a Romanis repoſcere, aut amicitiæ adeo eorum renuntiare, non parebat. Itaque quum neque perſuadere eis, ut quieſcerent, neque vi eos adigere poſſet, (conductitios enim milites nullos habebat) ex Ægypto aufugit, Romamque ſe contulit. Ibi ſe a ſuis regno ejectum queſtus, conſecutusque eſt, ut a Spinthere Conſule, cui provincia Cilicia mandata erat, reſtitueretur.

13. Interim Alexandrini, qui eum profectum eſſe in Italiam ignorarent, vel mortem oppetiiſſe arbitrarentur, ejus loco filiam Berenicen regno præfecerunt: poſtquam rem ipſam edocti ſunt, centum viros Romam ablegaverunt, qui & contra ejus accuſationes cauſam agerent ſuam, & vicciſſim ipſum de illatis injuriis accuſarent. Ptolemæus, qui adhuc Romæ tum erat, eo cognito, emiſſis in omnes partes certis hominibus, legatis, priusquam in urbem veniſſent, inſidias poſuit; ac plerosque in ipſo itinere interfecit; cæteros partim in ipſa urbe occidit, partim injecto per hæc terrore, aut pecuniis corruptos, eo perduxit, ne cauſam, cujus gratia miſſi erant, apud magiſtratus agerent, ullamue interemptorum mentionem facerent.

14. Quanquam ea res adeo rumoribus vulgo jactabatur, ut ſenatus vehementer indignaretur, concitante eos maxime Marco Favonio ob utrumque: & quod multi ſociorum legati, Romam miſſi, per vim vita ſpoliati eſſent: & quod magnus adhuc Romanorum numerus corrumpi ſe muneribus ſiviſſet. Igitur principem legationis Dionem, qui evaſerat periculum, ad ſe vocaverunt, ut ab eo de veritate rei certiores fierent. Sed adhuc tantum pecunia prævalebat Ptolemæus, ut neque Dio in ſenatum venerit, neque ulla de

φίλος καὶ σύμμαχος ὀνομαθῇ, καὶ ηγναλώκει, καὶ αὐτὰ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων βιαίως ἠργυρολόγει· καὶ διά τε τοῦτο ἐχαλεπαίνετο, καὶ ὅτι [54] τὴν Κύπρον ἀπαιτήσαν παρὰ τῶν Ῥωμαίων, ἢ καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀπειπεῖν κελευόντων αὐτῶν, οὐκ ἠθέλησε· καὶ οὔτε πεῖσαι σφᾶς ἡσυχάζειν, οὔτ' ἂν βιάσασθαι (ξενικὸν γὰρ οὐκ εἶχεν) ἠδυνήθη· διέδρα τε ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν, καταγόρησέ τε αὐτῶν, ὡς καὶ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβεβληκότων· [f] καὶ [55] ἔτυχεν, ὥστε ὑπάτου Σπινθῆρος, ᾧ ἡ Κιλικία ἐπετράπετο, καταχθῆναι.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα, [ff] οἱ Ἀλεξανδρεῖς, τέως μὲν ἀγνοήσαντες, ὅτι ἐς τὴν Ἰταλίαν [g] ἀπειρηκὼς ἦν, ἢ τεθνηκέναι αὐτὸν νομίσαντες, [56] Βερενίκην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἐς τὴν βασιλείαν ἀνεκαλέσαντο· ἔπειτα δὲ ταληθὲς μαθόντες, ἄνδρας [57] ἑκατὸν ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψαν, πρός τε τὰ ἐγκλήματα αὐτοῦ ἀπολογησομένους, καὶ ἀντικατηγορήσοντας ὅσα ἠδίκηντο. προμαθὼν δὲ ταῦτ' ἐκεῖνος (ἔτι δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἦν) ἐνήδρευσε τοὺς πρέσβεις, πρὶν ἐλθεῖν, ἄλλους ἄλλῃ διαπέμψας. καὶ τοὺς μὲν πλείους αὐτῶν κατὰ τὴν ὁδὸν ἔφθειρε· τῶν δὲ λοιπῶν, τοὺς μὲν αὐτῶν ἐν τῷ ἄσει αὐτῷ ἀπέκτεινε· τοὺς δὲ καὶ καταφοβήσας ἐκ τούτων, ἢ χρήμασι διαφθείρας, ἔπεισε μήτε ταῖς ἀρχαῖς ὑπὲρ ὧν ἐσείλαντο ἐγκαλεῖν, μήθ' ὅλως μνείαν τινὰ περὶ τῶν ἀπολωλότων ποιήσασθαι.

Καίτοι τὸ πρᾶγμα οὕτω περιβόητον ἐγένετο, ὡς καὶ τὴν βουλὴν ἀγανακτῆσαι δεινῶς, ἐνάγοντος σφᾶς ὅτι μάλιστα [58] Φαουωνίου τοῦ Μάρκου [b] καθ' ἕτερον, ὅτι τε πολλοὶ παρὰ τῶν συμμάχων πρέσβεις πεμφθέντες βιαίως ἀπολώλεισαν, καὶ ὅτι συχνοὶ καὶ τότε τῶν Ῥωμαίων ἐδεδωροδόκεισαν. καὶ οἱ μὲν τὸν Δίωνα τὸν τῆς πρεσβείας αὐτοκράτορα (περιῆν γὰρ) μετεπέμψαντο, ὡς καὶ τὴν ἀλήθειαν παρ' αὐτοῦ μαθησόμενοι· οὕτω δὲ ἄρα καὶ τότε ἔθ' ὁ Πτολεμαῖος τοῖς χρήμασι κατεκράτει, ὥστε μήτε

[f] καὶ ἔτυχεν ὥστε ὑπάτου Σπινθῆρος. ἐνέτυχεν ὥστε δι ὑπάτου, &c. X. T. ἐνέτυχεν ὥστε ὑπὸ ὑπάτου &c. L. simplicius, ὑπὸ τοῦ Σπ. ἔτυχεν interpretor de eo quod Senatus initio cenſuit. [ff] ἐν ᾧ δὲ ταῦτα. addendum videtur, ἐγένετο. ſic alias Dio ſæpiſſime. ellipſis enim verbi durior eſſet. [g] ἀπειρηκὼς. ἄπειρκὼς, L. vid. Dion. p. 407. B. [h] καθ' ἕτερον. καθ' ἕκατον, L. malim κατ' ἑκάτερον.

tuo accepit Ptolemæus Auletes ab equite locuplete Romano Rabirio Poſtumo, ex quibus ſoli Gabinio largitus fuit decem millia talentum, adeundus Cicero in Rabiriana oratione. De univerſa autem Ptolemæi hujus cauſſa, præter Reinerum Reineccium Hiſtoriæ Juliæ T. III. p. 75. ſq. & Uſſerium in Annalibus, Jo. Vaillantus in hiſtoria Ptolemæorum ex numis illuſtrata p. 134. ſq. & qui nuper elegantioribus litteris flebilis occidit Baudelotus de Dairval in hiſtoria hujus Ptolemæi, occaſione gemmæ veteris, erudito commentario expoſita, editaque Gallice, Pariſiis A. MDCXCVIII. & auctor itidem Gallus hiſtoriæ reſtitutionis Ptolemæi Auletæ (Mr. l'Abbé de Saint Real) T. II. p. 81. ſq.

§ 54. (l. 25.) τὴν Κύπρον ἀπαιτήσαι] Cyprum juniori Ptolemæi hujus Auletæ fratri, Ptolemæo, Romani per Catonem eripuerant, & in provinciæ formam redegerant, ut dictum XXXVIII. p. 78. E.

§ 55. (l. 32.) ἔτυχεν ὥστε ὑπάτου Σπινθῆρος] Cicero epiſtola ſeptima ad hunc Lentulum, libro primo: *Quoniam Senatus conſultum nullum exſtat, quo reductio Regis Alexandrini tibi ademta ſit, — perſpicere potes, qui Ciliciam Cyprumque teneas, quid efficere & quid conſequi poſſis: &, ſi res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam atque Aegyptum tenere poſſis, eſſe & tuæ & noſtri imperii dignitatis, Ptolemaide aut aliquo propinquo loco Rege collato, te cum claſſe atque exercitu proficiſci Alexandriam; ut cum eam pace præſidioque firmaris, Ptolemæus redeat in regnum: ita fore ut per te reſtituatur, quemadmodum Senatus initio cenſuit, & ſine multitudine reducatur, quemadmodum homines religioſi Sibyllæ placere dixerunt.* Vides igitur ἔτυχεν apud Dionem non mutandum eſſe in ἐνέτυχεν. Neque enim a Lentulo reſtitui Ptolemæus orabat: a Pompejo potius (Plutarchus Pompejo p. 645.) qui hoc vehementer cupiebat etiam, & domi ſuæ Ptolemæum receperat. Sed tamen Lentulo illud ἔτυχεν, hoc eſt conveniebat & contingebat jure hoc facere, ſi Rex reducendus a Romanis eſſet: primum quoniam ei hoc competeret maxime, qui Ciliciam Provinciam teneret, deinde quia hoc initio cenſuiſſet Senatus.

§ 56. (l. 37.) Βερενίκην] De hac infra p. 117.

§ 57. (l. 39.) ἑκατὸν ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψαν] His Alexandrinorum legatis alios Rex oppoſuerat, ex quibus Cicero lib. I. Epiſt. 1. *Ammonius Regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem creditores, per quos cum tu aderas agebatur.*

§ 58. (l. 53.) Φαουωνίου τοῦ Μάρκου] De hoc Favonio, altero Catone, dixi ad XXXVIII. p. 62. B.

§ 59. (l. 65.) τοῦ Δίωνος δολοφονηθέντος] De hujus Dionis Alexandrini cæde, quem per L. Lucceji ſervos, in cujus ædibus commorabatur, interemiſſe veneno arguebatur M. Cælius, vide Ciceronis pro hoc Cœlio orationem c. 21. Philoſophiæ Academicæ addictus hic Dio fuit, unde propter hæc ipſa ſtudia dilectum fuiſſe a Luccejo indicat Cicero c. 22. Conf. eundem lib. IV. Academ. Quæſt. c. 4. Strabonem XVII. p. 796.

μήτε τὸν Δίωνα ἐς τὸ συνέδριον ἐσελθεῖν, μήτε μνήμην τινὰ τοῦ Φόνου τῶν τεθνηκότων, ἕως γε καὶ αὐτὸς παρῆν, γενέσθαι. καὶ μέντοι τοῦ Δίωνος μετὰ ταῦτα δολοφονηθέντος, οὐδεμίαν οὐδ' ἐπ' ἐκείνῳ δίκην δέδωκε. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ὁ Πομπήϊος τῇ τε οἰκίᾳ αὐτὸν ὑπεδέδεκτο, καὶ ἰ ἰσχυρῶς ἤρετο. τῶν γε μὴν ἄλλων τῶν αὐτόθεν ἐνεκλήθησαν μὲν ἐν ὑστέρῳ συχνοί, ἐάλωσαν δὲ ὀλίγοι. τό τε γὰρ δεδωροδοκηκὸς πολὺ ἦν, καὶ ἀλλήλοις διὰ τὸ ἴδιον ἕκαστος δέος συνεμάχουν.

de cæde interemptorum mentio fieret, quamdiu ipse Rex Romæ fuit. Quinimo ne Dione quidem posthac per dolum necato, ullas propterea pœnas Ptolemæus dedit. Nam ut alia taceam, Pompejus eum & receperat in domum suam, & enixe juvabat. Cæterorum quidem Alexandrinorum multi, quod se muneribus corrumpi passi essent, insequenti tempore in judicium pertracti, pauci tamen convicti sunt: quod quum essent complures eidem crimini obnoxii, unusquisque sibi metuens, alteri auxilium ferebat. A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

15. Ἠ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν χρημάτων ἐποίουν· τὸ δὲ θεῖον κεραυνῷ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τοῦ ἐχομένου ἔτους [60] τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἱδρυμένου βαλὼν, τὴν κάθοδον τοῦ Πτολεμαίου χρόνον τινὰ ἐπέσχε. [61] τοῖς γὰρ Σιβυλλείοις ἔπεσιν ἐντυχόντες, εὗρον ἐν αὐτοῖς γεγραμμένον αὐτὸ τοῦτο· "Ἂν ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς βοηθείας τινὸς "δεόμενος ἔλθῃ, τὴν μὲν φιλίαν οἱ μὴ ἀπαρνήσασθε, "μὴ μέντοι καὶ πλήθει τινὶ ἐπικουρήσητε. εἰ δὲ μή, "καὶ πόνους καὶ κινδύνους ἔξετε." Κἀκ τούτου τὴν συντυχίαν τῶν ἐπῶν πρὸς τὰ τότε γενόμενα θαυμάσαντες, ἀπεψηφίσαντο πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ ἐγνωσμένα, Γαΐῳ Κάτωνι πειθέντες δημάρχῳ. ταῦτα δὲ ἐχρήσθη μὲν οὕτως· ἐδημοσιεύθη δὲ (οὐ γὰρ ἐξῆν οὐδὲν τῶν Σιβυλλείων, [62] εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἐς τὸ πλῆθος ἐξαγγέλλεσθαι) [63] διὰ τοῦ Κάτωνος. ἐπειδὴ γὰρ τάχιστα ὁ νοῦς τῶν ἐπῶν [64] διεθρυλλήθη, (ὥσπερ εἴωθε γίγνεσθαι) ἔδεισε μὴ συγκρυφθείη· καὶ ἐς τε τὸν ὅμιλον τοὺς ἱερέας ἐσήγαγε, κἀνταῦθα, πρίν ὁτιοῦν τὴν γερουσίαν ἐπ' αὐτοῖς χρηματίσαι, ἐξεβιάσατο σφᾶς ἐκλαλῆσαι τὸ λόγιον. ὅσῳ γάρ τοι μᾶλλον οὐκ ἐδόκει σφίσιν ἐξεῖναι, [k] τοῦτο τὸ πλῆθος ἔχε.

15. Ea tum homines pecuniæ studio perpetrabant. Cæterum initio statim sequentis anni, statua Jovis in Albano monte cœlitus tacta, restitutioni Ptolemæi aliquantum moræ injecit. Quum enim Romani libros Sibyllinos adirent, ita scriptum in iis invenerunt: "Si Rex Ægypti auxilii alicujus indigens venerit, amicitiam ei ne odenegate, nullis autem copiis eum adjuvate: sin secus feceritis, labores & pericula habebitis." Admirati igitur id carmen ita ad rem præsentem congruere, omnia quæ de eo decreta fuerant antiquaverunt, C. Catonem tribunum plebis secuti. Atque id ipsum oraculum in populum evulgatum est Catonis opera: cum non liceret Sibyllinum ullum carmen populo enuntiare, nisi id senatus decrevisset. Nempe cum oraculi sententia (quod fieri assolet) statim emanasset, veritus Cato ne id supprimeretur, pontifices ad plebem produxit: ac priusquam senatus quicquam statueret, eos coegit oraculum eloqui. Quanto enim minus id eis licere videbatur, tanto magis id populus urgebat.

Καὶ ἐκεῖνο μὲν ἔσχεν οὕτως, καὶ ἐς τὴν τῶν Λατίνων γλῶσσαν γραφὲν ἀνεκηρύχθη. γνώμας δὲ αὐτῶν μετὰ τοῦτο ποιουμένων, καὶ τῶν μὲν, ἄνευ στρατοῦ τῷ Σπινθῆρι τὴν τοῦ Πτολεμαίου κάθοδον προστατόντων, τῶν δὲ δή, καὶ [65] τὸν Πομπήϊον μετὰ ἑξαβδούχων δύο καταγαγεῖν αὐτὸν κελευόντων, (ὅ, τε γὰρ Πτολεμαῖος μαθὼν

16. Igitur cum ita se haberet oraculum, Latine redditum enuntiatumque est. Quum deinde sententiæ dicerentur, aliique a Spinthere sine exercitu juberent Ptolemæum reduci, alii id a Pompejo duobus cum lictoribus fieri vellent: (nam Ptolemæus oraculo intellecto id ita fieri petebat,

i ἰσχυρῶς ἤρετο. ἰσχυρῶς συνήρετο, X. interpres totum non restituit; repone ἰσχυρῶς αὐτῷ συνήρετο. sic Dio p. 69. init. L. postea δεδωροκηκὸς ediderant omnes, quod librarii, vel typothetæ Robertini, erratum manifestum miror non animadversum esse. rescripsi δεδωροδοκηκὸς. k τοῦτο τὸ πλῆθος ἔχε. Xylander depravatum fatetur; non fert opem. ego confidenter ajo scriptum fuisse: τοσούτῳ πλέον τὸ πλῆθος ἤχαλε. *tanto plebs ægrius rem ferebat.* L. mihi videntur plura vocabula deesse.

p. 796. cui Alexandrini legati plures centenis, & in his Δίων Ἀκαδημαϊκὸς ἀρχιπρεσβευτὴς diserte memoratur.

§ 60. (l. 75.) τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς] Inter causas consultorum librorum Sibyllinorum vel maxime fuit solennis illa, quum tetra prodigia accidissent. Inter prodigia autem vix ullum gravius, quam si templum vel imago sacra, Jovis maxime, de cœlo tacta esset. Vide, ne alios jam memorem, Erasmum Schmidium Orat. 2. de Sibyllinis (ad calcem Commentariorum in Nov. Test. p. 1498. sq.) & Paganinum Gaudentium de prodigiorum significationibus c. 10. Jul. Cæsarem Bulengerum lib. V. de terræ motu & fulguribus, T. V. thesauri Græv.

§ 61. (l. 77.) τοῖς γὰρ Σιβυλλείοις] Lucanus VIII. 824.

Haud equidem immerito Cumanæ carmine vatis
Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles. ——

Ejusdem oraculi meminit Appianus in Parthicorum limine p. 134. & in Mithridatico p. 413. & Cicero lib. I. epist. 7. ad Lentulum: *& sine multitudine* (Rex) *reducatur, quemadmodum homines religiosi Sibyllæ placere dixerunt.* Idem tamen *fictam religionem* appellat epist. 4. & fieri potuit, ut ab iis fuerit jactatum, qui Pompeji potestatem metuebant non sine caussa.

§ 62. (l. 87.) εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο] Sicut jussu Senatus inspiciebantur libri Sibyllini, ut ex Taciti lib. VI. Annal. c. 12. & Vopisci Aureliano c. 20. 21. notum est; ita etiam vulgabantur Sibyllæ effata, prout Senatui placuisset: perinde ut auspicia eorumque interpretatio ex arbitrio Collegii augurum temperabantur, qui iidem ex principibus Senatus erant. conf. Machiavellum lib. I. diss. in Livium c. 13. Quod autem lib. I. Biblioth. Græcæ c. 31. § 4. *Versum Senatorium* apud Tertullianum lib. I. adversus nationes c. 12. interpretatus sum de versu Sibyllino per Senatum probato, jam non dubito errorem esse, atque audiendum Jac. Gothofredum qui *senarium* illo in loco legendum existimat.

§ 63. (l. 88.) διὰ τοῦ Κάτωνος] C. Catonem intellige, qui ab Idibus Decembris anni superioris tribunatum plebis ingressus fuerat. Fenestella Annali XXII. apud Nonium in *rumor. Itaque ut Magistratum tribuni inierunt, C. Cato turbulentus adulescens & audax, nec imparatus ad dicendum, initionibus assiduis invidiam Ptolemæo, qui jam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo Consuli, paranti jam iter, concitare secundo quidem populi rumore cœpit.*

§ 64. (l. 89.) διεθρυλλήθη] Sententia carminis Sibyllini innotuit non vulgo (quomodo enim verendum fuit ne occultaretur?) sed in Senatu, cui Cato utpote Tribunus plebis intererat.

§ 65. (l. 99.) τὸν Πομπήϊον μετὰ ἑξαβδούχων δύο] Mentionem hujus rei a Canidio tribuno plebis propositæ facit etiam Plutarchus in Pompejo p. 645. addit autem, hoc prætextu honesto elusam a Senatu, quod præ se ferrent, ita securitati ejus se timere: ἀλλὰ καὶ Κανίδιος εἰσήνεγκε δημαρχῶν νόμον, ἄνευ

A.U.C.698 Cn.Lentulo & Marcio Philippo COSS.

petebat, ejusque litteras A. Plautius tribunus plebis publice recitavit:) veriti ſenatores, ne hæc ipſa res Pompejum adhuc majorem efficeret, ſub prætextu mandatæ annonæ ei obſtiterunt. Atque hæc quidem L. Philippo & Cn. Marcellino coſſ. acta ſunt: cognitisque iis Ptolemæus de reditu deſperavit, Epheſumque profectus, apud deam commoratus eſt.

μαθὼν τὸ χρηθὲν, ἠξίωσε τούτου τυχεῖν, καὶ τὰ γράμματα αὐτοῦ "Αυλος [1] Πλαυτίος ἐς τὸ κοινὸν δημαρχῶν ἀνέγνω·) δείσαντες οἱ βουλευταὶ μὴ μείζων ἔθ' ὁ Πομπήϊος καὶ ἀπ' ἐκείνου γένηται, ἀνέπραξαν αὐτῷ, [67] τῇ τοῦ σίτου προφάσει χρησάμενοι. ταῦτα μὲν ἐπί τε Λευκίου Φιλίππου καὶ ἐπὶ Γναίου Μαρκελλίνου ὑπάτων ἐγένετο· καὶ αὐτὰ ὁ Πτολεμαῖος μαθὼν, τήν τε κάθοδον ἀπέγνω, καὶ ἐς Ἔφεσον ἐλθὼν, [68] παρὰ τῇ θεῷ διῆτο.

17. Verum anno præcedente hujusmodi negotium, privatum quidem, ſed a noſtra tamen hiſtoria non alienum, evenit. Lex aperte prohibebat, ne duo quidam ex una gente idem ſacerdotium haberent. Spinther autem conſul filium ſuum Cornelium Spintherem inter augures referre cupiens, quum in eum ordinem jam ante Fauſtum Syllæ filium, qui ex gente itidem Cornelia erat, adſcriptum videret, ſuum filium in Manlii Torquati genus adoptandum dedit: eoque modo verbis quidem obſervata lex, ipſa autem re diſſoluta eſt.

Τῷ δὲ δὴ προτέρῳ ἔτει καὶ τοιόνδε τι, ἴδιον μὲν, φέρον δέ πως ἐς τὴν συγγραφὴν, ἐπράχθη. τοῦ γὰρ νόμου διαρρήδην ἀπαγορεύοντος, [m] μηδένα [69] δύο ἅμα ἐκ τῆς αὐτῆς συγγενείας τὴν αὐτὴν ἱερατείαν ἔχειν, ὁ Σπινθὴρ ὁ ὕπατος, ἐπιθυμήσας Κορνήλιον Σπινθῆρα τὸν υἱὸν [70] ἐς τοὺς οἰωνιστὰς εἰσαγαγεῖν, ἔπειτ' ἐπειδὴ ὁ Φαῦστος [71] ὁ τοῦ Σύλλου παῖς, ἐκ τοῦ [n] τῶν Κορνηλίου φύλου ὢν, προσενεγέγραπτο, ἐξεποίησεν αὐτὸν ἐς τὸ Μαλλίου Τορκουάτου γένος. καὶ οὕτως ὁ νόμος, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ῥήμασι μείνας, ἔργῳ κατελύθη.

18. Poſt hæc Clodius, ut primum Philippo & Marcellino conſulibus ædilitatem adeptus eſt, quæ ei collata per conſpirationem erat, ut judicium effugere poſſet, Miloni diem dixit, quod gladiatorum manum coegiſſet. Quæ enim ipſe fecerat, & quorum cauſa accuſandus erat, hæc Miloni viciſſim crimini dabat: non quod eum ſe vincere poſſe expectaret, (qui defenſores potentes, inque his præcipuos, Pompejum & Ciceronem habebat) ſed ut eo obtentu & Miloni negotium exhiberet, & illos convitiis agitaret.

Μετὰ δὲ δὴ τοῦτο ὁ Κλώδιος ἐπειδὴ τάχιστα [72] ἐς τὴν ἀγορανομίαν ἐπί τε τοῦ Φιλίππου καὶ ἐπὶ τοῦ Μαρκελλίνου παρελήλυθε, (πρὸς γὰρ τὴν ἀπόδρασιν τῆς δίκης παρακελευσὸς ἠρέθη) [73] γραφὴν [o] καὶ τοῦ Μίλωνος [74] τῆς τῶν μονομάχων παρασκευῆς ἀπήνεγκεν. ἃ γὰρ αὐτὸς ἔπραττε, καὶ ἐφ' οἷς ἐκρίνετο, ταῦτ' ἐκείνῳ ἀνετεκάλει. ἐποίει δὲ τοῦτο, [p] οὐχ ὅτι τὸν Μίλωνα προσδοκῶν αἱρήσειν, (ἅτε καὶ συναγωνισὰς ἰσχυροὺς, ἄλλους τε καὶ τὸν Κικέρωνα [75] καὶ τὸν Πομπήϊον, ἔχοντα) ἀλλ' ἵνα ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ τῷ τε Μίλωνι προσπολεμοίη, καὶ ἐκείνους ὑβρίζοι.

19. Præter cætera hanc quoque fraudem machinatus eſt: inſtruxit amicos ſuos, ut quum ipſe in concionibus interrogaret, quisnam hujusmodi quid ſeu faceret, ſeu diceret? hi Pompejum omnes

Πρὸς γοῦν τοῖς ἄλλοις τοιόνδε τι ἐμεμηχάνητο· παρασκευάσας τοὺς ἑταίρους, ἵν' ὁπότε τι θύθοιτο αὐτῶν ἐν τοῖς συλλόγοις, [q] τί [76] ποιῶν ἢ καταλέγων τοιόσδε τις ὢν, συνεχ-

l Πλαυτίος. Πλαύτιος lego, latinitate nominis adductus; nihil enim hoc de tribuno pl. mihi conſtat. Xyl. meminit ejus Cicero epiſt. XIII. 29. *m* μηδένα δύο ἅμα. omnino vitiata ſunt illa: repono citra dubitationem, μὴ δύο ἅμα, L. veriſſime. *n* τῶν Κορνηλίου φύλου. lege, ἐκ τοῦ τῶν Κορνηλίων φύλου. L. τῶν Κορνηλίου φύλων. V.b. ſed hoc abſurdum. Leunclaviana emendatio & obvia & certa. *o* καὶ τοῦ Μίλωνος. κατὰ τοῦ Μίλ. I. probe. ſed pro ſequenti ἀπήνεγκεν præſtaret ἐσήνεγκεν. *p* οὐχ ὅτι. οὐχ ὅια, L. vel ὡς. *q* τὶ ποιῶν ἢ καταλέγων. τὶς ποιῶν ἢ καὶ λέγων, L.

ὼνευ στρατιᾶς Πομπήϊον, ἔχοντα ῥαδιούχους δύο, διακωλύειν [3]Αλεξανδρεῦσι τὸν βασιλέα. καὶ Πομπήϊος μὲν ἐδόκει τῷ νόμῳ μὴ ἐναντιοῦσθαι. ἡ δὲ σύγκλητος ἐξέβαλεν εὐπρεπῶς σκηψαμένη δεδιέναι περὶ τ' ἀνδρός.

§66. (l. 2.) [3]Αὖλος Πλαύτιος] Vide Fulvii Urſini familias Romanas in gente Plautia p. 201.

§67. (l. 5.) τῇ τοῦ σίτου προφάσει] Notat idem Plutarchus, σόφισμα ſive callidum Lentuli Conſulis commentum iſtud a quibusdam fuiſſe habitum, quod Pompejo frumenti procuratio demandata eſſet, ut ita Lentulo hæc reducendi Regis provincia maneret citra controverſiam.

§68. (l. 8.) παρὰ τῇ Θεῷ διῆτο] Hæc ita expreſſit in Supplemento Liviano lib. 104. p. 168. Freinshemius: *Deſperabundus tamen de negotii eventu Rex conceſſit Epheſum, ut ibi velut in religioſiſſimo loco tutius, minusque contra dignitatem regiam, degeret.* De aſyli jure, quod celeberrimo Epheſio templo Dianæ tributum fuit, conſulendus Strabo XIV. p. 641.

§69. (l. 13.) μηδένα δύο ἅμα] Vide Jac. Gutherium de jure Pontificio lib. I. c. 17. T. V. theſauri Græviani, p. 37. qui contendit, hanc ob legem ne Cajum quidem & Lucium Cæſares ambos eodem ſacerdotio functos fuiſſe, ſed Cajum Pontificem, Lucium, auguratu inſignem. At enim Auguſtus ipſe & Augur & Pontifex maximus: verum ille ſcilicet ſolutus legibus fuit. Licet vero non duos ex eadem familia, tamen affines, & duos ex eadem gente potuiſſe pontificatum ſimul gerere, probat Noriſius Diſſ. II. ad Cenotaphia Piſana c. 7. p. 166. ſq.

§70. (l. 16.) ἐς τοὺς οἰωνιστὰς] Eruditus interpres verterat, *Pontifices*, ſed Dio ipſe infra LIII. p. 496. E. Pontifices ab οἰωνιστᾶις diſtinguit, ubi quatuor refert ſacerdotum qui fuere Romæ Collegia, πονλίφικας, καὶ τοὺς οἰωνιστὰς, Pontifices, Augures, Septemviros & Quindecimviros.

§71. (l. 17.) ὁ τοῦ Σύλλου παῖς] Hujus fuit mentio XXXVII. p. 53. C. eritque p. 144. A.

§72. (l. 23.) ἐς τὴν ἀγορανομίαν] Conf. ſi placet quæ dicta ſupra p. 95. D. Aedilitatis Clodii mentio apud Ciceronem pro Sextio c. 44. & de haruſpicum reſponſis c. 11. & 13. ubi curulem ædilitatem vocat.

§73. (l. 25.) γραφὴν καὶ τοῦ Μίλωνος] Cicero pro Sextio c. 44. *Nam quid ego de Aedile Clodio loquar, qui etiam diem dixit & accuſavit de vi Milonem? — volitat ædilis, accuſat eum qui aliqua ex parte ejus furorem exſultantem repreſſit.*

§74. (l. 26.) τῆς τῶν μονομάχων παρασκευῆς] Milo ut beſtiariis & violentiæ Clodii poſſet reſiſtere, manum gladiatorum & ipſe coëgerat, ut dixit Dio ſupra p. 96. A.

§75. (l. 31.) καὶ τὸν Πομπήϊον] Pompejus defendit Milonem apud populum, de vi accuſante Clodio, ut refert Aſconius ad Ciceronis orationem, quam pro eodem Milone cædis Clodii reo dixit c. 14. Idem Cicero c. 15. *Quid? privato Milone, & reo ad populum, accuſante Publio Clodio, cum in Pompejum pro Milone dicentem impetus factus eſt; quæ tum non modo*

ἐκβοῶεν, ὅτι Πομπήϊος· ἐπηρώτα πολλάκις ἐξαίφνης πάνθ' ὅσα ἐπαίτια περὶ αὐτὸν, ἢ κατὰ τὸ σῶμα, ἢ κατ' ἄλλο τι ἦν, ἰδίᾳ ἢ καθ' ἕκαστον, ὡς οὐ περὶ ἐκείνου δὴ λέγων· καὶ κατὰ τούτου τῶν μὲν ἐξαρχόντων, τῶν δὲ συνεπηχούντων σφίσιν, (οἷα φιλεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνεσθαι) καὶ λεγόντων, ὅτι Πομπήϊος, E τ χλευασία πολλὴ συνέβαινεν· ὥστε ἐκεῖνον, μήτε τὴν ἡσυχίαν ἄγειν καρτεροῦντα, μήθ' ὅμοιόν τι ποιεῖν αὐτῷ ὑπομένοντα, περιοργῆ τε γίγνεσθαι, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ καθίσασθαι· καὶ λόγῳ μὲν τὸν Μίλωνα κατακρίνεσθαι, ἔργῳ δὲ αὐτὸν μηδ' ἀπολογούμενον ἀλίσκεσθαι. ὁ γὰρ Κλώδιος, ὅπως ἐπὶ πλεῖον ποιοίη, οὐκ εἴα τὸν φρατριακὸν νόμον ἐσενεχθῆναι. s πρὶν 77 γὰρ ἐκεῖνον τεθῆναι, οὔτ' ἄλλο τι τῶν σπουδαίων ἐν τῷ κοινῷ πραχθῆναι, οὔτε δίκην οὐδεμίαν ἐσαχθῆναι ἐξῆν.

Τέως μὲν οὖν ὁ Μίλων τῶν λοιδοριῶν καὶ τῶν σφαγῶν πρόχημα t αὐτοῖς ἦν. 78 τεράτων δέ τινων ἐν τούτῳ γενομένων· (ἔν τε γὰρ τῷ Ἀλβανῷ νεὼς Ἥρας βραχὺς ἐπὶ τραπέζης τινὸς πρὸς ἀνατολῶν ἱδρυμένος, πρὸς τὴν ἄρκτον u μεσεμβρίαν, καὶ λαμπὰς ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὁρμηθεῖσα, πρὸς βορέαν διῆξε· λύκος τε ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθε, καὶ σεισμὸς ἐγένετο· τῶν τε πολιτῶν τινες κεραυνοῖς ἐφθάρησαν, καὶ θόρυβος ἐν τῷ Λατίνῳ ὑπὸ γῆς ἐξηκούσθη. καὶ αὐτὰ οἱ μάντεις x ἀκέσασθαι θελήσαντες, ὀργίζεσθαι σφίσι δαιμόνιόν τι, ὡς καὶ ἱερῶν τινων ἢ χωρίων οὐχ y ὁσίων ἐποικουμένων, ἔφασαν.) ἐνταῦθα ὁ Κλώδιος τὸν Κικέρωνα μεταλαβὼν, τῷ τε λόγῳ πολὺ ἐνέκειτο, 79 ὅτι τὸ ἔδαφος τῆς οἰκίας, ἱερωμένον τῇ Ἐλευθερίᾳ, καταῳκοδόμησε. καὶ ἐπῆλθέ ποτε ἐπ' αὐτὸ, ὡς καὶ ἐκ θεμελίων ἄνθις αὐτὴν ἀναιρήσων. καὶ οὐκ ἐποίησε μὲν τοῦτο· ὁ γὰρ Μίλων ἐκώλυσεν.

omnes exclamarent. Quærebat vero identidem Clodius ex improviso de omnibus, quæ vel ratione corporis, vel aliarum rerum, Pompejo vitio verti poterant, & quærebat de singulis separatim, quasi ipse Pompejum non notaret. Tum aliis præeuntibus in nominando Pompejo, aliis una cum his, ceu fieri solet, Pompeji nomen repetentibus, subsannatio in Pompejum tanta exorta est, ut cum neque quietus eam perferre posset, neque ei simile ludibrium reponere vellet, vehementi ira ac confusione afficeretur. Ita verbo quidem Milo damnabatur, re autem Pompejus, ut ne defendere quidem se auderet, coarguebatur. Clodius, quo magis propositum suum exequi posset, non passus est etiam rogationem legis curiatæ fieri: quæ priusquam ferretur, neque ullam rem seriam in Rep. geri, neque de causa ulla cognosci in judicio fas erat. A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

20. Huc usque Milo ipsis speciem convitiis & cædibus grassandi præbuit. Sed interea temporis prodigia quædam evenerunt. Nam sacellum quoddam Junonis exiguum, quod in Albano super mensa dedicatum orientem solem spectabat, ad septentrionem conversum erat: faxque a meridie erumpens ad aquilonem porrigi visa: lupus in urbem intraverat, terræ motus acciderat, aliquot cives de cœlo tacti, tumultusque B sub terra in monte Latino exauditus erat. Hæc quum vates expiare instituerent, numen aliquod populo irasci dixerunt, quod locis quibusdam sacris, & non privatis ædes extructæ essent. Ibi Clodius in Ciceronem invadendi ansam nactus, quod is in area Libertati consecrata ædificasset, verbis eum vehementer insectatus est: semelque eo se contulit, ut domum a fundamentis iterum diueret: sed id facere a Milone prohibitus est.

21. Cicero

s πρὶν γὰρ (cum interjectis) πραχθῆναι. Hæc deerant in omnibus editionibus, suppleta ex Codd. Med. apud Gronovium p. 52. & V. a. librarius ex ἐσενεχθῆσαι in πραχθῆναι ob similitudinem terminationis inciderat. hæc nobis tot lacunas pepererunt.

t vulgo: πρόχημα αὐτὸς ἦν. sed præferendum πρόχημα αὐτοῖς ἦν, quod est in V. a.

u μετεσεμβρίαν. ἐπεσεμβρίαν, V. b. sicut scribendum esse judicat etiam X. T. dicta ad p. 97. B. *d*.

x ἀκέσασθαι, pro ἀκούσασθαι, scribere non dubitavi, cogites forte legendum esse οὐχ ὁσίως; sed nihil muto. vide

y οὐχ ὁσίων.

modo occasio sed etiam caussa illius opprimendi fuit? & lib. II. ad Quintum fratrem Epist. 3. *Ad IV. Non. Milo affuit. Ei Pompejus advocatus venit — ad VIII. Id. Milo affuit. Dixit Pompejus, sive voluit. Nam ut surrexit, operæ Clodianæ clamorem sustulerunt: idque ei perpetua oratione contigit, non modo ut acclamatione, sed ut convitio & maledictis impediretur. Qui ut peroravit (nam in eo sane fortis fuit, non est deterritus; dixit omnia, atque interdum etiam silentio, cum auctoritate peregerat) sed ut peroravit, surrexit Clodius. Ei tantus clamor a nostris (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque ore resisteret. Ea res acta est, cum hora sexta vix Pompejus perorasset, usque ad horam octavam: cum omnia maledicta, versus etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam, dicerentur.*

§76. (l. 37.) τί ποιῶν ἢ καλαλέγων] Sequitur apud Ciceronem: *Ille:* (Clodius) *furens & exsanguis interrogarat suos in clamore ipso, quis esset, qui plebem fame necaret? respondebant operæ, Pompejus. Quis Alexandriam ire cuperet? respondebant, Pompejus. Quem ire vellent? respondebant, Crassum. Is aderat tum, Miloni animo non amico.* Huc etiam refer quod apud Plutarchum Pompejo p. 645. legitur, licet ab eo perperam, velut ante revocatum Ciceronem, esse gestum perhibeatur: προελθόντος αὐτοῦ (τοῦ Κλωδίου) πρός τινα δίκην, ἔχων ὑφ' αὑτῷ πλῆθος ἀνθρώπων ἀσελγείας καὶ ὀλιγωρίας μεστὸν, αὐτὸς μὲν εἰς ἐπιφανῆ τόπον καλέσας ἐρωτήματα ταῦτα προὔβαλε, τίς ἐστιν αὐτοκράτωρ ἀκόλαστος; τίς ἀνὴρ ἄνδρα ζητᾷ; τίς ἐνὶ δακτύλῳ κνᾶται τὴν κεφαλήν; *quis est Imperator protervus? quis vir virum quærit? quis uno digito caput scalpit?* οἱ δὲ ὥσπερ χορὸς εἰς ἀμοιβαῖα συγκεκροτημένος, ἐκείνου τὴν τήβεννον ἀνασείοντος, ἐφ' ἑκάτῳ μέγα βοῶντες ἀπεκρίναντο· Πομπήϊος.

§77. (l. 52.) πρὶν γὰρ ἐκεῖνον τεθῆναι, οὔτ' ἄλλο τι τῶν σπουδαίων ἐν τῷ κοινῷ πραχθῆναι] Hæc verba ex codice Mediceo supplenda præsenti loco, monuit V. C. Jac. Gronovius p. 52. Per νόμον φαλριακὸν, sive ut idem Codex φραλριακὸν, vel ut alibi φρατριακὸν, intellige legem curiatam in comitiis curiatis solitam ferri, de imperio militari provinciarum, de qua juvabit consulere Carolum Sigonium lib. 3. de antiquo jure provinciarum c. 8. T. II. thesaur. Græv. p. 1663. sq. & Paulum Manutium ad lib. I. Epistol. Ciceronis ad Lentulum 9. p. 96. sq. Eam a Consulibus ferri non permisit Clodius, sive jure auspiciorum, quod habebant magistratus, obnunciando, sive tribunum plebis, ut intercederet, permovendo.

§78. (l. 57.) τεράτων τινῶν] Ex his unicum memorat Cicero de haruspicum responsis c. 10. *quod in agro Latiniensi propinquo & suburbano auditus est strepitus quidam reconditus & horribilis fremitus armorum.*

§79. (l. 70.) ὅτι τὸ ἔδαφος ἱερωμένον τῇ Ἐλευθερίᾳ] Vide si placet, dicta ad p. 97. A. & 70. C.

A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

21. Cicero haud ſecus, quam ſi eam rem Clodius perfeciſſet, in iram verſus, graviter eum accuſavit, ac tandem aſſumptis Milone tribunisque plebis aliquot, in Capitolium aſcendit, tabulasque de ſuo exilio a Clodio fixas detraxit, quæ tamen ei tunc a Clodio, poſtquam cum Cajo fratre prætore ſuperveniſſet, ademptæ ſunt. Poſthæc autem, tempore, quo Clodius peregre profectus erat, obſervato, iterum Cicero in Capitolium aſcendit, tabulasque eas ſecum domum ſuam deportavit. Ab hoc facto nihil jam alteri adverſus alterum nec dictu nec factu fœdum videri, ſed ſe invicem quantum poterant opprobriis proſcindere, & ne ab extrema quidem turpitudine ſe continere. Cicero tribunatum Clodii, quaſi eum contra leges geſſiſſet, actaque ejus tanquam irrita exagitare: Clodius, Ciceroni exilium jure ſtatutum, reditum vero præter fas decretum, dicere.

22. In hac contentione quum Clodius propter multos jam motus excitatos eſſet longe inferior, M. Cato reverſus ad urbem eos rurſus æquales fecit. Cato quippe Ciceroni infenſus, prætereaque veritus, ne quæ ipſe in Cypro egiſſet, reſcinderentur, quod eo erat a Clodio tribunoplebis miſſus, ei prompte admodum auxilio fuit. Iis vero geſtis Cato valde ſuperbiebat, nihilque ducebat antiquius, quam ut ea rata haberentur. Ptolemæus quidem qui inſulam Cyprum eo tempore tenebat, quum decreta percepiſſet, & neque arma adverſus Romanos ſumere auderet, neque regno exutus vitam ſibi ferendam duceret, hauſto veneno mortem oppetierat. Cyprii vero Catonem haud gravatim acceperant, pro ſervis ſe jam deinceps amicos ſociosque populi Romani futuros ſperantes. Atque ejus quidem rei cauſa nihil Cato, quo ſe extolleret, habebat: cæterum quia & reliqua negotia optime conſtituerat, ac multis mancipiis pecuniisque ex facultatibus regiis collectis, nulli dederat reprehenſioni locum, ſed ab omni criminatione liber cuncta Romanis tradiderat; laudem rei bene geſtæ non minorem, quam ſi victor e bello rediiſſet, ſibi vindicabat. Nam quia complures

Ὁ δ' οὖν Κικέρων, ὡς καὶ παθὼν αὐτὸ, ὀργήν τε εἶχεν, καὶ κατηγορίας ἐποιεῖτο. καὶ τέλος τόν τε Μίλωνα καὶ δημάρχους τινὰς παραλαβὼν, ἀνῆλθέ τε ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ [80] τὰς στήλας ἐπὶ τῇ ἐαυτοῦ φυγῇ [z] ἐπὶ τοῦ Κλωδίου ταθείσας καθεῖλε· καὶ τότε μὲν αὐτὰς, ἐκείνου [81] σὺν Γαΐῳ ἀδελφῷ στρατηγοῦντι, ἐπελθόντος, ἀφῃρέθη. μετὰ δὲ τοῦτο φυλάξας ἐκδημοῦντα τὸν Κλώδιον, ἀνέβη τε αὖθις ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ λαβὼν αὐτὰς, οἴκαδε ἀπεκόμισε. γενομένου δὲ τούτου, οὐδὲν ἔτ' ἀπώμοτον οὐδὲ ἑτέρῳ αὐτῶν ἦν, ἀλλὰ ἐλοιδόρουν ἀλλήλους, καὶ διέβαλλον ἄλλα τε ὅσα ἐδύναντο, μηδενὸς τῶν αἰσχίστων ἀπεχόμενοι· καὶ ὁ μὲν, [82] τήν τε δημαρχίαν τὴν τοῦ Κλωδίου, ὡς καὶ παρὰ τοὺς νόμους γενομένην, καὶ τὰ πραχθέντα ἐν αὐτῇ ὑπ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ἄκυρα ὄντα· ὁ δὲ, τήν τε φυγὴν τὴν τοῦ Κικέρωνος, ὡς καὶ δικαίως ἐγνωσμένην, καὶ τὴν κάθοδον αὐτοῦ, ὡς καὶ παρανόμως ἐψηφισμένην.

Μαχομένων δὲ αὐτῶν, καὶ τοῦ Κλωδίου πολλῇ τῇ σάσει ἐλαττουμένου, [83] ὁ Κάτων ὁ Μάρκος ἐπελθὼν ἀνέσωσεν [a] αὐτούς. τῷ τε γὰρ Κικέρωνι ἀχθόμενος, καὶ φοβηθεὶς ἅμα, μὴ καὶ [84] ὅσα αὐτὸς ἐν τῇ Κύπρῳ ἐπεποιήκει, καταλυθείη, ὅτι πρὸς τοῦ Κλωδίου δημαρχοῦντος ἐπέμπετο, προθύμως αὐτῷ συνήρατο. μέγα γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἐφρόνει, καὶ περὶ παντὸς τὸ βεβαιωθῆναι αὐτὰ ἐποιεῖτο. ὁ γὰρ Πτολεμαῖος, ὁ τὴν νῆσον τότε καταέχων, ἐπειδὴ τά τε ἐψηφισμένα ἠθέλησε, καὶ μήτ' αὐτῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἐτόλμησε, μήτ' αὖ σεσηθεὶς τῆς ἀρχῆς ζῆν ὑπέμεινε, [85] φάρμακον πιὼν ἀπέθανε· καὶ οἱ Κύπριοι τὸν Κάτωνα οὐκ ἀκουσίως, ἅτε καὶ φίλοι καὶ σύμμαχοι τῶν Ῥωμαίων ἀντὶ δούλων ἔσεσθαι προσδοκήσαντες, ἐσεδέξαντο. ὁ δὲ Κάτων ἐπὶ μὲν τούτοις οὐδὲν εἶχε σεμνύνεσθαι· ὅτι δὲ δὴ τά τε ἄλλα ἄρισα διώκησε, καὶ δούλους καὶ [86] χρήματα πολλὰ ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀθροίσας, οὐδὲν ἠτιάθη, ἀλλὰ [b] ἀνεπικλήτως πάντα ἀπέδειξεν, ἀνδραγαθίας, οὐδὲν ἧττον [c] ἢ πολέμῳ τινὶ ἐνεικήκει, μεταποιεῖτο. ὑπὸ γὰρ τοῦ πολλοὺς δωροδοκεῖν, σωφρονέστερον τὸ

z ἐπὶ τοῦ Κλωδίου. ὑπὸ τοῦ Κλωδ. L. a αὐτοὺς. αὐτὸν, non αὐτοὺς, legendum ſententia docet. X. ἀνίσωσεν αὐτοὺς, exæquavit, Od. optime. nam antea Clodius dicebatur ἐλατούμενος. ſequor hanc ſententiam in verſione. b ἀνεπικλήτως. vel ἀνεγκλήτως, L. quem vide. ſed ἀνεπίκλητον hoc ſenſu uſurpavit Thucyd. I. 92. c ἢ πολέμῳ. vocula deeſt, ſine qua non integra eſt oratio. ſcribendum ἢ ἀ πολέμῳ, L.

§ 80. (l. 78.) *τὰς στήλας ἐπὶ τῇ ἐαυτοῦ φυγῇ*] *τὰς δημαρχικὰς δέλτους* vocat Plutarchus in Catone minore p. 778. De more autem, leges plebiſcito confirmatas columnis ſive tabulis æreis incidendi, & in foro vel Aventino vel Capitolio vel alio illuſtri loco ponendi, mentio apud Dionyſium Halicarnaſſeum X. p. 659. & 681. qui antiquiſſimis temporibus non æneis ſed quernis illas fuiſſe tabulis inciſas teſtatur, *χάλκεαι γὰρ στῆλαι οὔπω τότε ἦσαν*, inquit idem III. p. 178. Dio ſupra XXXVII. p. 33. C. *τά τε γράμματα τῶν στηλῶν, ἐς ἃς οἱ νόμοι ἐσεγράφοντο, συνεχύθη καὶ ἀμυδρὰ ἐγένετο.* ad quem locum dicta, ſi placet, vide. & ad XLI. p. 159. E. nec non XLII. p. 195. D. & 200. A. XLIV. p. 243. D. 268. D. 278. C. 282. B. 652. C. 642. E. vide etiam quæ hac de re collegit Thom. Gatakerus lib. II. Cinni adverſariorum c. ult. nec non Huetius in Demonſtratione Evangelica p. 93. ſq. & Juſt. Rycquius lib. de Capitolio c. 30.

§ 81. (l. 80.) *σὺν Γαΐῳ ἀδελφῷ*] C. Clodii fratris meminit etiam Aſconius argumento in Piſonianam. Frater alter P. Clodii Appius Clodius, Prætor anno ſuperiore. ſupra p. 95. C.

§ 82. (l. 88.) *τὴν δημαρχίαν τὴν τοῦ Κλωδίου*] Vide dicta ad p. 97. A.

§ 83. (l. 95.) *ὁ Κάτων ὁ Μάρκος*] Pluribus hæc narrat Plutarchus in Catone minore p. 778. & in Cicerone p. 878.

§ 84. (l. 98.) *ὅσα αὐτὸς ἐν τῇ Κύπρῳ*] De his dictum ſupra XXXVIII. ad p. 78. D. E.

§ 85. (l. 6.) *φάρμακον πιὼν ἀπέθανε*] Idem & Plutarchus in Catone minore p. 776. & Florus III. 9. Sextus Rufus in Breviario, & multi alii tradunt. Sed miſerum ac ridiculum, quod de eodem Cypriorum Rege narrat Valerius Maximus IX. 4. Ext. *Cum anxiis ſordibus magnas opes corripuiſſet, propterque eas periturum ſe videret, & ideo omni pecunia impoſita navibus in altum proceſſiſſet, ut claſſe perforata ſuo arbitrio periret, & hoſtes præda carerent: non ſuſtinuit mergere aurum & argentum, ſed futurum ſuæ necis præmium domum revexit.*

§ 86. (l. 13.) *χρήματα πολλὰ*] Septies mille propemodum talenta argenti, Plutarch. p. 777. *τῷ δὲ Κάτωνι συνήχθη μὲν ἀργυρίου τάλαντα μικρὸν ἐπλακιχιλίων ἀποδέοντα.* Apud eundem Cato p. 781. ajebat, tantum ſe pecuniarum in ærarium intuliſſe, quantum ex tot triumphis Pompejus: neque vel unum equum aut militem privatim vindicaſſe ſibi. Feſtus Rufus: *Cato Cyprias opes Romam navibus advexit, ita ut jus ejus*

τὸ τῶν χρημάτων καταφρονεῖν τινα, τοῦ τῶν πολεμίων κρατεῖν, [d] ἐνόμιζε.

Τότε οὖν ὁ Κάτων [87] ἐν δόξῃ τινὶ ἐπινικίων διὰ ταῦτ' αἰσίων ἐγένετο· καὶ οἱ ὕπατοι γνώμην ἐν τῷ συνεδρίῳ ἐποιήσαντο, [88] στρατηγίαν αὐτῷ δοθῆναι, καίπερ μηδέπω ἐκ τῶν νόμων προσήκουσαν. καὶ οὐκ ἀπεδείχθη μὲν, (αὐτὸς γὰρ ἀνεῖπε) τὴν δὲ δὴ ἔυκλειαν καὶ ἐκ τούτου μείζονα ἔσχε. Κλώδιος δὲ ἐπεχείρησε μὲν τοὺς οἰκέτας τοὺς ἐκ τῆς Κύπρου C ἀχθέντας, Κλωδίους, ὅτι αὐτὸς τὸν Κάτωνα ἐκεῖσε ἐπεπόμφει, ὀνομάσαι· οὐκ ἠδυνήθη δὲ, ἐναντιωθέντος αὐτοῦ. καὶ οἱ μὲν, Κύπριοι ἐπεκλήθησαν, καίτοι τινῶν Πορκίους σφᾶς προσειπεῖν ἐθελησάντων. ὁ γὰρ Κάτων καὶ τοῦτο ἐκώλυσεν. ὀργῇ δ' οὖν ὁ Κλώδιος τὴν ἐναντίωσιν αὐτοῦ φέρων, τά τε διοικηθέντα ὑπ' αὐτοῦ διέβαλλε, καὶ τοὺς λογισμοὺς τῶν πεπραγμένων ἀπῄτει· οὐχ ὅτι καὶ διελέγξαι τι αὐτὸν ἀδικοῦντα ἐδύνατο, ἀλλ' ὅτι ὑπὸ ναυαγίου [89] τὰ γράμματα σχεδόν τι πάντα διέφθαρτο. D καὶ ἐδόκει κατὰ τοῦτό τι ἰσχύειν. ἐβοήθει δὲ καὶ τότε τῷ Κλωδίῳ ὁ Καῖσαρ, καίτοι μὴ παρὼν, καὶ [e] τάς τε κατηγορίας αὐτῷ τὰς κατὰ τοῦ Κάτωνος ἐπισολιμαίους (ὥσγε φασί τινες) ἔπεμπεν. ἐπεφέροντο δὲ τῷ Κάτωνι ἄλλα τε, καὶ ὅτι τὴν στρατηγίαν οἱ [e] αὐτὸς τοὺς ὑπάτους πείσας (ὥσγε ἔλεγον) ἐσπηγήσαθαι, προσεποιήσατο ἐθελοντὴς (ἵνα μὴ καὶ ἄκων ἀποστυγηκέναι αὐτῆς δόξῃ) παρεῖσθαι.

Οὗτοί τε οὖν ἐμάχοντο. καὶ ὁ Πομπήϊος E ἔσχε μὲν [90] ἐν τῇ τοῦ σίτου διαδόσει τριβήν τινα. πολλῶν γὰρ πρὸς τὰς ἀπ' αὐτοῦ ἐλπίδας ἐλευθερωθέντων, ἀπογραφὴν σφῶν, ὅπως ἔν τε κόσμῳ καὶ ἐν τάξει τινὶ σιτοδοτηθῶσιν, [f] ἐθελῆσαι ποιήσασθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῇ τε ἑαυτοῦ σοφίᾳ, καὶ ἐκ τοῦ πλή- 102 θους τοῦ σίτου, ῥᾴδιόν πως διώκησε· [g] τὴν [91] δὲ δὴ ὑπατείαν τῶν πραγμάτων ἔσχε, καὶ αἰτίαν ἀπ' αὐτῶν ἔλαβεν. ἐλύπει μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ [92] τὰ ὑπὸ τοῦ Κλωδίου γιγνόμενα, καὶ μάλισθ' ὅτι [93] καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὑπερεωρᾶτο, ὧν διέφερε διά τε τὸ ἀξίωμα καὶ διὰ

complures muneribus se corrumpi patiebantur, rarior adeo virtus, quod pecunias quis despiceret, quam quod hostes superaret, habebatur. A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

23. Igitur Cato eam de se tum opinionem præbuit, ut justo triumpho propterea dignus existimaretur: consulesque in senatu præturam ei decernerent, quam leges nondum concedebant. Ea tamen Catoni collata non est, quod ipse contradiceret: atque hac etiam ex re tanto majorem gloriam nactus est. Clodius tum servos ex Cypro advectos, Clodios nominare intendit, quod ipse Catonem eo amandasset: sed quia Cato obstabat, non obtinuit. Igitur Cypriorum iis cognomen datum. Nam ne Porcios quidem eos appellari, (quod nonnulli instituerant,) Cato passus est. At Clodius Catoni, quod sibi adversatus esset, succensens, administrationem ejus calumniis impetiit, rationesque ab eo actorum postulavit: non quod putaret, se eum alicujus injusti facinoris posse arguere, sed quia naufragio commentarii Catonis fere omnes perierant; id pro se nonnihil facturum Clodius arbitrabatur. Adjuvit in hoc etiam negotio Cæsar Clodium, quanquam absens: & (ut quidam referunt) accusationes ei contra Catonem per literas misit. Crimini dabatur Catoni inter alia, quasi de prætura sibi conferenda ipse consulibus persuasisset ut referrent, deinde eam se ultro repudiare simulasset, ne ea præter voluntatem excidisse videretur.

24. Ita his inter se contendentibus, Pompejus in dividendo frumento aliquantum occupationis habuit. Quum enim multi propter spem accipiendi ab eo frumenti manumissi essent, cogitabat eos in tabulas referre, ut decenter & ordine aliquo annonam illis largiretur. Atque id quidem ipse negotium, cum sua sapientia, tum copia frumenti adjutus, non ita difficulter exsecutus est: at in petendo consulatu plus negotii habuit, incurritque in reprehensiones. Molestiam quidem ei quoque afferebant actiones Clodianæ, præsertim quod ab aliis etiam se despici videret, quos dignitate & expectatione anteiret: contumeliis

[d] ἐνόμιζε. forte ἐνομίζετο. quanquam & illud defendi potest. [e] τάς τε. restitui ex edit. RS. quod in τάς γε præter necessitatem mutaverat HS. eumque secutus L. paulo inferius αὐτὸς. αὐτοὺς, V. a. [f] ἐθελῆσαι. reponendum ἠθέλησε, L. [g] τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν τῶν πραγμάτων ἔσχε. τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν αὐτῶν πράγματα ἔσχε, X. T. hæc alia ratione sananda: τινὰ δὲ δὴ ὑποψίαν τῶν πραγμάτων ἔσχε. non enim statim heic de petitione consulatus agitur, sed ait suspecta pleraque fuisse Pompejo, quæ molestiam ei attulerint. L. διὰ τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν πολὺ πλεῖον τῶν &c. N. vide §91.

ejus insulæ avarius magis quam justius simus assecuti. Eadem Ammianus Marcellinus lib. XIV. c. 8.

§87. (l. 21.) *ἐν δόξῃ τινὶ ἐπινικίων αἰσίων*] Ut justo triumpho dignus haberetur, quoniam, ut ait Florus, Cypriis opibus Porcius Cato ærarium populi Romani latius quam ullus triumphus implevit.

§88. (l. 23.) *στρατηγίαν*] Plutarchus p. 778. *στρατηγίαν ἐξαίρετον, præturam extra ordinem* vocat, additque simul ei tributum, ut in prætexta sive *ἐσθῆτι περιπορφύρῳ* liceret ei interesse spectaculis. Sed neutrum acceptatum a Catone. Quod vero per leges nondum ipsi concessam præturam ait Dio, intellige de illo anno, cujus legitimum tempus creandorum Magistratuum jam exierat. Nam anno proxime insecuto præturam petiisse, sed Pompejo Crassoque repugnantibus non impetrasse Catonem, ac Vatinium ei prælatum, Plutarchus p. 779. memoriæ prodidit. Petronius p. 563. *pellitur a populo victus Cato.* Valerius Maximus VII. 5. 6. *Si vere æstimare volumus, non Catoni tunc Prætura, sed Prætura Cato negatus est.* [v. Eund. IV. 1. 14.]

§89. (l. 37.) *τὰ γράμματα σχεδόν τι πάντα διέφθαρτο*] Idem Plutarchus p. 777. refert, duplici Catonem codice rationes diligenter descriptas habuisse, sed amisisse utrumque, naufragio alterum, alterum incendio. De hac expeditione Cypria Catonis, plura olim in laudem ejus scripserunt Munatius & Thrasea, nec non Cicero ac Brutus in suis de Catone Commentariis. Detraxerunt ei Cæsar & Augustus: ac de Cæsare intelligendum quod p. 764. ait Plutarchus *οὐ τῷ ξίφει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ γραφείῳ*, non gladio solum sed & stylo quicquid libuisset audere ausum fuisse. Munatii & Thraseæ eum secuti meminit p. 777.

90. (l. 49.) *ἐν τῇ τοῦ σίτου διαδόσει*] Conferendus Plutarchus in Pompejo p. 645. 646. & Casaubonus ad Augustum Suetonii c. 42.

§91. (l. 56.) *τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν*] Xylander vertit ac si legisset *διὰ τὴν δὲ δὴ ὑπατείαν πλέον πραγμάτων ἔσχε.* Leunclavii nec emendatio mihi probatur nec interpretatio.

§92. (l. 58.) *τὰ ὑπὸ Κλωδίου γιγνόμενα*] Supra p. 99. D. E.

§93. (l. 59.) *καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὑπερεωρᾶτο*] Cicero II. ad Quintum fratrem Epist. 3. *Pompejus hæc intelligit nobiscumque communicat, insidias vitæ suæ fieri, Catonem* (qui oratione perpetua vehementer in eum invectus fuerat) *a Crasso sustentari, Clodio pecuniam suppeditari: utrumque & ab eo & a Curione,*

A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

contumeliis enim ab iis impetebatur, quibus adeo privatum se honoratiorem fore speraverat. Sed horum tamen interdum nullam habebat rationem: nam in præsentia quidem graviter ferre solebat, si quis sibi obtrectaret: intermisso autem aliquo tempore, suas secum virtutes & malitiam adversariorum reputans, pro nihilo eorum convitia ducebat.

διὰ τὰς ἐλπίδας· ἀφ' ὧν καὶ ἰδιωτεύων ὑπὲρ πάντας αὐτοὺς τιμηθήσεσθαι προσεδόκησεν, ὑβριζόμενος. ἀλλὰ τούτων μὲν ἔθ' ὅτε καὶ κατεφρόνει. παραχρῆμα μὲν γὰρ κακῶς ἀκούων ἐδυσχέραινε· διαλιπὼν δὲ, καὶ ἐς ἀναλογισμὸν τῆς τε ἑαυτοῦ ἀρετῆς καὶ τῆς τῶν ἐναντίων κακίας ἀφικνούμενος, οὐκέτ' αὐτῶν προετίμα.

25. Sed hoc eum urebat maxime, Cæsarem ita augeri, populoque ejus res gestas tantæ admirationi esse, ut etiam nonnullos e senatu, quasi ob Gallos jam prorsus in servitutem redactos, mitterent: denique in tantam spem de Cæsare populum erigi, ut vim pecuniæ magnam ei decernerent. Itaque Pompejus consulibus persuadere conabatur, ne Cæsaris epistolas statim recitarent: sed quam diutissime occultas haberent, donec ipsa per se rerum gestarum fama invalesceret: utque successorem Cæsari, etiam ante constitutum tempus, mitterent. Tanta erat in eo homine ambitio, ut hæc quoque, in quibus adipiscendis Cæsarem ipse adjuverat, invideret ei & everteret: eumque moleste ferret, quem magnopere ornatum & suas res gestas obscurantem videbat: denique populum incusaret, qui se neglecto, jam Cæsari valde studeret. Præter alia quoque indignabatur, quod populum animadverteret quædam recens acquisita in tantum evehere, ut ad ea accederet nihil, eundemque semper ad id, quod de novo partum esset, quantumvis priore minus, propter rerum consuetarum satietatem, novarumque cupiditatem, promptissime ferri: quin invidia adductum, eos omnes, qui prius magna in existimatione fuissent, deprimere; propterque spes suas, illos, qui se modo ostentarent, extollere.

Ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ αὐξανόμενος, καὶ ὁ δῆμος τά τε κατειργασμένα αὐτῷ θαυμάζων, ὥστε καὶ ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας, ὡς καὶ ἐπὶ δεδουλωμένοις παντελῶς τοῖς Γαλάταις, ἀποστεῖλαι, καὶ πρὸς τὰς ἀπ' αὐτοῦ ἐλπίδας ἐπαιρόμενος, ὥστε καὶ χρήματά οἱ πολλὰ ψηφίσασθαι, δεινῶς αὐτὸν ἠνία. ἐπεχείρησε μὲν γὰρ τοὺς ὑπάτους ἀναπεῖσαι, μήτε τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ εὐθὺς ἀναγινώσκειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλεῖστον, μέχρις ἂν αὐτόματος ἡ δόξα τῶν πραττομένων [b] ἐκνικήσῃ, συγκρύπτειν· καὶ διάδοχόν τινα αὐτῷ καὶ πρὸ τοῦ καθήκοντος καιροῦ πέμψαι. τοσαύτη γὰρ φιλοτιμία ἐχρῆτο, ὡς [95] ὅσα αὐτὸς τῷ Καίσαρι συνέπραξε, καὶ βασκαίνειν καὶ καταλύειν· καὶ ἐκείνῳ γε ἄλλως τε μεγάλως [i] ταινιουμένῳ, καὶ τὰ ἑαυτοῦ συσκιάζοντι, ἄχθεσθαι· καὶ τῷ δήμῳ ἐγκαλεῖν, ὅτι αὐτόν τε ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιεῖτο, καὶ τὸν Καίσαρα [i] ὑπεσπούδαζε. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ ἠγανάκτει, ὁρῶν αὐτοὺς τῶν τε προσποιηθέντων τινὰ ἐπὶ τοσοῦτον μνημονεύοντας, ἐφ' ὅσον μηδὲν ἄλλο ἐπιγένοιτο· καὶ πρὸς τὸ ἀεὶ καθιστάμενον, κἂν ἔλαττον τοῦ προτέρου ᾖ, προχειρότατα, τῷ τε τοῦ συνήθους κόρῳ, καὶ τῇ τοῦ ξένου ἡδονῇ, φερομένους· καὶ τὸ μὲν προευδοκιμοῦν πᾶν καταλύοντας ὑπὸ τοῦ φθόνου, τὸ δ' ἄρτι προφαινόμενον συνεπαύξοντας ὑπὸ τῶν ἐλπίδων.

26. Hæc igitur ægre Pompejus ferens, quum neque per consules quicquam obtinere posset, Cæsaremque majorem jam factum intelligeret, quam ut sibi adversus eum fides haberetur, non exiguam sibi hujus rei curam habendam duxit. Ita vero existimabat, duas esse res, quæ amicitias turbarent, metum & invidiam: idque ibi demum fieri, ubi & gloria & potentia in alteram partem

Δι' ὃν ταῦτα δυσχεραίνων, καὶ μήτε τι διὰ τῶν ὑπάτων διαπράξασθαι δυνηθεὶς, καὶ τὸν Καίσαρα μείζω τῆς πρὸς ἑαυτὸν πιστώσεως γιγνόμενον ὁρῶν, οὐκ ἐν ἐλαφρῷ τὸ πρᾶγμα ἐποιήσατο. καὶ γὰρ ἐνόμιζε δύο τε εἶναι τὰς φιλίας τινῶν συγχέουσα, τό, τε δέος καὶ τὸν φθόνον· καὶ ταῦτα ἀπ' ἀνυπαίλου καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς ἰσχύος μόνως συμβαίνειν. ἕως

[b] ἐκνικήσῃ. patet ex interpretatione Xylandri, *donec fama eodem pertingeret*, eum legisse ἐξικνήσῃ, quod verbum minime probum est. L. [i] ταινιουμένῳ. haud dubie vitiosum, nec tamen subit, qua ratione emendari possit, X. si cui τιμωμένῳ restitui non placet, aliud nobis indicet magis Dionium, L. ταινιουμένῳ probum est, exponendum ex Hesychio, κοσμουμένῳ, στεφανουμένῳ. conf. Dionem p. 26. A. coronis enim veterum additæ tæniæ, v. Mureti Var. Lect. XV. 7. vitium latebat in voce συσκευάζοντι, pro qua ex cod. V. b. scripsi, συσκιάζοντι. paulo post pro ὑπεσπούδαζε, malim ὑπερεσπούδαζε.

rione, Bibulo, ceterisque suis obtrectatoribus confirmari: vehementer esse providendum ne opprimatur, concionario illo populo a se prope alienato, nobilitate inimica, non æquo Senatu, juventute improba.

§ 94. (l. 71.) ὥστε καὶ ἐκ τῆς βουλῆς ἄνδρας] Conferendus Appianus II. civil. p. 437. Plutarchus in Pompejo p. 646. & in Cæsare p. 718. ubi de senatoribus amplius ducentis ad Cæsarem in Gallia hibernantem convenientibus: & de pecuniis quas ad Cæsarem mittendas a Senatu suadebant ii qui a Cæsare argentum capiebant, ut ejus amplificandæ potentiæ suffragarentur. De decem legatis ex decreto Senatus ad Cæsarem missis Dionem intelligit Franciscus Fabricius, quem vide sis in Ciceronis vita ad A. 51.

§ 95. (l. 82.) ὅσα αὐτὸς τῷ Καίσαρι συνέπραξε] Hinc Pompejo objectum postea, quod ipse Cæsarem in rempub. aluit, auxit, armavit, ut pluribus exponit Cicero VIII. 3. ad Attic. ὡς ἠύξησε Καίσαρα καθ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἡγεμονίας, ἐνθύμας ὑπέχων, *quod Cæsarem contra se & rempub. evexisset, luere eum poenas.* Plutarchus in Cæsare p. 724. & in Pompejo p. 631. διὰ τῆς Πομπηΐου δυνάμεως Καῖσαρ ἐξαρθεὶς ἐπὶ τὴν πόλιν, ᾧ καθ' ὧν ἄλλων ἴσχυε, τοῦτον ἀνέτρεψε καὶ ἀνέβαλεν. Candide etiam ea de re Pompejum monuit Cato, sed incassum. vide Plutarchum pag. 780.

§ 96. (l. 10.) τὸν μὲν τῇ ἐλαττώσει] Spectat huc quod notat Dio infra XLI. p. 178. D. & quod est apud Lucanum lib. I. v. 125. *Nec quenquam jam ferre potest Cæsarve priorem Pompejusve parem.*

§ 97. (l. 14.) ὁ Πομπήϊος ἐπὶ τὸν Καίσαρα] Notabis interim, bona cum gratia Cæsaris hoc factum, ut Consulatum Pompejus & Crassus captarent, adjutosque eos a Cæsare, sed ipsi vicissim prorogationem provinciæ Galliæ in alterum quinquennium promisisse. Vide Plutarchum in Pompejo p. 646. & in Crasso 551. Imo Suetonius in Cæsare c. 24. auctor est, a Cæsare impulsos ut Consulatum peterent, ad L. Domitium excludendum,

ἕως μὲν γὰρ ἂν ἰσομοιρῶσί τινες αὐτῶν, καὶ κ ἐκεῖνα ἐῤῥῶσθαι, ἐπειδὰν δ' ὑπεραίρωσί τι οἱ ἕτεροι, ἐνταῦθα τό, τε ἐλαττούμενον, φθονῆσαν, μισεῖ τὸν κρείττονα, καὶ τὸ κρατοῦν, καταφρονῆσαν, ἐξυβρίζει ἐς τὸν χείρονα· καὶ οὕτως ἀπ' ἀμφοτέρων, [96] τὸν μὲν, τῇ ἐλαττώσει ἀγανακτοῦντα, τὸν δὲ τῇ πλεονεξίᾳ ἐπαιρόμενον, πρός τε διαφορὰς καὶ πρὸς πολέμους, ἐκ τῆς πρὶν φιλίας, ἀφικνεῖσθαι. τοιούτοις οὖν δή τισι λογισμοῖς ὁ Πομπήϊος ἐπὶ τὸν Καίσαρα ὡπλίζετο. καὶ (ἐδόκει γὰρ οὐκ ἂν ῥᾳδίως μόνος αὐτὸν καταλῦσαι) τὸν Κράσσον, ὡς καὶ μετ' αὐτοῦ ποιήσων, ἔτι καὶ μᾶλλον ἀνηρτήσατο.

Συμφρονήσαντες οὖν, ἄλλως μὲν οὐδὲν ἂν ἰδιωτεύοντες πράξειν ἤλπισαν· ἂν δ' ὑπατεύσωσι, κἀκ τούτου καὶ αὐτοὶ τὰ πράγματα τῇ ἐκείνου ζηλώσει διαλάβωσι, καὶ ἀντίῤῥοποί οἱ ἔσεσθαι, καὶ ταχὺ αὐτοῦ, ἅτε καὶ δύο ἑνὸς, περιγενήσεσθαι προσεδόκησαν. καὶ οὕτω πᾶσαν τὴν προσποίησιν σφίσι, * * * καί τις τῶν ἑταίρων σφῶν [98] ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοὺς προῆγεν, ἀπηρνοῦντο μηκέτι βούλεσθαι ὑπατεῦσαι, [l] ἀποθέμενοι [99] ἄντικρυς αὐτῆς, καίπερ [m] ἑτέροις τισὶ πρότερον συναγωνιζομένοις μεταποιήσαντο. ἐπειδή τε [100] ἔξω τῶν χρόνων τῶν ἐν τοῖς νόμοις διηρημένων ἐπήγειλαν αὐτὴν, καὶ δῆλοι ἦσαν ἄλλοι τε, καὶ αὐτοὶ οἱ ὕπατοι (καὶ γάρ τι καὶ ῥώμης [101] ὁ Μαρκελλῖνος εἶχεν) οὐκ ἐπιτρέψοντες σφίσιν ἀποδειχθῆναι, [102] διεπράσσοντο τὰς ἀρχαιρεσίας ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ μὴ γενέσθαι· ἄλλους τε καὶ τὸν Κάτωνα τὸν Γάϊον [n] ἐνιέντες, ἵνα [103] μεσοβασιλέως αἱρεθέντος, καὶ αἰτήσωσι κατὰ τοὺς νόμους τὴν ἀρχὴν καὶ λάβωσι.

Καὶ (ἐγίνετο γὰρ λόγῳ τοῦτο μὲν, [o] ὑπάτων παρεσκευασμένων ἄλλοτε κατ' ἄλλην πρόφασιν, ἔργῳ δὲ, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνοις· τοῖς γοῦν ἐναντιουμένοις σφίσι φανερῶς ἤχθοντο·) δεινῶς ἡ γερουσία ἠγανάκτησεν, ὥστε ποτὲ [p] μαχομένων αὐτῶν ἐξαναστῆναι. καὶ τότε μὲν οὕτω διελύθησαν· αὖθις δ' ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ἐγίνετο, [104] τὰς στολὰς, καθάπερ ἐν συμφορᾷ τινι, μεταδύναι ἐψηφίσαντο· καίτοι τοῦ Κάτωνος ἔκ τε τοῦ συνεδρίου, ἐπειδήπερ ἀντιλέγων οὐδὲν ἤνυσεν, [q] ἐκπηδήσαντος, ὅπως μηδὲν τελεσθείη.

27. Quum inter ſe conſpiraſſent, eas rationes iniverunt: ſe ſi privati manerent, nullius rei conficiendæ ſpem habere: ſin conſulatum cepiſſent, atque Cæſarem æmulati, ipſi quoque ſeſe rebus gerendis dediſſent, poſſe ſe eum non modo adæquare, ſed & ambos conjunctos unum celeriter ſuperare. Eo autem modo omnia conſilia ſua [* tegebant, ut nemo facile animadverteret *] quin cum ex amicis quidam eos ad hunc magiſtratum commendaret, negaverunt ſe conſulatum poſthac gerere velle, quem palam depoſuiſſent, quanquam aliis antea in eodem impetrando fuiſſent adjutores. Quoniam vero conſulatum extra id tempus, quod legibus præfinitum eſt, petebant; ſatisque conſtabat, cum alios, tum conſules ipſos, inter quos nonnihil virium etiam Marcellinus habebat, obſtituros, ne conſules ipſi deſignarentur: id effecerunt, ne eo anno comitia haberentur, ſummiſſo in hoc inter alios C. Catone, ut interrege prodito, ſecundum leges & petere magiſtratum ipſi, & capere poſſent.

28. Fiebat quidem hoc ad ſpeciem ab inſtructis ad eam rem, alio alioque ſub obtentu, re vera autem ab ipſo Pompejo & Craſſo; certe aperte infenſi erant ſibi adverſantibus. Igitur & tum vehementer indignatus eſt ſenatus, adeo quidem, ut aliquando pugnantibus iis ſurgens diſcederet; & tunc contendentes ita dirempti ſunt. Quum eadem denuo eveniſſent, decreverunt, ut veſtes mutarentur, quod in calamitatibus fieri ſolet: quamvis Cato ex concilio, quum fruſtra

A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

k ἐκεῖνα. forte ἐκείνας ſcil. φιλίας. poſtea conſtructio poſtulat μισεῖν & ἐξυβρίζειν. *l* ἀποθέμενοι ἄντικρυς αὐτῆς. αὐτὴν, an ἀπωθούμενοι ἄντικρυς αὐτῆς. N. αὐτὴν præſtat. *m* ἑτέροις τισὶ πρότερον συναγωνιζομένοις. ἑταίροις — συναγωνισάμενοι, N. vid. p. 49. E. 55. A. ἑτέροις tolerari poteſt. *n* ἐνιέντες. ita ſcribendum eſſe pro ἐνιόντες, docuit RS. quod receptum ab HS. & L. *o* ὑπάτων παρεσκευασμένων. ὑπὸ τῶν παρεσκευασμένων, vel παρασκευασαμένων. N. illud ὑπὸ τῶν confirmatur ſequentibus, ἔργῳ δὲ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνοις, vel potius ἐκάνων. *p* μαχομένων. μεταξὺ μαχομένων, V. a. *q* ἐκπηδήσαντος. ἐκπηδήσοντος. N.

dendum, qui Prætor quod non potuiſſet facere, Conſulem effecturum ſe, & exercitus Cæſari ademturum, palam ſed præmature minatus fuerat.

§ 98. (l. 25.) ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοὺς προῆγεν] Non ſatis hæc intelligere me fateor, ni ſententia ſit, amicum quendam Craſſi & Pompeji, cum de novis Conſulibus creandis injiceretur mentio in Senatu, eos velut candidatos commendaſſe, ipſos vero tunc deſiderium hoc ſuum preſſiſſe atque inficiatos eſſe.

§ 99. (l. 27.) ἀποθέμενοι ἄντικρυς αὐτῆς] Pompejus & Craſſus Conſulatum ſimul geſſerant A. U. C. 683. ajunt igitur, ex quo tempore illum tunc palam depoſuiſſent, noluiſſe iterum vel ambire, vel gerere.

§ 100. (l. 29.) ἔξω τῶν χρόνων] Extra tempus Comitiorum legitimum, unde nec petitum honeſte ab iis Conſulatum, nec probabiliter geſtum, ait Vellejus II. 46.

§ 101. (l. 32.) ὁ Μαρκελλῖνος] Hic eſt Marcellinus Conſul, quem Valerius Maximus VI. 2. 6. refert, in Concione queſtum de nimia Pompeji potentia, populumque univerſum ei aſſenſum eſſe, ipſum vero dixiſſe: *acclamate Quirites, acclamate, dum licet: jam enim vobis impune facere non licebit.*

§ 102. (l. 34.) διεπράσσοντο] Per interceſſiones Comitia dirimendo. Interceſſere tribuni C. Cato & L. Procilius Suffenus.

§ 103. (l. 36.) μεσοβασιλέως αἱρεθέντος] Nullis Comitiis Conſularibus celebratis, Conſules in proximum annum nulli erant: itaque ne ſine ſummo imperio Reſp. eſſet, a patriciis per Senatum convocatis interrex prodebatur, qui intra quinque dierum interregni ſpatium Conſules creabat. Itaque Pompejum & Craſſum ἐκ μεσοβασιλέως creatos eſſe docet Dio infra p. 105. A. vide & p. 141. D.

§ 104. (l. 45.) τὰς στολὰς μεταδύναι] De more, veſtes in calamitate publica mutandi, dictum ad lib. XXXVII. p. 45. A. Mox p. 104. A. τὰ ἐθήματα ἀλλαξάμενοι ἐπανῆλθον. Epitome Livii lib. 105. *Quum C. Catonis tribuni plebis interceſſionibus comitia tollerentur, Senatus veſtem mutavit.*

A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

fruſtra contradixiſſet, proſilire conaretur, ne quid ſtatui poſſet. Nam ſi quis ſenatorum intus non eſſet, nihil decerni licebat. Sed præcurrentes Catonem cæteri tribuniplebis, exitu prohibuerunt, eoque modo id ſenatus conſultum perlatum eſt: ac præterea interdictum, ne ſolennibus ludis, qui tum exhibebantur, ſenatores intereſſent. Quum hoc quoque Cato impugnaret, frequentes exiluerunt, mutatisque veſtibus redierunt, ut vel hoc modo eum deterrerent. Vbi ne ſic quidem moderatiorem ſe præbuit, in forum omnes prodierunt, populumque ad hoc concurrentem in ſummam mœſtitiam adduxerunt: concionem habente Marcellino, præſentemque ſtatum deplorante: illacrymantibus autem reliquis & ingemiſcentibus: ita ut verbo contradiceret nemo. His actis in curiam reverſi ſunt, quum ſtatuiſſent iram ſuam in autores malorum convertere.

29. Interim Clodius ad Pompejum ſe iterum applicuit, ejusque partes ſibi ſequendas ſumpſit: ſperans fore, ut ſi Pompejo in iis, quæ tum machinabatur, conſequendis auxilio fuiſſet, eum omnino ſuum deinceps haberet. Igitur ad plebem progreſſus conveniente ſibi cultu, nihilque eo ſecundum decretum mutato, contra Marcellinum & alios concionem habuit. Quum magna ex eo ſenatus indignatio cooriretur, Clodius abrupto ſermone plebem reliquit: contendensque in curiam, parum abfuit quin periret. Obvii enim facti ſenatores ingreſſu eum arcuerunt: interimque ab equitibus circumdatus, diſcerptus utique fuiſſet, niſi voce magna plebem inclamaſſet. Ibi multis cum igne accurrentibus, quaſi, ſi quam vim Clodio feciſſent, ipſos cum curia eſſent combuſturi: Clodius, quum proxime ab interitu abeſſet, ſervatus eſt.

30. Pompejus, nihil his territus, in ſenatum denique irrupit: decretoque, quod jam fieri debebat, ſe vehementer oppoſuit, idque decerni prohibuit. Deinde Marcellino interroganti ipſum publice, num re vera conſulatum expeteret, ſperantique ipſum haud facile confeſſurum, ſe magiſtratibus adipiſcendis ſtudere: Bonorum

τελεσθείη. εἰ γάρ τις [r] τῶν μὴ βουλευόντων ἔνδον ἦν, οὐδεμία ψῆφος αὐτοῖς ἐδίδοτο. [s] ἐκείνους τε γὰρ προαπαντήσαντες ἕτεροι δήμαρχοι ἐκώλυσαν ἐσελθεῖν· καὶ οὕτω τοῦτό τε τὸ δόγμα ἐκυρώθη, καὶ ἐχρηματίζετο, [105] ὅπως [t] καὶ ἐς τὴν πανήγυριν τὴν τότε οὖσαν οἱ βουλευταὶ θεωρήσωσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς ἐκεῖνο ὁ Κάτων ἀνθίσατο, ἐξεπήδησαν ἀθρόοι, καὶ τὰ ἐθήματα ἀλλαξάμενοι ἐπανῆλθον, ὡς καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸν καταπλήξοντες. καὶ ἐπειδὴ μηδ' ὡς ἐμετρίαζε, προῆλθον ἐς τὴν ἀγορὰν ἅμα πάντες· καὶ συνδραμόντος ἐπὶ τούτῳ τοῦ πλήθους, ἐς πᾶν καταφείας αὐτοὺς καθέσησαν, [106] δημηγορῶν μὲν ὁ Μαρκελλῖνος, καὶ τὰ παρόντα σφίσιν ὀδυρόμενος· ἐπιδακρύσαντες δὲ οἱ ἄλλοι, καὶ ἐπισένοντες, ὥστε μηδένα μηδὲν ἀντιφθέγξασθαι. καὶ οἱ μέν, τοῦτο πράξαντες, ἐς τὸ βουλευτήριον εὐθὺς ἐσῆλθον, γνώμην ἔχοντες ἐς τοὺς ὑπαιτίους τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι.

Κλώδιος [107] δὲ ἐν τούτῳ μεταπηδήσας αὖθις πρὸς τὸν Πομπήϊον, καὶ τὰ ἐκείνου πάλιν ἀνθελόμενος, ἐλπίδι τοῦ, εἴ τι οἱ τῶν τότε πραττομένων συγκαταεργάσαιτο, πάνυ αὐτὸν ἰδιώσεσθαι, παρῆλθέ τε ἐς τὸν ὅμιλον ἐν τῇ καθηκούσῃ σολῇ, μηδὲν αὐτῆς πρὸς τὸ δόγμα μεταλλάξας, καὶ καθά τε τοῦ Μαρκελλίνου καὶ καθὰ τῶν ἄλλων ἐδημηγόρει. πολλῆς οὖν καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀγανακτήσεως ὑπὸ τῶν βουλευτῶν γενομένης, τὸ μὲν πλῆθος μεταξὺ λέγων ἐγκατέλιπε· πρὸς δὲ δὴ τὸ συνέδριον [u] ἄρξας, ὀλίγου διεφθάρη. τῆς γὰρ γερουσίας ἀπαντησάσης αὐτῷ, εἴσω τε ἐσελθεῖν ἐκωλύθη. κἀν τούτῳ ὑπὸ ἱππέων περισοιχισθείς, διεσῴζετο ἂν, εἰ μὴ ἀνακραγόντος αὐτοῦ, καὶ τὸν ὅμιλον ἐπιβοησαμένου, προσέδραμον πολλοὶ πῦρ φέροντες, ὡς καὶ μετὰ τοῦ βουλευτηρίου σφᾶς καταπρήσοντες, εἴ τι αὐτὸν ἐξεργάσαιντο. καὶ ὁ μὲν, παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀπολέσθαι, οὕτως ἐσώθη.

Πομπήϊος δὲ, οὐδὲν τούτοις ἐκπλαγείς, ἔς τε τὸ συνέδριόν ποτε ἐσεπήδησεν, ὑπεναντιούμενος αὐτῷ ψηφιεῖσθαι μέλλοντι, καὶ ἐκεῖνό τε κυρωθῆναι ἐκώλυσε, καὶ τοῦ [108] Μαρκελλίνου μετὰ τοῦτο πυθομένου δημοσίᾳ αὐτοῦ, εἰ ὄντως ἐπιθυμεῖ ὑπατεῦσαι, ἐλπίδι τοῦ κατοκνήσειν αὐτὸν στρατηγεῖν ὁμολογῆσαι· "τῶν μὲν δικαίων ἀνδρῶν ἕνεκα οὐδὲν

[r] τῶν μὴ βουλευόντων ἔνδον ἦν. τῶν βουλευόντων μὴ ἔνδον ἦν, ἐξελθεῖν, N. probe & L. & N. mentem Dionis divinarunt; quiri videtur, v. g. ἀπαντήσωσι, vel φοιτήσωσι, ut p. 105. A. retineatur ἄρξας, *exorſum* reddemus. L. an præſtat ἀνήξας?

[s] ἐκείνους (cum interjectis) ἐσελθεῖν. ἐκεῖνον μὲν — L. aſteriscum tamen, quem L. & X. ante ἐκείνους poſuerant, tollendum putavi.

[t] καὶ ἐς τὴν πανήγυριν. μὴ ἐς τὴν πανήγυριν. F. quodſi præpoſitionem ἐς relinquas, aliud verbum requiritur, v. g. ἀπαντήσωσι, vel φοιτήσωσι, ut p. 105. A.

[u] ἄρξας. ſi ὁρμήσας ſcribes, interpretis ſenſum habebis. ſi retineatur ἄρξας, *exorſum* reddemus. L. an præſtat ἀνήξας?

§ 105. (l. 53.) ὅπως καὶ ἐς τὴν πανήγυριν] In luctu & ſqualore conſtituti ſpectaculis etiam abſtinebant. vide infra p. 105. A. unde ſuſpicor legendum ὅπως μὴ ἐς τὴν πανήγυριν.

§ 106. (.61.) δημηγορῶν ὁ Μαρκελλῖνος] De hac Marcellini concione Valerius Maximus VI. 2. 6.

§ 107. (l. 68.) Κλώδιος] Cicero ad Quintum fratrem lib. II. Epiſt. 9. meminit rei quam Clodius per Craſſum & Pompejum cuperet conſequi: *illud autem quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per Senatum, per populum, libera, aut Byzantium, aut Brogitarum, aut utrumque. Plena res numorum.*

§ 108. (l. 89.) Μαρκελλίνου πυθομένου] Plutarchus in Pompejo p. 646. & in Craſſo p. 551. ſq. ait, Pompejum ita reſpondiſſe ὡς τάχα μὲν δὴ μαλέλθοι, τάχα δὲ οὐκ ἂν μαλέλθοι, *fortaſſe petiturum, fortaſſe non petiturum.*

§ 109. (l. 2.) πρὸς τὸ ψηφισθῆναί τι περὶ τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὐδὲ χρηματισθῆναί τι ἀρχὴν περὶ αὐτῶν ἠδυνήθη, ἀλλὰ ἐνιαυτὸς οὕτω διεδέη] Ita hic locus reſtituendus ex Codice Mediceo, ut docet Jac. Gronovius p. 54. & ex ingenioſa Guil. Canteri emendatione, qui pro ἀλλὰ θέσθαι αὐτὸς, quod habebant priores editiones, ἐνιαυτὸς legendum vidit lib. III. Novarum lectionum c. 21. οὐδὲ χρηματισθῆναί τι ἀρχὴν, eſt non *omnino* quicquam *referri*. Ita vocabulum χρηματίσαι accipitur p. 458. A. 518. E. 550. D. & τὴν ἀρχὴν, pro *omnino* ut p. 551. C. 612. E. & innumeris aliis in locis.

§ 110. (l. 7.) οὔτε ἐς τὰς πανηγύρεις] Confer ſupra p. 103. E.

§ 111. (l. 8.) τῇ τοῦ Διὸς ἑορτῇ] Jovis epulo, quod menſe Novembri celebrabatur in Capitolio, ut notant viri docti ad Arnobium lib. VII. p. 238. vide Stewechii notas p. 151. & Elmenhorſtii p. 188. ſq.

§ 112. (l. 9.) ἐπὶ τὰς ἀνοχὰς τὰς Λατίνας] Feriæ Latinæ in monte Albano quotannis, tempore, quo conſulibus placeret eas indicere, celebrabantur per quatriduum, cum civitatum Latinarum Magiſtratibus populoque omni Latino, ubi ſacra facta Jovi Latiali, & epulæ ac ludi. vide Alexandrum Alexandrium libro quinto Genialium dierum c. 7. Pitiſcum in *feriæ*, & Burchardum Gotthelf Struvium in Antiquitatum Romanarum Syntagmate

« δὲν τῆς ἀρχῆς δεῖσθαι ἔφη, διὰ δὲ δὴ τοὺς τα-
« ραχώδεις, καὶ σφόδρα αὐτῆς ἀντιποιεῖσθαι. »
ὡς οὖν τούτῳ φανερῶς ἐνέκειτο, καὶ ὁ Κράσσος
ἐρωτηθεὶς καὶ αὐτὸς, τὰ αὐτὰ οὐχ ὡμολόγησε μὲν,
οὐ μὴν οὐδ' ἀπηρνήσατο, ἀλλ', ὥσπερ εἰώθει, διὰ
μέσου ἐχώρησεν, εἰπὼν ὅτι πάνθ' ὅσα τῷ κοινῷ
συμφέροι πράξει· καὶ δείσαν ὅ, τε Μαρκελλῖνος
καὶ ἄλλοι πολλοὶ τήν τε παρασκευὴν αὐτῶν καὶ
τὴν αὐλισταξιν, καὶ οὐδὲ ἀπήλθων ἔτι ἐς τὸ βουλευ-
τήριον. μὴ συλλεγομένου δὲ τοῦ καθήκοντος ἐκ
τῶν νομίμων ἀριθμοῦ [109] πρὸς τὸ ψηφισθῆναί τι
[x] περὶ τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὐδὲ χρηματισθῆναί τι
ἀρχὴν περὶ αὐτῶν ἠδυνήθη, ἀλλὰ ἐνιαυτὸς οὕτω
διέβη. οὐ μέντοι οὔτε τὴν ἐσθῆτα μεταμπίσχοντο,
[110] οὔτε ἐς τὰς πανηγύρεις ἐφοίτων, οὐκ ἐν τῷ
Καπιτωλίῳ [111] τῇ τοῦ Διὸς ἑορτῇ εἰστιάθησαν, οὐκ
[112] ἐπὶ τὰς ἀνοχὰς τὰς Λατίνας, δεύτερον τότε
[113] ὑπό τινος οὐκ ὀρθῶς πραχθέντος ποιουμένας, ἐς
τὸ Ἀλβανὸν ἀφίκοντο· ἀλλ' ὥσπερ δεδουλωμένοι,
καὶ μήτ' ἀρχὰς ἑλέσθαι, μήτ' ἄλλο τι πολιτικὸν
πράξασθαι ἐξουσίαν ἔχοντες, τὸ λοιπὸν τοῦ ἔτους
διήγαγον.

« Bonorum (inquit) virorum cauſa magiſtratu
mihi nihil opus eſt, ſed propter turbulentos eum
vel maxime peto. » Itaque quum Pompejus
aperte hoc ageret, Craſſusque idem rogatus,
non quidem ſimiliter confiteretur, ſed neque in-
ficias iret, ac more ſuo mediam viam ingreſſus,
omnia ſe, quæ ex uſu reipublicæ futura eſſent,
facturum diceret: territus Marcellinus, qui-
que eum ſequebantur, horum apparatu, atque
adverſatione, in poſterum curia abſtinuerunt.
Quum autem non conveniret legitimus nume-
rus ad magiſtratus legendos, nihil omnino refer-
ri de illis potuit, ſed annus ita effluxit. Non
tamen aut veſtem lugubrem poſuerunt, aut ad
ſolennia ſpectacula prodierunt, non in Capitolio
Jovis epulo interfuerunt, non ad ferias Latinas
(quæ tum iterata vice, ob aliquid non recte
operactum, celebrabantur) in montem Albanum
venerunt: ſed quaſi in ſervitutem redacti, ne-
que magiſtratuum capeſſendorum, neque civi-
lium actionum obeundarum poteſtatem habe-
rent, ita reliquam anni partem exegerunt.

A.U.C.698 Cn. Lentulo & Marcio Philippo COSS.

Καὶ μετὰ τοῦτο ὅ, τε Πομπήϊος καὶ ὁ Κράσσος
ὕπατοι [114] ἐκ μεσοβασιλείας ἀπεδείχθησαν, οὔτ'
ἄλλου τινὸς τῶν προεπηγγελκότων ἀπαντήσαντος·
καὶ Λουκίου Δομιτίου, (ὃς μέχρι τῆς τελευταίας
ἡμέρας ἐσπουδάρχησεν) ὁρμήσαντος μὲν πρὸς τὴν
ἐκκλησίαν οἴκοθεν ὑπὸ νύκτα· ἐπεὶ δ' [115] ὁ παῖς
ὁ τὸν λύχνον οἱ [y] προφέρων ἐσφάγη, δείσαν-
τος, καὶ μηκέτι περαιτέρω προχωρήσαντος. οὔτ'
οὖν ἀνταράντος τινὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ προσέτι
[116] τοῦ Πουπλίου Κράσσου, ὃς υἱός τε τοῦ Μάρ-
κου ἦν, καὶ τότε τῷ Καίσαρι ὑπεστρατήγει,
στρατιώτας ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἐς τὴν Ῥώμην ἀγα-
γόντος, οὐ χαλεπῶς ἠρέθησαν.

31. Poſt hæc Pompejus & Craſſus ex inter-
regno conſules creati ſunt, quum nemo eorum,
qui ante eundem magiſtratum ambiuerant, in
medium prodiret. Et L. quidem Domitius,
qui in petitione ad vltimam usque diem perſe-
veraverat, tum quoque ſub noctem domo egreſ-
ſus, in concionem contedebat: at ſervo ſuo, qui
laternam præferebat, occiſo territus, ultra pro-
greſſus non eſt. Ita quum nemo plane illis re-
ſiſteret, atque ad hæc P. Craſſus, M. Craſſi fili-
us, Cæſarisque eo tempore legatus, ejusdem
rei cauſa milites Romam adduceret, facile conſu-
les creati ſunt.

A.U.C.699 Pompejo II. & Craſſo II. COSS.

Παραλαβόντες οὕτω τὴν ἡγεμονίαν, τὰς λοιπὰς
ἀρχὰς τοῖς ἐπιτηδείως σφίσιν ἔχουσι δοθῆναι ἐποιη-
σαν, τόν τε [117] Κάτωνα τὸν Μάρκον κωλύσαντες στρα-
τηγὸν ἀποδειχθῆναι. ὑπώπτευόν τε γὰρ αὐτὸν οὐκ
ἀνέξεσθαι τὰ γινόμενα, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἰσχὺν
αὐτῷ ἔννομον πρὸς τὰς ἀντιλογίας προσθεῖναι. καὶ
ἡ μὲν τῶν στρατηγῶν κατάστασις (ὁ γὰρ Κάτων οὐ-
δὲν [z] βίαιον πρᾶξαι ἠξίωσεν) εἰρηναία ἐγένετο.
[118] περὶ δὲ τοὺς ἀγορανόμους τοὺς κουρουλίους
σφαγαὶ

32. Quum eo modo principatum cepiſſent,
reliquos quoque magiſtratus iis conferri curave-
runt, quos ſibi addictos intelligebant: Marcum-
que Catonem, ne præturam obtineret, impedi-
verunt: quem ſuſpicabantur ea, quæ inſtitue-
bant, non toleraturum, nolebantque ei ad con-
tradicendum poteſtatem legitimam accedere.
Ac prætorum quidem comitia, quod Cato nihil
vi agendum ſibi ducebat, pacata fuerunt: in ædi-
libus

[x] τι περὶ τῶν ἀρχαιρεσιῶν οὐδὲ χρηματισθῆναι τι. hæc ex cod. Med. & V. a. ſuppleta, docent, lacunam in aliis MSS. ortam ex eo, quod ex uno τι in alterum τι librarius tranſiliret. ſequens ἀλλὰ ἐνιαυτὸς, pro ἀλλὰ θέσει αὐτὸς, præter Canterum, vir doctus quoque, quem litera N deſignamus, ſcribendum eſſe vidit. conf. notam Fabricii. [y] προφέρων ſcripſi, pro προσφέρων, monente L. paulo poſt, pro τὴν ἀρχὴν, Oddey forte τῇ ἀρχῇ ſcribendum cenſet. ſed τὴν ἀρχὴν eſt *omnino*, quod huic loco accommodatiſſimum. [z] βίαιον. βέβαιον, V. b. male.

tagmate p. 444. Mentio apud Dionem iterum pluribus locis p. 160. A. 242. C. 313. C. 351. B. 401. E. 532. D. 668. C.

§ 113. (l. 10.) ὑπό τινος οὐκ ὀρθῶς πραχθέντος] Si quid inter ferias perperam factum, vel infauſtum accidiſſet, decreto Pontificum inſtaurari eas oportuit. Livius XXXII. 1. *Feriæ latinæ Pontificum decreto inſtauratæ ſunt, quod legati ab Ardea queſti in Senatu erant, ſibi in monte Albano Latinis carnem ut aſſolet datam non eſſe.* XXXVII. 3. *Latinæque inſtauratæ, quod Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat.* XL. 45. *Latinas mox ſubito coorta intolerabilis tempeſtas in monte turbavit, inſtauratæque ſunt ex decreto Pontificum* LI. 16. *Latinæ feriæ fuere ante diem tertium Nonas Maji, in quibus quia in una hoſtia Magiſtratus Lanuvinus precatus non erat populo Romano Quiritium, religioni fuit. Id cum ad Senatum relatum eſſet, Senatusque ad Pontificum Collegium rejeciſſet, Pontificibus, quia non recte factæ Latinæ eſſent, inſtauratis Latinis, placuit Lanuvinos, quorum opera inſtauratæ eſſent, hoſtias præbere.*

§ 114. (l. 16.) ἐκ μεσοβασιλείας] Supra p. 103. C.

§ 115. (l. 20.) ὁ παῖς ὁ τὸν λύχνον οἱ προφέρων] De occiſo L. Domitii ſervo, detruſoque a Conſulatus ſpe Domitio, meminit etiam Plutarchus pluribus locis & Appianus II. civil. p. 437.

§ 116. (l. 24.) τοῦ Πουπλίου Κράσσου] Cæſar Pompejo & Craſſo promiſerat, ſe miſſurum στρατιωτῶν συχνοὺς ἐπὶ τὴν ψῆφον, ut eſt apud Plutarchum in Pompejo p. 646. nec non in Craſſo p. 551. P. Craſſi legati ſui paſſim cum laude mentionem facit Cæſar in belli Gallici Commentariis.

§ 117. (l. 30.) Κάτωνα τὸν Μάρκον] Uberius hoc de repulſa M. Catonis, Præturæ Candidati, narrat Plutarchus in Catone minore p. 779. Comitiorum maximum crimen appellat Valerius Maximus VII. 5. 6. negatum Præturæ Catonem & prælatum Catoni P. Vatinium. Mamertius gratiarum actione ad Julianum Imper. c. 19. *unde factum eſt, ut majores noſtri viderent Vatinios deſignatos & repulſos Catones.*

§ 118. (l. 36.) περὶ τοὺς ἀγορανόμους] Huc refer apud Plutarchum in Pompejo p. 647. ἐν ἀγορανομικοῖς ἀρχαιρεσίοις, ἃς χάρας

A.U.C.699 Pompejo II. & Crasso II. COSS.

libus autem curulibus creandis cædes factæ sunt, ita ut Pompejus etiam multo sanguine aspergeretur. Verum & illos, & quos populus creaverat, supplices sibi factos Pompejus & Crassus (ipsi enim comitia habebant) ad ædilitatem admiserunt: cæteros autem ædiles, ac plerosque tribunosplebis, societate sibi conjunxerunt: soli duo tribuniplebis, C. Atejus Capito, & P. Aquilius Gallus, palam se alienos ab ipsis esse ostenderunt.

σφαγαὶ συνέβησαν, ὥστε καὶ τὸν Πομπήϊον πολλοῦ αἵματος ἀναπλησθῆναι. οὐ μὴν ἀλλ' [a] ἐκείνους μὲν, τούς τε ἄλλους τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρουμένους, προστάτους σφίσιν, (αὐτοὶ γὰρ τὰς ἀρχαιρεσίας ἐποίουν) ἀπέδειξαν· τούς τε ἀγορανόμους τοὺς ἑτέρους, καὶ τῶν δημάρχων τοὺς πλείους προσηιρίσαντο. δύο δὲ [b] δημοσίᾳ, [119] Γάϊός τε [c] Ἀτήϊος Καπίτων, καὶ Πούπλιος Ἀκύλιος Γάλλος, οὐχ ὡμολόγησαν αὐτοῖς.

33. Creatis magistratibus, Pompejus & Crassus iis, quæ expetebant, agendis animum intenderunt. Atque ipsi quidem neque in senatu, neque apud populum de his verba fecerunt, nullusque se rei indigere, plane præ se tulerunt: C. vero Trebonius tribunusplebis rogationem tulit, qua alteri Syria cum vicinis regionibus, alteri Hispania, in qua nuper motus quidam exorti erant, ad quinquennium assignabantur: utque sumerent sibi quantum vellent militum ex civibus & sociis, bellumque & pacem cum quibus ipsis videretur, contraherent. Graviter hoc multi, atque in primis amici Cæsaris, tulerunt; quod illi, si quæ intendebant obtinuissent, Cæsarem constricturi videbantur, ne longius cum imperio esset. Qua de causa, quum se ad impugnandam rogationem eam nonnulli pararent, veriti consules, ne iis quæ moliebantur, exciderent; ita sibi eos conciliarunt, ut Cæsari quoque se imperium ad triennium (ita enim re vera invenitur) prorogaturos dicerent. Neque tamen ante de eo ad populum retulerunt, quam suæ ipsis res essent confirmatæ. Nam qui Cæsari cupiebant, eo modo præoccupati quiescebant: cæteri plerique metu capti se continebant, satis habentes si vel ita incolumibus esse liceret.

Ὡς οὖν αἱ ἀρχαὶ κατέστησαν, εἴχοντο ὧν ἐφίεντο. καὶ αὐτοὶ μὲν οὐδένα οὔτε ἐν τῇ βουλῇ οὔτε ἐν τῷ δήμῳ λόγον [cc] ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιήσαντο, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἐπλάττοντο μηδενὸς σφῶν προσδεῖσθαι. [120] Γάϊος δὲ δὴ Τρεβώνιος δημαρχῶν, ἔγραψε τῷ μὲν, τήν τε Συρίαν καὶ τὰ πλησιόχωρα αὐτῆς, τῷ δὲ [d] τὰς Ἰβηρίας (καὶ γάρ τι καὶ ἔναγχος ἐκεκίνητο) [e] ἄρχειν ἐπὶ πέντε ἔτη δοθῆναι· στρατιώτας τε ὅσοις ἂν ἐθελήσωσι, καὶ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν συμμάχων, χρωμένοις, καὶ πόλεμον καὶ εἰρήνην πρὸς οὓς ἂν βουληθῶσι, ποιουμένοις. χαλεπῶς οὖν ἐπὶ τούτῳ πολλῶν, καὶ μάλιστα τῶν τοῦ Καίσαρος φίλων, ἐχόντων, ὅτι ἤμελλον ἐκεῖνοι, τυχόντες ὧν διῳκοῦντο, τὸν Καίσαρα μηκέτ' ἐπὶ πολὺ τὴν ἀρχὴν ἔξοντα καθείρξειν, καὶ παρασκευαζομένων διὰ τοῦτο ἀντειπεῖν τινων τοῖς γεγραμμένοις· φοβηθέντες οἱ ὕπατοι, μὴ διαμάρτωσιν ὧν ἔπραττον, προσεποιήσαντο αὐτοὺς, ὥστε τὴν ἡγεμονίαν καὶ ἐκείνῳ [121] τρία ἔτη πλείω (ὡσγε ταληθὲς εὑρίσκεται) μηκύναι. οὐ μέντοι καὶ ἐς τὸν δῆμόν [f] τι ὑπὲρ αὐτοῦ πρότερον ἐσήνεγκαν, πρὶν τὰ σφέτερα βεβαιώσασθαι. οἵ τε γὰρ τοῦ Καίσαρος ἐπιτήδειοι προκαλεσθέντες οὕτως, ἡσύχασαν· καὶ τῶν ἄλλων τὸ μὲν πολὺ, δουλωθὲν ὑπὸ τοῦ φόβου, ἡσυχίαν ἦγαγον, ἀγαπῶντες εἰ καὶ ὡς περισωθεῖεν.

34. M. autem Caro & Favonius omnia quæ ab istis agebantur, impugnabant, a duobus tribunis plebis inter alios adjuti: sed hi libertate sua in dicendo sine fructu usi sunt, quod pauci multis repugnarent. Et Favonius quidem, quum ad contradicendum unica hora a Trebonio concessa ei esset, eam frustra, de temporis angustia clamando, consumpsit: Catoni autem duæ ad concionandum horæ obtigerant: sed cum res præsentes,

Ὁ [122] δὲ δὴ Κάτων καὶ ὁ Φαυώνιος ἠναντιοῦντο μὲν πᾶσι τοῖς πραττομένοις ὑπ' αὐτῶν, συνεργούς τέ τινας ἄλλους, καὶ τοὺς δύο δημάρχους ἔχοντες· ἅτε δὲ ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἀγωνιζόμενοι, μάτην ἐπαρρησιάζοντο. καὶ ὁ μὲν Φαυώνιος, μίαν ὥραν μόνην παρὰ τοῦ Τρεβωνίου πρὸς ἀντιλογίαν λαβὼν, κατέτριψεν αὐτὴν, ὑπὲρ αὐτῆς τῆς τοῦ καιροῦ στενοχωρίας εἰκῇ βοῶν· ὁ δὲ δὴ Κάτων ἔτυχε μὲν ἐν δύο ὥραις δημηγορῆσαι· τραπόμενος δὲ

[a] ἐκείνους μὲν. ἐκεῖνοι μὲν, Crassus & Pompejus, L. [b] δημοσίᾳ. δήμαρχοι, X. T. male. δημοσίᾳ conjungi debet cum οὐχ ὡμολόγησαν αὐτοῖς. L. [c] Ἀτήϊος. sic p. 613. E. vulgo Ἄλλιος. Ἀτηίϊος, scribi vult, L. Atejus apud Ciceronem vocatur. Ep. XIII. 29. Divinat. I. 16. & sunt Lucii Ateji Capitones, pater & filius, apud eundem Ciceronem, qui hujus Caji familiarissimus fuit. Quare non assentior Turnebo Adverss. V. 20. ubi *Attius* putat verius esse. [cc] ὑπὲρ αὐτῶν. scilicet ὧν ἐφίεντο. minus recte igitur Oddey vertendum putat: *de se ipsis dedignati sunt verba facere;* quasi ὑπὲρ αὑτῶν scribendum esset. [d] τὰς Ἰβηρίας. τῆς Ἰβηρίας (interjecta parenthesi) ἄρχειν. L. [e] ἄρχειν. parenthesis non post ἄρχειν, sed post ἐκεκίνητο claudenda. RS. X. sed ἄρχειν vocabulum abundat. X. ego contra minime delendum aio, cohærens quippe cum τῆς Ἰβηρίας, L. [f] τι ὑπὲρ αὐτοῦ. secutus sum cod. V. b. nam τι desiderabatur in editis.

χῶρας τινῶν ἐλθόντων, καὶ φονευθέντων περὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγων, ἀναπλησθεὶς αἵματος ἠνάγκασε τὰ ἱμάτια.

§ 119. (l. 43.) Γάϊος Ἀτήϊος Καπίτων καὶ Πούπλιος Ἀκύλιος Γάλλος] De duobus hisce tribunis cum M. Catone fortiter, incassum licet, potentiæ nimiæ Crassi resistentibus, vide Pighium T. III. Annalium p. 389. Dionem infra p. 106. 107.

§ 120. (l. 50.) Γάϊός τε Τρεβώνιος] Hac Trebonii tribuni plebis lege, provinciæ Proconsulares in quinquennium decretæ sunt, Crasso Syria, atque, ut Plutarchus in Catone minore p. 779. Ægyptus: Pompejo Hispania, infra 141. B. atque ut Appianus & Plutarchus in Pompejo p. 647. testatur, Africa & quatuor legiones. Eadem Trebonii lege Cæsari Galliam & Germaniam datam legas in Epitome Livii lib. 105. sed de prorogato Cæsaris in Gallia imperio, Dio infra p. 106. A. 107. C. atque legem illam postea latam scribit Plutarchus in Catone minore p. 780.

§ 121. (l. 64.) Τρία ἔτη πλείω] Quinquennium habet Suetonius in Cæsare c. 24. ἄλλην πεντετίαν, Plutarchus in Cæsare p. 718. & Pompejo p. 646. 647. & Appianus II. civil. p. 437. & Parthic. p. 135.

§ 122. (l. 72.) ὁ δὲ δὴ Κάτων καὶ ὁ Φαυώνιος] Conferendus Plutarchus in Catone minore p. 780. ubi duarum etiam horarum

δὲ πρὸς [g] καλ]ηγορίαν τῶν τε ἐν χερσὶ καὶ τῆς ὅλης καλ]αστάσεως, ὥσπερ εἰώθει, καλ]ανάλωσε καιρὸν, πρίν καὶ ὁτιοῦν [b] τῶν ἐωνουμένων, οὐχ ὅτι οὐκ ἐνεδέχελ]ό τι καὶ περὶ ἐκείνων λεχθῆναι, ἀλλ' ἵν' ἔτι τι δημηγορῆσαι δοκῶν ἔχειν, ὑπό τε τοῦ Τρεβωνίου σιγαθῇ, καὶ αὐλ]ῷ καὶ τοῦτ' αὐλ]ὸ ἐγκαλῇ. ἐπεὶ ἓν γε ἠπίσαλ]ο, ὅτι οὐδ' εἰ πάσῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκέχρηλ]ο, πεῖσαί τι ὧν ἐβούλελ]ο ψηφίσαθαι σφᾶς ἐδύναλ]ο. οὐκοῦν οὐδὲ παραχρῆμα [i] σιωπήσειν κελευθεὶς ἐπαύσαλ]ο· ἀλλὰ καὶ ἐξωθεὶς καὶ ἑλκυσθεὶς ἐκ τοῦ συλλόγου, ἐπανῆλθε· καὶ τὸ τελευταῖον [123] καὶ ἐς τὸ οἴκημα ἐσαχθῆναι προσλαχθεὶς, οὐκ ἐμελ]ίσε.

tes, totumque ſtatum reipublicæ accuſare cœpiſſet, quod ſolebat, tempus contrivit, antequam vel tantillum quod cauſæ huic inſerviret, protuliſſet: non quod de ea nihil dici poſſet; ſed ut, ſi de illa adhuc concionari voluiſſe videretur, ſilentium vero ſibi a Trebonio indictum eſſet, hoc ipſum quoque eidem poſſet crimini dare. Satis enim compertum habebat Cato, ſe, ne ſi tota quidem die peroraret, effecturum; ut quæ vellet ipſe, decernerentur. Itaque juſſus tacere, non ſtatim dicendi finem fecit, ſed ex concione etiam exturbatus raptatusque, reverſus eſt: tandemque in carcerem etiam juſſus abduci, nihil remiſit. A.U.C.699 Pompejo II. & Craſſo II. COSS.

Καὶ ἐκείνη μὲν ἡ ἡμέρα οὕλ]ω καλ]ελ]ίβη, ὥσε μηδ' εἰπεῖν ἀρχὴν μηδὲν τοὺς δημάρχους δυνηθῆναι. ἐν γάρ τοι ταῖς συνόδοις [k] [καὶ] ταῖς τοῦ δήμου, [124] ἐν αἷς γε καὶ ἐβουλεύονλ]ο, πάσαις, [πρὸς] τοῖς ἰδιώταις πρὸ τῶν τὰς ἀρχὰς ἐχόνλ]ων ὁ λόγος ἐδίδολ]ο· τοῦ μηδένα αὐλ]ῶν, ὡς ἔοικε, τῇ τοῦ κρείττονος γνώμῃ προκαταλαμβανόμενον, [l] ὑποσέλεσθαί τι ὧν φρονοίη, ἀλλ' ἐπὶ πάσης παῤῥησίας τὰ δοκοῦνλ]α αὐλ]ῷ λέγειν. Φοβηθεὶς οὖν [125] ὁ Γάλλος, μή τις αὐλ]ὸν ἐκ τῆς ἀγορᾶς τῇ ὑσεραίᾳ ἐξείῤῥῃ, ἢ καὶ δεινότερόν τι ἐργάσηλ]αι, ἔς τε τὸ συνέδριον ἀφ' ἑσπέρας ἐπῆλθε, καὶ ἐν αὐλ]ῷ ἐνυκλίσευσε, τῆς τε ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς παρὰ τοῦ χωρίου, καὶ ὅπως ἐκεῖθεν ἅμα ἕῳ πρὸς τὸ πλῆθος ἐξέλθῃ. καὶ τοῦτον μὲν ὁ Τρεβώνιος μάτην ἐνλαῦθα καὶ τὴν νύκλ]α καὶ τῆς ἡμέρας τὸ πλεῖον ἐνδιατρίψαι ἐποίησε, πάσας τὰς θύρας τοῦ βουλευλ]ηρίου κλείσας· τὸν δὲ [m] Ἀτέϊον, τόν τε Κάτωνα, καὶ τὸν Φαυώνιον, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετ' αὐλ]ῶν ὄνλ]ας, ἕτεροι, προκαλ]αλαβόνλ]ες τῆς νυκλ]ὸς [n] τὸ τοῦ συλλόγου χωρίον, ἐξεῖργον. καὶ ἐπειδὴ ὁ μὲν Φαυώνιος [126] καὶ ὁ Νίννιος διαλαθόνλ]ες πως ἔνδον ἐγένονλ]ο· ὁ δὲ δὴ Κάτων καὶ ὁ [o] Ἀλέϊος, ἐπαναβάνλ]ες τισὶ τῶν περιεσηκότων, καὶ μελ]εωρισθένλ]ες ὑπ' αὐλ]ῶν, [127] διοσημείαν, ὡς καὶ διαλύσονλ]ες σφᾶς, ἐψηφίζονλ]ο, τούτους μὲν ἑκαλ]έρους οἱ ὑπηρέται τῶν δημάρχων ἐξήλασαν· τοὺς δ' ἄλλους τοὺς σὺν αὐλ]οῖς ὄνλ]ας καλ]ετραυμάτισαν, καί τινας καὶ ἀπέκλ]ειναν.

35. Ea igitur dies ita extracta eſt, ut nulla omnino dicendi copia tribunis fieret. Nam in omnibus comitiis, ubi quid ad populum agendum erat, prius privatis hominibus concio dabatur, quam magiſtratum tenentibus: ne quis nimirum potentioris, (ut fieri aſſolet) ſententia præventus, ſuam ipſe ſupprimeret, ſed ſumma cum libertate, quod ſentiret, exponeret. Quamobrem Gallus timens, ne poſtridie foro intercluderetur, aut majorem etiam injuriam aliquam acciperet, ſub veſperum in curiam ingreſſus, in ea pernoctavit: cum quod eo in loco ſe tutum crederet, tum ut ſummo mane inde in concionem prodire poſſet. At Trebonius, omnibus curiæ januis occluſis effecit, ut is & noctem, & diei majorem partem fruſtra ibi exigeret. Ateium, Catonem, Favoniumque, & cæteros, qui cum his erant, alii quidam, de nocte occupato loco, concionis aditu prohibuerunt. Quumque Favonius & Ninnius occulte eo introiiſſent, Cato autem & Ateius quibusdam circumſtantium inſiſtentes, ab iisque in ſublime elevati, concionis ſolvendæ cauſa de cælo ſervatum eſſe dicerent; uterque horum a tribunorum apparitoribus expulſus eſt: cæteros autem, qui cum illis erant, iidem famuli vulneraverunt, nonnullos etiam occiderunt.

Κυρωθένλ]ος δὲ οὕλ]ω τοῦ νόμου, καὶ τοῦ πλήθους ἀπαλλαλ]ομένου ἤδη ἐκ τοῦ συλλόγου, παραλαβὼν ὁ [o] Ἀτέϊος τὸν Γάλλον αἵμαλ]ος ἀναπλεων (ἐκβιαζόμενος

36. Perlata lege, populoque jam a concione digrediente, Atejus Gallum ſanguine perfuſum (vi enim ex concione pulſus is vulnus acceperat) ad

horarum Catoni ad dicendum permiſſarum mentio. De Favonio Catonis imitatore ac ζηλωλ]ῇ dictum ad XXXVIII. p. 62. B.

§ 123. (l. 92.) καὶ ἐς τὸ οἴκημα] Mox iterum miſſum Catonem factum a Trebonio, ſibi metuente, quum eum inter eundum verba facientem plebs aſſectaretur, narrat Plutarchus p. 780.

§ 124. (l. 96.) ἐν αἷς γε καὶ ἐβουλεύονλ]ο] Xylander vertit: *ubi quid cum populo agendum erat*, ſed malim *ad populum*, propter ea quæ notavit Gellius lib. XIII. c. 15. ubi docet, *agere cum populo*, eſſe rogare populum quod ſuffragiis ſuis jubeat aut vetet: *ad populum agere* autem eſt concionem habere, & verba facere ſine ulla rogatione. Egregius porro hic Romanorum mos, cujus præſenti loco Dio meminit, quod in Comitiis privato prius licuit verba ad populum facere, ad ſententiam libere dicendam: deinde magiſtratibus.

§ 125. (l. 2.) ὁ Γάλλος] Unus e duobus tribunis plebis, cum Catone & Favonio adverſus Pompejum Craſſum & Cæſarem pugnantibus, P. Aquilius Gallus. ſupra p. 105. D.

§ 126. (l. 13.) καὶ ὁ Νίννιος] L. Ninnius Quadratus, de quo dixi p. 67. C. & 78. C.

§ 127. (l. 16.) διοσημείαν] Cato quidem privatus erat, Atejus autem tribunus plebis, qui ut cæteri minores magiſtratus jus ſervandi de cœlo ac poteſtatem habebat, adeoque & obnunciandi. vide Paulum Manutium ad IV. Epiſt. 3. ad Atticum.

g καλ]ηγορίαν, pro δημηγορίαν, quod eſt in editis, ſcribendum eſſe, ex gallica interpretatione conjicit T. recte quidem, quippe confirmatum cod. V. b. *b* τῶν ἐωνουμένων. depravate, & mutilata periodo. X. vere quidem utrumque integer erit locus, ſi ſcribamus, πρὶν καὶ ὁτιοῦν τῶν εἰκότων λέγειν, οὐχ &c. L. ex Leoniceni italica verſione colligit RS. ejus in codice integram fuiſſe vocem, quæ hic corrupta eſt. ſed nullam tamen nobis meliorem inde eruit. forte ab ὄνημι, fuit ὀνημένων, *quod cauſam juvaret.* Oddey: repone τῶν νενομένων εἰπεῖν. *i* σιωπήσειν. forte σιωπῆσαι. *k* καὶ & πρὸς particulas, incluſas [ ] uncis, omittendas judicant, X. T. N. Od. *l* ὑποσέλεσθαι. ὑπολέλεσθαι, V. b. vitioſe. *m* Ἀτέϊον. vulgo Ἄτιον. Ἀτηΐον. L. marg. vid. p. 105. D. *n* τὸ τοῦ συλλόγου χωρίον, V. b. vulgo χωρίου. unde Leunclavius: vel ſcribendum ἐκτὸς τοῦ συλλόγου, vel illud τὸ prorſus inducendum. ſcilicet retulit omnia ad vocem ἐξεῖργον, quæ potius connectenda cum προκαλαλαβόνλ]ες. *o* Ἄτιος. Ἀτήϊος, L.

A.U.C.699 Pompejo II. & Crasso II. COSS.

ad eos, qui adhuc aderant, produxit, iisque oſtendit: dictisque iis, quæ ad cauſam faciebant, magnum motum excitavit. Eo conſules percepto, qui haud procul inde rebus intenti ſtationes agebant, magna celeritate ſupervenerunt cum manu ſuorum, quam haud exiguam ſecum habebant; territisque omnibus, concionem iterum convocarunt: ibique de rebus Cæſaris decretum fecerunt, iisdem, qui ante quoque reſtiterant, nequicquam reclamare aggreſſis.

ξόμενος γὰρ ἐκ τοῦ συνεδρίου ἐπλήγη) παρήγαγέ τε ἐς τοὺς ἔτι παρόντας, καὶ ἐπιδείξας αὐτὸν, καὶ ἐπειπὼν ὅσα εἰκὸς ἦν, δεινῶς σφᾶς ἐτάραξεν. αἰσθόμενοι οὖν τοῦτο οἱ ὕπατοι, ἦλθόν τε διαλαχέων (ἔγγυθεν γὰρ πόθεν τοῖς πραττομένοις ἐφήδρευον) καὶ καταφοβήσαντες αὐτοὺς, ἅτε καὶ χεῖρα οὐκ ὀλίγην ἔχοντες, εὐθύς τε ἐκκλησίαν συνήγαγον, καὶ τὰ κατὰ τὸν Καίσαρα ἐπεψήφισαν· ἀντειπεῖν μὲν καὶ πρὸς ἐκεῖνα τῶν αὐτῶν P πειρασάντων, οὐ μέντοι καὶ δυνηθέντων τι πρᾶξαι.

37. His confirmatis, pœnam priore adhuc graviorem contra eos, qui largitiones feciſſent, conſtituerunt: quaſi ipſi deliquiſſent minus, qui non pecunia, ſed vi magiſtratum occupaſſent. Sumptus quoque, qui in quotidiano victu ad ſummum excreverant, coercere tentarunt, quanquam ipſi ad extremum luxum mollitiemque provecti: quod ipſum quoque in cauſa fuit, quominus ea lex perferretur. Hortenſius enim, qui inter alios maxime faciundis ſumptibus geſtiebat, magnitudine civitatis explicata, conſulibusque ob ſumptuoſitatem domeſticam & magnificam erga alios liberalitatem collaudatis, eorumque vita ſuæ orationi tanquam in ſubſidium adhibita, ut a propoſito diſcederent, effecit. Nam adverſationis hujus moti verecundia, quodque videri nollent, iis quæ ipſi uſurparent, aliis præ invidia interdicere, ultro rogationem iſtam omiſerunt.

Ταῦτά τε οὖν κυρωθῆναι ἐποίησαν, καὶ μετὰ τοῦτο [128] πικρότερα ἐπιτίμια τοῖς δεκάζουσι τινὰς ἐπέταξαν· ἢ ὥσπερ τοι αὐτοὶ ἔλαττον, ὅτι οὐ χρήμασιν, ἀλλὰ βίᾳ τὴν ἀρχὴν εἰλήφεσαν, ἁμαρτόντες. ἐπεχείρησαν μὲν γὰρ καὶ [129] τὰ ἀναλώματα r τὴν δίαιταν ἐπὶ μακρότατον s προσηγμένα συσσῖτίαι, καίπερ ἐς πᾶν αὐτοὶ καὶ τρυφῆς καὶ ἀβρότητος προκεχωρηκότες· ἐκωλύθησαν δὲ ὑπ' αὐτοῦ τούτου, τοῦ διανομοθετῆσαι. ὁ γὰρ [130] Ὁρτήσιος, φιλαναλωτὸς ἐν τοῖς μάλιστα ὤν, ἔπεισεν αὐτοὺς, τό, τε μέγεθος τῆς πόλεως ἐπεξιών, t καὶ ἐπί τε τῇ οἴκοι πολυτελείᾳ καὶ ἐπὶ τῇ ἐς τοὺς ἄλλους μεγαλοφροσύνῃ ἐπαινῶν, u καταβαλεῖν τὴν γνώμην, ἅτε καὶ συναγωνιστῇ τῶν λόγων τῷ βίῳ σφῶν χρώμενος. τήν τε γὰρ ἐναντίωσιν αἰδεσθέντες, καὶ προσέτι καὶ καταπλαγέντες, x φθόνῳ τινὶ τοὺς ἄλλους, ὧν αὐτοὶ ἐποιοῦντο, δοκεῖν ἀπείργειν, ἐκόντες ἀφῆκαν τὴν εἰσήγησιν.

38. Iisdem diebus, id quod etiamnum inſigne habetur, theatrum Pompejus dedicavit: in eodemque ſpectacula & muſica, & ludos gymnicos exhibuit: atque in circo equorum certamen,

Κατὰ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ὁ Πομπήϊος τὸ θέατρον, [131] ᾧ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα, καθιέρωσε· καὶ ἔν τε ἐκείνῳ [132] θέαν καὶ μουσικῆς καὶ ἀγῶνος γυμνικοῦ, καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ καὶ ἵππων ἅμιλλαν, καὶ θηρίων

p παρασάντων. ita edere placuit ex cod. V. b. pro παραθέντων, quod librarius, ſono ſequentis δυνηθέντων occupatus, ex confuſione ſcripſiſſe videtur. q ὥσπερ τοι αὐτοὶ ἔλαττον. ὥσπερ εἰ αὐτοὶ ἔλαθον legendum eſt. X. T. non probo, nec cur aliquid mutandum ſit video. r τὴν δίαιταν. περὶ τὴν δίαιταν, X. T. καὶ τὴν δίαιταν, L. s προσηγμένα. προηγμένα, L. t καὶ ἐπὶ. καὶ αὐτοὺς ἐπὶ, L. u καταβαλεῖν. ita ſcribendum eſſe recte ni fallor docuit, pro καταλαβεῖν, X. T. vide ſupra p. 52. E. καθέλε τὴν ἀξίωσιν. x φθόνῳ. φόνῳ, RS. male.

§ 128. (l. 34.) πικρότερα ἐπιτίμια] Poenas lege Calpurnia de ambitu propoſitas memoravit Dio ſupra XXXVI. p. 18. D. & lege Tullia p. 43. A. Aſconius in argumento Milonianæ, legem de ambitu, pœnam graviorem & formam judiciorum breviorem conſtituente, ſcribit Pompejum conſtituiſſe, non hoc ſecundo conſulatu, ſed tertio, atque promulgaſſe ex SCto.

§ 129. (l. 37.) τὰ ἀναλώματα καὶ τὴν δίαιταν] Leges cibarias ac ſumtuarias non paucas referunt qui de legibus Romanis ſcripſere, Æmiliam, Antiam, Corneliam, Didiam, Fanniam, Juliam, Liciniam & antiquiorem cæteris Orchiam. vide Gellium lib. II. c. 24.

§ 130. (l. 41.) Ὁρτήσιος] De Hortenſio hoc Oratore ejusque ſumtuoſo luxu non habeo quod addam eleganti diligentiæ Petri Bælii in Dictionario hiſtorico.

§ 131. (l. 52.) ᾧ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα] Theatrum Pompeji Tito imperium gerente conflagraverat, ut narrat Dio infra p. 756. E. Sed ab eodem Tito reſtitutum conſtat e Suetonii Tito c. 5. De aliis theatri hujus incendiis & inſtaurationibus, (ut facta a Tiberio, infra p. 669. C. & apud Tacitum III. 72. Annalium) quemadmodum & de ſplendore ejus & magnificentia, conſulere juvabit Alexandrum Donatum de urbe Roma III. 8. T. III. theſauri Græviani p. 696. ſq. Priora theatra ante Pompejum *ſubitariis gradibus & ſcena in tempus ſtructa* ludis locum dabant, ut eſt apud Tacitum XIV. 19. *Itaque ſæpe cenſores renaſcentia theatra deſtruebant, moribus conſulentes: quorum ſcilicet periculum ingens de laſcivia providebant. Itaque Pompejus Magnus ſolo theatro ſuo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exſtruxiſſet, veritus quandoque memoria ſua cenſoriam animadverſionem, Veneris* (victricis, νικηφόρου, Plutarch. p. 655. & Plin. VIII. 7. Hiſt. Victoriæ Gell. X. 1.) *ædem ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum ſed Veneris templum nuncupavit, cui ſubjecimus gradus ſpectaculorum* &c. Hæc Tertullianus c. 7. de ſpectaculis.

§ 132. (l. 53.) θέαν, καὶ μουσικῆς] Cicero in Piſonem c. 27. *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi.* Ad quem locum Aſconius: *Cn. Pompeji ludos ſignificat, quibus theatrum a ſe factum dedicavit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in circo.* Et in argumento ejus orationis: *Pompejo & Craſſo Coſſ. Pompejus exquiſitiſſimis magnificentiſſimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit.* Plutarchus Pompejo p. 647. Πομπήϊος τὸ θέατρον ἀναδείξας ἀγῶνας ἦγε γυμνικοὺς καὶ μουσικοὺς ἐπὶ τῇ καθιερώσει, καὶ θηρῶν ἁμίλλας, ἐν ὅις πεντακόσιοι λέοντες ἀνῃρέθησαν. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν ἐλεφαντομαχίαν ἐκπληκτικώτατον θέαμα παρέσχεν. Per omnis generis ludos, quos Aſconius memorat, intellige ſcenicos & muſicos, tum gymnicos quibus nudi athletæ luctabantur, deinde gladiatorios, præterea Circenſes, quibus denique accedunt venationes & confectiones belluarum. Cicero lib. VII. Epiſt. 1. ad Marium, omnino de his ludis conſulendus.

§ 133. (l. 55.) λέοντες πεντακόσιοι] Leonum quingentorum interfectorum, ſicut & ἐλεφαντομαχίας a Pompejo editæ, meminit etiam loco jam allato Plutarchus.

§ 134. (l. 57.) ἐλέφαντες ὀκτωκαίδεκα] Seneca de brevitate vitæ c. 13. *Num & Pompejum primum in Circo elephantorum duodeviginti pugnam edidiſſe, commiſſis more prælii noxiis hominibus, ad ullam rem bonam pertinet?* Plinius VIII. 7. Hiſt. *Pompeji quoque altero Conſulatu, dedicatione templi Veneris Victricis, pugnavere in Circo elephanti XX. aut ut quidem tradunt XVIII. Gætulis ex adverſo jaculantibus, mirabili unius dimicatione, qui pedibus confoſſis repſit genibus in catervas, abrepta ſcuta jaciens in ſublime, quæ decidentia voluptati ſpectantibus erant in orbem circumacta, velut arte non furore belluæ jacerentur —— Univerſi eruptionem tentavere non ſine vexatione*

108 ρίων πολλῶν καὶ παν]αδαπῶν σφαγὰς ἐποίησε. [133] λέ-
ον]ές τε γὰρ πεν]ακόσιοι ἐν πέν]ε ἡμέραις ἀνηλώθησαν,
καὶ [134] ἐλέφαν]ες ὀκ]ωκαίδεκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέ-
σαν]ο· καὶ αὐ]ῶν οἱ μὲν παραχρῆμα ἀπέθανον, οἱ δὲ
οὐ πολλῷ ὕ]ερον. [135] ἠλεήθησαν γάρ τινες ὑπὸ τοῦ
δήμου, παρὰ τὴν τοῦ Πομπηΐου γνώμην, ἐπειδὴ τραυ-
μα]ιωθέν]ες τῆς μάχης ἐπαύσαν]ο, καὶ περιϊόν]ες, τάς
τε προβοσκίδας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνέτειναν· καὶ ὠλοφύρον-
Β το οὕ]ως, ὥ]ε καὶ λόγον παραχεῖν, ὅτι οὐκ ἄλλως ἐκ
συν]υχίας αὐ]ὸ ἐποίησαν, ἀλλὰ τούς τε ὅρκους, οἷς πι-
σεύσαν]ες ἐκ τῆς Λιβύης ἐπεπεραίων]ο, βοώμενοι, καὶ
τὸ δαιμόνιον πρὸς τιμωρίαν σφῶν ἐπικαλούμενοι. λέ-
γε]αι γὰρ, ὅτι οὐ πρότερον τῶν νεῶν ἐπέβησαν, πρὶν
πίσιν παρὰ τῶν ἀγόν]ων σφᾶς ἔνορκον λαβεῖν, ἢ μὴν
μηδὲν κακὸν πείσεθαι. καὶ τοῦτο μὲν εἴτ' ὄν]ως οὕ-
τως, εἴτε καὶ ἄλλως πως ἔχει, οὐκ οἶδα. ἤδη γάρ τι-
νες καὶ ἐκεῖνο εἶπον, ὅτι πρὸς τῷ [136] τῆς φωνῆς τῆς
C πα]ριώτιδος αὐτοὺς ἐπαΐειν, [137] καὶ τῶν ἐν τῷ οὐρα-
νῷ γινομένων συνιᾶσιν· ὥ]ε καὶ ἐν ταῖς νουμηνίαις,
πρὶν ἐς ὄψιν τοῖς ἀνθρώποις τὴν σελήνην ἐλθεῖν, πρός
τε ὕδωρ [γ] φανὸν ἀφικνεῖθαι, κἀν]αῦθα καθαρμόν
τινα σφῶν ποιεῖθαι. ἤκουσα μὲν δὴ ταῦτα. ἤκουσα
δὲ καὶ ἐκεῖνο, ὅτι τὸ θέατρον τοῦτο οὐχ ὁ Πομπήϊος
ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ [138] Δημήτριός τις, ἀπελεύθερος
αὐτοῦ, ἐκ τῶν χρημάτων, ὧν συ]ρατευόμενός οἱ ἐπε-
πόρισο. ὅθενπερ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἔργου δικαιό-
D τατα αὐτῷ ἀνέθηκεν· [α] ἵνα μήτε κακῶς ἀκούῃ,
ὅτι ἐξελεύθερος [α] αὐτοῦ ἠργυρολόγησεν, ὥ]ε καὶ ἐς
τηλικοῦτον ἀνάλωμα ἐξικέθαι.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐν μὲν τούτοις οὐ σμικρὰ τῷ δή-
μῳ ὁ Πομπήϊος ἐχαρίσατο· τοὺς δὲ δὴ καταλό-
γους μετὰ τοῦ Κράσσου πρὸς τὰ ἐψηφισμένα σφί-
σι ποιούμενος, [139] πλεῖσον αὐτοὺς ἐλύπησε. καὶ
τότε

[133] λέοντες, multarumque & varii generis beluarum venationes præbuit. Quinque enim dierum ſpatio quingenti leones confecti ſunt: elephanti- A.U.C.699 Pompejo II. & Craſſo II. COSS.
que octodecim cum armatis depugnaverunt, partim in ipſa pugna mortui, partim paulo poſt. Nam populus aliquos, etiam invito Pompejo, miſeratus eſt; quum vulnerati a pugna deſtitiſſent, circumeuntesque proboſcidibus ad cœlum erectis ita lamentati ſunt, ut ſermoni occaſionem præberent, non id ab ipſis temere aut caſu fieri, ſed eos jusjurandum, quo perſuaſi ex Africa traducti erant, clamore ſuo teſtari, & vindictam numinis implorare. Fertur enim, haud prius eos in naves ingreſſos eſſe, quam a ducentibus jure jurando ſibi cautum eſſet de omni injuria. Id verum ſit, nec ne, haud ſcio: certe hoc quoque a quibusdam traditum eſt, præterquam quod elephanti ſermonem patrium percipiant, rerum quoque eos cœleſtium intelligentia eſſe præditos: hinc in noviluniis, antequam in conſpectum hominibus luna perveniat, eos ad aquam limpidam accedere, eaque ſeſe luſtrare. Ego & hæc ita accepi: & hoc præterea, id theatrum non a Pompejo extructum eſſe, ſed Demetrium libertum ejus id ex pecuniis, quas ſub eo militans paravérat, condidiſſe: atque ideo cognomen ejus operis non immerito ad Pompejum retuliſſe, ne male audiret, quod libertus eam vim pecuniæ collegiſſet, unde tantos ſumptus facere poſſet.

39. Enimvero his muneribus Pompejus haud vilem a populo gratiam inivit: cæterum in conſcribendo exercitu cum Craſſo, quo ad demandatas ſibi partes uterentur, magnopere eos offendit:

γ φανὸν. ita Xiph. vulgo ἀανὸν, quod ſi retinendum, potius ἀέναον vel ἀείναον ſcribendum eſſet, monente L. nam ἀανὸν apud Suidam (in pr. edit.) corrupte legitur pro ἀεὶ νῶν, ut vel ex Heſychio patet; quod ipſum forte hic etiam exhibuiſſemus, niſi Xiphilini auctoritas aliud ſuaſiſſet.
α ἵνα μήτε κακῶς. ἵνα μὴ κακῶς, L. α αὐτοῦ. αὐ]οῦ τοσαῦτα, L.

ne populi, circumdati clathris ferreis. Chronicon Alexandrinum ſive Paſchale p. 185. (per errorem, ut opinor) elephantos quadraginta a Pompejo commiſſos memorat. Πομπήϊος ὁ μέγας τὸ κλιθὲν ὑπ' αὐ]οῦ θέαμα ἀφιέρωσεν καὶ θεωρίας ἐπε]έλεσεν ἐν αὐ]ῷ δι' ἐλεφάν]ων τεσσαράκον]α καὶ ἵππων τ', καὶ πε]ῶν ὡ καὶ μονομάχων χ'. (interpres gladiatores 1000. cum in Græco ſint 600.) ἐλεφα]ομαχίαν ποιήσας.

§ 135. (l. 59.) ἠλεήθησαν γάρ τινες ὑπὸ τοῦ δήμου] Idem Plinius VIII. 7. *ſed Pompejani* (elephantes) *amiſſa fugæ ſpe, miſericordiam vulgi inenarrabili habitu* (an *barritu?*) *quærentes ſupplicavere, quadam ſeſe lamentatione complorantes: tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris, ac munificentiæ honori ſuo exquiſitæ, flens univerſus conſurgeret, dirasque Pompejo, quas ille mox luit, imprecaretur.*

§ 136. (l. 71.) τῆς φωνῆς τῆς πα]ριώτιδος ἐπαΐειν] Aelian. Hiſt. Anim. XIII. 22. de elephantis Indicis φωνῆς ἐπιχωρίου ἐπαΐειν εἰλήχασι φύσα τινὶ ἀποῤῥήτῳ καὶ μάλα γε ἰδίᾳ τοῦ ζώου τοῦδε. Et IV. 24. συνιᾶσι καὶ γλώ]ης ἀνθρωπίνης ἐπιχωρίου. Plinius VIII. 1. *intellectus illis ſermonis patrii, & imperiorum obedientia.* Ovid. IV. 6. Triſt.

Quæque ſui monitis obtemperat Inda magiſtri
Bellua, ſervitium tempore victa ſubit.

Strabo XV. p. 705. με]ὰ δὲ ταῦτα παθαρχεῖν διδάσκουσι τοὺς μὲν διὰ λόγου, τοὺς δὲ μελισμῷ τινι καὶ τυμπανισμῷ καὶ αυλοῦσι. Manuel Phile Carmine de elephante v. 130.

Καὶ πῇ μὲν αὐ]ῶν ἀκροᾶθαι τῶν λόγων
ὃυς ἄν τις Ἰνδὸς ἓυ τιθασσεύων λέγῃ. &c.

Etiam recentiore memoria idem tradit Pet. Gyllius in elephanti deſcriptione p. 504. & ex Chriſtophori Acoſtæ teſtimonio Lipſius lib. II. Epiſt. 50. qui etiam colloqui inter ſe elephantes, notavit, ex Oppiani lib. II. 540.

φήμην δ' ὡς ἐλέφαν]ες ἐπ' ἀλλήλοις καλέουσι
φθογγὴν ἐκ τομάτων μεροπηΐδα τονθρύζον]ες.

§ 137. (l. 72.) καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ] Plutarchus de ſollertia animalium p. 972. ἱσορᾶ δὲ (ὁ Ἰόβας) καὶ ἐυχῆ χρῆθαι θεῶν τοὺς ἐλέφαν]ας ἀδιδάκ]ως, ἀγνιζομένους τε τῇ θαλάσσῃ καὶ τὸν ἥλιον ἐπφανέν]α προσκυνοῦν]ας, ὥσπερ χεῖρὸς ἀναχέσα τῆς προβοσκίδος. ὅθεν καὶ θεοφιλέσα]όν ἐσι τὸ θηρίον, ὡς Πτολεμαῖος ὁ φιλοπάτωρ ἐμαρ]ύρησε. Plinius VIII. 1. de elephantis: *religio quoque illis ſiderum, ſolisque ac lunæ veneratio. Auctores ſunt, in Mauritaniæ ſaltibus, ad quendam amnem, cui nomen eſt Amilo, niteſcente luna nova, greges eorum deſcendere: ibique ſe purificantes ſolenniter aqua circumſpergi, atque ita ſalutato ſidere in ſilvas reverti, vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Alienæ quoque religionis intellectu, creduntur maria transituri non ante naves conſcendere, quam invitati rectoris jurejurando de reditu.* Quod ait de jurejurando, huic congruit quod jam Dio fecit mentionem τῶν ὅρκων, quibus fidentes elephantes ex Africa transportari ſe paſſi fuerint. vide etiam Solinum capite de Mauritania, 28. (al. 38.) Ælian. Hiſt. animal. IV. 10. & VII. 44. e recentioribus, Georgii Chriſtophori Petri ab Hartenfels Elephantographiam editam Erfordiæ A. 1715. p. 143. ſq.

§ 138. (l. 78.) Δημήτριός τις ἀπελεύθερος] Hic eſt Demetrius libertus, qui apud Pompejum plurimum potuit, & propterea maxima auctoritate uſus eſt etiam in provinciis, ubi homines effuſi, etiam ſacerdotes & magiſtratus, ante portas cum coronis obviam ei venerunt in chlamydibus & candidis veſtimentis, ut narrat Plutarchus Pompejo p. 640. & Catone minore p. 765. referens vocem Catonis, qui hoc cum videret fieri Antiochiæ, quod ſui cauſſa factum ratus fuerat, & poſtea comperit Demetrio deſtinari, exclamavit ὦ τῆς ἀθλίας πόλεως, *o miſeram civitatem!* Confer Petr. Victorium in lib. IV. ad Atticum Epiſt. 11. & Lipſium ad Senecam de tranquillitate animi c. 8. Demetrii hujus in gratiam, Gadaram patriam ejus (Gadarenſis enim fuit ac fortaſſe Judæus) paullo ante a Judæis everſam, Pompejus inſtauravit, teſte Joſepho XIV. 4. & de bello Judaico Lib. I. c. 7.

§ 139. (l. 87.) πλεῖσον αὐ]οὺς ἐλύπησε] Paulo aliter Plutarchus in Pompejo p. 647. Narrat enim, pro gratia, quam theatri

A.U.C.699 Pompejo II. & Craſſo II. COSS.

fendit: populusque tunc pœnitentia correptus Catonem reliquosque laudavit. Itaque conſules cum hac de cauſa, tum quod a nonnullis tribunisplebis judicium, verbis quidem, contra legatos illorum, re autem vera adverſum ipſos conſules & eorum acta inſtituebatur, quoniam vi nihil agere audebant, veſtem, tanquam in calamitate aliqua, lugubrem cum ſenatoribus ſuæ factionis ſumpſerunt: quam tamen mox, mutata ſententia, ne obtentu quidem aliquo arrepto, poſuerunt. Quum vero tribuniplebis obſtarent, ne milites conſcribere conſulibus liceret, iisque decretas expeditiones reſcindere conarentur; Pompejus id ægre non tulit. Statim enim ſuos emiſerat legatos, ipſeque haud invitus ad urbem manebat, tanquam ea egredi prohibitus, quando ob procurationem rei frumentariæ præſens eſſe cogeretur: ut & Hiſpanicas res per legatos curaret, & ipſe per ſe cætera Romæ atque tota Italia adminiſtraret. Craſſus vero, cui neutrum horum contigerat, ad vires ex armis parandas ſe convertit. Tribuni plebis, quia ſuam in dicendo libertatem, velut inermem, ad actiones ejus prohibendas infirmiorem eſſe videbant, a reclamando deſtiterunt: ſed multa illi fœda imprecati ſunt, quaſi vero non ipſam rempublicam per eum diris devoverent. Nam & in Capitolio conſuetas ei expeditionis cauſa precationes obeunti, auſpicia infeſta prodigiaque obnunciaverunt, & proficiſcentem multis gravibusque imprecationibus proſecuti ſunt. Atejus quoque in carcerem eum abducere aggreſſus eſt: ſed intercedentibus reliquis tribunis plebis, pugna moram rei injecit, atque inter eam Craſſus pomœrio egreſſus eſt: isque ſeu caſu, ſeu vi imprecationum, haud ita diu poſt periit.

§ 49. (l. 67.) *Ἀρσακίδαι*] Horum ſucceſſionem usque ad Artabanum, qui ab Artaxerxe Perſarum rege victus & interfectus (infra p. 918.) A. C. 227. regno Parthorum finem impoſuit, habes in Reineccii Hiſtoria Julia T. III. p. 206. & in Chriſtophori Cellarii Hiſtoria Antiq. p. 207. ſq. Vid. etiam Lipſium excurſ. in II. Annal. Taciti. Eorundem regum hiſtoriam & ſucceſſionem ex antiquis numis illuſtratam (perinde ut Regum Syriæ & Ægypti dedit) exponere inſtituerat Johannes Foy Vaillant, & Lipſiæ Chriſtophorus Wagnerus *ὁ μακαρίτης*: ſed ambo morte præventi ſunt citius quam hunc laborem abſolverunt. Hodie id expectamus a clariſſimo viro Nicolao Franciſco Haymio, de cujus conſilio traditum in Actis Eruditorum A. 1722. p. 243. Præclara interim de Arſacidis ex eodem antiquorum numiſmatum penu Ezechiel Spanhemius Diſſ. VIII. de uſu numiſmatum T. I. p. 459. ſq. vid. etiam Triſtanum T. II. p. p. 84. ſq. Caroli Patini Theſaurum p. 209. & ad Sueton. p. 32. & 65. Andream Morellum in ſpecimine rei numariæ p. 229. &c.

§ 50. (l. 68.) *τὴν πλησιόχωρον πᾶσαν*] Strabo XI. p. 516. ſq. ait, omnia intra Euphratem ſui juris feciſſe, & Bactrianæ partem Eucratidi ac Scythis ademiſſe, & p. 515. *καὶ νῦν ἐπέχουσι τοσαύτης γῆς καὶ τοσούτων ἐθνῶν, ὥσε ἀντίπαλοι τοῖς Ῥωμαίοις τρόπον τινὰ γεγόνασι κατὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. Et hodie tantum poſſident terræ, totque gentibus dominantur, ut ob imperii magnitudinem Romanorum potentiæ quodammodo ſint pares.* Plinius lib. V. c. 25. duo imperia ſumma Romanorum Parthorumque.

§ 51. (l. 81.) *πολλοῖς τε ἄρξαι*] Idem Strabo hoc uberius fecerat in Commentariis quæ interciderunt hiſtoricis p. 515. *ἐφεξῆς περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλάβομεν εἰπεῖν.* Et Arrianus qui libris XVII. Παρθικῶν ſcripſerat

A.U.C.700 L. Domitio & Ap. Claudio COSS.

ti ſcripſerunt: neque mihi ea perſequi conſilium eſt. De armatura vero eorum, bellorumque adminiſtratione, diſquiri hoc in libello, quoniam id res poſtulat, convenit. Ita vero illa ſe habet. Scuto uti non ſolent, ſed equites ſagittarii, & haſtati, plerumque cataphracti pugnant. Pedites inter eos pauci ſunt, iique inferioris ſortis, ſed & ipſi omnes ſagittarii: ad quod genus exercitationis a pueritia adſueſcunt, quia non modo adequorum ſed & ſagittæ uſum regio ipſis pariter ac aër adjumento ſunt. Regio enim plana ut plurimum eſt, & cum ad alendos equos, tum ad equitandum aptiſſima. Itaque armenta tota equorum in bellis ducunt, ut ſubinde mutatis equis, ſubito ex longinquo adequitare, rurſusque repente procul referre pedem poſſint. Jam aër apud ipſos eſt ſiccisſimus, humoremque ne minimum quidem continet: itaque ſagittarum jactum ipſis intentiſſimum præbet, ſi a ſumma hyeme diſceſſeris: ideoque ea tempeſtate plane in bellum non proficiſcuntur. Reliquis anni partibus ſi vel in ſua, vel in ſimilis naturæ terra bellum gerant, pugna ſuperari vix poſſunt. Conſuetudine enim hoc habent, ut ſolis æſtum acerrimum ferant. Adverſum potus inopiam atque difficultatem multa remedia inventa ipſis ſunt: quæ res illis ad propulſandam vim, ſi quis fines eorum ingrediatur, haud parum prodeſt. Extra ſuos fines trans Euphratem aliquando pugnis atque excursionibus repentinis nonnihil quidem potuerunt, tamen juſtum bellum idque continens gerere, niſi domi ſuæ, non valent: quoniam in plane alienam & terræ & aëris indolem tranſeunt, ac commeatui impedimentisque militum ferendis ſarcinas nullas uſurpant. Ita Parthorum res habent.

λοῖς τε ἔιρηϛαι, καὶ ἐγὼ οὐκ ἐν γνώμῃ ϖοιοῦμαι συγγράψαι. τῇ δὲ δὴ ὁπλίσει, καὶ τῇ τῶν πολέμων διαχειρίσει (τούτων γὰρ ὁ ἐξετασμὸς τῷδε τῷ λόγῳ, ὅτι καὶ ἐς χρείαν αὐτῶν ἀφικνεῖται, ϖροσήκει) τοιᾶδε χρῶνται. ἀσπίδι μὲν οὐδὲν νομίζουσιν· [52] ἱϖποϛοξόται δὲ [53] καὶ ‖ κονϛοφόροι, τὰ ϖολλὰ [54] καταφρακϛοι, στρατεύονται· [55] ϖεζοί τε, ὀλίγοι μέν, καὶ οἱ ἀσθενέστεροι, τοξόται δ' οὖν καὶ ἐκεῖνοι ϖάντες εἰσίν. ἔκ τε γὰρ ϖαίδων ἀσκοῦνται, καὶ ὁ οὐρανὸς ἥ τε χώρα αὐτοῖς συναίρεται ϖρὸς ἀμφότερα. ἄυτη τε γὰρ ϖεδιὰς ὡς ϖλήθει οὖσα, ἐᾷση τε ἵϖπους τρέφειν ἐϛὶ, καὶ ἐϖιϛηδειοϛάτη καθιϖπεύεσθαι. ἀγέλας γοῦν ὅλας καὶ ἐν τοῖς ϖολέμοις, ὥϛ' ἄλλοτε ἄλλοις ἵϖποις χρῆσθαι, καὶ ϖόρρωθέν τε ἐξαπιναίως ἐϖελαύνειν, καὶ μακράν ϖοι ἐξ αἰφνιδίου ἀϖοχωρεῖν, ἐϖάγονται. καὶ ὁ οὐρανὸς ὁ ὑϖὲρ αὐτῶν, ξηρόϛατός τε ὢν, καὶ ἰκμάδα οὐδὲ ἐλαχίϛην ἔχων, [i] ἐντονωϛάτας σφίσι τὰς τοξείας, ϖλὴν τοῦ ϖάνυ χειμῶνος, ϖαρέχεται· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὥραν ἐκείνην οὐδαμῇ στρατεύονται. τῷ δὲ δὴ λοιϖῷ ἔτει δυσμαχώτατοι ἔν τε τῇ σφετέρᾳ καὶ ἐν τῇ ὁμοιοτρόϖῳ εἰσί. τόν τε γὰρ ἥλιον φλογωδέϛατον ὄντα ἀνέχονται τῇ συνηθείᾳ, καὶ τῆς ὀλιγόϖηϛος τῆς τε δυσχερείας ϖότου [56] ϖολλὰ ἀλεξιφάρμακα ἀνευρήκασιν· ὥϛε καὶ ἐκ τούτου μὴ χαλεϖῶς τοὺς ἐς τὴν χώραν αὐτῶν [ii] ἐσβάλλονται ἀμύνεσθαι. ἔξω γὰρ ἐκείνης ὑϖὲρ τὸν Εὐφράτην, μάχαις μέν τισι καὶ καταδρομαῖς αἰφνιδίοις ἤδη ϖοτὲ ἔχυσάν τι· ϖολεμῆσαι δέ τισιν ἀϖαύϛως διαρκῶς οὐ δύνανται, καὶ ἐς ἀλλοτριωϛάτην σφίσι καὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ καϛάσασιν ἀϖαρτῶνται, [k] καὶ μήτε σίτου μήτε μισθοφόρου σκεύῃ ποιούμενοι. τοιαῦτα μὲν τὰ τῶν Πάρθων ἐϛίν.

16. Quum

Ἐσβα-

b κονϛοφόροι. ſic. MS. Peir. vide F. in not. & Hemſterhuſium ad Lucian. T. I. p. 440. infra p. 130. E. vulgo ἀκονϛοφόροι. *i* ἐντονωϛάτας ſcripſi ex Xiph. adjectivum enim aptius huic loco, quam adverbium ἐντονώτατα, quod vulgo legitur. *ii* ἐσβάλλονϛας. ἐμβάλλονϛας. V. a. *k* niſi quid deeſt, καὶ expungendum videtur.

ſcripſerat bella a Trajano & Antonino adverſus Parthos geſta. vid. Photium cod. 58.

§ 52. (l. 87.) ἱϖποτοξόται] Itaque *& equitare & ſagittare* ſuos docebant *magna induſtria*, ut teſtatur Juſtinus XLI. 2. Nihilque celebrius telis ac ſagittis Parthorum, etiam ex ſimulata fuga denſius in inſequentes verſis, ac velut nimbus hoſtes operientibus, de quo Ammianus XXV. 1. Plutarchus Craſſo p. 558. ubi multos camelos ſagittis onuſtos exercitui illorum præſto fuiſſe memorat. Vide ſis etiam quæ Dio ſupra p. 3. A. & viri docti ad Florum IV. 10. 3. Neque Perſæ aliud liberos docebant ſuos ab anno quinto quam tria hæc, equitare, ſagittare & vera loqui, τρία μοῦνα, ἱππεύειν καὶ τοξεύειν καὶ ἀληθίζεσθαι. Herodotus I. 136. Et Plutarcho teſte in Apophthegm. Lacon. p. 211. Perſici numiſmatis inſigne τοξότης erat, ſive ſagittarius, cujus ectypa duo exhibet Carolus Patinus ad hæc Suetonii, Veſpaſiano c. 6. *XL. millia ſagittariorum promiſit Vologeſus Parthus*, ubi hippotoxotas intellige. Nam quos ſagittarios Suetonius, eosdem Tacitus IV. Hiſt. c. 51. equites appellat.

§ 53. (l. 87.) κονϛοφόροι] Ita infra Dio, pro vitioſo ἀκονϛοφόροι, quod h. l. præferebant editi. Ita etiam ex MSto ſcribendum jam pridem monuit Valeſius ad hæc Ammiani XXV. 1. ubi de Perſarum exercitu, *pars contis dimicatura ſtabat immobilis.*

§ 54. (l. 88.) καταφρακϛοι] Cataphracti ſunt equites lorica ferrea ſquamata totum corpus a capite ad calcem & manus ipſas undique muniti, & equos ſimiliter munitos habentes, quales expreſſos licet videre in Columna Trajana num. 147. & 161. & apud Lipſium de militia Romana Lib. 3. Dialog. 6. Vide etiam Hermannum Hugonem lib. 2. de militia equeſtri c. 3. Eleganter illos deſcribit Julianus Oratione I. ad Conſtantium p. 37. ſq. ad quem conferendæ illuſtris Ez. Spanhemii notæ p. 243. 246. ſq. Juſtinus XLI. 2. *Munimentum ipſis equisque loricæ plumatæ ſunt, quæ utrumque toto corpore tegunt.* Mentio etiam apud Dionem infra XLIX. p. 404. B. 407. E.

§ 55. (l. 88.) πεζοὶ ὀλίγοι μὲν] Juſtinus XLI. 3. *ſervi pedibus, liberi non niſi equis incedunt.*

§ 56. (l. 6.) ϖολλὰ ἀλεξιφάρμακα] Mirum eſt, quod de multis hisce remediis adverſus potus inopiam repertis Dio ſcribit, neque qualia illa fuerint, proditum a veteribus auctoribus memini. Medicamenta quædam ſitim eximentia refert Aëtius lib. I. tetrabili ſecundæ c. 119. Sed illa Parthorum, non hominibus tantum ſed etiam equis commodari debebant. Propertius IV. 3. 38. *quot ſine aqua Parthus millia currat eques.*

§ 57. (l. 18.) ὥσϖερ εἴρηται] Supra p. 126. A.

§ 58. (l. 19.) ϖρέσβεις] Oroſius VI. 13. *Mox ut Euphratem tranſiit Craſſus, illico Vageſem legatum ab Orode rege Parthorum ad ſe miſſum obvium habuit, a quo vehementer increpitus eſt, quod contra fœdus Luculli & Pompeji, avaritia inductus, Euphratem tranſierit. Quam ob rem ſine mora futurum, ut pro auro Parthico, ſerico* (an Aſſyriaco) *ferro oneraretur.* Apud Plutarchum in Craſſo p. 554. legati ajunt, exercitum vel a populo Romano miſſum in Parthos eſſe, ita bellum fore ἄσπονδον, ἀδιάλακϛον & in expiabile; aut proprio Craſſum adductum auſu, ita Arſacam ſenii ejus miſeraturum, milites Romanis domum remiſſurum. Florus lib. III. c. 11. *Quum apud Nicephorium caſtra poſuiſſet, miſſi ab Orode rege legati denunciavere, percuſſorum cum Pompejo fœderum Sallaque meminiſſet.* Sixtus Rufus c. 17. Breviarii, *quum pacem miſſa a Parthis legatione rogaretur, apud Cteſiphontem reſponſurum ſe ait.*

§ 59. (l. 22.) Σουρήναν σὺν στρατῷ] Appianus in Parthic. p. 140. Plutarchus p. 555. ſq. Dio infra p. 130. B. p. 132. D. ſq.

Ἐσβαλόντος δὲ ἐς τὴν Μεσοποταμίαν τοῦ Κράσσου, [57] ὥσπερ εἴρηται, ὁ Ὀρώδης ἔπεμψε μὲν καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐς τὴν Συρίαν [58] πρέσβεις, τῆς τε ἐσβολῆς αἰτιώμενος, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου πυνθανόμενος· [l] ἔπεμψε πρός τε ἑαλωκότα, τά τε μεθεσηκότα, [59] Σουρήναν σὺν στρατῷ. αὐτὸς γὰρ τῇ Ἀρμενίᾳ τῇ τοῦ Τιγράνου ποτὲ γενομένῃ, διενοεῖτο ἐπιστρατεῦσαι, ὅπως [60] ὁ Ἀρταβάζης ὁ τοῦ Τιγράνου παῖς, ὁ τότε αὐτῆς βασιλεύων, μηδεμίαν τοῖς Ῥωμαίοις, ἅτε καὶ περὶ τῇ οἰκείᾳ δεδιὼς, βοήθειαν πέμψῃ. ὁ οὖν Κράσσος ἐκείνῳ τε [61] ἐν Σελευκίᾳ (ἔστι δὲ πόλις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πλεῖστον τὸ Ἑλληνικὸν καὶ νῦν ἔχουσα) τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου ἐρεῖν ἔφη. καὶ αὐτῷ [62] τῶν Πάρθων τις ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερὰν τοῖς τῆς ἑτέρας δακτύλοις κρούσας, εἶπεν ὅτι, " Θᾶσον ἐνταῦθεν τρίχες " ἀναφύσουσιν, ἢ σὺ ἐν Σελευκίᾳ γενήσῃ. "

16. Quum Crassus in Mesopotamiam ingressus fuisset, quemadmodum memoravimus, in Syriam ad eum legatos Orodes misit, qui & expostularent cum eo, quod eam regionem invasisset, & causas belli exquirerent. Misit præterea Surenam cum exercitu ad recipienda ea, quæ vel capta fuerant, vel defecerant: ipse expeditionem in Armeniam, quæ Tigranis quondam fuerat, instituit; ut Artabazes Tigranis filius, qui tum ibi regnabat, ipse de suo regno sollicitus, nullum Romanis auxilium mittere posset. Crassus Orodi respondit, Seleuciæ se, quæ urbs est Mesopotamiæ, nostro quoque tempore Græcis frequens, causas belli editurum. Tum quidam ex Parthis sinistræ volam dextræ digitis percutiens, " Ante, „ inquit, " hinc pili enascentur, quam tu Seleuciam pervenias. „ A.U.C.700 L. Domitio & Ap. Claudio COSS.

Καὶ [m] ἐπειδὴ ὁ χειμὼν, ἐν ᾧ Γναῖός τε Καλουῖνος καὶ Οὐαλέριος Μεσσαλᾶς ὑπάτευσαν, πολλὰ μὲν καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ τέρατα τότε ἐγένετο. [63] καὶ γὰρ [n] βύαι καὶ [64] λύκοι ὤφθησαν, οἵ τε κύνες περιφοιτῶντες ἠκίζοντο. [65] καὶ ἀγάλματα, τὰ μὲν ἵδρωσε, τὰ δὲ ἐκεραυνώθη. [66] τάς τε ἀρχὰς τὸ μέν τι, [o] φιλονεικίᾳ, τὸ δὲ πλεῖστον, ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ ὑπὸ διοσημειῶν, μόλις ποτὲ [67] τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἀπέδειξαν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν οὐδὲν σαφὲς διεδήλου ἐς ὅ, τι τελευτήσει. τά τε γὰρ ἐν τῷ ἄστει ἐταράττετο, [68] καὶ οἱ Γαλάται ἐκινήθησαν οὔθις· πρός τε τοὺς Πάρθους, οὐδ' εἰδότες πῶς, συνερρώγεσαν. τῷ δὲ δὴ Κράσσῳ, τὸν Εὐφράτην [69] κατὰ τὸ Ζεῦγμα (οὕτω γὰρ [70] ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου στρατείας τὸ χωρίον ἐκεῖνο, ὅτι ταύτῃ ἐπεραιώθη, κέκληται) διαβαίνοντι, καὶ προφανῆ καὶ εὐσύμβολα συνηνέχθη.

17. Ea hieme, qua Cn. Calvinus & Valerius Messala consules extiterunt, multa ad ipsam quoque urbem Romam prodigia evenerunt. Bubones enim, lupique apparuerunt, canesque rabidi sævierunt: simulacra, alia sudaverunt, alia de cœlo tacta sunt: magistratusque, ex parte quidem propter contentiones, magis tamen etiam auspiciorum atque ostentorum causa, vix tandem septimo mense creati sunt. Cæterum hæc quidem quid portenderent, palam non fiebat: quia & ad urbem tumultus, & in Gallia novi motus existebant: & cum Parthis bellum contractum erat, ipsis ignorantibus, quonam id modo accidisset. Crasso autem Euphratem apud Zeugma, (quod loco nomen est, ab expeditione Alexandri, fluvium ibi trajicientis) transeunti, manifesta, & explicatu facilia signa evenerunt. A.U.C.701 Cn. Calvino & Val. Messala COSS.

Ὁ γὰρ

18. Sacelli

l ἔπεμψε πρός τε ἑαλωκότα. ἔπεμψε δὲ πρός τε τὰ ἑαλ. quia præcessit ἔπεμψε μὲν L. *m* ἐπειδὴ ὁ χειμών. ἐπειδὴ χειμὼν ἦν. L. *n* βύαι scribo pro βύα. βύας vel βύαι scribendum inquit Xyl. sed sequitur, ὑπὸ τῶν ὀρνίθων, quod quo minus huc referam, non video. *o* τὸ μέν τι φιλονεικίᾳ. nisi quid deest, φιλονεικίαις dandi casu legendum. X. forte, τὸ μέν τι ὑπὸ φιλονεικίας, ut deinde, τὸ δὲ πλεῖστον, ὑπὸ τῶν ὀρνίθων. τὸ μέντοι, RS. perperam.

§ 60. (l. 24.) ὁ Ἀρταβάζης] Plutarcho Ἀρταουάσδης, quod idem plane est. *ου* pro *β*, sicut Julianus Oratione II. p. 132. χρῶνται ἀντὶ βῆτα πολλάκις τῷ ου οἱ Ῥωμαῖοι. Deinde pro ζ, olim scriptum σδ. notant Alexander Aphrodiseus in I. Metaphysic. p. 54. atque Scholiastes ineditus ad Dionysium Thracem. Sic Mesdentius pro Mezentio. Straboni etiam XI. p. 529. Ἀρταβάσδης. De hoc Artabaze Reineccius T. III. Hist. Juliæ p. 237.

§ 61. (l. 27.) ἐν Σελευκίᾳ] Præcipua hæc tunc erat, post Ctesiphontem, urbs ei vicina Parthorum, Babylon nova, (Bagdad) de qua erudite Tillemontius T. VII. memoriarum Hist. Eccles. p. 97. sq. Florus: *Regiis inhians* Crassus *thesauris*, legatis, *nihil ne imaginario quidem jure, sed Seleuciæ se responsurum esse respondit.* vid. infra p. 130.

§ 62. (l. 30.) τῶν Πάρθων τις] Vageses Princeps legationis. Appian. Parthic. p. 137. Meminit etiam Plutarchus Crasso p. 554.

§ 63. (l. 37.) καὶ γὰρ βύαι] infra p. 142. D. 149. D. 197. A. 423. B. 542. C. 589. B. 599. B. Suidas: Βύας ὤφθη. Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς ἐν τέρατος λόγῳ τοῖς Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπιφαίνεσθαι πολλάκις λέγει. σημαίνει δὲ συμφοράς. Sæpius etiam apud Obsequentem mentio bubonis visi vel vocis ejus auditæ. Ovid. V. Metamorphoseon 550.

Ignavus Bubo dirum mortalibus omen.

& XV. 791. *Tristia mille locis stygius dedit omina bubo.*

§ 64. (l. 37.) καὶ λύκοι - - οἵ τε κύνες] Ad hoc ipsum tempus refer quod est apud Obsequentem c. 124. *Lupi in urbe visi: nocturni ululatus flebiles canum auditi.*

§ 65. (l. 38.) καὶ ἀγάλματα] Sequitur apud eundem Obsequentem: *Simulacrum Martis sudavit. Fulmen tota urbe pervagatum, pleraque Deorum simulacra decussit, bovines exanimavit.* Dio infra p. 142. D.

§ 66. (l. 39.) τάς τε ἀρχὰς] Tractorum comitiorum, ut non multos menses præturam gerere P. Clodius posset, meminit Cicero pro Milone c. 9. ἀναρχίαν hanc memorat Plutarchus Catone minore p. 782.

§ 67. (l. 42.) τῷ ἑβδόμῳ μηνί.] Menses octo habet Appianus II. Civil. p. 438. ὥστε ποτὲ καὶ μῆνας ὀκτὼ τὴν πόλιν ἄναρχον ἐκ τῆς τοιᾶσδε ἀσυνταξίας γενέσθαι. Sed μόλις ἑβδόμῳ μηνὶ Dio iterum infra p. 141. C.

§ 68. (l. 44.) καὶ οἱ Γαλάται] De his Gallorum motibus jam dictum supra p. 123. sq.

§ 69. (l. 47.) κατὰ τὸ Ζεῦγμα] De hac urbe, transitu Euphratis nobili, adire juvabit Tristanum T. II. p. 191. 192. sq. Godfried. Olearium ad Philostratum p. 24. & Ez. Spanhemium ad Orat. I. Juliani p. 167. Harduinum ad Plinium V. 24. p. 582. Meminit Dio iterum infra XLIX. p. 403. E. Tacitus XIV. 12. *positis castris ad Zeugma, unde maxime pervius amnis,*

§ 70. (l. 47.) ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου στρατείας] Plinius XXXIV. 15. *ferunt extare ferream catenam apud Euphratem amnem in urbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus conjunxerat pontem, cujus annulos qui refecti sunt, rubigine infestari, carentibus ea prioribus.* Adde si lubet Strabonem XVI. p. 746. & Freinshemium ad Curtii lib. III. c. 7. Lucanus VIII. 235.

—— *nunc Parthia ruptis*
Excedat claustris vetitam per sæcula ripam
Zeugmaque Pellæum ——

A.U.C. 701 Cn. Calvino & Val. Messala COSS.

18. Sacelli est effigies, inque ea aquila aurea est collocata: erigitur autem in omnibus per delectum conscriptis legionibus Romanis: neque prius hibernaculis effertur, quam universus exercitus egrediatur. Eam aquilam unus quidam vir portat, impositam hastæ longiori, quæ in acutam cuspidem desinit, ut in solum defigi possit. Hujusmodi ex aquilis una noluit cum Crasso Euphratem transire, sed perinde ac si terræ adnata esset, infixa hæsit, donec tandem a multis circumstantibus vi evulsa fuit, invitaque comitata est suos. Vexillum præterea quoddam magnum ex eorum numero, quæ velorum similia sunt, inscripta puniceis literis, ad indicium exercitus imperatorisque faciendum, inversum vi vehementis venti, a ponte in flumen decidit. At Crassus, reliquis vexillis, quæ ejusdem erant longitudinis, præcisis, ut breviora, atque ad ferendum aptiora essent, numerum prodigiorum auxit. Tanta enim in ipso fluminis transitu circumfusa est militibus nebula, ut & ipsi invicem impingentes corruerent, nec prius terram hostilem cernerent, quam in ea pedem posuissent. Itaque & transitus Euphratis, & descensus de ponte, summa cum difficultate factus est. Sub hæc ventus incubuit validus, fulminaque deciderunt: pons-que ante, quam omnes transivissent, disjectus est. Quæ quum ita evenissent, ut facile stupidissimum etiam, atque imperitissimum quemque docere possent, calamitatem ipsis prædici, reditumque abnui: metus ac mœstitia ingens militum animos occupavere.

19. Quos ut consolaretur Crassus, " nolite, „ inquit, " perterreri, milites, propterea, quod pons dejectus est, neque id pro rei sinistræ portento accipite: næ ego jurato vobis confirmo, statuisse me per Armeniam copias reducere. „ His dictis quum animum suis reddidisset, magna voce exclamans inter alia addidit: " Bono animo este, milites: nemo hinc nostrum revertetur.

Ὁ γὰρ ἀε[τ]ὸς ὠνομασμένος, ([71] ἔστι δὲ ρ νεὼς μικρὸς, καὶ ἐν αὐ[τ]ῷ [72] ἀε[τ]ὸς χρυσοῦς ἐνίδρυ[τ]αι· καθίστα[τ]αί τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ κα[τ]αλόγου στρατοπέδοις, καὶ ὀυδαμόσε ἐκ τῶν χειμαδίων, πλὴν εἴ ποι σύμπας ὁ στρα[τ]ὸς ἐξίοι, κινεῖται· καὶ αὐ[τ]ὸν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ ᾗ δόρα[τ]ος μακροῦ, ἐς ὀξὺ τὸν σύρακα ἀπηγμένου, ὥστε καὶ ἐς τὸ δάπεδον κα[τ]απήγνυθαι, φέρει.) τούτων οὖν τῶν ἀε[τ]ῶν εἰς οὐκ ἠθέλησε τὸν Εὐφράτην αὐ[τ]ῷ τότε συνδιαβῆναι, ἀλλὰ ἐν τῇ γῇ ἐνέσχε[τ]ο, [73] ὥσπερ ἐμπεφυκώς· πρὶν δὴ πολλοὶ περισά[τ]αι βίᾳ αὐ[τ]ὸν ἀνέσπασαν. καὶ ὁ μὲν καὶ ἄπων ἐπηκολούθησε· σημεῖον δέ τι [74] τῶν μεγάλων τοῖς ἱστίοις ἐοικότων, καὶ φοινικᾶ γράμμα[τ]α ἐπ' αὐ[τ]ῆς πρὸς δήλωσιν τοῦ τε στρα[τ]οῦ καὶ τοῦ στρα[τ]ηγοῦ σφῶν τοῦ αὐ[τ]οκράτορος ἐχόν[τ]ων, [75] ἐς τὸν πο[τ]αμὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας περι[τ]απὲν [r] ἐνέπεσε. καὶ τοῦτο μὲν ὑπὸ πνεύμα[τ]ος ὄν[τ]ος σφοδροῦ ἐγένε[τ]ο· ὁ δὲ δὴ Κράσσος καὶ τἆλλα τὰ ἰσομήκη οἱ συνε[τ]εμὼν, ὅπως βραχύτερα καὶ ἐκ τούτου καὶ βεβαιότερα φέρειν εἴη, προσεπηύξησε τὰ τέρα[τ]α. [76] καὶ γὰρ ὁμίχλη ἐν αὐ[τ]ῇ τῇ τοῦ πο[τ]αμοῦ διαβάσ[ει] τοσαύτη τοῖς στρα[τ]ιώταις περιεχύθη, ὥστε περί τε ἀλλήλοις αὐ[τ]οὺς σφαλῆναι, καὶ μηδὲν τῆς πολεμίας, πρὶν ἐπιβῆναι αὐ[τ]ῆς, ἰδεῖν. καὶ τὰ διαβα[τ]ήρια τά τε ἀπόβαθρα σφίσι δυσχερέστα[τ]α ἐγένε[τ]ο. κἀν τούτῳ ἄνεμός τε πολὺς ἐπέπεσε, καὶ κεραυνοὶ κα[τ]έσκηψαν· ἥ τε γέφυρα, πρὶν πάν[τ]ας αὐ[τ]οὺς διελθεῖν, διελύθη, καὶ (ἦν γὰρ τὰ γιγνόμενα [s] οἱ πάν[τ]α τινὰ καὶ τῶν πάνυ ἀγνωμόνων τε καὶ ἀσυνέτων ἐκδιδάξαι, ὅτι κακῶς ἀπαλλάξουσι, καὶ οὐκ ἀνακομισθήσονται) φόβος καὶ κα[τ]ήφεια ἐν τῷ στρα[τ]οπέδῳ ἐγένε[τ]ο δεινή.

Ὁ οὖν Κράσσος, παραμυθούμενος αὐ[τ]οὺς, εἶπεν ὅτι, " Μὴ κα[τ]απλήττεσθε, ἄνδρες στρα[τ]ιῶται, εἰ ἡ " γέφυρα διέφθαρ[τ]αι· μηδὲ οἴεσθε ἐκ τούτου " χαλεπόν τι ἐπισημαίνεσθαι. ἐγὼ γὰρ ὑμῖν αὐ" τὸς ἐπομνὺς λέγω, ὅτι δι' Ἀρμενίας τὴν ἐπάνο" δον ποιήσασθαι ἔγνωκα. „ ἐκ μὲν δὴ οὖν τούτου ἐθάρσυνε. νῦν δὲ προσεπειπών τινα, ἔφη, μέγα ἀναβοήσας· " Θαρσεῖτε· [77] οὐδεὶς γὰρ [ss] ἡμῶν

[p] νεὼς. ναΐσκος Xiph. [q] δόρα[τ]ος μακροῦ scripsimus ex Xiph. pro μικροῦ. [r] ἐνέπεσε. ἀνέπεσεν, V. a. [s] τὰ γιγνόμενά οἱ πάν[τ]α τινὰ — ἐκδιδάξαι. pulchre vidit doctiss. Oddey, laborare hæc: nec dubito vere ab eo refingi, ὅτι τε — ἐκδιδάξαι. [ss] ἡμῶν. ὑμῶν, Xiph. bis. ita & visum Oddeyo, quanquam non nominato Xiphilino.

§71. (l. 51.) *ἔστι δὲ νεὼς μικρὸς*] Aquilam sub eiusmodi ναϊδίῳ portatili, insigne legionum Romanarum, licet conspicere in veteribus numis, & in Columna Trajana n. 49. sæpiuscule etiam nuda sine ναΐσκῳ conspicitur ut num. 89. 127. 186. 187. 195. & laurea circumdata corona num. 129. 130. 185. &c. Vide sis Godeschalcum Stewechium in Vegetii lib. II. c. 6. præterea Salmasium ad Solinum p. 802. sq. Grotium ad Act. XIX. 24. & Pitiscum in Aquila, & Montfauconi Antiquitatem explicatam T. IV. lib. III. tab. 34. sq. Lipsium vero, qui ad Taciti annales lib. II. c. 17. & lib. IV. de militia Romana Dialogo 5. hunc ναΐσκον Dionis confundit cum ædicula sive sacello castrorum, in quo signa exercitus colebantur, teste Herodiano IV. 4. & V. 8. notat vir doctus Gerardus Outhofius, in Dissertatione inserta Bibliothecæ Theologico-Philologicae Bremensi T. III. Fasciculo 4. p. 647. sq.

§72. (l. 52.) *ἀε[τ]ὸς χρυσοῦς*] Ex argento inaurato. Etiam argenteas fuisse, ex Plinio & Appiano observant viri docti. Sed & fulminum aureorum in aquilarum pedibus mentio infra XLIII. p. 231. D. Hastas, quibus impositas aquilas gestabant, argentatas; ex Arriani Diss. Epictetcis citat Lipsius p. 168. de militia Romana, quæ in illis incassum quæres: *ἀε[τ]οὶ χρυσοῖ ἀγαλ[τ]αμένοι ἐπὶ ξυσῶν ἠργυρουμένων.*

§73. (l. 60.) *ὥσπερ ἐμπεφυκώς*] De hoc auspicio infausto ex acuminibus, si aquilæ & signa militaria terræ infixa non paterentur se evelli, vide Servium ad XI. 19. Æneidos, Pierii Hieroglyphicon lib. XLII. c. 88. Carolum Andream Dukerum ad Flori lib. II. c. 6. n. 14. & Casp. Geuartium lib. I. Electorum c. 2. Cuspides illæ inferiores sive acumina, Græcis ὄυραχοι, *σύρακες*, σαυρωτῆρες. Non uni autem aquilæ, sed pluribus, in Crassi exercitu postea hoc accidisse, ut extrahentium manibus resisterent, & eas non facile sequerentur, refert Plutarchus p. 557. & ex eo Appianus Parthic. p. 142. *τῶν δὲ σημαιῶν ἐνίας μόλις ὥσπερ πεπηγυίας πολλὰ παθόν[τ]ας ἀνελέσθαι τοὺς φέρον[τ]ας.* Idem p. 139. narrat, primam aquilam sponte se retro vertisse, quod etiam tradit Plutarchus in Crasso p. 544. sq. *λέγε[τ]αι δὲ καὶ ἀε[τ]ῶν ὁ πρῶτος ἀρθεὶς ἀπὸ ταυτομάτου με[τ]αστραφῆναι.* Valerius Maximus lib. I. c. 6. n. 11. *aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit: altera ægerrime extracta in contrariam ac ferebatur partem se ipsa convertit.*

§74. (l. 62.) *τῶν μεγάλων τοῖς ἱστίοις ἐοικότων*] De insignibus hisce vexillis, quibus Imperatoris nomen aureis vel purpureis litteris inscriptum erat, meminit Servius ad Æneid. VIII. 1. ubi a veli deminutione *vexillum* dictum docet. Appellatum etiam *labarum*, quod postea sub Christianis imperatoribus purpureum signabat CHRISTUS sive monogramma nominis CHRISTI. gemmanti textum in auro, ut notat Prudentius I. in Symmachum p. 487. Vide Cangii Diss. de Imperator. Constantinopolitanorum numismatibus § 20. & glossarium utrumque in *labarum* & *flammula*. Adeundus

« μῶν ἐνλεῦθεν ἐπανήξει. „ ἀκούσανλες γὰρ τοῦτ' οἱ σραλιῶται, οἰωνόν τε σφίσιν οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἧττω γεγονέναι ἐνόμισαν, καὶ ἐς ἀθυμίαν πλείω κατέπεσον· ὥσε μηδὲν ἔτι μηδὲ τῶν λοιπῶν αὐλοῦ παραινέσεων φρονλίσαι, δι' ὧν τόν τε βάρβαρον ἐφυλιζε, καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐνεκωμίαζε, χρήμαλά τε αὐλοῖς ἐδίδου, καὶ γέρα ἐπηγγέλλο. ἀλλὰ καὶ ὡς εἴπονλο, καὶ οὔλε ἀνλεῖπέν οἱ οὐδείς, οὔλε ἀνλέπραξε· τάχα μὲν καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου, ἤδη δὲ καὶ ἐκπεπληγμένοι, καὶ μήτε τι βουλεῦσαι μήτε πρᾶξαι σωλήριον δυνάμενοι. πάνλα γοῦν καὶ τὰ ἄλλα, καθάπερ ὑπὸ δαιμονίου τινὸς κατακεκριμένοι, καὶ ταῖς γνώμαις καὶ τοῖς σώμασιν ἐσφάλλοντο.

tur. „ Quo audito, milites, id non minorem reliquis vim ominis habere arbitrati, magis etiam animis cœperunt cadere: ut jam neque cæteras ejus cohortationes curarent, verbis barbaros elevantis, remque Romanam prædicantis, adhæc pecuniam exercitui diſtribuentis, præmiaque promittentis. Nihilominus ſequebantur: neque aut verbo aut re quiſpiam reſiſtebat, ſive (ut videri poteſt) legi in hoc parentes, ſive quod jam animis conſternati, ſalutare nihil ſeu deliberare ſeu agere poterant. Quin & cæteris in rebus omnibus, velut a numine quodam addicti ſupplicio, & mentibus & corporibus affligebantur. A.U.C.701 Cn.Calvino & Val.Meſſala COSS.

Μέγιστον δὲ ὅμως αὐτοὺς [78] ὁ Αὔγαρος ὁ [t] Ὀσροηνὸς ἐλυμήνατο. ἔνσπονδος γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις [79] ἐπὶ τοῦ Πομπηΐου γενόμενος, ἀνθείλετο τὰ τοῦ βαρβάρου. καὶ τοῦτο μὲν καὶ ὁ [80] Ἀλχαυδόνιος ὁ Ἀράβιος ἐποίησε· πρὸς γὰρ τὸ ἰσχυρὸν ἀεὶ μεθίσατο. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀπέση, καὶ κατὰ τοῦτο οὐ δυσφύλακτος ἦν· ὁ δ' Αὔγαρος ἐφρόνει [tt] μετὰ τοῦ Πάρθου, ἐπλάττετο δὲ τῷ Κράσῳ φιλικῶς ἔχειν· καὶ χρήματά τε ἀφειδῶς αὐτῷ ἀνήλισκε, καὶ τά τε βουλεύματα αὐτοῦ πάντα καὶ ἐμάνθανε καὶ ἐκείνῳ διήγγελλε· καὶ προσέτι εἰ μέν τι χρηστὸν [u] σφῶν ἦν, ἀπέτρεπεν αὐτόν· εἰ δ' ἀσύμφορον, ἐπέσπερχε. καὶ δὴ καὶ τοιόνδε τι τελευτῶν ἔπραξε. τοῦ γὰρ Κράσσου [81] πρὸς Σελευκίαν ὁρμῆσαι διανοουμένου, ὥσε ἐκεῖσέ τε ἀσφαλῶς παρά τε τὸν Εὐφράτην καὶ δι' αὐτοῦ τῷ τε στρατῷ καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις κομισθῆναι, καὶ μετ' [uu] αὐτὴν (προσποιήσεσθαι γὰρ σφᾶς, ἅτε καὶ Ἕλληνας, ῥᾳδίως ἤλπιζεν) ἐπὶ [82] Κτησιφῶνλα μὴ χαλεπῶς περαιωθῆναι· τούτου μὲν, ὡς καὶ χρονίου ἐσομένου, ἀμελῆσαι αὐτὸν ἐποίησε, [83] τῷ δὲ δὴ Σουρήνᾳ, ὡς καὶ ἐγγὺς καὶ μετ' ὀλίγων ὄντι, συμμίξαι ἔπεισε.

20. Maximam autem calamitatis partem Augarus ipſis Osroenus attulit. Is Romanis ante fœdere junctus ſub Pompejo, barbarorum partes tum potiores habuit: quod ipſum Alchaudonius quoque Arabs fecit, ſemper potentiori ſe ſolitus adjungere. Cæterum hic, quia manifeſto deferat a Romanis, caveri facile potuit: Augarus autem, quum Partho ſtuderet, ſimulavit ſe Craſſi amicum, liberaliterque ei pecuniam ſuam impendens, & exploravit omnia ejus conſilia, & Partho enuntiavit. Idem, ſi quod utile conſilium Craſſus cepiſſet, dehortatus hominem eſt: ſin damnoſum, confirmavit, ac tandem hujusmodi rem confecit. Craſſus Seleuciam contendere decreverat, quo ſe tuto cum exercitu ac commeatu, ſecundum Euphratem ac trans eundem, pervenire poſſe cogitabat: a Seleucia (quam, ut a Græcis hominibus habitatam, facile ſperabat in ſuam poteſtatem venturam) ad Cteſiphontem urbem haud difficulter ſe trajecturum. Id conſilium, tanquam multo tempore opus habiturum, ut reputiaret, ac potius adverſum Surenam, qui prope cum parva manu eſſet, proficiſceretur, Augarus perſuaſit.

Καὶ μετὰ τοῦτο παρασκευάσας τὸν μὲν, ὅπως ἀπόληται, τὸν δ', ὅπως κρατήσῃ, (συνεχῶς γὰρ προφάσει κατασκοπῆς τῷ Σουρήνᾳ συνεγίγνελο)

21. Quibus conſtitutis, quum Craſſum, ut periret, Surenam (cum quo ſub ſpeculandi obtentu frequenter congrediebatur) ut ſuperare poſſet, para-

t Ὀσροηνὸς. ſic alibi Dio. vulgo Ὀρροηνὸς. X. tt ἐφρόνει μὲν τὰ τοῦ Πάρθου, ἐπλάττετο δὲ. non dubito, ſcriptum fuiſſe a Dione: ἐφρόνει μὲν τὰ τοῦ Πάρθου, quæ phraſis non tantum Dioni familaris eſt, ſed & hic neceſſaria ob ſequens δι. u σφῶν ἦν. putat Oddey, Xylandrum legiſſe φρονῶν ἦν. ſed non ita eſt: ſenſum expreſſit X. σφῶν enim refertur ad βουλεύματα. hinc vertit: *ſi quod utile conſilium cepiſſet.* uu μετ' αὐλὴν. μετ' αὐλῶν, V.a. male.

eundus etiam Triſtanus T. III. p. 484. Lambecius III. p. 378. &c.

§75. (l. 65.) ἐς τὸν πόλαμὸν] Florus III. 11. *rapta ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates.* Cæterum, non de vexillo ſed equo prætorio inſigniter ornato hoc narrat Plutarchus in Craſſo p. 554. una cum vectore eum teſtatus fuiſſe ſubmerſum, ἵππος τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανῶς κεκοσμημένος, βίᾳ συνεπισπάσας τὸν ἡνίοχον, ἐς τὸ ῥεῖθρον ὑποβρύχιος ἠφανίσθη. Idem ex Plutarcho tradit Appianus p. 139. ubi etiam de fulminibus tonitribusque ac ponte diſrupto. Sed quem procellæ vi fractum Appianus ſcribit, Dioni hac in parte conſentiens, eum Plutarchus juſſu Craſſi dejectum ait, p. 555. ne ſcilicet cuiquam per eum reditus concederetur.

§76. (l. 71.) καὶ γὰρ ὁμίχλη] Julius Obſequens c. 124. *cum coorta tempeſtas ſignifero ſignum arreptum merſiſſet gurgiti, & offendente nimborum caligine prohiberentur transire, Craſſus pertinaciter perſeverans, cum filio & exercitu interiit.*

§77. (l. 90.) οὐδεὶς ἡμῶν ἐνλεῦθεν ἐπανήξει] Vocem hanc mali ominis notarunt etiam Plutarchus & Appianus. Aliud omen narrat Cicero II. 40. de divinatione, & Plinius XV. 19. quod Craſſo exercitum in naves imponente, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens *Cavneas* clamitaſſet, hoc enim milites accipiebant *cave ne eas.* Notum eſt, quantum apud veteres valuerit ominoſarum vocum religio, de qua præter Ciceronem Valerius Maximus lib. I. c. 5. & ad Flori III. c. 11. Freinshemius. Apud Suetonium in Auguſto c. 97. inter omina relatum, quod paulo ante obitum dixerat, cum Beneventi verſaretur: *non ſi omnia morarentur, amplius ſe poſthac Romæ verſaturum.*

§78. (l. 4.) ὁ Αὔγαρος ὁ Ὀσροηνός] Appiano p. 140. & 142. Ἀκβαρος φύλαρχος Ἀράβων. Plutarcho p. 555. Ἀριάμνης, quod Augari cognomentum eſſe putat Reineccius T. III. Hiſt. Juliæ p. 282. Sexto Rufo c. 17. Breviarii, *Abgarus transfuga*, Florus lib. III. c. 11. *Tum ſimulato transfugæ cuidam Mazaræ Syro creditur, dum in mediam camporum vaſtitatem eodem duce ductus exercitus undique hoſti exponeretur.* Conf. Dionem infra p. 131. B. ſq.

§79. (l. 6.) ἐπὶ τοῦ Πομπηΐου] Cum Pompeius poſt Lucullum bello opugnaſſet Mithridatem Ponti & Tigranem Armeniæ Regem. Supra lib. XXXVI. p. 22. ſq.

§80. (l. 7.) Ἀλχαυδόνιος] De hoc vide, ſi placet lib. XXXV. p. 2. B.

§81. (l. 18.) πρὸς Σελευκίαν] Supra p. 128. B.

§82. (l. 23.) Κτησιφῶνλα] Parthorum regiam. ſupra p. 126. E.

§83. (l. 25.) τῷ δὲ δὴ Σουρήνᾳ] De quo p. 128. A. 132. ſq.

A.U.C. 701 Cn. Calvino & Val. Messala COSS.

paravisset; Romanos nihil sollicitos, ac tanquam ad certam jam victoriam ituros, eduxit; & ipso eos in conflictu una cum hostibus adortus est. Res tota hunc acta est in modum. Parthi, majore suarum copiarum parte abscondita, (qua regio erat inæqualis, arboribusque consita) Romanis occurrerunt. Quos quum Crassus, imperatoris filius, qui ex Gallia ad patrem pervenerat, conspicatus esset, atque eos velut solos contemtim haberet, cum equitatu iis occurrit: fugientesque dedita opera, quasi jam vicisset, insecutus tantisper est, dum procul a suorum acie subductus, deinde circumventus ab hostibus interiit.

22. Hoc facto, in fugam tamen pedites Romani se non dederunt, sed Crassi ulciscendi causa acriter cum Parthis congressi sunt: verum nihil suo nomine dignum efficere potuerunt, cum ob multitudinem hostium, tum ob genus pugnæ: præsertim insidiis insuper Augari circumventi. Nam sicubi testudinem facere cogitabant, ut conferta acie sagittas hostium evitarent, Parthorum hastati magno impetu irruentes, aut prosternebant Romanum peditem, aut certe dissipabant: sin ejus vitandi causa sese disjunxissent, sagittis Parthorum expositi erant. Ita multi ipso hastatorum incursu proturbati peribant, alii ab equitibus circumventi interficiebantur, alii contis evertebantur, aut transfixi trahebantur. Sagittæ etiam creberrimæ, undiquaque simul incidentes, plerosque eorum vel letali vulnere sterne-bant, vel ad pugnam reddebant inutiles. Denique omnibus negotium facessebant involantia in oculos tela, & per arma ad manus & universum omnino corpus penetrantia: quæ caveri jam amplius a Romanis non poterant, & inermes eos perpetuis ictibus exponebant. Nam dum quis aut a sagitta sibi cavebat, aut infixam evellebat, alia super alia vulnera pluribus locis accipiebat. Itaque haud sciebant Romani, satius ne esset loco sese movere, an fixo potius vestigio persistere: quod neutrum satis tutum ipsis relinquebatur, sed utrumque cum pernicie ipsorum conjunctum erat: cum alterum non liceret per hostes; alterum, ut vulneribus opportuniores essent, efficiebat.

23. Et his quidem cum malis Romani conflictabantur, dum adhuc solos in apertos hostes pugnabant. Augarus enim non statim eos adgressus est. At postquam hic quoque eos invasit,

γνετο) ἐξήγαγε τοὺς Ῥωμαίους ἀφροντιστοῦντας ὡς ἐπὶ νίκην ἕτοιμον, καὶ αὐτοῖς ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ συνεπέθετο. ἐπράχθη δὲ ὧδε· οἱ Πάρθοι τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ σφῶν ἀποκρύψαντες, (ˣ ἥ τε χώρα ἀνώμαλός τέ πη ἦν καὶ δένδρα εἶχεν) ἀπήντησαν τοῖς Ῥωμαίοις. ἰδὼν οὖν αὐτοὺς ὁ Κράσσος, οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' [84] ὁ νεώτερος, (πρὸς γὰρ τὸν πατέρα ἐκ τῆς Γαλατίας παρῆν) καὶ καταφρονήσας σφῶν ὡς καὶ μόνων, ἀνεξήγαγε ˣ τῷ ἱππικῷ, καὶ τραπομένους ἐξεπίτηδες αὐτοὺς ἐπιδιώκων, ὡς καὶ κρατῶν, ʸ ὑπήχθη πολὺ ʸ ὑπὸ τῆς φάλαγγος· κἀνταῦθα περιοικισθεὶς κατεκόπη.

Γενομένου δὲ τούτου, οἱ περὶ τῶν Ῥωμαίων οὐκ ἀπεράπουτο μέν, ἀλλὰ καὶ προθύμως τοῖς Πάρθοις, ὡς καὶ τιμωρήσοντες αὐτῷ, συνέμιξαν· οὐ μέντοι καὶ ἄξιον σφῶν οὐδέν, ἔκ τε τοῦ πλήθους καὶ [85] ἐκ τοῦ τρόπου τῆς μάχης αὐτῶν, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τοῦ Αὐγάρου ἐπιβουλευθέντες, ἐποίησαν. εἴτε γὰρ συναισθόμενοι ἔγνωσαν, ὡς καὶ τῇ πυκνότητι τῆς τάξεως σφῶν τὰ τοξεύματα αὐτῶν ἐκφευξόμενοι, προσπίπτοντες σφίσιν οἱ κουφοφόροι ῥύμῃ τοὺς μὲν καθέβαλλον, τοὺς δὲ πάντως γοῦν ἐσκεδάννυσαν· εἴτε καὶ διασαθὲν, ὅπως τοῦτό γε ἐκκλίνοιεν, ἐτοξεύοντο. κἀν τούτῳ πολλοὶ μὲν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προσελάσεως τῶν κουφοφόρων ἐκπληττόμενοι ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἱππέων ἐγκαταλαμβανόμενοι ἐφθείροντο· ἄλλοι τοῖς κουφοῖς ἀνθίστανται, ᵃ ἢ καὶ ἀναπειρόμενοι ἐφέροντο. τά τε βέλη καὶ πυκνὰ, καὶ παντάχοθεν ἅμα αὐτοῖς ἐμπίπτοντα, συχνοὺς μὲν ᵇ καιρίᾳ πληγῇ καθέβαλλε, συχνοὺς δὲ ἀπομάχους εἰργάζετο· πᾶσι δ' ἀχολίαν ἐνεποίει, ἔς τε τοὺς ὀφθαλμοὺς σφῶν ἐσπῖπτόμενα, καὶ πρὸς τὰς χεῖρας, τό, τε ἄλλο σῶμα πᾶν, καὶ διὰ τῶν ὅπλων χωροῦντα· τήν τε προφυλακὴν αὐτῶν ἀφῃρεῖτο, καὶ ᶜ γυμνούς τε σφᾶς πρὸς τὸ ἀεὶ τιτρωσκόμενον ἠνάγκαζεν. ὥστε ἐν ᾧ τις τόξευμα ἐφυλάττετο, ἢ καὶ ἐμπαγὲν ἠρεῖτο, πλείω τραύματα ᶜ ἄλλα ἐν πολλοῖς ἐλάμβανε. καὶ τούτου ἄπορον μὲν σφίσι κινηθῆναι, ἄπορον δὲ καὶ ἀτρεμίζειν ἦν. οὔτε γὰρ ἀσφάλειαν οὐδ' ἕτερον αὐτοῖς εἶχε, καὶ τὸν ὄλεθρον ἀμφότερα ἐπέφερε· τὸ μὲν, ὅτι οὐκ ἠδύναντο, τὸ δὲ, ὅτι ῥᾷον ἐτιτρώσκοντο.

Καὶ ταῦτα μὲν, ᵈ ὡς ἔτι πρὸς μόνους τοὺς ἐμφανεῖς πολεμίους ἐμάχοντο· ἔπαρχον· ὁ γὰρ Αὔγαρος οὐκ εὐθὺς αὐτοῖς ἐπεχείρησεν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐκεῖνος ἐπέθετο, ἐνταῦθα οἱ Ὀσροηνοὶ, αὐτοί τε

ˣ ᾗ scripsi pro ᾗ. postea τῷ ἱππικῷ, melius τὸ ἱππικὸν. ʸ ὑπήχθη. ἀπήχθη, T. hinc & ἀπὸ τῆς φάλ. pro ὑπὸ, X. T. ᶻ ἀπεῤῥάπουτο. ita scripsi ex V.a. pro vulgato, ἐπεῤῥάπουτο, quod mendosum esse non dubito. posses etiam ἐτῥάπουτο legere. ᵃ ἢ καὶ ἀναπειρόμενοι ἐφέροντο. ita RS. legendum suaserat, pro ἃ καὶ ἀναπειρώμενοι ἐφερ. eamque lectionem secuti sunt HS. L. X. non autem video satis causæ, cur pro ἐφέροντο substituendum sit ἐφθείροντο cum Cl. Oddeyo: qui sua retractans facile vidisset, modo a Dione adhibitum fuisse hoc verbi, nec id commode nisi ab inope scriptore statim iterum potuisse usurpari. ἐφέροντο sensum gignit aptissimum. pro præcedenti ἀνεῤῥάπουτο Robertus habet ἀνεῤῥάπουτο. ᵇ καιρίᾳ πληγῇ καθέβαλε. secuti sumus emendationem Xyl. Dioneo stilo & rei consentaneam. vulgo, κεραίᾳ πληγῇ ἀπέβαλε. ᶜ γυμνούς τε σφᾶς (cum interjectis) ἠνάγκαζεν. γυμνούς τε σφᾶς ἔναγ ἠνάγκαζεν, T. γυμνοῦσθαι σφᾶς ἠνάγκ. L. quod utique præferendum. idem probat quidem Od. sed postea ait: forte τὸ ἔναγ λείπει. postea idem pro ἄλλα ἐν πολλοῖς, substituit ἄλλα ἐπ' ἄλλοις. optime. & sic Xylandrum legisse, latina ejus docent. ᵈ ὡς ἔτι πρὸς μόνους τοὺς ἐμφανεῖς πολεμίους ἐμάχοντο. prona emendatio corruptorum horum verborum ὡς ἐπὶ προσμόνους τοὺς ἐμφ. πολέμους ἐμάχ. viderat prius, ἔτι, Xyl. posterius πολεμίους L. addidit.

§84. (l. 37.) ὁ νεώτερος] M. Crassi filius, Publius Crassus, qui Cæsaris in Gallia bellum gerentis legatus rem bene gesserat. vide Cæsarem de bello Gallico, & Appianum in Parthicis p. 136. sq. De illo a Parthis occiso, capiteque ejus suffixo hasta & ostentato Romanis, Plutarchus p. 559. sq. Appianus p. 147.

§85. (l. 48.) ἐκ τοῦ τρόπου τῆς μάχης] Conferendus Plutarchus in Crasso p. 558. & Appianus p. 143. sq.

τε ὄπιθεν e ἐς τὰ γυμνὰ ἐπεσραμμένους σφᾶς ἔπαιον, καὶ τοῖς ἄλλοις ῥᾴον φονεύειν παρεῖχον. τὴν γὰρ τάξιν, ὅπως ἀνλιπρόσωποι αὐλοῖς γένωνλαι, ἐξελιξάνλες, ὅπιθεν σφῶν τοὺς Πάρθους ἐποιήσανλο. αὖθίς τε οὖν πρὸς αὐλοὺς μελεσράφησαν, καὶ πάλιν αὖθις πρὸς ἐκείνους, εἶτα πρὸς τούτους. κἀκ τοῦ τοιούτου μᾶλλον ἐπλαραχθέντες, ἅτε καὶ συνεχῶς δεῦρο κἀκεῖσε μεθισάμενοι, καὶ πρὸς τὸ ἀεὶ τιμρῶσκον ἀποβλέπειν ἀναγκαζόμενοι, τοῖς τε ξίφεσι τοῖς σφετέροις περιέπιπλον, καὶ πολλοὶ καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλονλο. τέλος δὲ ἐς ξενὸν οὕλω καλεκλείσθησαν, ἀναγκαζόμενοι, τῶν πολεμίων ἀεὶ σφίσι πανλαχόθεν ἅμα προσπιπλόνλων, ταῖς τῶν παρασαλῶν ἀσπίσι τὰς γυμνώσεις σφῶν f προσέλλειν, ὥσε μηδὲ κινηθῆναι ἔτι δυνηθῆναι. οὐ μὴν οὐδὲ τὴν στάσιν βεβαίαν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν νεκρῶν εἶχον, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐκείνοις ἀνελρέπονλο. τό, τε καῦμα καὶ τὸ δίψος, (μεσοῦνλός τε γὰρ τοῦ θέρους καὶ ἐν μεσημβρίᾳ ταῦτ' ἐγίγνελο) καὶ ὁ κονιορλὸς (ὅπως γὰρ ὅτι πλεῖσος αἴροιλο, ἐ πάνλα σφᾶς οἱ βάρβαροι περιΐππευον) δεινῶς τοὺς λοιποὺς συνήρει, καὶ συχνοὶ καὶ ὑπὸ τούτων ἄτρωλοι ἔπεσον.

Καὶν παντὶ ἀπώλονλο, εἰ μὴ οἵ τε κονλοὶ τῶν βαρβάρων, οἱ μὲν ἀπεσράφησαν, οἱ δὲ ἐκλάθησαν, καὶ αἱ νευραὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς βολῆς ἐῤῥάγησαν· τά τε βέλη ἐξελοξεύθη, καὶ τὰ ξίφη πάντα ἀπημβλύνθη· τό τε μέγισον, οἱ ἄνδρες αὐλοὶ φονεύονλες ἐξέκαμον. οὕλω γὰρ δὴ καὶ νὺξ ἐγίγνελο, καὶ πόῤῥω b που ἀφιππεῦσαι αὐλοὺς ἐχρῆν, ἀπεχώρησαν. οὐδέπολε γὰρ πλησίοι οὐδὲ τοῖς ἀθενεσάτοις σραλοπεδεύονλαι, διὰ τὸ μηδεμιᾷ τα-φρείᾳ χρῆθαι· καὶ διὰ τὸ, ἄν τις ἐπέλθῃ σφίσιν ἐν τῷ i σκότῳ, ἀδύναλοι μὲν τῇ ἵππῳ, ἀδύνατοι δὲ καὶ τῇ τοξείᾳ ἰσχυρίσαθαι εἶναι. οὐ μέντοι καὶ ζῶνλά τινα τῶν Ῥωμαίων τόθ' εἷλον. ἐσῶτάς τε γὰρ αὐλοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις ὁρῶνλες, καὶ μήτε τινὰ ἐκεῖνα ἀποῤῥίπλουνλα, μήτ' k ἄν τον φεύγονλα αἰσθανόμενοι, ἰσχύειν τε ἔτι σφᾶς ἐνόμισαν, καὶ ἐφοβήθησαν αὐλῶν ἐπιλαβέθαι.

Οὕλως ὅ, τε Κράσσος, καὶ ἄλλοι ὅσοιγε ἠδυνήθησαν, [86] ἐς τὰς l Κάῤῥας ὥρμησαν, βεβαίους σφίσιν ὑπὸ τῶν καλαμεινάνλων ἔνδον Ῥωμαίων τηρηθείσας. πολλοὶ γὰρ δὴ τῶν τελρωμένων, μήτε βαδίσαι οἷοί τε ὄνλες, μήτ' ὀχημάτων εὐπορουνλες, ἢ καὶ ποδηγέτας ἔχονλες (ἀγαπηλῶς γὰρ οἱ λοιποὶ ἑαυλοὺς ἀνέφερον) καλὰ χώραν ἔμειναν. καὶ ἐκείνων τε οἱ μὲν ἀπέθανον ἐκ τῶν τραυμάτων, ἢ καὶ ἑαυλοὺς καλαχρησάμενοι· [87] οἱ δὲ ἑάλων m τῇ ἑτέρᾳ.

24. Ac procul dubio ad unum omnes occisi tum essent, nisi barbarorum hastæ partim retusæ, partim fractæ, nervique arcuum continenti jaculatione rupti, sagittæ consumptæ, omnesque gladii hebetati, & (quod erat maximum) ipsi viri cædendo defatigati fuissent. Ita, quum nox superveniisset, Parthi, quod longius ipsis abequitandum erat, discesserunt. Sic enim mos eorum fert, ut prope hostem, ne maxime quidem imbecillum, castra non ponant: quod nec munitione castrorum utuntur, &, si quis eos in tenebris adoriatur, neque equis neque sagittis quicquam præstare possunt. Nemo tamen Romanus tunc vivus ab hostibus captus est: sed quum omnes eos Parthi stantes in armis conspicarentur, neque ullum aut ea projicientem, aut fugæ se committentem; adesse iis adhuc roboris aliquid putaverunt, neque eos aggredi ausi sunt.

25. Post hanc cladem Crassus & cæteri, quicunque poterant, Carras sese receperunt: quæ urbs tuta ipsis per relictos in ea Romanos asservata fuerat. Multi ex iis, qui vulnerati fuerant, quum neque pedibus viam carpere possent, neque vehicula iis præsto essent, neque ductores, (reliqui enim contenti erant, si semetipsos hinc auferre possent) in ipso pugnæ loco remanserunt. Eorum pars ex vulneribus mortui sunt,

pars

A.U.C. 701 Cn. Calvino & Val. Messala COSS.

e ἐς τὰ γυμνὰ ἐπεσραμμένους σφᾶς ἔπαιον. ita locum ex MS. Medic. restituit Gronov. p. 57. vulgo: ἐς τὰ ἐπεσραμμένους αὐλοὺς ἔπαιον. ubi X. ex ingenio, ἐς τὰ πρόσω. Leuncl. vero ἐς τὰ ἀπεσραμμένα. f προσέλλειν. περισέλλειν potius dixisse Dionem putat RS. probante X. sed Thucyd. V. 71. διὰ τὸ φοβουμένους προσέλλειν τὰ γυμνὰ ἕκασον ὡς μάλισα τῇ τοῦ ἐν δεξιᾷ παραλελειγμένου ἀσπίδι. g πάνλα. malim πάνλῃ, X. vel πάνλας. b πόῤῥω που. πόῤῥω ὅπου, L. που non est sollicitandum; sed in antecedentibus lege οὕλω γὰρ δὴ, ὡς νὺξ ἐγένελο, vel ὡς καὶ νὺξ ἐγ. vel οὕλω γὰρ δὴ (καὶ γὰρ νὺξ &c.) i ἐν τῷ σκότῳ, X. recte, pro σκοπῷ, unde recepimus. k ἄν τον. αὐλὸν, X. male, L. τον pro τινά, sine accentu scribendum, ut est apud RS. l ἐς τὰς Κάῤῥας. ita sine dubio scribendum, pro vulgato ἄκρας. vide X. & F. m ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ. ἑάλωσαν τῇ ὑσεραίᾳ, T. male. vid. F.

§ 86. (l. 21.) ἐς τὰς ἄκρας] Κάῤῥας legendum, recte ex Plutarcho p. 561. notant viri docti: nam & de his accipiendum, quod mox infra ait Dio, non amplius tutum fuisse Crasso ἐν τῇ πόλει, hoc est Carris, ὑπομεῖναι. Itaque non potest ferri ἄκρας, nec de vicinis castellis explicari. Verum celeberrimæ vel hac ipsa Crassi clade Carræ civitas Mesopotamiæ, de qua D. Thomas Ittigius ὁ μακαρίτης in Diss. ad Theodori Abucaræ opusculum XVII. § 5. & 6. Lucanus I. 105. *Crassus Assyrias Latio maculavit sanguine Carras.*

§ 87. (l. 28.) οἱ δὲ ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ] Xylander vertit: *reliqui postridie capti sunt:* putavit enim in voce ἑτέρᾳ intelligendum ἡμέρᾳ. Sed intelligi debet χαρᾷ, ut pulchre notavit Lambertus Bos in animadversionibus ad scriptores quosdam Græcos p. 25. Est locutio proverbialis τῇ ἑτέρᾳ λαβεῖν

vel

A.U.C.701. Cn.Calvino & Val.Messala COSS.

pars sibi ipsis mortem consciverunt, reliqui nullo negotio capti sunt: quorum magna pars in itinere, deficientibus ipsos viribus, multi deinceps quoque perierunt, quum diligentem curationem non statim invenissent. Crassus animo abjecto, cum ne in oppido quidem tuto amplius manere se posse existimaret, statim fugam meditatus est. Et quia fieri non poterat, ut interdiu discedens non deprehenderetur, noctu fugere tentavit: sed proditus a luna, quæ tum plena luce fulgebat, non fefellit. Itaque exspectatis noctibus, quæ illunes essent, profecti, cum in tenebris, atque aliena eaque hostili regione, & in magno metu iter facerent, dispersi sunt: ac pars capti, cum dies appetiisset, perierunt, pars in Syriam cum Cassio Longino quæstore incolumes pervenerunt: alii cum ipso Crasso, per montes a se occupatos, tentarunt in Armeniam aufugere.

ἑτέρᾳ. καὶ τῶν ἑαλωκότων συχνοὶ μὲν ἐν τῇ ὁδῷ, πρόλιπον σφᾶς τῶν σωμάτων, συχνοὶ δὲ καὶ μετὰ τοῦτ' ἐφθάρησαν, θεραπείας παραχρῆμα ἀκριβοῦς μὴ δυνηθέντες τυχεῖν. ὁ γὰρ Κράσσος ἀθυμήσας, [88] οὐδὲ ἐν τῇ πόλει ἀσφαλῶς ἔθ' ὑπομεῖναι δυνήσεσθαι ἐνόμισεν, ἀλλὰ δρασμὸν εὐθὺς ἐβουλεύσατο. καὶ ἐπειδὴ οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτῷ, μεθ' ἡμέραν ἐξιόντι, μὴ οὐ [o] καταφώρῳ γενέσθαι, ἐπεχείρησε μὲν νυκτὸς ἀποδράναι· προδοθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς σελήνης πανσελήνου οὔσης, οὐκ ἔλαθε. προσέμεινάν τε οὖν μέχρι τῶν ἀσελήνων νυκτῶν, καὶ ὕστερα ἀπῆραν δὲ, οἷα ἐν σκότῳ, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ προσέτι καὶ πολεμίᾳ γῇ, φόβῳ τε ἰσχυρῷ, ἐσκεδάσθησαν. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἀλόντες, ἡμέρας γενομένης ἀπώλοντο· οἱ δὲ ἐς τὴν Συρίαν [89] μετὰ Καστίου Λογγίνου τοῦ [p] ταμίου διεσώθησαν. ἄλλοι τῶν ὁρῶν μετ' αὐτοῦ τοῦ Κράσσου λαβόμενοι, παρεσκευάζοντο ὡς καὶ δι' ἐκείνων ἐς τὴν Ἀρμενίαν φευξούμενοι.

26. Quo cognito Surenas, metuens ne si discessisset inde, bellum contra Parthos posthæc renovarent, aggredi quidem Romanos in sublimi loco, & equitatui alieno, non ausus est; quod armati pedites essent, pugnaturi ex loco edito; & quod ex desperatione ad furorem quendam essent adacti; sed, cum non sine periculo se eos aggressurum videret, misit ad eos ex suis, qui conditiones pacis offerrent, si omni intra Euphratem posita terra excederent. Crassus Surenæ, nihil dubitans, fidem habuit. Nam in summo metu constitutus, ac cum suæ tum publicæ calamitatis terrore perturbatus, ad hæc milites iter longum asperumque reformidare, & ab Orode sibi timere sentiens, nihil eorum, quæ opus erant, prævidere poterat. Quem ubi ad transactionem paratum Surenas animadvertit, noluit hoc negotium per alios confici, sed ut ipsum Crassum cum paucis interceptum comprehenderet, ostendit, se cum eo ipso velle in colloquium venire. Convenit igitur, ut in medio inter utriusque

Γνοὺς δὲ τοῦτο [90] ὁ Σουρήνας, καὶ φοβηθεὶς μὴ μεταπέμψαντες ποι ἄνθις σφίσι προσπολεμῶσι, προσβαλεῖν μὲν πρὸς τὰ μετέωρα ἄφιππα ὄντα οὐκ ἠθέλησεν· (ὁπλῖταί τε γὰρ ὄντες, καὶ ἐξ ὑπερδεξίων μαχόμενοι, ἢ καί τι καὶ δι' ἀπονοίας ὑπ' ἀπογνώσεως ἔχοντες, οὐ ῥᾴδιοι προσμίξαι οἱ ἐγένοντο·) πέμπει δὲ πρὸς αὐτοὺς, ἐς σπονδὰς δῆθεν σφᾶς προκαλούμενος, ἐφ' ᾧ τὴν ἐντὸς τοῦ Εὐφράτου πᾶσαν ἐκλείπωσι. καὶ αὐτῷ ὁ Κράσσος, οὐδὲν ἐνδοιάσας, ἐπίστευσεν. ἔν τε γὰρ ἀκμῇ τοῦ δέους ὤν, καὶ ὑπ' ἐκπλήξεως τῆς τε ἰδίας ἅμα καὶ τῆς δημοσίας συμφορᾶς τεθολωμένος, καὶ προσέτι καὶ τοὺς στρατιώτας, τήν τε ὁδὸν, ὡς πολλὴν καὶ τραχεῖαν, ὀκνοῦντας, καὶ τὸν Ὀρώδην φοβουμένους ὁρῶν, οὐδὲν τῶν δεόντων προϊδέσθαι ἠδυνήθη. ἑτοίμου οὖν αὐτοῦ [91] πρὸς τὰς σπονδὰς γενομένου, ὁ Σουρήνας οὐκ ἠθέλησε δι' ἑτέρων σπείσασθαι, ἀλλ' ὅπως αὐτὸν μετ' ὀλίγων ἀπολαβὼν συλλάβῃ, αὐτῷ ἐκείνῳ ἔφη βούλεσθαι ἐς λόγους ἐλθεῖν. καὶ τοῦτον δόξαν σφίσιν, ἐν τῷ [r] μεταιχμίῳ μετ' ἴσων ἀνδρῶν ἑκατέρωθεν, συμ-

[n] προίλιπον σφᾶς τῶν σωμάτων. forte προίλιπον, etsi hoc nimis poëticum. Od. προλιπόντων σφᾶς τῶν σωμάτων, T. probabilis emendatio. Thucyd. VII. 75. ἃ τῷ δὲ προλείπει ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα. tantum hic accusativus, apud Thucyd. dativus; nisi ibi malis scribere τὸν δὲ [o] καταφώρῳ. καταφόρῳ, RS. mendose. [p] τοῦ ταμίου. τοῦ πολεμίου, RS. monstrose. lego ταμίου, X. unde HS. L. receperunt. [q] καί τι καὶ δι' ἀπονοίας — ἔχοντες. καί τι καὶ δή, X. male. vide Indicem in ἔχειν. [r] ἐν τῷ μεταιχμίῳ. sic V. b. & T. idque rectius quam vulgatum ἐν τῷ μεταίχμῳ. quanquam omnino σύναιχμος, ὅμαιχμος dicitur.

vel ἁλίσκειν, *sinistra manu capere*, hoc est facili vel nullo negotio, ut non opus sit dextram adhibere, qua plurimum valemus. Sic Plato in Sophista, Sophistas ait esse ποικίλον θηρίον, καὶ τὸ λεγόμενον, οὐ τῇ ἑτέρᾳ λαμβάνειν. Cæterum capta esse Romanorum decem millia, cæsa viginti millia, testatur Appianus p. 153. Captos Antiochiam deductos ab Orode, Plinius VI. 16. Hist.

§ 88. (l. 33.) οὐδὲ ἐν τῇ πόλει] Carris, ut paulo ante demonstravi.

§ 89. (l. 44.) μετὰ Καστίου Λογγίνου] Hic est Cassius meliorum consiliorum Crasso autor, sed surdo narrans fabulam. De illo Plutarchus in Crasso p. 555. sqq. 561. sq. & Appianus p. 141. sq. ubi οἱ περὶ Κάσσιον perperam vertunt *Cassiani*, noto enim Græcismo nihil aliud notat, quam Cassius. Huic quæstori suo alterum cornu aciei Crassus ducendum commiserat, filio Publio alterum, mediam aciem ipse tenuerat. Plura de illo infra. p. 133. D.

Ego τοῦ ταμίου lego. Fuit enim is C. Cassius Longinus Quæstor M. Crassi eo bello, ut & Epitoma Liviana 108. & Vellejus Paterculus (II. 46.) produnt: estque is, qui C. Cæsaris cum Bruto necem peregit: facitque in sequentibus libris Dio hujus Quæsturæ ipse mentionem.

§ 90. (l. 48.) ὁ Σουρήνας] De quo supra p. 128. A. 130. B.

§ 91. (l. 63.) πρὸς τὰς σπονδὰς] Conferendus Plutarchus in Crasso p. 561. sq. & Appianus 151. Livii Epitome lib. 106.

§ 92. (l. 70.) ἵππον ἀνθῷ δῶρον] Plutarchus p. 563. Appianus p. 153.

§ 93. (l. 82.) καὶ ὁ Κράσσος] Interfector Crassi Προμαξάθρης Parthus appellatur a Plutarcho p. 563. ab Appiano Μαξάθρης p. 153. & 155. Cædem Crassi deinde ultus est Ventidius, interfecto eadem alterius anni die Pacoro Regis Parthorum Orodis filio. infra p. 405. A.

§ 94. (l. 86.) χρυσὸν ἐς τὸ στόμα] Florus lib III. c. 11. *Caput ejus recisum cum dextra manu, ad regem* (Orodem) *reportatum, ludibrio fuit nec indigno. Aurum enim liquidum in rictum oris infusum est: ut cujus animus arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & exangue corpus auro ureretur.* Tacent hac de re Plutarchus & Appianus, licet simile quid Manio Aquilio duci Romanorum factum a Mithridate narrant Plutarchus p. 564. & Appianus in Mithridatico p. 184. & Caliphæ Tocharorum sive Atariorum a Persis, Pachymeres in Mich. Palæologo lib. II. c. 24. licet χρυσοῖς ψωμιζόμενον significat

συμβαλεῖν ἀλλήλοις, ὅ, τε Κράσσος ἐς τὸ ὁμαλὸν ὑποκατέβη, καὶ ὁ Σουρήνας [92] ἵππον αὐτῷ δῶρον, ἵνα δὴ θᾶσσον πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται, ἔπεμψε.

usque ſtationem loco, cum æquali utrinque virorum numero, congrederentur. Ita Craſſus in planiciem deſcendit, eique Surenas, quo celerius ad ſe perveniret, equum dono miſit. A U.C.701 Cn.Calvino & Val.Meſſala COSS.

Καὶ οὕτω διαμέλλοντα τὸν Κράσσον, καὶ βουλευόμενον ὅ, τι ποιήσῃ, συναρπάσαντες οἱ βάρβαροι βίᾳ ἐπὶ τὸν ἵππον [s] ἀνέβαλον. κἀν τούτῳ ἀντιλαμβανομένων αὐτοῦ τῶν Ῥωμαίων, ἐς τὰς χεῖρας σφίσιν ἦλθον· καὶ τέως μὲν ἰσοπαλεῖς ἐγίγνοντο, ἔπειτα δὲ προσβοηθησάντων τινῶν αὐτοῖς, ἐπεκράτησαν. οἱ γὰρ βάρβαροι ἔν τε τῷ πεδίῳ ὄντες, καὶ προπαρεσκευασμένοι, ἔφθησαν τοὺς ἄνω Ῥωμαίους ἀμύναντες σφίσι· καὶ οἵ τε ἄλλοι ἔπεσον, [93] καὶ ὁ Κράσσος· εἴτ' οὖν ὑπὸ τῶν σφετέρων τινὸς, ὅπως μὴ ζωγρηθῇ, εἴτε καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐπειδὴ κακῶς ἐτέτρωτο, ἐσφάγη. καὶ ἐκείνῳ μὲν τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο· καὶ αὐτοῦ [94] χρυσὸν ἐς τὸ στόμα οἱ Πάρθοι (ὡς γέ τινες λέγουσιν) ἐνέτηξαν, ἐπισκώπτοντες. οὕτω γὰρ δὴ περὶ τὰ χρήματα, καίτοι πολυχρήματος ὤν, ἐσπουδάκει, [t] ὡς καὶ ὡς πένητας οἰκτείρειν τοὺς μὴ δυναμένους στρατόπεδον ἐκ καταλόγου [95] οἴκοθεν θρέψειν. τῶν δὲ δὴ στρατιωτῶν [96] τὸ μὲν πλεῖον διὰ τῶν ὀρῶν ἐς τὴν Φιλίαν ἀπέφυγε, τὸ δέ τι καὶ ἐς τοὺς πολεμίους ἐάλω.

27. Dum hæſitat Craſſus, ſecumque quidnam ageret deliberat, correptus a barbaris, vi in equum impoſitus eſt. Ibi vero opem ei ferentibus Romanis, res ad manus pervenit: quo in certamine, quum aliquamdiu æquo marte pugnaſſent barbari, auxilio aliorum adjuti tandem vicerunt. Nam & in plano loco erant, & ad eam rem ſe compoſuerant, atque ita Romanos, de ſublimi ſuis auxilio venientes, anteverterunt. Ibi præter alios Romanorum cecidit etiam Craſſus, ſive is a ſuorum aliquo, ne vivus in hoſtium manus veniret, ſive ab hoſtibus, poſt grave acceptum vulnus, occiſus eſt. Hic ei vitæ exitus fuit, cujus in os, ut quidam referunt, Parthi aurum liquefactum, verbis inſuper inſultantes, infuderunt. Tantum enim fuerat in eo homine pecuniæ acquirendæ ſtudium; quamquam eſſet ditiſſimus, ſic ut quaſi pauperem eum miſeraretur, qui non ſuis fructibus lectam legionem alere poſſet. Militum plerique per montes in amicorum fines perfugerunt, nonnulli ab hoſtibus capti ſunt.

Οἱ δὲ δὴ Πάρθοι τότε μὲν οὐ περαιτέρω τοῦ Εὐφράτου προεχώρησαν, ἀλλὰ τὴν [u] ἐντὸς αὐτοῦ πᾶσαν ἀνεκτήσαντο· μετὰ δὲ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Συρίαν, οὐ μέντοι καὶ ἐν πλήθει τινὶ, ὡς μήτε στρατηγὸν μήτε στρατιώτας ἔχουσαν, ἐνέβαλον· [97] ἀφ' ὑπερ [x] Κάσσιος ῥᾳδίως αὐτοὺς, ἅτε μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀπεώσατο. οὗτος γὰρ, ἐν μὲν ταῖς Κάρραις, τῶν τε στρατιωτῶν τὴν αὐτοκράτορα [y] αὐτῶν ἡγεμονίαν, μίσει τοῦ Κράσσου, διδόντων, καὶ προσέτι καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκείνου ἐθελοντί, διὰ τὸ τῆς συμφορᾶς μέγεθος, ἐπιτρέποντος, οὐκ ἐδέξατο· τότε δὲ καὶ ἀνάγκη τῆς Συρίας ἔν τε τῷ παρόντι καὶ μετὰ ταῦτα προέστη. οἱ γὰρ βάρβαροι οὐκ ἀπέχοντο αὐτῆς, ἀλλὰ χειρὶ ἄλλῃ μείζονι, Πακόρου μὲν ὀνόματι, τοῦ υἱέος τοῦ Ὀρώδου,

28. Cæterum Parthi eo tempore, omni ditione intra Euphratem recuperata, cum transgreſſi non ſunt. Poſtea vero Syriam quoque invaſerunt, non magno tamen exercitu, quod eam neque milites, neque imperatorem habere putabant: itaque Caſſius tam paucos non magno negotio repulit. Hic Caſſius, quum ei Carris, a militibus odio Craſſi adductis, imperium eſſet delatum, atque ipſe etiam Craſſus ob magnitudinem calamitatis ultro id concederet, non acceperat; tunc autem, neceſſitate rerum adductus, Syriæ non in præſentia modo, ſed & poſtea præfuit. Barbari enim ab ea non abſtinuerunt, ſed majori deinde cum manu, nomen quidem ducis gerente Pacoro Orodis filio, tum adhuc pue- A U.C.702 Pompejo III. ſine collega COS.

ro,

[s] ἀνέλαβον, vulgo. ἀνέβαλον, X. nam ἀναβολεὺς dictus Græcis. petita ex Xiph. pro mutila ὡς πένητας οἰκ. pro qua L. mavult, ὥστε ὡς πένητας. ex eod. Xiph. ſcripſimus ἐκ καταλόγου, ut eſt apud Dionem p. 128. D. pro κατὰ λόγου. vide L. [u] ἐντὸς αὐτοῦ. ita V. a. b. vulgo αὐτοῦ omiſſum. RS. in edito, quod ipſe emendat in not. receperunt adeo Κάσσιος [x] Κάσσιος. Κράσσος, jam HS. X. & L. vide & Xiph. addit, καὶ Κάσσιος; N. Κάσσιος etiam deinde recte bis exhibetur apud RS. p. 134. B. C. [y] αὐτῶν. forte αὐτῷ. ſic & Od.

gnificat potius aureis in os conſtipatis ſuffocatum, quam ut Poſſinus, eruditus interpres, auro liquefacto in os infuſo interemtum. Sed alio ludibrio inſultatum Craſſi reliquiis tradit Plutarchus p. 564. & Appianus in Parthicis. p. 154. 155. contumelioſo Surenæ triumpho & decantato ex Euripidis Bacchis carmine de Agave. Servius in VII. Æneid. 606. *Craſſus Triumvir, cum aviditate ſua contra auſpicia bellum ſuſcepiſſet, intercedentibus tribunis plebis, captus cum filio eſt, & necatus infuſo in os auro cujus amore pugnaverat.* Quod captum cum filio ait, rei geſtae eſt contrarium: filius enim jam occiſus erat, ut refert Plutarchus. p. 559. 560. neque Craſſus ipſe captus eſt vivus, ſed occiſi demum cadaver venit in poteſtatem Parthorum.

§ 95. (l. 91.) *ὁπόθεν θρέψειν*] Craſſum reſpicit Cicero paradoxo ſexto: *multi ex te audierunt, cum diceres, neminem eſſe divitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus, quod populus Romanus tantis vectigalibus jam pridem vix poteſt.* Plinius XXXIII. 10. propius ad Dionis ſententiam: *M. Craſſus negabat locupletem eſſe, niſi qui reditu annuo legionem tueri poſſet.* στρατόπεδον habet etiam Plutarchus p. 544 quod interdum notat exercitum, ſed ſæpius legionem, præcipue ſi additur, ut apud Dionem hoc loco, ἐκ καταλόγου. De exercitu repetit Cicero lib. I. de Officiis c. 8. *ut nuper M. Craſſus negabat ullam ſatis magnam pecuniam eſſe ei, qui in Repub. princeps vellet eſſet, cujus fructibus exercitum alere non poſſet.*

§ 96. (l. 91.) *τὸ μὲν πλεῖον*] Nimis augent cladem Joſephus XIV. 12. & Juſtinus XLII. 4. qui Craſſum Imperatorem σὺν παντὶ στρατῷ διαφθαρῆναι, cum filio & omni exercitu Romano deletum ſcribunt. Omnes cum eo Lucanos milites interemtos tradit Plinius lib. II. c. 56. idque ſignificatum prodigio, quod ferro in Lucanis pluerat.

§ 97. (l. 99.) *Κάσσιος*] Hic C. Caſſius Longinus tunc Quæſtor, (de quo ſupra p. 132. D.) non aderat cum Craſſus circumveniretur a Surena, ſed Carras reverſus fuerat, teſte Plutarcho p. 562. & Appiano p. 151. atque inde feliciter ſe ſubducens inſidiis hoſtium, *reliquias legionum, atrociſſimi mox auctor facinoris, conſervavit, Syriamque adeo in Populi Rom. poteſtate retinuit, ut transgreſſos in eam Parthos felici rerum eventu fugaret ac funderet.* Vellej. lib. II. c. 46. Eutropius VI. 15. crebris prœliis Perſas (hoc eſt Parthos) trans Euphratem viciſſe auctor eſt. vide etiam Joſeph. XIV. 12.

A.U.C.702 Pompejo III. sine collega COS.

ro, re vera autem duce Oſace, in Syriam profecti, atque locis in itinere poſitis omnibus in ſuam poteſtatem redactis, ad Antiochiam usque progreſſi ſunt, cum ſpe reliquorum etiam potiundorum. Nam neque Romani pares ad bellum copias ibi habebant: & populi, Romanorum dominationem moleſte ferentes, ad Parthos, tanquam ſibi vicinos & moribus adfines, inclinabant.

δου, ἔργῳ δὲ (παῖς γὰρ ἔτι ἐκεῖνος ἦν) 98 Ὡσάκου ἡγουμένου σφίσιν, ἐστράτευσαν· καὶ μέχρι τῆς Ἀντιοχείας ἦλθον, πᾶσαν τὴν ἐν ποσὶ χειρούμενοι. καὶ ἐλπίδα εἶχον καὶ τὰ λοιπὰ ᵞᵞ καταστρέψασθαι, μήτε τῶν Ῥωμαίων ἀξιομάχῳ τινὶ δυνάμει πειρόντων, καὶ τῶν δήμων τῇ τ' ἐκείνων δεσποτείᾳ ἀχθομένων, καὶ πρὸς αὐτοὺς, ἅτε καὶ γείτονας καὶ συνήθεις σφίσιν ὄντας, ἀποκλινόντων.

29. Verumenimvero quum Antiochiæ capiendæ ſpe dejecti eſſent, Caſſio magna vi eos repellente, (ipſi enim ad oppugnationem locorum ineptiſſimi erant) Antigoniam contenderunt: cujus urbis ſuburbana quum eſſent arboribus conſita, atque eo ipſi accedere neque auderent neque poſſent: arbores ſuccidere, locumque omnem ſylva deſpoliare inſtituerunt, ut audacter tutoque urbem aggredi poſſent. Quum ne hoc quidem ſuccederet, quia & magni laboris negotium erat, & tempus incaſſum terebatur, & Caſſius palantes eorum carpebat; alio arma verſuri, Antigonia diſceſſerunt. Interea Caſſius collocatis in via, qua tranſituri erant, inſidiis, ſe iis cum paucis oſtendit, atque ad inſequendum pertraxit: hinc ſuos circumjecit, Parthorumque cum alios, tum ipſum Oſacen occidit. Eo interfecto, Pacorus tota Syria exceſſit, neque ab eo tempore unquam eam invaſit.

Ἀμαξόνδες δὲ τῆς Ἀντιοχείας (ὅ, τε γὰρ * Κάσσιος ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἀπεκρούσατο, καὶ ἐκεῖνοι ἀδύνατοι πολιορκῆσαί τι ἦσαν) ἐπ' 99 Ἀντιγονίαν ἐτράποντο. καὶ ἐπειδὴ τό, τε προάστειον αὐτῆς σύμφυτον ἦν, καὶ οὐκ ἐθάρσησαν, ᵃ ἀλλ' οὐκ ἐδυνήθησαν, ἐς αὐτὸ ἐσελάσαι, ἐνενόησαν μὲν τά τε δένδρα κόψαι, καὶ τὸ χωρίον πᾶν ψιλῶσαι, ὅπως καὶ θαρσούντως καὶ ἀσφαλῶς τῇ πόλει προσμίξωσι· μὴ δυνηθέντες δὲ (ὅ, τε γὰρ πόνος πολὺς ἐγίγνετο, καὶ ὁ χρόνος ἄλλως ἀναλοῦτο, ὅ, τε Κάσσιος τοὺς ἀποσκεδαννυμένους σφῶν ἐλύπει) ᵇ ἀπανέσησαν, ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι ἐπιστρατεύσοντες. κἀν τούτῳ ὁ Κάσσιος ἔς τε τὴν ὁδὸν, δι' ἧς ἀποπορεύεσθαι ἔμελλον, ἐλόχισε· κἀνταῦθα ἐπιφανεὶς σφίσι μετ' ὀλίγων, ἔς τε δίωξιν αὐτοὺς ὑπηγάγετο, καὶ περισοιχισάμενος, ἄλλους τε καὶ τὸν Ὡσάκην ἀπέκτεινε. τελευτήσαντος δ' ἐκείνου, πᾶσαν τὴν Συρίαν 100 ὁ Πάκορος ἐξέλιπε, 101 καὶ οὐδ' ἄυθις πόλε ἐς αὐτὴν ἐσέβαλεν.

30. Pacoro vix dum regreſſo, Bibulus in Syriam, ut ei regioni præeſſet, advenit: quanquam ſenatusconſulto cautum fuerat, ne quis prætor, neve quis conſul, neque ſtatim, neque ante quintum annum, in provincias exteras exiret: ne vi-
A.U.C.703 delicet ab ambientibus turbæ exiſterent. Bibu-
M. Marcello & Sulp. Ruffo COSS. lus quiete ea, quæ Romanis parebant, adminiſtravit: ipſos autem Parthos contra ſeſe invicem concitavit. Nam Ornodapanti cuidam præfecto, qui Orodi infenſus erat, ſibi adjuncto, perſuaſit per internuntios, ut Pacorum regem conſtitueret, atque ejus auxilio Orodi bellum faceret. Eo modo bellum Romanorum contra Parthos,

Ἅμα δὲ ζεῦγος ἀνακεχωρήκει, 102 καὶ ὁ Βίβουλος ἄρξων τῆς Συρίας ἀφίκετο· καίπερ ἐψηφισμένου, μηδένα μήτε στρατηγὸν, μήθ' ὕπαρχον, μήτε εὐθὺς, μήτε 103 πρὸ πέμπτου ἔτους, ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας ἐξιέναι· ἵνα μὴ διὰ τοῦτο σπουδαρχοῦντες στασιάζωσι. καὶ αὐτὸς μὲν ἐν ἡσυχίᾳ τὸ ὑπήκοον διήγαγε, τοὺς δὲ δὴ Πάρθους ἐπ' ἀλλήλους ἔτρεψεν. 104 Ὀρνοδαπάνην γάρ τινα στρατάπην, ἀχθόμενον τῷ Ὀρώδῃ, προσποιησάμενος, ἀνέπεισε ᶜ διαγγέλλων τόν τε Πάκορον βασιλέα σήσασθαι, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον μετ' αὐτοῦ στρατεῦσαι. ὁ μὲν οὖν πόλεμος οὗτος, ὅ, τε Ῥωμαίων καὶ ὁ τῶν Πάρθων, τῷ τελάρῳ ἔτει ἀφ' οὗ ἤρξαντο, ἐπί τε Μάρκου

ᵞᵞ καταστρέψασθαι. καταστρέψεσθαι T. non ſine neceſſitate, ut videtur. ᶻ Κάσσιος. iterum Κράσσος, cum V. a. habet RS. quam lectionem falſam eſſe demonſtrat locis quibusdam Ciceronis & Plutarchi, quorum plura excitantur a Fabricio.
ᵃ ἀλλ' οὐκ ἐδυνήθησαν. ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐδ. T. vel ἢ καὶ οὐκ. hæc verba adducens multifariam corrupit. ἐπανέσησαν, male. ᵇ ἀπανέσησαν, &c. Corradus ad epiſt. Cic. ad Atticum, V. 20. στρατεύοντες, pro ἐπιστρατεύσοντες. μετ' ὀλίγον, pro μετ' ὀλίγων. ἐπηγάγετο, pro ὑπηγάγετο. omnia peſſime. ᶜ διαγγέλλων. placet Palmerii δι' ἀγγέλων, quod & Xylandri verſio admittit.

§ 98. (l. 9.) Ὡσάκου] Oroſius VI. 13. *Cognita clade Romanorum, multæ orientis Provinciæ a ſocietate vel fide Populi Rom. defeciſſent, ni Caſſius collectis ex fuga militibus paucis, intumeſcentem Syriam egregia animi virtute ac moderatione preſſiſſet: qui & Antiochum copiasque ejus ingentes prælio vicit & interfecit, Parthos quoque ab Orode in Syriam miſſos, jamque ingreſſos Antiochiam, bello expulit, ducemque eorum Oſacem interfecit.* Ingreſſos dixit Antiochiam, quod perinde accipiendum, ac ſi dixiſſet aggreſſos, ſive ingreſſos illius urbis oppugnationem. Caſſio urbem defendenti in auxilium cum exercitu venit, qui Ciliciæ præerat, Cicero. lib. V. Epiſt. 20. ad Atticum, *rumore adventus noſtri & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor injectus eſt. Itaque eos cedentes ab oppido Caſſius inſecutus rem bene geſſit: qua in fuga, magna auctoritate Oſaces dux Parthorum vulnus accepit, eoque interiit paucis poſt diebus.*

§ 99. (l. 20.) Ἀντιγονίαν] Antigonia ad Orontem fluvium condita ab Antigono, quadraginta ſtadiis ab Antiochia, & non diu poſt vaſtata a Seleuco: ſed poſtea iterum inſtaurata. vide Libanium in Antiochico T. 2. p. 348. 349. Diodorum Siculum XX. p. 758. Strabonem &c.

§ 100. (l. 35.) ὁ Πάκορος] Juſtinus XLII. 4. *Orodis filius Pacorus, miſſus ad perſequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria geſtis, in Parthiam patri ſuſpectus revocatur: quo abſente, exercitus Partborum relictus in Syria, a Caſſio Quæſtore Craſſi, cum omnibus ducibus trucidatur.*

§ 101. (l. 35.) καὶ οὐδ' ἄυθις πόλε ἐς αὐτὴν ἐσέβαλε] Alium igitur & juniorem oportet eſſe Pacorum, quem a Ventidio victum in Syria cæſumque narrat Dio infra XLIX. p. 404. licet pro eodem habent viri docti, & in his Reineccius T. III. Hiſt. Jul. p. 117.

§ 102. (l. 37.) καὶ ὁ Βίβουλος] Cicero lib. II. Epiſt. 10. ad Cœlium: *Cum veniſſem ad Amanum, qui mons mihi* (Ciliciam tenenti) *cum Bibulo communis eſt, diviſus aquarum divortiis, Caſſius noſter, quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antiochia hoſtem rejecerat, Bibulus provinciam* (Syriam) *acceperat.* Idem lib. V. Epiſt. 20. ad Atticum: *Erat in Syria noſtrum nomen in gratia. Venit interim Bibulus. Credo voluit appellatione*

τος Μάρκου [d] Μαρκέλλου καὶ ἐπὶ Σουλπικίου Ῥούφου ὑπάτων, ἐπαύσαλο.

Ἐν δὲ τῷ αὐλῷ ἐκείνῳ χρόνῳ, καὶ ὁ Καῖσαρ, τὰ ἐν τῇ Γαλαλίᾳ ταραχθέν]α ἤυθις, μάχαις κα]έλαβε, πολλὰ πάνυ, τὰ μὲν αὐτὸς, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ὑποσρα]ήγων πρά]ξας· ὧν ἐγὼ τὰ ἀξιολογώτα]α διηγήσομαι μόνα. ὁ γὰρ [106] Ἀμβριόριξ τοὺς [e] Τριουήρους, χαλεπῶς ἔτι καὶ τότε τῷ [107] τοῦ Ἰνδου]ιομάρου θανάτῳ ἔχον]ας, παραλαβὼν, τά τε αὐ]όθεν ἐπὶ πλεῖον συνέσησε, καὶ παρὰ τῶν Κε]τῶν μισθοφορικὸν με]επέμψα]ο. βουληθεὶς οὖν [103] ὁ Λαβιῆνος, πρὶν ἐκείνους ἐπελθεῖν, συμμῖξαι σφίσι, προενέβαλεν ἐς τὴν τῶν Τριουήρων χώραν. καὶ ἐπειδὴ μὴ ἠμύνον]ο, τὴν ἐπικουρίαν ἀναμένον]ες, ἀλλὰ πο]αμόν τινα διὰ μέσου ποιησάμενοι ἡσύχαζον, συνεκάλεσε τοὺς στρατιώτας, καὶ ἐδημηγόρησε τοιάδε, ἀφ' ὧν [f] τούς τε σφε]έρους κα]απλήξειν καὶ ἐκείνους ἔμε]λε. χρῆναί τε σφᾶς ἔλεγε, πρὶν τοὺς Κε]τοὺς αὐτοῖς ἐπαμῦναι, πρός τε τὸν Καίσαρα καὶ ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρῆσαι, σημῆναί τε εὐθὺς συσκευάσασθαι. καὶ ἐξανέση οὐ πολλῷ ὕσερον, προσδοκήσας ἔσεσθαι τοῦτο, ὃ καὶ ἐγένε]ο. οἱ γὰρ βάρβαροι ἀκούσαν]ες ταῦτα, (ἦν γὰρ αὐ]οῖς ἐπιμελὲς, καὶ δι' αὐ]ό γε τοῦτο καὶ φανερῶς ἐλέχθη) διέναι τε αὐ]ὸν ὄν]ως, καὶ φυγὴν ὡς ἀληθῶς ποιεῖσθαι ἐπίσευσαν. [109] καὶ τὸν πο]αμὸν σπουδῇ διαβάν]ες, θυμῷ ἐπ' αὐ]ους ἐχώρουν, ὡς τάχους ἕκασος εἶχε. [110] καὶ ὅ]ως ὁ Λαβιῆνος ὑπέση τε σφᾶς ἐσκεδασμένους, καὶ τοὺς πρώτους ἐκπλήξας, ῥᾳδίως καὶ τοὺς λοιποὺς δι' αὐ]ῶν ἐκείνων ἐτρέψα]ο. κἀκ τούτου φευγόν]ων τε σφῶν τε]αραγμένων, καὶ ἀλλήλοις ἐμπιπ]όν]ων, καὶ πρὸς τὸν πο]αμὸν ὠθουμένων, πολλοὺς ἀπέκ]ειν[e].

Διαφευγόν]ων τε καὶ ὡς συχνῶν, ὁ Καῖσαρ τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα λόγον ἐποιεῖτο, τὸν δὲ Ἀμβριόριγα, διαδιδρά]σκον]α ἄλλο]ε ἄλλη, καὶ πολλὰ κακουργοῦν]α, καὶ ζη]ῶν καὶ διώκων, πρά]γμα]α εἶχε. καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐδένα τρόπον λαβεῖν ἠδυνήθη· [111] ἐπὶ δὲ δὴ τοὺς Κε]τοὺς, ὡς καὶ τοῖς Τριουήρεις βοηθῆσαι

d Μαρκε]λίνου, vulgo. Μαρκέλλου, scribendum monent RS. X. ego recepi ex fronte libri & p. 148. A. paulo ante, pro ἤρξαντο, præstabit ἤρξατο scribere. e Τρεβήρους. vid. ad p. 113. A. Robertus hic varietatem codicis sui accusat. Ceterum ἐπὶ pro ἔτι, RS. in edito; quod ab ipso correctum in notis, receperunt sequentes. f τούς τε σφετέρους καταπλήξειν, καὶ ἐκείνους ἔμελε. locus misere depravatus, X. equidem a Dione scriptum fuisse affirmo, καὶ ἐκείνους θαρσήσειν ἔμελλε. sic Dio p. 450. C. hoc verbo usus est: ἐθάρσησε τὸν Καίσαρα. L. non hic est loci sensus. malim θαρσυνεῖν.

31. Parthici belli tempore Cæsar Galliæ partes, novis motibus concitatas, præliis factis recepit, resque magnas, partim ipse per se, partim per suos legatos gessit. Ex his ea tantum, quæ memoratu maxime digna sunt, referam. Ambiorix Treviris, qui mortem Indutiomari molestе etiamnum ferebant, adscitis, magnam sibi manum in iis locis paraverat, atque a Germanis etiam milites stipendio conductos exciverat. Cum eo Labienus, ante quam Germanorum copiis augeretur, dimicaturus, Trevirorum fines ingredi occupavit. Quum ad defendendam regionem Treviri non exirent, quia adhuc auxilia exspectabant, sed præsidio fluminis, quod inter ipsos ac Romanos labebatur, contenti quiescerent; Labienus convocato exercitu concionem habuit, qua suis metum, hostibus ferociam addere videbatur: quod diceret, priusquam Germanorum auxilia Treviris subvenirent, ad Cæsarem & in tuta loca recedendum esse, statimque se signum vasa colligendi daturum. Nec multa interjecta mora, castra movit, id quod accidit fore suspicatus. Scilicet barbari, eo percepto, (erant enim ad Romanorum consilia valde attenti, atque eo fine palam Labienus id dixerat) serio ipsum abire, fugamque re vera capere crediderunt: itaque e vestigio flumen transgressi, animose, quanta quisque potuit celeritate, Romanos insecuti sunt. In eos palantes Labienus conversus, primis perterritis, per hos ipsos facile totum agmen in fugam dedit: fugientesque perturbatis ordinibus, ac sese invicem impedientes, compulsosque ad fluvium, magno numero interfecit. A.U.C. 700 L. Domitio & Ap. Claudio COSS.

32. Cum nihilominus complures fuga sese eripuissent, de aliis Cæsar nihil sollicitus, in uno Ambiorige, qui modo hac modo illac diffugiens maxime nocebat, quærendo & insequendo multum negotii habuit. Postquam eum nulla ratione comprehendi posse vidit: in Germanos, quod Trevi-

pellatione inani (Imperatoris) *nobis esse par. In eodem Amano cæpit laureolam in mastaceo quærere. At ille cohortem primam totam perdidit* &c. Hic est M. Bibulus Cæsaris pridem in Consulatu collega & inimicus, quem Cæsar, a Parthis interfecto Crasso, in obsidione habitum refert III. 31. belli civilis. vide etiam Ciceronem lib. XV. Epist. ad diversos 1. 2. 3. 4. & Dionem infra p. 151. B.

§ 103. (l. 40.) πρὸ πέμπου ἔτους] Antequam effluxisset quinquennium, in quod Crasso & Pompejo & Cæsari imperium sive decretum sive porrogatum in præcipuas provincias fuerat, lege Trebonia. Supra XXXIX. p. 105. E. Meminit hujus SCti disertius Dio p. 142. B. eique similem Pompeji legem refert p. 147. A. probatam ab Augusto, infra LIII. p. 505. C.

§ 104. (l. 44.) Ὀρνοδαπάν]ην] Nomen Parthicum, ut Ornospades apud Tacitum VI. 37.

§ 105. (l. 50.) Μαρκέλλου καὶ Ῥούφου] Horum Consulum mentio infra p. 148. qui fuerunt A. U. C. 703.

§ 106. (l. 57.) Ἀμβριόριξ] Conferendus Cæsar. VI. de bello Gallico c. 2. Julius Celsus p. 75. sq.

§ 107. (l. 58.) Ἰνδου]ιομάρου] De hujus nece dictum est supra p. 125. D.

§ 108. (l. 61.) ὁ Λαβιῆνος] Cæsar VI. 7. narrat, Treviros magnis coactis peditatus equitatusque copiis in eo fuisse, ut T. Labienum (legatum Cæsaris, Indutiomari victorem) atque unam legionem, quae in eorum finibus hiemaverat, adorirentur: compertoque, duas subsidio ei venisse legiones missu Cæsaris, Germanorum, quos Κε]τοὺς Dio vocat, auxilia exspectare constituisse. Igitur Labienus, quo facilius hostibus timoris daret suspicionem, *loquitur in concilio palam, quoniam Germani appropinquare dicuntur, sese suas exercitusque fortunas in dubium non devocaturum, & postero die prima luce castra moturum.*

§ 109. (l. 77.) καὶ τὸν πο]αμὸν] *Difficili transitu flumen* (Rhenum) *ripisque præruptis.* Cæsar.

§ 110. (l. 79.) καὶ ὅ]ως ὁ Λαβιῆνος] Cæsar. lib. VI. c. 8.

§ 111. (l. 90.) ἐπὶ δὲ δὴ τοὺς Κε]τοὺς] Germani quidem, qui auxilio veniebant, percepta Trevirorum fuga, sese domum contulerant. Cæsar tamen Rhenum transire constituit, quod auxilia contra se Treviris Germani miserant, & ne Ambiorix receptum ad eos haberet. id. c. 9.

A.U.C.700 L. Domitio & Ap. Claudio COSS.

Treviris ſuppetias ferre voluiſſent, arma convertit: at ne tum quidem effecit quicquam, ſed confeſtim metu Suevorum ſe recepit, gloriam tamen Rheni altera vice trajecti reportavit: pontique ea tantum parte, quæ ad barbaros pertinebat, reſciſſa, caſtellum ei impoſuit, ut crebro ea tranſiturus videretur. Secundum hæc, ira propter effugium Ambiorigis permotus, ejus patriam, quanquam nihil tum moviſſet, omnibus qui vellent diripiendam conceſſit, denunciavitque, eo conſilio ut quamplurimi convenirent. Itaque multi cum Galli, tum Sicambri ad prædam confluxere. Cæterum Sicambris non ſatis fuit ex Eburonibus prædam egiſſe, ſed ipſos quoque Romanos petierunt: quos quum frumentatum digreſſos animadvertiſſent, caſtra eorum aggreſſi ſunt: Romanorumque, re percepta, ad defendendum caſtra concurrentium, multos occiderunt: ab hoc facto Cæſarem timentes, ſumma cum feſtinatione domum redierunt. Cæſar, quia & hiems prope, & Romæ tumultus erat, nullam ab iis vindictam exigere potuit, ſed militibus in hiberna dimiſſis, ipſe in Italiam profectus eſt: verbo quidem, ut Galliæ citerioris curam haberet, re ipſa autem, ut ex vicinia iis, quæ in urbe agebantur, intentus eſſet.

βοηθῆσαι ἐθελήσαντας, ἐστράτευσε· καὶ ἔπραξε μὲν οὐδὲν τότε οὐδέν, ἀλλὰ καὶ διαταχέων φόβῳ [112] τῶν Σουήβων ἐπανεχώρησεν. ἔδοξεν οὖν ff αὖθις τὸν Ῥῆνον διαβεβηκέναι, καὶ [113] τῆς τε γεφύρας μόνα τὰ πρόσεχῆ τοῖς βαρβάροις ἔλυσε, καὶ φρούριον ἐπ' αὐτῆς, ὡς καὶ ἀεὶ διαβασείων, ᾠκοδόμησε. καὶ μετὰ τοῦτο ὀργῇ [114] τὴν τοῦ Ἀμβιόριγος διάφευξιν φέρων, τὴν πατρίδα αὐτοῦ, καίτοι μηδὲν νεωτερίσασαν, διαρπάσειν τοῖς βουλομένοις [115] ἐπέτρεψε, προεπαγγείλας σφίσιν αὐτὸ τοῦθ', ὅπως ὅτι πλεῖστοι συνέλθωσιν. ὅθενπερ πολλοὶ μὲν Γαλάται, πολλοὶ δὲ [116] καὶ g Σύγαμβροι πρὸς τὰς ἁρπαγὰς ἦλθον. οὐ μέντοι καὶ h ἀπέχρησε τοῖς Συγάμβροις τὰ ἐκείνων λῃσασθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέθετο. τηρήσαντες γὰρ σφᾶς πρὸς σίτου κομιδὴν ἀπιόντας, ἐπεχείρησαν [117] τῷ στρατοπέδῳ αὐτῶν· κἀν τούτῳ h προσβοηθησάντων σφῶν, ἐπείπερ ἤθροντο, συχνοὺς ἐφόνευσαν. καὶ οἱ μέν, φοβηθέντες διὰ τοῦτο τὸν Καίσαρα, οἴκαδε ὡσουδῇ [118] ἀνεχώρησαν· i ἐκείνοις δὲ τούτων μὲν οὐδὲν, διά τε τὸν χειμῶνα, καὶ διὰ τὸ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ σασιάζεσθαι, οὐδεμίαν τιμωρίαν ἐποιήσατο. τοὺς δὲ δὴ στρατιώτας πρὸς τὰ χειμάδια k πέμψας, [119] αὐτός τε ἐς τὴν Ἰταλίαν, πρόφασιν μέν, τῆς ἐκεῖ Γαλατίας ἕνεκα, τὸ δ' ἀληθὲς, ὅπως ἐγγύθεν τοῖς ἐν τῇ πόλει δρωμένοις ἐφεδρεύῃ, ἀπῆλθεν.

A.U.C.701 Cn. Calvino & M. Meſſala COSS. & ſqq.

33. Interim novi Gallorum motus coorti ſunt. Arveni enim duce Vercingetorige defecerunt, omnesque Romanos, quos in oppidis finibusque ſuis inveniſſent, trucidaverunt: profecti deinde in ſocios Romanorum, quoscunque ad ſocietatem defectionis pertrahere potuerant, eos foverunt; cæteros maleficiis infeſtavere. Quibus cognitis, Cæſar in Galliam regreſſus, quum hoſtes in Biturigum fines intraſſe deprehenderet, neque eis opitulari poſſet, (nondum enim omnis ad eum exercitus convenerat) in Arvernorum ipſe contra profectus eſt regionem, atque ita hoſtes domum retraxit: ipſe tamen, quod ſatis virium ſibi ad pugnam non adeſſet, ante adventum eorum diſceſſit.

Καὶν τούτῳ οἱ Γαλάται αὖθις ἐνεόχμωσαν. [120] Ἀρουερνοὶ γὰρ, ἡγουμένου σφῶν l Ὀυερκιγγετόριγος, ἀπέστησαν, καὶ τούς γε Ῥωμαίους, ὅσους ἔν τε ταῖς πόλεσιν, ἔν τε τῇ χώρᾳ σφῶν ἔυρον, πάντας ἀπέκτειναν· καὶ ἐπὶ τὴν συμμαχίδα αὐτῶν χωρήσαντες, τοὺς μὲν συναποσῆναι σφίσιν ἐθελήσαντας, m περιεῖπον, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκάκουργουν. μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Καῖσαρ ἐκομίσθη, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς [121] ἐς n Ὀυιτούριγας ἐμβεβληκότας, ἐκείνοις μὲν (οὐ γάρ πω πάντες οἱ στρατιῶται αὐτοῦ παρῆσαν) οὐκ ἐπήμυνεν· [122] ἐς δὲ δὴ τὴν Ἀρουερνίδα ἀντεμβαλὼν, ἐπανήγαγεν οἴκαδε τοὺς πολεμίους· καὶ (οὐ γὰρ ἐδόκει πω ο ἀξιόμαχος αὐτοῖς εἶναι) προαπεχώρησεν.

34. Arverni denuo in Bituriges profecti, Avarico oppido occupato, diu ſe in eo ſuſtinuerunt. Difficulter murus adiri poterat, altera parte paludibus imperviis, altera flumine rapido cinctus. Itaque quum Romani urbem oppugnarent, barbari,

Αὖθις οὖν ἐκεῖνοι πρός τε τοὺς n Ὀυιτούριγας ἐπανῆλθον, καὶ [123] πόλιν αὐτῶν p Ἀυαρικὸν ἑλόντες, ἐπὶ πλεῖσον ἐν αὐτῇ ἀνέσχον. ὕστερον δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πολιορκούμενοι ([124] τό, τε γὰρ τεῖχος δυσπρόσιτον ἦν, τῇ μὲν, ἑλῶν δυσδιαβάτων, τῇ

f αὖθις. καὶ ζυθις, V. a. g Σύγγαμβροι, Συγγάμβροις, vulgo. Σίγαμβροι, Σιγάμβροις, L. marg. vid. ad p. 113. k. h ἀπέχρησε. ſic recte RS. emendatum voluit ſuum ἀπεχώρησε, ſine dubitatione textui aſſeruere ſequentes. Idem habeto de ſequenti προσβοηθησάντων, quod reponi idem juſſit pro προσβοησάντων. i ἐκείνοις δὲ τούτων οὐδὲν &c. οὐδεμίαν τιμωρίαν ἐποιήσατο. locus videtur corruptus. forte, ἐκεῖνος — τοὐδενὸς, aut οὐδενὶ. ſed facilius eſt dicere, quomodo ſenſus exprimi poſſit, quam quid Dio ſcripſerit. k πέμψας. διαπέμψας, V. a. l Ὀυερκιγγετόριγος. Ὀυερκιντετόριγος, RS. in edit. m περιεῖπον. malim, περιεῖδον, X. absque ratione. περιεῖπον eſt *fouerunt, amarunt*, ut p. 450. ἠγάπα τε καὶ περιεῖπεν αὐτόν. L. n Ὀυιτούριγας. ſic ſcribendum pro Ἰουρτούριγας, quod nimis alienum a Biturigum appellatione. vide RS. paulo ante, pro ἐκομίσθη, forte ἀνεκομίσθη. o ἀξιόμαχος αὐτοῖς ἔναι, προαπεχώρησεν. ἀξιόμαχος αὐτοῖς, παρεχώρησεν, V. b. p Ἀυαρικὸν. ita edidimus pro Ἐυακὸν, ob rationem dictam ad nomen Biturigum.

§ 112. (l. 93.) τῶν Σουήβων] Cæſar. VI. 10. & 29.

§ 113. (l. 94.) τῆς τε γεφύρας] *Partem ultimam pontis, quæ ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum reſcindit, atque in extremo ponte turrim tabulatorum quatuor conſtituit* &c. id. 29. Julius Celſus p. 78. *pontem pari celeritate parique militum fervore, & paulo ſupra eum locum ubi primum fecerat, refecit.* De priori Cæſaris trajectu, ponteque quo Rhenum junxit, dictum ſupra XXXIX. p. 113. D.

§ 114. (l. 97.) τὴν τοῦ Ἀμβιόριγος διάφευξιν] Cæſar. VI. 30. de bello Gallico.

§ 115. (l. 100.) ἐπέτρεψε] *Omnes evocat ſpe prædæ ad diripiendos Eburones.* id. 34.

§ 116. (l. 2.) καὶ Σύγαμβροι] Sigambri proximi Rheno e Germanis transeuntes Rhenum. id. 35.

§ 117. (l. 6.) τῷ στρατοπέδῳ αὐτῶν] Romanorum caſtra ad Atuatucam, duce Q. Cicerone. Cæſar VI. 35. ſq. Julius Celſus p. 80.

§ 118. (l. 10.) ἀνεχώρησαν] Cæſar. VI. 41.

§ 119. (l. 14.) αὐτός τε ἐς τὴν Ἰταλίαν] *In Italiam ad conventus*

τῇ δὲ, πολαμοῦ ῥοώδους αὐλὸ περιέχονλος) καὶ αὐ-
D τοὶ παμπληθεῖς ὄνλες, τάς τε προσβολὰς σφῶν
125 ῥᾳδίως ἀπεκρούονλο, καὶ ἐπεξιόνλες, πολλὰ αὐ-
τοὺς ἐλύπουν. καὶ τέλος τά τε πέριξ πάνλα, οὐχ
ὅπως ἀγροὺς, ἢ κώμας, 126 ἀλλὰ καὶ πόλεις ἀφ'
ὧν ὠφέλειάν τινα ἔσεσθαι σφίσι προσεδόκων, καλέ-
φλεξαν· εἴ τέ τι παρὰ τῶν πόῤῥωθεν συμμάχων
ἐκομίζελο αὐλοῖς, διήρπαζον· ὥσε πολιορκεῖν τὴν
πόλιν τοὺς Ῥωμαίους δοκοῦνλας, τὰ τῶν πολιορκου-
μένων πάσχειν· πρὶν δὴ 127 ὑελός τε λάβρος καὶ
πνεῦμα μέγα προσβάλλουσί πῃ αὐλοῖς ἐπιγενόμενον,
(ὅ, τε γὰρ χειμὼν ἐνειστήκει) πρώτους μὲν ἐκεί-
E νους ἀπήλασε, καὶ ἐς τὰς σκηνὰς ἐπανήγαγεν,
ἔπειλα δὲ καὶ τοὺς βαρβάρους εἰς τὰς οἰκίας καλέκλεισεν.
ἀπελθόνλων γὰρ αὐλῶν ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων, οἱ Ῥω-
μαῖοι προσέβαλον ἐξαίφνης ἄνθις αὐλαῖς, ἐρήμοις ἀνδρῶν
ὔσαις· καὶ πύργον τινὰ παραχρῆμα, πρὶν καὶ αἰσθέσθαι
τοὺς πολεμίους τῆς παρουσίας σφῶν, ἑλόνλες, ἔπειλα
καὶ τὰ λοιπὰ οὐ χαλεπῶς ἐχειρώσανλο· καὶ τήν τε πό-
λιν πᾶσαν διήρπασαν, καὶ 128 τοὺς ἀνθρώπους πάνλας,
ὀργῇ τῆς τε προσεδρείας καὶ τῆς ταλαιπωρίας, ἔσφαξαν.

137 Πράξας δὲ ταῦτα ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τὴν χώραν αὐλῶν
129 ἐπεσράτευσε. καὶ ἐπειδὴ πολεμούμενοι τὰς γε-
φύρας οἱ λοιποὶ Ἀρουερνοὶ προεκεκραλήκεσαν, δι' ὧν δια-
βῆναι αὐλὸν ἐχρῆν, ἀπορήσας ὅπως περαιωθῇ, ἐπιπα-
ρῆλθεν ἐπὶ πολὺ [r] παρὰ τὴν ὄχθην, εἴ πως ἐπιηδείου
τινὸς χωρίου, ὥσε πεζῇ δι' αὐλοῦ τοῦ ὕδαλος διελθεῖν,
λάβοιλο. καὶκ τούτου ἔν τε ὑλώδει τινὶ καὶ ἐν συσκίῳ
τόπῳ γενόμενος, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τοῦ σραλοῦ τὸ
πλεῖον προέπεμψε, [s] μακρᾷ ἐκλελαμένῃ τάξει κελεύ-
B σας αὐλοὺς προϊέναι, ὥσε καὶ πάντας σφᾶς ἐνλαῦθα εἶ-
ναι δοκεῖν· αὐλὸς δὲ μελὰ τῶν ἐῤῥωμενεσάτων ὑπέμεινε,
καὶ ξύλα τε ἔτεμε, καὶ χεδίας ἐποίησε, καὶ ἐπ' αὐ-
τῶν διέβη τὸ ῥεῦμα· τῶν βαρβάρων ῳρός τε τοὺς ἐν τῷ
ῳρόσθεν ῳορευομένους τὸν νοῦν ἐχόνλων, καὶ τὸν Καίσα-
ρα μετ' αὐλῶν εἶναι λογιζομένων. καὶ μελὰ τοῦτο τούς
τε ῳροεληλυθότας νυκλὸς ἀνεκαλέσαλο, καὶ διαβιβά-
σας αὐλοὺς ὁμοίως, τῆς μὲν χώρας ἐκράτησε, τῶν δ'
ἀνθρώπων 130 ἐς [t] Γοργοβῖαν συγκαλαφυγόνλων,
C καὶ ἐκεῖσε ῳάνλα τὰ τιμιώλαλα σφίσι συγκομι-
σάνλων, ῳλεῖσον ῳόνον μάλην αὐλοῖς ῳροσεδρεύων
ἔχε.

Τό, τε γὰρ Φρούριον ἐπί τε λόφου καρ-
τεροῦ ἦν, καὶ τείχεσιν ἰσχυρῶς [u] ἐκεκράτυλο·
καὶ οἱ βάρβαροι ῳέριξ αὐλὸ, ῳάνλα τὰ με-
τέωρα κατειληφότες, ῳεριεφρούρουν· ὥσε καὶ
μένειν

bari, quorum immensus erat numerus, facile eo- A.U.C.701
rum conatus repellebant: factisque eruptionibus, Cn.Calvino
crebro molesti ipsis erant. Tandem non agris & M.Messa-
omodo vicisque, sed oppidis quoque, unde Ro- la COSS.
manos commeatus auxilia posse habere existima- & sqq.
bant, incensis, omnem rem frumentariam, quæ
Romanis a sociis remotioribus supportabatur, di-
ripiebant: ita ut Romani obsidentes, ipsi iis in-
commodis premerentur, quibus obsessi solent.
Accidit autem ut, Romanis muro succedentibus,
effusus imber cum magna venti vi, quod hiems
jam instaret, cooriretur, ac primum ipsos ab op-
pugnatione in castra compelleret, deinde Gallos
quoque intra domos suas coërceret. Quibus a
propugnaculis digressis, Romani confestim ea
viris nudata aggressi, turrim, priusquam de eo-
rum adventu quisquam cognovisset, ceperunt:
reliquisque jam partibus etiam haud magno labo-
re occupatis, totam urbem diripuerunt: atque
ira propter obsidionis diuturnæ ærumnas conci-
tati, omnes in ea homines occiderunt.

35. Quo facto, Cæsar in Aruernorum fines
cum exercitu profectus, quum ab reliquiis hostium
omnes pontes, qua transeundum ipsi erat, præoc-
cupati essent; nescius quo pacto transitus perfici
posset, secundum ripam fluminis aliquamdiu iti-
nere facto, vadum, quo pedibus exercitus traduci
posset, quæsivit. Postquam in sylvestrem atque
umbrosum locum pervenit, præmissis impedi-
mentis cum copiarum majori parte, jussisque in
longum quammaxime explicato agmine profici-
sci, ut totius exercitus speciem præberent, ipse
cum robustissimis substitit, ligna cæcidit, rates-
que compegit: iis ipse fluvium transivit, dum
barbari progressis intenti, ipsum quoque una iis
adesse Cæsarem existimant. Hoc facto, reliquos,
qui progressi erant, noctu revocatos, eadem tra-
duxit, regionemque occupavit. Sed Arverni
Gergobiam sese universi, comportatis eo rebus
sibi charissimis omnibus, contulerant. In eo op-
pido obsidendo plurimum frustra Cæsar labora-
vit.

36. Erat enim castellum situm in egregie mu-
nito colle, murisque defendebatur validis. Galli
quoque omnia circum edita loca ante occupata
præsidiis tenebant: ita ut & manere suis in locis
tuto

q γάρ. γοῦν, L. r παρὰ τὴν ὄχθην. παρὰ τὰς ὄχθας, V. b. s μακρᾷ ἐκτεταμένῃ. μακρᾷ καὶ ἐκτεταμέ-
νῃ, RS. X. vel μακρᾶν. V. b. minus bene. t Γοργοθῦιαν, Γεργοβῦιαν, aut rectius Γεργοβίαν, L. vide F. u ἐκεκράτυντο. ἐκεκράτητο,

ventus agendos profectus est. Cæsar. VI. 44. *ubi cognoscit de P. Clodii cæde*, VIII. 1. de hac cæde infra p. 143.

§ 120. (l. 18.) Ἀρουερνοὶ γὰρ] Conf. Cæsarem VII. 4. & Julium Celsum p. 86.

§ 121. (l. 25.) ἐς Οὐσιούριγας] Cæsar. VII. 7.

§ 122. (l. 28.) ἐς τὴν Ἀρουερνίδα] Cæsar. VII. 8.

§ 123. (l. 33.) πόλιν αὐλῶν Ἀυαρικὸν] Cæsar. VII. 13. sq. Julius Celsus p. 91. 96. sq. Florus III. 10. de Cæsare, *Avaricum cum quadraginta millibus propugnantium sustulit.*

§ 124. (l. 35.) τό τε γὰρ τεῖχος] Prope ex omnibus partibus flumine & palude circumdata, pulcherrima prope totius Galliæ urbs, unum habebat & peranguslum aditum. Cæsar. VII. 15.

§ 125. (l. 39.) ῥᾳδίως ἀπεκρούονλο] Cæsar. VII. 22. & 24.

§ 126. (l. 41.) ἀλλὰ καὶ πόλεις] Uno die amplius viginti urbes Biturigum incenduntur, suadente Vercingetorige. Cæsar. VII. 14. 15.

§ 127. (l. 46.) ὑελὸς καὶ πνεῦμα μέγα] Cæsar. VII. 27.

§ 128. (l. 56.) τοὺς ἀνθρώπους πάνλας] Ita ut ex quadraginta millibus vix octingenti evaserint, qui ad Vercingetorigem pervenere. Cæsar. VII. 28.

§ 129. (l. 59.) ἐπεσράτευσε] Vide Cæsarem VII. 34. Fluvio de quo hic sermo, nomen Elaver.

§ 130. (l. 75.) ἐς Γεργοβῖαν] Gergovia Cæsari secundum flumen Elaver. VII. 34. posita in altissimo monte, omnes aditus habens difficiles. id. 36. Apud Julium Celsum p. 118. vitiose Gergoma & p. 102. 106. Gorgoma & p. 95. 99. Gergonia. Eadem Gorgobia p. 88. & p. 89. Gorgobina. Hæc Straboni IV. p. 191. Γεργοουΐα. Polieno VIII. 23. 9. & 10. Γεργοβῖνη, Græco Cæsaris interpreti Γεργοβία.

A.U.C.701 Cn.Calvino & M.Messala COSS. & seqq.

turo possent, & decurrentes plerumque fierent superiores. Cæsar enim castra loco plano habebat, quod editum nancisci non potuisset: quo fiebat, ut hostium consilia non prævideret. Contra barbari, in sublimiori loco constituti, cum in ejus castra inspicere possent, opportuno tempore decurrebant: ac, si quando ulterius, quam expediret, progressi impetum inhiberent, parvo momento in tutum se recipiebant. Neque enim Romani ad eorum loca, ex eo intervallo, quo saxis aut jaculis pertingeretur, accedere ullo modo poterant. Itaque Cæsar tempus sine fructu absumi intellexit. Nam etsi ipsum collem, cui oppidum impositum erat, aggressus, aliqua ejus parte potitus esset, ut jam eo communito facilius oppugnare cætera posset: tamen in universum repellebatur non sine plurimorum jactura militum. Postquam igitur urbem capi non posse videt, Hæduique interim novos motus excitaverant, & dum ipse ad hoc sedandos proficiscitur, relictus ad Gergoviam exercitus in summum periculum adductus erat: castra ab oppido movere statuit.

37. Hædui vero, quum initio fidem servassent, Cæsarique auxilia misissent, eo tempore contra suam animi sententiam bellum moverunt, fraude cum aliorum, tum Litavici in primis. Nam is quum nullis eos aliis rationibus ad fidem violandam impellere posset, id obtinuit, ut quos Hædui auxilio Cæsari tum mittebant, ipse ad eum perduceret. Ea occasione profectus, præmisso equitatu, jussit quosdam ex iis reversos dicere: cæteris secum præmissis, ac iis præterea qui ex Hæduorum civitate apud Cæsarem fuissent, manus injectas a Romanis, atque omnes interfectos esse: ipse habita concione hujusmodi nuntio conveniente, milites ita exacerbavit, ut & ipsi a Romanis deficerent, & cæteros ad idem faciendum permoverent. Id factum Cæsar celeriter rescivit, ideoque Hæduos quos secum habebat, quique interfecti ejus jussu credebantur, ad Hæduos præmisit, ut vivi ab omnibus conspicerentur: ipse cum equitatu subsecutus est. Ita evenit, ut Hædui pœnitentia correpti, cum eo in gratiam tum redierint.

38. Haud multo post, quum Romani Cæsare absente [ad Gergobiam] male accepti essent, ac

μένειν αὐτοῖς καλὰ χώραν ἀσφαλῶς ὑπάρχειν, καὶ ἐπικαλαθέουσι πλεονεκτεῖν τὰ πλείω. ἔν τε γὰρ πεδίῳ ὁ Καῖσαρ ἠυλίζετο· οὐ γὰρ εὐπόρησεν ἐχυροῦ χωρίου. καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε * προσεγίγνωσκεν· οἱ δὲ δὴ βάρβαροι, ὡς καὶ * ὑπερδεξιῶν ὄντες, τό, τε στρατόπεδον αὐτοῦ * κατεθέοντο, καὶ ταῖς καλαδρομαῖς ἐπικαίροις ἐχρῶντο· εἴ τε πῃ περαιτέρω τοῦ καιροῦ προχωρήσαντες ἀνέκοπτον, δι' ὀλίγου ἄυθις ἐντὸς τῆς ἐπικρατείας σφῶν ἐγίγνοντο. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι οὐδένα τρόπον, ἐφ' ὅσον οἵ τε λίθοι καὶ τὰ ἀκόντια ἐξικνεῖτο, πελάσαι τοῖς χωρίοις ἐδύναντο. ὁ οὖν Καῖσαρ, ἐπειδὴ ὅ, τε χρόνος ≈ ἄλλως ἀναλοῦτο, καὶ πολλάκις καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ὄρθιον, ἐφ' οὗ τὸ πόλισμα ἦν, προσβαλλών, [131] μέρους μέν τινος ἐκράτησεν αὐτοῦ, ὥστε καὶ ἐντειχίσασθαί τι, [n] ἐάω τε ἐκεῖθεν τὴν ἐπὶ τἄλλα ἔφοδον ποιεῖσθαι· τὸ δ' ὅλον ἀπεκρούετο, καὶ [132] τῶν γε σταλιωτῶν συχνοὺς ἀπέβαλε, καὶ ἐκείνους ἀληπτους ἑώρα ὄντας· [133] τά τε τῶν Ἀιδούων ἐν τούτῳ ἐκινήθη, καὶ προσέτι καὶ πρὸς τούτους ἀπελθόντος αὐτοῦ, καὶ κῶς οἱ [b] καταλειφθέντες ἀπήλαξαν· [134] [c] ἀνέσῃ.

Οἱ γὰρ Ἀιδοῦοι κατ' ἀρχὰς μὲν ταῖς τε ὁμολογίαις ἐνέμειναν, καὶ ἐπικουρίας αὐτῷ ἔπεμπον. ἔπειτα δὲ καὶ ἄκοντες ἐπολέμησαν, ἀπατησάντων σφᾶς ἄλλων τε καὶ [135] Λιταυϊκου. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς ἄλλως τοῦτο ποιῆσαι, διεπράξατο προσταχθῆναί οἱ, πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπαγαγεῖν τινας ἐπὶ συμμαχίᾳ δῆθεν αὐτοῦ· καὶ ὥρμησε μὲν ὡς καὶ τοῦτο ποιήσων, προπέμψας δὲ ἱππέας, καὶ κελεύσας τισὶν αὐτῶν ἐπανελθοῦσιν εἰπεῖν, [d] ὅτι συμπεμφθέντες σφίσι, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις σφῶν ὄντες, συνειλημμένοι τε ὑπ' αὐτῶν εἰσι, καὶ [136] ἀπολώλασι, προσπαρώξυνε τοὺς στρατιώτας, δημηγορήσας ἀκόλουθα τοῖς ἀγγέλοις. καὶ οὕτως αὐτοί τε ἐπανέστησαν, καὶ τοὺς ἄλλους συμμετέστησαν. καὶ τότε μὲν (ὁ γὰρ Καῖσαρ, ὡς τάχιστα τοῦτ' ἤθετο, τούς τε Ἀιδούους οὓς εἶχε καὶ ἐδόκει πεφονευκέναι, ἔπεμψεν αὐτοῖς, ὥστε φανεροὺς πᾶσι [137] ζῶντας γενέσθαι, καὶ τῷ ἱππικῷ ἐφέπετο) [138] μετενόησαν, καὶ συνηλάγησαν.

Αὖθις δὲ τῶν Ῥωμαίων [e] πρός τε τοῦ Καίσαρος ἀπουσίᾳ παισάντων, καὶ μετὰ τοῦτο παντάπασιν

[x] προσεγίγνωσκεν, &c. credo hunc locum ita scriptum fuisse: καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε ἐγίγνωσκε προσβάλλειν. (aut προσβολὴν ποιῆσαι) deinde scribendum ἐφ' ὑπερδεξιῶν. X. audaculum est, sic infercire verba pro lubitu. ego sic restituo: καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε τι προεγίγνωσκεν· οἱ δὲ δὴ βάρβαροι, ὡς καὶ ἐφ' ὑπερδεξιῶν ὄντες, τό, τε στρατόπεδον αὐτοῦ κατεθέοντο, καὶ &c. L. præclare; nisi quod in ὑπερδεξιῶν nihil mutandum: siquidem per ellipsin præpositionis Zosimus quoque, p. 722. lin. 20. Sylb. βολαὶ ὑπερδεξίου πεμπόμεναι. [y] ἀνέκοπτον. ἂν ἐκοπτον, X. ἐνέκοπτον, N. sed neutra conjectura opus est: neque necesse est cum Oddeyo addere τοὺς πολεμίους, modo ἀνέκοπτον recte interpreteris. [z] ἄλλως. ἄλλος, RS. sed errato typographi. [a] ῥάω. ῥᾴως, V.b. [b] οἱ καταλειφθέντες. ita legendum esse, pro καταληφθέντες, ex Cæsare docuit RS. receperunt HS. & L. [c] ἀνέσῃ. ἀπέσῃ, F. sed vide p. 4. E. 6. D. [d] ὅτι συμπεμφθέντες. ὅτι οἱ συμπεμφθέντες, L. marg. [e] πρός τε τοῦ Καίσαρος ἀπουσίᾳ. πρὸς τῇ Γεργοβίᾳ τοῦ Καίσαρος ἀπουσίᾳ L.

§ 131. (l. 98.) μέρους μέν τινος] Cæsar. VII. 46. sq.

§ 132. (l. 1.) τῶν γε σταλιωτῶν συχνοὺς ἀπέβαλε] Legionis ad Gergoviam fusæ meminit Suetonius Cæsare c. 25.

§ 133. (l. 3.) τά τε τῶν Ἀιδούων] Cæsar. VII. 50. sq. Plutarchus Cæsare p. 720. Julius Celsus p. 99. sq.

§ 134. (l. 5.) ἀνέσῃ] Videtur legendum ἀπέσῃ, atque ita Xylander legisse videtur. Confer Cæsar. VII. 53. Neque vero audiendus Florus, qui Gergoviam in deditionem redactam a Cæsare scribit III. 10. 25. Cum Cæsare consentit Julius Celsus p. 89. & Dio etiam infra p. 138. ubi παντάπασιν ἀποχωρῆσαι, omnino destitisse a Gergovia ac recessisse Romanos, iterum testatur.

§ 135. (l. 9.) Λιταυϊκου] Cæsar. VII. 37. Hic Julio Celso p. 100. &c. *Litavictus*.

§ 136. (l. 18.) ἀπολώλασι] Cæsar. VII. 38.

§ 137. (l. 24.) ζῶντας γενέσθαι] Id. 40.

§ 138. (l. 25.) μετενόησαν] Cæsar. VII. 43.

§ 139. (l. 30.) οἱ τὴν ἐπανάστασιν πράξαντες] Litavicus. vide Cæsarem VII. 54. sq.

σιν ἀπ' αὐτῆς ἀποχωρησάντων, ἐφοβήθησαν [139] οἱ τήν τε ἐπανάστασιν πράξαντες, καὶ νεωτέρων ἀεὶ πραγμάτων ἐφιεμένοις χολάζοντες, * [f] ποιήσωνται, καὶ ἐνεόχμωσαν. μαθόντες δὲ τοῦθ' οἱ στρατεύοντες αὐτῶν τῷ Καίσαρι, ἠτήσαντο ἐπιτραπῆναι σφίσιν οἴκαδε ἀπελθεῖν, ὑποχόμενοι πάντα καλασήσειν. καὶ οὕτως ἀφεθέντες, πρός τε [140] Νοουϊοδουνὸν, ἔνθα τά τε χρήματα καὶ τὸν σῖτον, ὁμήρους τε πολλοὺς οἱ Ῥωμαῖοι καθέθεντο, ἦλθον, καὶ τούς τε φρουροὺς αὐτῶν, συναιρομένων σφίσι τῶν ἐπιχωρίων, μὴ προσδεχομένους ἔφθειραν, καὶ ἐκράτει πάντων αὐτῶν ἐγένοντο. καὶ ἐκείνην τε τὴν πόλιν, ἐπίκαιρον οὖσαν, καθέπρησαν, ὅπως μὴ οἱ Ῥωμαῖοι ὁρμητήριον αὐτὴν τοῦ πολέμου ποιήσωνται· καὶ τὰ λοιπὰ τῶν Ἀιδούων προσαπέσησαν. ὁ οὖν Καῖσαρ ἐπεχείρησε μὲν παραχρῆμα ἐπ' αὐτοὺς στρατεῦσαι· μὴ δυνηθεὶς δὲ, [141] διὰ τὸν πόταμον τὸν Λίγηρα, ἐπὶ Λίγγονας ἐτράπετο. καὶ ὁ μὲν οὐδὲν ἐκεῖνα καθώρθωσεν. [142] Ὁ δὲ δὴ Λαβιῆνος τὴν νῆσον τὴν ἐν τῷ Σηκουανῷ ποταμῷ οὖσαν, τούς τε πρόκινδυνεύσαντας τῇ ἠπείρῳ κρατήσας, καὶ τὴν διάβασιν πολλαχῇ ἅμα καθά τε τὸν ῥοῦν, καὶ ἀνάπαλιν, ὅπως μὴ καθ' ἓν περαιούμενος κωλυθῇ, ποιησάμενος, κατέσχε.

C

D

E

Πρὶν δὲ τοῦτο γενέσθαι, καταφρονήσας ὁ Ὀυερκιγετόριξ τοῦ Καίσαρος, ἐξ ὧν ἔπταικε, [143] ἐπ' Ἀλλόβριγας ἐστράτευσε. καὶν τούτῳ ὁρμήσαντα αὐτὸν, ὡς καὶ βοηθήσοντα σφίσιν, ἀπέλαβεν ἐν Σηκουανοῖς γενόμενον, καὶ ἐνεκυκλώσατο. οὐ μέντοι κακόν τι εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ [144] πᾶν τοὐναντίον, τούς τε Ῥωμαίους ἠνάγκασεν ἀγαθοὺς εἶναι, ἀποτε γνώσει τῆς σωτηρίας, καὶ αὐτὸς ὑπό τε τοῦ πλήθους καὶ ὑπὸ τοῦ θράσους ἔπταισε· καί τι καὶ [145] ὑπὸ τῶν Κελτῶν τῶν τοῖς Ῥωμαίοις συμμαχούντων ἐσφάλη. ταῖς τε γὰρ [b] ὁρμαῖς, ἁπλήστοις σώμασι τὴν τόλμαν προσεπιχυρίσαντες, διέῤῥηξαν τὴν περίοχεσιν. εὑρὼν δὲ δὴ τὸ ἕυρημα τοῦτο ὁ Καῖσαρ, οὐκ ἀνῆκεν, [i] ἀλλ' [146] ἐς Ἀλεσίαν τοὺς διαφυγόντας αὐτῶν καταπολιόρκει.

B

Καὶν τούτῳ ὁ Ὀυερκιγετόριξ τὸ μὲν πρῶτον τοὺς ἱππέας, πρὶν παντελῶς ἀποτειχισθῆναι, ἐξέπεμψε, τῆς τε τροφῆς τῶν ἵππων ἕνεκα, (οὐ γὰρ ἦν) καὶ ὅπως ἐς τὰς πατρίδας ἕκαστοι σφῶν κομιθέντες, τά τε ἐπιτήδεια καὶ ἐπικουρίαν αὐτῷ ἀγάγωσιν. ἐπεὶ δ' ὀλοί τε ἐχρόνιζον, καὶ τὰ σιτία σφᾶς ἐπιλείπειν ἤρξατο, τούς τε παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας,

30 ac post secundum id detrimentum ab obsidione omnino recederent, veriti ii, qui defectionis autores fuerant, & qui novarum rerum cupidis operam dederant, ne pœnas admissorum penderent, novos motus excitaverunt. Quod ubi ii, qui cum Cæsare militabant, cognoverunt; petierunt ab eo, ut sibi domum eundi potestatem faceret, polliciti omnia sese composituros. Impetrato commeatu, Noviodunum, quo in oppido pecuniam, frumentum, obsidesque plerosque Romani depositerant, venerunt: usique auxilio Noviodunensium, custodibus de improviso necatis, omnia ista obtinuerunt: ipsum oppidum loco opportuno situm, ne id Romani receptaculum belli haberent, incenderunt: ac reliquam Hæduorum partem in rebellionis societatem perraxerunt. Cæsar confestim in Hæduos ire tentavit: sed fluvio Ligeri obstante, ad Lingones se convertit, nec magis tamen ibi quicquam perfecit. At Labienus insulam in Sequana flumine occupavit; devictis iis, qui in terra ad arcendum ipsum confluxerant; traductisque varie cum secundo tum adverso flumine copiis, ne, si uno loco id conaretur, prohiberi ab hostibus posset.

A.U.C. 701 Cn. Calvino & M. Messala COSS. & seqq.

39. Id priusquam fieret, Vercingetorix, Cæsare despecto ob detrimenta, quæ is acceperat, Allobrogibus bellum inferre intendit: Cæsarem iis auxilio profecturum, atque in Sequanis deprehensum circumdat. Verum is cladem Romanis nullam intulit, sed potius eos desperatione salutis ad fortitudinem compulit: ipseque temeritate sua, quia multitudini suorum fidebat, succubuit. Haud parum ad eam victoriam Germani, quos Cæsar ad auxilium evocaverat, Romanis contulerunt: qui in faciundo impetu audaciam suam ingenti corporum mole confirmantes, circumjectorum hostium ordinem perruperant. Ab ea victoria sibi oblata Cæsar nihil remittendum ratus, hostes Alexiam perfugientes oppido inclusit, ac in obsidione habuit.

40. Vercingetorix, antequam munitiones Cæsaris omni ex parte absolverentur, equitatum a se dimisit, cum quia pabulum equis non suppetebat, tum ut in suas quique civitates profecti, commeatus suppetiasque Alexiam adferrent. Quum ea res extraheretur, ac jam res frumentaria ipsos deficere inciperet, liberos ac mulieres reliquos-

f * ποιήσωνται. unico Dionis verbo restituto, licebit asteriscum tollas. scribendum, μὴ κωλυθήσωνται, L. audaci sane conjectura. Od. desunt plura. *g* τὸν Λίγηρα (vel Λιγηρα) ἐπὶ Λίγγονας ἐτράπετο. hæc suppeditarunt uterque codex V. a. b. pro mutilis τὸν Λιγηρα, ἐτράπετο. narratio discedit quidem a Cæsaris commentariis, VII. 56. sq. sed tamen in eo convenit, quod Cæsar ad Labienum se conferre cupierit. Is erat in Sequanis, quibus propinqui Lingones. *h* ὁρμαῖς ἁπλήστοις σώμασιν. forte καὶ ἀπλήστοις σώμασιν. Od. *i* ἀλλ' ἐς Ἀλεσίαν. ita V. b. pro vulgato Σαλεσίαν, quod ita emendandum esse, vel Ἀλεξίαν, monuerat jam X. probante Franc. Fabricio ad Orosium VI. 11.

§ 140. (l. 36.) Νοουϊοδουνὸν] *Opidum Æduorum ad ripas Ligeris oportuno loco positum. Huc Cæsar omnes obsides Galliæ, frumentum, pecuniam publicam, suorum atque exercitus impedimentorum magnam partem contulerat. Huc magnum numerum equorum hujus belli caussa in Italia atque Hispania coemptorum miserat.* Id. c. 55.

§ 141. (l. 46.) διὰ τὸν ποταμὸν Λίγηρα] Contrarius hac in parte est Dio Cæsaris narrationi, qui VII. 56. testatur vadum per equites inventum, exercitumque incolumem traductum esse. Et Julius Celsus p. 109. *salvum, licet usque ad humeros medefactum, traduxit exercitum.*

§ 142. (l. 48.) ὁ δὲ Λαβιῆνος] Cæsar. VII. 57. 58. ubi Lutetiam Parisiorum & Metiosedum civitates in insula fluminis Sequanæ positas, & Metiosedum a Labieno captum, Lutetiam a Gallis incensam memorat.

§ 143. (l. 55.) ἐπ' Ἀλλόβριγας] Cæsar VII. 64. Julius Celsus p. 112.

§ 144. (l. 59.) πᾶν τοὐναντίον] Cæsar. VII. 66.

§ 145. (l. 63.) ὑπὸ τῶν Κελτῶν] Id. c. 67.

§ 146. (l. 68.) ἐς Ἀλησίαν] Alesia oppidum munitum Mandubiorum, de cujus oppugnatione Cæsar. VII. 68. sq. Plutarchus Cæsare p. 721. Vellejus lib. II. c. 47. Julius Celsus p. 113. sq. &c. Florus III. 10. *Alesiam ducentorum quinquaginta millium juventute subnixam flammis adæquavit.*

A.U.C.701 Cn.Calvino &M.Messala COSS. & sqq.

reliquosque bello inutiles oppido expulit: frustra sperans alterutrum fore, ut aut hæc multitudo a Romanis prædæ causa recepta servaretur: aut reliqui diutius horum alimentis vitam tolerarent. Cæsar enim nec ipse adeo re frumentaria affluebat, ut aliis quoque alendis sufficeret: igitur, cum putaret, se iis reversis effecturum ut hostes copiosius annonam expenderent, nec dubitaret receptum iri, omnes a se repulit; unde accidit, ut tota hæc turba, inter oppidum & castra, neutris ipsam accipientibus, miserrima morte periret. Cæterum auxilia equitum, & aliorum ab eis adductorum, venerunt quidem prope barbaros non multo post, sed equestri prælio a Romanis repulsa sunt, [maxime Germanis auxiliaribus tum quoque victoriam adjuvantibus.] Deinde conati noctu per munitiones Romanorum in urbem pervenire, magnum detrimentum acceperunt. In iis enim locis, quæ equitatu accedi poterant, occultas scrobes Romani fecerant: defixisque in eas stimulis, superficie tenus texerant, ut æquales reliquo circumposito solo essent: in eas fossas equi virique imprudentes delapsi periebant. Neque tamen ante Galli quicquam de instituto remiserunt, quam prælio ad ipsas munitiones commisso, quum & ipsi, & qui urbem tenebant, Romanos aggrederentur, succubuerunt.

γυναῖκας, [ii] τῶν ἄλλων τοὺς ἀχρειοτάτους [147] ἐξέβαλεν, ἐλπίσας μάτην, ὅτι ἢ καὶ ἐκεῖνοι πρὸς τῶν Ῥωμαίων τῆς λείας ἕνεκα σωθήσωνται, ἢ οἵ γε C
λοιποὶ ταῖς τροφαῖς αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον χρησάμενοι [k] περιγενήσωνται. ὁ γὰρ Καῖσαρ ἄλλως μὲν οὐδ' αὐτὸς τῶν ἐπιτηδείων, ὥστε καὶ ἑτέρους τρέφειν, εὐπόρει· τοῖς γοῦν πολεμίοις ἰσχυροτέραν τὴν σιτοδείαν, ἐπανελθόντων αὐτῶν, ἐλπίδι τοῦ πάντως σφᾶς καταδεχθήσεσθαι, ποιήσειν νομίσας, πάντας αὐτοὺς ἀπεώσατο. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐν τῷ μέσῳ τῆς πόλεως καὶ τοῦ στρατοπέδου, μηδ' ἑτέρων σφᾶς δεχομένων, οἰκτροτατα ἀπώλοντο. ἡ δὲ [148] ἐπικουρία τῶν τε ἱππέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν D
ὑπ' αὐτῶν ἀχθέντων, ἐπῆλθε μὲν οὐκ ἐς μαχρὰν τοῖς βαρβάροις, ἱππομαχίᾳ [l] δὲ δὴ * τῶν Ῥωμαίων τῇ βοηθείᾳ. καὶ μετὰ τοῦτο [149] πειράσαντες νυκτὸς διὰ τῶν [m] περιτειχισμάτων ἐς τὴν πόλιν ἐσελθεῖν, ἰσχυρῶς [n] ἐπόνησαν. [150] τάφρους τε γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι κρυπτὰς ἐν τοῖς ἱππασίμοις ἐποιήκεσαν, καὶ σκόλοπας ἐς αὐτὰς [o] ἐμπεπήγεσαν, πάντα ἐπιπολῆς τῶν ἄλλων τῷ πέριξ χωρίῳ ὁμοιώσαντες, ὥστε καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους ὁτιμάλιστα ἐς αὐτὰ ἀπερισκέπτως ἐμπεσόντας σφαλῆναι. οὐ μέντοι καὶ ἐνέδοσαν, πρὶν [151] ἐκ παρατάξεως ἀρθέντες πρὸς αὐτοῖς τοῖς τειχίσμασιν, αὐτοί τε ἅμα καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἐπεξελθόντες, πλῆσαι. E

41. Ea clade accepta, Vercingetorix, quum nec captus nec vulneratus esset, effugere poterat; sed sperans, quia aliquando Cæsaris amicitia usus esset, posse se veniam ab eo impetrare: ad eum, non implorata ante per ullum internuntium pace, se contulit; sedentique pro tribunali repente in conspectum venit. Quæ res animos quoque nonnullorum terruit. Erat enim Vercingetorix staturæ proceræ, & armatus præsertim speciem mirificam præbebat. Facto silentio, nihil locutus, in genua concidit, compressisque manibus supplex deprecatus est. Cæteris ea res misericordiam movit, pristinam hominis fortunam cogitantibus, præsentemque calamitatem ante oculos cernentibus. At Cæsar Vercingetorigi

Ὁ δ' οὖν Οὐερκιγγετόριξ ἠδυνήθη μὲν ἐκφυγεῖν· (οὔτε γὰρ ἑάλω, καὶ ἄτρωτος ἦν·) ἐλπίσας δ', ὅτι ἐν φιλίᾳ ποτὲ τῷ Καίσαρι 140
ἐγεγόνει, συγγνώμης παρ' αὐτοῦ τεύξεσθαι, ἦλθε πρὸς αὐτὸν μὴ ἐπικηρυκευσάμενος· καὶ καθημένῳ οἱ ἐπὶ βήματος ἐξαίφνης [152] ὤφθη, ὥστε καὶ ταραχθῆναί τινας. ἄλλως γὰρ περιμήκης ἦν, καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις δεινῶς ἐνέπρεπεν. ἡσυχίας δ' οὖν γενομένης, εἶπε μὲν οὐδέν, πεσὼν δὲ ἐς γόνυ, τῷ τε χείρε [p] πιέσας ἐδέετο. ταῦτα τοῖς μὲν ἄλλοις οἶκτον, τῆς τε προτέρας αὐτοῦ τύχης ἀναμνήσει, καὶ τῷ τῆς παρούσης ὄψεως περιπαθεῖ, ἐνέβαλεν· B
ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ αὐτό τε αὐτῷ τοῦτο, διὶ ὃ μάλιστα

ii τῶν ἄλλων. καὶ τῶν ἄλλων, RS. X. *k* περιγενήσωνται. ita scripsi, pro περιγενήσονται. respondet enim verbo σωθήσωνται. *l* ἱππομαχίᾳ δὲ δὴ) τῶν Ῥωμαίων τῇ βοηθείᾳ. addit X. τῇ βοηθείᾳ μάλιστα τῶν Κελτῶν νικηθέντες. nimis audacter adjicit verba non pauca. ego: ἱππομαχίᾳ δὲ ἡττήθη τῶν Γερμανῶν τῇ βοηθείᾳ, ausimque ejurare germanam hanc esse Dionis scripturam, L. an ἀθρόη? N. ἀπεκρούσθη Od. *m* περιτειχισμάτων. ita V. a. b. melius quam ἐπιταχισμάτων quod est in editis. *n* ἐπόνησαν. sic HS. L. & V. b. ἐπόλησαν, RS. & V. a. ἔπλασαν, X. *o* ἐμπεπήγεσαν. sic scripsi pro ἐμπεπήχεσαν. pro sequenti τῶν ἄλλων forte τηνάλλως leg. Od. minus hoc necessarium nec satis conveniens. *p* τό τε χεῖρε πιέσας. sic, donec meliora quis doceat, scribendum putavi ex V. b. pro ποιήσας, quod corruptum esse vidit RS. & in προτάνας mutavit L. & Palmer. vide ad p. 774. §. 79. Leonicenus manus tetendisse scribit, teste Roberto.

§ 147. (l. 77.) ἐξέβαλεν] Cæsar. VII. 78. Julius Celsus pag. 116.

§ 148. (l. 89.) ἡ ἐπικουρία τῶν ἱππέων] Cæsar. VII. 76. 79. 80.

§ 149. (l. 92.) παρέσαντες νυκτὸς] Cæsar. VII. 81.

§ 150. (l. 94.) τάφρους κρυπτὰς καὶ σκόλοπας] Id. c. 72. 73. & 82. Simile commentum supra p. 122. C. Conf. Lipsii Poliorcetica. lib. V. Dialogo III.

§ 151. (l. 100.) ἐκ παρατάξεως] De hoc prælio Cæsar. VII. 84. sq. Julius Celsus p. 117.

§ 152. (l. 9.) ὤφθη] Cæsar. VII. 89. *Vercingetorix deditur, arma projiciuntur.* Florus III. 10. *ipse ille Rex, maximum victoriæ decus, supplex cum in castra venisset, tum & phaleras, & sua arma ante Cæsaris genua projecit: habes, inquit, fortem virum, vir fortissime, vicisti.*

§ 153. (l. 23.) ἐν δεσμοῖς ἔδησε] Plutarchus in Cæsare p. 721. ὁ τοῦ σύμπαντος ἡγεμὼν πολέμου Οὐερκιγγετόριξ, ἀναλαβὼν τῶν ὅπλων τὰ κάλλιστα, καὶ κοσμήσας τὸν ἵππον, ἐξιππάσατο διὰ τῶν πυλῶν, καὶ κύκλῳ περὶ τὸν Καίσαρα καθεζόμενον ἐλάσας, εἶτα ἀφελόμενος τοῦ ἵππου, τὴν μὲν παυοπλίαν ἀπέβριψεν, αὐτὸς δὲ καθίσας ὑπὸ πόδας τοῦ Καίσαρος ἡσυχίαν ἦγεν, ἄχρι οὗ παρεδόθη φρουρησόμενος ἐπὶ τὸν θρίαμβον. Cæsaris triumphum de Gallis, interfectumque postquam ductus in eo fuisset Vercingetorigem, memorat Dio infra XLII. p. 223. B. Post hanc porro victoriam, supplicationes viginti dierum indictas Romæ Cæsar testatur VII. 90. sicut antea supplicatio quindecim dierum decreta fuerat. supra XXXIX. p. 94. D.

§ 154. (l. 26.) τοὺς μὲν] Ut Bituriges, teste Hirtio VIII. 3. & Carnutes, id. 5. 31. 38. & Aquitanos, id. 46.

§ 155. (l. 27.) τοὺς δὲ καὶ μάχῃ] Ut Treviros. Hirtius VIII. 25.

§ 156. (l. 28.) οἵ τε γὰρ Κελτικοί] Bellovaci. vide Hirtium VIII. 7. sq. in Gallia Belgica. id. 38. Sed & hanc Κελτικῆς nomine

μάλιστα σωθήσεσθαι προσεδόκησεν, ἐπεκάλεσε. τῆς γὰρ φιλίας τὴν ἀνῆκεστον ἀνηθεὶς, χαλεπωτέραν τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ ἀπέφηνε. καὶ διὰ τοῦτο ὕστερον ἐν τῷ παραχρῆμα αὐτὸν ἠλέησεν, ἀλλ' εὐθὺς [153] ἐν δεσμοῖς ἔδησε, καὶ ἐς τὰ ἐπινίκια μετὰ τοῦτο πέμψας ἀπέκτεινε.

getorigi id, quod maxime ille ad ſuam ſalutem A.U.C.701 Cn.Calvino & M. Meſſala COSS. & ſqq.
facturum ſperaverat, vitio potiſſimum dedit: quoque majore is amicitia ſua antehac gaviſus eſſet, eo gravioris eum delicti reum eſſe oſtendit. Eamque cauſam habuit, cur neque tum miſericordia illum proſequeretur, & ſtatim in vincula conjiceret: poſtea vero in triumpho ductum necaret.

Τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο. τότε δὲ [154] τοὺς μὲν ὁμολογίᾳ τῶν λοιπῶν προσέθετο, [155] τοὺς δὲ καὶ μάχῃ κρατήσας ἐδουλώσατο. [156] οἵ τε γὰρ ἡ Κελτικοὶ οἱ πλησιόχωροι, [157] Κόμμιόν τινα r Ἀτρέβαν προσησάμενοι σφῶν, ἐπὶ πολεῖσον ἀνέσχον, καὶ δύο τε ἱππομαχίαις ἀγχώμαλά τε ἠγωνίσαντο, καὶ τρίτῃ πεζομαχίᾳ ἰσοπάλῳ τὸ πρῶτον συνενεχθέντες, ἔπειτα [158] ὑπὸ τοῦ ἱππικοῦ καὶ ἀνότου σφίσιν ἀνελπίστως προσπεσόντος ἐτράπησαν. καὶ τοὔτου τό, τε στρατόπεδον τῆς νυκτὸς οἱ περιλιπεῖς ἐξέλιπον· καὶ διελθόντες ὕλην τινὰ, ἐκείνην τε ἐνέπρησαν, [159] καὶ τὰς ἁμάξας μόνας ὑπελείποντο· ὅπως τῶν πολεμίων διά τε ταύτας καὶ διὰ τὸ πῦρ χρονισάντων, φθάσωσιν ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρήσαντες. οὐ μέντοι καὶ ἐπιτυχεῖς τῆς ἐλπίδος ἐγένοντο. καὶ γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι, ὡς τάχιστα τῆς φυγῆς αὐτῶν ἤσθοντο, ἐπεδίωξαν σφᾶς, καὶ ἐντυχόντες τῷ πυρὶ, τὰ μὲν κατέσβεσαν, τὰ δὲ καὶ διέκοψαν. καί τινες [160] καὶ διὰ μέσης τῆς φλογὸς δραμόντες, κατέλαβον αὐτοὺς ἀπροσδόκητοι, καὶ παμπληθεῖς ἐφόνευσαν.

42. Id uti deinde contigit, ita tum Cæſar alias gentes conditionibus pacis impoſitis recepit, alias prælio ſuperatas ſubegit. Belgæ enim finitimi, ad Comium quendam Atrebatem ſumma rerum delata, diu reſtiterunt, duobusque equeſtribus prœliis cum Romanis ancipiti victoria conflixerunt. Tertio pedeſtri prælio congreſſi, quum æquo primum marte pugnaretur, invadentibus ex improviſo terga ipſorum equitibus, fuſi ſunt. Hinc reliqui, noctu deſertis caſtris, in ſilvam quandam ſe contulerunt: eaque incenſa, & carris tantum relictis, ſperaverunt ſe, dum hoſtibus ignis carrique moram injicerent, in tuta loca poſſe evadere. Verum hæc ſpes fruſtra fuit. Nam Romani, ut primum fugam hoſtium compererunt, inſecuti eos, quum ad ignem pervenisſent, partim eo reſtincto, partim ſucciſis arboribus, nonnullis etiam per medium ignem currentibus, hoſtes inopinato aſſecuti, ingenti cæde affecerunt.

Ἐκ δὲ τούτου τῶν μὲν ἄλλων τινὲς ὡμολόγησαν· [161] ὁ δὲ Ἀτρέβας διαφυγὼν, οὐδ' ὡς ἡσύχασεν, ἀλλὰ καὶ [162] τὸν Λαβιῆνον ἐπεχείρησεν s ἐνεδρεῦσαι πολέ. ἡττηθεὶς δὲ μάχῃ, ἀνεπείσθη μὲν ἐς λόγους αὐτῷ ἐλθεῖν· πρὶν δὲ ἢ ὁτιοῦν συμβῆναι, τρωθεὶς ὑπό τινος τῶν Ῥωμαίων, ἀπιστίᾳ τοῦ μὴ ἂν ἀκριβῶς t εἰρηνῆσαι, διέφυγε, [163] καὶ u χαλεπὸς αὖθις αὐτοῖς ἐγένετο· μέχρις οὗ ἀπαγοὺς τὰ πράγματα, τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς x συνοῦσιν οἱ [164] ἀκέραιον τὴν ἄδειαν ἐπὶ πᾶσι τοῖς σφετέροις ἔπραξεν· y αὐτὸς δὲ ἑαυτῷ, τὸ μηδέποτε, ὥς γέ τινες, ἐς ὄψιν [165] μηδενὸς Ῥωμαίου ἐλθεῖν. ἐκεῖνοί τε οὖν οὕτω κατελύσαντο· καὶ οἱ λοιποὶ μετὰ τοῦτο, οἱ μὲν, ἑκούσιοι, οἱ δὲ, καὶ καταπολεμηθέντες, ἐχειρώθησαν. [166] καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ καὶ φρουρᾶς

43. Hoc facto cæterorum plerique pacis conditiones inierunt: Comius autem elapſus, ne ſic quidem quievit, quin Labienum per inſidias aggredi inſtitueret: atque tum ſuperatus prælio, in colloquium quidem ut veniret, perſuaſus eſt, ſed a quodam Romano, priusquam de ulla re conveniret, vulneratus, quod nunquam certam pacem culturus videbatur, aufugit, iterumque Romanis moleſtus fuit: tandem deſperatis rebus, iis, quos ſecum habebat, perfectam ſecuritatem omnium rerum ſuarum impetravit: ſibi vero, ne in Romani ullius conſpectum unquam veniret: ita enim quidam referunt. Hoc pacto & hi pacem impetrarunt, & reliqui deinceps, pars volentes, pars bello victi, in Romanorum poteſtatem redacti

141

q Κελτικοὶ. Βελγικοὶ, L. temere, quanquam hoc in loco V. a. habet Βελτικόι, quod tamen vulgatæ lectioni magis quam Leunclavii favet. idem codex pro πλησιόχωροι, male πλησιοχώριοι. *r* Ἀτρέβαν. ſic reſtituendum pro Ἀτρέμαν, vidit RS. receperunt ſequentes. *s* ἐνεδρεῦσαι. ἐνιδρεῦσαι RS. male. correxit X. HS. L. *t* εἰρηνῆσαι. εἰρηνεῦσαι, V. b. *u* χαλεπὸς. non χαλεπῶς ut eſt in edito RS. ipſe in notis emendavit. *x* συνοῦσιν, verius quam συνιοῦσιν, quod vulgo: quanquam & illud defendi poteſt, L. confirmat συνοῦσι V. a. *y* αὐτὸς. αὐτοὺς, V. a. perperam.

nomine venire, jam notare me memini ſupra ad XXXIX. pag. 114.

§ 157. (l. 29.) Κόμμιόν τινα Ἀτρέβαν] Comii hujus ſæpe Cæſar facit mentionem. IV. 21. 27. 35. VI. 6. VII. 76. Sed de præſentibus illius adverſus Cæſarem geſtis conferendus Hirtius, qui Germanorum auxilia adduxiſſe teſtatur. VIII. 7. 10. & 21. Bellovacorum dux erat Correus, de quo idem Hirtius VIII. 7. 17. 18. 19. & ubi interfectum refert 20. 21. De utroque Comio & Correo Julius Celſus p. 120. ſq.

§ 158. (l. 33.) ὑπὸ τοῦ ἱππικοῦ] Vide Hirtium VIII. 19.

§ 159. (l. 36.) καὶ τὰς ἁμάξας] Gallos carris in bello uſos pro vallo ac munimento, jam dictum ſupra XXXVIII. p. 80. D.

§ 160. (l. 43.) καὶ διὰ μέσης τῆς φλογός] Videtur Dio confundere quæ Hirtius habet VIII. 16. cum iis quæ c. 19.

§ 161. (l. 47.) ὁ δὲ Ἀτρέβας διαφυγὼν] Hirtius VIII. 21. narrat, Gallis omnibus conclamantibus, ut legati obſidesque ad Cæſarem mitterentur, Comium ad eos profugiſſe Germanos, a quibus ad id bellum auxilia mutuatus fuerat.

§ 162. (l. 48.) τὸν Λαβιῆνον] Hirtius VIII. 23.

§ 163. (l. 52.) καὶ χαλεπὸς αὖθις] Id. c. 47.

§ 164. (l. 55.) ἀκέραιον τὴν ἄδειαν] M. Antonius Cæſaris legatus veniam petenti dedit, obſides accepit, ut eſt apud Hirtium VIII. 48.

§ 165. (l. 57.) μηδενὸς Ῥωμαίου ἐλθεῖν] Hirtius VIII. 23. *ſtatuiſſe Comius dicebatur, nunquam in conſpectum cujusquam Romani venire.* & 48. *unum illud erat, ut timori ſuo concedatur, ne in conſpectum veniat cujusquam Romani.*

§ 166. (l. 60.) καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ] Suetonius geſta Cæſaris per novem annos, quibus in imperio fuit, celebrans, *omnem*, inquit c. 25. *Galliam, quæ a ſaltu Pyrenæo Alpibusque & monte Gebenna fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetque circumitu ad bis & tricies centum millia paſſuum, præter ſocios ac bene meritas civitates, in provinciæ formam redegit, eique quadringenties* (ita Eutropius VI. 14.) *in ſingulos annos ſtipendii nomine impoſuit.* Quadringenties centena millia Seſtertium, reſpondent millioni uni, ſive millenis millibus thalerorum. Lipſius *quater millies* malit, hoc eſt decimum tantum, lib. II. admirand. c. 3. Sed malim adſentiri Pitiſco & aliis viris doctis, priorem numerum præferentibus.

A.U.C.701 Cn. Calvino & M. Messala COSS.

redacti sunt: ac Cæsar impositis præsidiis supplicii sque, tum pecunia & tributis annuis imperatis, alios fregit, alios mansuetos reddidit. Atque hæc eo modo confecta sunt, L. Paulo & C. Marcello consulibus.

44. Cæsari jam ex Gallia Romam redeundum erat, quod eum nec Galli amplius morabantur, & temporis, quod ei ad imperium concessum fuerat, ratio sic postulabat. Etenim quum jam tempus prope exisset, bellumque confectum esset, nullam præterea honestam causam, cur exercitum non dimitteret, privatusque viveret, habebat. Enimvero & Romæ seditiones erant, & Crassus interierat, Pompejus autem rursus ad potentiam pristinam pervenerat: quippe & consul tertium fuerat, & in quinque alios annos ut sibi Hispania decerneretur, effecerat, animo autem jam a Cæsare alienior cœperat esse, mortua præsertim etiam filiola, quæ sola eorum continuerat amicitiam: Itaque veritus Cæsar, ne legionibus nudatus in Pompeji inimicorumque potestate esset, exercitum non dimisit.

45. Nam his iisdem annis multi tumultus in urbe grassati fuerant, potissimum vero in comitiis: ita ut Calvinus atque Messala vix septimo tandem mense consules creati sint. Ac ne tum quidem electi fuissent, nisi Q. Pompejus Rufus, tribunus licet plebis, Syllæque ex filia nepos, in carcerem a senatu conjectus esset: quæ eadem pœna omnibus, qui malum aliquod facinus machinabantur, constituta; potestasque in eos animadvertendi, Pompejo data est. Usu veniebat quidem aliquoties, ut quia aves interregibus non addixissent, comitia auspiciorum causa impedirentur: sed maxime omnium tribuniplebis, ne magistratus crearentur, obstabant, qui ita omnibus urbanis rebus sese admiscebant, ut ludos quoque, loco prætorum, ipsi peragerent: atque hanc ob causam Rufus in carcerem abductus fuerat. Idem post, Favonium ædilem, non magnæ rei

ρᾶις καὶ δικαιώσεσι, χρημάτων τε ἐσπράξεσι, καὶ [a] φόρων ἐπιβάξεσι, τοὺς μὲν ἐταπείνωσε, τοὺς δὲ ἠμέρωσε. ταῦτα μὲν οὕτω ἐπί τε [167] Λουκίου Παύλου καὶ ἐπὶ Γαΐου Μαρκέλλου ὑπάτων ἐτελευ-
65τήθη.

Ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, τῶν μὲν Γαλατῶν ἕνεκα, καὶ τοῦ χρόνου τοῦ πρὸς τὴν ἡγεμονίαν [a] αὐτῷ δοθέντος, ἔκ τε τῆς Γαλατίας ἀπαλλαγῆναι, καὶ [168] ἐς τὴν Ῥώμην ἐπανακομισθῆναι ὤφειλεν. [b] εἰκὸς
B τε γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ [169] ἦν, καὶ ὁ πόλεμος ἐπέπαυτο· καὶ οὐδεμίαν ἔτ' εὐπρεπῆ σκῆψιν πρὸς τὸ μὴ οὐ τά τε στρατόπεδα ἀφεῖναι, καὶ ἰδιωτεῦσαι, εἶχεν. ἐπεὶ δὲ τά τε ἐν τῷ ἄστει [170] ἐσασιάζετο, [171] καὶ ὁ Κράσσος ἐτεθνήκει, ὅ, τε Πομπήϊος ἔν τε δυνάμει ἄυθις, ἅτε [172] τρίτον ὑπατεύκως, καὶ τὴν ἐν
C τῇ Ἰβηρίᾳ ἀρχὴν [173] ἐπὶ πέντε ἄλλα ἔτη δοθῆναί οἱ διαπεπραγμένος, ἐγένετο, καὶ αὐτῷ οὐκέτ' [c] οἰκείως, (ἄλλως τε καὶ τοῦ παιδίου, ὅπερ που καὶ μόνον ἐν τῇ Φιλίᾳ [d] αὐτοὺς καθεῖχε τε, καὶ [174] τε-
80τελευτηκότος·) ἐφοβήθη μὴ, τῶν στρατιωτῶν ψιλωθεὶς, ἐπί τε ἐκείνῳ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἐχθροῖς γένηται· καὶ οὐ διῆκεν αὐτούς.

Ἐν γὰρ δὴ τοῖς αὐτοῖς τούτοις ἔτεσιν ἄλλα τε ἐν τῇ πόλει στασιώδη πολλὰ, καὶ ταῖς ἀρχαιρεσίαις
85μάλιστα, ἐγένετο· ὥστε [175] μόλις ἑβδόμῳ μηνὶ τόν τε Καλουῖνον καὶ τὸν Μεσσαλᾶν ὑπάτους ἀποδειχθῆναι· καὶ οὐδ' ἂν τότε ἡρέθησαν, εἰ μὴ [176] Κύ-
D ϊντός τε Πομπήϊος ὁ Ῥοῦφος ἐς τὸ δεσμωτήριον ὑπὸ τῆς βουλῆς, καίτοι τοῦ τε Σύλλου θυγατριδοῦς ὢν, καὶ δημαρχῶν, ἐνεβλήθη. καὶ τοῦτο καὶ
90τοῖς ἄλλοις τοῖς κακουργῆσαί τι ἐθελήσασιν ἐψηφίσθη, τῷ τε Πομπηΐῳ ἡ πρὸς αὐτοὺς βοήθεια ἐνεχειρίσθη. ἔσι μὲν γὰρ ὅτε καὶ οἱ ὄρνιθες τὰς ἀρχαιρεσίας ἐπέσχον, οὐ βουλόμενοι [177] τοῖς μεσοβα-
95σιλεῦσι γενέσθαι· μάλιστα δὲ οἱ δήμαρχοι, τὰ πράγματα τὰ ἐν τῇ πόλει διέποντες, ὥστε καὶ τὰς πανηγύρεις καὶ [178] ἀντὶ τῶν στρατηγῶν ποιεῖν, E
ἐκώλυον τὰς [e] ἀρχὰς αἱρεθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ῥοῦφος ἐς τὸ οἴκημα ἐσέπεσε. καὶ οὗτος μὲν [179] τὸν Φαουώνιον ἀγορανομοῦντα ἐς αὐτὸ ὕστερον,

Σ Φόρων. Φόνων, V. b. absurde. *a* αὐτῷ. αὐτοῦ, V. a. paulo ante, pro τῶν μὲν Γαλατῶν, Oddey mavult τῶν μὲν ἔθνων. sed Γαλατῶν omnino retinendum esse, sequentia docent. *b* εἰκὸς τε γὰρ. ἔτος τε γὰρ, RS. not. nihil mutandum. sensus: *sic conveniebat, cum tempus exisset*, X. εἰκὸς defendit plane ἀπεικότως Xylander. scripsit Dio ἐκεῖνος scil. χρόνος, L. addidi ex V. a. vocem ἦν, quæ confirmare conjecturam Leunclavii videtur. *c* οἰκείως. οἰκεῖος, ut repetatur ἐγένετο, X. forte οἰκεῖος, & τε καὶ inducenda sunt Od. οἰκείως durius videtur. ego προσεφέρετο, vel ante vel post parenthesin, addiderim potius. *d* αὐτοὺς καθεῖχέ τε καὶ. sic HS. L. αὐτοῦ, RS. in edito, & V. b. αὐτοὺς κατεῖχε τελευτηκότος, X. τελευτηκότος, editio Leuncalvii; corrupte. *e* τὰς ἀρχάς. τὰς λοιπὰς ἀρχάς, V. b.

§ 167. (l. 63.) Λουκίου Παύλου καὶ Γαΐου Μαρκέλλου] Hi consules A. U. C. 704. infra p. 150. sq.

§ 168. (l. 68.) ἐς τὴν Ῥώμην] Hirtius VIII. 51. & 55.

§ 169. (l. 70.) εἰκός τε γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ] Consentaneum erat ut hoc fieret, quia jam in exitu erat tempus prorogati Cæsari imperii, de quo supra XXXIX. ad p. 106. A.

§ 170. (l. 73.) ἐσασιάζετο] De his motibus urbicis Dio deinceps infra uberius tradit.

§ 171. (l. 73.) καὶ ὁ Κράσσος ἐτεθνήκει] De Crassi interitu dictum p. 133.

§ 172. (l. 75.) τρίτον ὑπατεύκως] De hoc tertio Pompeji consulatu A. U. C. 702. dicetur p. 144. C. primum gesserat A. 684. & secundum A. 699. supra p. 105.

§ 173. (l. 76.) ἐπὶ πέντε ἄλλα ἔτη] Ibid. p. 105. E.

§ 174. (l. 79.) τελευτηκότος] De morte Juliæ, filiæ Cæsaris, Pompeji uxoris, & quam pepererat filiolæ, vide ad p. 120. D.

§ 175. (l. 85.) μόλις ἑβδόμῳ μηνί] Supra ad p. 128. C.

§ 176. (l. 87.) Κύϊντος Πομπήϊος ὁ Ῥοῦφος] Syllæ dictatoris ex filia Cornelia, quæ Q. Pompejo Rufo nupserat, nepotem hunc Rufum vocat Asconius argumento in Milonianam. Conf. Fulvium Ursinum in Familiis Rom. gente Pompeja p. 209. Singulare autem hoc contra leges factum, ut tribunus plebis in carcerem duceretur. Sed multa tunc fiebant contra leges ac per vim etiam a tribunis. Itaque injustum visum senatui, solos illos sacro sanctos haberi, & impune ferre omnia, quibus nec auctoritas senatus, nec tranquillitas urbis, nec salus reipubl. sancta esset.

§ 177. (l. 94.) τοῖς μεσοβασιλεῦσι] Interrex erat tantum per quinque dierum spatium. Itaque septem mensium ἀναρχίας spatio plures oportet fuisse interreges, quibus identidem, cum vellent magistratus creare, obnunciabatur. Conf. quæ dicta ad p. 103. C.

§ 178. (l. 97.) ἀντὶ τῶν στρατηγῶν] Prætorum erat ludos edere. Tribuni obnunciando atque intercedendo comitia diremerant, ac ne Prætores crearentur impediverant. Ludos non intermitti & populus desiderabat, & ad religionem pertinere videbatur.

§ 179. (l. 100.) τὸν Φαουώνιον ἀγορανομοῦντα] De Favonii ædilitate Plutarchus in Catone minore p. 782 Ubi etiam ludorum

ρον, ἀπό τινος οὐ μεγάλης αἰτίας (ἵνα δὴ κοινωνὸν τῆς ἀτιμίας λάβῃ) κατέθετο. πάντες δὲ οἱ δήμαρχοι ἄλλας τε σκήψεις ἐμποδίους ἐσέφερον, 142 [180] καὶ χιλιάρχους ἀντὶ τῶν ὑπάτων (ὅπως πλείους ἄρχοντες, ὥσπερ ποτὲ, ἀποδεικνύωνται) καθίσαναι ἐσηγοῦντο. ἐπειδή τε οὐδεὶς αὐτῶν ἐπείθη, δικτάτωρα γοῦν τὸν Πομπήϊον λεχθῆναι δεῖν ἔφασκον· καὶ ἐπὶ πλεῖσον ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ διέτριψαν. ἐκεῖνός τε γὰρ ἀπεδήμει, καὶ ἐκ τῶν παρόντων οὔτε ψηφίσασθαί τις αὐτὸ, (πρὸς γὰρ [181] τὴν τοῦ Σύλλου ὠμότητα ἐμίσουν πάντες τὸ πολίτευμα) οὔτ' ἄν μὴ ἐλέσθαι, διὰ τὸν τοῦ Πομπηΐου φόβον, ὑπέμεινε.

1 rei causa in eundem carcerem conjecit, ut ignominiæ nimirum consortem aliquem haberet. Omnes autem tribuni comitiis cum alia injiciebant impedimenta, tum hoc agebant, ut consulum loco tribuni militum crearentur, quo per plures respublica regeretur, quemadmodum olim fuerat institutum. Quum nemini id persuaderent, Pompejum utique dictatorem dicendum esse contenderunt, in eaque sententia diu perseverarunt. Nam & aberat Roma Pompejus, & nemo præsentium vel decernere ei hunc honorem, quod odio crudelitatis Syllanæ ea forma reipublicæ administrandæ omnibus invisa erat, vel rursus, metu potentiæ ejus, denegare satis audebat.

A.U.C.701 Cn.Calvino & M. Messala COSS.

B Τέλος δὲ, ὀψέ ποτε αὐτὸς ἐλθὼν, τὴν μὲν δικτατωρίαν διδομένην οἱ δῆθεν [182] οὐκ ἐδέξατο, τοὺς δὲ ὑπάτους ἀποδειχθῆναι παρεσκεύασεν. οὐ μέντοι οὐδ' ἐκεῖνοι διαδόχους σφίσι, διὰ τὸν ἐκ τῶν σφαγέων τάραχον, καίπερ καὶ τὴν βουλευτικὴν ἐσθῆτα καταθέμενοι, καὶ ἐν τῇ ἱππάδι τὴν ἡγερουσίαν, [183] ὥσπερ ἐπὶ μεγάλῳ τινὶ πένθει, συνάγοντες. [184] δόγμα τε ἐποιήσαντο, μηδένα μήτε στρατηγήσαντα, μήθ' ὑπατεύσαντα, τὰς ἔξω ἡγεμονίας, πρὶν ἂν πέντε ἔτη διέλθῃ, λαμβάνειν· εἴ πως, ὑπὸ τοῦ μὴ παραυτίκα ἐν δυνάμει τινὶ αὐτοὺς γίγνεσθαι, πάυσαιντο συνδαρχοῦντες. οὔτε γὰρ ἐμέριζον, οὔθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐποίουν· ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλους [f] παρώρμηλο, πολλὰ μὲν δαπανώμενοι, πολλῷ δ' ἔτι πλείω μαχόμενοι, ὥστε καὶ τὸν ὕπαλόν πο]ε τὸν Καλουΐνον τρωθῆναι. οὔκουν οὔθ' ὕπαλος, οὔτε στρ]ηγὸς, οὔτε πολίαρχός τις σφᾶς διεδέξα]ο, ἀλλ' ἄναρκ]οι κα]ὰ τοῦτο πανε]ελῶς οἱ Ῥωμαῖοι τὰ πρῶτα τοῦ ἔτους ἐγένον]ο.

15 46. Tandem ubi ipse advenit, dictaturam sibi oblatam repudiavit, atque ut consules crearentur, curavit: consules tamen, ob tumultus eorum qui cædes edebant, neque successores sibi constituerunt, & tanquam in magno luctu, senatoria veste posita, senatum in vestitu equestri habuerunt: tum senatusconsultum fecerunt, ne quisquam ex iis, qui præturam aut consulatum gessissent, exteriorem aliquam provinciam ante elapsum quintum annum acciperet: si forte vel ea de causa magistratus ambire desinerent, quod non statim cum potestate essent futuri. Nihil enim sani moderative agebatur, sed cum largitionibus acriter contendebant, tum plus etiam dimicationibus: ita ut consul quoque Calvinus aliquando vulneraretur. Ita factum est, ut consulibus neque consules, neque prætores, neque præfectus urbis quispiam succederent; sed prima anni parte sine omni magistratu Romæ viveretur.

Καὶ τούτου οὔτε τι ἄλλο χρηστὸν συνέβη, D καὶ [185] ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἦχθη. καὶ τοῦτό τε [g] αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου συμβὰν, ἀλλ' ἐν τέρατος λόγῳ γενόμενον, ἐθορύβει· [186] καὶ ὅτι βύας ἐν τῇ πόλει καὶ ὤφθη, [h] ἄγαλμά τέ τι

47. Ea res cum aliis malis ansam præbuit, & ut nundinæ, quæ nono quovis die celebrari solebant, ipsis Kalendis Ianuariis agerentur, effecit. Neque hoc solum, velut quod neutiquam forte fortuna ita accidisse, sed prodigii rationem habere videbatur, Romanos terruit: sed etiam quod bubo in urbe visus erat, totoque triduo simulacrum

f παρώρμηλο. hoc restituit X. pro παρώρμηλο, quod est apud RS. & in V. b. receperunt HS. & L. *g* αὐτοὺς. αὐτοῖς, V. b. credo, quod connecteret librarius cum συμβὰν, sed minus bene. *h* ὤφθη. V. b. addit, καὶ συνελήφθη. quod probabile est ex præcedenti καὶ.

dorum ab eo editorum meminit. De potestate tribunorum plebis, qua licebat ipsis etiam magistratus, ipsosque Consules, in carcerem ducere, dictum est ad XXXVII. p. 52. C. De ludis ab ædili edi solitis mentio XLVII. pag. 351. XLVIII. pag. 238. B.

§ 180. (l. 4.) καὶ χιλιάρχους] Tribunos militum Consulari potestate, quos ternos, quaternos, quinos vel senos etiam legi per plures annos contigit. Vide fastos Sigonii, Onufrii, Pighii, ad annos qui præcedunt Consules M. Æmilium, primumque e plebe L. Sextium Sextinum Lateranum, hoc est ante A. U. C. 366.

§ 181. (l. 11.) τὴν τοῦ Σύλλου ὠμότητα] Sylla A. U. C. 672. creatus dictator, cum per annos centum ac viginti nullus fuisset, annum illum truculenta cæde & proscriptione fœdavit, de qua annales ad illum annum & Dio infra XLVII. p. 328. C.

§ 182. (l. 16.) οὐκ ἐδέξα]ο] Plutarchus in Pompejo p. 648. ait, Lucilium (sive C. Luccejum Hirrum potius, vide Pighii Annales T. III. p. 406.) tribunum plebis primo id proponere ausum populo, ut dictatorem Pompejum crearet: Catone contra contendente, parum abfuisse quin tribunatus Lucilio abrogatus esset: inde pro Pompejo multos se obtulisse amicos, excusantes illum, nec quærere illum magistratum nec velle: ὑπὲρ δὲ Πομπηΐου πολλοὶ τῶν φίλων ἀπελογοῦντο παριόντες, ὡς οὐ δεομένου τῆς ἀρχῆς ἐκείνης, οὐδὲ βουλομένου. Factum hoc ante creatos septimo mense Consules Domitium ac Messalam; factumque Pompejo præsente, ut ex eodem Plutarcho cognoscitur: qui addit, Pompejum, a Catone laudatum admonitumque moderationis, obtemperasse & pudori locum dedisse. Κάτωνος δὲ Πομπηΐον ἐπαινέσαντος καὶ προτρεψαμένου τῆς εὐκοσμίας ἐπιμεληθῆναι, τότε μὲν αἰδεσθεὶς ἐπεμελήθη, καὶ καλεσάσθησαν ὕπατοι Δομίτιος καὶ Μεσσάλας. Cic. III. Epist. ult. ad Q. Fratrem: *Pompejus plane se negat velle, antea non negabat.*

§ 183. (l. 21.) ὥσπερ ἐπὶ μεγάλῳ τινὶ πένθει] Vide quæ ad XXXVII. p. 45. A. 68. A.

§ 184. (l. 22.) δόγμα τε ἐποιήσαντο] Hujus senatus consulti mentio supra p. 134. D. confirmati deinde a Pompejo p. 147. A. & ab Augusto. LIII. p. 505. C.

§ 185. (l. 35.) ἡ ἀγορὰ] Mali hoc ominis existimabatur, si nundinæ in Calendas Januarias inciderent, idque ne fieret, dies aliquando præter consuetudinem intercalata vel translata, ut narrat Dio XLVIII. p. 377. A. & LX. p. 681. C. Nempe novendiales dies mortuis dicati. Vide quæ viri docti ad Suetonii Augustum c. 92. Macrobius lib. I. Saturnal. c. 13. *Quoties incipiente anno dies cœpit qui adjectus est nundinis, omnis ille annus infaustis casibus luctuosus fuit, maximeque Lepidiano tumultu opinio ita firmata est.* Videndus Scaliger V. emendat. temporum p. 460.

§ 186. (l. 39.) καὶ ὅτι βύας] Supra p. 128. C. ubi & cæterorum prodigiorum quorundam mentio.

A.U.C.701 Cn.Calvino & M. Messala COSS.

crum quoddam ſudaverat, faxque a cœli parte, quæ meridiem ſpectat, ad orientem transcurrerat: multa quoque fulmina deciderant: ſæpius glebis, lapidibusque & teſtis itemque ſanguine pluerat. Ac mihi quidem id quoque decretum, quod prioris anni exitu de Serapi Iſideque factum erat, inter prodigia non extremum videtur locum obtinuiſſe. Eorum enim divorum fana, quæ privatim nonnulli extruxerant, ſenatus demoliri juſſerat; quod ea numina non magni æſtimabant; quin ubi jam obtinuit, ut publice eadem colerentur, extra pomœrium tamen deos hoſce collocaverunt.

τι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἵδρωσε, καὶ λαμπὰς ἐκ τῶν νοτίων πρὸς ἀνατολὰς διέδραμε· καὶ πολλοὶ μὲν κεραυνοί, [187] πολλοὶ δὲ καὶ βῶλοι, λίθοί τε καὶ ὄστρακα, καὶ αἷμα, διὰ τοῦ ἀέρος ἠνέχθη. δοκεῖ δὲ ἔμοιγε καὶ ἐκεῖνο τὸ τῷ προτέρῳ ἔτει, ἐπ' ἐξόδῳ αὐτοῦ, [188] περί τε τὸν Σάραπιν καὶ περὶ τὴν Ἶσιν ψηφισθὲν, τέρας οὐδενὸς ἧττον γενέσθαι. τοὺς γὰρ ναοὺς ἐξ αὐτοῦ, οὓς ἰδίᾳ τινὲς ἐπεποιήντο, καθελεῖν τῇ βουλῇ ἔδοξεν. οὐ γὰρ δὴ τοὺς θεοὺς τούτους ἐπὶ πολὺ ἐνόμισαν, καὶ ὅτι γε καὶ [k] ἐξενίκησεν, ὥστε καὶ δημοσίᾳ αὐτοὺς σέβεσθαι, ἔξω τοῦ πωμηρίου σφᾶς ἱδρύσαντο.

A.U.C.702 Anarchia.

48. Is ergo quum Romæ ſtatus eſſet, ac ſummæ rerum nemo præeſſet, ſingulis ferme diebus cædes perpetrabantur: ac quanquam ad magiſtratus capiendos plurimi contenderent, eaque de cauſa & largitiones & cædes fierent, tamen comitia non perficiebantur. Tunc & Milo, conſulatum petens, Clodium, in via Appia ſibi obviam factum, initio leviter vulneravit: poſt ea veritus, ne is eam rem vindicaret, interfecit: ſperans, ſi omnes ſervos, qui eam cædem feciſſent, ſtatim manumitteret, facilius ſe cædis, mortuo Clodio, quam illati vulneris, eodem ſuperſtite, abſolutum iri. Ea re ſub veſperam Romæ audita, vehemens perturbatio coorta eſt, oblata factionibus anſa belli ac maleficiorum: atque hi quoque, qui neutrarum erant partium, licet Clodium odiſſent, tamen humanæ ſortis memores, præſertim quod ſub hac ſpecie Milonem quoque de medio tolli cupiebant, admodum indignabantur.

Τοιαύτης οὖν τότε τῆς ἐν τῷ ἄστει καλασάσεως οὔσης, καὶ μηδενὸς τοῖς πράγμασιν ἐπιτεταγμένου, σφαγαὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὡς εἰπεῖν, ἐγίγνοντο τάς τε ἀρχαιρεσίας, καίτοι σπεύδοντες ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ δεκασμοῖς καὶ φόνοις δι' αὐτὰς χρώμενοι, οὐκ ἐπετέλουν. [189] ὁ γοῦν Μίλων ὑπατείαν αἰτῶν, τὸν Κλώδιον ἐν τῇ Ἀππίᾳ ὁδῷ συντυχόντα οἱ, τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς πως ἔτρωσεν· ἔπειτα δὲ φοβηθείς, [l] μὴ ἐξέλθῃ τῷ γεγονότι, καὶ ἔσφαξεν· ἐλπίσας, ἐπειδὴ πάντας τοὺς οἰκέτας τοὺς τοῦτο ποιήσαντας [190] εὐθὺς [m] ἐλευθερῶσαι, ῥᾷον τοῦ φόνου, τελευτήσαντος αὐτοῦ, ἢ τοῦ τραύματος, εἰ περιγίγνοιτο, ἀφεθήσεσθαι. ἀκούσαντες οὖν τοῦθ' οἱ ἐν τῇ πόλει πρὸς ἑσπέραν, δεινῶς ἐταράχθησαν. ταῖς τε γὰρ σάσεσιν ἀφορμὴ πολέμου καὶ κακῶν ἐγίγνετο, καὶ οἱ διὰ μέσου, εἰ καὶ ἐμίσουν τὸν Κλώδιον, ὅμως διά τε τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ὅτι καὶ [191] τοῦ Μίλωνος σεσηθῆναι ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἠθέλουν, ἠγανάκτουν.

49. Populum ita affectum nacti Rufus ac T. Munatius Plancus, qui tum tribuniplebis erant, magis etiam accenderunt, cadavere prima luce in forum prolato, & pro roſtris expoſito, quod omnibus

Παραλαβόντες δὲ αὐτοὺς οὕτως ἔχοντας ὅ, τε [192] Ῥοῦφος καὶ Τῖτος Μουνάτιος Πλάγκος, προσπαρώξυναν. δημαρχοῦντες γὰρ ἔς τε τὴν ἀγορὰν ὑπὸ τὴν ἕω νεκρὸν ἐσεκόμισαν, καὶ ἐπὶ τὸ βῆμα ἐπέ-

i αὐτοῦ. αὐτῶν, L. k ἐξενίκησεν. ἐξεκίνησεν, V. b. perperam. de verbo hoc vide ſupra p. 37. B. l μὴ ἐξέλθῃ. μὴ ἐπεξέλθῃ, RS. X. probe. m ἐλευθερῶσαι. ἠλευθέρωσε, L. vel ἐλευθερώσῃ.

§ 187. (l. 43.) *πολλοὶ δὲ καὶ βῶλοι, λίθοί τε καὶ ὄστρακα*] Huc refer quod Plinius lib. II. c. 56. *T. Annio Milone conſule dicente, lateribus coctis pluiſſe, in ejus anni acta relatum eſt.* De teſtarum, lapidum & ſanguinis pluvia ſæpe apud Julium Obſequentem. Et lapides ac teſtas vi procellæ ac venti aliunde adductos, ſanguinem autem vaporibus locorum deberi, in quibus minii ac rubricæ copia, non abſurde ſuſpicantur viri docti. Vide Godfridum Wendelinum de pluvia purpurea Bruxellenſi A. 1646. Frid. Medewiſium de pluvia ſanguinea, Colloniæ Brandenburg. 1673. Haraldum Vallerium Diſſ. de pluvia, quam edidit Upſaliæ 1708. Joh. Chriſtophorum Becmannum Diſſ. de prodigiis ſanguinis c. 1. &c.

§ 188. (l. 46.) *περί τε τὸν Σάραπιν καὶ περὶ τὴν Ἶσιν*] Templorum ſive *τεμενισμάτων* Iſidis & Serapidis omnium, iterum poſt quadriennium, ſuadentibus aruſpicibus, everſorum mentio infra XLII. p. 196. E. Atque diu ante *L. Æmilius Paulus Conſul*, (A. U. C. 535.) *cum ſenatus Iſidis & Serapis fana diruenda cenſuiſſet, eaque nemo opificum attingere auderet, poſita prætexta ſecurim arripuit, templique ejus foribus inſlixit.* Reſtituta rurſus a Triumviris, infra XLVII. p. 336. Deinde ob ſacerdotum ſcelus iterum dejecta & exciſa a Tiberio, ut narrat Joſephus XVIII. 4. De peregrinis ſacris Roma ejectis, Pet. Faber lib. III. Semeſtrium c. 1. & 3. vid. & quæ viri docti ad hæc Tertulliani c. 6. Apologetici: *Liberum Patrem cum myſteriis Conſules, ſenatus auctoritate, non modo urbe, ſed univerſa Italia eliminaverunt. Serapidem & Iſidem & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo, Capitolio prohibitos inferri, id eſt curia Deorum pulſos, Piſo & Gabinius Coſſ.* (A. U. C. 696.) *everſis etiam aris eorum, abdicaverunt, turpium & otioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes.* Idem Tertullianus lib. I. adverſus nationes c. 10. *Sæpe Cenſores, inconſulto populo,* quæ Senatus non probaſſet dedicata, *adſolaverunt* —— *Ceterum Serapem & Iſidem, & Arpocratem & Anubem prohibitos Capitolio, Varro commemorat, eorumque aras a Senatu dejectas, non niſi per vim popularium reſtructas. Sed tamen & Gabinius Conſul Kalendis Januariis, cum vix boſtias probaret præ populariam cœtu, quia nihil de Serape & Iſide conſtituiſſet, potiorem habuit ſenatus cenſuram, quam impetum vulgi, & aras inſtitui prohibuit.* Sed reſtitutos poſtea, (nec tamen receptos intra pomœrium p. 497. B. 525. A.) teſtatur Dio infra XLVII. p. 336. A. Arnobius lib. II. p. 95. *Quid? vos Ægyptiaca numina, quibus Serapis atque Iſis eſt nomen, non poſt Piſonem & Gabinium Conſules, in numerum veſtrorum retuliſtis Deorum?* Lucanus VIII. 831. *Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin.*

§ 189. (l. 59.) *ὁ γοῦν Μίλων*] Factum hoc tempore anarchiæ, ante creatum Conſulem ſolum Pompejum XIII. Cal. Febr. A. U. C. 702. cum Clodius, futurus Prætor, Miloni Conſulatus candidato inſidiaretur, ut docet Cicero pro Milone c. 9. Idem lib. IV. ad Atticum Epiſt. 4. *Si ſe inter viam Clodius obtulerit, occiſum iri ab ipſo Milone video. Non dubitat facere, præ ſe fert, caſum illum noſtrum,* (exilii ſubeundi) *non extimeſcit.* Obtulit igitur ſe illi Clodius in via Appia circa Bovillas, cum Milo Lanuvii Dictator, ad flaminem ibi prodendum iter faceret. Vide Ciceronis Milonianam c. 10. Vellejum lib. II. c. 47. Appianum II. civil. p. 439. Livii Epitomen lib. 107. præcipue autem Aſconium in argumento Orationis pro Milone.

§ 190. (l. 64.) *ἐυθὺς ἐλευθερῶσαι*] Idem Aſconius: *poſt recentem cædem manu miſerat Milo ſervos hoc titulo, quod caput ſuum ulti eſſent.*

ἐπέθεσαν, πᾶσί τε ἐπεδείκνυσαν· καὶ ἐπέλεγον οἷα εἰκὸς ἦν, ὀδυρόμενοι. ὥστε τὸν ὅμιλον, καὶ ἐξ ὧν ἑώρων καὶ ἐξ ὧν ἤκουον, συνταραχθῆναι, καὶ μήτε τοῦ θείου ἔτι φρονῆσαι, ἀλλὰ πάντα μὲν τὰ περὶ τὰς ταφὰς νόμιμα συγχέαι, πᾶσαν δὲ ὀλίγου τὴν πόλιν καταπρῆσαι. τὸ γὰρ σῶμα τοῦ Κλωδίου ἀράμενοι, ἔς τε τὸ βουλευτήριον ἐσήνεγκαν καὶ ηὐθέτησαν· καὶ μετὰ τοῦτο πυρὰν ἐκ τῶν βάθρων [n] νήσαντες, ἔκαυσαν καὶ ἐκεῖνο [193] καὶ τὸ συνέδριον. οὕτω τε οὐχ ὁρμῇ τινι, (οἷά που τοὺς ὄχλους ἐξαπίνης καταλαμβάνει) ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως αὐτὸ ἔπραξαν. ὥστε καὶ τὴν ἐννάτην [194] τὸ περίδειπνον ἐν αὐτῇ τῇ ἀγορᾷ, τυφομένου ἔτι τοῦ βουλευτηρίου, ποιῆσαι, καὶ προσέτι καὶ τὴν οἰκίαν τὴν τοῦ Μίλωνος καταφλέξαι ἐπιχειρῆσαι. ἐκείνη μὲν οὖν, πολλῶν αὐτῇ ἀμυνάντων, οὐκ ἐκαύθη· ὁ δὲ δὴ Μίλων, τέως μὲν περίφοβος ἐπὶ τῷ φόνῳ ὢν, ἐκρύπτετο, οὐχ ὑπὸ ἰδιωτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἱππέων, βουλευτῶν τέ τινων φρουρούμενος· ἐπεὶ δὲ τοῦτό τε ἐγένετο, καὶ τὴν ὀργὴν τῆς γερουσίας ἐς τὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν μίασμα περιχωρῆσειν ἤλπισεν· (εὐθὺς γοῦν τῆς δείλης ἐς τὸ παλάτιον δι' αὐτὸ τοῦτο συλλεγέντες, [195] τόν τε μεσοβασιλέα προχειρισθῆναι, καὶ τῆς φυλακῆς τῆς πόλεως καὶ ἐκεῖνον καὶ τοὺς δημάρχους καὶ προσέτι καὶ τὸν Πομπήϊον ἐπιμεληθῆναι, ὥστε μηδὲν ἀπ' αὐτῆς ἀποβῆναι, ἐψηφίσαντο·) [196] προήει τε ἐς μέσον καὶ τῆς ἀρχῆς ὁμοίως, ἢ καὶ μᾶλλον, ἀντεποιεῖτο.

omnibus oſtentabant, additis cum lugubri geſtu vocibus, quæ ad rem præſentem convenirent. Ita vero plebs, iis quæ videbat, & quæ audiverat, perturbata eſt, ut ne religionis quidem jam rationem haberet: ſed omnibus ſepulturæ ritibus temeratis, propemodum totam urbem incendio miſceret. Nam cum corpus Clodii ſublatum & in curiam portatum decenter compoſuiſſent, rogo ex ſubſelliis congeſto, cum ipſa id curia combuſſerunt. Quod non repentino quodam impetu, quales plebem multi ſolent inceſſere, ſed conſulto fecere: ſic ut hora quoque nona in ipſo foro, fumante etiamnum curia, epulum funebre celebrarent. Milonis quoque domum ſuccendere volebant, ſed ea, multis eandem propugnantibus, non exuſta eſt. Milo ad id tempus, propter cædem ſibi metuens, ſeſe abdiderat; ac non plebejorum modo, ſed equitum quoque ſenatorumque quorundam præſidio ſepiebatur: ſed poſt id facinus plebis, iram ſenatus in adverſæ factionis homines, ob admiſſum flagitium, converſum iri ſperans, quum ſenatus ſtatim hujus rei cauſa veſperi in palatio conveniſſet, interregemque nominari, eique ac tribunis plebis Pompejoque mandari, ut cuſtodiam urbis ſuſciperent, ne quid ea detrimenti caperet, juſſiſſet: ipſe quoque in medium progreſſus, pari aut majori etiam, quam prius, contentione magiſtratum petiit.

A.U.C. 702 Anarchia.

Μάχαι τε οὖν ἐκ τούτου πολλαὶ καὶ σφαγαὶ 144 ἄνθις ἐγίγνοντο· ὥστε τὴν βουλὴν τά τε πρεσιρημένα ἐπικυρῶσαι, καὶ τὸν Πομπήϊον μεταπέμψασθαι, καταλόγους τε αὐτῷ καινοὺς ποιήσασθαι ἐπιτρέψαι· καὶ καὶ [197] ἐσθήματα ἀλλάξασθαι. ἐλθόντος τε αὐτοῦ οὐ πολλῷ ὕστερον, [198] ἔξω τε τοῦ πωμηρίου πρὸς τῷ θεάτρῳ [nn] αὐτῷ σὺν φρουρᾷ ἤθροισαν· καὶ τὰ τοῦ Κλωδίου ὀστᾶ ἀνελέσθαι ἔγνωσαν,

50. Hinc iterum ad pugnam cædesque res devoluta eſt: ita ut ſenatus decretum id confirmarit, Pompejumque Romam evocaverit, atque ei novorum delectuum faciundorum poteſtatem conceſſerit: ipſi lugubrem veſtem ſumpſerint. Pompejus paulo poſt ad urbem venit: tum circumfuſo præſidio extra pomœrium prope theatrum ejus ſenatus habitus eſt: decretumque, ut Clodii

[n] νήσαντες. ita ſcribendum RS. ſuaſit, pro ἐνήσαντες, quod etiam eſt in V.b. probarunt ſequentes. [nn] θεάτρῳ αὐτῷ credo, αὐτοῦ. ut theatrum Pompeji intelligatur, de quo p. 107. ſq. id enim fuit Regione IX. & ibi curia. v. p. 247. E.

§ 191. (l. 71.) τοῦ Μίλωνος στερηθῆναι] Ut Milo nec conſul fieret, nec præſens in urbe contrariis poſſet partibus pro fortitudine ſua & opibus reſiſtere.

§ 192. (l. 75.) Ῥοῦφος] Q. Pompejus Rufus, quem in carcerem ductum juſſu ſenatus Dio dixerat ſupra p. 141. Hic cum Munatio Planco (fratre L. Planci Oratoris) vulgus impulit, ut corpus Clodii nudum incalceatum, ſicut in lecto erat poſitum, ut vulnera videri poſſent, in forum detulerit, & in roſtris poſuerit. Ibi pro concione Plancus & Pompejus Rufus, qui competitoribus Milonis (Hypſæo & Scipioni) ſtudebant, invidiam Miloni fecerunt. Hæc Aſconius in argumento Milonianæ.

193. (l. 86.) καὶ τὸ συνέδριον] Curia Hoſtilia. infra p. 144. A. quam refectam atque iterum deſtructam memorat Dio XLIII. p. 242. D. Idem Aſconius loco laudato de populo tribunorum concionibus accenſo: *Populus, duce Sex. Clodio ſcriba, corpus P. Clodii in curiam intulit, cremavitque ſubſelliis, & tribunalibus, & menſis, & codicibus librariorum: quo igne & ipſa quoque curia flagravit, & item Porcia baſilica, quæ erat ei vincta, ambuſta eſt.* Ideoque Tribuni poſt finitum magiſtratum accuſati damnatique, ut dicetur infra p. 146. C.

§ 194. (l. 89.) τὸ περίδειπνον] Epulum funebre celebrarunt, ut recte ex Polluce hunc locum interpretatus eſt Lambertus Bos, animadverſionibus ad Scriptores quosdam Græcos p. 25. ubi ex Hieronymo in Jeremiæ XVI. 7. obſervat, illa vulgo *dicta parentalia*, apud Feſtum *ſcilicernia*; Artemidoro IV. 83. & V. 82. νεκύσια. De his Joh. Kirchmannus IV. 4. ſq. de Rom. funeribus, Guil. Stuckius lib. I. Antiquitatum Convivalium cap. 25. Sertorii Urſati monumenta Patavina p. 122. ſq.

§ 195. (l. 1.) τόν τε μεσοβασιλέα] Aſconius in argumento orationis pro Milone: *Fiebant interea alii ex aliis interreges, qui comitia conſularia propter eorum candidatorum tumultus, & easdem manus armatas, habere non poterant. Itaque primo factum erat SCtum, ut interrex & Tribuni plebis & Cn. Pompejus, qui pro Conſule ad urbem erat, viderent, ne quid detrimenti Reſpublica caperet: delectus autem Pompejus tota Italia haberet.* Eadem hujus SCti ſententia, idem robur, ac quando Conſulibus hoc committebatur a Senatu, *viderent ne quid detrimenti Reſpub. caperet*, de quo dictum ad XXXVII. p. 44. A.

§ 196. (l. 5.) προήει τε ἐς μέσον] Tamen poſtea Cn. Pompejo Milo ſignificavit, deſiſtere ſe petitione conſulatus, ſi ita ei videretur. Pompejus reſpondit: nemini ſe, neque petendi, neque deſiſtendi, auctorem eſſe. vide Aſconium laudato loco.

§ 197. (l. 11.) ἐσθήματα ἀλλάξασθαι] Ut in ſuperioris anni anarchia fecerant, p. 142. B.

§ 198. (l. 12.) ἔξω τοῦ πωμηρίου] Quibus imperium proconſulare erat, illis in urbem intrare cum imperio non licebat, magiſtratum urbicum nullum gerentibus, ut dictum ad p. 120. A. Plutarchus Pompejo p. 650. οἱ ἄρχοντες στρατοπέδων ἐς τὴν πόλιν οὐκ εἰσίασι. Itaque & infra XLI. p. 153. Pompejus extra pomœrium: & Cæſar p. 160. C. & Auguſtus p. 401. A. vide & p. 508. A. 504. D. Sic & Tiberius p. 553. C. Præter campum Martium vero, extra pomœrium erat alius campus, triaque theatra Pompeji, Balbi, Marcelli. vide Alexandrum Donatum de urbe Roma lib. I. c. 8. T. III. Theſauri Græviani, p. 494.

A.U.C.702 Anarchia

Clodii ossa colligerentur, curiamque Faustus Syllæ F. restitueret. Curia enim, quæ incendio perierat, Hostilia fuerat, sed a Sylla aliter ædificata. Itaque statuerant, ut ab eo reficeretur, nomenque ejus acciperet. Quum omnium animi suspensi exspectarent, quosnam habituri essent magistratus, & alii tumultuantes clamarent, Pompejum esse dictatorem creandum; alii, consulatum Cæsari deferendum, qui tum in tanto erat ob res gestas honore, ut supplicationes in sexaginta dies earum causa indixerint: rum senatus, atque Bibulus præcipue, qui primus sententiam erat dicturus, quum horum utrumque metuerent, studiis plebis anteverterunt, Pompejo consulatum, ne dictator fieret, tribuentes; eumque soli ipsi, ne Cæsar collega ejus fieret. Quod quanquam novo exemplo fieret, neque ulli ante Romanorum contigisset; haud absurde tamen ab iis fieri videbatur. Quia enim Pompejus plebi minus, quam Cæsar, studebat; eundem se ab ea omnino divellere, atque ad se traducere posse sperabant. Neque falsi hac sunt exspectatione. Novo enim & inopinato honore elatus, nihil jam amplius in plebis gratiam consulebat, sed omnia plane agebat ex senatus sententia.

A.U.C.702 Pompejo III. & Q. Scipione COSS.

51. Cæterum solus magistratum gerere haud voluit; satisque gloriæ in eo sibi obtigisse existimans, quod ita decretum esset, invidiam ejus rei declinandam duxit: & quod verebatur ne, [consulis alterius] loco vacante, Cæsar sibi studio militum atque multitudinis collega daretur: illi quidem, ne omnino neglectus videri, justamque iræ causam habere posset, per tribunos plebis confecit, ut permitteretur legitimo tempore etiam absenti consulatum petere: ipse vero Q. Scipionem, socerum suum, ambitusque tum reum, collegam sibi assumpsit. Is Scipio, quum natura

15σαν, τό, τε βουλευτήριον [199] τῷ Φαύστῳ τῷ τοῦ Σύλλου υἱεῖ ἀνοικοδομῆσαι προσέταξαν. ἦν μὲν γὰρ τὸ Ὁστίλιον, μετεσκεύασο δὲ ὑπὸ τοῦ Σύλλου. διὰ τοῦτό τε ὁ περὶ αὐτοὺς ἔδοξε, καὶ ὅπως ἐξοικοδομηθὲν τὸ ἐκείνου ὄνομα ρ ἀποβάλῃ. μετεώρου δὲ τῆς πόλεως ὄυσης ἐπὶ τοῖς ἄρξουσι σφῶν, καὶ διαθρούντων, τῶν μὲν, ὡς δικτάτωρα τὸν Πομπήϊον, τῶν δὲ, ὡς ὕπατον τὸν Καίσαρα αἱρεθῆναι· (οὕτω γάρ που ἐκ προαιρέσεως ἐπὶ τοῖς καλλιεργασμένοις αὐτὸν ἐτίμων, ὥστε καὶ [200] ἐξήκοντ' ἡμέρας θῦσαι ἐπ' αὐτοῖς ψηφίσασθαι·) φοβηθέντες ἑκάτερον οἵτε ἄλλοι βουλευταὶ καὶ Βίβουλος, ὅστερ που τὴν γνώμην πρῶτος ἐρωτηθεὶς ποιήσεσθαι ἔμελλε, προκατέλαβον τὴν τοῦ πλήθους ὁρμήν, [201] τῷ Πομπηίῳ τὴν ὑπαλείαν, ὥστε μὴ δικτάτωρα αὐτὸν λεχθῆναι, καὶ μόνῳ γε, ἵνα μὴ ὁ Καῖσαρ αὐτῷ συνάρξῃ, δόντες. ξένον μὲν δὴ τοῦτο καὶ ἐπὶ μηδενὸς ἄλλου γενόμενον ἔπραξαν, καὶ ὀρθῶς αὐτὸ πεποιηκέναι ἔδοξαν. ἐπειδὴ γὰρ ἧττον τοῦ Καίσαρος τῷ ὁμίλῳ προσέκειτο, ἀποῤῥήξειν τε αὐτὸν ἀπ' ἐκείνου παντάπασι καὶ σφετερισεῖσθαι ἤλπισαν. καὶ ἔχεν οὕτω· τῷ τε γὰρ καινῷ καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς τιμῆς ἐπαρθεὶς, οὐκέτι οὐδὲν ἐς τὴν τῶν πολλῶν χάριν ἐβούλευσεν, ἀλλ' ἀκριβῶς πάντα τὰ τῇ βουλῇ ἀρέσκοντα ἔπραξεν.

Οὐ μέντοι καὶ μόνος ἄρξαι ἠθέλησε· τὴν γὰρ εὐκλειαν ἐν τῷ δεδόχθαι τοῦτ' ἔχων, τὸν φθόνον τὸν ἐπ' αὐτῇ ἐξέκλινε. καὶ φοβηθεὶς μή πο τε κενῆς τῆς χώρας ὄυσης, ὁ Καῖσαρ ἔκ τε τῶν δυνάμεων καὶ ἐκ τῆς τοῦ πλήθους σπουδῆς συνάρχων αὐτῷ δοθῇ, ἃ ἐκεῖνο μὲν, ἵνα μὴ καὶ παντελῶς παρημελῆσθαι νομισθῇ, κἀκ τούτου τινὰ ὀργὴν δικαίαν ποιήσηται, [202] παρεσκεύασε διὰ τῶν δημάρχων ἐπιτραπῆναι, καὶ ἀπόντι τὴν ἀρχὴν, ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ, αἰτῆσαι. αὐτὸς δὲ [203] Κύϊντον Σκιπίωνα πενθερόν τέ οἱ ὄντα, καὶ [204] δεκασμοῦ αἰτίαν ἔχοντα, προσείλετο. οὗτος γὰρ γόνῳ μὲν υἱὸς τοῦ

o περὶ αὐτοὺς. περὶ αὐτοῦ lego, sed totus locus obscurus est, nec integer, si quid judico, X. p ἀποβάλῃ. verisimile est, scripsisse Dionem ἀπολάβῃ, quod verbum a librariis cum altero sæpe confunditur. neque enim ad lectionem vulgatam tuendam ἐκείνου retuleris ad Hostilium, quasi ejus nomen curia amiserit (quod nequidem verum est) sed omnino pertinet ad Syllam. v. p. 242. E. q ἐκεῖνο μὲν. ἐκείνῳ μὲν, X. sed non est necesse, vulgata placet. Od. videtur tamen ἐκείνῳ ἐπιτραπῆναι καὶ ἀπόντι melius cohærere.

§ 199. (l. 15.) τῷ Φαύστῳ τῷ τοῦ Σύλλου υἱεῖ] Hujus Fausti fuit mentio supra XXXVII. p. 53. C. & XXXIX. p. 99. B. Atque refectam ab eo curiam, uti credibile est, ita non diu post iterum destructam narrat Dio XLIII. p. 242. templumque illo loco positum Felicitatis, dedicatum a Lepido magistro equitum. Quod cum memoriæ Syllæ Felicis datum posset videri, novam tamen curiam, quæ deinde condita fuit, non Syllanam, sed a Cæsare Juliam appellari contigit.

§ 200. (l. 24.) ἑξήκοντ' ἡμέρας] Maximus hic dierum numerus supplicationi publicæ unquam a Senatu Rom. decretus, & hac in parte Cæsarem ipsum Pompejus anteceſſit, cui quindecim ac deinde viginti, quadraginta postea ac denique quinquaginta dies tributos notavi ad lib. XXXIX. p. 94. D.

Ad Pompejum retulit ὁ πάνυ, quæ utique de Cæsare dicta sunt, nempe de supplicationibus ob victum Vercingetorigem ei decretis, ut temporis ratio manifestum facit. vide supra p. 140. & Cæsarem VII. 90. Verum Cæsar XX. tantum dierum supplicationes memorat, in cujus tamen textum nulla erroris suspicio cadit, quod eadem habet Græcus ejus interpres, ut jam observatum est Doctiss. Pet. Wesselingio Obs. Var. I. 6. p. 20. Contra, minus probabilis est LX. dierum numerus, qui hic apud Dionem legitur, quoniam diu post demum & per gradus, ad tantum spatium temporis excreverunt supplicationes. vide p. 317. B. Consequens est, ut vel librarios Dionis, vel Dionem ipsum potius, erroris postulemus, sicut Viro laudato visum est. Equidem librarios malim, apud quos ex Δ Δ, sive ἔποσι, facile [Δ] Δ, host est, ἑξήκοντα effingi potuit. Reim.

§ 201. (l. 28.) τῷ Πομπηίῳ τὴν ὑπαλείαν] Livii Ep. lib. 107. *Cn. Pompejus legatus* (ad rem frumentariam procurandam) *a Senatu Consul tertium factus est absens & solus, quod nulli alii unquam contigit.* Conf. Plutarchum Cæsare, p. 721. Pompejo p. 648. & Catone minore p. 782. Appianum II. civil. p. 441. Vellejum II. 47. Asconius argumento orationis in Milon. *Cum crebresceret rumor, Cn. Pompejum creari Dictatorem, neque opportune aliter mala civitatis sedari posse: visum est optimatibus, tutius esse, eum consulem sine collega creari. Et cum tractata ea res esset in Senatu, facto in M. Bibuli sententiam SCto, Pompejus ab interrege Sulpitio V. Kal. Mart. mense intercalario Consul creatus est, statimque consulatum iniit.* De mense intercalario vide si placet quæ infra ad p. 149. D. Cæsarem ipsum non admodum desideraſſe, ut Pompejo collega daretur, discees ex Suetonii Cæsare, c. 26.

§ 202. (l. 48.) παρεσκεύασε ἐπιτραπῆναι] Non Pompejum sed Cæsarem hoc egisse cum tribunis, testatur Suetonius c. 26. *id potius ad populum ferrent, ut absenti sibi, quandoque imperii tempus expleri cœpisset, petitio secundi consulatus daretur, ne ea causa maturius, & imperfecto adhuc bello, decederet. Quod ut adeptus est* &c. vide etiam Appianum II. civil. p. 442. Sed & idem Pompejus legem instauravit, in qua absentis rationem vetuit haberi. infra p. 147. A.

§ 203. (l. 50.) Κύϊντον Σκιπίωνα] Q. Cæcilius. Q. F. Metellus

τοῦ Νασικοῦ ὢν, ἐκ δὲ δὴ κλήρου διαδοχῆς, ἐς τὸ τοῦ Μετέλλου τοῦ Εὐσεβοῦς γένος ποιηθεὶς, [205] καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ φέρων, τήν τε θυγατέρα τῷ Πομπηΐῳ ἐξέδωκε, καὶ παρ' αὐτοῦ τήν τε ὑπατείαν καὶ τὸ μὴ καταγορηθῆναι ἀνέλαβε.

natura Naſicæ eſſet filius, teſtamento in genus hereditatemque Metelli Pii adoptatus, atque hinc cognomentum Metelli ferens, filiam Pompejo in matrimonium dederat: ab eo contra conſulatum, ac ne cauſam diceret, acceperat. A.U.C. 702 Pompejo III. & Q. Scipione COSS.

145 Πάνυ γὰρ πολλοὶ ἐπὶ τῷ ἐγκλήματι τούτῳ r εὐθύνθησαν, καὶ μάλιθ' ὅτι τὰ δικαστήρια ἀκριβέστερον [206] ἐκ τῶν τοῦ Πομπηΐου νόμων συνήγετο. πάντας τε γὰρ τοὺς ἄνδρας, ἐξ ὧν τοὺς δικάσοντας ἀποκληροῦσθαι ἐδόκει, αὐτὸς ἐπελέγετο· καὶ τὸν τῶν συναγορευόντων ἑκατέρῳ τῷ μέρει ἀριθμὸν ὥρισεν, ὥστε μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐτῶν τοὺς δικασὰς θορυβουμένους ἐκταράττεσθαι. χρόνον τε τῷ μὲν διώκοντι δύο ὥρας, τῷ δὲ φεύγοντι τρεῖς δίδοσθαι ἐκέλευσε. καὶ, ὃ δὴ μάλιστα πλείστοις ἐλυμαίνετο, τινὰς [207] ἐπαινέτας ὑπὸ τῶν κρινομένων δίδοσθαι, (πάμπολλοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀξιοπίστων ἐπαινούμενοι ἐξηπάζοντο) s ἐπανώρθωσε, νομοθετήσας μηδένα ἔτι τοιαύταν ἐξεῖναι ἐν τοῖς τοιούτοις t γίγνεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν ἄλλα τέ τινα κατὰ πάντων ὁμοίως τῶν δικαστηρίων ἔταχθη. τοῖς δὲ δὴ τὰς ἀρχὰς tt δεκάζουσι καὶ τοὺς προεαλωκότας ἐπὶ τούτῳ τινὶ καταγόρους ἐπέστησεν, ἆθλον σφίσιν οὐκ ἐλάχιστον προθείς. εἰ γάρ τις ἢ τοὺς δύο τῶν ὁμοίων, τῶν τε ἐλαττόνων, ἢ καὶ ἕνα τῶν μειζόνων, ἢ τῆς καθ' ἑαυτὸν αἰτίας, εἵλεν, ἄδειαν εὕρισκε.

52. Erant omnino multi, quibus ambitus causa dies dictus eſſet, maxime quia Pompeji legibus effectum erat, ut judicia accuratius, quam ante, haberentur. Nam is omnes ipſe delegerat eos, ex quibus judices ſorte duci deberent: certumque utrique parti aduocatorum numerum definiverat, ne multitudine horum judices confuſi perturbarentur. Ad cauſam vero dicendam actori duas, reo tres horas concedi juſſerat. Cumque & hoc vel maxime judicia quondam corrupiſſet, quod ſiſterentur a reis qui ipſos laudarent: (quo pacto bene multi, a viris magnæ auctoritatis laudati, judiciis erepti fuerant) Pompejus id correcturus interdicto cavit, ne quis omnino in poſterum pro reis laudatione judiciali intercederet. Hæc aliaque horum ſimilia de omnibus judiciis conſtituta erant. Iis vero, qui largitiones magiſtratuum adipiſcendorum cauſa feciſſent, accuſatores conſtituit hos, qui ſimili ante de cauſa damnati fuiſſent, non exiguo ipſis propoſito præmio. Nam quicunque duos ejusdem aut minoris etiam, vel unum majoris criminis conviciſſet, quam cujus ipſe damnatus erat, ei impunitas ſui peccati dabatur.

Ἄλλοι τε οὖν ἐκ τούτου πολλοὶ καὶ ἐάλωσαν, καὶ [208] Πλαύτιος Ὑψαῖος, ἀναιτιήσας τῷ τε Μίλωνι καὶ τῷ Σκιπίωνι τὴν ὑπατείαν. τῶν γὰρ δὴ τριῶν u δωρηφορησάντων, μόνος ἐκεῖνος καταδικάσθη. ὅ, τε γὰρ Σκιπίων ἐγράφη μὲν καὶ ὑπὸ δυοῖν γε, οὐκ ἐκρίθη δὲ, διὰ τὸν Πομπήϊον. καὶ ὁ Μίλων [209] ἐπὶ μὲν τούτου οὐκ ἐσήχθη· τὸ γὰρ τοῦ φόνου ἔγκλη-

53. Hinc factum eſt, ut multi rei fierent, ac Plautius quoque Hypſæus, qui in petitione conſulatus cum Milone & Scipione certaverat. Nam ex tribus his ambitus reis, ſolus Hypſæus damnatus eſt. Scipioni quidem dies dicta erat, idque a duobus, ſed propter Pompejum judicium effugit. Milo autem in judicium ob hoc crimen pertractus non eſt, quia cædis culpa, in qua

μα

r εὐθύνθησαν. ἐβοήθησαν, V. b. quod ferri non poteſt. nes retinuerant. s ἐπανώρθωσε. ita ſcripſi pro ἐπηνώρθωσε, quod omnes editio- t γίγνεσθαι. ἰκέτην γίγνεσθαι, N. imo intellige ex antecedentibus ἐπαινέτην. tt δεκάζουσι. δικάζουσι, V. b. vitioſe. mox, pro τούτῳ forte τοιούτῳ. Od. multo uſitatius, ſed nec illud omnino rejiciendum. vid. RS. u δωρηφορησάντων. nolui quicquam mutare. δωροφορησάντων

tellus Pius Scipio, Conſul a Pompejo genero adſcitus Calendis Sextilis. De hoc Scipione & ejus parentibus ac majoribus erudite Jo. Glandorpius in Onomaſtico Romano p. 261. & de Q. Metello Numidico Pio p. 170. Scipionem hunc *Quintum* vocat etiam SCtum apud Cœlium VIII. 8. Epiſt. ad Cic. Sed Appianus II. civil. p. 442. *Lucium*, Λεύκιον Σκιπίωνα τὸν πενθερὸν τοῦ Πομπηΐου. De filia ejus Cornelia, quam duxit Pompejus, vide Plutarchum Pompejo p. 648. qui a P. Craſſo. M. Craſſi F. relictam viduam, flore ætatis, virtute & litteris, lyræ etiam ac muſicæ, Geometriæ præceptorumque Philoſophicorum ſcientia, inſignem celebrat.

§ 204. (l. 51.) δεκασμοῦ αἰτίαν ἔχοντα] Pompejus Conſul legem de ambitu dederat, & inter alia impunitatem tribuerat ei, qui alium ejusdem criminis reum arguiſſet. Igitur Memmius unus ex damnatis, ut judicium ac pœnam effugeret, Scipionem ambitus accuſavit. vide Appianum loco laudato & Plutarchum in Pompejo p. 649. qui ambo, ut Dio, eum auctoritate Pompeji, qui veſtem ideo mutaverat, judicesque exoraverat, ereptum teſtantur.

§ 205. (l. 55.) καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐπίκλησιν] Adoptati adoptantium nomen, prænomen, ac cognomen adſciſcebant, nomineque ſuo & prænomine omiſſo, ſolum jungebant cognomen quo antea uſi fuerant. Sic P. Cornelius Scipio, a Q. Cæcilio Metello adoptatus, deinceps vocabatur Q. Cæcilius Metellus Scipio. C. Octavius, adoptatus a C. Julio Cæſare, dictus C. Julius Cæſar Octavius vel Octavianus. infra XLVI. p. 322. A.

§ 206. (l. 61.) ἐκ τῶν Πομπηΐου νόμων] *Poſt diem tertium*, quum Conſulatum iniiſſet Pompejus, *de legibus novis ferendis retulit, duas ex SCto promulgavit: alteram de vi, qua nominatim cædem* (P. Clodii) *in Appia via factam, & incendium curiæ, & domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit: alteram de ambitu, pœnam graviorem* (quam lege Calpurnia, ſupra XXXVI. p. 18. D. & Tullia XXXVII. p. 43. A.) *& formam judiciorum breviorem.* (unde frenos veluti impoſitos a Pompejo eloquentiæ ait Quintilianus dialogo de Oratore c. 38.) *Utraque enim lex prius teſtes dari per triduum, deinde uno die atque eodem & ab accuſatore & ab reo perorari jubebat, ita ut duæ horæ accuſatori, tres reo darentur.* Hæc Aſconius argumento in Milonianam.

§ 207. (l. 70.) ἐπαινέτας ὑπὸ τῶν κρινομένων] *Laudationem judicialem* vocat Suetonius Auguſto c. 56. Tamen Pompejus ipſe non dubitavit contra legem ſuam laudare Plancum reum, quod a Catone ipſi exprobratum notant Plutarchus in Pompejo, p. 649. & Dio infra p. 146. C.

§ 208. (l. 84.) Πλάυτιος Ὑψαῖος] Valerius Maximus IX. 5. *Cn. Pompejus quam inſolenter, qui balneo egreſſus, ante pedes ſuos proſtratum Hypſæum, ambitus reum & nobilem virum & ſibi amicum, jacentem reliquit contumelioſa voce proculcatum. Nihil enim eum aliud agere, quam ut convivium ſuum moraretur, reſpondit.* Idem refert Plutarchus p. 649. Hypſæi damnati meminit etiam Appianus II. civil. p. 442.

§ 209. (l. 89.) ἐπὶ μὲν τούτου οὐκ ἐσήχθη] Aſconius argumento Milonianæ teſtatur, Milonem poſtulatum nova lege a duobus Appiis Clodiis adoleſcentibus, itemque de ambitu ab

A.U.C.702 Pompejo III. & Q. Scipione COSS.

qua erat, major extabat. Quum vero de cæde Milonis judicaretur, judicum ſententiis damnatus eſt. Neque enim vim ullam facere poterat: ſiquidem Pompejus præſidiis per totam urbem diſpoſitis, armatis cum militibus ad judicium venerat: ac quum ea de cauſa nonnulli tumultuarentur, militibus imperabat, ut eos transverſa & plana gladiorum parte percuſſos foro expellerent. Cum illi non cederent, ſed velut per jocum icti illuderent, vulnerati etiam aliqui ſunt, ac nonnulli cæſi.

54. Ita judicum ſine turba conſeſſu facto, alii aliis de cauſis, Milo autem, cum quibusdam aliis, propter cædem Clodii damnatus eſt, quanquam Cicerone reum defendente. Quum enim orator ille Pompejum armatis militibus præter conſuetudinem in judicio adeſſe videret, animo collapſus, ac ita terrore perculſus eſt, ut nihil eorum, quæ præmeditata erant, diceret; nam brevi ac frigida oratione ægre pronunciata, finem dicendi cupide fecit. Quæ enim nunc Ciceronis, quaſi tum pro Milone habita, extat oratio, eam poſtea temporis Cicero, animo collecto, per otium ſcripſit. Ferturque Milo, in exilium actus, cum miſſam hanc ſibi a Cicerone orationem legiſſet, Ciceroni reſcripſiſſe: bene ſibi eveniſſe, quod eam ita in judicio non pronuntiaſſet: nunquam enim futurum fuiſſe, ſi hoc modo pro ſe dictum fuiſſet, tantos ut mullos ederet Maſſiliæ: (eo enim exul ſe contulerat.) Quod Milo non eo animo ſcripſit, quaſi delectaretur præſenti ſtatu, (quippe multa impetrandi reditus ſui cauſa molitus eſt) ſed Ciceronem verbis exagitans, quod quum defenſionis tempore nihil cauſæ conducibile dixiſſet, deinde inutiles orationes componeret, ſibique mitteret; quaſi vero tum aliquid ab his juvari poſſet.

55. Milo itaque ita damnatus eſt, ac præterea Rufus quoque & Plancus, ut primum magiſtratu perfuncti ſunt, multique præterea alii, propter incendium curiæ. Nec profuit Planco Pompejum habuiſſe ſui ſtudioſum, neque liber ab eodem ad judices miſſus, quo & laudatio & deprecatio pro Planci cauſa continebatur: M. enim

μα μεῖζον εἶχεν· ὑπαχθεὶς δὲ ἐπ' ἐκείνῳ ἐλάλω, μηδὲν δυνηθεὶς [x] βίαιον δρᾶσαι. ὁ γὰρ Πομπήϊος τήν τε ἄλλην πόλιν [210] διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο, καὶ ἐς τὸ δικαστήριον σὺν ὁπλίταις ἐσῆλθε. θορυβησάντων τε ἐπὶ τούτῳ τινῶν, προσέταξε τοῖς στρατιώταις ἐκδιῶξαι αὐτοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς, πλαγίοις καὶ πλατέσι τοῖς ξίφεσι παίοντας. ἐπειδή τε οὐχ ὑπεῖκον, ἀλλὰ καὶ, καθάπερ ἐν παιδιᾷ τινι πλαγιαζόμενοι ὕβριζον, καὶ ἐτρώθησάν τινες αὐτῶν, καὶ ἀπέθανον. I E

Τά τε οὖν δικαστήρια ἡσύχως ἐκ τούτων συνήγετο· καὶ ἐδικαιώθησαν ἐπί τε ἑτέροις τισὶ πολλοί, καὶ ἐπὶ τῷ τοῦ Κλωδίου φόνῳ ἄλλοι τε καὶ ὁ Μίλων, καίτοι τὸν Κικέρωνα συναγωνιστὴν ἔχων. ὁ γὰρ ῥήτωρ ἐκεῖνος, τόν τε Πομπήϊον καὶ τοὺς στρατιώτας ἐν τῷ δικαστηρίῳ παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἰδών, [211] ἐξεπλάγη καὶ καθέδεισεν· ὥστε τῶν μὲν παρεσκευασμένων μηδὲν εἰπεῖν, βραχὺ δέ τι καὶ ἀτεθνηκὸς χαλεπῶς φθεγξάμενος, ἀγαπητῶς μεταῆναι. τοῦτον γὰρ τὸν λόγον τὸν νῦν φερόμενον, ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ Μίλωνος τότε λεχθέντα, χρόνῳ ὕστερον καὶ καθ' ὁλὴν ἀναθαρσήσας ἔγραψε. καὶ δὴ καὶ τοιόνδε τι περὶ αὐτοῦ παραδέδοται· ὁ Μίλων τῷ λόγῳ πεμφθέντι οἱ ὑπ' αὐτοῦ ἐντυχών, (ἐπεφυγάδευτο γὰρ) ἀνταπέστειλε, λέγων ὅτι ἐν τύχῃ αὐτῷ ἐγένετο τὸ μὴ ταῦθ' οὕτω καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ λεχθῆναι. οὐ γὰρ ἂν τοιαύτας ἐν τῇ Μασσαλίᾳ (ἐν ᾗ καθ' φυγὴν ἦν) τριήρεις ἐθίειν, εἴπερ τι τοιοῦτον ἀπελελόγητο. τοῦτο δὲ ἔγραψεν οὐχ ὅτι τοῖς παροῦσιν ἠρέσκετο, (πολλὰ γὰρ ἐπὶ τῇ καθόδῳ ἐπετόλμησεν) ἀλλ' ἐς τὸν Κικέρωνα ἀποσκώπτων, ὅτι μηδὲν χρηστὸν ἐν τῷ τῆς ἀπολογίας καιρῷ εἰπών, ἔπειτα [212] ἀκάρπους λόγους καὶ ἐμελέτα καὶ ὃ εἶπεν αὐτῷ, ὥσπερ τι ὠφελῆσαι τότε αὐτὸν [z] δυνάμενος.

Ὅ, τε οὖν Μίλων οὕτως ἐάλω, καὶ [213] ὁ Ῥοῦφος ὅ, τε Πλάγκος, ἐπειδὴ πρῶτον ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξῆλθον, ἄλλοι τε σὺν αὐτοῖς συχνοί, διὰ τὴν τοῦ βουλευτηρίου ἔμπρησιν· καίτοι τῷ Πλάγκῳ καὶ τοῦ Πομπηΐου συσπουδάσαντος, ὥστε καὶ [214] βιβλίον, ἔπαινόν τε ἅμα αὐτοῦ καὶ ἰκετείαν ἔχον, ἐς τὸ δικαστήριον ἔπεμψεν. ὁ γὰρ Κάτων ὁ Μάρκος C

x βίαιον. βέβαιον, V.b. qui error ipſi frequens eſt, in poſterum negligendus a nobis. y ἔπεν αὐτῷ. ſcribendum ἔπεμπεν, L. z δυνάμενος. δυναμένους, ſcil. λόγους, L.

ab iisdem Appiis, & præterea de vi a Q. Petulcio & L. Cornificio: de ſodalitiis a P. Fulvio Nerato. *Poſtulatus autem erat & de ſodalitiis & de ambitu ea ſpe, quod primum judicium de vi futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant nec poſtea reſponſurum. Divinatio de ambitu accuſatorum facta eſt quæſtore A. Torquato: ibi poſtulante pro eo M. Marcello, obtinuit, ne prius cauſſam de ambitu diceret, quam de vi judicium eſſet perfectum.*

§ 210. (l. 93.) διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο] Cicero c. 1. pro Milone.

§ 211. (l. 8.) ἐξεπλάγη καὶ καθέδεισεν] Aliam cauſſam addit Aſconius: *Cicero cum inciperet dicere, exceptus eſt acclamatione Clodianorum, qui ſe continere ne metu quidem circumſtantium militum potuerunt. Itaque non ea qua ſolitus erat conſtantia dixit. Manet autem illa quoque excepta ejus* (ſed quam hodie deſideramus) *oratio. Scripſit vero hanc, quam legimus, ita perfecte, ut jure prima haberi poſſit.* Cicero longe minus elaboratas, quam deinde edidit, habuiſſe orationes arguitur a Caleno infra XLVI. p. 298. A.

§ 212. (l. 25.) ἀκάρπους λόγους] Etiam Brutus pro Milone orationem compoſuit & edidit, eodem Aſconio teſte, quamvis non egiſſet: in qua crimen ita defendit, interfici Clodium, pro Repub. fuiſſe. Sed nec hæc Bruti oratio Miloni profuit, nec Catonis tardius prolata ſententia. *Milonem reum,* inquit Vellejus II. 47. *non magis invidia facti, quam Pompeji damnavit voluntas. Quem quidem M. Cato palam lata abſolvit ſententia. Quam ſi maturius tuliſſet, non defuiſſent qui ſequerentur exemplum, probarentque eum civem occiſum, quo nemo pernicioſior Reipub. neque bonis inimicior vixerat.*

§ 213. (l. 28.) ὅ Ῥοῦφος ὅ, τε Πλάγκος] De horum tribunorum vehementi ſtudio cædem Clodianam vindicandi, dictum ſupra p. 143.

§ 214. (l. 33.) βιβλίον] Hic libellus laudes Planci continens cum in judicio prælegeretur, aures Cato obturavit, negans ſe audire poſſe Pompejum laudatione conantem prodeſſe reo, eumque judicio eripere, quod ipſe lege recens lata facere vetuerat. Narrat Plutarchus in Pompejo p. 649. & in Catone Minore p. 783. ubi pro Μουναλίῳ φλάκκῳ, legendum Μουναλίῳ Πλάγκῳ. De illa lege dictum ſupra p. 145. B.

§ 215. (l. 40.) πένθε ἑκαλέρῳ] Quinos ex ſingulis ordinibus

Μάρκος (δικάζειν δὲ ἔμελλεν) οὐκ ἔφη τὸν ἐπαινέ-
τὴν ἐπὶ τῇ τῶν ἑαυτοῦ νόμων καταλύσει προσίε-
σθαι. καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔτι τὴν ψῆφον ἔδωκεν· ὁ
D γὰρ Πλάγκος, ὥστε καὶ τὴν καθαιρήσουσαν αὐτὸν
οἴσοντα, ἐξέκρινεν· (ἐξὴν γὰρ, ἐκ τῶν Πομπηΐου
νόμων, [215] πέντε ἑκατέρῳ τῶν διαδικούντων, ἐκ τῶν
δικάσειν σφίσι μελλόντων, ἀπολέγειν·) οἱ μέντοι
ἄλλοι δικασταὶ καταψηφίσαντο αὐτοῦ. ὅτε γὰρ
ἄλλως ὀρθῶς ἔχειν ἔδοξε σφίσι, τοῦ Ῥούφου
καταγνωσόμενον, ἐκεῖνον ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κρινόμε-
νον ἀφεῖναι· καὶ ἐπειδὴ τὸν Πομπήϊον συναιρό-
μενόν σι εἶδον, ἀντεσπούδασαν αὐτῷ· μὴ καὶ
δοῦλοί τινες ἄντικρυς αὐτοῦ μᾶλλον ἢ δικασταὶ
E νομισθῶσιν εἶναι. καίπερ καὶ τότε ὁ Κικέρων
οὐδὲν βέλτιον [216] τοῦ Πλάγκου κατηγόρησεν,
ἢ ὑπὲρ τοῦ Μίλωνος ἀπελογήσατο. ἥ τε γὰρ
τοῦ δικαστηρίου ὄψις ἡ αὐτὴ ἦν, καὶ ὁ Πομ-
πήϊος ἐν ἑκατέρῳ ταὐναντία οἱ καὶ ἐβουλεύετο καὶ
ἔπραττεν· ὅθεν οὐχ ἥκιστα ἄντικρυς αὐτῷ προσέ-
κρουσε.

Ταῦτά τε οὖν ἅμα διώκει, καὶ τὸν πε-
ρὶ τῶν ἀρχαιρεσιῶν νόμον, τὸν κελεύοντα τοὺς
147 ἀρχήν τινα ἐπαγγέλλοντας, ἐς τὴν ἐκκλησίαν
πάντως ἀπαντᾶν, ὥστε [217] μηδένα ἀπόντα αἱ-
ρεῖσθαι, παρημελημένον πως ἀνενεώσατο· [218] τό
τε δόγμα τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν γενόμενον,
ὥστε τοὺς ἄρξαντας ἐν τῇ πόλει, μὴ πρότε-
ρον [a] ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας, πρὶν πέντε ἔτη
παρελθεῖν, κληροῦσθαι, ἐπεκύρωσεν. οὐδ' ἠ-
σχύνθη μὲν τότε τοιαῦτα γράψας, ὕστερον δὲ
οὐ πολλῷ αὐτός τε τὴν Ἰβηρίαν [219] ἐς πέν-
τε ἄλλα ἔτη λαβών, καὶ τῷ [220] Καίσαρι
καὶ ἀπόντι (οἱ γὰρ φίλοι αὐτοῦ δεινῶς ἠγα-
B νάκτουν) αἰτῆσαι τὴν ὑπατείαν, ὥσπερ ἐψή-
φισο, δούς. [aa] προσέγραψε μὲν γὰρ τῷ
νόμῳ, τὸ μόνοις αὐτὸ ἐξεῖναι ποιεῖν, οἷς ἂν
ὀνομασί τε καὶ ἄντικρυς ἐπιτραπῇ. διέφερε
δ' οὐδὲν τοῦτο τοῦ μηδ' ἀρχὴν κεκωλύσθαι.
πάντως γὰρ [b] ὅ τι δυνάμενοι, καὶ ἐκεῖνο ψη-
φισθῆναι σφίσι διαπράξασθαι ἔμελλον. ὁ μὲν οὖν
Πομπήϊος τοιαῦτα ἐπεπολίτευτο.

Ὁ δὲ δὴ Σκιπίων οὔτε ἐνομοθέτησέ τι, καὶ τὰ
πρὸς τοῦ Κλωδίου [221] περὶ τῶν τιμητῶν γραφέντα
κατέλυσε. καὶ ἔδοξε μὲν τὴν ἐκείνων χάριν τοῦτο
πεποιηκέναι,

enim Cato qui de causa cogniturus erat, negavit, se laudatorem hunc contra illius ipsius leges admissurum. Cato quidem suffragium de ea causa non tulit, quod lege ejusdem Pompeji, cum actori, tum reo licebat, quinque ex judicum numero, si quos contra se aperte sententiam dicturos opinione præciperet, eximere: idque de Catone sentiens Plancus, ex judicibus eum exemerat: tamen reliquorum sententiis Plancus damnatus est. Nam & iniquum videbatur, Rufo damnato, Plancum, cujus eadem erat causa, absolvi: & vel ideo, quia Pompejus pro Planco gratia certabat, opponere se ei volebant, ne palam servi ejus potius, quam judices haberentur. Enim vero Cicero tum quoque nihilo dexterius Plancum accusavit, quam defenderat Milonem: quia & judicii eadem erat, quæ tum, facies; & in utraque causa Pompejum habebat voluntate atque re ipsa sibi resistentem: quem ideo non mediocriter iterum offendebat. A.U.C. 702 Pompejo III. & Q. Scipione COSS.

56. Verum non modo judiciorum formam restituit Pompejus, sed & legem de comitiis, quæ jubet, ut magistratum aliquem ambientes ad ipsa omnino comitia præsto sint, neque ullius absentis ratio habeatur, neglectam quodammodo renovavit: & senatusconsultum paulo prius factum, ut qui in urbe magistratus gessissent, externas provincias ante quinti anni exitum ne sortirentur, confirmavit. Nec vero puduit Pompejum, qui tum ea promulgaverat, ipsum Hispaniæ imperium in aliud quinquennium paulo post accipere: & Cæsari, cujus amici indignissime has leges ferebant, absenti quoque consulatus petendi potestatem eodem decreto concedere. Adjecerat enim hoc legi, solis iis petere absentibus licere, quibus nominatim atque aperte id permitteretur: quod nihilo melius erat, quam si ne prohibitum quidem omnino fuisset: quod hi, qui potentiam obtinerent, haud dubie effecturi erant, ut sibi hoc decreto indulgeretur. Atque ita tum Pompejus in republica administranda versatus est.

57. Scipio neque legem ullam tulit, quin & ea quæ de censoribus erant a Clodio statuta, abrogavit, iisque pristinam potestatem reddidit: quod quum

a ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας. præpositio ἐς abundat, X. *aa* προσέγραψε. προὐγραψε, V. a. *b* vulgo, ὅτι δυνάμενοι. ὅ τι δυνάμενοι, X. quod recepi.

bus accusator, totidemque reus rejiceret: hoc est senatores quinque, totidemque equites & quinque tribunos ærarios, ita ut ex propositis trecentis, cum sortitio judicum unius & octoginta esset facta, relinquerentur unus & quinquaginta. vide Asconium in Argumento Milonianæ.

§ 216. (l. 49.) τοῦ Πλάγκου καταγόρησεν] Hæc Ciceronis in T. Munatium Plancum oratio jam pridem intercidit.

§ 217. (l. 58.) μηδένα ἀπόντα] Duo hæc ad securitatem libertatis a longo tempore prudenter constituta, & per longum tempus servata erant sanctissime, ut nemini qui cum imperio esset, absenti liceret magistratum Romæ petere, nemini nisi dimisso exercitu & imperio abdicato urbem intrare fas esset. Sed Cæsar, ut narrat Suetonius Cæsare c. 26. & Appian. II. civil. p. 442. per tribunos egerat, ut absentis etiam ratio haberetur, idque impetraverat, Pompejo si non suadente, ut Dio supra p. 144. D. scripsit, saltim concedente, & non iniquum esse ajente, ut est apud Plutarchum Pompejo p. 649. Catoni autem deinde hoc oppugnanti cessit, & manus dedit, ut ab eodem Plutarcho est memoriæ proditum. M. Marcello tamen provinciam Cæsari eripienti ante tempus, obstitit, ut præter Appianum p. 443. & Plutarchum, Cicero VIII. 3. ad Attic.

§ 218. (l. 59.) τό τε δόγμα] Hujus SCti mentio p. 134. D. & 142. B. quod confirmavit etiam deinde Augustus, infra LIII. p. 505. C.

§ 219. (l. 65.) ἐς πέντε ἄλλα ἔτη] De priore quinquennio, quod lege Trebonia Pompejo concessum, vide XXXIX. p. 105. E. Pro altero quinquennio ἄλλην τελεσείαν memorat Plutarchus Pompejo, p. 649.

§ 220. (l. 66.) Καίσαρι δοὺς] Paulo aliter Suetonius Cæsare c. 28. *Acciderat, ut Pompejus legem de jure magistratuum ferens, eo capite quo a petitione honorum absentes submovebat, ne Cæsarem quidem exciperet per oblivionem, ac mox lege jam in æs incisa & in ærarium condita corrigeret errorem.* Cic. VIII. 3. ad Atticum: *Pompejus contendit, ut decem tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua; Marcoque Marcello consuli, finienti provincias Gallias, restitit.* vide & Florum IV. 2. 16. Cæsarem ipsum lib. II. c. 32. Ciceron. Philipp. II. 10.

§ 221. (l. 77.) περὶ τῶν τιμητῶν] Clodius in tribunatu suo

A.U.C.702 Pompejo III. & Q. Scipione COSS.

quum in eorum gratiam factum videretur, tamen in contrariam partem vertit. Quum enim & in equestri, & in senatorio ordine, multi nullius pretii homines essent, quamdiu censoribus nullum ex his neque accusatum, neque damnatum loco movere permissum erat, vitio quoque ipsis dari non potuit, si homines improbi ex catalogo non expungerentur. At postquam censores pristinam suam potentiam (qua ipsi per se in cujusque vitam inquirendi, meritosque infamia notandi jus habebant) recuperaverunt: neque offendere multos ausi sunt, neque in reprehensionem incurrere voluerunt, quasi minus idoneos loco non moverent. Itaque nemo prudens vir censuram amplius petiit. Et hæc quidem de censoribus fuere decreta.

58. Cæterum Cato, quamvis nullum alioquin ipse magistratum desiderabat, quia tamen Cæsarem Pompejumque auctos supra Reipublicæ conditionem videbat: conjecturaque colligebat fore, ut aut simul summam rerum invaderent, aut inter se dissidentes maximam seditionem excitarent, quique ex iis vicisset, solus rerum potiretur: statuit, potentiam eorum, antequam ad certamen descenderent, destruere: itaque, quum privatum se nihil obtenturum videret, consulatum animo adversus eos inimico petiit. Quia vero a Cæsaris Pompejique fautoribus animadvertebatur, hoc eum moliri, consul factus non est: sed M. Marcellus & Sulpicius Rufus coss. creati sunt, hic ob legum peritiam, alter ob eloquentiam: idque eo magis, quod non largitionibus aut vi, sed demulcendis omnibus compellandisque, eam dignitatem petierant. Cato neque ullum demereri voluit, & in posterum petitione consulatus abstinuit; quod diceret, viri boni esse, administrationem reipublicæ, si qui ipso uti vellent, non subterfugere; neque tamen eam ultra, quam conveniret, expetere.

A.U.C.703 M. Marcello & Sulp. Rufo COSS.

59. At Marcellus, qui Pompeji partes sequebatur, confestim omnia ad deprimendum Cæsarem agitabat: ac cum de aliis contra eum multis ad senatum referebat, tum ut ante legitimum tempus ei successor mitteretur. Marcello & Sulpicius & tribuni nonnulli restiterunt: hi, quia Cæsari

πεποιηκέναι, ἐπειδὴ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῖς, ἣν καὶ περὶν εἶχον, ἀπέδωκε· περιέστη δὲ ἐς τοὐναντίον. c ὑπὸ γὰρ τοὺς πολλοὺς ἔν τε τῇ ἱππάδι καὶ ἐν τῷ βουλευτικῷ c φλαύρους ἄνδρας εἶναι, τέως μὲν μηδένα μήτε καταγορηθέντα μήθ' ἁλόντα διαγράψαι σφίσιν ἐξῆν, οὐδεμίαν τῶν οὐκ ἀπαλειφομένων αἰτίαν εἶχον. ἀπολαβόντες δὲ τὴν ἀρχαίαν ἰσχύν, (ὑφ' ἧς αὐτοῖς καὶ καθ' ἑαυτοὺς τὸν ἑκάστου βίον ἐξετάζουσι τοῦτο ποιεῖν ἐδέδοτο) οὔτε πολλοῖς προσκρούειν ὑπέμενον, οὔτ' ἂν ἐν μέμψει τινί, ὡς μὴ διαγράφοντες τοὺς οὐκ ἐπιτηδείους, γίγνεσθαι ἤθελον. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐφίετο ἔτι τῆς ἀρχῆς [222] τῶν ἐμφρόνων οὐδὲ εἷς. περὶ μὲν δὴ d τοὺς τιμητὰς ταῦτ' ἐψηφίσθη.

Ὁ δὲ δὴ Κάτων ἄλλως μὲν οὐδεμιᾶς ἀρχῆς ἐδεῖτο· ἰδὼν δὲ τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Πομπήϊον ὑπὲρ τὴν καταίσασιν τῆς πολιτείας αὐξανομένους, καὶ ὑποτοπήσας ἤτοι καὶ ἀμφοτέρους σφᾶς τὰ πράγματα ἔξειν, ἢ καὶ, διενεχθέντας ἀλλήλοις, σάσιν τε μεγίστην ποιήσειν, καὶ τὸν κρατήσαντα αὐτῶν μοναρχήσειν· ἠθέλησε μὲν σφᾶς, πρὶν αὐτὼ ἀγωνίσασθαι, καταλῦσαι, καὶ [223] τὴν ὑπατείαν ἐπ' αὐτοὺς ἤτησεν, ἐπειδήπερ ἰδιωτεύων οὐδὲν ἰσχύειν ἔμελλεν. ὑποπτευθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν τὰ ἐκείνων πρατόντων τοιοῦτόν τι δράσειν, οὐκ ἀπεδείχθη. ἀλλ' ὅ, τε Μάρκελλος ὁ Μάρκος, [224] καὶ ὁ Ῥοῦφος ὁ Σουλπίκιος, ὁ μὲν, διὰ τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν, ὁ δὲ, διὰ τὴν τῶν λόγων δύναμιν, e διηρέθησαν· ἄλλως τε καὶ ὅτι αὐτοὶ μὲν, f εἰ καὶ μὴ χρήμασιν, ἢ βιαίῳ τινὶ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ τε θεραπείᾳ καὶ τῇ παρακλήσει πολλῇ πρὸς πάντας ἐχρήσαντο. ὁ δὲ δὴ Κάτων οὐδένα αὐτῶν ἐθεράπευσε. καὶ ὁ μὲν οὐκέτ' ἄὐθις τῆς ἀρχῆς ἀνεποιήσατο, λέγων ἀγαθοῦ ἀνδρὸς εἶναι ἔργον, μήτ' ἀποδιδράσκειν τὴν προσασίαν τῶν κοινῶν, ἂν γέ τινες χρῆσθαι αὐτῷ ἐθελήσωσι, μήθ' ὑπὲρ τὸ προσῆκον αὐτῆς ἐφίεσθαι.

Μάρκελλος δὲ σφάντ' εὐθὺς, ἐπὶ τῇ τοῦ Καίσαρος καταλύσει, (τῆς γὰρ τοῦ Πομπηΐου μερίδος ἦν) ἔπραττε· καὶ ἄλλα τε ἐπ' αὐτῷ πολλὰ, καὶ [225] ὥστε καὶ διάδοχόν οἱ ἤδη πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου προφθῆναι, ἐσηγήσατο. καὶ αὐτῷ ὅ, τε [226] Σουλπίκιος καὶ τῶν δημάρχων τινὲς ἀντέπραξαν· οὗτοι

c ὑπὸ γὰρ τοὺς πολλοὺς. ὑπὸ γὰρ τοῦ πολλοὺς, & deinde φλαύρους, pro φλαῦρα. X. φλαύρους comprobat V. a. d τοὺς τιμητὰς. τὰς τιμὰς, V. b. quasi summatim ad præcedentes leges omnes de magistratibus referretur. e διηρέθησαν. ἠρέθησαν, X. f ἀ καὶ μὴ χρήμασιν. μὴ ex Cod. Med. ap. Gronov. p. 146. additum. deesse negationem viderant viri docti. unde οὐ καὶ χρήμ. X. οὔτε χρήμ. L.

suo legem tulerat, ne censores quenquam magistratu moverent aut notarent ignominia, nisi Senatus & Equitum judicio convictum. supra XXXVIII. p. 66. D.

§ 222. (l. 91.) τῶν ἐμφρόνων οὐδὲ ἕς] Hinc L. Pisonem invitum Censuram gessisse tradit, p. 150. B.

§ 223. (l. 1.) τὴν ὑπατείαν ἤτησεν] Plutarchus Catone minore, p. 783.

§ 224. (l. 5.) καὶ ὁ Ῥοῦφος ὁ Σουλπίκιος] Hic est Servius Sulpicius Rufus, qui superiore anno interrex Consulem Pompejum creaverat, teste Asconio & Plutarcho in Pompejo p. 648. Mamertinus c. 20. Panegyrici in Julian. *Juris civilis scientia, quæ Manlios, Scævolas, Servios in amplissimam gradum dignitatis evexit.*

§ 225. (l. 20.) ὥστε καὶ διάδοχόν οἱ] Suetonius Cæsare c. 28. *M. Claudius Marcellus Consul edicto præfatus de summa se republica acturum, retulit ad Senatum, ut Cæsari succederetur ante tempus, quoniam bello confecto pax esset: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompejus postea abrogasset. Nec contentus, provincias Cæsari & privilegium* (ut absentis ratio haberetur in Consulatus petitione) *eripere, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatiniana Novumcomum deduxisset, civitas adimeretur, quod per ambitionem & ultra præscriptum data esset.* vide etiam Appian. II. civil. p. 443. & Plutarchum Cæsare p. 722. & Pompejo p. 650. ubi addit de Marcello, latronem appellasse Cæsarem, & ni arma poneret hostem declarandum censuisse. Quod vero hunc Marcellum Cæsari affinem & ἐξ ἐπιγαμίας προσήκοντα affirmat Dio, pertinet ad Octaviam Augusti sororem, quæ C. Marcello nupsit. vide Jo. Glandorpii Onomasticon Romanum p. 54. sq.

§ 226. (l. 22.) Σουλπίκιος καὶ τῶν δημάρχων τινὲς] Suetonius c. 29. *Commotus his Cæsar, summa ope restitit, partim per intercessores tribunos, partim per Servium Sulpicium alterum Consulem.*

§ 227. (l. 31.) οὐδὲ ἑαυτῷ ἀρέσκειν] Apud Plutarchum p. 649. Pompejus litteras se Cæsaris habere demonstravit, quibus peteret ille successorem, & dimittere exercitum velle se testaretur.

Par

ὀυ]οι μὲν, τῇ πρὸς τὸν Καίσαρα χάρι]ι· ἐκεῖνος δ' αὐ]οῖς ἐκοινώσα]ο, καὶ ὅτι τοῖς πολλοῖς οὐκ ἠρέσκε]ο, τινὰ με]αξὺ ἄρχον]α μηδὲν ἠδικηκότα παυ-
C θῆναι. μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Πομπήϊος (ἀπῆρε μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἄστεος ὡς καὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν στρα]εύσων, οὐ μὴν οὐδὲ τότε ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐξεχώρησεν, ἀλλὰ τοῖς ὑποστρα]ήγοις πάν]α τὰ ἐκεῖ προστάξας, αὐ]ὸς τῇ πόλει ἐφήδρευε) τὸ μὲν δὴ τὸν Καίσαρα τῆς ἡγεμονίας παραλυθῆναι, [227] οὐδὲ ἑαυ-
D τῷ ἀρέσκειν ἐπλάτ]ε· ἔπρατ]ε δ' ὅπως, ὅταν τὸν δεδομένον οἱ χρόνον διαπράξῃ, (τοῦτο δὲ οὐκ ἐς μακρὰν, ἀλλ' εὐθὺς ἐν τῷ ὑστέρῳ ἔτει γενήσεσθαι ἔμελλε) τά τε ὅπλα κα]άθη]αι, καὶ ἰδιω]ευσων οἴκαδε ἐπανέλθῃ. καὶ διὰ τοῦτο Γάϊόν τε [g] Μάρκελλον, ἀνεψιὸν, ἢ καὶ ἀδελφὸν ([228] λέγε]αι γὰρ ἑκάτερον) ὑπα]εῦσαι, ἐπειδὴ τῷ Καίσαρι, καίπερ ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων, ἐχθρὸς ἦν, καὶ τὸν [229] Κουρίωνα τὸν Γάϊον, δι' ἔχθρας καὶ αὐ]ὸν ἐκ παλαιοῦ οἱ ὄν]α, δημαρχῆσαι ἐποίησεν.

fari cupiebant: ille, tum hac ipſa de cauſa, tum quia plerisque non probabatur, imperium cuiquam abrogari, antequam ejus tempus exiſſet, nullo ejus extante delicto. Hæc ubi Pompejus cognovit, (qui Roma profectus erat, tanquam in Hiſpaniam cum exercitu iturus, necdum tamen Italia exceſſerat, ſed legatis omni re Hiſpanienſi commiſſa, ipſe iis quæ Romæ agerentur, intentus ſubſtiterat) ſimulavit ſibi quoque non probari, ut imperio Cæſar ſpoliaretur. Hoc autem egit, ut Cæſar, ſimulatque tempus ei conſtitutum exiviſſet, (id non diu poſt, ſed ſtatim inſequenti futurum erat anno) depoſitis armis, privatus domum redire juberetur. Id ut efficeret, C. Marcellum conſobrinum, vel ſi mavis, fratrem M. Marcelli, (utrumque enim fertur) Cæſaris affinem quidem, ſed inimicum, ad conſulatum evexit: itemque C. Curionem, qui jampridem Cæſarem oderat, ad tribunatum promovit.

A.C.U.703 M. Marcello & Sulpicio RufoCOSS.

A.U.C.704 C. Marcello & L. Paulo COSS.

'Ο οὖν Καῖσαρ, μήτ' ἄλλως ὑπομένων ἔκ τε τηλικαύτης καὶ ἐκ χρονίου ἡγεμονίας ἰδιω]εῦσαι, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γένη-
E ται, παρεσκευάζε]ο ὡς καὶ ἀκόν]ων αὐ]ῶν ἐν τῇ ἀρχῇ ἐμμενῶν· καὶ στρα]ιώτας προσκα]ελέγε]ο, καὶ χρήμα]α ἠθροίζε]ο, ὅπλα τε ἐποίει, καὶ καθ' ἡδονὴν πᾶσιν ἡγεῖτο. κἀν τούτῳ καὶ τὰ οἴκοι τρόπον τινὰ, τοῦ μὴ πάντῃ βίᾳ, ἀλλὰ καὶ πειθοῖ πρά]ειν δοκεῖν, προδιοικήσασθαι ἐθελήσας, ἔγνω [b] συλλεγῆναι τῷ Κουρίωνι. τοῦ τε γὰρ τῶν Κουριώνων γένους ἦν, καὶ τὴν γνώμην ὀξὺς, εἰπεῖν τε δεινὸς, τῷ τε πλήθει πιθανώτα]ος, καὶ χρημάτων ἐς τὰ πάν]α ἁπλῶς, ἐξ ὧν ἢ αὐ]ός
149 τι πλεονεκ]ήσειν, ἢ καὶ ἑτέρῳ διαπράξειν ἤλπιζεν, ἀφειδέσ]α]ος. καὶ αὐ]ὸν μὲν πολλὰ ἐπελπίσας, [230] πάν]ων δὲ τῶν ὀφειλημάτων, συχνῶν, διὰ τὸ πολλὰ δαπανᾶσθαι, ὄν]ων, ἀπαλλάξας, ἀνήρ]ήσα]ο. πρὸς γὰρ τὴν παρο]σαν ὧν ἔπρατ]ε σπουδὴν ὅ]ε [i γὰρ] ἀργυρίου, ἅτε καὶ ἐξ αὐ]ῶν ἐκείνων ἀργυρολογῶν, ἐφείδε]ο, καὶ προσυπισχνεῖ]ό τισι παμπληθῆ, ὧν οὐδὲ πολλοσὸν μέρος δώσειν ἔμελλε. καὶ [231] οὐ μόνον γε τοὺς ἐλευθέρους, ἀλλὰ

60. Cæſar, alioquin difficulter paſſurus, ut ex tanto tamque diuturno imperio redigeretur ad privatam vitam, quum præterea vereretur ne, eo facto, in inimicorum poteſtate eſſet futurus; ita ſe comparavit, ut vel invitis illis imperium retinere velle videretur. Itaque & novos milites ſcripſit, & pecunias confecit, & arma paravit, deditque operam ut ſuum imperium omnibus acceptum eſſet. Interea res urbanas quoque aliquo modo ad ſuum commodum præparandas putans, ita ut ne vi omnia, ſed perſuadendo etiam agere videri poſſet, cum Curione in gratiam redire ſtatuit, qui ex Curionum genere ortus, animo erat perſpicaci, vique dicendi præditus magna, atque multitudini valde gratus: utque vel ipſe primas in aliqua re obtineret, vel alios in ſimili cauſa juvaret, nullis etiam pecuniarum profuſionibus ſolebat parcere. Eum ad magnas ſpes erectum Cæſar, omnique ære alieno, quo ingenti ob magnam prodigentiam obſtrictus erat, liberatum ſibi adjunxit. Nam ad id, quod nunc agebat, obtinendum, nullis omnino pecuniarum impenſis Cæſar temperabat: quippe ex ea re confecta ſatis ad ſe argenti rediturum ſciens: multis etiam plurima pollicitus, quorum ne minimam quidem

g Μάρκελλον ἀνεψιὸν. Μάρκελλον Μάρκου ἀνεψιὸν, L. γὰρ abundat, X. L. post nonnulla οὐ μόνον τε, RS. b συλλεγῆναι. forte συναλλαγῆναι. i ὅ]ε γὰρ ἀργυρίου. melius οὐ μόνον γε ceteri.

Par eſſe tamen, comitiis Conſularibus abſentis habere rationem. Præclara vox Ciceronis, quam ipſe memorat Philippica II. 10. *utinam, Pompei, cum Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes.* Sed Pompejus potentiæ Cæſaris, quam ipſe ſupra modum auxerat, ſero adverſatus cum tota Repub. ſuccubuit.

§ 228. (l. 37.) λέγε]αι γὰρ ἑκάτερον] Apud Suetonium c. 29. C. Marcellus dicitur Marc. Marcelli *frater patruelis*, ita vero vocatur qui ex patris fratre eſt genitus. Incertum porro an hoc Dio ſecus intellexerit, an legerit *frater vel patruelis*. Apud Appianum eſt ἀνεψιὸς τοῦ πρόσθεν Μαρκέλλου. lib. II. civil. p 443. vide Jo. Glandorpii Onomaſticon Romanum. p. 232. & Cl. Perizonii Anim. Hiſt. p. 396.

§ 229. (l. 40.) Κουρίωνα τὸν Γάϊον] De hoc idem Glandorpius p. 770. ſq. & quæ ad Suetonii Cæſarem c. 29. viri docti, ubi *violentiſſimus tribunorum* hic C. Curio (Curionis Oratoris filius) appellatur.

§ 230. (l. 58.) πάν]ων τῶν ὀφειλημάτων] *Sexcenties ſeſtertium æris alieni* contraxiſſe narrat Valerius Maximus IX. 1. 6. hoc eſt plus quam centum & quinquaginta thalerorum millia. Centies ſeſtertium a Cæſare accepiſſe legitur apud Vellejum lib. II. c. 48. ubi ſexcenties reponunt viri docti, ſiquidem & Plutarchus in Cæſare p. 722. & Pompejo p. 650. & Appianus II. civil. p. 443. *mille & quingentorum talentorum* faciunt mentionem, quæ in Paulum Æmilium Conſulem Cæſar profuderit, majorem etiam ſummam in Curionem impendiſſe teſtati, qui propterea maximam & flagrantiſſimam facem bello civili ſubjeciſſe ab eodem Vellejo traditur, *vir nobilis, eloquens, audax, ſuæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo ingenioſiſſime nequam, & facundus malo publico.* De hoc Gallorum capto ſpoliis & Cæſaris auro, Lucanus IV. ult.

——— *emere omnes, hic vendidit urbem.*
Vox quondam populi, libertatemque tueri
Auſus venali Curio lingua.

Id. I. 269. De hujus interitu Dio infra XLI. p. 172. ſq.

§ 231. (l. 65.) οὐ μόνον γε τοὺς ἐλευθέρους] Conferendus Suetonius in Cæſare c. 27.

A.U.C.704 C. Marcello & L. Paulo COSS.

quidem partem dare cogitabat. Itaque non ingenuos tantùm, ſed ſervos quoque, ſi quos aliquid apud dominos ſuos poſſe intelligebat, demerebatur: qua ex cauſa plurimi equeſtris juxta ac ſenatoriæ dignitatis viri cum Cæſare faciebant.

61. Curio, etſi Cæſaris jam rebus ſtudebat, non tamen confeſtim id præ ſe tulit: occaſionem prius honeſtam quærens, ut non ultro, ſed coactus ad eum tranſiviſſe videretur. Hoc quoque exiſtimabat, quanto diutius Cæſaris inimicis, velut cum ipſis faciens, adeſſet; tanto ſe & plura & majora eorum ſecreta poſſe perdiſcere. His de cauſis diutiſſime ſua conſilia texit: ac, ne quam de ſe ſuſpicionem animi immutati præberet, quaſi non inter primos omnia Cæſari contraria tunc quoque ſentiret ac diceret: jam inde ab initio ſui tribunatus concionabatur in eum, multasque abſurdas rogationes ferebat, nonnullas etiam contra ſenatum, & potentiſſimos ex ſenatu, qui Pompejo maxime ſtudebant: non quod aut vellet, aut putaret aliquam harum ratam futuram, ſed ut ipſis repudiatis, neque contra Cæſarem quidquam decerneretur, (multa enim contra eum jam conſcripta erant) ipſeque hanc ad eundem tranſeundi occaſionem haberet.

62. Hinc, quum multum temporis aliis aliisque confictis cauſis, quarum nulla omnino decerni poterat, conſumpſiſſet; indigne ſe id ferre ſimulans, petiit ut alius menſis ad eas leges tandem perferendas intercalaretur. Ea intercalatio uſurpabatur, quotiescunque id res exigebat, tum vero cur id fieret nihil erat, id quod Curionem ipſum, quippe pontificem, minime fugiebat: verumtamen opus eſſe intercalatione contendebat, collegasque pontifices, certe clamore, eo adegit. Quum ut ſibi aſſentirentur, perſuadere non poſſet, (ſicut nec cupiebat) aliam quoque rem nullam decerni paſſus eſt: jamque aperte Cæſaris cauſam defendens, quod diu contra eum fruſtra contendiſſet, omnia ea, quæ approbatum iri nequaquam putabat, obtendit: idque præcipue voluit, ut aut omnes, qui in armis eſſent, iis poſitis, exercitus dimitterent: aut ne Cæſar quidem ſuis copiis nudatus, adverſariorum potentiæ objiceretur.

ἀλλὰ καὶ τοὺς δούλους, τούς τι καὶ ὁπωσοῦν παρὰ τοῖς δεσπόταις σφῶν δυναμένους, [k] ἐθεράπευε· καὶ συχνοὶ αὐτῷ καὶ ἐκ τούτου καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν ὑπῆρξαν.

Ὁ δ' οὖν Κουρίων ἐφρόνησε μὲν τὰ τοῦ Καίσαρος, οὐ μέντοι καὶ παραχρῆμα [232] φανερῶς αὐτὰ πράττειν ἤρξατο. πρόφασίν τε γὰρ εὐπρεπῆ, τοῦ μὴ καὶ ἑκών, ἀλλ' ἀναγκαθεὶς δὴ μεθεσηκέναι δόξαι, ἐζήτει· καὶ ἐνόμισεν, ὡς ἂν ἐπὶ πλεῖον τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ, ὡς καὶ φίλος σφῶν, συγγένηται, καὶ πλείω καὶ μείζω τῶν ἀποῤῥήτων αὐτῶν μαθήσεσθαι. διὸ οὖν ταῦτα ἐπὶ μακρότατόν τε ἐπεκρύψατο· καὶ ὅπως μηδένα τρόπον ὑποπτευθῇ, μεταβεβλῆσθαί τε, [l] καὶ οὐκ ἀνὰ πρώτους καὶ πάντα τὰ ἐναντία τῷ Καίσαρι καὶ τότε ἔτι καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν· καὶ ἐδημηγόρει κατ' αὐτοῦ, ἀφ' οὗ γε καὶ δημαρχεῖν ἤρξατο, καὶ ἐσηγεῖτο πολλὰ καὶ ἄτοπα. καί τινα καὶ ἐπὶ τῇ βουλῇ, τοῖς τε δυνατωτάτοις σφῶν, οἵπερ που [m] καὶ καλὰ τοῦ Πομπηΐου μάλιστα ἔπραττον, ἔγραφεν. οὐχ ὅτι καὶ ἤθελεν, ἢ καὶ ἤλπιζέ τι αὐτῶν γνώσεσθαι, ἀλλ' ἵνα μὴ προσδεχομένων, μήτε καλά τοῦ Καίσαρός τι ψηφισθείη, (πολλὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ὑπὸ πολλῶν ἐγράφετο) καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ μεταισθάνηται.

Συχνὸν οὖν ἐκ τούτου χρόνον ἄλλοτε ἄλλαις σκήψεσιν, ὥστε μηδὲν αὐτῶν τοπαράπαν κυρωθῆναι, καταῤῥήψας, ἀγανακτεῖν τε προσεποιεῖτο, καὶ ἠξίου [233] μῆνα ἄλλον πρὸς τὰς [n ἀπ'] αὐτῶν δὴ νομοθεσίας ἐπεμβληθῆναι. τοῦτο δὲ ἐγίγνετο μὲν ὁσάκις γε καὶ καθῆκον ἦν, οὐ μέντοι [o] καὶ ἐκεῖνο συνέβαινεν, ὥσπερ που καὶ αὐτὸς, ἅτε πονηφιξῶν, ἠπίστατο. [p] ὅμως δ' οὐδὲν, δεῖν τε αὐτὸ γενέσθαι ἔλεγε, καὶ τοὺς συνιερέας ὅσον ἀπὸ βοῆς ἐξεβιάζετο· καὶ τέλος, [234] μὴ δυνηθεὶς αὐτοὺς πεῖσαι συγκαταθέσθαι οἱ, (ὥσπερ οὐδὲ ἐβούλετο) οὐδ' ἄλλο τι διὰ τοῦτο ψηφισθῆναι ἐπέτρεψεν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ ἤδη τὰ τοῦ Καίσαρος διαδικαιῶν, ἐπειδὴ μηδὲν κατ' αὐτοῦ δῆθεν ἠδυνήθη ποιήσας, πᾶν ὅ, τί ποτε ἐνεδέχετο οὐ δεχθῆναι προσέχετο· καὶ μάλιστ', [235] ὅτι πάντας τοὺς τὰ ὅπλα ἔχοντας, ταῦτά τε καταθέσθαι, καὶ τὰ στρατόπεδα διαλῦσαι χρὴ, ἢ μηδ' ἐκεῖνον ψιλώσαντας [q] αὐτῶν ταῖς δυνάμεσι ταῖς τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐνδοῦναι.

k ἐθεράπευε. ἐθεράπευσε, V. a. l καὶ οὐκ ἀνὰ πρώτους. locus mancus in Græco, X. m καὶ καλὰ τοῦ Πομπηΐου. ſenſus demonſtrat, legendum, καὶ τὰ τοῦ Πομπηΐου, X. n ἀπ' αὐτῶν. particula ἀπ' expungenda, X. o καὶ ἐκεῖνο. κατ' ἐκεῖνο, X. p ὅμως δ' οὐδὲν δεῖν. forte οὐδενὸς ἧττον δεῖν, X. ſed hæc vitioſe redundant. ego ſimpliciter reſtituo: ὅμως δὲ δεῖν, L. q ψιλώσαντας αὐτῶν. vulgo αὐτὸν. ſed nimis aperta Leunclavii emendatio, quam ut periculum in ea recipienda eſſet. ſic p. 141. C. τῶν στρατιωτῶν ψιλωθεὶς. ergo refer & hic ad ὅπλων & στρατοπέδων.

§ 232. (l. 73.) φανερῶς] Velleius II. 48. de Curione: *Hic primo pro Pompeji partibus, id eſt ut tunc habebatur, pro Republica: mox ſimulatione contra Pompejum & Cæſarem, ſed animo pro Cæſare ſtetit — Ad ultimum ſaluberrimas & coaleſcentis conditiones pacis, quas & Cæſar juſtiſſimo animo poſtulabat, & Pompejus æquo recipiebat, diſcuſſit ac rupit, unice cavente Cicerone concordiæ publicæ.* Conf. M. Cœlii ad Ciceronem Epiſtolas VIII. 4. 5. 6. & Appianum II. civilium p. 443. ſq. ubi ait Curionem petiiſſe ſibi præfecturam muniendarum viarum in quinquennium, ut contra nitentibus Pompejanis offenſæ occaſionem capere poſſet. Apud Julium Celſum p. 131. *animoſiſſimum atque eloquentiſſimum e collegio tribunorum Cajum Ciceronem* (lege *Curionem*.)

§ 233. (l. 95.) μῆνα ἄλλον] Pontificibus datum erat negotium intercalandi dies vel menſes, eorumque arbitrio tota hæc ratio permiſſa, qui illa ad odium ſæpe, vel gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret diutiusve fungeretur, vel ob alias ejusmodi rationes pro libidine abutebantur, ut ex Cenſorini c. 20. Solini c. 1. Macrobii I. 13. Sat. & Ammiani XX. 1. teſtimoniis docuit Philippus Munckerus lib. I. de intercalatione c. 7. *Menſis intercalarii* meminit Aſconius, argumento in Milonianam, teſtatus illo Conſulem ab interrege creatum Pompejum. Et in Ciceronis Epiſtolis VI. 14. ad diverſos. & Oratione pro Quinctio, c. 25. *Calendarum intercalarium* mentio.

§ 234. (l. 1.) μὴ δυνηθεὶς αὐτοὺς πεῖσαι] M. Cœlius lib. VIII. Epiſt. 6. ad Ciceronem: *Quod tibi ſupra ſcripſi Curionem frigere, jam calet: Nam ferventiſſime concerpitur. Leviſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit.*

§ 235. (l. 7.) ὅτι πάντας] Huc refer quod apud Plutarchum p. 722. Cæſar offert arma poſiturum ſe, modo idem faciat Pompejus: ἠξίου αὐτός τε καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ Πομπηΐου ταὐτὸ ποιήσαντος. & p. 650. δυοῖν ἠξίου θάτερον, ἢ καὶ Πομπηΐου ἀπαίτειν, ἢ μηδὲ Καίσαρος ἀφαιρεῖσθαι τὸ στρατιωτικόν.

Curio

δοῦναι. ἔλεγε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι καὶ τὸν Καίσαρα ποιῆσαι αὐτὸ ἤθελεν, ἀλλ' ὅτι τὸν Πομπήϊον ἔν ἠπίστατο μὴ πειθαρχήσοντα αὐτῷ. καὶ ἐκ τούτου καὶ ἐκείνῳ πρόφασις ἔυλογος τοῦ μὴ διιέναι τοὺς στρατιώτας ἐδίδοτο.

Ὁ οὖν Πομπήϊος, ἐπεὶ μηδὲν ἄλλως πράττων ἤνυσε, πρός τε τὸ τραχὺ ἀπαρακαλύπτως ὥρμησε, B καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς πάντα καὶ ἔλεγε καὶ ἐποίει καθ' ἑαυτοῦ Καίσαρος. οὐ μέντοι καὶ κατέπραξέ τι. ἄλλοι τε γὰρ ἐκείνῳ πολλοί, καὶ [236] Λούκιος Παῦλος ὁ τοῦ Μαρκέλλου συνάρχων, ὅ, τε [237] Πίσων ὁ Λούκιος, πενθερὸς αὐτοῦ, τιμητὴς ὤν, συνηγωνίζοντο. [r] καίτοι τιμητὰ τὸν χρόνον τοῦτον ὅ, τε Κλαύδιος ὁ Ἄππιος, καὶ ὁ Πίσων, [238] καίτοι μὴ βουληθεὶς, ἐγένοντο. καὶ ὅστος μὲν διὰ τὴν συγγένειαν ὑπῆρχε τῷ Καίσαρι· ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ἠνανδιοῦτο μὲν αὐτῷ, ([239] τὰ γὰρ τοῦ Πομπηΐου ἠρεῖτο) οὐκ ἐλάχιστα δὲ καὶ ἄκων ὠφέλησε. πλείστους γὰρ καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν διέγραψεν, ἐκβιασάμενος τὸν συνάρχοντα· κἀκ τούτου πάντας αὐτοὺς τὰ τοῦ Καίσαρος φρονεῖν ἐποίησεν. ὁ γὰρ Πίσων οὔτ' ἄλλως πρᾶγμα ἔχειν ἐθέλων, καὶ πρὸς τὴν τοῦ γαμβροῦ [s] φιλίαν πολλοὺς θεραπεύων, αὐτὸς μὲν οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησεν, ἐκείνῳ δὲ οὐκ ἀντέπραξε, πάντας μὲν τοὺς ἐκ τῶν ἀπελευθέρων, συχνοὺς δὲ καὶ τῶν πάνυ γενναίων, ἄλλους τε [240] καὶ τὸν Κρίσπον τὸν Σαλούστιον, τὸν τὴν ἱστορίαν συγγράψαντα, ἀπελάσαντι ἐκ τοῦ συνεδρίου. τὸν μέντοι Κουρίωνα, μελλήσαντα καὶ αὐτὸν ἀπαλειφθήσεσθαι, ἐξῃτήσατο μετὰ τοῦ Παύλου, ὑπὲρ συγγενὴς ἦν. D

Καὶ ὃς οὐ [t] διήλλαξε μὲν αὐτὸν διὰ τοῦτο, τὴν μέντοι γνώμην ἣν περὶ αὐτοῦ εἶχεν, ἐδημοσίευσεν ἐν τῷ [tt] βουλευτηρίῳ· ὥστε ἐκεῖνον ἀγανακτήσαντα [241] τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιρρῆξαι. παραλαβὼν οὖν τοῦτον ὁ Μάρκελλος, καὶ νομίσας ἐπί τε τῷ Κουρίωνι καὶ δι' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῷ Καίσαρι δεινόν τι τὴν γερουσίαν ψηφιεῖσθαι, γνώμας περὶ αὐτοῦ [u] προέθηκεν. ὁ οὖν Κουρίων τὸ μὲν πρῶτον ἠναντιοῦτο, μηδεμίαν περὶ αὐτοῦ γνώμην δοθῆναι· γνοὺς δὲ τὸ πολὺ τῶν βουλευτῶν τῶν τότε παρόντων, τοὺς μὲν καὶ φρονοῦντας ὅλως τὰ τοῦ Καίσαρος, τοὺς δὲ πάνυ αὐτὸν δεδιότας, ἐπέτρεψε σφίσι διαγνῶναι· τοσοῦτον ὑπειπών, ὅτι, "Σύνοιδα μὲν "[x] ἐμαυτῷ τά τε ἄριστα καὶ τὰ [y] συμφέροντα τῇ

63. Enimvero Pompejus, quum aliis rationibus nihil effeciſſet, aperte ad aſperitatem confugit, omnia palam contra Cæſarem dicens juxta & faciens: neque tamen obtinuit quicquam, defendentibus Cæſarem cum multis aliis, tum L. Paulo, qui Marcelli in conſulatu collega erat, Lucioque Piſone Cæſaris ſocero, qui tum cenſuram gerebat. Erant eo tempore cenſores conſtituti, Appius Claudius atque Piſo, quanquam invitus hic quidem. Piſo propter affinitatem Cæſari favebat: Appius vero Cæſari inimicus, ac Pompejo cupiens, præter animi ſui ſententiam Cæſari multum profuit. Multos enim equites ſenatoresque quum notaret, invito collega; effecit, ut hi omnes deinceps Cæſarianas partes ſequerentur. Etenim Piſo, quum alioquin quieti ſtuderet, ac propter generi quoque amicitiam multos obſervaret, ipſe notandum ſibi neminem duxit: collegæ tamen, omnes libertinos, multos etiam nobilium, atque inter eos Criſpum etiam Salluſtium, eum, qui hiſtoriam conſcripſit, ſenatu ejicienti non repugnavit: Curionem tamen, cui jam eadem quoque fortuna impendebat, ipſe cum Paulo, ejus cognato, deprecando ſervavit.

64. Cæterum Curionem Appius ſenatu quidem hac de cauſa non movit, ſententiam tamen ſuam de eo publice in ſenatu edidit: cujus ille facti indignitate commotus, veſtem ſuam proſcidit. Marcellus, arrepto Curione, ſperans fore, ut ſenatus odio ipſius, cum adverſus eundem, tum adverſus Cæſarem grave quippiam ſtatueret, ſententias rogavit de eo. Curio primo contendere cœpit, non eſſe de ſe ſententias ferendas: mox cognito, multos ex ſenatoribus, qui tum aderant, partim omnino Cæſaris rebus ſtudere, partim eum magnopere timere; ut de ſe cognoſceret, ſenatui permiſit, hæc tantum præfatus: "Sum mihi conſcius, ea me egiſſe, quæ optima, atque ex uſu patriæ

A.U C.704 C.Marcello & L. Paulo COSS.

[r] καίτοι τιμητὰ. illud καίτοι ab hoc loco alienum, librarius ex ſequentibus huc transtulit. malim, καὶ γὰρ. [s] φιλίαν. pro φιλίαν legitur etiam χάριν, eodem ſenſu, RS. [t] διήλλαξε. διήλεγξε, Caſaub. ad Suet. Claud. c. 16. eleganter. [tt] βουλευτηρίῳ. δικαστηρίῳ, V. b. [u] προέθηκεν. συνέθηκεν, V. b. [x] ἐμαυτῷ. ita emendavit RS. nam ediderat ἐν αὐτῷ. emendationem textui vindicarunt ſequentes. [y] συμφέροντα. συμφερώτατα, V. b. melius συμφορώτατα.

Curio apud Appianum II. civil. p. 444. καὶ Πομπήϊον ὁμοίως Καίσαρι ἀποθέσθαι τὰ ἔθνη καὶ τὸν στρατὸν. ὧδε γὰρ ἔσεσθαι τῇ πόλει καθαρὰν καὶ παντὸς κόσμου ἀδεῆ τὴν πολιτείαν. Plura ibi in eandem ſententiam.

§ 236. (l. 24.) Λούκιος Παῦλος] Hic eſt L. Paulus Æmilius, Conſul, quem mille & quingentis talentis corruptum a Cæſare jam ſupra ex Plutarcho & Appiano notavi. Ingenti mercede defenſores ſibi paraſſe collegam C. Marcelli Æmilium Paulum Cajumque Curionem, notavit etiam Suetonius in Cæſare c. 29.

§ 237. (l. 25.) Πίσων ὁ Λούκιος] Hujus filiam Calpurniam duxerat Cæſar, ut notavit Dio XXXVIII. p. 63. D. Cæſar de bello civili lib. I. c. 5. *Pollicetur L. Piſo Cenſor, ſeſe iturum ad Cæſarem.* Poſtea idem legatos ad Pompejum de pace mittendos ſuaſit. id. XLI. p. 161. B. de Appio Cenſore Cicero lib. III. ad diverſos Epiſtola ultima.

§ 238. (l. 28.) καί τοι μὴ βουληθεὶς] Ex iis quæ ſupra p. 147. retulit Dio, apparet, ob reſtitutum cenſoribus jus libere inquirendi in vitam Senatorum equitumque, & illos notandi infamia, tantæ invidiæ tunc objectum Cenſoris munus, ut nemo ſanus illud valde appeteret. οὐδὲ ἐφίετο ἔτι τῆς ἀρχῆς τῶν ἐμφρόνων οὐδὲ εἷς.

§ 239. (l. 31.) τὰ γὰρ τοῦ Πομπηΐου ἠρεῖτο] Ut Piſo ſocer Cæſaris, ita Appius Pompejo affinitate junctus erat XXXIX. p. 118. C. & XXXVIII. p. 68. D.

§ 240. (l. 41.) καὶ τὸν Κρίσπον τὸν Σαλούστιον] Cauſſa erat, quod Salluſtius adulterium cum Fauſta uxore Milonis, Syllæ filia, commiſiſſet, lorisque ideo eſſet cæſus a Milone, & vix, datis pecuniis, dimiſſus, ut præter Pſeudo-Ciceronem Oratione in Salluſtium c. 5. 6. referunt Varro apud Gellium XVII. 18. Acro ac Porphyrio ad Horatii lib. I. Sat. II. 41. ſq. Servius ad Æneidos VI. 612. Poſtea reſtitutus eſt Salluſtius a Cæſare, & creatus Prætor ac Præfectus Numidiæ eſt conſtitutus, ut Dio dicet infra XLII. p. 209. D. XLIII. p. 217. C. vide Martinum Hanckium τὸν μακαρίτην in Salluſtii vita lib. I. de Rom. rerum ſcriptoribus p. 40. ſq.

§ 241. (l. 48.) τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιρρῆξαι] Notus mos lacerandi

A.U.C. 704 C. Marcello & L. Paulo COSS.

patriæ eſſent. Proinde vobis corpus vitamque meam dedo: de iis ut viſum fuerit, ita ſtatuite.„ Quum Marcellus ita eum accuſaſſet, ut damnatum iri nihil dubitaret: poſtquam pluribus ſententiis abſolutum vidit, rem indignam admiſit, & ſenatu exiliens ad Pompejum in ſuburbium venit, eique ipſe per ſe, nullo facto decreto, cuſtodiam urbis cum duabus civium legionibus mandavit. Aderant vero jam tum milites iſti, hujus negotii cauſa collecti.

65. Pompejus enim, quum adhuc amicitiam cum Cæſare coleret, unam ei legionem ex ſuis, per delectum conſcriptis, utendam dederat, quum is militibus indigeret, ac Pompejus nullum bellum gereret. Poſtquam inter ſe diſſidere cœperunt, Pompejus ut & ſuam legionem repeteret, & aliam inſuper Cæſari adimeret, Bibulo in Parthos militibus opus eſſe commentus eſt: ac ne novi delectus haberentur, quod & celeritatem requiri in hac re, & abundare Romanos legionibus dicebat; effecit, ut decreto juberetur uterque, Pompejus & Cæſar, ſingulas legiones Bibulo mittere. Pompejus ex iis, quas tum ſecum habebat, legionibus nullam miſit: ſed qui huic negotio erant præfecti, eos juſſit legionem, quam Cæſari ipſe dederat, a Cæſare petere. Ita quum uterque videretur unam legionem ſuppeditare, re ipſa Cæſar ambas præbuit. Quod tametſi Cæſar intellexerat, tamen ne locum crimini daret, quaſi juſſis non obtemperaſſet, paruit: præſertim quod hac occaſione ſtatuerat multo majorem militum numerum eorum loco deligere.

66. Hæ igitur duæ legiones, ut in Parthos mittendæ, adornabantur. Quum vero nullus eorum ad id bellum uſus eſſet, veritus jam ante Marcellus, ne Cæſari redderentur, in Italia retineri juſſit: tunc autem Pompejo (quemadmodum dixi) eas tribuit. Et quia hæc exitu anni agebantur, futurumque videbat Marcellus, ut non diu rata haberentur, quum neque ſenatus ea, neque populus juſſiſſet; Cornelium Lentulum, Cajumque Claudium coſſ. deſignatos ſecum ad Pompejum perduxit, iique ut eadem mandarent, effecit. Quia enim tum deſignatis magiſtratibus & edicta proponere, & alia quædam ad magiſtratum eorum pertinentia, antequam eum inirent, agere licebat,

" τῇ παλρίδι πραττονλι, ὑμῖν μέντοι καὶ τὸ σῶμα " καὶ τὴν ψυχὴν παραδίδωμι χρήσαθαι ὅ, τι βού- " λεθε. „ καληγορήσας οὖν αὐτοῦ ὁ Μάρκελλος, ὡς καὶ πάντως ἀλωσομένου, ἔπειτ' ἐπειδὴ πρὸς τῶν πλειόνων ἀφείθη, [z] δεινόν τε ἐποιήσαλο, καὶ ἐκπηδήσας ἐκ τοῦ συνεδρίου, πρὸς τὸν Πομπήϊον ἐν τῷ προαστείῳ ὄνλα ἦλθε· καὶ τήν τε Φυλακὴν αὐλῷ τῆς πόλεως, καὶ [242] δύο σραλόπεδα πολιλικὰ, αὐλὸς καθ' ἑαυλὸν, μηδενὸς ἐψηφισμένου, ἔδωκεν. οἱ δὲ δὴ σραλιῶλαι ὄυλοι ὧδέ τε καὶ [a] ἐπί τῳ συνειλεγμένοι, καὶ παρόνλες τότε ἦσαν.

Ὁ Πομπήϊος πρότερον μὲν, ἕως ἔτι τὸν Καίσαρα διὰ φιλίας εἶχε, σράτευμα ἓν τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου [b] αὐλῷ σραλευομένων δέδωκεν· ὅυλε γὰρ ὅυλος πόλεμόν τινα διεχείριζε, καὶ ἐκείνῳ χρεία σραλιωλῶν ἐγένελο. ἐπεὶ δὲ διηνέχθησαν, ἐθελήσας τοῦτό τε ἀπολαβεῖν παρ' αὐλοῦ, καὶ ἔτι καὶ ἄλλο αὐτὸν προσαφελέσθαι, ἐλογοποίησεν [243] ὡς τοῦ Βιβούλου σραλιωλῶν πρὸς τοὺς Πάρθους δεομένου. καὶ ἵνα γε μὴ καινοί δή τινες καλάλογοι γένωνλαι, (τό, τε γὰρ πρᾶγμα καλεπείγειν, καὶ περιουσίαν σφίσι σραλοπέδων εἶναι ἔλεγε) ψηφισθῆναι ἐποίησεν, ὥσε ἑκάτερον σφῶν, ἑαυλόν τε καὶ τὸν Καίσαρα, δεῖν αὐλῷ πέμψαι. κἀκ τούτου τῶν μὲν συσραλευομένων οἱ οὐδένα ἀπέσειλε· τὸ δὲ δὴ σράτευμα ἐκεῖνο, ὅπερ τῷ Καίσαρι ἐδεδώκει, ἐκέλευσε τοῖς ἐπὶ τοῦτο ταχθεῖσιν αἰτῆσαι. καὶ ὅυλω τῷ μὲν λόγῳ, ἀμφότεροι, [244] τὸ δ' ἀληθὲς, ὁ Καῖσαρ μόνος τὰ δύο ἔπεμψεν. ἤδει μὲν γὰρ τὸ γιγνόμενον, ἐπειθάρχησε δὲ, μὴ βουληθεὶς αἰτίαν ὡς καὶ ἀνηκουστικῶς λαβεῖν· ἄλλως τε καὶ μέλλων ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ πολλῷ πλείους σραλιώτας ἀνλικαλαλέξειν.

Ταῦτα οὖν τὰ σραλόπεδα παρεσκευάσθη μὲν, ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς Πάρθους πεμφθησόμενα. ἐπεὶ δ' οὐδὲν αὐτῶν ἐδέησεν, (οὐδὲ γὰρ χρεία σφῶν ἦν) ὁ Μάρκελλος, πρότερον μὲν φοβηθεὶς μὴ τῷ Καίσαρι ἀποδοθῇ, ἐν τῇ Ἰταλίᾳ δεῖν εἶναι ἔλεγε· τότε δὲ τῷ Πομπηΐῳ, ὥσπερ εἶπον, ἐνεχείρισε, καὶ (ἦν γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους τὰ γιγνόμενα, καὶ ἔμελλεν οὐκ ἐπὶ πολὺ, ἄτε μήτε τῇ βουλῇ μήτε τῷ δήμῳ δόξαν]α, ἰσχύσειν) [c] ἠπείγελο πρὸς τὸν Πομπήϊον, Κορνήλιόν τε Λενλοῦλον, καὶ Γάϊον Κλαύδιον, τοὺς τῷ ὑσέρῳ ἔτει ὑπαλεύσειν μέλλοντας· καὶ ἐποίησε καὶ ἐκείνους τὰ αὐλὰ προσάξαι. ἐπειδὴ γὰρ καὶ γράμμαλα τοῖς ἀποδεδειγμένοις ἐς τὰς ἀρχὰς [d] ἐκλιθέναι, καὶ ἄλλα τινὰ τῶν τῇ ἡγεμονίᾳ

z δεινόν τε. rectius δεινόν τι. a ἐπὶ τῳ. ἐπὶ τῷδε leg. nec interpres falſam lectionem *incerti cujusdam negotii cauſa* vertere debebat. L. poſſes etiam ad evitandam κακοφωνίαν, legere ἐπ' αὐλῷ, vel ἐπὶ τούτο, nam utroque caſu adhibetur hoc ſenſu. ceterum verba οἱ δὲ δὴ σραλιῶλαι — ἦσαν Parentheſi includit editio RS. & HS. quam merito rejicit X. & omiſit L. b αὐτῷ σραλευομένων. auctore X. ita ſcripſi; pro αὐτῶν. c ἠπείγελο. reponendum εἰσῆγέ τε, quia Dio refert, a Marcello conſules ad Pompejum deductos, L. d ἐκλιθέναι. ſic V. b. recte pro vulgato ἐκτιθέμενα. ſic legendum eſſe, viderat dudum Nic. Abramus ad Cic. pro Sextio, c. 32. edit. Græv. Tom. III. P. I. pag. 94. ſq. collato loco Dionis p. 552. B. ubi Auguſtus Tiberium ὕπαλον ἄνθις ἀπέδειξε, γράμματά τε κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος, καὶ πρὶν ἐς τὴν ἀρχὴν ἐπελθεῖν, ἐκθεῖναι πρὸς τὸ κοινὸν ἐποίησε. Vide laudatum modo Abramum, quæ conſulum deſignatorum auctoritas fuerit.

cerandi veſtes, præ luctu vel indignatione, cujus ſæpe apud Dionem mentio, ut lib. XLVIII. p. 376. B. & p. 379. E. p. 521. C. 527. C. 530. C. 585. B. p. 852. C. Sic apud Suetonium Cæſare c. 33. Auguſto c. 52. Nerone c. 42. Appianum Mithridatico p. 210. & I. civil. p. 390. & V. civil. p. 713. Adde Nicolaum Serarium in Eſtheris c. IV. & Joh. Chriſtophori Wichmanshauſen Diſſertationem Wittebergæ A. 1716. editam de laceratione veſtium apud Hebræos uſitata. Petrum Fabrum II. 10. Semeſtrium.

§ 242. (l. 66.) δύο σραλόπεδα] Has duas legiones Capuæ interim hiemaſſe, notat Appianus II. civil. p. 446.

§ 243. (l. 75.) ὡς τοῦ Βιβούλου] Vide Dionem ſupra p. 134. C. D. Plutarchum Antonio p. 918.

§ 244. (l. 85.) τὸ δ' ἀληθὲς ὁ Καῖσαρ μόνος] Hirtius de bello Gallico VIII. 54. *Fit deinde SCtum, ut ad bellum Parthicum legio una a Cn. Pompejo, altera a C. Cæſare mitterentur. Neque obſcuræ hæ duæ legiones uni Cæſari detrahuntur. Nam Cn. Pompejus legionem primam quam ad Cæſarem miſe-*

rat

Ε ἡγεμονίᾳ σφῶν προσηκόντων, καὶ πρὶν ἐνίσασθαι αὐτὴν, πράττειν ἔτι καὶ τότε ἐξῆν, καὶ τούτου [c] κύριοι ἐνόμιζον εἶναι, καὶ ὅ, τε Πομπήϊος, καίπερ ἐς πάντα τἄλλα ἀκριβὴς ὢν, ὅμως οὐδὲν διὰ [f] τὴν στρατιωτῶν χρείαν ἐπολυπραγμόνησεν, οὔτε ἀφ' ὧν, οὔθ' ὅπως αὐτοὺς [g] λαμβάνει, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἄσμενος [b] αὐτοὺς ἐδέξατο. οὐ μέντοι καὶ ἐπράχθη τι οἷον ἄν τις ἐπὶ τηλικούτῳ τολμήματι γεγενῆσθαι προσεδόκησεν· ἀλλὰ τὴν ἔχθραν μόνον τὴν [245] πρὸς τὸν Καίσαρα ἐνδειξάμενοι, αὐτοὶ μὲν οὐδὲν ἄλλο ἰσχυρὸν παρεσκευάσαντο, ἐκείνῳ δὲ καὶ ἐκ τούτου πρόφασιν εὔλογον, [i] ἐς τὰ στρατόπεδα τὰ συνόντα οἱ καταχεῖν, παρέσχον. ὁ γὰρ Κουρίων ἐπί τε τούτοις πολλὴν ἐν τῷ πλήθει κατηγορίαν κατά τε τῶν ὑπάτων καὶ κατὰ τοῦ Πομπηΐου ἐποιήσατο· καὶ ἐπειδὴ διῆξε, πρὸς τὸν Καίσαρα εὐθὺς ἀφωρμήθη.

licebat, hujus quoque rei potestatem consules habere videbantur. Pompejus vero, homo in omnibus aliis rebus diligens, nunc quoniam militibus indigebat, neutiquam curiose sollicitus, neque a quibus, aut qua ratione eos acciperet, libenter quidem eos accepit. Neque tamen quicquam, quale quis tam audaci ex facto exspectasset, subsecutum est: sed inimicitia tantum in Cæsarem manifestata, ipsi vim præterea nullam paraverunt: Cæsari autem non absurdum prætextum retinendarum suarum legionum obtulerunt. Etenim Curio, quum multus apud populum in consulibus ac Pompejo ea re accusandis fuisset, magistratu perfunctus, recta ad Cæsarem contendit. A.U.C. 704 C. Marcello & L. Paulo COSS.

c κύριοι ἐνόμιζον εἶναι. κυρίους ἐνόμιζεν εἶναι, L. minus recte, Od.
g λαμβάνει. λαμβάνῃ, N. vel λαμβάνοι. b αὐτοὺς. σφᾶς, V. 2.
f τὴν στρατιωτῶν χρείαν. τὴν τῶν στρ. χρ. L.
i ἐς τὰ στρατόπεδα. minus commode dictum. malim ἐς τὸ τὰ στρατόπεδα, vel τοῦ τὰ στρατ. καταχεῖν.

rat confectam ex delectu provinciæ, Cæsari eam tanquam ex suo munere dedit. Cæsar tamen, quum de voluntate adversariorum suorum nemini dubium esset, Cn. Pompejo legionem remisit, & ex suo numero quintam decimam, quam in Gallia citeriore habuerat, ex SCto jubet transdi. Conf. Julium Celsum p. 133. Cæsar lib. I. de bello civili c. 2. *timere Cæsarem, abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad ejus periculum reservare & retinere eas ad urbem Pompejus videretur.*

§ 245. (l. 13.) πρὸς τὸν Καίσαρα] Hæc est prior Curionis ad Cæsarem profectio. Nam de posteriore infra XLI. p. 153. D. De priore illa confer Appian. II. civil. p. 447.

ΤΩΝ

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΟ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUADRAGESIMUS PRIMUS.

Hæc insunt Libro XLI. Romanæ Historiæ Dionis.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πρώτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Quomodo Cæsar in Italiam venerit, utque Pompejus, ea relicta, in Macedoniam trajecerit. c. 1 — 17.

Ὡς Καῖσαρ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἦλθε· καὶ Πομπήϊος, ἐκλιπὼν αὐτὴν, ἐς Μακεδονίαν διέπλευσεν.

Ut Cæsar Hispaniam subegerit. c. 18 — 37.

Ὡς Καῖσαρ Ἰβηρίαν ὑπεχειρώσατο.

Ut in Macedoniam adversum Pompejum trajecerit. c. 38 — 46.

Ὡς Καῖσαρ ἐς Μακεδονίαν ἐπὶ Πομπήϊον διέπλευσεν.

Conflictus Cæsaris cum Pompejo apud Dyrrhachium. c. 47 — 51.

Ὡς Καῖσαρ καὶ Πομπήϊος περὶ Δυρράχιον ἐπολέμησαν.

Quomodo Pompejum Cæsar ad Pharsalum vicerit. c. 52 — 63.

Ὡς Καῖσαρ Πομπήϊον περὶ Φάρσαλον ἐνίκησεν.

Χρόνου πλῆθος, ἔτη β', ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Λ. Κορνήλιος Π. υἱ. Λέντοῦλος, καὶ Γ. Κλ. Μ. υἱ. Μάρκελλος.
Γ. Ἰούλιος Γ. υἱ. Καῖσαρ, τὸ β', καὶ Π. Σερουίλιος Π. υἱ. Ἰσαυρικός.

Temporis spatium, anni duo, in quibus hi Consules recensentur.

ante C. N.	U. C.		
49.	705.	L. Cornelius P. F. Lentulus,	& C. Claudius M. F. Marcellus.
48.	706.	C. Julius C. F. Cæsar, II.	& P. Servilius P. F. Isauricus.

A.U.C. 705 Corn. Lentulo & C. Cl. Marcello COSS.

1. His rebus gestis, Curio postea, literis a Cæsare ad senatum acceptis, Romam venit, ad ipsas Kalendas, quibus Cornelius Lentulus & C. Claudius consulatum inibant. Eas ne foris acceptas supprimerent consules, non ante ipsis exhibuit, quam in senatum ventum est. Nihilominus diu cunctatos, quod eas legere nollent, demum Q. Cassius Longinus, & M. Antonius, tribuni plebis, ut publice recitarentur, adegerunt. Antonius quidem pro beneficio hoc, quod tum Cæsari præstabat, postea temporis ab ipso magnam gratiam reportavit, & ad summam dignitatem evectus est. In literis vero Cæsaris cum enumeratio meritorum ejus in rempublicam

Τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἔπραξε· μετὰ δὲ τοῦτο γράμματα παρὰ τοῦ Καίσαρος πρὸς τὴν βουλὴν λαβών, ἦλθέ τε ἐς τὴν Ῥώμην ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ ἐν ᾗ ὅ, τε Λέντουλος ὁ Κορνήλιος καὶ ὁ Κλαύδιος ὁ Γάϊος τὴν ἀρχὴν ἐνεστήσαντο· καὶ οὐ πρότερον τοῖς ὑπάτοις αὐτὰ ἀπέδωκε, πρὶν ἐς τὸ συνέδριον σφᾶς ἀφικέσθαι· μὴ καὶ ἔξω που λαβόντες αὐτὰ ἀποκρύψωνται. ἐπὶ πολὺ μὲν γὰρ καὶ ὡς ἀνέχον, οὐκ ἐθελήσαντες σφᾶς ἀναλέξασθαι· τέλος δὲ ὑπό τε Κουΐντου Κασσίου [2] Λογγίνου καὶ ὑπὸ Μάρκου Ἀντωνίου δημαρχούντων ἠναγκάσθησαν αὐτὰ δημοσιεῦσαι. Ἀντώνιος μὲν οὖν ἐν τούτῳ τότε τὸν Καίσαρα εὐεργετήσας, ἀνθυπατείας τε πολλὰς, καὶ ἐπὶ μεγάλων καὶ αὐτὸς αἰρεθήσεσθαι ἔμελλεν. ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ τά τε ἄλλα, ὅσα

§ 1. (l. 2.) γράμματα παρὰ τοῦ Καίσαρος] Cæsar de bello civili, libro & capite primo: *litteris Cæsaris Consulibus redditis, ægre ab iis impetratum est summa tribunorum plebis contentione, ut in senatu recitarentur. Ut vero ex litteris ad senatum referretur, impetrari non potuit.* Has litteras triduano itinere mille & trecenta stadia emensus Curio Calendis Januar. reddidit, teste Appiano II. civil. p. 447. qui argumentum illarum referens, cum Dione infra p. 153. illud tradente, & Plutarcho in Cæsare p. 727. hactenus conspirat, nisi quod addit, Cæsarem comminatum, si Pompejus imperium deponere renuat, *nec se depositurum, immo confestim venturum, & ulturum injurias illatas tam sibi quam patriæ.* ὅστε ἀποθήσεσθαι, καὶ τιμωρὸς αὐτίκα τε τῇ πατρίδι καὶ ἑαυτῷ καὶ τὰ τάχος ἀφίξεσθαι. Conclamatum inde in senatu, denunciari bellum a Cæsare, itaque L. Domitium ei jussum succedere.

§ 2. (l. 10.) Λογγίνου καὶ Μάρκου Ἀντωνίου] Q. Cassius Longinus hic, qui antea Quæstor Pompeji in Hispania, diversus a C. Cassio Longino, Quæstore M. Crassi, qui Syriam adversus Parthos feliciter defendit, ut dictum XL. p. 132. D. 133. D. M. Antonius vero idem, qui Consul deinde cum Cæsare, & post eum interfectum, triumvir, cujus venditum atque emancipatum tribunatum faces bello civili subdidisse, exprobrat Cicero Philippica II. c. 21.

ὅσα πολὲ καλῶς τὸ κοινὸν ὁ Καῖσαρ ἐπεποιήκει, ἐνεγέγραπτο, καὶ ἀπολογισμὸς ὑπὲρ ὧν ἠτιάζετο. καὶ λύσειν τε τὰ στρατόπεδα, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκστήσεσθαι ὑπισχνεῖτο, ἂν καὶ ὁ Πομπήϊος τὰ αὐτὰ οἱ ποιήσῃ. ἐκείνου γὰρ τὰ ὅπλα ἔχοντος, οὐδὲ ἑαυτὸν δίκαιον εἶναι ἀναγκασθῆναι αὐτὰ ἀφεῖναι ἔλεγεν, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐκδοθῇ.

publicam inerat, tum purgatio eorum, quæ objiciebantur, criminum: promittebatque se exercitus dimissurum, & a magistratu decessurum, si quidem Pompejus idem fecisset: qui dum in armis esset, iniquum fore, se cogi, ut ea deponeret: quippe qui sic inimicis traderetur. A.U.C.705 Corn. Lentulo & C.Cl. Marcello COSS.

Διαψηφίσεως δὲ ἐπὶ τούτοις οὐ 'κατ' ἄνδρα, (μὴ καὶ δι' αἰδῶ ἢ καὶ φόβον τινὰ παρὰ τὰ δοκοῦντα σφίσιν ἀποφήνωνται) [a] ἀλλ' ἐπὶ τάδε καὶ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ βουλευτηρίου [3] μεταστάσει γενομένης, [4] τὸν μὲν Πομπήϊον οὐδεὶς ἀπαλλαγῆναι ἐκ τῶν ὅπλων ἐψηφίσατο· (ἐν γὰρ τῷ προαστείῳ τὰς δυνάμεις εἶχε·) τὸν δὲ δὴ Καίσαρα πάντες, πλὴν [5] Μάρκου τέ τινος [b] Καικιλίου, καὶ τοῦ Κουρίωνος τοῦ τὰ γράμματα αὐτοῦ κομίσαντος. περὶ γὰρ τῶν δημάρχων οὐδὲν λέγω, ὅτι μήτε ἐν ἀνάγκῃ τινὶ μεταστῆναι [c] ἐποιήσαντο, εἴτε καὶ ἐξουσίαν ἔχοντες, εἴτε ἐβούλοντό τινα γνώμην συμβαλέσθαι, εἴτε καὶ μή. ἔδοξε μὲν οὖν ταῦτα· οὐ μὴν καὶ κυρωθῆναί τι αὐτῶν, οὔτε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὔτε ἐν τῇ ὑστεραίᾳ, [6] ὅ, τε Ἀντώνιος καὶ ὁ Λογγῖνος ἐπέτρεψαν.

2. Quum sententiæ essent ferendæ, eæ non a singulis pronuntiatæ sunt: ne quis verecundia timoreve compulsus, secus, quam sentiret, diceret: sed in diversas curiæ partes discessum est. Ibi qui Pompejum, tum in suburbanis exercitus habentem, ab armis juberet discedere', repertus est nemo: Cæsarem vero cuncti, præter M. quendam Cœlium & Curionem, eum, qui literas attulerat. De tribunis enim plebis nihil dico, quod ii discessionem sibi ne quidem necessariam ducerent: quippe qui pro arbitrio suo, vel approbandi, vel improbandi alicujus decreti, potestatem haberent. Quamvis igitur ita visum esset senatui; tamen per Longinum Antoniumque effectum est, ut neque ea die, neque postridie ejus diei quicquam ratum esse juberetur.

Ἀγανακτησάντων δὲ ἐπὶ τούτῳ τῶν ἄλλων, καὶ ψηφισαμένων [7] τὴν ἐσθῆτα ἀλλάξασθαι, κῦρος μὲν οὐδὲ τοῦθ' ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἔλαβεν· ἡ μέντοι γνώμη συνεγράφη, καὶ τὸ ἔργον τὸ ἀπ' αὐτῆς ἐγένετο. πάντες γὰρ παραχρῆμα ἐξελθόντες ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ τὴν στολὴν μεταβαλόντες, ἐσῆλθον αὖθις, καὶ περὶ τιμωρίας αὐτῶν ἐβουλεύοντο. ἰδόντες δὲ τοῦτ' ἐκεῖνοι, τὰ μὲν πρῶτα ἀνέπραττον, ἔπειτα δὲ φοβηθέντες, ἅμα τε καὶ ἐπειδὴ ὁ Λέντουλος ὑπεξελθεῖν σφίσι, πρὶν τὰς ψήφους διενεχθῆναι, παρῄνεσεν, [8] εἰπόν τε πολλὰ καὶ ἐμαρτύραντο. κἀκ τούτου μετὰ τοῦ Κουρίωνος καὶ μετὰ [b] τοῦ Καικιλίου ἀπῆραν πρὸς τὸν Καίσαρα, βραχὺ φρονήσαντες ὅτι ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ διεγράφησαν. τότε μὲν οὖν τοῦτ' ἐγνώσθη· καὶ τοῖς ὑπάτοις ταῖς τε ἄλλαις ἀρχαῖς [9] ἡ φυλακὴ τῆς πόλεως (ὥσπερ που εἰώθει γίγνεσθαι) ἐπετράπη. ὕστερον

apud Strabonem, & alios. In hoc autem non ſatis civiliter viſus eſt Pompejus egiſſe, quod ita jactaret victoriam adverſus cives, cum hoc tantum adverſus externos hoſtes facere, uti nec de civibus triumphare, fas erat. Exempla tropæorum ejusmodi, poſt victoriam de Dacis poſitorum in monte, exhibet columna Trajana num. 263. Nefas autem fuiſſe tropæa, utpote diis πολεμίοις dedicata, evertere, docet Dio infra XLII. p. 207. C. vide quæ viri docti ad Flori II. 17. n. 16. At de tropæis Pompeji ſpeciatim conſulere juvabit illuſtriſſ. Petrum de Marca in Marca Hiſpanica lib. I. c. 11. & 12.

§ 117. (l. 22.) βωμὸν δὲ δὴ λίθων ξεστῶν] De more aras victoriæ ponendi, vide Petrum Berthaldum, libro de ara c. 16. T. VI. Theſauri Græviani p. 322. ſq. de more aras ſtruendi ex lapidibus dolatis ac politis (quod prohibetur Exod. XX. 25.) conſulendus Joh. Spencerus lib. II. de legibus Hebræorum c. 6.

§ 118. (l. 25.) νεῶν ἄνθις πεμφθεισῶν] Naves XVI. duce L. Naſidio Maſſilienſibus miſſas in auxilium a Pompejo, narrat Cæſar lib. II. de bello civil. c. 3.

§ 119. (l. 26.) ἠττήθησαν καὶ τότε] Idem Cæſar c. 6. ſq. Dux claſſis Cæſaris Decimus Brutus, de quo ſupra p. 163. D. Sidonius Carmine 23.

Nam Martem tulit iſta Julianum
Et Bruto duce nauticum furorem.

§ 120. (l. 29.) διακωχήν τινα] Cæſar lib. II. c. 12. 13.

§ 121. (l. 31.) ὑπεξέπεμψαν] Cæſar c. 22. *Maſſilienſes omnibus defeſſi malis — ſeſe dedere ſine fraude conſtituunt. Sed paucis ante diebus, L. Domitius, cognita Maſſilienſium voluntate, navibus tribus comparatis, ex quibus duas familiaribus ſuis attribuerat, unam ipſe aſcenderat, nactus turbidam tempeſtatem, eſt profectus.* Hunc Domitium auxilio miſſum a Pompejo Maſſilienſibus, dixit Dio ſupra p. 163. D.

§ 122. (l. 33.) ἐν ταῖς σπονδαῖς νυκτός] Videtur per errorem Cæſarianis Dio tribuere, quod Cæſar lib. II. c. 14. narrat de Maſſilienſibus, ſine fide tempus atque occaſionem fraudis ac doli quærentibus, & poſt unius diei ſucceſſum, altera die infecta re in oppidum repulſis.

§ 123. (l. 36.) ἀφείλετο] Cæſar c. 22. *Maſſilienſes arma tormentaque ex oppido, ut eſt imperatum, proferunt: naves ex portu navalibusque educunt: pecuniam ex publico transdunt. Quibus rebus confectis, Cæſar magis eos pro nomine & vetuſtate, quam pro meritis in ſe civitatis, conſervans, duas ibi legiones præſidio relinquit* &c. Cicero Philippica VIII. 6. *Cæſar ipſe, qui Maſſilienſibus fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem ejus civitatis gravitatem ac* (in Populum Rom.) *fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat.*

" δάσκειν, καὶ τὸ τῶν χειρόνων ἀπείργειν, καὶ
" νουθετοῦντα καὶ [b] σωφρονίζοντα. γνώσεσθε δὲ
" ὅτι ταληθῆ λέγω, ἂν μήτε πρὸς τὸ αὐτίκα
" ἡδὺ τὸ συμφέρον κρίνητε μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ
" ἀεὶ ὠφέλιμον· μήτε τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἐκπιμ-
" πλάναι, γενναῖον μᾶλλον, ἢ τὸ κρατεῖν αὐ-
166 " τῶν, νομίσητε εἶναι. αἰσχρὸν μὲν γὰρ, πα-
" ραχρῆμά [c] τι ἡσθέντας, ὕστερον μεταγνῶναι·
" δεινὸν δὲ, τὸ τῶν πολεμίων κρατοῦντας, ἡδο-
" νῶν τινων ἡττᾶσθαι.

quæque doceat, a malis admonendo castigando- A.C.U.705
que coerceat. Vera autem me loqui ita cogno- Corn. Len-
scetis, si non id, quod in præsentia jucundum est, tulo & C.Cl.
sed id quod in perpetuum prodest, utile judica- Marcello
veritis: neque explere suas cupiditates potius, COSS.
quam moderari iisdem, egregium censueritis.
Turpe est enim, modo ea voluptate duci, cujus
post pœniteat: indignumque est eos, qui hosti-
bus suis superiores evaserint, voluptatibus suc-
cumbere. „

" Πρὸς ὖν τί ταῦτα λέγω; ὅτι τὰ ἐπιτήδεια
" ἀφθόνως ἔχοντες, (λέξω γὰρ μετὰ παῤῥησίας,
" μηδὲν ὑποστειλάμενος. τήν τε [d] γὰρ [129] μι-
" σθοφορὰν ἐντελῆ καὶ καλὰ καιρὸν λαμβάνετε, καὶ
" τῆς τροφῆς ἀεὶ καὶ παντα χοῦ πολλῆς ἐμπίπλα-
" σθε.) καὶ μήτε πόνον τινὰ ἄδοξον, μήτε κίνδυ-
" νον ἀνωφελῆ ὑπομένοντες, καὶ προσέτι τῆς μὲν
" ἀνδραγαθίας πολλὰ καὶ μεγάλα γέρα καρπού-
" μενοι, [130] τῶν δ' ἁμαρτημάτων [dd] σμικρὸν οὐδὲ
" ἐπιλιμώμενοι, οὐκ ἀξιοῦτε τούτοις ἀρκεῖσθαι.
" λέγω δὲ ταῦτα οὐ πρὸς πάντας ὑμᾶς, (οὐδὲ γὰρ
" τοιοῦτοι ἐστὲ) ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους μόνους, οἵτινες
" τῇ ἑαυτῶν πλεονεξίᾳ καὶ τοὺς ἄλλους διαβάλλου-
" σιν. ὑμεῖς μὲν γὰρ οἱ πολλοὶ καὶ πάνυ ἀκρι-
" βῶς καὶ καλῶς τοῖς τε παραγγέλμασι τοῖς
" ἐμοῖς πείθεσθε, καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς πατρῴοις ἐμ-
" μένετε. καὶ διὰ τοῦτο καὶ χώραν τοσαύτην καὶ
C " πλοῦτον καὶ δόξαν ἐκτήσασθε. ὀλίγοι δέ τινες
" πολλὴν αἰσχύνην καὶ ἀδοξίαν ἅπασιν ἡμῖν προσ-
" τρίβονται. καίτοι ἔγωγε πρότερον σαφῶς ἐπισά-
" μενος τοιούτους αὐτοὺς ὄντας, (οὐδὲν γάρ μοι
" τῶν ὑμετέρων ἀμελές ἐστιν) οὐ προσεποιούμην εἰ-
" δέναι, νομίζων σφᾶς ἀμείνους, ἐκ τοῦ λαθεῖν ἂν
" δοκῆ ἁμαρτόντας τινὰ, γενήσεσθαι, τοῦ μὴ πλεο-
" νάσαντάς ποτε καὶ ἐφ' οἷς συνεγνώσθησαν κολα-
" σθῆναι· ἐπεὶ μέντοι αὐτοί τε καὶ, ὡς ἐξὸν σφίσι
" πάνθ' ὅσα βούλονται πράττειν, (ὅτι μὴ καλὰ
D " πρώτας εὐθὺς ἐδικαιώθησαν) ὑπερθρασύνονται,
" καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μηδὲν πλημμελοῦντας προσ-
" σασιάζειν ἐπιχειροῦσιν· ἀναγκαῖόν ἐστί μοι θε-
" ραπείαν τέ τινα καὶ ἐπιστροφὴν αὐτῶν ποιήσασθαι.

28. " Quorsum autem hæc disputo? quia vos
(dicam enim aperte, neque quicquam supprimam)
cum abundetis necessariis, cum stipendia integra le-
gitimo tempore accipiatis, ciboque semper & ubi-
que locorum affatim saturemini: cum laborem nul-
lum inhonestum, neque periculum ullum inutile
subeatis: præterea virtutis vestræ fructus, multa &
magna præmia feratis, & pro delictis vix verbis in-
crepemini: tamen his contenti esse non vultis. At-
que hæc mea oratio non ad universos pertinet,
(neque enim omnes hoc animo estis) sed ad illos
solos, qui sua cupiditate reliquos etiam infamant.
Nam plerique vos accurate admodum pulchre-
que meis jussis obtemperatis, moresque patrios
observatis: quo effectum est, ut in possessionem
tot agrorum, tantarumque divitiarum & gloriæ,
perveneritis. Pauci quidam ingens dedecus in-
famiamque universis nobis affricant: quos etsi
jam ante tales esse cognoveram, (nihil enim ve-
strum meam curam effugit) tamen id dissimula-
vi, fore putans, ut qui peccassent, si id clam
me fore arbitrarentur, in posterum melius sese
gererent: ne peccata augendo, etiam eorum,
quæ condonata jam fuerant, pœnam sibi consci-
scerent. Nunc, quoniam, perinde acsi priore
suppliciorum remissione licentiam omnia pro li-
bidine sua agendi adepti essent, audacia efferun-
tur, reliquosque etiam innocentes ad sedi-
tionem concitare conantur, mederi huic ma-
lo, & animadvertere in autores, necesse uti-
que habeo. „

" Οὔτε

29. Ni-

b σωφρονίζοντα. σωφρονοῦντα, V. b. male. *c* παραχρῆμά τι ἡσθέντας. verbi constructio postulat τινὶ ἡσθέντας, RS. non male quidem, nec tamen necessario, cum id pronominis adverbialiter poni consueverit, X. *d* τήν τε γὰρ. particula γὰρ abundat. L. paretheſin finiebant in ὑποστειλάμενος, ego produxi ad ἐμπίπλασθε. ita γὰρ non rejiciendum. *dd* σμικρὸν οὐδὲ. forte σμικροῦ, adv. Od.

§ 124. (l. 37.) τὰ λοιπὰ πάντα, πλὴν τοῦ τῆς ἐλευθερίας ἐνόμαλος] Florus IV. 2. 27. *Mox dedentibus se ablata omnia, præter, quam potiorem omnibus habebant, libertatem.* Apud Ciceronem Philippic. XIII. 15. Antonius: *Massiliensibus jure belli ademta reddituros vos pollicemini.* Portata deinde in Cæsaris triumpho Massilia, quod indignatur Cicero lib. II. c. 5. de officiis.

§ 125. (l. 38.) Φωκαΐδα μητρόπολιν σφῶν] Phocæenses pridem Persicam fugientes servitutem, relicta patria Phocæa Ioniæ urbe, Massiliam in Gallia condiderunt Olympiade XLV. 1. ut constat ex scriptoribus quam plurimis, quos laudant viri docti ad Justin. XLIII. 3. & Salmasius ad Solin. p. 94. edit. Paris. Interjecto tempore Massiliam matre sua Phocæa potentiorem clarioremque fieri contigit, ut Tyro Carthaginem, Syracusas Corintho, Cyzicum ac Byzantium Mileto genitali solo, ut notat Vellejus II. 15. Phocæam autem in Massiliæ gratiam libertate donavit Pompejus: *Massiliæque suæ donatur libera Phocis*, inquit Lucanus Lib. V. 53.

§ 126. (l. 40.) στρατιωτῶν τινῶν] Legio nona. Conf. Appianum II. civil. p. 457. Lucanum V. 244. sq. Suetonius Cæsare c. 69. *Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam adhuc in armis Pompejus esset, totam cum ignominia missam fecit, ægreque post multas & supplices preces, nec nisi exacta de sontibus pœna, restituit.* Mirum est, hujus rei mentionem intermitti a Cæsare, & plura fortiter gesta a nona legione commemorari, ut III. 67. & 89. De pœna in seditiosos, Dio infra p. 170. A.

§ 127. (l. 42.) πρόφασιν μὲν] Ad causationem hancce militum de fatigatione respondet Cæsar p. 169. C. Similem Cæsaris ad tumultuantes in Gallia milites orationem dedit Dio lib. XXXVIII. p. 82. sq.

§ 128. (l. 47.) οὐκ ὑπεῖξεν] Suetonius c. 69. *Non cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit.* Lucanus hac ipsa seditione jactatas voces militum cum retulisset, subjungit de Cæsare lib. V. 316.

——— ——— *stetit aggere fultus*
Cespitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Non metuens: atque hæc ira dictante profatur:
Qui modo in absentem vultu dextraque furebas,
Miles, habes nudum, promtumque ad vulnera pectus &c.

§ 129. (l. 75.) μισθοφορὰν ἐντελῆ καὶ καλὰ καιρὸν λαμβάνετε] Appianus II. civilium p. 457. ait, milites ideo Cæsari infestos se præbuisse, quod quinque minæ Brundusii ab ipso singulis (supra p. 160. E.) promissæ, nec dum persolutæ essent.

§ 130. (l. 81.) τῶν δ' ἁμαρτημάτων] Suetonius Cæsare c. 65. *militem tractabat pari severitate atque indulgentia.* & c. 67.

A.U.C. 705 Corn. Lentulo & C. Cl. Marcello COSS.

29. " Nimirum alioquin cœtus hominum omnino conſiſtere atque ſalvus eſſe non poteſt, niſi mali caſtigentur: quod pars ægrota, niſi remedio convenienti ſanetur, in reliquas etiam omnes morbum diffundat; ut in corporibus non tantum accidit, ſed vel maxime in exercitibus. Nam milites, quum virium aliquid habent, eo magis fiunt audaces, atque in corruptelam bonos etiam adducunt: dum eos ſegniores reddunt, veluti fructum nullum percepturos ſi recte fecerint. Ubi enim audacia potior eſt, ibi probitatem deprimi neceſſe eſt: & apud quos injuſtitiam pœna non ſequitur, ibi temperantia quoque præmiis ſuis ſpoliatur. Quid enim a vobis probe factum dicetis, ſi nihil hi mali perpetrant? aut qui conſentaneum ſit, vos honorem exſpectare, niſi hi meritas pœnas luant? An ignoratis, ſi metus hinc ſuppliciorum tollatur, hinc ſpes præmiorum præcidatur, nihil jam amplius boni, mala autem innumera patrari? Proinde ſi vere virtutem colitis, hos non ſecus ac hoſtes odiſſe debetis. Nec enim ab amico hoſtis natura diſtinctus eſt, ſed moribus & actionibus diſcernitur: quæ ſi bona ſint, etiam peregrinos nobis omnes familiaritate jungunt: ſin mala, etiam cognatos a nobis abalienant. „

" Οὔτε γὰρ ἄλλο τι σύστημα ἀνθρώπων συμμεῖναι καὶ σωθῆναι δύναται, ἂν μὴ. [e] τὸ κακουργοῦν σωφρονίζηται. τὸ γάρ τοι νοσῆσαν ἂν μὴ τὴν προσήκουσαν ἴασιν λάβῃ, [e] συγκάμνειν καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν, ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασι, ποιεῖ. ἐν δὲ δὴ ταῖς στρατιαῖς οὐχ ἧκισα· διότι αὐτοί τε ἰσχὺν ἔχοντες, τολμηρότεροι γίγνονται, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς προσδιαφθείρουσιν, [f] ἀθυμοτέρους παιοῦντες, ὡς οὐδὲν ὄφελος ἐκ τοῦ δικαιοπραγεῖν ἔξοντας. παρ' οἷς γὰρ ἂν τὸ θρασυνόμενον πλεονεκτῇ, παρὰ τούτοις ἀνάγκη τὸ ἐπιεικὲς ἐλαττοῦσθαι· καὶ ἐν οἷς ἀδικία ἀτιμώρητος ᾖ, καὶ τὸ σωφρονοῦν ἀγέρασον γίγνεται. τί μὲν γὰρ ἂν ὑμεῖς ἀγαθὸν ποιεῖν φήσετε, εἰ μηδὲν ὗτοι κακὸν [g] δρῶσι· πῶς δ' ἂν εἰκότως τιμᾶσθαι ἐθελήσητε, ἂν μὴ τὴν δικαίαν ὗτοι τιμωρίαν ὑπόσχωσιν; ἢ ἀγνοεῖτε τοῦθ', ὅτι [h] ἂν τὸ μὲν τῶν φόβων τῆς δίκης ἐλευθερωθῇ, τὸ δὲ τῆς ἐλπίδος τῶν ἄθλων στερηθῇ, ἀγαθὸν μὲν οὐδέν, κακαὶ δὲ μυρία ἀπεργάζεται; ὡς εἴπερ ἀρετὴν ὄντως ἀσκεῖτε, μισήσατε μὲν τούτους ὡς πολεμίους. οὐ γάρ πω φύσει τινὶ τὸ φίλιον ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ διακέκριται, ἀλλὰ τοῖς τε τρόποις καὶ ταῖς [hh] πράξεσι διορίζεται. ὧν ἀγαθῶν μὲν ὄντων, πᾶν καὶ τὸ ἀλλότριον οἰκειοῦται· πονηρῶν δὲ, πᾶν καὶ τὸ συγγενὲς ἀλλοτριοῦται.

30. " Cauſam ipſi veſtram agite. Nam omnes nos male propter illos audire neceſſe eſt, etſi nullum admiſerimus maleficium. Quisquis enim de noſtra multitudine ac propoſito perceperit, is crimine paucorum univerſos nos onerabit. Itaque licet nihil nobis cum horum cupiditate commune ſit, tamen eandem cum ipſis culpam ſuſtinebimus. Etenim quis non indignetur, ſi nos audiat nomine Romanos eſſe, factis Celtas? aut quis non lamentetur, ſi videat, Italiam perinde ac Britanniam vaſtari? Nonne indignum eſt, quum a Gallorum debellatorum bonis maleficia jam abſtineamus, nos ea quæ ſunt cis Alpes, inſtar Epirotarum Carthaginienſiumve, aut Cimbrorum populari? Jam illud quomodo tandem turpitudine vacet, vos gloriari, quod primi Romanorum & Rhenum trajeceritis, & Oceanum navigaveritis, cum patriam veſtram, ab hoſtibus incolumem, diripiatis? ac pro laude vituperium, pro honore ignominiam, pro lucris damna, pro præmiis ſupplicia repertetis? „

" [i] Ἀπολογήσασθε δὲ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν. ἀνάγκη [k] γὰρ καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοὺς πάντας κακῶς ἀκούειν, καὶ εἰ μηδὲν ἀδικῶμεν. πᾶς γάρ τις πυνθανόμενος τό, τε πλῆθος [l] ἡμῶν καὶ τὴν ὁρμὴν, ἐς πάντας ἡμᾶς καὶ τὰ τοῖς ὀλίγοις πλημμελούμενα ἀναφέρει. καὶ οὕτω τῶν πλεονεξιῶν οὐ συμμέτοχοι αὐτοῖς, τῶν ἐγκλημάτων τὸ ἴσον φερόμεθα. τίς γὰρ ἂν οὐκ ἀγανακτήσειεν, ἀκούων ὄνομα μὲν ἡμᾶς Ῥωμαίων ἔχοντας, [131] ἔργα δὲ Κελτῶν δρῶντας; τίς δ' οὐκ ἂν ὁρῶν ὀδύροιτο τὴν Ἰταλίαν ὁμοίως τῇ Βρεττανίᾳ πορθουμένην; πῶς δ' οὐ δεινὸν, τὰ μὲν τῶν Γαλατῶν τῶν καταπολεμηθέντων μηκέθ' ἡμᾶς λυπεῖν, τὰ δὲ ἐντὸς τῶν Ἄλπεων, ὥς τινας Ἠπειρώτας, ἢ Καρχηδονίους, ἢ Κίμβρους πορθεῖν; πῶς δ' οὐκ αἰσχρὸν, σεμνύνεσθαι μὲν [m] ἡμᾶς, καὶ λέγειν, ὅτι ἡμεῖς πρῶτοι Ῥωμαίων καὶ [132] τὸν Ῥῆνον διέβημεν, καὶ [133] τὸν Ὠκεανὸν ἐπλεύσαμεν, τὴν δὲ οἰκείαν, ἀπαθῆ κακῶν ἀπὸ τῶν πολεμίων οὖσαν, διαρπάσαι; καὶ ἀντὶ μὲν ἐπαίνου μέμψιν, ἀντὶ δὲ τιμῆς ἀτιμίαν, ἀντὶ δὲ κερδῶν ζημίας, ἀντὶ δὲ ἄθλων τιμωρίας λαβεῖν.

31. " Neque vero præferre vos civibus, qui domi ſunt, debetis ob id, quia militiam ſectamini.

" Μὴ γάρ τοι νομίσητε μήθ', ὅτι στρατεύεσθε, κρείττους παρὰ τοῦτο τῶν οἴκοι πολιτῶν εἶναι. Ῥωμαῖοι

[e] τὸ κακουργοῦν. τοὺς κακουργοῦντας, V. b. poſtea συγκάμνειν ſcripſi, pro συγκάμνει. [f] ἀθυμοτέρους. indicavi initio notarum, poſſe etiam h. l. ῥαθυμοτέρους legi, ſed tamen adhuc nonnihil hæſito, L. [g] κακὸν δρῶσι. κακὸν ἔρδουσι legiſſe videtur Xyl. *malum inveniant.* malo retinere lectionem uſitatam, L. [h] ἂν τὸ μὲν — ἐλευθερωθῇ — στερηθῇ, forte ἐλευθερωθῆναι & στερηθῆναι legendum, & τὸ ἂν παρέλκει. Od. nihil ſanius lectione vulgata. [hh] ταῖς πράξεσι. ταῖς τάξεσι, V. b. ſine ſenſu commodo. [i] ἀπολογήσασθε. ita cod. Med. vulgo ἀπολογίσασθε. ſed ἀπολογίζομαι eſt *calculum ponere*, ἀπολογέομαι *cauſam agere.* quod aptius huic loco. [k] ἀνάγκη γάρ. verba quæ ſequuntur, usque ad πᾶς γὰρ, Dioni ſaltus librariis conſuetus ſubtraxerat, reſtituta hic ex Cod. Med. ap. Gronov. p. 64. & V. a. niſi quod hic codex pro δι' αὐτοὺς, minus bene habet διὰ τοὺς, πλῆθος ἡμῶν. ὑμῶν, N. ni ἡμᾶς. ὑμᾶς, L.

delicta neque obſervabat omnia, ſed deſertorum ac ſeditioſorum & inquiſitor & punitor acerrimus, connivebat in cæteris.

§ 131. (l. 39.) ἔργα δὲ Κελτῶν] Diripiendo & vaſtando. Italiam enim ut permitteret diripere Cæſar, milites unice cupiebant. ſupra p. 165. C. Quoniam vero mox meminit Γαλατῶν quoque, itaque hoc loco per Celtas videtur ſignificare Germanos potius quam Gallos.

§ 132. (l. 47.) τὸν Ῥῆνον διέβημεν] Supra XXXIX. p. 113. D. & XL. p. 135. D.

" Ῥωμαῖοι γὰρ ἐσὲ ἀμφότεροι [n] καὶ ὁμοίως ni. Romani enim utrique estis, & æque illiac vos, A.U.C.705
" ὑμῖν καὶ ἐκεῖνοι καὶ ἐστρατεύσαντο, καὶ στρατεύ- partim jam militaverunt, partim militabunt. Ne- Corn. Len-
" σονται. μηθ' ὅτι ὅπλα ἔχετε, ἐξεῖναι ὑμῖν κα- que, quia arma geritis, credite vobis licere alios tulo & C.Cl.
" κουργεῖν. οἵ τε γὰρ νόμοι κυριώτεροι ὑμῶν εἰσὶ lædere: leges enim majorem, quam vestra est, Marcello
" καὶ πάντως ποτὲ καὶ ταῦτα καταθήσεσθε. μὴ vim obtinent, & tempus haud dubie veniet, quum COSS.
" μέντοι μηδὲ τῷ πλήθει θαρσεῖτε. πολὺ γὰρ vos quoque arma deponetis. Jam ne multitudi-
" πλείους ὑμῶν οἱ ἀδικούμενοι, ἄν γε καὶ συστρα- one quidem vestra confidere convenit: longe
" φῶσιν, εἰσί. συστραφήσονται δὲ, ἐὰν τοιαῦτα enim plures sunt ii, quos lædetis, si quidem coi-
" ποιῆτε. μηδ' ὅτι τοὺς βαρβάρους ἐνικήσατε, tionem facere velint: quod profecto facient, si
E " [134] καὶ τούτων καταφρονεῖτε· ὧν οὐδὲν κατὰ in proposito vestro perrexeritis. Nec, quia bar-
" γένος, οὔτε κατὰ παιδείαν, οὐκ ἐκ τῆς τροφῆς, baros deviciistis, hos quoque contemnendos pu-
" οὐκ ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων, διαφέρετε· ἀλλ' tate: quibus non genere, non institutione, non
" ὥσπερ που καὶ προσῆκον καὶ συμφέρον ἐστὶν educatione, denique nec studiis præferendi
" ὑμῖν, μήτε βιάζεσθέ τινα αὐτῶν, μήτ' ἀδικεῖτε· estis. Itaque, quod officii & utilitatis vestræ ra-
" ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπιτήδεια παρ' ἑκουσίων σφῶν tio postulat, nolite vim cuiquam aut injuriam in-
" λαμβάνετε, καὶ τὰ γέρα παρ' ἑκόντων προσδέ- ferre, sed a volentibus ipsis res necessarias accipi-
" χεσθε. te, & munera expectate. "

" Πρὸς γὰρ δὴ τοῖς εἰρημένοις, τοῖς τε ἄλ- 32. " Nam præter hæc, quæ a me comme-
168 " λοις, ὅσα ἄν τις μηκύνων περὶ τῶν τοιού- morata sunt, & alia, quæ si longior quis hac in re
" των διεξέλθοι, καὶ ἐκεῖνο δεῖ ὑμᾶς προσ- esse velit, persequi liceret, hoc etiam vos expen-
" λογίζεσθαι, ὅτι νῦν ἡμεῖς ἐνταῦθ' ἥκομεν, ἵνα dere oportet: huc nos advenisse ideo, ut patriæ
" τῇ τε πατρίδι ἀδικουμένῃ βοηθήσωμεν, καὶ injurias propulsaremus, eosque, qui eam male
" τοὺς κακουργοῦντας αὐτὴν ἀμυνώμεθα. ἐπεὶ habuissent, ulciscceremur. Etenim nisi ea in ma-
" εἴγε ἐν μηδενὶ δεινῷ ἦν, οὔτ' ἂν ἐς τὴν Ἰτα- lis versaretur, neque nobis in Italiam cum armis
" λίαν μετὰ τῶν ὅπλων ἤλθομεν, (ὃ οὐ γὰρ proficiscendum fuisset, (quum id fas non sit) ne-
" ἔτ' ἐστὶν) οὔτ' ἂν τά τε τῶν Κελτῶν καὶ que res Germanicas Britannicasque imperfectas
" τὰ τῶν Βρεττανῶν ἀτέλεστα καταλίπομεν, δυ- reliquissemus, quum eis extremam manum im-
" νηθέντες ἂν καὶ ἐκεῖνα προσκατεργάσασθαι. ponere licuisset. Qui ergo absurdum non sit,
" οὐκοῦν ὡς μὲν οὐκ ἄτοπον, ἐπὶ τῇ τῶν nos, qui ad aliorum ulciscenda flagitia huc nos
" ἀδικούντων τιμωρίᾳ παρόντας ἡμᾶς, μηδὲν ἧτ- contulerimus, nihil illis lædendi studio inferiores
B " τον πλεονεκτοῦντας ἐκείνων φανῆναι; ὡς δ' inveniri? qui non miserandum sit, nos, qui ad
" οὐ χέτλιον, πρὸς ἐπικουρίαν τῆς πατρίδος opitulandum patriæ venerimus, hanc ei neces-
" ἀφιγμένους, συμμάχων αὐτὴν ἑτέρων ἀναγκά- sitatem imponere, ut alios auxiliarios contra nos
" σαι καθ' ἡμῶν δεηθῆναι; καίτοι ἔγωγε το- desideret? Equidem tanto meam causam Pom-
" σοῦτον περιεῖναι τοῖς δικαιώμασι τοῦ Πομ- peji causa justiorem esse censeo, ut sæpenumero
" πήου νομίζω, ὥστε καὶ ἐς δίκην [135] πολλά- eum ad disceptationem juris invitaverim: ac,
" κις αὐτὸν προκαλέσασθαι· καὶ ἐπειδή γε μὴ quoniam is conscientia sua victus pacatam cogni-
" ἠθέλησεν εἰρηνικῶς ὑπὸ τοῦ συνειδότος διακρι- tionem renuit, spero me causæ meæ bonitate to-
" θῆναι, πάντα μὲν τὸν δῆμον, πάντας δὲ tum populum Romanum, omnesque socios in
" τοὺς συμμάχους ἐλπίσαι διὰ τοῦτο προθή- partem meam pertracturum. At vero si quid
" σεσθαι. ἀλλὰ νῦν, ἄν γε καὶ τοιοῦτα ποιῶ- ejusmodi nos committamus, neque justam ipse
" μεν, οὔτ' αὐτὸς ἐπιτήδειόν τι ἔξω προίσχεσθαι, ego excusationem, neque quod jure adversarios
" οὔτ' ἐκείνοις ἂν ἐπιεικὲς ἐγκαλέσαι. δεῖ δὲ δὴ culpem, quicquam habuero. Proinde summa
" καὶ τοῦ δικαίου πᾶσαν ἡμᾶς προνοιαν ποιεῖσθαι. nobis justitiæ est habenda cura, cum qua etiam
" μετὰ μὲν γὰρ τούτου καὶ ἡ παρὰ τῶν ὅπλων de armorum potentia spes bona proposita est, si-
" ἰσχὺς εὐελπὶς ἐστιν· ἄνευ δ' ἐκείνου βέβαιον οὐ- ne ea nihil habet firmum, ut maxime in præsen-
" δὲν, κἂν παραυτίκα τις καθορθώσῃ τι, ἔχει. tia quis victoriam obtineat. "

" Καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτω πέφυκε, καὶ ὑμῶν 1 33. " Hæc vera esse, plerique compertum
" οἱ πλείους ἐπίστανται. [00] πάντες γοῦν τὰ προσ- habetis: atque ideo, nemine etiam jubente, offi-
" ήκοντα ἀπαρακλήτοι πράττετε. ὅθεν που καὶ cio vestro satisfacitis: quæ mihi causa fuit, ut vos
ἐγὼ convocatos

[n] καὶ ὁμοίως ὑμῖν. verba sequentia usque ad ἐξεῖναι ὑμῖν, transsilierat iterum librarius. habes ea ex cod. Med. apud Gronov. p. 66. & V. a. quid Xylandri & Leunclavii ingenium hic valuerit, ex ipsis licet perspicias. pro sequenti καταθήσεσθε, συγκαταθήσεσθε vult Od. sine urgente causa. [o] οὐ γὰρ ἔτ' ἐστὶν. οὐ γὰρ ἔξεστιν, X. vel ὅπερ οὐκ ἔξεστιν, L. illud simplicius. [00] πάντες γοῦν τὰ προσήκοντα ἀπαράκλητοι πράττετε. πάντα γοῦν τὰ προσήκοντα ἀπαράβλητοι πράττετε, V. a. sensus esset: *omnia igitur, quæ sunt officii vestri, prorsus dissimiles illis, facitis.* sed præfero vulgatam lectionem.

§ 133. (l. 47.) τὸν Ὠκεανὸν ἐπλεύσαμεν] Duplici in Britanniam expeditione. supra XXXIX. p. 114. & XL. p. 121. sq.

§ 134. (l. 63.) καὶ τούτων] Italorum & Civium Romanorum quos exspoliare gestiebant.

§ 135. (l. 89.) πολλάκις αὐτὸν προκαλίσασθαι] Cæsar in alia ad milites allocutione, quæ extat lib. III. de bello civili cap. 90. *testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset, quæ per Vatinium in colloquio, quæ per A. Clodium cum Scipione egisset: quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset: neque se unquam abuti militum sanguine, neque Rempub. altero exercitu privare voluisse.*

A.U.C.705 Corn. Lentulo & C.Cl. Marcello COSS.

convocatos tanquam teſtes & inſpectores eorum, quæ a me dicuntur agunturque, adhiberem: vosque diſſimiles illis probitatis veſtræ cauſa laudarem. Sed videtis, quemadmodum pauci quidam, non contenti ſæpius jam impune deliquiſſe, inſuper nobis minentur. Ego ſane neque alias rectum eſſe arbitror, ut qui magiſtratum gerit, ab iis quibus imperat vinci ſe patiatur: neque ſalutare quicquam agi poſſe cenſeo, ubi ii, quibus injunctum eſt, ut dicto imperantis ſint audientes, imperare ipſi velint. Intelligitis enim, quam probe conſtituta ſit futura ea domus, in qua natu minoribus ætate grandiores deſpectui ſint: aut ludus literarius, ubi diſcipuli magiſtros contemnant: quæ ſpes ſanitatis ſit ægrotis, ſi non per omnia medicis obtemperent: quam tuta navigatio, ſi nautæ gubernatorum juſſis non pareant. Ita natura duas neceſſarias res, easdemque ſalutares, comparavit in humano genere, ut alii cum imperio eſſent, alii ei ſubjicerentur: nihilque eſt, quod ſine his vel tantillum temporis ſpatium perdurare queat. Proinde decet eum, qui alii præfectus eſt, excogitare quæ uſui ſint, eaque mandare: qui vero ſubditus eſt, absque omni excuſatione obtemperare, inque exequendo mandato elaborare: qua in re præcipue prudentiam imprudentiæ, ſcientiamque ignorantiæ ſemper præferri videmus. „

" ἐγὼ συνεκάλεσα ὑμᾶς, ἵνα καὶ μάρτυρας καὶ
" ἐπόπτας τῶν τε λεγομένων καὶ πρατ]ομένων
" ποιήσωμαι. ἀλλ' ὑμεῖς οὐ τοιοῦτοι ἐστὲ, καὶ D
" διὰ ταῦτα καὶ ἐπαινεῖσθε. ὀλίγοι δὲ δή τι-
" νες ὁρᾶτε ὅπως, πρὸς τῷ P πολλάκις κε-
" κακουργηκέναι, καὶ μηδεμίαν P δίκην δεδω-
" κέναι, καὶ προσεπαπειλοῦσιν ἡμῖν. οὐ μέν-
" τοι καὶ ἐγὼ οὕτ' ἄλλως καλὸν εἶναι νομίζω,
" 136 ἄρχον]ά τινα τῶν ἀρχομένων ἡτ]ᾶσθαι, οὔτ'
" ἂν σωτήριόν τι γενέσθαι πο]ὲ, εἰ τὸ ταχθὲν
" ὑπηρε]εῖν τινι, κρα]εῖν αὐ]οῦ ἐπιχειρήσειε. σκέ-
" ψασθε δὲ, ποῖος μὲν κόσμος οἰκίας γένοι]ο,
" ἂν οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ ὄν]ες τῶν πρεσβυ]έρων κα- E
" ταφρονήσωσι· ποῖος δὲ τῶν διδασκαλείων, ἂν
" οἱ φοι]ῶν]ες τῶν παιδευ]ῶν ἀμελήσωσι· τίς
" ὑγίεια νοσοῦσιν, ἂν μὴ πάν]α τοῖς ἰα]ροῖς
" οἱ κάμνον]ες πειθαρχῶσι· τίς δὲ ἀσφάλεια
" ναυτιλλομένοις, ἂν οἱ ναῦται τῶν κυβερνη-
" τῶν ἀνηκουσῶσι. φύσει τε γὰρ ἀναγκαία τινα
" καὶ σωτήρια, τῷ μὲν, ἄρχειν ἐν τοῖς ἀνθρώποις,
" τῷ δὲ, ἄρχεσθαι τέτακ]αι. καὶ ἀδύνα]όν ἐστιν 169
" ἄνευ αὐ]ῶν καὶ ὁτιοῦν καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν διαγε-
" νέσθαι. προσήκει τε τῷ μὲν ἐπισα]οῦν]ί τινος,
" ἐκφρονί]ειν τε τὰ δέον]α καὶ ἐπι]άτ]ειν· τῷ
" δὲ ὑπο]αγμένῳ, πειθαρχεῖν τε ἀπροφασίστως,
" καὶ ἐκπονεῖν τὸ κελευόμενον. ἐξ ὧν καὶ μάλι-
" σα τό, τε ἔμφρον τοῦ ἄφρονος, καὶ τὸ ἐπισή-
" μον τοῦ ἀνεπισήμονος ἐν παν]ὶ προ]ε]ίμη]αι.

34. " Quæ quum ita ſint, profecto neque neceſſitate eo unquam compellar, ut his tumultuantibus quicquam condonem: neque vi adigar, ut concedam. Quorſum ab Ænea & Julo ſum ortus? quorſum præturam geſſi? quorſum conſulatum? quorſum vos partim domo mecum eduxi, partim poſtea novis delectibus conſcripſi? quorſum tam longo jam tempore poteſtatem proconſularem obtineo? ſi veſtrum alicui ſervire cogar, ſi cedere alicui veſtrum heic in Italia, ad urbem Romam, poſtquam per me Gallos redegiſtis in poteſtatem, Britannosque viciſtis? Quo terrore? cujus metu rei adductus id fecero? an, ne quis me veſtrum interficiat? Atqui, ſi una eſſet omnibus vobis hæc ſententia, mortem oppetere mallem, quam majeſtatem imperii evertere, animique

" Οὕ]ω δὴ ὄυν τούτων ἐχόν]ων, οὐκ ἄν πο]ε
" ὄὖ]ε συγχωρήσαιμί τι τούτοις τοῖς θορυβήσασιν,
" ἀναγκαθεὶς, οὔτ' ἂν ἐπιτρέψαιμι, βιαθείς. ἢ
" τί μὲν [137] ἀπό τε τοῦ Αἰνείου καὶ ἀπὸ τοῦ B
" Ἰούλου γέγονα; [138] τί δὲ ἐστρα]ήγησα; τί
" ὑπάτευσα; ἐπὶ τί δὲ ὑμᾶς, τοὺς μὲν, οἴκο-
" θεν ἐξήγαγον, τοὺς δ' ὕστερον προσκα]έλεξα;
" ἐπὶ τί [139] τοσοῦτον ἤδη χρόνον τὴν ἐξουσίαν τὴν
" ἀνθύπα]ον ἔχω λαβών, ἄν γε δουλεύσω τινὶ
" ὑμῶν, καὶ νικηθῶ τινος ὑμῶν ἐν]αῦθα ἐν τῇ
" Ἰταλίᾳ, πρὸς τὴν Ῥώμην, ᾗ δι' ὃν καὶ Γαλά-
" τας ἐχειρώσασθε, καὶ Βρετ]ανῶν ἐκρα]ήσα]ε; τί
" δείσας, καὶ τί φοβηθείς; μή μέ τις ὑμῶν
" ἀποκ]είνῃ; ἀλλ' εἰ μὲν πάν]ες ταῦτ' ἐφρονεῖτε,
" ἑκὼν ἂν ἀποθανεῖν εἱλόμην, ἢ τό, τε ἀξίωμα
" τῆς ἡγεμονίας κα]αλῦσαι, καὶ τὸ φρόνημα τὸ
τῇ

p πολλάκις. πολλὰ, V. b. & deinde huic lectioni convenienter, μηδεμίαν αὐ]ῶν δίκην, quæ & lectio eſt codicis V. a. κακουργηκέναι RS. male, pro κεκακουργηκέναι. *q* δι' ὧν. δι' ὃν, N. probabilis emendatio, quam recepi. ſic & Od. qui infra quoque lin. 73. pro ἀγνοεῖτε, probe monuit ἢ ἀγνοεῖτε legendum eſſe. ſic p. 167. A. &c.

§ 136. (l. 12.) ἄρχον]ά τινα τῶν ἀρχομένων ἡτ]ᾶσθαι] Itaque alibi incuſat Cæſar Centuriones ac milites, *quod, aut quam in partem, aut quo conſilio ducerentur, ſibi quærendum aut cogitandum putarent*, & non in voluntate ducis ſui acquieſcerent. lib. I. de bello Gallico c. 40.

§ 137. (l. 35.) ἀπό τε τοῦ Αἰνείου καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰούλου] Cæſar apud Suetonium c. 6. *Ab Anco Marcio Marcii ſunt reges, quo nomine fuit mater: a Venere Julii, cujus gentis familia noſtra.* & c. 49. *a Venere ortus.* Manilio I. 796. *Veneris proles Julia*, ab Julo ſcilicet, Æneæ filio, infra XLIII. p. 234. E. qui Æneas Venere & Anchiſe natus traditur. Itaque & in numis Cæſaris, *Venus genitrix*, & templum Veneri tanquam gentis ſuæ auctori a Cæſare conditum, Dio refert infra XLIII. p. 225. A. Veneremque cultam in primis p. 235. A. *Origo Juliæ gentis Æneas*, apud Tacitum IV. 9. Annal. Conf. Vellejum lib. II. c. 41. Appianum II. civil. p. 470. E. E recentioribus Bochartum de Æneæ adventu in Italia, Rich. Streinium de Familiis Romanis T. VII. Theſauri Græviani & Joh. Glandorpii librum de familia Julia editum Baſileæ 1576. 8vo. atque inſertum deinde Onomaſtico Romano p. 414. ſq. vide & quæ ad Dionis lib. XLIV. p. 259. C.

§ 138. (l. 36.) τί δὲ ἐστρα]ήγησα; τί ὑπά]ευσα;] De Prætura Cæſaris A. U. C. 692. dictum lib. XXXVII. p. 49. C. de Conſulatu A. 695. lib. XXXVIII. p. 58. ſq.

§ 139. (l. 39.) τοσοῦτον ἤδη χρόνον] Proconſulatus Cæſaris repetendus ab A. U. C. 696. ſupra p. 63. D.

§ 140. (l. 57.) ὡς κεκμηκότες] Supra p. 165. C.

§ 141. (l. 81.) ἐπεκλήρωσεν αὐτοὺς ἐπὶ θανάτῳ] Appianus II. civil. p. 457. refert, nonam legionem a Cæſare decimatam Πετρείῳ νόμῳ, ſive πα]ρίῳ potius, ut ad Suetonii c. 69. Caſaubonus. Antiquus enim hic Romanus mos, (eidem Appiano III. civil. p. 554. στρα]ιωτικὸς νόμος) ſi legiones peccaſſent, ne puniendorum multitudo cladi ſimiliorem pœnam faceret, verum metus ad omnes, ſupplicium ad paucos perveniret, ſortitione in illas animadvertere: ut apud Liv. lib. II. c. 59. *Sorte decimus quisque ad ſupplicium lecti.* Caſauboni emendationem confirmat, quod Plutarchus in Craſſo p. 548. πάτριον διὰ πολλῶν χρόνων κόλασμα nominat. & Appianus ipſe II. civil. p. 467. ἐκέλευον τῷ

C " τῇ προσαλείᾳ προσῆκον ἀπολέσαι. πολὺ γὰρ
" που πλείω, πολὺ κινδυνεύεται, τοῦ ἕνα ἄνδρα ἀδί-
" κως ἀποθανεῖν, ἂν ἐθισθῶσιν οἱ στρατιῶται τοῖς
" τε στρατηγοῖς σφῶν προστάττειν τινὰ, καὶ τὰ
" δίκαια τὰ τῶν νόμων ἐν ταῖς χερσὶ ποιεῖ-
" σθαι.

animique magnitudinem eam, quam hic magistratus requirit, exuere. Longe enim profecto, longe majus periculum imminet, ubi milites consueverint suis ducibus imperare, jusque legum in manibus suis ponere, quam si vir unus injuste pereat. „ A.U.C.705 Corn. Lentulo & C.Cl. Marcello COSS.

" Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲ ἐπηπείληκέ τις αὐτῶν·
" (καὶ γὰρ ἂν καὶ παραχρῆμα ἔυ οἶδ' ὅτι πρὸς
" ὑμῶν τῶν ἄλλων ἀπέσφακτο·) τὴν δὲ δὴ στρα-
" τείαν [140] ὡς κεκμηκότες ἐξίστανται, καὶ τὰ
" ὅπλα ὡς καὶ πεπονημένοι καταλιθένται· καὶ
D " πάντως, ἄν γε μὴ παρ' ἐκόντος μου τούτου τύ-
" χωσι, καὶ τὴν τάξιν ἐκλείψουσι, καὶ πρὸς τὸν
" Πομπήϊον μεταστήσονται. ἅπερ που καὶ παραδη-
" λοῦσί τινες. καὶ τίς μὲν οὐκ ἂν ἐθελήσειε
" τοιούτων ἀνθρώπων στερηθῆναι; τίς δ' οὐκ ἂν
" ἔυξαιτο τοιούτους ἐκείνῳ στρατιώτας ὑπάρξαι, οἵτι-
" νες μήτε τοῖς διδομένοις ἀρκοῦνται, μήτε τοῖς
" προστατουμένοις πείθονται, ἀλλ' ἐν ἡλικίᾳ γῆρας,
" καὶ ἐν ἰσχύϊ ἀσθένειαν προβαλλόμενοι, δεσπόζειν
" τε τῶν ἀρχόντων, καὶ τυραννεῖν τῶν ἡγουμένων
" σφῶν ἀξιοῦσιν; ἐγὼ γὰρ μυριάκις ἂν καὶ πρὸς
E " τὸν Πομπήϊον ὁπωσδήποτε καταλλαγῆναι, καὶ
" ἄλλο ὁτιοῦν παθεῖν ἑλοίμην, ἢ τι ἀνάξιον τοῦ τε
" πατρίου φρονήματος καὶ τῆς ἐμαυτοῦ προαιρέσεως
" πρᾶξαι. ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι οὔτε δυνασείας οὔτε πλεο-
170 " νεξίας ἐπιθυμῶ; οὐδέ μοι πρόκειται πάντως τι
" καὶ ἐκ παντὸς τρόπου καταπρᾶξαι, ὥστε τι ἐπι-
" τούτῳ καὶ ψεύσασθαι, καὶ θωπεῦσαι, καὶ κολα-
" κεῦσαί τινας; παύσασθε μὲν δὴ διὰ ταῦτα
" τῆς στρατείας, ὦ, τί ἂν ὑμᾶς ὀνομάσαιμι; οὐ
" μέντοι ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ βούλεσθε καὶ φατὲ,
" ἀλλ' ὡς τῷ κοινῷ καὶ ἐμοὶ συμφέρει. „ Ταῦ-
" τα εἰπὼν, [141] ἐπεκλήρωσεν αὐτοὺς ἐπὶ θανάτῳ·
καὶ τοὺς μὲν θρασυτάτους (ὄυτοι γὰρ ἐκ παρα-
σκευῆς ἔλαχον) ἐδίωξε, τοὺς δ' ἄλλους, ὡς οὐδὲν
σφῶν δεόμενος, [142] διῆκε· καὶ ἐκεῖνοι μὲν, μετανοή-
B σαντες ἐφ' οἷς ἔπραξαν, ἀναστρατεύεσθαι ἔμελλον.

Namque omnes voces, per quas jam tempore tanto
Mentimur dominis, hæc primum repperit ætas,
Qua sibi, ne ferri jus ullum Cæsar abesset,
Ausonias voluit gladiis miscere secures.

Ab senatu creatum Dictatorem scribit Plutarchus, Cæsare p. 725. αἱρεθεὶς δὲ δικτάτωρ ὑπὸ τῆς βουλῆς. Sed Appianus II. civil. p. 457. αὐτὸν ὁ δῆμος περιφανῶς ἠρέτο δικτάτωρα, οὔτε τι τῆς βουλῆς ψηφιζομένης, οὔτε προχειροτονοῦντος ἄρχοντος. Utroque rectius Dio, cum Cæsaris ipsius narratione consentiens, Lepidoque ἄρχοντι hoc tribuens, etiam infra XLIII. p. 214. A.

Ἐν ὁδῷ δὲ ἔτ' ὄντος αὐτοῦ, Μάρκος Αἰμίλιος [143] Λέπιδος, ὅστις ὁ καὶ ἐν τῇ [r] τριαρχίᾳ ὕστερον γενόμενος, τῷ τε δήμῳ συνεβούλευσε στρατηγῶν, [144] δικτάτωρα τὸν Καίσαρα προχειρίσασθαι· καὶ εὐθὺς εἶπεν αὐτὸν [145] παρὰ τὰ πάτρια. καὶ ὃς ὑπέστη μὲν τὴν ἀρχὴν ἐπειδὴ πρῶτον μὲν ἐς τὴν πόλιν

36. Dum Cæsar adhuc in itinere moratur, Marcus Æmilius Lepidus, is qui postmodo triumvir factus est, prætor eo tempore, populo consuluit, ut Cæsarem dictatorem crearent: eumque mox dictatorem, præter instituta majorum, dixit. Cæsar simulatque Romam pervenit, dictaturam

[r] τριαρχίᾳ. sic Xiph. vulgo τριηραρχίᾳ, quæ est præfectura triremium, hoc loco prorsus aliena.

τῷ πατρίῳ νόμῳ διακληρώσαντα αὐτοὺς, τὸ δίκαιον μέρος ἀναιρεῖν. vide Pitiscum in *decimari*.

§ 142. (l. 84.) διῆκε] Cæsar apud Lucanum V. 357.

——— ——— *discedite castris,*
Tradite nostra viris ignavi signa Quirites &c.

Suetonius c. 69. *Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam adhuc in armis Pompejus esset, totam cum ignominia missam fecit: ægreque post multas & supplices preces, nec nisi exacta de fontibus pœna, restituit.*

§ 143. (l. 87.) Λέπιδος] Ut Antonio tribuno plebis Italiam & exercitus, ita Lepido prætori præfecturam urbis, Cæsar discedens commiserat. Plutarchus Antonio p. 918. vide quæ supra ad p. 162. A.

§ 144. (l. 89.) δικτάτωρα] Cæsar lib. II. de bello civili c. 21. *Massiliæ Cæsar legem de dictatore latam, seseque Dictatorem dictum a M. Lepido Prætore, agnoscit.* Populi precibus hoc videri voluisse dare Cæsarem, ut dictaturam susciperet, Lucanus innuit lib. V. 382.

——— ——— *populoque precanti*
Scilicet indulgens, summum Dictator honorem
Contigit, & lætos fecit se Consule fastos.

§ 145. (l. 90.) παρὰ τὰ πάτρια] Ex more Romano, Dictatorem vel ipse creabat Consul, vel eum quem populus jussisset Dictatorem dicebat. Erat igitur hoc a consuetudine patria alienum, ut prætor illud faceret, quod vix tribunis militum consulari potestate concessum, docet Livius IV. 31. Sed & in creatione Pontificum, de qua Dio mox, & in multis aliis rebus τὰ νενομισμένα τηρῆσαι Cæsar deinceps insuper habuit, diserte professus οὐ τὸν αὐτὸν ὅπλων καὶ νόμων καιρὸν, *non idem armorum ac legum tempus esse*, ut est apud Plutarchum pag. 725.

A.U.C.705 Corn. Lentulo & C. Cl. Marcello COSS

dictaturam iniuit: nihil tamen asperum in ea gessit: sed & exulibus omnibus, Milone excepto, reditum liberum fecit, & ad sequentem annum magistratus constituit, (nam eo quidem anno in locum eorum, qui abierant, nullos alios subrogaverant: quumque nullus ædilis ad urbem esset, tribuni plebis eorum munia obiverant:) pontificesque defunctis suffecit, non quidem omnibus eorum legibus in ea re observatis: Gallis, qui cis Alpes trans Padum incolebant, quod sub suo imperio fuissent, civitatis jus dedit. His peractis, Cæsar dictaturæ nomen deposuit, quum nihilosecius omnem ejus potestatem ipsamque rem semper usurparet. Nam & robur ab armis habebat, & legitimam insuper potestatem ab eo, qui tum Romæ erat, senatu accipiebat; concedente, ut quæcunque vellet, libere agere posset.

ὥστε εἰσῆλθεν· οὐ μέντοι καὶ φοβερὸν οὐδὲν ἐν αὐτῇ ἔπραξεν, ἀλλὰ [146] τοῖς τε ἐκπεπλωκόσι κάθοδον ποιῶν, [147] πλὴν τοῦ Μίλωνος, ἔδωκε, [s] καὶ τὰς ἐς νέωλα ἀρχὰς ἀπέδειξεν, (ἐς γὰρ τὸ παρὸν τότε οὐδένα [148] ἀντὶ τῶν ἀπόντων ἀνθείλοντο· καίτοι μηδενὸς ἀγορανόμου ἐπιδημοῦντος, οἱ δήμαρχοι πάντα τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτοῖς διήγαγον) ἱερέας τε ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων ἀντικατέστησεν, οὐ πάντα τὰ κατ' αὐτοὺς ἐν τῷ τοιούτῳ νενομισμένα τηρήσας· καὶ [149] τοῖς Γαλάταις, τοῖς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ὑπὲρ τὸν Ἠριδανὸν οἰκοῦσι, τὴν πολιτείαν, ἅτε καὶ ἄρξας αὐτῶν, ἀπέδωκε. ποιήσας δὲ ταῦτα, καὶ [150] τὸ ὄνομα τῆς δικταλωρίας ἀπεῖπε. τὴν γὰρ δύναμιν τό, τε ἔργον αὐτῆς καὶ πάνυ ἀεὶ διὰ χειρὸς ἔσχε. τῇ τε γὰρ παρὰ τῶν ὅπλων ἰσχύϊ ἐχρῆτο, καὶ προσέτι καὶ ἐξουσίαν ἔννομον δή τινα παρὰ τῆς ἐκεῖ βουλῆς προσέλαβε. πάντα γὰρ μετὰ ἀδείας ὅσα ἂν βουληθῇ, πράττειν οἱ ἐπεγράπη.

37. Hæc adeptus, statim rem magnam necessariamque perfecit. Enim vero creditores acerbissime a debitoribus suis pecunias exigebant, quibus ipsi ob seditiones ac bellum multis opus habebant: debitorum autem plerique, etsi maxime vellent, solvere iisdem de causis non poterant, quod ea tempestate nec reddere mutuo acceptum, nec mutuo sumere proclive erat. Itaque multa inter eos mala fide ac per fraudem agebantur, metusque erat, ne ea res ad summum malum vergeret. Quanquam vero rei fœnebri jam ante quoque tribuni plebis quidam modum posuerant; tamen ne sic quidem æris alieni dissoluendi ratio constabat, quum debitores rebus oppignoratis cederent, creditores nihilominus sortem sibi parata pecunia reddi postularent. His utrisque Cæsar, quantum fieri poterat, subvenit. Nam pignorum pretium æstimari jussit, ejusque pretii judices sorte deligi, si qui de eo jure vellent contendere.

Τυχὼν δὲ τούτου, μέγα εὐθὺς καὶ ἀναγκαῖον πρᾶγμα διώρθωσεν. ἐπειδὴ γὰρ [151] οἵ τε δεδανεικότες τισὶ πικρότατα τὰς εἰσπράξεις, ἅτε καὶ πολλῶν χρημάτων διά τε τὰς στάσεις καὶ διὰ τοὺς πολέμους προσδεόμενοι, ἐποιοῦντο, καὶ τῶν ὀφειλόντων συχνοί, οὐδὲ ἐθέλοντες, ἀποδοῦναί τι [t] ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδύναντο, (οὔτε γὰρ ἀποδόσθαί τι, οὔτε [u] δανείσασθαί ῥᾴδιον αὐτοῖς ἐγίγνετο·) καὶ τοῦτο πολλὰ μὲν ἄπιστα, πολλὰ δὲ καὶ δολερὰ πρὸς ἀλλήλους ἔπρασσον· καὶ δέος ἦν, μὴ καὶ ἐς ἀνήκεστόν τι κακὸν προχωρήσωσιν. ἐμελετᾶτο μὲν καὶ πρὸ τούτου [152] πρὸς δημάρχων τινῶν τὰ καλὰ τοὺς τόκους· ἐπεὶ δ' οὐδ' ὡς ἀπεδίδοντο, ἀλλ' οἱ μὲν τῶν ἐνεχύρων ἐξίσαντο, οἱ δὲ καὶ τὸ ἀρχαῖον ἐν ἀργυρίῳ ἀπῄτουν· ἀμφοτέροις τότε ὁ Καῖσαρ ὡς οἷόν τε ἦν ἐπεκούρησε. τά τε γὰρ ἐνέχυρα πρὸς τὴν ἀξίαν ἐναποτιμηθῆναι ἐκέλευσε, καὶ [153] δικασὰς [x] αὐτῆς τοῖς ἀμφισβητοῦσί τι ἀποκληροῦσθαι προσέταξεν.

38. Ac quia complures multam vim pecuniæ habere, eamque omnem supprimere dicebantur; edixit,

Ἐπειδή τε συχνοὶ πολλὰ χρήματά τε ἔχειν, καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε, μηδένα

s τὰς ἐς νέωλα ἀρχὰς. nihil hæsitavi in recipienda hac lectione, monitu Leunclavii, pro vulgata, τὰ ἐς νέωλα ἀρχὰς. t ὑπὸ τῶν αὐτῶν. an ἀπὸ τῶν? N. interpretatio nostra docebit, frustra hæc verba torsisse viros doctos. nam Xyl. plane omittit. Leunel. *per ipsos creditores impediti*, interpretatur. Anonymus quasi re desperata mutandum censet. plana est sententia. ὑπὸ τῶν αὐτῶν, nempe στάσεων καὶ πολέμων. u δανείσασθαι. ἐπιδανείσασθαι, V. a. x αὐτῆς. repone αὐτοῖς, L. nisi malis αὐτῆς ad ἀξίας referre. vid. F. §. 153.

§ 146. (l. 93.) τοῖς ἐκπεπλωκόσι πᾶσι] Speciatim eos, qui a Sylla missi fuerant in exilium, restitutos a Cæsare scribit Plutarchus p. 725. quod jam antea ab eo factum tradidit Dio supra p. 161. E.

§ 147. (l. 94.) πλὴν τοῦ Μίλωνος] De hujus exilio supra XL. p. 146. Fortasse novum odium apud Cæsarem concitavit Milo, homo δραστήριος, quod Massiliensibus auctor fuit, Cæsari ut resisterent. Quæ deinde pro Pompejo fecit, referuntur a Cæsare III. 22. De ejus interitu infra p. 196.

§ 148. (l. 96.) ἀντὶ τῶν ἀπόντων] In locum eorum, qui cum Pompejo profugerant, in quibus ipsi Consules Lentulus ac Marcellus, supra p. 155. sq. Cæsare itaque dictatore habente Comitia, Consul in futurum annum creatur Cæsar cum P. Servilio Vatia Isaurico: *Is enim erat annus*, inquit Cæsar lib. III. de bello civil. c. 1. *quo per leges Consulem ei fieri liceret:* decennio nimirum elapso post priorem Consulatum.

§ 149. (l. 1.) τοῖς Γαλάταις τοῖς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ὑπὲρ τὸν Ἠριδανόν] De civitate his danda, jam ante decennium disceptatum fuerat, ut tradidit Dio XXXVII. p. 33. D. Sed rem hanc Cæsar Dictator demum perfecit. Adi, si placet, Carolum Sigonium lib. III. de jure Italiæ c. 2. & Ezech. Spanhemium lib. I. Orbis Rom. c. 12. p. 87. sq.

§ 150. (l. 4.) τὸ ὄνομα τῆς δικταλωρίας] Cæsar III. 2. *His rebus & feriis Latinis comitiisque omnibus perficiundis undecim dies tribuit, dictaturaque se abdicat, & ab urbe proficiscitur, Brundisiumque pervenit.* De undecim diebus dictaturæ meminit etiam Plutarchus p. 725. & Appianus p. 457.

§ 151. (l. 11.) οἵ τε δεδανεικότες] Conferre juvabit Cæsarem lib. III. 2. & 20. sq. Suetonium c. 42. Appianum II. civil. p. 458. Ad hanc Cæsaris legem respicitur infra XLII. p. 195. B. τὰ περὶ τῶν δανεισμάτων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ὁρισθέντα] vide etiam p. 208. D. sq.

§ 152. (l. 21.) πρὸς δημάρχων τινῶν] Vide Antonium Augustinum lib. de legibus Rom. ubi de lege Duilia, Menenia & Genucia T. II. Thesauri Græviani.

§ 153. (l. 27.) δικασὰς] Appianus τιμητὰς τῶν ὠνίων vocat, *æstimatores rerum venalium*, ita enim malim, quam cum interprete, *Censores*. Cæsar III. 1. *Constituit ut arbitri darentur, ut per eos fierent æstimationes possessionum & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuisset, atque eæ creditoribus transderentur.* Addit Suetonius c. 42. *deducto summæ æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset.* Arbitros iterum appellat Cæsar III. 20.

§ 154. (l. 31.) μηδένα πλέον] Drachmarum quindecim millia, sive sestertia sexaginta, sive sexaginta millia sestertium, respondent

154 μηδένα πλεῖον ʸ πενταχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ ʸ κεκτῆσθαι· οὐχ ὡς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον τοῦτον τιθεὶς, ἀλλ' ὡς καὶ πρότερόν ποτε ἐσενεχθέντα ἀνανεούμενος· εἴτ' οὖν ἵνα τοῖς τε δανεισαῖς οἱ ὀφείλοντές τι ἐκτίνωσι, καὶ τοῖς δεομένοις οἱ ἄλλοι δανείζωσιν· εἴτε καὶ ὅπως οἵ τε εὐποροῦντες ἔκδηλοι γένωνται, καὶ χρήματα αὐτῶν μηδεὶς ἀθρόα ἔχῃ, μὴ καὶ ἀπόντος τι νεωτερισθῇ. ἐπαρθέντος δὲ ἐπὶ τούτῳ τοῦ πλήθους, καὶ ἀξιοῦντος [155] καὶ τοῖς οἰκέταις μήνυτρα ἐπ' αὐτῷ κατὰ τῶν δεσποτῶν προτεθῆναι, οὔτε προσέγραψεν ᵃ αὐτῷ τῷ νόμῳ, καὶ προσέτι καὶ ἐξώλειαν ἑαυτῷ προσεπηράσατο, ἄν ποτέ τι δούλῳ κατὰ τοῦ δεσπότου εἰπόντι πιστεύσῃ.

edixit, ne quis vel in argento, vel in auro etiam, possideret plus pecuniæ, quam LX. sestertia: non quasi ipse legem hanc ferret, sed velut jam ante latam tunc renovaret: sive ut creditoribus debitores aliquid penderent, indigentibusque alii mutuo darent: sive ut locupletes qui essent, manifestum fieret: neve quis immodicam pecuniam haberet, aut se absente novi motus existerent. Hac lege populo animis elato, postulanteque, ut servis quoque dominos ejus rei causa deferentibus indicii præmium proponeretur, non modo legi nihil ea de re adjecit; sed sibi ipsi insuper perniciem imprecatus est, si quid unquam servo contra dominum dicenti crederet.

A.U.C. 705 Corn. Lentulo & C. Cl. Marcello COSS.

Καῖσαρ μὲν δὴ ταῦτα πράξας, καὶ τὰ [156] ἀναθήματα, τά τε ἄλλα, καὶ ᵃ τὰ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου πάντα, ἀνελόμενος, ἐς τὸ [157] Βρεντέσιον ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους, καὶ πρὶν ἐς τὴν ὑπατείαν, ἐς ἣν ἐκεχειροτόνητο, ἐσελθεῖν, ἐξώρμησε. καὶ αὐτοῦ [158] τὰ τῆς ἐκστρατείας ποιοῦντος, ἵκτινος ἐν τῇ ἀγορᾷ κλώνιον δάφνης ἑνὶ τῶν συμπαρόντων οἱ ἐπέρριψε. καὶ μετὰ τοῦτο [159] τῇ Τύχῃ θύοντος, ὁ ταῦρος ἐκφυγὼν, πρὶν τιτρώσκεσθαι, ἔξω τῆς πόλεως ἐξεχώρησε, καὶ πρὸς λίμνην τινὰ ἐλθὼν, διενήξατο αὐτήν. καὶ οὐκ τούτων ἐπὶ πλέον θαρσήσας ἠπείχθη· καὶ μάλιθ', ὅτι οἱ μάντεις μένοντι μὲν αὐτῷ οἶκοι, ὄλεθρον, περαιωθέντι δὲ τὴν θάλασσαν, καὶ σωτηρίαν καὶ νίκην ἔσεσθαι ἔφασαν. ἀφορμηθέντος δὲ αὐτοῦ, [160] οἱ παῖδες οἱ ἐν τῇ πόλει ὄντες διχῇ τε ἐνεμήθησαν αὐτοκέλευστοι· καὶ οἱ μὲν ᵇ Πομπηίους σφᾶς, οἱ δὲ, Καισαρείους ὀνομάσαντες, ἐμαχέσαντο τρόπον τινὰ ἄνευ ὅπλων ἀλλήλοις, καὶ ἐπεκράτησαν ὅσοι τῇ τοῦ Καίσαρος προσωνυμίᾳ ᵇ ἐχρῶντο.

39. His confectis Cæsar, & donariis omnibus, cum ex aliis locis, tum ex Capitolio sublatis, sub exitum anni, ac priusquam consulatum, ad quem erat designatus, iniret, Brundusium contendit. Expeditionem eo jam moliente, miluus in foro frondem lauri uni assistentium ei injecit: deinde quum Fortunæ sacra faceret, taurus ante, quam feriretur, elapsus, urbe exivit: quumque ad paludem quandam perveniisset, eam tranavit. Hæc effecerunt, ut Cæsar confidentius etiam iter maturaret: idque in primis, quod arioli dixissent, ipsi, si domi maneret, interitum, sin mare transmisisset, salutem ac victoriam obventuram. Postea quam Roma discessit Cæsar, pueri urbani, nemine id jubente, in duas partes discesserunt, alteri que Pompejanorum, alteri Cæsarianorum nomen sibi sumpsere: tum absque armis commisso in speciem prælio, qui se Cæsarianos vocaverant, superiores discesserunt.

Ἐν ᾧ δὲ δὴ ταῦτα ἔν τε τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐγίγνετο, Μάρκος μὲν Ὀκταούϊος καὶ Λούκιος ᶜ Σκριβώνιος Λίβων, Πούπλιον Κορνήλιον [161] Δολοβέλλαν, τά τε τοῦ Καίσαρος πράττοντα, καὶ ἐν τῇ Δαλματίᾳ ὄντα, ἐξήλασαν ἐξ αὐτῆς, τῷ τοῦ Πομπηίου ναυτικῷ χρώμενοι. καὶ μετὰ τοῦτο Γάϊον

40. Quo tempore hæc Romæ ac in Hispania gesta sunt, eodem M. Octavius & L. Scribonius Libo, P. Cornelium Dolabellam, Cæsaris partes sequentem, ex Dalmatia, in qua tum erat, classe Pompeji usi, profligaverunt. Hinc C. Antonium, subvenire ei conantem, in insulam quandam

ʸ κεκτῆσθαι. κεχρῆσθαι, V. b. quod scioli cujusdam glossema videtur. paulo ante, pro πενταχιλίων, πεντακοσιακιχιλίων volebat Meursius de luxu Rom. c. 1. T. VIII. thes. Græv. p. 1223. sed eæ Græcis πεντήκοντα μυριάδες dicerentur, neque enim ultra ἑννεακιχιλίας progrediuntur, cetera per μυριάδας exprimunt, ut notatum jam Jo. Frid. Gronovio de pec. vet. IV. 6. p. 296. ᶻ αὐτῷ. forte αὐτὸ, Od. ᵃ τὰ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου. τὰ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, Xiph. rectius. ᵇ Πομπηίους. sic HS. L. sic infra p. 181. D. 182. E. &c. sic Σερτώρεοι, Ὀυαλέρεοι. Πομπήϊος, & Καισαρῖοι, RS. Πομπηίειους mavult X. quia Xiph. Πομπηϊανοὺς habet. paulo post ἐχρῶντο scripsi ex Xiph. quod rectius quam vulgo χρώμενοι. ᶜ Σκριβώνιος. Κριβώνιος, RS. edidit, quanquam ipse de vera lectione non dubitans.

respondent thaleris mille octingentis & septuaginta quinque. Legem Cæsaris Dictatoris, *qua de modo credendi possidendique intra Italiam cavetur*, memorat Tacitus VI. 16. Annal. addens, *omissam olim*, (ante Cæsaris tempora) *quia privato usui bonum publicum postponitur.* Inde apud Suetonium Tiberio c. 49. quibusdam objectum, quod partem rei familiaris in pecunia haberent.

§ 155. (l. 40.) καὶ τοῖς οἰκέταις] Jure veteri Romano servi neque testes in dominos suos admittebantur, neque tormentis quæri ad testimonium ejusmodi exprimendum, nisi de incestu & conjuratione, poterant. vide quæ viri docti ad Cic. Orationem pro Milone c. 22. pro Dejotaro c. 1. & 2. & ad Tacitum II. Annal. c. 30. Postea triumviri proscriptione promulgata servis etiam dominos suos prodentibus præmia & libertatem proposuere. Imperatores quidam, ut testimonium ferre contra dominos servi possent, eos prius manu mitti, vel actori publico mancipari, jusserunt. infra ad p. 151. D. 675. A.

§ 156. (l. 45.) ἀναθήματα] Hæc, cum pecunia ex ærario publico, Pompejus afferri sibi jusserat, p. 155. B. sed ob præcipitatam ex urbe fugam, fieri id neutiquam potuit, itaque sicut pecunia omni, p. 161. C. ita donariis, ad sumtus belli sustinendos, Cæsar est potitus. Similiter ἀναθήματα ex templo Tyrio Herculis detracta a Cæsare. infra XLII. p. 208. A.

§ 157. (l. 47.) Βρεντέσιον] Cæsar lib. III. c. 2.

§ 158. (l. 49.) τὰ τῆς ἐκστρατείας ποιοῦντος] Cum sacra pro felici expeditione, & auspicata in militiam profectione, faceret.

§ 159. (l. 52.) τῇ Τύχῃ θύοντος] Forti Fortunæ sacra facta a Cæsare; cujus etiam templum in hortis, quos deinde populo moriens reliquit, ut testatur Plutarchus in Bruto. p. 993.

§ 160. (l. 59.) οἱ παῖδες οἱ ἐν τῇ πόλει] Idem plane postea ante pugnam Actiacam contigisse Dio narrat, ut pueris, qui se Cæsarianos, & qui Antonianos se vocarent, inter se confligentibus, succumberent Antoniani. infra lib. L. p. 423. D.

§ 161. (l. 67.) Δολοβέλλαν] Adde Julium Celsum, p. 144. Florus IV. 2. 31. *Quum fauces Adriatici maris jussi occupare Dolabella & Antonius, ille Illyrico hic Curictico* (al. Corcyreo) *littore castra posuissent, jam maria late tenente Pompejo, repente legatus ejus Octavius Libo* (imo legati M. Octavius & L. Scribonius Libo, quos præter Dionem distinguit Orosius VI. 15. & ipse Cæsar III. 5. de bello civili) *ingentibus copiis classicorum circumvenit*

A.U.C.705 Corn. Lentulo & C.Cl. Marcello COSS.

dam exiguam concluſerunt: ibique ab incolis de-
ſertum, fameque preſſum, paucis demptis, cum
omni manu, quam ſecum habuerat, ceperunt.
Nonnulli enim in continentem ante effu-
gerant: alii quidam, ratibus mare trajicien-
tes, quum interciperentur, ſibi ipſis mor-
tem conſciverunt.

41. At Siciliam Curio ſine pugna recepit. Nam præfectus ejus Cato, quum neque ad pugnam adverſus eum ſatis eſſet inſtructus, neque fruſtra urbes objicere periculo vellet, inſula mature relicta, ad Pompejum contendit. Verum quum idem Curio transmiſiſſet in Africam, periit. Ad ejus quidem adventum L. Cæſar Clupea urbe, quam tum forte tenebat, exceſſit: ac P. Attius Varus, qui rebus tunc in iis locis præerat, multosque ſub ſe milites, multas urbes habebat, congreſſus cum Curione, prælioque victus, omnia amiſit. Sed Juba Hiempſalis filius, rex Numidiæ, qui cauſam Pompeji prætulerat, quam eandem & populi & ſenatus cenſuerat eſſe, Curioni cum hanc ob cauſam infeſtus, tum quod is tribunus plebis regno ſe ſpoliare, regionemque publicare inſtituerat, magna vi bellum Curioni fecit. Itaque non præſtolans ejus in Numidiam adventum, oppugnanti Uticam occurrit, non quidem omnibus cum copiis ſuis; veritus, ne Curio (quem non tam depellere, quam ulciſci cupiebat) re mature cognita, in mare provectus diſcederet: ſed paucis præmiſſis, ſparſoque etiam rumore, quaſi ipſe in longinquas alio regiones profectus eſſet, ſuos ſubſecutus eſt. Neque falſus ſua ſpe Juba fuit.

42. Etenim Curio primum, audito ejus adventu, in caſtra ſe, quæ mari propinqua erant, receperat: decreveratque, ſi ab hoſtibus premeretur, navibus conſcenſis tota Africa decedere. Sed poſteaquam paucos quosdam, eosque ſine Juba, advenire accepit; animo collecto, ſtatim de nocte, tanquam

Γάϊον Ἀυλώνιον ἐπαμῦναί οἱ ἐθελήσαντα, [162] ἔς γε νησίδιόν τι καλέκλεισαν. κἀνταῦθα πρός τε τῶν ἐπιχωρίων ἐγκαλαλειφθέντα, καὶ λιμῷ πιεσθέντα, πασσυδὶ πλὴν ὀλίγων εἵλον. ἔς τε γὰρ τὴν ἤπειρον ἔφθησάν τινες αὐτῶν διαφυγόντες· καὶ ἕτεροι ἐν σχεδίαις διαπλέοντες, καὶ ἁλισκόμενοι, σφᾶς αὐτοὺς ἀπεχρήσαντο.

Κουρίων [163] δὲ Σικελίαν ἀμαχεὶ παρεσήσατο. ὁ γὰρ Κάτων ἄρχων αὐτῆς, ὡς οὔτε ἀξιόμαχός οἱ ἦν, οὔτε τὰς πόλεις ἐς κίνδυνον μάτην ἐμβαλεῖν ἠθέλησε, [d] προεξεχώρησε μὲν [164] πρὸς τὸν Πομπήϊον. ἔς δὲ δὴ τὴν Ἀφρικὴν περαιωθεὶς, ἀπώλετο. [e] ὁ μὲν γὰρ [165] Καῖσαρ ὁ Λούκιος τὴν [166] Ἀσπίδα τὴν πόλιν, ἐν ᾗ καὶ τύχην ἄλλως ἦν, πρὸς τὸν ἐπίπλουν αὐτοῦ ἐξέλιπε, καὶ [167] Πούπλιος Ἄττιος Ὦυαρος, [f] ὅτι ἐκεῖ πράγματα τότε ἔχων, καὶ στρατιώτας συχνοὺς, καὶ πόλεις, [καὶ] ἡττηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἀπέβαλεν. ὁ δὲ δὴ [168] Ἰόβας Ἰεμψοῦ παῖς ὢν, καὶ τῶν Νομάδων βασιλεύων, τά τε τοῦ Πομπηΐου, ὡς καὶ τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς προῖμῶν, καὶ τὸν Κουρίωνα διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι τήν τε [169] βασιλείαν αὐτοῦ δημαρχῶν ἀφελέσθαι, καὶ τὴν τε χώραν δημοσιῶσαι ἐπεχείρησε, μισῶν, ἰσχυρῶς αὐτῷ προσεπολέμησεν. οἵκαδε μὲν γὰρ ἐς τὴν Νουμιδίαν οὐκ ἀνέμεινεν αὐτὸν ἐσβαλεῖν· πολιορκοῦντι δὲ οἱ Οὐτικὴν, παντὶ μὲν ἅμα τῷ στρατῷ οὐ προσέμιξε, [170] φοβηθεὶς μὴ καὶ προπυθόμενος ἐξαναχθείη· (οὐ γάρ πω ἀπώσασθαι αὐτὸν μᾶλλόν τι ἢ τιμωρήσασθαι ἐπεθύμει·) ὀλίγους δέ τινας προπέμψας, καὶ [171] προφημίσας ὡς καὶ αὐτὸς ἄλλοσέ ποι καὶ πόρρω ἀπεληλυθὼς εἴη, ἃ ἐφέσωτό τε σφίσι, καὶ οὐ διήμαρτεν ὧν ἤλπισεν.

Ὁ γὰρ Κουρίων πρότερον μὲν, ὡς καὶ αὐτοῦ ἐκείνου προσιόντος, ἔς τε τὸ στρατόπεδον τὸ πρὸς τῇ θαλάσσῃ ὂν μετέστη, καὶ γνώμην ἐποιεῖτο, τῶν τε νεῶν, ἂν βιάζηται, ἐπιβῆναι, καὶ τὴν Ἀφρικὴν παντελῶς ἐκλιπεῖν· ἐπεὶ δὲ ὀλίγους τέ τινας, καὶ τούτους ἄνευ τοῦ Ἰόβου, ἀφικνεῖσθαι ἐπύθετο, ἐθάρσησε·

d προεξεχώρησε. προεξεχάρισε, RS. mendoſe. ſequens μὲν uncis includit L. velut expungendum. ſic & Od. & fateor, particulam ambiguitati locum dare, cum ſic ſequentia ἔς δὲ δὴ τὴν Ἀφρικὴν περαιωθεὶς, ad eundem Catonem referre poſſis, quod miror etiam a Leunclavio factum in verſione ad marginem. pertinent autem ad Curionem, cujus in Africa interitum ſtatim Dio deſcribit, addens p. 173. A. Κουρίων μὲν δὴ οὕτως ἀπώλετο. interitum Curionis tacet hic X. *e* ὁ μὲν γὰρ Καῖσαρ. ὁ μὲν οὖν Καῖσ. L. præter rem. *f* ὅτι ἐκεῖ πράγματα. ὃ τὰ ἐκεῖ πράγμ. L. forte ὅ, τε Od. ſequens καὶ, niſi quid excidit, utique inducendum. *g* ἐφέσπετο. verbum poeticum, vix Dioni uſurpatum, qui ἕφεπτο dicere ſolet, L.

circumvenit utrumque. Fallitur etiam Appianus, qui lib. II. civil. p. 457. Antonium in Illyrico ab Octavio Dolabella Pompejano duce ſuperatum ſcribit. Antonii ab Octavio capti meminit Dio infra XLII. p. 190. B.

§ 162. (l. 70.) ἔς γε νησίδιόν τι] Corcyram in ſinu Illyrico. vide Dionyſium Voſſium ad Cæſarem III. 10. ubi militum ſuorum deditionem ad Corcyram memorat, de qua præter Livii Epitomen 110. etiam Lucanus IV. 408. *Clauditur extrema reſidens Antonius ora &c.* Suetonius c. 36. *C. Antonius in Illyrico in adverſariorum devenit poteſtatem: P. Dolabella claſſem in eodem Illyrico amiſit.* C. Antonius hic M. Antonii (poſtea Triumviri) frater. vide Joh. Glandorpii Onamaſticon Rom. p. 80.

§ 163. (l. 77.) Κουρίων δὲ Σικελίαν] C. Curio, qui tribunus plebis ad Cæſarem confugerat, ſupra p. 153. D. ab eo miſſus eſt cum exercitu ad Siciliam recipiendam, ut narrat Cæſar lib. I. c. 30. & ſine prælio occupavit, cedente ejus præfecto Catone, ut jam dictum ad p. 161. D.

§ 164. (l. 80.) πρὸς τὸν Πομπήϊον] Cato apud Lucanum II. 319. *quin publica ſigna ducemque Pompejum ſequimur.* Adi Plutarchum in Catone minore p. 785.

§ 165. (l. 82.) Καῖσαρ ὁ Λούκιος] Cæſar lib. II. c. 23. *Curionis in Africam adventum L. Cæſar filius, cum decem longis navibus ad Clupeam præſtolans, veritus navium multitudinem, ex alto refugerat, appulſaque ad proximum littus trireme conſtrata & in littore relicta, pedibus Adrumetum confugerat.* Hic eſt L. Cæſar, qui a Pompejo miſſus, ſupra p. 154. D. Pompejanas partes ſemper eſt ſecutus, & denique in bello Africano periit. vide lib. XLIII. p. 218. 219.

§ 166. (l. 83.) Ἀσπίδα τὴν πόλιν] Clypea non procul Carthagine. Lucanus IV. 585. de Curione.

Inter ſemirutas magnæ Carthaginis arces
Et Clupeam tenuit ſtationis littora notæ.

§ 167. (l. 84.) Πούπλιος Ἄττιος Ὦυαρος] Ita etiam vocat Cæſar lib. I. c. 31. & lib. II. c. 23. & Cicero pro Q. Ligario c. 1. ad quem locum Franciſcus Fabricius annotat, mendoſe vocari Ὀυάρων Ἄππιον apud Plutarchum in Catone minore p. 786. & Ὀυάρου Ἀτίλιον apud Appianum II. civil. p. 455. De victoria Curionis Cæſar lib. II. cap. 34. ſq. Lucanus lib. IV. 713.

Nam pepulit Varum campo, nudataque fœda
Terga fuga, donec vetuerunt caſtra, cecidit.

§ 168. (l. 87.) Ἰόβας Ἰεμψοῦ παῖς] Juba pater Jubæ regis, de quo infra ad p. 514. D.

§ 169. (l. 91.) βασιλείαν αὐτοῦ δημαρχῶν ἀφελέσθαι] Ut Clodius tribunus plebis legem tulerat de regno Cypri publicando,

σησε. καὶ εὐθὺς τῆς νυκτὸς, ὡς καὶ ἐφ' ἕτοιμον νίκην, μὴ καὶ διαφύγωσιν αὐτὸν, ἄρας ἐπορεύετο· καί τινας τῶν προδρόμων [172] καθεύδοντας ἐν τῇ ὁδῷ φθείρας, πολὺ προθυμότερος ἐγένετο. κἀκ τούτου τοῖς λοιποῖς ὑπὸ τὴν ἕω προκεχωρηκόσιν ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἐντυχὼν, οὐδεμίαν ἀναβολὴν ἐποιήσατο· ἀλλὰ, καίτοι τῶν στρατιωτῶν καὶ ὑπὸ τῆς πορείας καὶ ὑπὸ τῆς ἀγρυπνίας τεταλαιπωρημένων, ἐς χεῖρας σφίσι παραχρῆμα ἦλθε. καὶ τούτῳ ἑσώτων τε αὐτῶν, καὶ ἀντιβόπως ἀγωνιζομένων, [173] ὁ Ἰόβας αἰφνιδίως οἱ ἐπιφανεὶς, τῷ τε ἀδοκήτῳ ἅμα αὐτὸν καὶ τῷ πλήθει κατειργάσατο, καὶ ἐκεῖνον μὲν, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πλείστους [b] αὐτοῦ ταύτῃ ἀπέκτεινε, τούς τε λοιποὺς μέχρι τε τῆς ταφρείας ἐπεδίωξε, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὰς ναῦς καθεῖρξε. καὶ τῷ ταράχῳ τούτῳ πολλῶν μὲν χρημάτων ἐκράτησε, πολλοὺς δὲ ἄνδρας ἔφθειρε. συχνοὶ δὲ δὴ καὶ διαφυγόντες αὐτῶν ἀπώλοντο, οἱ μὲν ἐν τῇ ἐς τὰ πλοῖα ἐσβάσει ὑπὸ τοῦ ὠθισμοῦ σφαλέντες, οἱ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάφεσιν ὑπὸ τοῦ βάρους αὐτῶν [174] βαπτισθέντες. γιγνομένων δὲ τούτων, φοβηθέντες τινὲς μὴ τὰ αὐτὰ αὐτοῖς πάθωσι, προσεχώρησαν μὲν [175] τῷ Οὐάρῳ, ὡς καὶ σωθησόμενοι, ἔγνωσαν δ' οὐδὲν ἐπιεικές. ὁ γὰρ Ἰόβας, προϊδόμενος ὅτι αὐτὸς σφᾶς ἐνενικήκει, καὶ ἐκείνους πλὴν ὀλίγων ἐφόνευσε. Κουρίων μὲν δὴ, πλεῖστά τε [176] τῷ Καίσαρι συναράμενος, καὶ πάμπολλα ἐπ' αὐτὸν ἐπελπίσας, οὕτως ἀπώλετο. Ἰόβας δὲ πρὸς μὲν τοῦ Πομπηΐου τῶν τε ἄλλων τῶν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ βουλευτῶν τιμάς τε ἔνεγκε, καὶ [177] βασιλεὺς προσηγορεύθη· πρὸς δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος, τῶν τε ἐν τῇ πόλει, αἰτίαν εἶχε, καὶ πολέμιος ἀπεδείχθη· ὅ, τε Βόκχος καὶ ὁ Βογούας, [i] βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν, ἀντωνομάσθησαν.

tanquam ad certam victoriam, neve sibi hostes elaberentur, profectus; quum in itinere quosdam, qui agmen hostile præcesserant, somno captos interfecisset, longe alacrior factus est. Hinc, quum in reliquos etiam e castris progressos sub auroram incidisset, quanquam itinere vigiliaque confectos milites habebat, tamen nulla interjecta mora, statim manus cum eis conseruit: qui quum resisterent, & æquis viribus certaretur, subito Juba visus est, isque Curionem cum inopinato adventu, tum multitudine suorum, perdidit: ipsum Curionem cum plurimis militum eo in loco concidit, reliquos ad castra usque persequutus in naves deinde compulit, eoque in tumultu multis pecuniis potitus est multosque interfecit. Complures ex iis, qui effugerant, partim in conscendendis navibus mutuo impulsu collapsi, partim in ipsis navigiis nimio pondere desidentibus, perierunt. Quibus ita evenientibus, veriti nonnulli, ne eandem fortunam experirentur, spe salutis suæ Varo sese dediderunt: sed ne hi quidem humanitatem ullam experti, fere omnes a Juba, qui suam esse victoriam contendebat, interfecti sunt. Sic Curio, quum plurimis in rebus Cæsarem adjuvisset, maximaque sibi de eo polliceretur, periit. Juba autem a Pompejo, reliquisque, qui in Macedonia erant, senatoribus, honore affectus est, & rex appellatus: a Cæsare vero, iisque, qui ad urbem erant, incusatus, hostisque judicatus est. Contra Bocchus & Bogudes, quod hostes Pompeji essent, reges dicti sunt.

A.U.C.705 Corn. Lentulo & C. Cl. Marcello COSS.

Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει δισσοί τε τοῖς Ῥωμαίοις ἄρχοντες παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐγένοντο, καὶ μάχη μεγίστη δὴ συνηνέχθη. [178] οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἄστει καὶ ὑπάτους τόν τε Καίσαρα καὶ Πούπλιον Σερουίλιον, καὶ στρατηγοὺς, τά τε ἄλλα τὰ ἐκ τῶν νόμων [k] ἤρηντο· [179] οἱ δὲ ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ, τοιοῦτον μὲν οὐδὲν [l] παρεσκευάσαντο, καίτοι τῆς τε ἄλλης

43. Anno insequenti Roma duplices magistratus, contra quam leges ferrent, habuit: eodemque anno prælium ingens commissum est. Romæ duo consules, Cæsar & P. Servilius, prætores quoque & alii legitimi magistratus delecti erant. Qui vero Thessalonicæ degebant, nihil horum constituerunt: quamvis (ut quidam autores

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

b τῶν ἄλλων τοὺς πλέστους αὐτοῦ ταύτῃ. αὐτῇ ταύτῃ, V. a. b sed illud etiam p. 111. B. mox l. 23. malim καὶ τῷ. *i* βασιλεὺς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν ἀγωνομάσθησαν. sic vulgo. βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν ἦσαν, ὠνομάσθησαν, X. βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν, ἀθωνομάσθησαν, L. melius omnino. *k* ἤρηντο. ἤρουτο, V. b. *l* παρεσκευάσαντο. προπαρεσκευάσαντο, V. a. b.

cando, supra XXXVIII. p. 78. E. Cæsar lib. II. c. 25. *Curio tribunus plebis legem promulgaverat, qua lege regnum Jubæ publicaretur.* Lucanus IV. 690.

Lege tribunitia solio depellere avorum
Curio tentarat, Lybiamque auferre tyranno.

§ 170. (l. 96.) *φοβηθέντες*] Idem Lucanus 717. de Juba:

—— —— *rapit agmina furtim*
Obscuratque suam per jussa silentia famam,
Hoc solum metuens incautus ab hoste timeri.

§ 171. (l. 100.) *προφημίσας*] Vide Cæsarem lib. II. c. 38.

§ 172. (l. 11.) *καθεύδοντας*] Cæsar loco laudato.

§ 173. (l. 18.) *ὁ Ἰόβας αἰφνιδίως*] Cæsar lib. II. c. 41. sq. Appianus II. civil. p. 455. sq. Lucanus IV. 746. *tunc primum patuere doli* &c.

§ 174. (l. 28.) *βαπτισθέντες*] Multitudine atque onere depressi. Cæsar. III. 43.

§ 175. (l. 30.) *τῷ Οὐάρῳ*] Idem Cæsar c. 44. paucos in Siciliam incolumes venisse testatus, reliquas copias refert Varo se dedidisse. *Quorum*, inquit, *cohortes militum Juba postero die ante oppidum* (Uticam) *conspicatus, suam esse prædicans prædam, magnam partem eorum interfici jussit: paucos electos in Regnum* (Numidiæ) *remisit.*

§ 176. (l. 33.) *τῷ Καίσαρι συναράμενος*] De Curionis pro Cæsare studio dictum supra XL. p. 149. sq. Lucanus V. 39.

—— —— *Libyæ squallentibus arvis*
Curio Cæsarei cecidit pars magna senatus.

& lib. IV. 797.

—— —— *Cecidit que in strage suorum*
Impiger ad letbum & fortis virtute coacta.

Cæsar lib. II. c. 42. narrat, Curionem Cn. Domitio præfecto equitum hortanti ad fugam noluisse præbere aures, atque præliantem interfectum. Adde Julium Celsum p. 145.

§ 177. (l. 36.) *βασιλεὺς προσηγορεύθη*] Lucanus V, 56.

—— *Libyamque jubent auctore Senatu*
Sceptrifero parere Jubæ ——

Hoc scilicet erat majestatis Romanæ, nomen & imperium firmare Regibus. vide Grotium ad Act. XVII. 7. Hic est Juba victus deinde a Cæsare in bello Africano, infra XLIII. p. 217. filius Hiempsalis, pater vero Jubæ illius, ingenio etiam & scriptis clarissimi, quem regno paterno iterum donavit Augustus. infra LI. p. 454. B. De Boccho & Bogude dixi infra ad XLIII. p. 214. E.

§ 178. (l. 43.) *οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἄστει*] Supra p. 170. C. Servilii cum Cæsare *συνάρχοντος* mentio p. 193. A.

§ 179. (l. 46.) *οἱ δὲ ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ*] Apud Pompejum, quem Thessalonicæ hiemasse Dio infra E. testatur, erant cum senatoribus compluribus etiam Consules Corn. Lentulus & C. Claudius, qui Roma cum eo profugerant. vide p. 155. A.

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS

tores sunt) ibi cum consulibus, CC. senatores agerent, & ibidem locum quendam ad auspicia, quo legitime geri pleraque viderentur, publicum feciſſent: ut jam & populus universus ibi, & urbs ipsa esse videri posset. In causa tamen fuit, quo minus novos magistratus crearent, quod lex curiata a consulibus lata non erat. Itaque iisdem, quibus ante, usi sunt magistratibus: appellationibusque tantum mutatis, eos proconsules, proprætores, proquæstores dixere. Morum enim patriorum magnam adhuc curam gerebant, quamvis armis captis, patriaque relicta, non omnia, quæ ad rem præsentem requirebantur, neque omnino secundum instituta patriæ perficere possent. Verum quum hi utraque ex parte nomen magistratus gererent, ipsa tamen summa rerum vere penes Pompejum & Cæsarem erat: qui ut legum a se observatarum famam reportarent, hic consulis, ille proconsulis nomen ferebat: neque tamen ex magistratuum præscripto, sed suo arbitrio cuncta administrabant.

ἄλλης βουλῆς (ὡς φασί τινες) ἐς διακοσίους, καὶ τοὺς ὑπάτους ἔχοντες· καί τι καὶ χωρίον ἐς ὀτὰ οἰωνίσματα (τοῦ δὴ καὶ ἐν νόμῳ δή τινι αὐτὰ δοκεῖν γίγνεσθαι) δημοσιώσαντες, ὥστε καὶ τὸν δῆμον, δι' αὐτῶν, τήν τε πόλιν ἅπασαν ἐνταῦθα εἶναι νομίζεσθαι. αἴτιον δὲ, ὅτι τὸν [180] νόμον οἱ ὕπατοι [11] τὸν Φραβρικὸν οὐκ ἐσεννηόχεισαν. τοῖς δὲ δὴ αὐτοῖς ἐκείνοις, τοῖσπερ καὶ πρόσθεν, ἐχρήσαντο, τὰς ἐπωνυμίας σφῶν μόνας μεταβαλόντες· καὶ τοὺς μὲν, ἀνθυπάτους, τοὺς δὲ, ἀντιστρατήγους, τοὺς δὲ, ἀντιταμίας ὀνομάσαντες. πάνυ γάρ που τῶν πατρίων αὐτοῖς ἔμελε, τά τε ὅπλα αὐταιρομένοις, καὶ τὴν πατρίδα ἐκλελοιπόσιν, ὥστε μὴ πάντα τὰ ἀναγκαῖα, πρὸς τὴν τῶν παρόντων ἀπαίτησιν, καὶ παρὰ τὴν τῶν τεταγμένων ἀκρίβειαν, ποιεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ μὲν ὀνόματι δοκοῦσι σφίσιν [m] ἑκατέροις ἦρχον· ἔργῳ δὲ, [181] ὁ Πομπήϊος καὶ ὁ Καῖσαρ, τῆς μὲν [n] φήμης ἕνεκα τῆς ἐννόμου, καὶ ἐπικλήσεις ὁ μὲν τὴν τοῦ ὑπάτου, ὁ δὲ τὴν τοῦ ἀνθυπάτου ἔχοντες, πράττοντες δὲ οὐχ ὅσα ἐκεῖνοι ἐπέτρεπον, ἀλλ' ὅσα αὐτοὶ ἤθελον.

44. Ad hunc modum imperio in duas distracto partes, Pompejus quidem Thessalonicæ hiemabat, neque oræ maritimæ satis diligenter custodiendæ intentus erat, quod neque rediisse adhuc in Italiam ex Hispania Cæsarem putabat; atque, ut maxime reversus esset, minime tamen suspicabatur eum hieme Ionium mare trajicere ausurum. Sane Cæsar Brundusii veris adventum præstolabatur: sed cum Pompejum longe abesse, oppositamque Epirum parum accurate custodiri percepisset; occasione belli gerendi arrepta, ventum illic expectavit. Igitur media hieme cum parte exercitus solvit: (neque enim satis navium habebat ad universas copias simul trajiciendas) ac non observatus a M. Bibulo, cui maris custodia mandata fuerat, ad Acra, quæ vocant, Ceraunia trans-

Τοιούτων δὲ δὴ τούτων ὄντων, καὶ δίχα τῆς ἀρχῆς μεμερισμένης, Πομπήϊος μὲν δὴ ἔν τε τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐχείμαζε, καὶ φυλακὴν οὐκ ἀκριβῆ τῶν παραθαλασσίων ἐποιεῖτο· (οὔτε γὰρ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἤδη τὸν Καίσαρα ἐκ τῆς Ἰβηρίας ἀφῖχθαι ἐνόμιζεν· εἴτε καὶ παρεῖη, ἀλλ' ἔν γε τῷ χειμῶνι οὐχ ὑπώπτευσεν αὐτὸν τολμήσειν τὸν Ἰόνιον διαβαλεῖν.) Καῖσαρ δὲ ἦν ἐν Βρεντεσίῳ τὸ ἔαρ ἀναμένων. πυθόμενος δὲ ἐκεῖνόν τε πόρρῳ τε ὄντα, καὶ τὴν καταντιπέρας [o] Ἤπειρον ἀμελῶς τηρουμένην, [p] τόν τε καιρὸν τοῦ πολέμου ἥρπασε, καὶ τῷ ἀνέμῳ αὐτοῦ ἐπέθετο. [182] μεσοῦντος γοῦν τοῦ χειμῶνος, μέρει τοῦ στρατοῦ ἀπῆρεν, (οὐ γὰρ ἦσαν ἱκαναὶ νῆες, ὥστε πάντας ἅμα αὐτοὺς περάσαι) καὶ [183] λαθὼν τὸν Βίβουλον τὸν Μάρκον, ᾧ ἡ θάλασσα φρουρεῖσθαι προσετέτακτο, ἐπεραιώθη [184] πρὸς τὰ

[11] τὸν Φραβρικὸν. mirum ni Dio scripserit τὸν Φραβριατικὸν, ut alias p. 97. A. 99. E. 272. B. & post pauca, pro τοῖσπερ καὶ πρόσθεν, εἴσπερ καὶ πρόσθεν. [m] ἑκατέροις. ἑκάτεροι, V. b. [n] φήμης ἕνεκα τῆς ἐννόμου. sic scripsimus, auctoritate cod. V. b. pro τῆς ἐκ νόμου. [o] ἤπειρον. Ἤπερον, L. marg. recepi, quanquam hic parum refert, nisi quod illud ampliorem sensum habet. sed & Cæsar ipse, III. 7. *prius ad continentem visus est Cæsar, quam* &c. [p] τόν τε καιρὸν τοῦ πολέμου. sic ex Leoniceni versione legendum judicavit RS. pro τό τε καινὸν τοῦ πολέμου, quod est etiam in V. b. sed V. a. καιρὸν. quod confirmat receptam jam a ceteris editoribus lectionem.

§ 180. (l. 53.) *νόμον τὸν Φραβρικὸν*] Nimirum, ut docet Cicero Oratione de lege agraria c. 10. *curiata lege magistratus non datur, cui nullis comitiis ante sit datus.* Quis vero locus comitiis, procul ab urbe absentibus? Per legem curiatam autem oportebat dari Imperium militare, quo maxime opus tunc erat. vide Sigonium lib. III. de antiquo Jure provinciarum c. 8. T. II. Thesauri Græviani p. 1663. & quæ supra ad p. 99. E. & ad p. 321. E.

§ 181. (l. 64.) *ὁ Πομπήϊος*] Lentulus apud Lucanum V. 46.

Consulite in medium, Patres, Magnumque jubete
Esse ducem. Læto nomen clamore senatus
Excipit, & Magno fatum patriæque suumque
Imposuit —— ——

§ 182. (l. 80.) *μεσοῦντος τοῦ χειμῶνος*] Adi Cæsarem lib. III. c. 2. Lucanum V. 407. sq.

§ 183. (l. 83.) *λαθὼν τὸν Βίβουλον τὸν Μάρκον*] Idem Cæsar c. 5. & 7. ubi cum navibus centum & decem Corcyræ hæsisse Bibulum refert.

§ 184. (l. 84.) *πρὸς τὰ ἄκρα τὰ Κεραύνια*] Terram Ceraunicam vocat Cæsar lib. III. c. 6. vide & Lucanum V. 457. 658. Petrum Victorium lib. XIII. Variarum lect. c. 1.

§ 185. (l. 87.) *πρὶν ἔκπυστος*] Cæsar. III. 7. *prius ad continentem visus est Cæsar, quam de ejus adventu fama omnino in eas regiones perferretur.*

§ 186. (l. 90.) *τινὰς καὶ ἀνεδύσαλο*] Triginta navibus inanibus Cæsaris occurrisse Bibulum, & omnes incendisse scribit Cæsar c. 8.

§ 187. (l. 93.) *Ὠρικὸν*] Orici portum a Bibulo classe occupatum, idem Cæsar tradit c. 8. sed deinde receptum a Cæsare c. 11.

§ 188. (l. 94.) *Ἀπολλωνίαν*] Idem Cæsar. III. 12. Appianus II. civil. p. 463. sq. Hæc est Apollonia, in qua Augustus deinde studiorum caussa juvenis fuit commoratus. infra XLV. p. 271. B.

§ 189. (l. 94.) *ἄλλα τε τῶν ἐπικαὶ χωρίων*] *Bullidenses, Amantiani, & reliquæ finitimæ civitates, totaque Epirus.* Cæsar. III. 12.

§ 190. (l. 96.) *Κορινθία*] Thucydides lib. I. c. 26. Apolloniam Corinthiorum coloniam appellat, & Plinius III. 23. Periandri autem tempore deductam, colligunt ex Plutarcho de sera numinis vindicta p. 552. vide quæ viri docti ad Stephanum Byz. & Jac. Palmerius Græciæ antiquæ p. 149.

§ 191. (l. 99.) *πρὸς τῷ Ἄνῳ ποταμῷ*] Fluvius iste Hecatæo apud Strabonem, & Scylaci, Ἄεας. Itaque & apud Dionem Αἰᾳ legendum puto. Melæ & Plinio Aeas atque ita Lucano quoque VI. 361. *parvi sed gurgitis Aeas Jonio fluit inde mari.* Livio, Plinio & Vibio Sequestri *Aous.* Strabo: *τὸν Ἄωον Αἰαντα καλεῖ Ἐπικάϊος.* Æantem Valerius Maximus, & Αἰακίδου φοὰς Lycophron, v. 1020. Xiphilini quidam codices hoc loco: *πρὸς τῷ Ἄνω ποταμῷ.* Anas fluvius Hispaniæ, Floro etiam memoratus, III. 22. 7. nihil ad Apolloniam.

τὰ ἄκρα τὰ Κεραύνια ὠνομασμένα. ἔσι δὲ καὶ ἔσχαλα τῆς Ἠπείρου, πρὸς τῷ στόματι τοῦ Ἰονίου κόλπου. καὶ ἐλθὼν ἐνταῦθα, [185] πρὶν ἔκπυστος ὅτι καὶ πλευσεῖται γενέσθαι, τὰς ναῦς ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἔσειλε· καὶ αὐτὰς ὁ Βίβουλος ἢ ἀναγομένας ἐκάκωσε, καὶ [186] τινας καὶ ἀνεδύσατο· ὥστε τὸν Καίσαρα ἔργῳ μαθεῖν, ὅτι εὐτυχέστερον τὸν πλοῦν, ἢ εὐβουλότερον ἐπεποίητο.

transmisit. Ea sunt Epiri pars extrema, ad fauces Ionii sinus. Eo quum prius perveniisset, quam fama afferretur, eum navigaturum esse; naves Brundusium, ad reliquos etiam transvehendos, remisit: quibus in altum provectis Bibulus damnum intulit, ac nonnullas submersit: ut Cæsar ab eventu disceret, fortunam magis, quam consilium suæ navigationi adfuisse. A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Ἐν δ' οὖν τῇ διατριβῇ ταύτῃ τό, τε [187] Ὡρικὸν καὶ τὴν [188] Ἀπολλωνίαν, [189] ἄλλα τε [r] τῶν ἐκείνῃ χωρίων, ἐκλειφθέντα ὑπὸ τῶν τοῦ Πομπηίου φρουρῶν, παρεσήσατο. ἡ δὲ Ἀπολλωνία αὕτη [190] Κορινθία, ἐν καλῷ μὲν τῆς γῆς, ἐν καλῷ δὲ καὶ τῆς θαλάσσης, ποταμῶν τε ἄρισα, κεῖται. ὅ, τε μάλισα διὰ πάντων ἐθαύμασα, πῦρ πολὺ [191] πρὸς τῷ [s] Ἄνα ποταμῷ ἀναδίδοται· καὶ οὔτε ἐπὶ πλεῖον τῆς πέριξ γῆς ἐπεξέρχεται, οὔτ' αὐτὴν ἐκείνην ἐν ᾗ [t] διαῖται ἐκπυροῖ, [u] ἢ καὶ κραυροτέραν πῃ ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ πόας καὶ δένδρα καὶ πάνυ πλησίον θάλλοντα ἔχει· πρός τε τὰς ἐπιχύσεις τῶν ὄμβρων [192] ἐπαύξει, καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται. καὶ διὰ τοῦτο αὐτό τε [193] Νυμφαῖον ὀνομάζεται· καὶ δὴ καὶ μαντεῖον τοιόνδε τι παρέχεται· λιβανωτὸν δὴ λαβών, καὶ προσευξάμενος ὅ, τί ποτε καὶ βούλει, ῥίπτεις αὐτὸν τὴν εὐχὴν φέροντα. κἂν τούτῳ τὸ πῦρ, ἂν μέν τι ἐπιτελὲς εἴη ἐσόμενον, [194] δέχεται αὐτὸν ἑτοιμότατα· κἂν ἄρα καὶ ἔξω που προσπέσῃ, προσδραμὸν ἥρπασε καὶ καταναλώσεν· ἂν δὲ ἀτέλεσον ᾖ, οὔτ' ἄλλως αὐτῷ προσέρχεται, κἂν ἐς αὐτὴν τὴν φλόγα φέρηται, ἐξαναχωρεῖ τε καὶ ἐκφεύγει. καὶ ταῦθ' οὕτως ἑκάτερα περὶ πάντων ὁμοίως, πλὴν θανάτου τε καὶ γάμου, ποιεῖ. περὶ γὰρ τούτων οὐδὲ ἔξεσί τινι ἀρχὴν αὐτοῦ πυθέσθαι τι. τοῦτο μὲν τοιοῦτόν ἐσιν.

45. In hac mora Cæsar Oricum Apolloniamque, & alia item eo loci oppida, a præsidiis Pompeji derelicta, occupat. Hæc Apollonia Corinthia loco peroportuno sita est: sive terram, sive mare, sive flumina respicias. Idque præ reliquis maximam mihi admirationem movit, quod ad fluvium Anam ignis multus editur, qui tamen neque in adiacentem tellurem longius sese diffundit, neque eam, in qua moratur, inflammat aut arefacit: quæ & herbas arboresque etiam prope ignem germinantes edit: ignis vero, imbribus superfusis crescit & in altum effertur; unde ei loco Nymphæum nomen inditum. Ibi & oraculum editur, idque hoc modo: thure accepto, precibusque simul de quacumque placuerit re factis, ipsum thus, ut secum eas preces deferat, ad ignem projiciunt: tum, si ratum sit futurum votum, ab igni thus e vestigio corripitur: quin interdum, si thus extra ignem forte decidisset, accurrens ignis id abripuit & consumsit: sin irritum erit votum, neque ignis ad thus accedit, imo si vel in ipsam flammam thus conjiciatur, recedit ab eo, atque effugit. Ita in utramque partem ignis futura de rebus omnibus, præterquam morte & nuptiis, prædicit. De his enim non licet omnino cuiquam oraculum id consulere. Atque ea est istius oraculi ratio.

Ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, [195] βραδύνοντος τοῦ Ἀντωνίου, ᾧπερ τοὺς ὑπομείναντας ἐν τῷ Βρεντεσίῳ κομίσαι ἐπετέτακτο, καὶ

46. Cæsar Antonio, qui reliquis militibus Brundusio transvehendis præpositus erat, moras faciente

[q] ἀναγομένας. ἀνακομιζομένας, V. a. b. eodem sensu. sed pro sequenti ἀνεδύσατο præstabit κατεδύσατο, quod video & Oddeyo placuisse. [r] τῶν ἐκείνῃ χωρίων. restitue τῶν ἐκεῖσε, vel ἐκεῖ, cum Xiph. L. quidni autem ἐκείνῃ *illic* scribere potuerit Dio? [s] πρὸς τῷ Ἄνα. Ἄνῳ, Xiph. Ἄνᾳ, Coisl. Br. Ἄιᾳ, F. & ante eum Palmerius ad Auctt. gr. p. 248. qui tamen in Græcia antiqua p. 146. Ἀώῳ, ex Xiphilini lectione, præfert. idque visum & Casaubono ad Strab. VII. p. 316. [t] διαιτᾶται. ἐνδιαιτᾶται, V. b. [u] κραυροτέραν. ita scripsi pro ξηροτέραν, non tantum ex Xiph. sed & utroque cod. V. a. b. cum probabile sit, notius vocabulum a librario substitutum ignotiori.

§ 192. (l. 5.) ἐπαύξει καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται] Refer non ad δένδρα cum Xylandro, sed ad πῦρ, ut recte notarunt Lambertus Bos, animadversionibus ad Scriptores quosdam Græcos p. 26. & Harduinus p. 281. ad hæc Plinii lib. II. c. 106. p. 257. *Juxta gelidum fontem semper ardens Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egeritque bitumen, temperandum fonte illo inquietabili, alias omni bitumine dilutius.* Plutarchus Sylla p. 468. ἡ δὲ Ἀπολλωνία πλησίον ἐστὶ, καὶ πρὸς αὐτῇ τὸ Νυμφαῖον, ἱερὸς τόπος, ἐκ χλοερᾶς νάπης καὶ λειμώνων ἀναδιδοὺς πυρὸς πηγὰς σποράδας ἐνδελεχῶς ῥέοντος.

§ 193. (l. 6.) Νυμφαῖον] Portum Nymphæum vocat Cæsar. III. 26. Meminit & Lucanus V. 720. Appianus II. civil. p. 465. ac præter Plutarchum Pliniumque in locis, quæ modo attuli, Livius XLII. 36. *ad Nymphæum in agro Apolloniati.* Plinius III. 26. *Apollonia quondam Corinthiorum colonia IV. M. passuum a mari recedens, cujus in finibus celebre Nymphæum accolunt barbari.* Strabo VII. p. 316. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον· πέτρα δ' ἐστὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα. ὑπ' αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ ἀσφάλτου, καιομένης ὡς ἐκὸς τῆς Βώλου τῆς ἀσφαλτίτιδος.

§ 194. (l. 10.) δέχεται αὐτὸν ἑτοιμότατα] Simile est quod de Ætnæ montis crateribus refert Pausanias in Laconicis c. 23. p. 270. ubi narrat in eas abjici solita sigilla argentea & aurea, tum vero cujusvis generis victimas. ταῦτα δὲ ἦν μὲν ὑπολαβὸν ὑπενέγκοι τὸ πῦρ, οἱ δὲ καίρουσιν ὡς ἐπὶ πεφηνότι ἀγαθῷ. ἀπωσαμένου δὲ τὰ ἐμβληθέντα, συμφορὰν ἔσεσθαι τούτῳ τῷ ἀνδρὶ νομίζουσι. *Ea si absorpserit ignis, læta sibi nunciari: contra si regesserit, male eventurum ei a quo missa illa fuerint, interpretantur.* De Nymphæi autem oraculo differens Antonius van Dale lib. de oraculis p. 287. illud omne technæ atque callido artificio tribuit. *Nam a tali,* inquit, *igne certe minus mirum, thus imprimis medicamine aliquo infectum non incendi: ac contra alio infectum, vel naphta vel simili oleo, tam cito inflammari imo & flammam ad sese allicere.*

§ 195. (l. 20.) βραδύνοντος τοῦ Ἀντωνίου] M. Antonium intellige, quem cum reliquis navibus Cæsar Brundisii reliquerat. Cæsar. III. 24. & 25. ubi nonnullas occasiones transmittendarum ad Cæsarem navium ac legionum prætermissas, & multos jam menses transiisse, & hiemem jam præcipitasse, mareque tanto accuratius a Bibulo custoditum indicat. Lucanus V. 476.

Cæsaris attonitam miscenda ad prælia mentem
Ferre moras scelerum, partes jussere relictæ.
Ductor erat cunctis audax Antonius armis
Jam tum civili meditatus Leucada bello.
Illum sæpe minis Cæsar precibusque morantem
Evocat —— ——

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

faciente, cum ne nuntius quidem de illis, hieme ac Bibulo prohibentibus, advenisset; suspicatus, eos velle medios eventum rerum operiri, (quod in bellis civilibus fere usu venit,) statuit ipse solus in Italiam navigare: itaque conscenso lembo, seque alium quendam a Cæsare missum prædicans, gubernatorem, ut proveheretur, quanquam ventus incumberet, coegit. Postquam a terra provectos ventus vehementer ursit & fluctuum vis perturbavit, ita ut ne coactus quidem gubernator ulterius navigare auderet, sed eo invito retro vertere cursum aggrederetur: ibi Cæsar quis esset ostendit, ac quasi ea re tempestatem sedaturus, " Bono animo, inquit, esto, Cæsarem vehis. " Tanti spiritus illi, tantaque spes erat, sive ea temere, sive ex oraculo concepta, ut certissimam sibi sumeret salutis fiduciam, etiam quum contraria omnia apparerent. Non tamen transmisit mare, sed diu incassum exhausto labore, ad terram rediit.

47. Secundum id factum Cæsar ad Apsum flumen contra Pompejum castra posuit. Is enim ubi primum de adventu Cæsaris certior est factus, nulla interposita cunctatione, quod eo se facile superiorem futurum, antequam Antonianas copias accepisset, sperabat, magna festinatione cum exercitus parte ad Apolloniam profectus est. Ei Cæsar, quum satis virium sibi esse adversum eos, qui tum occurrissent, putaret, usque ad flumen obviam ivit: ibique quum intellexisset, se multitudine hostibus longe imparem esse, substitit: ac ne vel timore adductus id agere, vel belli ipse initium velle facere existimari posset, de compositione ad Pompejum qui loquerentur, misit: ipse interim tempus, ei rei intentus, extraxit. Quibus cognitis, Pompejus dimicandum quamprimum statuens, fluvium transire instituit: sed ponte sub pondere interrupto, cum aliquot suorum, qui ante cæteros transierant, sejunctos a reliquis amisisset, dolens, primum hunc sibi belli conatum male cecidisse, restitit: mox adventante etiam Antonio territus ad Dyrrhachium recessit.

48. Etenim

καὶ οὐδὲ ἀγγελίας τινὸς περὶ αὐτῶν, διά τε τὸν χειμῶνα καὶ διὰ τὸν Βίβουλον, φοβώσης, ὑπώπτευσε σφᾶς μεσεύειν τε καὶ ἐφεδρεύειν τοῖς πράγμασιν· (οἷά που ἐν ταῖς τότε φιλεῖ γίγνεσθαι·) καὶ διὰ τοῦτο βουληθεὶς αὐτὸς καὶ μόνος γε ἐς τὴν Ἰταλίαν πλεῦσαι, ἐπέβη μὲν ἀκατίου τινός, ὡς τις ἄλλος, λέγων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πεπέμφθαι, καὶ τὸν κυβερνήτην αὐτοῦ, καίπερ πνεύματος ὄντος, ἐξεβιάσατο ἀναχθῆναι· ὡς μέντοι ἀπὸ τῆς ὀγῆς ἐγένοντο, καὶ ὅ, τε ἄνεμος ἰσχυρῶς καὶ ἔσωθερχε, καὶ ὁ κλύδων [x] δεινῶς σφᾶς ἐξετάραττεν, ὥστε τὸν κυβερνήτην, μηδ' ἀναγκαζόμενον, ἔτι τολμῆσαι περαιτέρω πλεῦσαι, ἀλλὰ καὶ ἄκοντος αὐτοῦ ἐπανιέναι [y] ἐπιχειρῆσαι· ἐξέφηνεν ἑαυτὸν, καθάπερ ἐκ τούτου καὶ τὸν χειμῶνα παύσων, καὶ ἔφη, [196] Θάρσει· Καίσαρα γὰρ ἄγεις. τοιοῦτον μὲν δὴ φρόνημα, καὶ [197] τοιαύτην ἐλπίδα, [z] ἤτοι τηνάλλως, ἢ καὶ ἐκ μαντείας τινὸς, εἶχεν· ὥστε καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχέγγυον ποιεῖσθαι. οὐ μέντοι καὶ ἐπεραιώθη· ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολὺ μάτην πονήσας [198] ἀνέπλευσε.

Καὶ μετὰ τοῦτο τῷ Πομπηΐῳ [199] περὶ τὸν Ἄψον ἀντεστρατοπεδεύσατο. ἐκεῖνος γὰρ, ἐπειδὴ πρῶτον τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ ἤθετο, οὐκ ἀνεβάλετο, ἀλλ' ἐλπίσας ῥᾳδίως αὐτὸν, πρίν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετὰ τοῦ Ἀντωνίου ὄντας προσλαβεῖν, καταργάσασθαι, σπουδῇ πρὸς τὴν Ἀπολλωνίαν [a] δυνάμει τινὶ ἤλασεν. ὁ οὖν Καῖσαρ μέχρι μὲν τοῦ ποταμοῦ ἀπήντησέν οἱ, νομίσας ἀξιόμαχος καὶ ὡς τοῖς τότε [b] προσιοῦσι γενήσεσθαι· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ὅτι πολὺ τῷ πλήθει ἡλαττοῦτο, ἡσύχασε. καὶ ὅπως γε μήθ' ὑπὸ δέους τοῦτο ποιεῖν, μήτε ἐξάρχειν τοῦ πολέμου νομισθείη, [200] λόγους τέ τινας συμβατηρίους σφίσι καθῆκε, καὶ καλὰ τοῦτο διῆγε. γνοὺς δὲ ταῦθ' ὁ Πομπήϊος, συμβαλεῖν μὲν αὐτῷ ὡς ὁτιτάχιστα ἠθέλησε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν ποταμὸν [c] ἐπιδιαβῆναι ἐπεχείρησεν· ὡς δὲ ἡ γέφυρα βάρος λαβοῦσα διελύθη, καί τινες τῶν προδιαβεβηκότων μονωθέντες ἀπώλοντο, ἐπέσχεν, ἀθυμήσας ὅτι [d] πρῶτον τῶν τοῦ πολέμου ἔργων ἀπτόμενος ἐπταίκει. καὶν τούτῳ καὶ [201] τοῦ Ἀντωνίου ἐπελθόντος, φοβηθεὶς, [202] ἀπεχώρησε πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον.

Ἕως

[x] σφᾶς ἐξετάραττεν. δεινῶς omisit L. negligentia typothetæ & correctoris, sicut alia plurima. [y] ἐπιχειρῆσαι. ita Xiph. quod constructio cum ὥστε postulat. vulgo, ἐπεχείρησεν. [z] ἤτοι τηνάλλως, ἢ καὶ. Xiphilini hæc sunt, qui hic Dionem verbotenus sequitur. habentur & in cod. Med. apud Gronov. p. 67. corrupte vulgo: ἢ τοιαύτην ἄλλως. ubi RS. aut abundare vocabula ἢ τοιαύτην, aut deesse vocem judicat. Xyl. ἢ ἄλλως, ἢ καὶ, legi vult. Leunclavius: εἴτε γοῦν καὶ ἄλλως, ἢ καὶ &c. nec illi Xiphilini lectio placet. cur enim, inquit, temere spem vanam concepisset? sed ipse jam Dio, p. 174. B. Cæsaris navigationem εὐτυχέστερον ἢ εὐβουλότερον dixerat. vanamque hanc fuisse res docuit; temerariam omnes fatebuntur. [a] δυνάμει τινὶ. μετὰ τῆς δυνάμεως, X. utrumque recte dicitur. nisi malis addere Dioneis præpositionem σὺν, quam video Fabricium suo exemplari adscripsisse. [b] προσιοῦσι. sic V. b. vulgo, προϊοῦσι. [c] ἐπιδιαβῆναι, διαβῆναι, Xiph. [d] πρῶτον. sic Xiph. editi male πρώτων.

§ 196. (l. 35.) Θάρσει· Καίσαρα γὰρ ἄγεις] Vox hæc Cæsaris celeberrima multorum scriptorum testimoniis, Plutarchi Cæsare p. 726. & de fortuna Romanor. p. 319. & Apophthegmatis p. 206. Suetonii c. 58. Lucani lib. V. 580. sq. Appiani II. civil. p. 463. 522. sq. Julii Celsi p. 147. &c. Ipse Cæsar audacis hujus sui consilii non meminit, sed tantum ait, ad suos severius scripsisse, ut nacti idoneum ventum, ne occasionem navigandi dimitterent, & ad Oricum, sive ad littora Apolloniatium cursum dirigerent, quod eo naves ejicere possent.

§ 197. (l. 37.) τοιαύτην ἐλπίδα ἤτοι τηνάλλως] Ita hunc locum ex MS. Mediceo & ex Xiphilino supplendum docet Jac. Gronovius V. C. p. 67. Reprehendit Dionem Gruterus Diss. in Tacitum c. 1. quod Cæsaris hanc fiduciam alii rei, quam fortunæ auspicio, quod a persona ducis dependere persuasi omnes erant, adscripserit. Itaque magis ad ejus mentem Plutarchus, ἴθι γενναῖε, τόλμα καὶ δέδιθι μηδέν, Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην συμπλέουσαν.

§ 198. (l. 41.) ἀνέπλευσε] Lucanus V. 676.

§ 199. (l. 42.) περὶ τὸν Ἄψον] Cæsar III. 13. *præoccupato itinere ad Dyrrhachium, finem properandi facit, castraque ad flumen Apsum ponit, in finibus Apolloniatium — hoc idem Pompejus facit, & trans flumen Apsum positis castris, eo copias omnes auxiliaque conduxit.* & c. 19. *Inter bina castra Pompeji atque Cæsaris unum flumen tantum intererat, Apsus.* Apud Julium Celsum p. 153. pro *Tampsi amnis ad ripam de eodem nutenque*, lege: *Apsi amnis ad ripam de eadem* (pace) *mittendis.*

§ 200. (l. 53.) λόγους τινὰς συμβατηρίους σφίσι καθῆκε] Cæsar. III. 17. 18. 19.

§ 201. (l. 61.) τοῦ Ἀντωνίου ἐπελθόντος] Cæsar. III. 26. sq.

§ 202. (l. 62.) ἀπεχώρησε πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον] Id. 30. *Antonii*

E [e] Ἕως μὲν γὰρ ὁ Βίβουλος ἔζη, οὐδ' ἀπᾶραι ἐκεῖνος ἐκ τοῦ Βρενδεσίου ἐτόλμησε· (τοσαύτη που φυλακὴ αὐτοῦ ἐγίγνετο·) ἐπεὶ δὲ αὐτός τε ἐκκαμὼν [203] ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας ἐτελεύτησε, [204] καὶ τὴν ναυαρχίαν ὁ Λίβων διεδέξατο, καὶ ἐφρόνησεν αὐτοῦ, καὶ ἀνηγάγετο ὡς καὶ βιασόμενος τὸν ἔκπλουν. καταχθείς τε ἐς τὴν γῆν, ἠμύνατό τε αὐτὸν ἰσχυρῶς [205] προσβάλλοντά οἱ, 176 καὶ μετὰ τοῦτο ἐπεκθῆναί τοι βουληθέντα, οὐδαμῇ τῆς ταύτῃ ἠπείρου προσορμισθῆναι εἴασεν. ἀπορήσας οὖν ὁ Λίβων καὶ ὅρμου καὶ ὕδατος, (τὸ γὰρ νησίδιον τὸ πρὸ τοῦ λιμένος ὂν, ἐς ὅσον μόνον προσέχειν ἠδύνατο, καὶ ἄνυδρον καὶ ἀλίμενόν ἐστιν·) ἀπέπλευσε πόρρῳ ποι, ὅπου ἀμφοτέρων εὐπορήσειν ἔμελλε. καὶ οὕτως ὁ Ἀντώνιος ἐξαναχθεὶς ὕστερον, πρὸς μὲν ἐκείνου, καίπερ μετεώροις σφίσιν ἐπιχειρῆσαι θελήσαντος, οὐδὲν ἔπαθε· χειμὼν γὰρ σφοδρὸς ἐπιγενόμενος ἐκώλυσε τὴν B ἐπίθεσιν· πρὸς δὲ δὴ αὐτοῦ τούτου ἀμφότεροι ἐκακοπάθησαν.

48. Etenim quamdiu Bibulus in vivis fuit, ne Brundusio quidem solvere Antonius ausus erat: tantam ille in custodia maris diligentiam adhibebat: postea vero, quam Bibulus tot laboribus absumptus obiit, reique navalis administratio ad Libonem pervenit; eo despecto Antonius, quasi vel vi transvectionem perfecturus, profectus est: quumque terram repetere coactus esset, Libonem se aggressum fortiter repulit: eundemque, quum ex navibus egredi deinde vellet, ea continente, quam tenuerat, omnibus partibus prohibuit. Ita Libo & portus & aquæ egens, (insula enim exigua, quæ ante portum sita erat, & ad quam solam ei naves appellere licebat, aqua portuque carebat) procul avectus est eo, ubi utrumque se habere posse noverat. Post ea Antonius quoque naves solvit, onihilque a Libone (quanquam is in alto eum adoriri instituerat) detrimenti accepit. Nam vehemens coorta tempestas & Libonis impetum intercepit, & utrique damnum intulit. A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Διασωθέντων οὖν τῶν στρατιωτῶν, ὅ, τε Πομπήϊος ἐς τὸ Δυῤῥάχιον ([206] ὥσπερ εἶπον) ἀνεχώρησε, καὶ ὁ Καῖσαρ [207] ἐπηκολούθησεν αὐτῷ, θαρσήσας, ὅτι τῷ πλήθει τῶν τότε συνόντων οἱ περιῆν, ἐκ τῶν f προσγεγενημένων. τὸ δὲ Δυῤῥάχιον ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν [208] Ἰλλυριῶν τῶν Παρθινῶν, νῦν δὲ, g καὶ τότε γε ἤδη, Μακεδονίας νενομισμένῃ, κεῖται· καὶ ἔστιν ἐπικαιρότατον, [209] εἴτ' οὖν ἡ Ἐπίδαμνος h ἡ τῶν Κερκυραίων, εἴτε καὶ ἑτέρα τις οὖσα. καὶ οἱ μὲν τοῦτο γράψαντες, τήν τε i κτίσιν αὐτῆς καὶ τὸ ὄνομα ἐς k Δύῤῥαχον ἥρωα ἀναφέρουσιν· οἱ δ' ἕτεροι Δυῤῥάχιον ἀπονομασθῆναι τὸ χωρίον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πρὸς τὴν τῆς l ῥαχίας δυσχέρειαν, ἔφασαν· ὅτι ἡ τῆς Ἐπιδάμνου πρόσρησις ζημιώδη δήλωσιν ἐν τῇ τῶν Λατίνων γλώσσῃ ἔχουσα, δυσοιώνιος σφίσιν m ἐς τὸ περαιοῦσθαι ἐς αὐτὴν ἔδοξεν εἶναι.

49. Militibus incolumibus in terram advectis, Pompejus, quemadmodum demonstratum est, Dyrrhachium se recepit; eumque Cæsar insecutus est hoc confidentius, quod accessione ad suum exercitum tanta facta, multitudine Pompejum anteibat. Dyrrhachium positum est in tera quæ olim Illyriorum Parthinorum fuit, nunc, ut isto quoque tempore, Macedoniæ annumeratur, admodum opportuno situ: sive ea Epidamnus Corcyrensium sit, sive alia quædam. Qui enim hoc scripserunt, ii conditam esse, nomenque duxisse a Dyrrhacho quodam heroe asserunt: cæteri autores sunt, mutato nomine hanc urbem a Romanis Dyrrhachium esse vocatam, quod ibi difficilia sint littora: quia ipsis Epidamni vocabulum, quum damnum ipsorum lingua sonet, eo trajicientibus sinistro omini fore visum sit.

Πρὸς οὖν τοῦτο τὸ Δυῤῥάχιον ὁ Πομπήϊος καταφυγὼν, στρατόπεδόν τε ἔξω τῆς πόλεως ἐποιήσατο, καὶ τάφρους βαθείας σταυρώματά τε ἰσχυρὰ περιε- D

50. Ad eam igitur tum Pompejus urbem confugiens, castra extra urbem posuit, eaque actis fossis altis, defixisque trabibus præsepiit. Cæsar

e ἕως. iterum Xiph. recte, pro vulgato τέως, probante etiam L. nam τέως, hoc sensu, non facile ab initio totius periodi apud Dionem. f προσγεγενημένων. ita scribendum pro προγεγ. probe vidit X. confirmant V. a. b. καὶ τότε γε, ἤδε Μακεδονίᾳ. καὶ τότε γε ἤδη, Μακεδονίᾳ νενομισμένῃ, κεῖται, L. ἤδη Μακεδονίας, Od. probe. g vulgo, ἡ τῶν Κερκυραίων. ita Xiph. vulgo, Ἐπίδ. καὶ ἡ τῶν Κερκ. h Ἐπίδαμνος. sic scribere docuit X. pro vulgato Δυῤῥάχιον. i κλίσιν. κλῆσιν, RS. quod sphalma est. k Δύῤῥαχον. l ῥαχίας. sic Xiph. HS. L. sic etiam RS. scribendum vidit, vel ῥάχιος, pro voce nihili ῥαχὶ, cui forte in MS. deerat signum terminationis ας, notâ concisâ supra literam exprimendum. m ἐς τὸ περαιοῦσθαι, scripsi ex Xiph. probante L. pro vulgato ἐν τῷ περ.

tonii adventu cognito, Pompejus, ne duobus circumcluderetur exercitibus, ex eo loco discedit, omnibusque copiis ad Asparagium Dyrrhachinorum pervenit, atque ibi idoneo loco castra ponit.

§ 203. (l. 67.) ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας ἐτελεύτησε] Cæsar. III. 18. *Bibulus multos dies terra prohibitus & graviore morbo ex frigore ac labore implicitus, cum neque curari posset, neque susceptum officium deserere vellet, vim morbi sustinere non potuit. Eo mortuo ad neminem unum summa imperii rediit, sed separatim suam quisque classem*, (Libo, Vibullius, M. Octavius) *ad arbitrium suum administrabat.*

§ 204. (l. 68.) καὶ τὴν ναυαρχίαν ὁ Λίβων διεδέξατο] Licet Cæsar c. 18. negat, post Bibuli mortem, summam imperii navalis ad unum aliquem pervenisse; tamen L. Scribonium Libonem (de quo supra p. 171. D.) classi quinquaginta navium præfuisse docet c. 23.

§ 205. (l. 71.) προσβάλλοντα οἱ] Vide Cæsarem III. 24.

§ 206. (l. 85.) ὥσπερ εἶπον] Supra p. 175. D. & 159. D.

§ 207. (l. 86.) ἐπηκολούθησεν αὐτῷ] Vide Cæsarem III. 34.

§ 208. (l. 89.) Ἰλλυριῶν τῶν Παρθινῶν] Parthus urbs Illyrica, ut Σάρδος & Βρυσάκιον πόλις Παρθίνης apud Stephanum memoratur. Inde Parthini populi apud Cæsarem III. 11. & 41. de bello civili, Dionem infra p. 189. E. Strabonem, Polybium ac Melam. Plinio III. 23. *Partheni*: Stephano Παρθηνοί: sed & in fastis Capitolinis, ut Holstenio annotatum, triumphus ex Parthinis ad A. U. C. 714. Illyrii filia Παρθὼ a qua Παρθηνοί. Appianus Illyric. p. 757. Illyridem vero Græcam intellige, in qua Dyrrhachium, Apollonia, Amantia, Oricum, maritimæ civitates inter Lissum montesque Ceraunios. vide Christophori Cellarii τοῦ μακαρίτου Orbem antiquum T. I. lib. II. c. 8. p. 604. & c. 13. p. 1023.

§ 209. (l. 91.) εἴτ' οὖν ἡ Ἐπίδαμνος] Scholiastes Thucydidis ad lib. I. c. 24. ubi de Epidamno a Corcyræis condita, annotat: τὸ νῦν Δυῤῥάχιον. Atque ita alii etiam Scriptores, ut notavi supra ad p. 159. D. ubi etiam de eo, quod & Dyrrhachii & Epidamni appellatio mali sit ominis. Non desunt tamen,

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

sar castris ei oppositis, Pompejum oppugnavit quidem, quod se ob multitudinem militum brevi munitiones expugnaturum confidebat, sed rejectus, eas operibus claudere instituit. Quo in opere dum versatur, interim Pompejus alias partes trabibus præfixis, alias munitionibus fossisque obductis firmavit, in locis editis turres & præsidia constituit, ita ut & circuitus operum immensus esset, neque hostes, etiamsi viribus prævalerent, irruere eo possent. Interim crebra prælia, ea tamen parva fiebant; instabili fere, ac modo in hanc, modo in illam partem inclinante victoria, ita ut propemodum idem militum numerus utrinque desideraretur. Verum ubi Cæsar ipsum Dyrrhachium, qua inter paludes atque mare positum est, spe ejus per proditionem occupandi, tentatis etiam defensoribus, noctu aggressus est, atque in angustias locorum pervenit: ibi multi eum ex adverso hostes, multi etiam, navibus subvecti, a tergo repente adorti sunt, ut amissis suorum plurimis parum abesset quin ipse periret. Quare Pompejus animo confirmato, munitiones Cæsarianas noctu per insidias aggressus, partem earum inopinato adventu occupavit magnamque illorum, qui sua propter eas habebant tentoria, cædem edidit.

περιεβάλετο. καὶ αὐτῷ [210] ὁ Καῖσαρ ἐπισταλοπεδεύσας, προσέμιξε μὲν ὡς καὶ δι' ὀλίγου τὸ χαράκωμα τῷ πλήθει τῶν στρατιωτῶν αἱρήσων· ἐπεὶ δὲ ἀπεκρούσθη, ἐπεχείρησεν αὐτὸ ἀποτειχίσαι. καὶ ἐκεῖνός τε ἅμα τοῦτ' εἰργάζετο· καὶ ὁ Πομπήϊος τὰ μὲν διεσαύρου, τὰ δὲ ὑπετείχιζε καὶ διετάφρευε. πύργους τε ἐπὶ τῶν μετεώρων καὶ φυλακὰς ἐπικαθίστη, ὡς τήν τε περίοδον τοῦ περιτειχίσματος ἀπέραντον, καὶ τὴν ἔφοδον καὶ κρατοῦσι τοῖς ἐναντίοις ἄπορον ποιῆσαι. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ ἐν τούτῳ μάχαι αὐτῶν, [n] βραχεῖαι δ' ὅμως ἐγίγνοντο· καὶ ἐν ταύταις τοτὲ μὲν ὀπίσω, τοτὲ δὲ ἐκεῖνοι καὶ ἐνίκων καὶ ἐνικῶντο· ὥστε καὶ θνήσκειν τινὰς ἀμφοτέρων ὁμοίως. αὐτοῦ δὲ δὴ τοῦ Δυρραχίου ὁ Καῖσαρ, μεταξὺ τῶν τε ἑλῶν καὶ τῆς θαλάσσης, νυκτὸς, ὡς καὶ προδοθησομένου, τῶν τε ἀμυνομένων πειράσας, ἔσω μὲν τῶν στενῶν παρῆλθε· προσπεσόντων δὲ οἱ ἐνταῦθα πολλῶν μὲν καταπρόσωπον, πολλῶν δὲ καὶ καταπίν, οἱ πλοίοις παρακομισθέντες, ἐξαίφνης αὐτῷ ἐπέθεντο· καὶ [211] συχνοὺς ἀπέβαλε, καὶ ὀλίγου καὶ αὐτὸς ἐφθάρη. γενομένου δὲ τούτου ὁ Πομπήϊος ἐπιθαρρήσας, ἐπεβούλευσε νυκτὸς [212] τῷ περιτειχίσματι· καὶ ἐκείνου τέ τι ἀπροσδόκητος προσπεσὼν εἷλε, καὶ φόνον τῶν αὐλιζομένων πρὸς αὐτῷ πολὺν εἰργάσατο.

51. Cæsar hoc eventu motus, quodque frumenti penuria laboraret, cum & mare vicinum, & terræ propinquæ ab eo alienæ essent, ejusque rei causa etiam nonnulli transfugissent: metuens, ne ipse Pompejum obsidens debellaretur, aut ab cæteris desereretur; omnibus castellis, quæ exædificaverat, dejectis, omnibus munitionibus destructis, subito vasis conclamatis in Thessaliam contendit. Nam quo tempore Dyrrhachium obsessum est, eodem L. Cassius Longinus, ac Cn. Domitius Calvinus, qui a Cæsare in Macedoniam & Thessaliam missi fuerant, alter quidem a Scipione & Sadalo Thrace magna clade affectus erat: Calvinus autem, quum eum Faustus Macedonia pepulisset, acceptis Locrensibus Ætolisque, cum eorum auxiliis in Thessaliam profectus erat: Scipionemque duobus prœliis, altero ipse per insidias

Ὁ οὖν Καῖσαρ, ὡς ταῦτά τε συνεβεβήκει, καὶ [213] ὁ σῖτος αὐτὸν ἐπελελοίπει, (ἥ τε γὰρ θάλασσα καὶ ἡ γῆ πᾶσα ἡ πλησία ἀλλοτρία αὐτῷ ἦν, καί τινες διὰ ταῦτα καὶ ἀπηυτομολήκεσαν·) δείσας μήτοι προσεδρεύων καταπολεμηθῇ, ἢ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐγκαταλειφθῇ, πάντα μὲν τὰ ᾠκοδομημένα καθέσρεψε, πάντα δὲ τὰ παραβεβλημένα προσδιέφθειρε. καὶ μετὰ τοῦτο ἐξαίφνης ἄρας [214] ἐς Θεσσαλίαν ὥρμησεν. ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τούτῳ [o] χρόνῳ τὸ Δυρράχιον ἐπολιορκεῖτο, Λούκιός τε Κάσσιος [215] Λογγῖνος, καὶ Γναῖος Δομίτιος Καλουῖνος ἔς τε τὴν Μακεδονίαν καὶ ἐς τὴν Θεσσαλίαν ὑπ' αὐτοῦ πεμφθέντες· Λογγῖνος μὲν ἐνταῦθα ὑπό τε τοῦ [216] Σκιπίωνος καὶ [p] ὑπὸ Σαδάλου Θρᾳκὸς ἰσχυρῶς ἐσφάλη· Καλουῖνος δὲ τῆς μὲν Μακεδονίας [217] ὑπὸ τοῦ Φαύστου ἀπεώσθη· Λοκρῶν δὲ δὴ καὶ Αἰτωλῶν προσχωρησάντων οἱ, ἔς τε τὴν Θεσσαλίαν

[n] βραχεῖαι δ' ὅμως ἐγίγνοντο.] Βραχεῖαι δ' οὖν αὐτῶν, vulgo. αὐτῶν uncis inclusum apud L. αὐταί, Od. βραδεῖαι δ' ὅμως ἐγ. Xiph. sed vitio apud hunc βραδεῖαι scriptum esse non dubito. ὅμως ex eodem recepi. [o] τούτῳ χρόνῳ τὸ Δυρράχιον. τούτῳ χρόνῳ, ᾧ τὸ Δυρ. L. [p] ὑπὸ Σαδάλου, X. N. F. & sic infra, p. 183. C. hic vulgo Σανδάλου.

men, qui vel vicinum oppidum, ut Pausanias in Eliacis posterioribus II. 10. p. 477. vel navale urbi Epidamno additum, a Dyrrhacho Neptuni filio Dyrrhachium ajunt appellatum esse, ut tradit Appianus II. civil. p. 451. Plura viri docti ad Stephanum Byz. Cellarius opere laudato p. 1024. Jac. Palmerius Græcia antiqua p. 118. &c.

§ 210. (l. 4.) ὁ Καῖσαρ ἐπισταλοπεδεύσας] Imo Pompejum Dyrrhachio excludens, cingensque ignarum ducto procul aggere valli. Adi Cæsarem III. 42. & Lucanum VI. 31. sq.

§ 211. (l. 23.) καὶ συχνοὺς ἀπέβαλε] Hoc est unum prœlium longe magis Pompejanis prosperum, quo graviter impulsi sunt Cæsaris milites, ut ait Vellejus lib. II. c. 51. Cæsar ipse apud Plutarchum p. 727. in Cæsare & in Pompejo p. 654. & apud Julium Celsum p. 150. Eutropium VI. 16. Zonaram lib. X. c. 8. T. I. p. 484. professus est, illa die se potuisse debellari, si Pompejus victoria uti scivisset. Suetonius c. 36. *Semel ad Dyrrhachium pulsus, non instante Pompejo, negavit eum vincere scire.*

§ 212. (l. 25.) τῷ περιτειχίσματι] Conf. si placet Cæsarem III. 69. sq. & Appianum II. civil. p. 467. sq.

§ 213. (l. 30.) ὁ σῖτος αὐτὸν ἐπελελοίπει] Cæsar. III. 47. sq. Lucanus VI. 108. sq.

§ 214. (l. 36.) ἐς Θεσσαλίαν] Lucanus VI. 314. Cæsar. III. 80. de bello civili.

§ 215. (l. 39.) Λογγῖνος καὶ Καλουῖνος] De his Cæsar. III. 34. sq.

§ 216. (l. 42.) Σκιπίωνος καὶ Σαδάλου] Idem Cæsar. III. 36. ubi Cotyis Regis etiam mentio, qui Sadalem filium ex Thracia cum quingentis equitibus in auxilium Pompejo miserat, ut dixerat Cæsar. III. 4. Σαδάλου rectius scribitur etiam apud Dionem infra p. 183. C. & XLVII. p. 341. D. Lucanus V. 54.

Tunc Sadalem fortemque Cotyn ——

§ 217. (l. 44.) ὑπὸ τοῦ Φαύστου] Faustum Syllæ filium intellige. Nihil hac de re apud Cæsarem.

§ 218. (l. 46.) τὸν Σκιπίωνα μάχαις] Cæsar. III. 37. sq. Metellum Scipionem, Pompeji socerum intellige. Conf. Julium Celsum p. 149.

§ 219. (l. 52.) ἅτε κακῶς πεπραγότα] Pompeji litteris per omnes provincias civitatesque dimissis, de prœlio ad Dyrrhachium facto, elatius inflatiusque multo quam res erat gesta, fama percrebuerat, pulsum fugere Cæsarem, pæne omnibus copiis amissis. Cæsar. III. 79. Itaque & Androsthenes prætor Thessaliæ victoriæ Pompeji comes, quam socius Cæsaris in rebus adversis, esse maluit, id. 80.

Θεσσαλίαν μετ' αὐτῶν ἐσέβαλε, καὶ [218] τὸν Σκιπίωνα μάχαις, τῇ μὲν λοχισθείς, τῇ δ' ἀνταναδρεύσας ἢ ἐνέδρευσε· καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ πόλεις τινὰς προσεποιήσατο. ἐνταῦθα οὖν ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ ῥᾷον σὺν ἐκείνοις τῆς τε τροφῆς εὐπορήσων, καὶ τὸν πόλεμον διοίσων, ἠπείχθη. καὶ ἐπειδὴ οὐδεὶς αὐτὸν, [219] ἅτε κακῶς πεπραγότα, ἐδέχετο, τῶν μὲν ἄλλων καὶ ἄκων ἀπείχετο· [220] Γόμφοις δὲ δή, πολίχνῃ τινὶ Θεσσαλικῇ προσπεσών, καὶ κρατήσας, πολλούς τε ἔκτεινε, καὶ [r] πάντας διήρπασεν· ὅπως καὶ τοὺς ἄλλους ἐκ τούτου κατάφοβήσῃ. αὐτίκα γοῦν [221] Μητρόπολις, ἕτερόν τι πόλισμα, οὐδὲ ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθεν, ἀλλ' ἀμαχεὶ ὡμολόγησε· καὶ σφᾶς κακὸν οὐδὲν δράσας, ἔῤῥωσε [222] καὶ ἄλλους τινὰς ἀφ' ἑκατέρου προσεποιήσατο. καὶ ὁ μὲν, ἰσχυρὸς αὖθις ἐγίγνετο.

dias petitus, altero hostem vicissim per dolum aggressus, vicerat, & inde urbes nonnullas in suam potestatem redegerat. Eo Cæsar properavit, quod & commeatum se facilius cum iis parare, & bellum sustinere posse, sperabat. Quum ob adversam fortunam, quam expertus erat, a nemine reciperetur; omissis contra animi sui sententiam reliquis urbibus, Gomphos oppidulum Thessaliæ oppugnavit: eoque vi potitus, magna edita cæde, omnia diripuit, ut eo facto aliis quoque terrorem injiceret. Itaque confestim Metropolis, oppidum & ipsum Thessaliæ, antequam ad manus veniretur, sese ei dedidit: quibus quum nihil omnino nocuisset, utroque exemplo plures sibi adjunxit, viresque suas reparavit. A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Πομπήϊος δὲ οὐκ ἐπεδίωξε μὲν αὐτόν· (νυκτός τε γὰρ ἐξαπιναίως ἀπανέστη, καὶ τὸν [223] ποταμὸν τὸν Γενουσὸν σπουδῇ διέβη·) οὕτω μέντοι τὴν γνώμην εἶχεν, ὡς καὶ διαπεπολεμηκώς. κἀκ τούτου [224] τὸ μὲν τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα ἔλαβεν, οὐ μέντοι καὶ ἐμεγαλήγορεί τι, ἢ καὶ [225] δάφνην τινὰ ταῖς ῥάβδοις περιῆψε, δυσχεραίνων ἐπὶ πολίταις τοιοῦτόν τι ποιῆσαι. ἐκ δὲ δὴ τῆς αὐτῆς ταύτης 178 διανοίας, οὐδὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν οὔτ' αὐτὸς ἔπλευσεν, οὔτ' ἄλλους τινὰς ἔπεμψε, καίτοι ῥᾳδίως ἂν πᾶσαν αὐτὴν κατασχών. [s] τῷ τε γὰρ ναυτικῷ πολὺ ἐκράτει, ἅτε πεντακοσίας ναῦς ταχείας ἔχων, ὥστε πανταχόσε ἅμα καθᾶραι· καὶ τὰ ἐκεῖ οὔτ' ἄλλως αὐτῷ ἤχθετο, οὔτε, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἠλλοτρίωτο, ἀξιόμαχά γε ἀντιπολεμῆσαι ἦν. προῤῥωτέρω γὰρ, [226] τοῦ [t] περὶ αὐτῆς δόξαι πολεμεῖν, ἀφεστηκέναι ἐβούλετο, καὶ φόβον οὐδένα τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε οὖσι παρασχεῖν ἠξίου. τῆς μὲν οὖν Ἰταλίας διὰ ταῦτ' οὐκ [u] ἐπείρασεν· [227] οὐ μὴν οὐδὲ ἐπέστειλε τῷ κοινῷ περὶ τῶν πραχθέντων οὐδέν. ἐπὶ δὲ δὴ τὸν Καίσαρα μετὰ τοῦθ' ὁρμήσας, ἐς τὴν Θεσσαλίαν ἀφίκετο.

52. Pompejus Cæsarem, quia is & repente de nocte discesserat, & flumen Genusum magna celeritate transierat, insecutus non est: debellasse autem jam se opinatus, imperatoris nomen ea ex re sumsit: quamvis neque jactantius quid loqueretur, neque fasces lauro involveret, de civibus victis hoc facere indignum judicans. Eadem causa ipsi fuit, cur neque in Italiam ipse navigaret, neque alios eo mitteret: quamvis perfacile ei fuisset, universam occupare; erat enim re navali longe superior, quum quingentas veloces haberet naves, ita ut omnibus locis simul appellere posset. Erat & alioquin is in Italia rerum status, ut animi hominum a Pompejo non essent alieni: atque, ut maxime fuissent, tamen ad resistendum virium nequaquam satis habebant. Verum Pompejus ideo procul ab Italia abesse volebat, ut pro ea bellum gerere videretur, neque ullum metum iis, qui tum Romæ erant, objiceret. Itaque Italiam tunc intentatam reliquit, ne literis quidem ad rempublicam missis de rebus a se gestis; & Cæsarem post id factum insecutus, in Thessaliam pervenit.

Ἀνταναθημένων δὲ αὐτῶν ἀλλήλοις, ἡ μὲν ὄψις τῶν στρατοπέδων πολέμου τινὰ εἰκόνα ἔφερεν· ἡ δὲ δὴ χρεία τῶν ὅπλων ὡς καὶ ἐν εἰρήνῃ ἡσύχαζε. τό, τε γὰρ μέγεθος τοῦ κινδύνου

53. Qum castra castris opposita essent, conspectus exercituum speciem belli quandam exhibuit: usus tamen armorum, perinde ac in pace, intermissus est. Ut cunctarentur, & magnitudo periculi

q ἐνέδρευσε. vox mendosa, X. scribe ἐνίκησε, L. T. Od. *r* πάντας διήρπασε. πάντα διήρπ. X. *s* verba τῷ τε γὰρ ναυτικῷ, usque ad ταχείας ἔχων, exciderant ex Dione, restituta ex cod. Med. apud Gronov. p. 70. & V. a. nisi quod hic τῷ γὰρ ναυτικῷ habet, omisso τε. *t* περὶ αὐτῆς. forte rectius, ὑπὲρ αὐτῆς. *u* ἐπείρασεν. ἐπέρασεν, V. b. male. repugnat constructio τῆς Ἰταλίας.

§ 220. (l. 53.) Γόμφοις] Gomphos opidum Thessaliæ primum eodem quo venerat die ante solis occasum expugnasse se Cæsar. III. 80. testatur. vide & Appianum II. civil. p. 468. Plutarchum Cæsare p. 728.

§. 221 (l. 56.) Μητρόπολις] Inter decem civitates hoc nomine duas in Thessalia Stephanus Byz. memorat, unam in Thessalia superiore: alteram vero a Cæsare intelligi puto, quem vide III. 81.

§ 222. (l. 59.) καὶ ἄλλους τινὰς] Metropolitum rebus diligentissime conservatis, nullam ait Cæsar fuisse Thessaliæ civitatem, præter Larissæos, magnis Scipionis exercitibus impeditos, quin ipsi pateret atque imperata faceret.

§ 223. (l. 62.) ποταμὸν τὸν Γενουσόν] Cæsar. III. 76.

§ 224. (l. 65.) τὸ μὲν αὐτοκράτορος ὄνομα] Id. c. 71. *Pompejus eo prælio Imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est. Sed neque in litteris, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureæ prætulit.* De more Romano, quo Ducibus summis exercituum, post victoriam reportatam, *Imperatoris* nomen tribuebatur, dictum supra XXXVII. p. 48. A. & amplior dicendi occasio se offeret XLIV. p. 235. C.

§ 225. (l. 66.) δάφνην τινὰ ταῖς ῥάβδοις] Etiam hoc Dio ex Cæsare. De more autem fascium laureatorum, quibus usi victores apud Romanos, res nota ex Cicerone aliisque. vide viros eruditos, qui de triumpho scripserunt, & Wolfgangum Lazium lib. IX. c. 2. & 20. de Rep. Rom. p. 904. & 964. A fascibus laureatis diversi sunt quos Dionysius Halic. lib. V. Antiq. Rom. p. 278. memorat, fasces cum coronis, quales in numo Cn. Pisonis Cos. apud illustrem Spanhemium T. II. de usu numismat p. 88. ῥαβδούχων δαφνηφορούντων mentio infra XLV. p. 284 D. & lauri detractæ fascibus atque ad Jovis genua ab Augusto depositæ p. 539. C.

§ 226. (l. 76.) τοῦ περὶ αὐτῆς δόξαι πολεμεῖν] Ita Cæsar supra p. 158. A. οὐκ ἐπ' ἐκείνην ὡς καὶ πολεμίαν οἱ οὖσαν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς στασιώτας ὑπὲρ αὐτῆς ἐστρατεύετο ἔλεγε.

§ 227. (l. 80.) οὐ μὴν οὐδὲ ἐπέστειλε τῷ κοινῷ] Innuit Pompejum laureatas litteras, victoriæ ad Dyrrhachium relatæ nuncias, Romam scribere neglexisse, & in litteris, quas per provincias civitatesque de eadem victoria misit, laureæ insigne,

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

periculi expensa, & rerum ipsarum incertitudo ac instabilitas prævisa faciebat; tum & verecundia movebantur, quod ejusdem nationis homines, adeoque cognati, prælio dimicaturi essent. Interim de componenda amicitia per internuntios utrinque actum est: nec defuerunt, qui frustra ad compositionem ventum iri opinarentur. Quippe solus imperium obtinere summum uterque cupiebat: quumque & cupiditate honorum insita, & studio æmulationis adscito flagrarent, (quod omnium minime homines ferunt moderate, a suis se æqualibus ac familiaribus deprimi) neque concedere de ulla re alter alteri volebat, quum uterque victoriam speraret; neque, si inter eos conventum fuisset, persuadere sibi alter de altero poterat, eum nec plura semper appetiturum, nec denuo de summa rerum certamen esse moturum.

κινδύνου διασκοποῦντες, καὶ τὸ ἄδηλον τό, τε ἀσάθμητον τῶν πραγμάτων προορώμενοι, καὶ ὀτινα καὶ αἰδῶ τοῦ τε ὁμοφύλου καὶ τῆς συγγενείας ἔτι ποιούμενοι, διέμελλον· καὶν τούτῳ καὶ [228] λόγους περὶ φιλίας σφίσιν ἀνέπεμπον, καί τισι καὶ συναλλαγήσεσθαι [229] διακενῆς ἔδοξαν. αἴτιον δὲ, ὅτι τοῦ τε πανὸς κρατοῦντες ἀμφότεροι ἐφιέμενοι, καὶ πολλῇ μὲν φιλοτιμίᾳ ἐμφύτῳ, πολλῇ δὲ καὶ φιλονεικίᾳ ἐπικτήτῳ χρώμενοι, (πρός τε γὰρ τῶν ἴσων. καὶ πρὸς τῶν οἰκειοτάτων ἥκιστά τινες ἐλαττούμενοι φέρουσιν·) οὔτε τι συγχωρῆσαι ἀλλήλοις ἤθελον, ὥστερ καὶ ἀμφότεροι κρατῆσαι δυνάμενοι· οὔτε πιστεῦσαι, καὶν συμβανθῇ τι, ἐδύναντο, μὴ οὐ τοῦ πλείονός τε αἰεὶ σφᾶς ὀρεγνήσεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ πανὸς αὖθις κατασιάσειν.

54. Hoc enim inter eos discrimen erat indolis animi, ut Pompejus nulli mortalium secundus, Cæsar adeo omnium primus esse cuperet. Pompejus id quærebat, ut a volentibus in honore haberetur, ultroque parentibus præesset, atque ab iis diligeretur: Cæsar in nullo discrimine id ponebat, etiam si invitos regeret, infensisque sibi imperaret, ipseque sibi honorum suorum autor esset. Cæterum facta, quibus ea, quæ desiderarent, perfecturos se sperabant, necessario eadem ab utroque edebantur. Nam consecuturi aliquid, non poterant non contra suos cives bellum gerere, barbaros contra gentiles suos ducere, multas pecunias injuste rapere, multos denique suorum necessariorum nefarie interficere. Itaque in ea cupiditatum diversitate, tamen actionibus, quibus expleturi illas erant, inter se conveniebant. Unde factum est, ut, multis licet in speciem causis obtentis, neuter tamen neutri quicquam concederent, ac demum rem prælio committerent.

Γνώμη μὲν γὰρ τοσοῦτον ἀλλήλων διέφερον, ὅσον [230] Πομπήϊος μὲν, οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος, Καῖσαρ δὲ, καὶ πρῶτος πάντων εἶναι ἐπεθύμει· καὶ ὁ μὲν, [231] παρ' ἐκόντων τε τιμᾶσθαι, καὶ ἐθελόντων προστατεῖν, φιλεῖσθαί τε ἐσπούδαζε· τῷ δὲ οὐδὲν ἔμελεν εἰ καὶ ἀκόντων ἄρχοι, καὶ μισοῦσιν ἐπιτάσσοι, τάς τε τιμὰς αὐτὸς ἑαυτῷ διδοίη. τὰ μὲν δὴ ἔργα, δι' ὧν ἤλπιζον πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο καταπράξειν, ἀμφότεροι ὁμοίως καὶ ἀνάγκη ἐποίουν. ἀδύνατον γὰρ ἦν αὐτῶν καταλυχεῖν τινι μὴ οὐ τοῖς τε οἰκείοις πολεμοῦντι, καὶ τοὺς ὀθνείους ἐπὶ τοὺς ὁμοφύλους ἄγοντι, καὶ πολλὰ μὲν χρήματα ἀδίκως συλῶντι, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν φιλτάτων ἀνόμως κτείναντι. ὥστε εἰ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις διήμαρτον, ἀλλά γε πράξεσι, δι' ὧν ἀποπληρώσειν αὐτὰς ἤλπιζον, ὡμοιοῦντο. καὶ [x] διὰ τοῦθ' ὑφέντό τινος ἀλλήλοις, καίπερ [232] πολλὰς δικαιώσεις προτεινάμενοι, καὶ ἐς χεῖρας τελευτῶντες ἦλθον. 179

55. Fuit ea pugna ita magna, ut ei comparari nulla alia posset. Primum enim ipsi duces in omni re militari, non Romanis modo omnibus, sed universis ea tempestate mortalibus, virtute & gloria præstabant. Nimirum a puero in armis exercitatus uterque omnem ætatem militiæ impenderat, res memorabiles gesserat: uterque magna

Ἐγένετο δὲ ὁ ἀγὼν μέγας, καὶ οἷος οὐχ ἕτερος. αὐτοί τε γὰρ ἄριστοι πρὸς πάντα τὰ πολέμια καὶ εὐδοκιμώτατοι διαφανῶς, οὐχ ὅτι τῶν Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων [y] τῶν τότε ἀνθρώπων ἠξιοῦντο εἶναι. οἱ γὰρ ἐκ παίδων τε ἐν αὐτοῖς ἠσκημένοι, καὶ διὰ παντὸς αὐτοῖς ὡμιληκότες, ἔργα τε ἀξιόλογα ἀποδεδειγμένοι

[x] διὰ τοῦτ' ὑφέντο. διὰ τοῦτ' οὐδὲ ὑφίεντο, X. οὐχ ὑφίεντο, L. [y] τῶν τότε. τῶν τε, RS. male.

gne, quod Cæsar etiam III. 71. testatur, non prætulisse. De more litteras laureatas sive victrices, ut appellat Cicero, ad Senatum Romanum post victoriam mittendi, consules Lazium p. 963. sq. Andream Tiraquellum ad Alexandrum ab Alex. lib. I. c. 27. & Carolum Paschalium lib. VIII. de coronis c. 11.

§ 228. (l. 92.) λόγους περὶ φιλίας] Cæsar. III. 57. sq.

§ 229. (l. 93.) διακενῆς ἔδοξαν] Labieni vox apud Cæsarem III. 19. *Desinite de compositione loqui, nam nobis, nisi Cæsaris capite relato, pax esse nulla potest.*

§ 230. (l. 7.) Πομπήϊος μὲν] Supra XXXIX. p. 103. A. τὸν μὲν τῇ ἐλαττώσει ἀγωνιζούμενα, τὸν δὲ τῇ πλεονεξίᾳ ἐπαιρόμενον. Alii scriptores verius assueto eminendi Pompejo hoc tribuunt, parem eum ferre neminem, atque ut notat Cæsar lib. I. de bello civ. c. 4. neminem dignitate secum exæquari voluisse. Lucanus lib. I. 124.

——— *impatiensque loci fortuna secundi,*
Nec quenquam jam ferre potest Cæsarve priorem,
Pompejusve parem ———

Apud eundem Cæsar lib. V. 662. *vidit Magnum mihi Roma secundum.* Vellejus II. 29. de Pompejo: *Civis in toga, nisi ubi vereretur ne quem haberet parem, modestissimus — pæne omnium vitiorum expers, nisi numeraretur inter maxima, in civitate libera dominaque gentium, indignari, cum omnes cives jure haberet pares, quenquam æquali dignitate conspicere.* Id. II. 33. *Neque Pompejus, ut primum Remp. aggressus est, quenquam animo parem tulit, & in quibus rebus primus esse debebat, solus cupiebat.* Florus IV. 2. 14. *Jam Pompejo suspectæ Cæsaris opes, & Cæsari Pompejana dignitas gravis. Nec hic ferebat parem, nec ille superiorem. Nefas! sic de principatu laborabant, tanquam duos tanti Imperii fortuna non caperet.* Seneca Epist. 94. *Quid C. Cæsarem in sua fata pariter ac publica immisit? Gloria & ambitio, & nullus supra ceteros eminendi modus. Unum ante se ferre non potuit, cum Resp. supra se duos ferret.* Cicero Philippica XIII. 1. *Si aliquid de summa gravitate Pompejus, multum de cupiditate Cæsar remisisset, & pacem stabilem, & aliquam Remp. nobis habere licuisset.*

δεηγμένοι· καὶ πολλῇ μὲν ἀρετῇ, πολλῇ δὲ καὶ
B τύχῃ κεχρημένοι, καὶ ἀξιοστρατηγικώτατοι καὶ
ἀξιονικότατοι ἦσαν. καὶ δυνάμεις Καῖσαρ μὲν,
τοῦ τε πολιτικοῦ τὸ πλεῖστον καὶ καθαρώτατον,
καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἰταλίας τῆς τε Ἰβηρίας καὶ
τῆς Γαλατίας πάσης, τῶν τε νήσων ὧν ἐκρά-
τει, τοὺς μαχιμωτάτους εἶχε· Πομπήϊος δὲ
[233] συχνοὺς μὲν καὶ ἐκ τῆς βουλῆς, τῆς τε
ἱππάδος, καὶ τῶν καλουμένων, ἐπῆκτο· [234] παμ-
πληθεῖς δὲ, παρά τε τῶν λοιπῶν ὑπηκόων,
καὶ παρὰ τῶν ἐνσπόνδων καὶ δήμων καὶ βα-
C σιλέων ἠθροίκει. ἄνευ γὰρ δὴ τοῦ τε Φαρ-
νάκου καὶ τοῦ Ὀρώδου, (καὶ γὰρ τοῦτον,
καίτοι πολέμιον, ἀφ' οὗ [235] τοὺς Κράσσους ἀ-
πέκτεινεν, ὅλα, προσεταιρίσασθαι ἐπεχείρησε·)
πάντες οἱ ἄλλοι, οἱ καὶ ἐφ' ὁσονοῦν οἰκειω-
θέντες πολὲ αὐτῷ, καὶ χρήματά οἱ ἔδωκαν,
καὶ βοηθείας οἱ μὲν ἔπεμψαν, οἱ δὲ ἤγαγον.
ὁ δὲ δὴ Πάρθος ὑπέσχετο μὲν αὐτῷ, ἂν τὴν
Συρίαν λάβῃ, συμμαχήσειν· μὴ τυχὼν δὲ
αὐτῆς, οὐκ ἐπήμυνε. προὔχοντος δ' οὖν πο-
λὺ τοῦ Πομπηΐου τῷ πλήθει, ἐξισοῦντο σφί-
D σιν οἱ τοῦ Καίσαρος τῇ ῥώμῃ· καὶ οὕτως
ἀπ' ἀνίσου πλεονεξίας, καὶ ἰσόρροποι ἀλ-
λήλοις * καὶ ἰσοκίνδυνοι ἐγίγνοντο.

Ἐκ τε οὖν τούτων, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς αἰτίας,
τῆς τε ὑποθέσεως τοῦ πολέμου, ἀξιολογώτατος
ἀγὼν συνηνέχθη. ἥ τε γὰρ πόλις ἡ τῶν Ῥωμαίων,
καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς ἅπασα, καὶ πολλὴ καὶ μεγάλη
ἤδη οὖσα, ἆθλον σφίσι προὔκειτο. ἔυδηλον γάρ
που πᾶσιν ἦν, ὅτι τῷ τότε κρατήσαντι δουλωθήσε-
E ται. τοῦτό τε οὖν ἐκλογιζόμενοι, καὶ προσέτι καὶ
τῶν προτέρων ἔργων, [236] Πομπήϊος μὲν, τῆς τε
Ἀφρικῆς καὶ τοῦ Σερτωρίου, τοῦ τε Μιθριδάτου,
καὶ τοῦ Τιγράνου, καὶ τῆς θαλάσσης· [237] Καῖσαρ
δὲ, τῆς τε Γαλατίας καὶ τῆς Ἰβηρίας, τοῦ τε Ῥή-
180 νου καὶ τῆς Βρεττανίας, ἀναμιμνησκόμενοι, καὶ κιν-
δυνεύειν τε καὶ περὶ ἐκείνοις ἡγούμενοι, καὶ
προσκτήσασθαι τὴν ἀλλήλων δόξαν σπουδὴν ποιού-
μενοι, ὤργων. τά τε γὰρ ἄλλα τῶν ἡττη-
μένων τοῖς κρατοῦσι προσγίγνεται, καὶ ἡ ἔυ-
κλεια ὀτιμάλιστα. ὅσῳ γὰρ μείζω καὶ δυνα-
τώτερόν τις ἀνταγωνιστὴν καθέλῃ, τοσούτῳ καὶ
αὐτὸς ἐπὶ μεῖζον αἴρεται.

Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς στρατιώταις πολλὰ μὲν, παρα-

* καὶ ἰσοκίνδυνοι. καὶ ἰσοδύναμοι, V. b. minus bene.

magna quidem virtute, ſed & multa fortuna A.U.C.706
ſuſus, cum imperio, tum victoria erat digniſſi- Cæſare II. &
mus. Jam copias Cæſar habebat, cum civicarum P. Servilio
legionum partem maximam ſelectiſſimamque, COSS.
tum ex reliqua Italia, & ex Hiſpania, omnique
Gallia, inſulisque univerſis, quas ſubegerat, bel-
licoſiſſimum quemque. In Pompeji caſtris erant
complures ſenatorii & equeſtris ordinis, quos-
que habitis delectibus ſecum adduxerat: ad hæc
magnam multitudinem ex reliquis, qui populo
Romano parent, itemque ex fœderatis populis
ac regibus conflatam collegerat. Nam excepto
Pharnace atque Orode, (quem ipſum quo-
que, etſi poſt Craſſorum cædem hoſtium in nu-
mero habitum, ad ſocietatem ſuam pertrahere
tentaverat) omnes alii, quos quocunque ante
modo amicos habuiſſet, partim pecuniam ei
ſuppeditaverant, partim auxilia miſerant, par-
tim ipſi adduxerant. Parthus, ſi Syria ſibi con-
cederetur, auxilium promiſerat; ſed Syriam non
adeptus, ſupperias non tulit. Quum autem
Pompejus multitudine longe ſuperior eſſet, Cæ-
ſariani ut pares ei eſſent, robore ſuo effecerant.
Ita quum utrinque eſſet, quo altera pars alteri
præſtaret, quaſi æquo virium & periculorum li-
bramento ad dimicationem deſcendebatur.

56. Igitur ob hæc modo dicta, & ob ipſam
belli cauſam & argumentum, pugna memoratu
digniſſima commiſſa eſt: nimirum ubi ipſa urbs
Roma, cum ſuo univerſo imperio, eo jam tempo-
re longe lateque prolato, victoriæ præmium pro-
ponebatur, ſervitura haud dubie victori. Id am-
bo duces tunc cum animis ſuis, ac præterea ſuas
uterque res ante præclare geſtas, reputabant:
Pompejus Africam, Sertorium, Mithridatem, Ti-
granem, mareque pacatum memoria repetebat:
Cæſar Gallias, Hiſpaniasque, Rhenumque & Bri-
tanniam revocabat in animum. Uterque etiam
excitabatur, cogitans, ſe aut hæc omnia ſua in
periculum adducturum, aut per victoriam alte-
rius quoque gloriam ſibi vindicaturum. Nam
quum alia ſuperatorum commoda victoribus ce-
dunt, tum imprimis & ipſa gloriæ celebritas:
quantoque potentiorem quis adverſarium ſube-
gerit, tanto altius ipſe extollitur.

57. Itaque ſuos uterque milites multis ſed con-

§231. (l. 9.) παρ' ἐκόντων] Supra XXXVI. p. 11. E.

§232. (l. 24.) πολλὰς δικαιώσεις προτεινάμενοι] Vide Cæſarem III. 10. & 16. ſq.

§233. (l. 41.) συχνοὺς μὲν καὶ ἐκ τῆς βουλῆς] Ad ducentos ſenatores Pompejo adfuiſſe, dixerat Dio ſupra p. 173. C.

§234. (l. 42.) παμπληθεῖς δὲ] Pompeji copias enumerat Cæſar. III. 3. 4. 5. & 88. nec non Appianus, qui ſecutus Plutarchum in Cæſare p. 728. Cæſarem habuiſſe duo & viginti millia peditum, equites circiter mille, Pompejum plus quam duplum, teſtatur II. civil. 471. ſq. additque longe majorem numerum ab aliis poni, hinc & illinc ad quadringenta millia. Ita & Florus IV. 2. 44. *Trecenta amplius millia hinc illinc, præter auxilia Regum & Senatus.* Laudat Julius Celſus p. 154. Sed Plutarcho & Appiano accedit Eutropius VI. 16.

§235. (l. 47.) τοὺς Κράσσους] Patrem & filium. ſupra XL. p. 130. C. ubi de filio P. Craſſo; & de Patre M. Craſſo a Parthis cæſo p. 133. C. De *Orode* Rege Parthorum dictum ad p. 126. De *Pharnace* Rege Armeniæ, quod Pompejum benefactorem ſuum deſtituiſſet, reprehenſo a Cæſare & punito, infra p. 183. E. Cæterum Orodem non modo nulla Pompejo miſiſſe auxilia, ſed & legatos ejus contra jus gentium violaſſe, leges XLI. p. 186. C. vide & infra XLVIII. p. 371. D. XLIV. p. 264. A.

§236. (l. 67.) Πομπήϊος μὲν] De geſtis ejus in Sicilia contra Perpennam & Carbonem, in Africa contra Cn. Domitium, contra Sertorium in Hiſpania, mentio fuit ſupra XXXVI. p. 12. A. geſta contra Mithridatem exponit Dio XXXVII. p. 29. ſq. contra Tigranem Armeniæ Regem XXXVI. p. 25. ſq. & contra piratas maria infeſtantes p. 18.

§237. (l. 69.) Καῖσαρ δὲ] Cæſaris geſta in Galliis fuſe expoſita a Dione XXXVIII. p. 79. ſq. XXXIX. p. 93. ſq. 109. ſq. & XL. p. 123. ſqq. & 134. ſqq. in Hiſpania XXXVII. p. 53. ſq. De Rheno bis ſuperato XXXIX. p. 113. E. & XL. p. 135. D. & adita bis Britannia XXXIX. p. 114. ſq. & XL. p. 121. ſq.

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

consimilibus verbis cohortatus est, adductis omnibus, quæ in hujusmodi negotio, partim ratione præsentis periculi, partim ratione sortis futuræ dici conveniebat. Etenim ex eadem orti republica, ac de iisdem rebus verba facientes, quod uterque adversarium suum, tyrannum, se vindicem libertatis nominabat, nullum diversa dissérendi argumentum habebant. Esse illis hinc mortem, hinc salutem propositam: altero in casu captivos omnia amissuros, in altero pro conditione dominorum habituros omnia: denique extrema mala aut inferenda hostibus, aut ab iis accipienda esse. His dictis animos civium cohortati, subditis quoque & sociis spe melioris, ac metu deterioris conditionis, injecto: inter se prælio homines gentiles, & contubernales, quin eadem mensa usos & fœderibus junctos commiserunt. Quorsum vero attinet sortem reliquorum deplorare, quum ipsi duces, ante varia hujusmodi inter se necessitudine devincti, qui & multa inter se arcana communicaverant, multas res communi consilio confecerant, affinitatem olim contraxerant, eundemque infantem alter ut pater, alter ut avus dilexerant, tum pugnam nihilominus conseruerint? Namque id vinculum consanguinitatis, quo eos natura adstrinxerat, inexsatiabili dominandi cupiditate tunc dissoluerunt, divulserunt, diruperunt. Quo effectum est, ut Roma de se ipsa, ac contra se ipsam simul pugnare, ac vincendo vinci cogeretur.

58. Ad hujusmodi pugnam directæ sunt utrinque acies, nec tamen extemplo concursum est: sed quia eadem ex patria, iisdemque a penatibus profecti essent, armaturaque & ordinibus similibus uterentur, initium pugnæ facere, mutuasque cædes edere verebantur. Erat utrinque altum silentium, ingensque mœstitia: neque aut progrediebatur quisquam, aut sese commovebat, sed exanimorum instar, oculis in terram defixis constiterant. Ibi Cæsar & Pompejus veriti, ne, si diutius ea quies militum durasset, ipsi languescerent, aut in gratiam adeo inter se redirent; confestim classicum cani, clamoremque militarem

παραπλήσια δ' οὖν ἀλλήλοις, [238] παρήνεσαν εἰπόντες πάνθ' ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ, πρός τε τὸ αὐτίκα τοῦ κινδύνου, καὶ πρὸς τὸ ἔπειτα, πρέπει λέγεσθαι. ἔκ τε γὰρ τῆς αὐτῆς πολιτείας ὁρμώμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν λόγους ποιούμενοι, καὶ ἀλλήλους τε τυράννους, καὶ αὐτοὺς ἐλευθερωτὰς αὐτῶν ὀνομάζοντες, οὐδὲν σφίσι διάφορον εἰπεῖν ἔσχον. ἀλλ' ὅτι τοῖς μὲν, ἀποθανεῖν, τοῖς δὲ, σωθῆναι, [a] καὶ τοῖς μὲν, αἰχμαλώτοις, τοῖς δὲ, ἐν δεσπότου μοίρᾳ, πάντα τε ἔχειν, ἢ πάντων στερηθῆναι, καὶ παθεῖν ἢ ποιῆσαι δεινότατα, ὑπάρξει. τοιαύτας οὖν δή τινας παραινέσεις τοῖς πολίταις ποιησάμενοι, καὶ προσέτι καὶ τὰ τῶν ὑπηκόων, τῶν τε συμμάχων, πρός τε τὰς ἐλπίδας τῶν κρειττόνων καὶ πρὸς τοὺς φόβους τῶν χειρόνων προαγαγόντες, συνέβαλον ἀλλήλοις τοὺς ὁμοφύλους, τοὺς συσκήνους, τοὺς συσσίτους, τοὺς ὁμοσπόνδους. καὶ τί ἂν τις τὰ τῶν ἄλλων ὀδύραιτο, ὁπότε καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι πάντα τε ταῦτα ἀλλήλοις ὄντες, καὶ προσέτι πολλῶν μὲν λόγων ἀπορρήτων, πολλῶν δὲ καὶ ἔργων ὁμοίων κεκοινωνηκότες, κῆδός τέ ποτε συναψάμενοι, καὶ [239] τὸ αὐτὸ παιδίον, ὁ μὲν, ὡς παππῆς, ὁ δὲ, ὡς πάππος, ἀγαπήσαντες, ὅμως ἐμάχοντο; ὅσα γὰρ ἡ φύσις τὸ αἷμα αὐτῶν μίξασα συνέδησε, τότε ταῦτα τῇ ἀπλήστῳ τῆς δυνασείας ἐπιθυμίᾳ διέλυον καὶ διέσπων καὶ διερρήγνυσαν. καὶ δι' ἐκείνου καὶ ἡ Ῥώμη περί τε ἑαυτῇ καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἅμα κινδυνεύειν ἠναγκάζετο, ὥστε καὶ νικήσασα ἡττηθῆναι.

Τοιούτῳ μὲν ἀγῶνι συνηνέχθησαν· οὐ μέντοι καὶ εὐθὺς συνέμιξαν, ἀλλ' οἷα ἔκ τε τῆς αὐτῆς πατρίδος καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ἑστίας ὁρμώμενοι, καὶ τά τε ὅπλα παραπλήσια καὶ τὰς τάξεις ὁμοίας ἔχοντες, [240] ὤκνουν μὲν ἄρξαι τῆς μάχης, ὤκνουν δὲ καὶ φανεῦσαί τινας ἑκάτεροι. σιγή τε οὖν ἀμφοτέρων καὶ κατήφεια πολλὴ ἦν. καὶ οὔτε τις αὐτῶν [b] ἐς τὰ πρόσω προῄει, οὔθ' ὅλως ἐκινεῖτο, ἀλλ' ἐγκύψαντες ἠτρέμιζον, ὥσπερ ἄψυχοι. φοβηθέντες οὖν ὅ, τε Καῖσαρ καὶ ὁ Πομπήϊος μὴ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἡσυχάσαντες, ἀμβλύτεροί πως γένωνται, ἢ καὶ συναλλαγῶσι, [c] προσέταξαν [241] σπουδῇ τοῖς τε σαλπιγκταῖς σημῆναι, καὶ ἐκείνοις

181

[a] καὶ τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις. καὶ τοὺς μὲν αἰχμαλώτους, V. b. sed dandi casus pariter in tota hac sententia pendet a verbo ὑπάρξει. ceterum nil muto quidem, sed aptius hoc ordine scripsisset Dio: καὶ τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις, πάντων στερηθῆναι, τοῖς δὲ ἐν δεσπότου μοίρᾳ πάντα ἔχειν. [b] ἐς τὰ πρόσω προῄει. restitui veriorem lectionem Roberti, pro ἐς τὰς πρόσω προσήει, ut HS. eumque secutus L. nam τὰς vitium typographi tantum est apud HS. ubi collatione primæ edit. non emendatione Leunclavii ad marg. opus erat. Zosimus p. 678, 43. edit. Sylb. ἐπὶ τὰ πρόσω προῆει. [c] προσέταξαν. ita RS. HS. adeoque προσέταξεν apud L. error est typographi.

§ 238. (l. 80.) παρήνεσαν] Cæsar. III. 90. imprimis ait se commemorasse, testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset, neque se unquam abuti militum sanguine, neque Remp. alterutro exercitu privare voluisse. Aliam Cæsari orationem Lucanus VII. 250. sq. aliam item tribuit Appianus II. civil. p. 473. ubi etiam Pompeji suos pro concione adhortantis verba.

§ 239. (l. 2.) τὸ αὐτὸ παιδίον] Prolem ex Julia, Cæsaris filia, natam Pompejo. supra XXXIX. p. 120. B. [Paulo post l. 5. pro τότε ταῦτα, præstabit inverso ordine ταῦτα τότε.]

§ 240. (l. 14.) ὤκνουν μὲν ἄρξαι τῆς μάχης] Pompejum impetu suo usum scribit Vellejus lib. II. c. 52. sed alii scriptores consentiunt, eum neutiquam proclivem, nec properantem de summa rerum acie decernere, propemodum coactum a suis ὑπὸ τῶν συνόντων ἐκβιασθῆναι, infra XLII. p. 185. C. mimium securis Cæsaris contemtoribus hoc fecisse, *suorum omnium hortatu*, ut ait Cæsar. III. 86. vide Appianum lib. II. civil. p. 471. 473. & lib. IV. p. 661. Plutarchum in Pompejo p. 654. sq. & in Cæsare p. 727. sq. Julium Celsum p. 151. Lucanus VII. 340. de Pompejo:

——— ——— *stat corde gelato*
Attonitus, tantoque Duci sic arma timere
Omen erat ——— ———

de Cæsare idem 238.

Oblatumque videt votis sibi mille petitum
Tempus, in extremos quo mitteret omnia casus.
Æger quippe moræ, flagransque cupidine regni,
Cæperat exiguo tractu civilia bella
Ut lentum damnare nefas. Discrimina postquam
Adventare ducum, supremaque prælia vidit,
Casuram & fati sensit nutare ruinam:
Illa quoque in ferrum rabies promtissima, paulum
Languit, & casus audax spondere secundos
Mens stetit in dubio, quam nec sua fata timere,
Nec Magni sperare sinunt ———

νοις [242] συμβοῆσαι τὸ πολέμιον. καὶ ἐπεράχθη μὲν ἑκάτερον· τοσοῦτον δὲ ἐδέησαν ἐπιῤῥωθῆναι, ὥστε cc καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἔκ τε τῆς τῶν σαλπιγκτῶν ἠχῆς ὁμοφωνούσης, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτῶν βοῆς ὁμογλωσσούσης, τό, τε ὁμόφυλον σφῶν ἐξέφηναν, καὶ τὸ ὁμογενὲς ἐξήλεγξαν. κἀκ τούτου καὶ [243] ἐς δάκρυα καὶ θρῆνον ἔπεσον.

litarem tolli jusserunt. Ac factum quidem utrumque est, sed tantum abfuit, ut animos militum hoc confirmaret; ut quum tubas eundem utrinque cantum sonare, suosque clamore & lingua inter se convenire audissent, eo magis se ejusdem gentis generisque esse agnoscerent. Itaque ad lacrymas luctumque conversi sunt. A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Ὀψὲ δ' οὖν ποτὲ τῶν συμμαχικῶν προκαταρξάντων, καὶ ἐκεῖνοι συνέμιξαν, ἔκφρονες ἐπ' αὐτοῖς γενόμενοι. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις, οἷς B πόῤῥωθεν ἡ ἀλκὴ ἦν, ἧττον τὸ δεινὸν συνέβαινεν· (οὐδὲ γὰρ εἰδότες οὓς ἔβαλλον, ἐτόξευον, ἠκόντιζον, ἐσφενδόνων) οἱ δὲ δὴ ὁπλῖται οἵ τε ἱππεῖς χαλεπώτατα ἀπήλλαξαν, ἄτε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ὄντες, καί τι καὶ λαλεῖν σφίσι δυνάμενοι. ἐγνώριζόν τε ἅμα τοὺς ἀντιπαρατεταγμένους, καὶ ἐτίτρωσκον, ἀνεκάλουν, καὶ ἐφόνευον· τῶν πατρίδων ἐμέμνηντο, καὶ ἐσκύλευον. ταῦτα μὲν οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας συστρατευόμενοι σφίσιν, ὅπου ποτὲ προστύχοιεν ἀλλήλοις, καὶ ἔπραττον καὶ C ἔπασχον· καὶ πολλοὶ πολλὰ καὶ οἰκαδε δι' αὐτῶν τῶν σφαγέων ἐνετέλλοντο. [244] τὸ δὲ ὑπήκοον καὶ προθύμως καὶ ἀφειδῶς ἐμάχετο, πολλὴν σπουδήν, ὥσπερ ποτὲ [d] ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, οὕτω τότε καὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων δουλείας, ποιούμενοι, ἐπιθυμίᾳ, ἅτε ἐν πᾶσιν αὐτῶν ἐλαττούμενοι, ὁμοδούλους σφᾶς ἔχειν.

59. Tandem ab auxiliariis initio pugnæ facto, ipsi quoque congressi sunt, eorum exemplo ad furorem acti. Qui eminus pugnabant, ignari quos telis, sagittis, jaculis, fundisque suis peterent, minori malo conflictabantur: at legionarii miltes, equitesque, pugnam acerbissimam depugnavere: quia comminus concurrentes, ita ut exaudiri etiam voces mutuæ possent, hostes agnitos vulnerare, nominatimque compellatos trucidare, interque recordationem communis patriæ, spolia legere necesse habebant. Hæc & perpetrabant, & patiebantur Romani, cæterique commilitones eorum Itali, sicubi in se mutuo incidissent: multi adeo multa suis percussoribus mandata domum perferenda injungebant. Qui vero Romanæ reipublicæ subditi erant, ii & alacriter & crudeliter præliabantur, utque olim pro sua libertate, ita tunc pro servitute Romana enixe laborabant: id consecuturi, ut ipsi rebus omnibus inferiores, eos servitutis participes haberent.

Μεγίστη τε οὖν μάχη καὶ πολυτροπωτάτη, διά τε ταῦτα καὶ διὰ τὸ πλῆθος, [245] τό, τε πολυειδὲς τῆς παρασκευῆς, ἐγένετο. πάμπολλοι μὲν γὰρ ὁπλῖται, πάμπολλοι δὲ καὶ ἱππεῖς, τοξόται τε ἕτεροι, καὶ σφενδονῆται ἄλλοι ἄνδρες, τό, τε πεδίον πᾶν κατέλαβον· καὶ σκεδασθέντες πολλαχῇ μὲν ἀλλήλοις, οἷα ὁμόσκευοι, πολλαχῇ δὲ καὶ ἑτέροις ἀναμιξ ἐμάχοντο· προεῖχον δὲ [e] οἱ Πομπήειοι [246] τῇ τε ἱππείᾳ καὶ τῇ τοξείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο πόῤῥωθέν τε ἐγκυκλούμενοι τινὰς, προσβολαῖς ἀιφνιδίοις ἐχρῶντο, καὶ συναράξαντες αὐτοὺς ἐξανεχώρουν· εἶτ' αὖθις καὶ μάλ' αὖθις ἐπεστρέφοντο σφίσι, τοτὲ μὲν ἐνταῦθα, τοτὲ δὲ ἐκεῖσε μεθισάμενοι. οἱ οὖν Καισάρειοι ταῦτά τε ἐφυλάσσοντο, καὶ τὰς E τάξεις σφῶν ἐξελίσσοντες, ἀντιπρόσωποί τε ἀεὶ τοῖς προσ-

60. Fuit igitur hæc pugna & maxima, & perquam multiplex, quum ob ea, quæ dicta sunt, tum ob multitudinem hominum, & varium belli adparatum. Universus enim campus legionariis militibus, equitibus, sagittariis, funditoribusque opplebatur: iique passim diffusi modo cum similis, modo cum diversæ armaturæ hostibus promiscue confligebant. Pompejani equitatu, sagittariorumque usu priores erant: itaque si quibus se e longinquo circumfudissent, eos subito invadebant, perturbatisque iisdem recedebant; mox iterum iterumque eosdem adoriebantur, in aliam subinde aliamque partem conversi. Id ut caverent Cæsariani explicatis ordinibus hosti irruenti vultus semper adversos opponere,

cc καὶ ἐπὶ μᾶλλον. καὶ ἔτι μᾶλλον, Od. receperunt sequentes. mox καὶ ἀπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων δουλείας tolerari nequit: nec enim *adversus servitutem Romanam*, ut Xylander vertit, pugnabant, sed ut eos servitutis participes haberent. κατὰ in ὑπὲρ mutat Oddey, suffecerit forte καὶ scribi, ut ὑπὲρ ex superioribus repetatur. d ὑπὲρ τῆς σφετέρας. sic scribendum, pro ὑπὸ τῆς σφετ. demonstravit RS. e οἱ Πομπήειοι. vide supra p. 171. codex Coisl. & Br. Xiphilini h. l. habet Πομπηΐειοι.

§ 241. (l. 22.) προσέταξαν σπουδῇ] Ita videtur scribendum pro προσέταξεν, quia de Cæsare & Pompejo sermo præcessit. Cæsar quidem exposcentibus militibus & studio pugnæ ardentibus, tuba signum dedisse se testatur, III. 90. Lucan. VII. 477, *Tunc ausæ dare signa tubæ* &c. φοινικοῦν χίτωνα sagum purpureum pro tentorio propositum a Cæsare. Plutarch p. 655. Ipsum Pompejum & Cæsarem ante prælium illacrymasse, narrat ex fama Appianus II. civil. p. 476.

§ 242. (l. 23.) συμβοῆσαι τὸ πολέμιον] De clamore militari dictum supra ad XXXVI. p. 24. A. Cæsar. III. 92. *neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent: quibus rebus & hostes terreri & suos incitari existimaverunt.* Pugna Pharsalica commissa V. Id. Augusti, ut constat ex fragmento veteris Kalendarii, quod nuper vulgavit Clariss. Blanchinus T. II. vitarum Pontificum Anastasii.

§ 243. (l. 28.) ἐς δάκρυα καὶ θρῆνον ἔπεσον] Lucanus VII. 466.

—— —— *omnia torpor*
Pectora constrinxit, gelidusque in viscera sanguis
Perculsa pietate coit —— ——

§ 244. (l. 45.) τὸ δὲ ὑπήκοον] Italici, & aliarum provinciarum a Romanis subjugatarum populares, pridem pro libertate sua acriter cum Romanis decertaverant, nunc pro servitute illorum cervicibus imponenda libenter dimicabant: cupiebant enim, id quod ita videbant esse futurum, ut ipsi qui hactenus in omni re civibus Romanis inferiores habiti fuissent, deinceps eos servitutis socios essent habituri.

§ 245. (l. 52.) τὸ πολυειδὲς τῆς παρασκευῆς] Pompeji auxilia ex Macedonibus, Thracibus, Ægyptiis, Galatis, Cappadocibus, Syris & aliis gentibus, quæ diversa arma, diversam a Romanis præliandi rationem habebant.

246. (l. 59.) τῇ ἱππείᾳ] Primus tamen victus Pompeji, cui plurimum fidebat, equitatus, ut narrat Cæsar. III. 93. ad 96. Appianus II. civil. p. 477. Florus IV. 2. 47 sq. Plutarchus Cæsare p. 729. & Pompejo p. 657. Julius Celsus p. 155. &c.

A.U.C. 706 Cæsare I. & P. Servilio COSS.

ponere, in congressu viros equosque alacri certamine invadere, quippe qui pedites secum velites haberent, ordinibus equitum hunc in finem insertos. Hæc non uno, sed multis simul in locis, ut demonstratum est, fiebant passim. Sic aliis eminus, comminus aliis pugnantibus; aliis ferientibus, aliis ictis; aliis fugientibus, aliis insectantibus; multa & pedestria & equestria certamina cernere erat: multaque præter opinionem sæpe cadebant. Nam qui modo alium in fugam dederat, jam ipse tergum vertebat: qui modo fugerat insequentem, eundem conversus impetebat: qui alii vulnus intulerat, ipse sauciabatur: alius collapsus, stantem interficiebat: alii nullo vulnere accepto peribant, alii semianimi cædes edebant: hi gaudebant, ac pæana canebant, illi dolebant, atque ejulabant: denique omnia clamoris erant, gemitusque plena, hocque ipsum plurimorum animis perturbationem afferebat. Nam externorum etiam, linguaque peregrina utentium hominum voces ignotæ, terrorem afferebant: ac si qui mutuo intelligerent: iis malum multipliciter augebatur. Nam præter suas miserias, etiam proximorum ærumnas conspiciebant, audiebantque.

προσβάλλουσιν ἐγίγνοντο· καὶ ὁμόσε αὐτοῖς χωροῦντες, τῶν τε ἀνδρῶν καὶ ſ τῶν ἵππων ἀντιλαμβάνοντο, προθύμως ἀγωνιζόμενοι. καὶ γὰρ πεζοὶ τοῖς ἱππεῦσιν αὐτῶν κοῦφοι ἐπ' αὐτὸ τοῦτο συνετέθραπτο. καὶ ταῦτα οὐ καθ' ἕνα, (ὥσπερ εἶπον) ἀλλὰ πολλαχῇ ἅμα σποράδην ἐγίγνετο· ὥστε τῶν μὲν πόρρωθεν μαχομένων, τῶν δὲ, συναδὸν ἀγωνιζομένων, καὶ τῶν μὲν, παιόντων τινὰς, τῶν δὲ, παιομένων, φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων ε ἑτέρων, πολλὰς μὲν πεζομαχίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱππομαχίας ὁρᾶσθαι. καίτοι τούτῳ καὶ παρὰ h δόξαν συχνὰ συνέβαινε. καὶ γὰρ τρέψας τίς τινα, ἐτρέπετο, καὶ ἄλλος i ἐκκλίνας τινὰ, ἀντεπετίθετο αὐτῷ· πλήξας τὶς ἕτερον, αὐτὸς ἐτιτρώσκετο, καὶ πεπτωκὼς ἄλλος, τὸν ἑστηκότα k ἀπεκτείνυε. καὶ πολλοὶ μὲν καὶ ἄτρωτοι ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ καὶ ἡμιθνῆτες ἐφόνευον. καὶ οἱ μὲν ἔχαιρον, καὶ l ἐπαιώνιζον· οἱ δὲ ἐλυποῦντο, καὶ ὠλοφύροντο· ὥστε βοῆς καὶ στεναγμῶν πάντα πληρωθῆναι, καὶ τοῖς πλείοσι καὶ ἐκ τούτου παραχὴν ἐγγενέσθαι· (τὰ γὰρ λεγόμενα, ἄσημα σφίσι διά τε τὸ m ἀλλοεθνὲς καὶ διὰ τὸ ἀλλόθροον ὄντα, δεινῶς αὐτοὺς ἐξέπληττε) τοῖς δὲ δὴ συνιεῖσιν ἀλλήλων, πολλαπλάσιον τὸ κακὸν n συμβῆναι. πρὸς γὰρ τοῖς ἰδίοις σφῶν παθήμασι, καὶ τὰ τῶν πέλας καὶ ἑώρων ἅμα καὶ ἤκουον.

61. Quum diu admodum, ancipiti esset eventu dimicatum, multique utrinque ex æquo cecidissent, aut vulnerati essent; tandem Pompejus, cujus exercitus majori parte ex Asianis, nullumque belli usum habentibus constiterat, victus est: quod ei jam ante, quam prælio decerneret, proditum fuerat. Fulmina enim in castra ejus deciderant: ignis in aere supra vallum Cæsaris visus, in castra Pompeji irruerat: signis ejus militaribus apes insederant: victimæ multæ, quum jam ad altaria adducerentur, aufugerant. Adeo se hujus pugnæ prædictiones ad reliquos quoque homines extulerant, ut multis in locis eo ipso die, quo ea commissa fuit, exercituum conflictus, armorumque strepitus exauditi sint. Pergami tympanorum cymbalorumque sonitus a fano

Τέλος δὲ, ἰσορρόπως αὐτῶν ἐπὶ μακρότατον ἀγωνισαμένων, καὶ πολλῶν ἀμφοτέρωθεν ὁμοίως καὶ πεσόντων καὶ τρωθέντων, ὁ Πομπήϊος, [247] ὅτε καὶ Ἀσιανὸν καὶ ἀγύμναστον τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ ἔχων, [248] ἡττήθη· ὥσπερ που καὶ πρὸ τοῦ ἔργου οἱ ἐδεδήλωτο. [249] κεραυνοί τε γὰρ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ο ἐσέπεσον, καὶ [250] πῦρ ἀέριον ὑπὲρ τῆς τοῦ Καίσαρος ταφρείας φανὲν, ἐς τὴν ἐκείνου κατέσκηψε· τά τε σημεῖα αὐτοῦ τὰ στρατιωτικὰ [251] μέλισσαι περιέσχον· καὶ [252] πολλὰ τῶν ἱερείων αὐτοῖς ἤδη τοῖς βωμοῖς προσαγόμενα ἐξέδρα. καὶ οὕτω γε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὁ ἀγὼν ἐκεῖνος ἔτεινεν, ὥστε [253] πολλαχόθεν αὐτῇ τῆς μάχης ἡμέρᾳ, καὶ στρατοπέδων συνόδους, καὶ ὅπλων κλύπους συμβῆναι· [254] ἔν τε

f ἵππων. sic Xiph. vulgo, ἱππέων. g διωκόντων ἑτέρων. διωκόντων ἄλλων, Xiph. recte, L. h παρὰ δόξαν συχνά. ita Xiph. & V. b. vulgo: παρὰ δόξαν τὶ συχνά. i ἐκκλίνας τινὰ. pejus apud Xiph. est ἐγκλίνας. pro ἀντεπετίθετο apud Xiph. & in V. a. est ἀντεπετίθετο. quod prætuli. k ἀπεκτίννυε. ἀπεκτίννυε, Xiph. sed vide p. 110. E. l ἐπαιώνιζον. legi potest etiam ἐπαιάνιζον, L. sed Xiph. cum altera lectione consentit. m ἀλλοεθνὲς. sic scribendum judicavit RS. pro ἀλλοεθὲς, probantibus ceteris. sed ἀλλοεθὲς, V. b. n συμβῆναι. necessario συνέβαινε scribendum, L. ego parenthesi præmissa orationi utcunque consului, ut cum superioribus ὥστε πληρωθῆναι, ἐγγενέσθαι, hic quoque infinitivus cohæreat. paulo post ἰσορρόπων HS. L. pro ἰσορρόπως, apud RS. o ἐσέπεσον. ἐπέπεσον, Xiph.

§ 247. (l. 94.) ὅτε καὶ Ἀσιανὸν] Lucan. VII. 526.

——— ——— *civilia bella*
Non bene Barbaricis unquam commissa catervis.

& 540. *Galatæque, Syrique, Cappadoces* &c.
& 635. *Sanguis ibi fluxit Achæus, Ponticus, Assyrius.*

Hos tanquam imbelles contemsit Cæsar, qui sæpe commemoravit Pompeji felicitatem, cui præcipua militiæ laus de tam imbelli genere hostium pridem superatorum contigisset, ut refert Suetonius, c. 35.

§ 248. (l. 95.) ἡττήθη] Conf. Cæsarem III. 94. sq. Lucan. VII. 597. &c.

§ 249. (l. 96.) κεραυνοί τε] Valerius Maximus I. 6. 14. Lucan. VII. 154. Panicum terrorem etiam incidisse exercitui Pompeji scribunt Plutarchus, Valerius, Obsequens, Appianus. Et Pompejum somniasse, se ædem in urbe dedicasse ornasseque Veneri Victrici, quam nempe Cæsar voverat. Addit Lucanus, somniasse Pompejum, in theatro suo videre se innumeram plebem Romanam lætis vocibus nomen suum tollere VII. 9. sq. Plutarchus p. 655. Obsequens c. 124. in modum planctus Florus IV. 2. 45.

§ 250. (l. 98.) πῦρ ἀέριον] Lucanus VII. 155. Appianus II. civil. p. 470. Plutarchus Pompejo p. 655. & Cæsare p. 728.

§ 251. (l. 100.) μέλισσαι] Lucanus VII. 161. Florus IV. 2. 45. Appianus loco laudato, Valerius Max. & Julius Obsequens: *Dyrrhachio venientibus, adversa fuerunt fulmina, examen apum in signis portendit. Nocturni terrores in exercitu fuere.*

§ 252. (l. 1.) πολλὰ τῶν ἱερείων] Lucanus VII. 165. sq. Florus IV. 2. 45. *Nunquam imminentis cladis manifestiora prodigia, fuga victimarum, examina in signis, interdiu tenebræ.* Appianus, Valerius Maximus.

§ 253. (l. 4.) πολλαχόθεν] Antiochiæ & Ptolemaide, Cæsar. III. 105. Valerius Maximus lib. I. c. 6. num. 12. Julius Obsequens. In delubris Deum signa etiam sua sponte conversa, ut Elide in templo Minervæ simulacrum Victoriæ, iidem scriptores tradunt.

§ 254. (l. 6.) ἔν τε Περγάμῳ] Cæsar. III. 105. Valerius Maximus, Julius Obsequens c. 125. Simile prodigium infra p. 455. C.

τε Περγάμῳ τυμπάνων τέ τινα καὶ κυμβάλων ψόφον ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀρθέντα, διὰ πάσης τῆς πόλεως χωρῆσαι· καὶ [255] ἐν Τράλλεσι Φοινικά τε ἐν τῷ τῆς Νίκης ναῷ ἀναφθῆναι, καὶ τὴν θεὸν αὐτὴν πρὸς εἰκόνα τοῦ Καίσαρος, ἐν πλαγίῳ που κειμένην, μεταστραφῆναι· τοῖς τε Σύροις δύο τινὰς νεανίσκους τὸ τέλος τῆς μάχης ἀγγείλαντας, ἀφανεῖς γενέσθαι· [256] καὶ ἐν Παταουίῳ τῆς νῦν Ἰταλίας, τότε δὲ ἔτι Γαλατίας, ὄρνιθάς τινας οὐχ ὅτι διαγεῖλαι αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ δεῖξαι τρόπον τινά. Γάϊος γάρ τις Κορνήλιος πάντα τὰ γενόμενα ἀκριβῶς τε ἐξ αὐτῶν ἐτεκμήραστο, καὶ τοῖς παροῦσιν ἐξηγήσατο. ταῦτα μὲν ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ [00] ὡς ἤκουσα συνηνέχθη· καὶ παραχρῆμα μὲν ἠπιστεῖτο, (ὥσπερ εἰκὸς ἦν·) ἀγγελθέντων δὲ τῶν πραχθέντων, ἐθαυμάζετο.

a fano Bacchi ortus, totam urbem peragravit. Trallibus in templo Victoriæ palma enata est, ipsaque dea ad simulacrum Cæsaris, cui ex obliquo collocata fuerat, sese obvertit. Syris duo juvenes pugnæ hujus exitum annuntiantes, nusquam postea apparuere. Patavii, (quæ nunc Italiæ urbs est, eo tempore Galliæ fuit) aves quædam non indicia modo hujus pugnæ exhibuerunt, sed quodammodo rem ipsam demonstravere. Nam C. Cornelius quidam omnia, quæ evenere eo prælio, perfecte ab iis auguratus est; iisque, qui cum ipso erant, exposuit. Hæc ipso pugnæ die ostenta cum maxime accideruntque: quumque in præsentia, ut credibile est, fides eis non haberetur, rei gestæ nuntio allato, admirationi fuerunt. A.U.C. 706 Cæsare II & P. Servilio COSS.

Τῶν δὲ δὴ Πομπηείων [P] τῶν μὴ ἐν χερσὶ φθαρέντων, [257] οἱ μὲν ἔφυγον ὅπη ποθὲ ἠδυνήθησαν, οἱ δὲ καὶ [P] μετὰ τοῦτο. καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ τοὺς μὲν ἐν τῷ τελαγμένῳ στρατευομένους, ἐς τὰ ἑαυτοῦ στρατόπεδα ἐσέγραψε, μηδὲν σφίσι μνησικακήσας· τῶν δὲ δὴ βουλευτῶν τῶν τε ἱππέων, ὅσους μὲν καὶ [258] πρότερόν ποθε ἡρέμα ἠλεήκει, ἀπέκτεινε· [PP] πλὴν εἴ τινας οἱ φίλοι αὐτοῦ ἐξῃτήσαντο· (τούτοις γὰρ ἕνα ἑκάστῳ τότε σῶσαι συνεχώρησε·) τοὺς δὲ λοιποὺς, τοὺς τότε πρῶτον [259] ἀνθοπλήσαντας αὐτῷ ἀφῆκεν· εἰπὼν, ὅτι οὐδέν [PP] με ἠδικήκασιν, οἳ τὰ τοῦ Πομπηίου φίλου σφίσιν ὄντος ἐσπούδασαν, μηδεμίαν εὐεργεσίαν παρ' ἐμοῦ ἔχοντες. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς δυνάστας, τούς τε δήμους τοὺς συναραμένους οἱ, ἐποίησε. πᾶσι γὰρ αὐτοῖς συνέγνω, ἐννοῶν ὅτι αὐτὸς μὲν ἢ οὐδένα ἢ τινὰ αὐτῶν ἠπίστατο, παρ' ἐκείνου δὲ δὴ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ προεπεπόνθεσαν. καὶ πολύ γε τούτους μᾶλλον ἐπῄνει, τῶν εὐεργεσίαν μέν τινα παρὰ τοῦ Πομπηίου προλαβόντων, ἐν δὲ δὴ τοῖς κινδύνοις αὐτὸν ἐγκαταλιπόντων. τοὺς μὲν γὰρ καὶ ἑαυτῷ δι' εὔνοιαν ἔσεσθαι ἤλπιζε· τοὺς δὲ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔδοξάν τί οἱ καὶ χαρίσασθαι, ἀλλὰ προδότας

62. Cæterum Pompejani, qui in prælio non perierant, pars fuga, quo quisque poterat, dilapsi: reliqui postea capti sunt. Ex his Cæsar, quotquot gregarii erant, condonatis omnibus injuriis, inter suos milites adscripsit. Ex senatoribus vero, equitibusque, quos ante etiam captos misericordia prosecutus fuerat, omnes morte multavit: exceptis iis, quos amici ejus, quibus singulis unius salutem donaverat, a supplicio exemerunt. Reliquos, qui tum primum contra ipsum arma tulissent, dimisit; nihil eos contra se deliquisse addens, qui nullo suo beneficio affecti, Pompeji, cujus amicitia usi essent, rebus studuissent. Eundem se regulis etiam, populisque, qui auxilia Pompejo tulerant, exhibuit; omnibusque delicti gratiam fecit. Etenim cogitabat apud animum suum, nullam sibi, aut certe exiguam cum iis interfuisse notitiam; quum Pompeji multa magnaque in eos exstitissent merita. Itaque longe plus laudis eis tribuebat, quam illis, qui quum a Pompejo beneficiis essent affecti, in periculo eundem destituissent: atque alteros quidem illos sibi quoque fidos fore sperabat: hos autem, ut maximam nunc sibi benevolentiam ostentarent, tamen quia suum nunc

183

00 ὡς ἤκουσα. corruptum hoc. puto οὐχ ἥκιστα Dionem scripsisse. Oddey: ὡς οὐχ ἥκιστα, vel ὡς ἔκαστα. hoc rectius. P καὶ μετὰ τοῦτο. deest verbum ἐάλωσαν, X. non admitto hanc audaciam. ex vestigiis illius μετὰ τοῦτο colligo, Dionem scripsisse, οἱ δὲ καὶ μετέστησαν, *ad hostem transierunt*. v. p. 231. B. sic Leunc. pro Xylandro tamen facit Xiphilinus: ὃ μέντοι Καῖσαρ τοῖς ἁλωκόσι φιλανθρώπως ἐχρήσατο. & Dio postea, ὅσους καὶ πρότερον ἠρέμα ἠλεήκει. aperiam autem h. l. emendationem factam in antecedentibus, τῶν μὲν ἐν χερσὶ φθαρέντων. venit enim in mentem, legendum esse, τῶν μὴ ἐν χερσὶ φθαρέντων. nam quomodo ἐν χερσὶ φθαρέντες fugere aut capi possint, non video. PP πλὴν εἴ τινας. sic HS. L. πλὴν ἤ τινας, RS. minus bene. idem infra οὐδὲν μὲν ἠδικήκασιν. pro quo οὐδέν με ἠδικήκασιν, HS. L.

§ 255. (l. 9.) ἐν Τράλλεσι] Cæsar. III. 105. & Valerius atque Julius Obsequens: sed & Plutarchus Cæsare p. 730.

§ 256. (l. 14.) καὶ ἐν Παταουίῳ] Lucanus VII. 192. sq. Plutarchus Cæsare p. 730. Julius Obsequens: *C. Cornelius augur Patavii eo die, cum aves admitterent, proclamavit rem geri, & vincere Cæsarem.* Patavium situm in illa parte Italiæ, quæ Gallia Cisalpina appellabatur, non Italia propria.

§ 257. (l. 24.) οἱ μὲν ἔφυγον] Cæsar. III. 97. sq. In deditionem tamen venisse amplius quatuor & viginti millia, idem auctor est c. 99. cæsa millia circiter quindecim.

§ 258. (l. 29.) πρότερον ἠλεήκει] Facit huc quod Nicol. Damascenus in Excerptis Peiresc. p. 478. ait, Cæsarem non dedisse veniam iis, qui haud didicissent πρὸ ἑξοις σωφρονῆσαι πολέμοις. vide quæ viri docti ad Flori IV. 2. 90. & Sueton. Tamen quia amicis singulos etiam ex his servandos Cæsar donavit, hinc infra XL. p. 222. B. ait, nonnullis se etiam τῶν δεύτερον ἀνθοπλησαμένων salutem concessisse.

§ 259. (l. 33.) ἀνθοπλήσαντας αὐτῷ ἀφῆκεν] *Omnes conservavit, militibusque suis jussit, ne qui eorum violarentur, neu quid sui desiderarent.* Cæsar. III. 98. Cicero pro Ligario c. 6. *quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo nisi armatus.* Et pro Dejotaro c. 12. *Solus es, C. Cæsar, cujus in victoria ceciderit nemo nisi armatus.* Pro Marcello c. 3. ad Cæsarem: *te vero, quem præsentem intuemur, cujus mentem sensusque & os cernimus, ut quicquid belli fortuna reliquum Reip. fecerit, id esse salvum velis, quibus laudibus efferemus?* Vellejus II. 52. *Nihil illa victoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit, quando neminem, nisi acie consumtum, civem patria desideravit.* Suetonius c. 75. *Acie Pharsalica proclamavit, ut civibus parceretur:* (cujus vocis meminit etiam Florus IV. 2. 50.) *deincepsque nemini non suorum quem vellet unum partis adversæ servare concessit:* (Dio infra XLIII. p. 219. D.) *nec ulli periisse, nisi in prælio, reperiuntur, exceptis duntaxat Afranio & Fausto & L. Cæsare juvene:* (de quibus Dio infra

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

nunc amicum prodidissent, ne sui quidem olim rationem habituros.

δότας γε τοῦ νῦν φίλου γενομένους, οὐδὲ ἑαυτοῦ ποτε ἡ φείσεσθαι ἐνόμιζε.

63. Argumento autem huic, quod diximus, est: quod Sadalo Thraci & Deiotaro Gallogræco, qui in ipso prælio adfuerant, ac Tarcondimoto, qui Ciliciæ partem sibi subjectam habebat, re autem navali Pompejum plurimum juverat, pepercit. Ne cæteros colligam, quibus, quum Pompejo auxilia misissent, tantum imperata pecunia, neque ullo alio supplicio impositio, veniam dedit, nec ulla eos alia re multavit, quamvis eorum quidam multa ac magna præmia a Pompejo partim jam ante, partim tum accepissent: partem Armeniæ Cæsar, quæ Deiotaro parebat, Ariobarzani Cappadociæ regi attribuit. Qua in re non modo damnum nullum Deiotaro dedit, sed beneficium adjecit. Non enim ei partem regni ademit, sed omnem Armeniam, quæ sub Pharnacis imperio fuerat, occupatam; partim Ariobarzani, partim Deiotaro donavit. Hac in eos clementia usus, Pharnacem vero, ex eo argumento, quod Pompejo non esset opitulatus, ignosci suis actionibus postulantem, non modo nulla humanitate prosecutus est, sed id quoque vitio ei dedit, quod & improbus & impius in benefactorem suum fuisset. Ea Cæsar mansuetudine atque virtute in omnes, qui contra ipsum in bello steterant, deinde quoque usus est. Quin etiam, quum secretæ literæ in scriniis Pompeji essent repertæ, quæ multorum erga Pompejum benevolentiam, contra vero animi acerbitatem adversus Cæsarem prodebant, neque

Τεκμήριον δὲ, ὅτι [260] Σαδάλου μὲν τοῦ Θρᾳκὸς, καὶ [261] Δηϊοτάρου τοῦ Γαλάτου, καίτοι καὶ ἐν τῇ μάχῃ γενομένων, ἡ Ταρκονδιμότου [262] τε ἐν μέρει μέν τινι τῆς Κιλικίας δυνασεύοντος, πλεῖστον δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ ναυτικὰ βοηθήσαντος, ἐφείσατο. τί γὰρ δεῖ τοὺς ἄλλους τοὺς τὰς συμμαχίας πέμψαντας καταλέγειν, οἷς καὶ αὐτοῖς συγγνώμην ἔνειμε, χρήματα μόνον παρ' αὐτῶν λαβών; ἄλλο γὰρ οὐδὲν οὔτε ἔδρασε σφᾶς, οὔτ' ἀφείλατο· καίπερ πολλῶν πολλὰ καὶ μεγάλα, τὰ μὲν πάλαι, τὰ δὲ καὶ τότε, παρὰ τοῦ Πομπηΐου εἰληφότων. μέρος μὲν γάρ τι τῆς Ἀρμενίας τῆς τοῦ Δηϊοτάρου γενομένης, Ἀριοβαρζάνει τῷ τῆς Καππαδοκίας βασιλεῖ ἔδωκεν. οὐ μέντοι καὶ τὸν Δηϊόταρον ἐν τούτῳ τι ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ προσευεργέτησεν. οὐ γὰρ ἐκείνου τὴν χώραν ἀπετέμετο, ἀλλ' [263] ὑπὸ τοῦ Φαρνάκου πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν καταληφθεῖσαν καταλαβών, τὸ μέν τι αὐτῆς τῷ Ἀριοβαρζάνει, τὸ δὲ δὴ τῷ Δηϊοτάρῳ ἐχαρίσατο. καὶ τούτοις μὲν οὕτως ἐχρήσατο· τῷ δὲ δὴ Φαρνάκῃ, προβαλλομένῳ ὅτι μὴ προσαμύναι τῷ Πομπηΐῳ κἀκ τούτου συγγνώμης, ἐφ' οἷς ἐπεποιήκει, τυχεῖν ἀξιοῦντι, οὔτε ἔνειμεν ἐπιεικὲς οὐδὲν, καὶ προσέτι καὶ αὐτὸ τοῦτ' [r] ἐνεκάλεσεν. ὅτι καὶ πονηρὸς καὶ ἀνόσιος [264] περὶ τὸν εὐεργέτην ἐγένετο. τοσαύτῃ μὲν καὶ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἀρετῇ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἀνταπολεμήσαντας αὐτῷ ἔπειτα ἐχρῆτο. ἀμέλει καὶ [265] τὰ γράμματα ἀπόθετα, τὰ ἐν τοῖς τοῦ Πομπηΐου κιβωτίοις εὑρεθέντα, ὅσα τινῶν τήν τε πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν καὶ

[q] Ταρκονδιμότου. sic RS. scribendum vidit pro Ταρκονδομότου. nec erat quo minus emendationem reciperent sequentes. paulo ante pro φείσεσθαι, Roberti editio φείσασθαι habet. [r] προβαλλομένῳ ὅτι μὴ προσαμύναι. προβαλλομένῳ ἔτι μὴ προσαμ. L. [s] ἐνεκάλεσεν. editio RS. habet ἐκάλεσεν. ipse vel ἐνεκάλεσεν, vel ἐπεκάλεσεν legendum ostendit in not. prius receperunt HS. & L. paulo post pro ἔπειτα ἐχρῆτο, Robertina ἔπειτ' ἀνεχρῆτο.

fra XLIII. p. 219. A.) *ac ne hos quidem voluntate ipsius interemtos putant, quorum tamen & (Afranius & Faustus) priores post impetratam veniam rebellaverunt: & Cæsar libertis servisque ejus ferro & igni crudelem in modum enectis, bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidaverat.* Florus IV. 2. 90. *pensatum clementia bellum: nemo cæsus imperio præter Afranium: satis ignoverat semel.* (*supra XLI. p. 164.*) *& Faustum Sullam:* (qui Pompeji filiam duxerat.) *didicerat generos timere.* Sed hæc post bellum Africanum gesta infra XLIII. p. 219. quo alioqui non dissimilem Cæsaris clementiam fuisse testatur Vellejus II. 55. Verum stultitiæ duxit, non mansuetudinis, eos qui sæpius ipsi insidias struxissent conservare XLIV. p. 264. E.

§ 260. (l. 50.) Σαδάλου τοῦ Θρᾳκὸς] De hoc supra ad p. 177. C.

§ 261. (l. 51.) Δηϊοτάρου τοῦ Γαλάτου] Vide Ciceronis pro hoc Rege orationem, præcipue c. 3. & 5. Philippica II. c. 37. & lib. II. de divinat. c. 8. Reinerum Reineccium T. III. Hist. Jul. p. 233.

§ 262. (l. 52.) Ταρκονδιμότου] De hoc viri docti ad Florum IV. 2. 5. & ad Lucani IX. 219. & ad Ciceronis XV. 1. Epist. ad diversos. Casaubonus ad Strabonis XIV. p. 676. Meminit & Plutarchus in Antonio p. 944. ubi τῆς ἄνω Κιλικίας, *superioris Ciliciæ* regem fuisse docet. & Dio infra XLVII. p. 342. A. & L. p. 427. E. ubi in bello civili Augusti pro Antonio pugnans interiisse traditur. Tarcondimoti filii mentio LIV. p. 526. C. vide illam in numo rarissimo, quem ad me misit illustris Scipio Mafejus p. 13. 14. Antiquitatum Galliæ.

Cæsar (III. 4.) *Tarcondarium Castorem* hunc appellat. XYL.

§ 263. (l. 65.) ὑπὸ τοῦ Φαρνάκου] Dejotarum Cæsari in acie adversus Pharnacem, (de quo infra p. 189. D. 199. B. & 206. sq.) adfuisse testatur Cicero oratione pro Dejotaro c. 5. *Ariobarzanes* etiam Cappadociæ Rex, Ariobarzanis primi filius, fuit inter eos, qui Pompejum juverant, & a Cæsare veniam deinde impetraverant. vide Florum IV. 2. 5. & e recentioribus Reinerum Reineccium T. III. Histor. Juliæ p. 12. De parte Armeniæ illi dono data a Cæsare, iterum meminit Dio infra XLII. p. 207. E. [Pro καταληφθεῖσαν l. 66. videtur καταλαφθεῖσαν scribendum.]

§ 264. (l. 74.) περὶ τὸν εὐεργέτην] Pompejus Pharnacem, Mithridatis Patris sui parricidam, Regem & amicum populi Rom. vocaverat, patriumque regnum Bosporanum ei permiserat. vide Dionem XXXVI. p. 36. A. & XLII. p. 207. A. B. XLIV. p. 264 A. & Reinerum Reineccium p. 141.

§ 265. (l. 77.) τὰ γράμματα ἀπόθετα] Hoc ante Cæsarem fecerat Pompejus, teste Plutarcho p. 629. Cæsar iterum, infra XLIII. p. 219. D. 222. C. & XLIV. p. 265. D. Idem postea multi imitati, ut Augustus, de quo Appianus lib. V. civil. p. 747. & Dio infra p. 494. E. de Caligula Dio infra LIX. p. 642. E. & Suetonius c. 15. de Domitiano Dio LXVII. p. 764 C. de Othone Suetonius c. 10. & Zonaras T. II. p. 191. de M. Antonino Dio LXXI. p. 813. A. Ammianus Marcellinus XXI. c. ult. Sed de Cæsare non omittendus hic Senecæ locus lib. II. de ira c. 24. *Fecit hoc & C. Cæsar, ille qui victoria civili clementissime usus est. Cum scrinia deprehendisset Epistolarum ad Pompejum missarum, ab iis, qui videbantur aut in diversis aut in neutris fuisse partibus, combussit: quamvis moderate soleret irasci, maluit non posse.* Plinius VII. 25. *Illa fuit vera & incomparabilis invicti animi sublimitas, captis apud Pharsalum Pompeji Magni scriniis epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis, concremasse ea optima fide atque non legisse.*

184 καὶ τὴν πρὸς [t] ἑαυτὸν δύσνοιαν ἤλεγχεν, οὔτ' ἀνέγνω, οὔτ' ἐξεγράψατο· ἀλλ' εὐθὺς καῖέφλεξεν, ὅπως μηδὲν ἀπ' αὐτῶν δεινὸν ἀναγκαθῇ δρᾶσαι. ὥστε [u] τινὰ καὶ διὰ ταῦτα τοὺς ἐπιβουλεύσαντας αὐτῷ μισῆσαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον, ἀλλ' ὅτι καὶ [x] ὁ Καιπίων [266] Βροῦτος ὁ Μάρκος, ὁ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἀποκτείνας, καὶ ἑάλω ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐσώθη.

neque legit, neque deſcripſit, ſed extemplo cremavit: ne quid propter eas gravius in quenquam ſtatuere cogeretur. Itaque merito quis odio eos habere poſſit, qui inſidias deinde vitæ Cæſaris ſtruxerunt: quod ideo tantum a me dicitur quia M. quoque Brutus Cæpio, qui eum poſtea interfecit, ab eo tunc & captus eſt, & ſalute donatus. A.U.C. 706 Cæſare I. & P. Servilio COSS.

[t] ἑαυτὸν. αὐτὸν, Xiph. [u] τινὰ. τινὰς, L. minus ad mentem Dionis, forte τὶ. Od. [x] Καιπίων ſcripſi pro Καπίων, monitu L. & F.

§ 266. (l. 85.) ὁ Καιπίων ὁ Βροῦτος ὁ Μάρκος] Vellejus II. 52. *Prob Dii immortales, quod hujus voluntatis erga Brutum ſuæ poſtea, vir tam mitis pretium tulit!* Seneca Octavia v. 498. *Brutus in cædem Ducis, a quo ſalutem tulerat, armavit manus.* Plutarchus in Cæſare p. 737. non modo vita donatum a Cæſare Brutum, ſed & deprecantem multos ſervaſſe amicos teſtatur: imo p. 730. ait, anxium primum fuiſſe Cæſarem, cum Brutus non compareret, & deinde cum ſalvum vidiſſet, vehementer gaviſum. Idem tradit in Bruti vita p. 986. Hujus patrem M. Junium Brutum a Pompejo interfectum narrat in Pompejo p. 627. 653. De Bruti in Cæſarem conjuratione Dio infra XLIV. p. 248. 249. Cæpio autem dicitur, quia adoptatus fuerat a Q. Servilio Cæpione. vide Joh. Glandorpii Onomaſticon Romanum p. 498.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

Hæc inſunt Libro XLII. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Ut Pompejus, in Theſſalia victus, fugerit, in Ægyptoque perierit. c. 1 — 5.

Quomodo Cæſar Pompejum inſequendo in Ægyptum venerit. c. 6 — 16.

Quemadmodum Romæ res inter Cæſarem & Pompejum geſtæ, annuntiatæ: ac quæ in honorem Cæſaris decreta ſint. c. 17 — 20.

De ſeditione Romanorum per abſentiam Cæſaris. c. 21 — 33.

Ut Cæſar Ægyptios bello ſubegerit, Cleopatræque gratificatus ſit. c. 34 — 44.

Ut Pharnacem idem devicerit. c. 45 — 48.

De Cæſaris reditu ad urbem, ac quemadmodum res urbanas conſtituerit. c. 49 — 55.

De ejusdem expeditione in Africam. c. 56 — 58.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς Πομπήϊος, ἡττηθεὶς ἐν Θεσσαλίᾳ, ἔφυγε, καὶ ἀπέθανεν ἐν Αἰγύπτῳ.

Ὡς Καῖσαρ, Πομπήϊον ἐπιδιώκων, εἰς Αἴγυπτον ἦλθεν.

Ὡς ἠγγέλθη τὰ καθ' Καίσαρα καὶ Πομπήϊον εἰς Ῥώμην· καὶ ἃ ἐψηφίσαντο τῷ Καίσαρι.

Ὡς ἐστασίασαν οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀποδημίαν.

Ὡς Καῖσαρ Αἰγυπτίοις πολεμήσας, καὶ ἑστρέψατο αὐλοὺς, καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ ἐχαρίσατο.

Ὡς Καῖσαρ Φαρνάκην ἐνίκησεν.

Ὡς Καῖσαρ εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατέστησατο.

Ὡς Καῖσαρ εἰς Ἀφρικὴν ἐστράτευσεν.

Χρόνου πλῆθος, τὰ λοιπὰ * τῆς Ἰουλίου Καίσαρος τὸ β' καὶ Πουπλίου Σερουϊλίου Ἰσαυρικοῦ ὑπατείας. καὶ ἄλλο ἔτος ἀ, ἐν ᾧ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Ἰούλιος Γ. υἱ. Καῖσαρ, δικτάτωρ τὸ β', καὶ Μ. Ἀντώνιος, Μ. υἱ. ἵππαρχος.

ὕπατοι δὲ,

Κ. Φούφιος Κ. υἱ. Καλῆνος, καὶ Π. Ὀυατίνιος, Η. υἱ.

Hæc geſta ſunt partim reliqua ejus anni parte, quo conſules fuerunt Julius Cæſar, II. & P. Servilius Iſauricus: partim inſequenti anno uno, in quo, ſecundum Faſtos, rebus præfuerunt.

ante C. N.	U. C.		
47.	707.	C. Julius C. F. Cæſar, Dictator II.	& M. Antonius M. F. Magiſter equitum.
		Q. Fufius Q. F. Calenus,	& P. Vatinius, P. filius. COSS.

A.U.C. 706 Cæſare II. & P. Servilio COSS.

1. Prælio ad hunc, quem expoſui, modum confecto; Pompejus omnem ſtatim de ſuis rebus ſpem abjecit, neque ſuæ virtutis memor, aut multitudinis eorum, qui pugnæ ſupererant; neque reputans, quod ſæpe leviſſimo momento eos, quorum res ſunt afflictæ, in integrum fortuna reſtituit: quum prioribus temporibus ſummo animi robore conſtanter uſus fuiſſet, ac bene ſemper in rebus adverſis ſperare conſueſſet. Enimvero in cauſa hoc fuit, quod superio-

Ἡ μὲν οὖν μάχη [a] τοιάδε τις ἐγένετο· καὶ ἀπ' αὐτῆς ὁ Πομπήϊος πάντων τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων παραχρῆμα ἀπέγνω· καὶ οὐκέτ' οὐδὲ τῆς ἰδίας ἀρετῆς, οὔτε τοῦ τῶν λοιπῶν στρατιωτῶν πλήθους, οὔθ' ὅτι πολλάκις ἡ τύχη διὰ ἐλαχίστου τοὺς πταίσαντας ἀναλαμβάνει, λογισμόν τινα ἐποιήσατο· καίπερ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ πλεῖσον τὸ εὔθυμον, πλεῖσον δὲ τὸ εὔελπι παρὰ πάντα ὅσα ἐσφάλη, ἀεί ποτε ἔχων. αἴτιον δὲ, ὅτι ἐν μὲν ἐκείνοις ἀνέλπιστος ὡς πληθεῖ τοῖς ἐναντίοις

185

B

* τῆς. vulgo ἔτη γ'. abſurde. ubi illi tres anni? miror hoc a nemine animadverſum. legendum utique τῆς — ὑπατείας. ſicut initio libri XL. ceterum Roberti editio dictaturæ Cæſaris τὸ β' addit ὑπ. pro Ἀνίωνιος habet Ἀνιωνῖνος, pro Καλῆνος, Καλῖνος, pro Ὀυατίνιος, Ὀυατῖνος. [a] τοιάδε τις. τοιαύτη δή τις, V. a.

τίοις ὧν, [1] οὐ προελάμβανε τῇ γνώμῃ τὴν νίκην, ἀλλ' ἐπ' ἀμφότερα τὴν ἔκβασιν τῶν πραγμάτων, ἔν τε τῷ θαρσοῦνλι, καὶ πρὶν ἐς καταπληξίν τινα ἀφικέσθαι, προσκοπῶν, οὐκ ἠμέλει τῆς τοῦ χείρονος θεραπείας· καὶ διὰ τοῦτ' οὐθ' ὑπείκειν ταῖς συμφοραῖς ἠναγκάζετο, καὶ ἀναμάχεσθαι ῥᾳδίως ἐδύνατο· τότε δὲ, πολλῷ τοῦ Καίσαρος περιοχήσειν [b] δοκῶν, οὐδὲν προείδετο. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ στρατόπεδον ἐν ἐπιτηδείῳ ἐποιήσατο, οὐδ' ἀναφυγὴν οὐδεμίαν ἠτήσατο· οἵ παρεσκεύασε. [c] τρίψας [2] τε δυνηθεὶς ἂν τὰ πράγματα, καὶ τούτου ἁμαχεὶ κρατῆσαι· (στρατός τε γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτῷ προσεγίγνετο, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄφθονα, ἅτε ἔν τε Φιλίᾳ τῇ πλείστῃ χώρᾳ ὢν, καὶ ναυκρατῶν, εἶχεν·) ὅμως, εἴτε ἐθελοντὴς, ὡς καὶ πάντως νικήσων, εἴτε καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἐκβιασθεὶς, [d] συνέβαλε. καὶ διὰ ταῦτ', ἐπειδὴ τάχιστα ἐνικήθη, [3] δεινῶς ἐξεπλάγη· καὶ οὔτε τι βούλευμα καίριον, οὔτε ἐλπίδα βεβαίαν ἐς τὸ ἀνακινδυνεῦσαι ἔσχεν. ὅταν γάρ τι ἀπροσδοκήτως τινὶ καὶ μεγὰ πλείστου παραλόγου προσπέσῃ, τό, τε φρόνημα αὐτοῦ ταπεινοῖ, καὶ τὸ λογιζόμενον ἐκπλήσσει, ὥστ' αὐτὸν κάκιστόν τε καὶ ἀσθενέστατον τῶν πρακτέων κριτὴν γενέσθαι. οὐ γὰρ ἐθέλουσιν οἱ λογισμοὶ τοῖς φόβοις συνεῖναι, ἀλλὰ, ἂν μὲν προκατάσχωσί [e] τινα, καὶ μάλα γενναίως αὐτοὺς ἀπωθοῦνται· ἂν δ' ὑστερήσωσιν, ἡττῶνται.

superioribus plerumque temporibus æquales sibi dari adversarios existimans, non præceperat certam animo victoriam, sed eventu in utramque partem præmeditato, dum fiduciam sui haberet, & priusquam in terrorem incideret, curam emendandorum adversorum non omittebat: itaque neque cedere adversis cogebatur, & pugnam restaurare facile poterat: tunc vero, quod multis partibus Cæsare superior futurus sibi videbatur, nihil ejusmodi prævidit. Nam neque idoneo loco castra posuit, neque perfugium sibi, si superatus foret, ullum comparavit: quumque rem extrahere, atque ita victoriam sine prælio obtinere potuisset; (nam & singulis diebus copiæ ejus augebantur, & rerum necessariarum commeatu, ut in amicorum regione versatus, ac classe prævalens, abundabat;) tamen sive sponte sua, quasi haud dubia victoria, sive a suis coactus, signa contulit. Unde factum est, ut simulatque prælio victus fuit, mirum in modum attonitus, neque consilium opportunum, neque spem firmam fortunæ denuo experiundæ capere potuerit. Quæ enim hominibus præter exspectationem ac plane præter opinionem accidunt, ea & spiritus horum dejiciunt, & rationem conturbant: ut quid agendum sit, ipsi pessime & ineptissime omnium dijudicent. Neque enim consiliis apud metum locus est; sed ubi illa animum prius occupaverint, strenue quidem timorem depellunt, sin posterius veniant, succumbunt.

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Διὰ μὲν δὴ ταῦτα καὶ ὁ Πομπήϊος, ὡς οὐδὲν αὐτῶν προενόησε, καὶ γυμνὸς καὶ ἄφρακτος [f] ἐγένετο· τάχ' ἂν μὴ χαλεπῶς, εἴπερ τι προεωρᾶτο, πάντα διαπραξάμενος. τῶν τε γὰρ μεμαχημένων [4] συχνοὶ περιεγεγόνεσαν, καὶ ἑτέρας δυνάμεις οὐ σμικρὰς εἶχε· τό, τε μέγιστον, καὶ χρήματα πολλὰ ἐκέκτητο, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπάσης ἐκράτει. αἵ τε πόλεις καὶ αἱ αὐτόθι, καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, καὶ δυστυχήσαντα αὐτὸν ἠγάπων. νῦν δ' ἐπειδήπερ ἐφ' ᾧ μάλιστα ἐθάρσει, κακῶς ἀπήλλαξεν, οὐδὲ ἐκείνων οὐδενὶ, ὑπὸ τῆς αὐτίκα τοῦ φόβου προσβολῆς, ἐχρήσατο· ἀλλὰ τό, τε ἔρυμα εὐθὺς ἐξέλιπε,

2. Sic Pompejus eo tempore, quia nihil horum providerat, nudus inermisque inventus est: qui si futura prævidisset, videbatur facile omnia potuisse recuperare. Nam & ex pugna permulti evaserant, & alias non exiguas copias etiamnum habebat: ac (quod potissimum est) magnam vim pecuniæ possidebat, mareque obtinebat universum: præterea urbes cum in ea regione, tum Asiaticæ quoque, ipsum, etiam adversa passum, diligebant. Nunc, ubi id, quo maxime confisus fuerat, male ei cecidit: repentino terrore ita perculsus, ut reliquis istis uti non cogitaret, extemplo

b δοκῶν. ἐλπίσας, V. a. quod convenit cum Xiphilini ἐλπίζων. *c* τρίψας. ita scripsimus pro corrupto πέμψας, auctoritate Xiph. & V. a. *d* συνέβαλε. ex Xiph. pro συνέβαλλε. διὰ ταῦτ' ex eodem & V. a. pro διὰ τοῦτ'. ὅτε τι, ex eodem pro ὅτε ἔτι. *e* τινά. τινὰς, V. b. *f* ἐγένετο. ἐυρέθη, V. a.

§ 1. (l. 11.) οὐ προελάμβανε τῇ γνώμῃ τὴν νίκην] Quantam fiduciam reportandæ de Cæsare victoriæ habuerint Pompejani, docet Cæsar. III. 82. & 83. ubi & contentiones Domitii, Scipionis & Lentuli de præmiis victoriæ refert, ridetque, quod non quibus rationibus superare possent, sed quemadmodum uti victoria deberent, cogitassent. Et c. 96. alia commemorat, ex quibus facile æstimari potuerit, nihil eos de eventu ejus diei timuisse. In eandem sententiam Plutarchus Pompejo p. 655.

§ 2. (l. 21.) τρίψας τε δυνηθεὶς] Salubre hoc fuerat prius Pompeji consilium, ab eodem Plutarcho p. 654. traditum, trahendo bello & commeatu excludendo, Cæsarem ad incitas redigere. Sed post victoriam ad Dyrrhachium (de qua supra XLI. p. 177.) elati Pompejani moram omnem impatienter ferebant, *ac si quando quid Pompejus tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei, sed illum delectari imperio, & consulares prætoriosque servorum habere numero dicebant*, ut testatur Cæsar. III. 82. Itaque suorum omnium hortatu, ac ab urgentibus & instantibus illis coactus, denique conflixit.] vide si placet Lucanum VII. 45. sqq. 85. sqq. & quæ notavi ad p. 180. D.

§ 3. (l. 29.) δεινῶς ἐξεπλάγη] Simulac vidit equites, quibus plurimum confiderat, hosti cedere, Pompejus excors & tacitus in castra primum confugit: deinde cum & illa a Cæsare oppugnarentur, decumana porta se ejecit. vide Cæsarem III. 94. 96. & Plutarchum Pompejo p. 656. quem ait fuisse μάλιστα ὅμοιον παράφρονι καὶ παραπλῆγι τὴν διάνοιαν, καὶ μηδ' ὅτι Μάγνος ἐστὶ Πομπήϊος ἐννοοῦντι. confertque cum Ajace scutum abjiciente, de quo Homerus Iliad. λ. 544.

§ 4. (l. 45.) συχνοὶ περιεγεγόνεσαν] Pompejus apud Lucanum VIII. 266.

—— —— *non omnis in armis*
Emathiis cecidi, nec sic mea fata premuntur,
Ut nequeam relevare caput, cladesque receptas
Excutere. An Libycæ Marium potuere ruinæ
Erigere in fasces, plenis & reddere fastis,
Me pulsum leviore manu fortuna tenebit?
Mille meæ Grajo volvuntur in æquore puppes,
Mille duces: sparsit potius Pharsalia nostras,
Quam subvertit opes. Sed me vel sola tueri
Fama potest rerum, toto quas gessimus orbe,
Et nomen quod mundus amat ——

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

extemplo castris relictis, Larissam paucis comitantibus profugit. Urbem ipsam, quanquam invitantibus civibus, ingressus non est: ne se recepto, culpam Larissæi sustinendam haberent: sed postquam eos ad victoris amicitiam accedere jussit, ipse, rebus necessariis acceptis, ad mare progressus, navi oneraria in Lesbum advectus est: ubi uxorem suam Corneliam Sextumque filium habebat. His ad se acceptis, ac ne Mitylenen quidem intrans, in Ægyptum navigare instituit, spe auxilii a rege Ptolemæo impetrandi. Erat enim is Ptolemæi ejus filius, quem Pompejus per Gabinium in regnum restituerat: itaque naves quoque auxilio Pompejo miserat. Accepi quidem, habuisse in animo Pompejum, ad Parthos confugere; sed credere id nequeo. Tanto enim, post Crassi adversus ipsos expeditionem, Romanos omnes odio Parthi habebant, Pompejumque in primis, tanquam Crassi necessarium: ut legatum quoque ejus, suppetiarum petendarum causa missum, quantumvis senatorem, in vincula conjecerint. Neque vero Pompejus sustinuisset, supplex rebus afflictis ad inimicissimos sibi homines confugere, a quibus, salvis etiamnum rebus, nihil impetraverat.

ἐξέλιπε, καὶ πρὸς [5] Λάρισαν μετ' ὀλίγων ἔφυγε. καὶ ἐς μὲν τὴν πόλιν οὐκ ἐσῆλθε, (καίτοι τῶν Λαρισαίων ἐσκαλούντων) φοβηθεὶς μή τινα ἐκ τούτου αἰτίαν ὄφλωσιν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν τῷ κρατοῦντι προσχωρῆσαι ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ τά τε ἐπιτήδεια λαβών, καὶ [6] ἐπὶ τὴν θάλασσαν καταβάς, [7] ἐς Λέσβον ὁλκάδι πρός τε τὴν γυναῖκα τὴν Κορνηλίαν καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὸν ff Σέξτον ἔπλευσε. καὶ αὐτοὺς παραλαβών, καὶ μηδὲ ἐς τὴν Μιτυλήνην ἐσελθών, ἐς Αἴγυπτον ἀπῆρε, συμμαχίαν παρὰ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλεύοντος αὐτῆς σχήσειν ἐλπίσας. τοῦ τε γὰρ Πτολεμαίου, τοῦ διὰ τοῦ Γαβινίου [8] τὴν βασιλείαν παρ' αὐτοῦ ἀπολαβόντος, υἱὸς ἦν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ναυτικὸν ἐς ἐπικουρίαν οἱ ἐπεπόμφει. ἤκουσα μὲν γὰρ, ὅτι καὶ [9] ἐς Πάρθους φυγεῖν ἐβουλεύσατο, οὐ μέντοι καὶ πιστεύειν ἔχω. ἐκεῖνοί τε γὰρ τούς τε Ῥωμαίους πάντας, ἀφ' οὗ σφίσιν [10] ὁ Κράσσος ἐπεστράτευσε, καὶ τὸν Πομπήϊον μάλιστα, ἅτε καὶ [11] προσήκοντα αὐτῷ, οὕτως ἐμίσουν, ὥστε καὶ τὸν πρεσβευτὴν αὐτοῦ πρὸς τὴν αἴτησιν τῆς βοηθείας ἐλθόντα δῆσαι, καίπερ [g] βουλευτὴν ὄντα. καὶ ὁ Πομπήϊος οὐκ ἄν ποτε τοῦ πολεμιωτάτου, ὅτε εὖ πράττων οὐκ ἐτεύχει, ἱκέτης ὑπέμεινε δυστυχήσας γενέσθαι.

3. Igitur Pompejus, ob eas, quas demonstravi, causas in Ægyptum contendens, propter continentem ad Ciliciam usque vectus, inde ad Pelusium trajecit: ubi Ptolemæus bellum contra sororem Cleopatram gerens, castra habebat. Ibi navium cursu inhibito, quia egredi in terram, nisi

Ἀλλ' ἐς τὴν Αἴγυπτον δι' ἅπερ εἶπον ὥρμησε καὶ παρὰ τὴν ἤπειρον [12] μέχρι Κιλικίας κομισθείς, ἐκεῖθεν [13] πρὸς τὸ Πηλούσιον ἐπεραιώθη, ὅπου ὁ Πτολεμαῖος τῇ ἀδελφῇ [14] Κλεοπάτρᾳ πολεμῶν ἐστρατοπεδεύετο. τάς τε ναῦς ἀνακωχεύσας, ἔπεμψέ τινας, [15] τῆς τε παλῴας αὐτὸν εὐεργεσίας ἀνα-

ff Σέξτον. Σέξτον, L. marg. g καίπερ πρεσβευτὴν. sic vulgo. βουλευτὴν, V. a. quod magis arrisit.

§5. (l. 53.) *Λάρισσαν μετ' ὀλίγων*] Cum triginta equitibus, Consularibusque, duobus Lentulis, Sextoque filio & Favonio prætorio. vide Cæsarem III. 96. 98. & Vellejum II. 53. Lucanus VII. 712.

Vidit prima tuæ testis Larissa ruinæ
Nobile nec victum fatis caput ——

Larissam ad Peneum fluvium intellige, quæ sola Cæsari obsequium ex Thessaliæ civitatibus negaverat, ut ipse III. 81. refert. Huic proxima Tempe, in quibus siti subactum abjecisse se in os, & bibisse ex flumine, narrat Plutarchus p. 658. Quod autem Larissæ noluit caussa esse exitii, sed eam Cæsari victori suasit se submittere, humaniter ab eo actum & prudenter: sicut & Mitylenæis recipere se cupientibus, Cæsari potius ut se dederent, suasit, teste eodem Plutarcho p. 659.

§6. (l. 58.) *ἐπὶ τὴν θάλασσαν*] Cæsar. III. 102. *Pompejus ad anchoram una nocte constitit, & vocatis ad se Amphipoli hospitibus, & pecunia ad necessarios sumtus corrogata, cognito Cæsaris adventu ex eo loco discessit, & Mitylenas paucis diebus venit.*

§7. (l. 58.) *ἐς Λέσβον, ὁλκάδι*] *ἐυμεγέθη φορτηγὸν* vocat hanc navem Plutarchus, quem vide p. 658. in Mitylenem vero urbem Lesbi insulæ, Cornelia uxor a Pompejo ante pugnam Pharsalicam, securitatis caussa, fuerat deducta. Lucanus V. 724.

—— —— *seponere tutam*
Conjugii decrevit onus, Lesboque remotam
Te procul a sævi strepitu, Cornelia, belli
Occulere —— ——

Neque uxor tantummodo ibi latuit, sed etiam Sextus filius. Igitur & Pompejo ad Mitylenem accedenti:

—— —— *primus a littore Lesbi*
Occurrit natus —— ——

Lucan. VIII. 204. Idem 190.

Comitem, pignusque recepi depositum.

Corneliæ & filii mentio etiam apud Plutarchum p. 658. Zonaram lib. X. c. 9. T. I. p. 486.

§8. (l. 65.) *τὴν βασιλέαν παρ' αὐτοῦ ἀπολαβόντος*] De Ptolemæi hujus, qui Pompejum interfecit, patre Ptolemæo Aulete, in Ægypti regnum auspiciis Pompeji per Gabinium restituto, dictum supra ad A. U. C. 699. lib. XXXIX. p. 115. sq.

§9. (l. 68.) *ἐς Πάρθους*] Meminit Vellejus II. 53. & sæpius Lucanus VIII. 221. 237. 277. 301. 323. & 306. ubi Pompeji vox:

O utinam non tanta mihi fiducia sævis
Esset in Arsacidis —— ——

Sed Lentulum hoc Pompejo dissuadentem inducit VIII. 334. sq. monentemque, ut Ægyptum potius petat 443. sq. Alios suasisse, ut in Africam se reciperet, & Jubæ auxilio uteretur, Vellejus loco laudato memoriæ prodidit, & Plutarchus p. 659.

§10. (l. 70.) *ὁ Κράσσος ἐπεστράτευσε*] De hoc supra XL. p. 125. sq. Etiam Orodem, Parthorum tunc Regem, ante pugnam Pharsalicam rogatum a Pompejo, nulla auxilia ei misisse, jam testatus est Dio XLI. p. 179. C.

§11. (l. 71.) *προσήκοντα αὐτῷ*] Pompeji uxor Cornelia, vidua erat relicta a P. Crasso, Marci filio, quos ambos Parthi interfecerant. vide Plutarchum p. 648.

§12. (l. 79.) *μέχρι Κιλικίας*] Cæsar. III. 102. *Biduum tempestate retentus Mitylene Pompejus, navibusque aliis additis actuariis, in Ciliciam, atque inde Cyprum pervenit.* Lucanus VIII. 257.

—— —— *Cilicum per littora tutus*
Parva puppe fugit: sequitur pars magna senatus
Ad profugam collecta ducem —— ——

Et 456. *Tunc Cilicum liquere solum, Cyproque citatas*
Transmisere rates —— ——

Cicero Philippica II. c. 15. *Quid singularis ille vir ac pæne divinus de me senserit, sciunt qui eum de Pharsalica fuga Paphum prosecuti sunt. Numquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii, cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora.*

§13. (l. 80.) *πρὸς τὸ Πηλούσιον*] Pelusium nota civitas Ægypti, a qua primum Nili ostium Pelusiacum appellatur, teste Diodoro Siculo, Stephano Byz. Aminiano, aliisque. Cæsar. III. 103. *Pompejus deposito adeundæ Syriæ consilio, pecunia societatis sublata, & a quibusdam privatis sumta, & æris magno pondere ad militarem usum in naves impositio, duobusque millibus hominum armatis, — Pelusium pervenit. Ibi casu rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copiis, cum sorore Cleopatra*

ἀναμιμνήσκων. καὶ δεόμενος ἐπὶ ἐήϊδος τέ τισι καὶ βεβαίοις καταχθῆναι. ἐκβῆναι γὰρ, πρὶν ἀσφάλειάν τινα λαβεῖν, οὐκ ἐθάρσησε. καὶ αὐτῷ ὁ μὲν Πτολεμαῖος οὐδὲν [16] (παῖς γὰρ ἔτι κομιδῆ ἦν,) ἀπεκρίνατο· [17] τῶν δὲ δὴ Αἰγυπτίων τινὲς, καὶ [18] Λούκιος Σεπτίμιος, ἀνὴρ Ῥωμαῖος, συνεστρατευκὼς μέν ποτε τῷ Πομπηίῳ, [19] συγγενῶς δὲ τῷ Γαουϊνίῳ, καὶ πρὸς ἐκείνου [b] τῷ Πτολεμαίῳ μετὰ στρατιωτῶν ἐς φυλακὴν αὐτοῦ καταλελειμμένος, ἦλθον μὲν ὡς φίλοι, ἐπεβούλευσαν δὲ ἀνοσίως· καὶ ἐκ τούτου προσέρπουσιν καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῇ Αἰγύπτῳ πάσῃ προσέθεντο. αὐτοί τε γὰρ οὐκ ἐς μακρὰν ἀπώλοντο, καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὸ μὲν πρῶτον [20] τῇ Κλεοπάτρᾳ δουλεύειν (ὅπερ ἤκιστα ἐβούλοντο) παρεδόθησαν, ἔπειτα δὲ καὶ [21] ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων ὑπήκοον [i] ἐσεγράφοντο.

nisi tuto sibi id licere comperisset, non audebat; ad regem aliquos de suis misit, qui ei in memoriam revocarent suum in patrem ejus beneficium, peterentque, ut certis firmisque conditionibus concederetur naves appellere. Ipse rex (puer enim admodum erat) nihil respondit. Ast Ægyptii quidam, ac L. Septimius, homo Romanus, qui aliquando sub Pompejo stipendia fecerat, & cum Gabinio fuerat, ab eoque cum manu militum relictus Ptolemæo ad præsidium ipsius erat, tanquam amici ad Pompejum venere, sed impie necem ei machinati sunt: unde piaculo & sese & Ægyptum universam obstrinxerunt. Nam & paulo post ipsi perierunt, & Ægyptii primum Cleopatræ (quod minime voluerant,) in servitutem traditi, ac deinceps inter subditos Romanorum relati sunt.

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Ἐν δ' οὖν τῷ τότε Σεπτίμιος [22] καὶ Ἀχιλλᾶς ὁ στρατάρχος, ἄλλοι τε μετ' αὐτῶν ὄντες, ἑτοίμως ἔφασαν ἐσδέξασθαι τὸν Πομπήϊον, ὅπως ὡς ῥᾷστα ἀπαγθεὶς ἁλῷη· καὶ [23] τούς τε ἐλθόντας παρ' αὐτοῦ προέπεμψαν, θαρσεῖν [k] σφᾶς ἔνιοι κελεύσαντες· καὶ αὐτοὶ μετὰ τοῦτο [24] ἀκατίων ἐπιβάντες, προσέπλευσαν αὐτῷ· καὶ τά τε ἄλλα [25] ἐφιλοφρονήσαντο αὐτὸν, καὶ ἠξίωσαν πρὸς ἑαυτοὺς μεταβῆναι, λέγοντες μήτε νῆα δύνασθαι ὑπὸ τοῦ μεγέθους, [26] διὰ τὰ βράχη, πρὸς τὴν γῆν προσχεῖν, καὶ τὸν Πτολεμαῖον ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ εἶναι, θᾶσσον αὐτὸν ἰδεῖν. καὶ ὁ μὲν οὕτω, καίτοι πάντων οἱ τῶν σύμπλων ἀπαγορευόντων, πιστεύσας αὐτοῖς ἐξῆλθε· [27] τοσοῦτον μόνον εἰπών·

4. Is igitur Septimius, atque Achillas præfectus militiæ regiæ, quique cum his alii erant, quo Pompejum deceptum minori labore caperent, libenter se eum recipere dixerunt, legatosque ejus, bono animo ut essent hortati, deduxerunt. Ipsi postea lembis exiguis conscensis ad Pompejum provecti, multa comitate ei exhibita, ut ad se sua ex navi transiret, petierunt. Nam & navem ipsius propter magnitudinem, quodque ibi vadosum esset mare, ad terram appelli non posse, & cupere regem, ipsum quamprimum videre. Pompejus ita persuasus, quamvis qui una navigabant omnes contradicerent, ex navi sua ad eos transiit: his tantum verbis prolatis,

Etenim

[b] τῷ Πτολεμαίῳ μετὰ στρατιωτῶν. duo vocabula μετὰ στρατιωτῶν desunt in editionibus Dionis, restituta ex V. a. quæ quo minus glossematis nomine suspecta sint, facit ipse Dio, pag. seq. fin. idem fere totidem verbis tradens. [i] ἐσεγράφησαν. Xiph. recte. respondet præcedenti παρεδόθησαν, L. codex Coisl. & Br. ibi habet ἐσεγράφησαν. [k] σφᾶς ἔνιοι κελεύσαντες. contrahi hæc debent, σφᾶς ἐγκελεύσαντες, L. ἔνιοι refero ad προέπεμψαν. sæpius enim Dio trajicit vocabula.

tra gerens bellum, quam paucis ante mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat: castraque Cleopatræ non longo spatio ab ejus castris distabant. Lucanus VIII. 464.

Infimaque Ægypti pugnaci littora velo
Vix tetigit, qua dividui pars maxima Nili
In vada decurrit Pelusia septimus annis.

Contigit hoc circa æquinoctium autumnale, ut idem 467.

Tempus erat, quo Libra pares examinat horas
Non uno plus æqua die, noctique rependit
Lux minor hibernæ verni solatia damni,
Comperit ut Regem Casio se monte tenere,
Flectit iter —— ——

Casius mons Pelusio vicinus, unde Strabo XVII. p. 548. Pompejum post fugam a Palæopharsalo ad Pelusium & montem Casium venisse scribit. vide infra ad p. 188. A. & Jac. Sponii Misc. p. 75.

§ 14. (l. 81.) Κλεοπάτρας πολεμῶν] De hoc infra p. 189. D.

§ 15. (l. 83.) τῆς παλαιᾶς εὐεργεσίας] Paulo ante dixerat Dio, patrem Ptolemæum a Pompejo in regnum restitutum per Gabinium, de quo lib. XXXIX. p. 115. sq. & Lucanus IX. 132. *cecidit donati victima regni*, & 1028. *depulso sceptra parenti reddiderat.*

§ 16. (l. 87.) παῖς γὰρ ἔτι κομιδῆ ἦν] Apud Lucanum VIII. 281. Pompejus prudenter:

Ætas Niliaci nobis suspecta tyranni est,
Ardua quippe fides robustos exigit annos.

Sed 448. respondetur ejus justæ dubitationi his verbis:

Sceptra puer Ptolemæus habet tibi debita, Magne,
Tutelæ commissa tuæ. Quis nominis umbram
Horreat? innocua est ætas —— ——

§ 17. (l. 88.) τῶν δὲ δὴ Αἰγυπτίων τινὲς] Pothinus nutritius Ptolemæi pueri & procurator Regni, qui apud Regem plurimum poterat. vide Cæsarem III. 112. & Lucanum X. 95. 100. 103. & VIII. 483. sq. ubi sceleratam ejus orationem exponit. Ægyptium mancipium Vellejo II. 53. Seneca Epistola 4. *De Pompeji capite pupillus* (Ptolemæus Rex) *& spado* (Pothinus, Lucano VIII. 552. & IX. 152. *semivir*) *tulere sententiam.* Theodoti Chii Rhetoris consilio id tribuit Plutarchus, tum alibi tum in Bruto p. 999. Eusebius Chron. *Pompejus prælio victus a spadonibus Alexandrini Regis occiditur.*

§ 18. (l. 89.) Λούκιος Σεπτίμιος] Vide Lucanum VIII. 597. sq. 668. Idem 607.

Pellæusque puer gladio tibi colla recidit
Magne, tuo —— ——

Hoc est per Romanum Septimium, qui bello prædonum apud Pompejum ordines duxerat, teste Cæsare III. 104. Hinc clienti suo præbuisse cervicem Pompejum, ait Seneca, c. 15. de Tranquillitate animi. Pharium clientem vocat Lucanus IX. 1096. Male Σεμπρώνιος in codicibus Appiani II. civil. p. 481.

§ 19. (l. 90.) συγγενῶς δὲ τῷ Γαουϊνίῳ] Cæsar. III. 103. testatur, inter milites Ptolemæi Regis *complures* fuisse *Pompeji milites, quos ex ejus exercitu acceptos in Syria Gabinius* (cum Ptolemæum patrem regno restitueret,) *Alexandriam transduxerat, belloque confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat.*

§ 20. (l. 97.) τῇ Κλεοπάτρας δουλεύειν] Infra p. 205. D.

§ 21. (l. 99.) ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων ὑπήκοον] Augusto imperante. infra LI. p. 455.

§ 22. (l. 1.) καὶ Ἀχιλλᾶς] Vide Cæsarem III. 104. Lucanum VIII. 538. & X. 523. ubi Achillam hunc deinde a Cæsare interfectum refert, ut Pothinum 515. sq.

§ 23. (l. 4.) τούς τε ἐλθόντας παρ' αὐτοῦ] Ex his L. Lentulum, qui superiore anno Consul fuerat, in custodia necatum narrat Cæsar. III. 104.

§ 24. (l. 6.) ἀκατίων ἐπιβάντες] Lucanus VIII. 541. 562. 565.

§ 25. (l. 7.) ἐφιλοφρονήσαντο αὐτὸν] ἐλαγνιστὶ ἀσπασάμενοι, ut ait Zonaras.

§ 26. (l. 10.) διὰ τὰ βράχη] Vide Miscellaneas observationes Criticas eruditorum Britannorum Belgarumque. T. V. 3. pag. 69.

§ 27. (l. 14.) τοσοῦτον μόνον εἰπών] ἰαμβεῖα Sophoclis. vide Plutarchum Pompejo p. 661. & in Apophthegmatibus p. 204.

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Etenim tyranni si quis intrat in domum,
Fit servus ejus, liber etsi venerit.

Postquam terræ appropinquarunt, veriti ne Pompejus cum Ptolemæo congressus, vel ab ipso rege, vel a Romanis apud eum commorantibus, vel ab Ægyptiis, quorum magna erat in ipsum benevolentia, incolumitati afferretur, antequam ad littus appellerent, eundem interfecerunt, neque verbum ullum, neque ejulatum edentem. Nam, simulatque insidias esse, & se neque defendendi sui, neque effugiendi facultatem vidit habere, vultum involvit.

5. Hic exitus vitæ Pompejo illi Magno fuit: evidenti argumento imbecillitatis atque incertorum casuum humanæ sortis. Qui enim prudentiæ nihil sibi ante reliquum fecerat, atque ab omnibus malis, quæ sibi inferri posse videbantur, tutissimum se cavendo semper præstiterat, tum fraude circumventus est: qui a puero multis, per Africam Asiamque & Europam, victoriis fidem excedentibus, terrestribus juxta ac maritimis, potitus fuerat, annum agens duodesexagesimum inopinata clade fractus est: qui mare universum, quod Romanis parebat, pacaverat, in eo ipso periit: qui olim mille, ut fertur, navibus præfuerat, tunc in navicula quadam, prope Ægyptum, ab eo Ptolemæo quodammodo, cujus patrem ipse in eam regionem ac regnum reduxerat, occisus est. Imo qui etiamnum præsidio utebatur militum Romanorum, quos in gratiam Pompeji Gabinius ipsi adversus odia Ægyptiorum in patrem reliquerat, is Pompejum videbatur per hos ipsos Romanos milites atque Ægyptios

Ὅσις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'σὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

οἱ δὲ, ἐπειδὴ ἐγγὺς ἐγένοντο τῆς γῆς, φοβηθέντες μὴ καὶ ἐγκυρὼν τῷ Πτολεμαίῳ σωθῇ, ἢ καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου, ἢ καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων τῶν συνόντων [1] αὐτῷ, ἢ καὶ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων (καὶ γὰρ εὔνοιαν μεγάλην εἶχον) ἀπέκτειναν αὐτὸν, πρὶν καταπλεῦσαι, μηδὲν μήτ' εἰπόντα, μήτ' ὀδυράμενον. ὡς γὰρ τάχιστα τῆς γε ἐπιβουλῆς ἤσθετο, καὶ ἔγνω ὅτι οὔτ' ἀμύνασθαι σοφᾶς, οὔτε διαφυγεῖν δυνήσεται, [28] συνεκαλύψατο.

Τοιοῦτον μὲν τότε τῷ Πομπηΐῳ ἐκείνῳ τῷ Μεγάλῳ τὸ τέλος ἐγένετο. ὥστε καὶ διὰ τούτου τήν τε ἀσθένειαν καὶ τὴν ἀτοπίαν τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἐλεγχθῆναι. προμηθίας τε γὰρ οὐδὲν ἐλλείπων, ἀλλὰ πρὸς τὸ κακουργῆσαί τι δυνάμενον ἀσφαλέσατα ἀεί ποτε διαγενόμενος, ἠπατήθη· καὶ [m] νίκας πολλὰς μὲν [29] ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῇ τε Εὐρώπῃ, παραδόξους καὶ καθ' ὑγρὰν καὶ [30] καθὰ θάλασσαν ἐκ μειρακίου ἀνελόμενος, ἡττήθη παραλόγως, ὀκτώ τε καὶ πεντηκοντούτης ὤν. τήν τε θάλασσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων πᾶσαν ἠμέρωσας, ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ διώλετο· καὶ [31] χιλίων ποτὲ νεῶν (ὡς ὁ λόγος ἔχει) ἄρξας, ἐν πλοιαρίῳ τινὶ, πρός τε τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ πρὸς τοῦ Πτολεμαίου τρόπον τινὰ, [32] ὃν ποτὲ τὸν πατέρα ἐς τε ἐκείνην ἅμα καὶ ἐς τὴν βασιλείαν κατήγαγε, διεφθάρη. ὃν γάρ τοι καὶ τότε ἔτι στρατιῶται Ῥωμαῖοι, διὰ τὴν τοῦ Πομπηΐου χάριν [33] ὑπὸ τοῦ Γαουϊνίου, διὰ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἐς τὸν πατέρα αὐτοῦ μῖσος, κατακλειφθέντες, ἐφρούρουν, ὥστε αὐτὸν δι' αὐτῶν ἐκείνων ἑκατέρων ἀπεκτονέναι ἔδοξε. Πομπήϊος

l τῶν συνόντων αὐτῷ. ita scripsi ex V. a. vulgo αὐτοῖς. sed præcedit ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου. mox post ἔυνοιαν supple αὐτοῦ. *m* καὶ νίκας πολλὰς μὲν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. hæc est emendatio RS. quam receperunt sequentes. editio Roberti: νικήσας πολλοὺς —— πολλοὺς δὲ, cum quibus male cohæret sequens ἀνελόμενος, quod contra de νίκη apte adhibetur p. 234. A. 235. D. in codice V. b. sic lego: καὶ νικήσας πολέμους —— πολλοὺς δὲ καὶ. quæ licet aliquanto tolerabiliora, tamen non placent. codex V. a. videtur Roberti emendationem probare, nec enim ad Henrici editionem, quæ eam recepit, annotant quicquam h. l. variæ lectiones hujus codicis.

Appianum II. civil. p. 481. Zonaram lib. X. c. 9. p. 487. & quæ viri docti ad Laërtii lib. II. Sect. 82.

§ 28. (l. 25.) συνεκαλύψατο] Lucan. VIII. 614.

—— —— *ubi vidit cominus enses,*
Involvit vultus —— ——

Seneca c. 14. de brevitate vitæ: *Alexandrina perfidia deceptus ultimo mancipio transfodiendum se præbuit.* Interfecit Achillas, teste Lucano VIII. 618. Factum hoc Pompeji anno undesexagesimo ætatis, cum per annos triginta quatuor vincere adsuetus fuisset, ut notat Plutarchus p. 657. Idem p. 661. ait, primum fuisse Septimium, qui a tergo eum transfodit, secundum Salvium, tertium Achillam. Pompejus vero ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις τὴν τήβεννον ἐφελκυσάμενος καθὰ τοῦ προσώπου, μηδὲν εἰπὼν ἀνάξιον ἑαυτοῦ μηδὲ ποιήσας, ἀλλὰ σεμνάζας μόνον, ἐκαρτέρησε ταῖς πληγαῖς.

§ 29. (l. 33.) ἐν Ἀφρικῇ, Ἀσίᾳ τε καὶ Εὐρώπῃ] Vide quæ notata sunt ad XXXVII. p. 39. C.

§ 30. (l. 35.) καθὰ θάλασσαν] Bello adversus piratas, de quo XXXVI. p. 18.

§ 31. (l. 39.) χιλίων ποτὲ νεῶν] In solo bello piratico naves ducentas & septuaginta duxit, teste Appiano p. 392. in eodem ac Mithridatico bello naves rostratas hostium octingentas cepit, id. p. 253. De simili fuga Sexti Pompeji, filii, Florus IV. 8. 5. *non alia post Xerxem miserabilior fuga. Quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum sex septemve fugiebat.*

§ 32. (l. 41.) ὃν ποτὲ τὸν πατέρα] Vide ad XXXIX. p. 115. sq. & quæ ad p. 186. A. D. Lucanus de Pompejo ad Ptolemæum hunc accedente, lib. IX. 1028.

Hospes avitus erat, depulso sceptra parenti
Reddiderat —— ——

& lib. V. 58.

Fortuna, Ptolemæe, pudor &c.

§ 33. (l. 44.) ὑπὸ τοῦ Γαουϊνίου] Per A. Gabinium Ptolemæus pater a Pompejo in regnum reductus fuerat. vide ad pag. 186. E.

§ 34. (l. 49.) Ἀγαμέμνονα] Plutarchus in Pompejo p. 654. testatur, Domitium Ænobarbum invidiam ei conflasse, Agamemnonem identidem & Regem Regum appellando.

§ 35. (l. 51.) πρὸς τῷ Κασσίῳ ὄρει] Casius mons in aditu Ægypti, vicinus Pelusio, atque ut Herodotus lib. II. c. 158. testatur, Ægyptum a Syria disterminans: in quo castra tunc Ptolemæus habebat, ut dixi ad p. 186. D. Conf. Lucanum VIII. 470. 858. & X. 434. Appianum II. civil. p. 480. In solitudine Ægyptiorum trucidatum Pompejum scribit Cicero II. de divinatione c. 9.

§ 36. (l. 51.) ἐν τῇ ἡμέρᾳ] Circa autumnale æquinoctium, ut docet idem Lucanus VIII. 467. Triumphi mentio supra XXXVII. p. 39. B. quem duxerat Pompejus anno trigesimo ætatis, postea occisus undesexagesimo.

§ 37. (l. 57.) ἐκ χρησμοῦ τινος] Exempla similis ambiguitatis in oraculis, de illustrium virorum interitu editis, congessit Berneggerus ad Justini XII. 2.

§ 38. (l. 60.) καὶ ἐτάφη] Corpus Pompeji utcunque tumultuaria humatione a Philippo Pompeji liberto, & ab altero cive Romano (quem Cordum quæstorem vocat Lucanus VIII. 715.) conditum est in littore, ut narrat Plutarchus p. 661. Zonaras T. I. p. 487. Itaque idem Lucanus VIII. 698.

Littora Pompejum feriunt, truncusque vadosis
Huc illuc jactatur aquis —— ——

& X. 380.

—— —— *tumulumque e pulvere parvo*
Aspice Pompeji non omnia membra tegentem.

adde

πήϊος μὲν δὴ, κράτιστος πρότερον Ῥωμαίων νομι-
θεὶς, [n] ὥστε καὶ [34] Ἀγαμέμνονα αὐτὸν ἐπικαλεῖ-
σθαι, τότε καθάπερ τις καὶ αὐτῶν τῶν Αἰγυπτίων
ἔχαλος, [35] πρός τε τῷ Κασσίῳ ὄρει, καὶ [36] ἐν
[o] τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ποτε τά τε τοῦ Μιθριδάτου καὶ
τὰ τῶν καταποντιστῶν ἐπινίκια ἤγαγεν, ἐσφάγη·
ὥστε μηδὲν μηδὲ ἐν τούτῳ ὁμολογηθῆναι. ἔν τε
γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὰ λαμπρότατα πρὶν πρά-
ξας, τότε ἀλγεινότατα ἔπαθε· καὶ ἐς πάντας
B τοὺς πολίτας τοὺς Κασσίους, [37] ἐκ χρησμοῦ τινος,
ὑποπτεύσας, πρὸς μὲν [p] ἀνδρὸς Κασσίου οὐδενὸς
ἐπεβουλεύθη, παρὰ δὲ δὴ τῷ ὄρει τῷ τὴν ἐπίκλη-
σιν ταύτην ἔχοντι καὶ ἀπέθανε [38] καὶ ἐτάφη.
τῶν δὲ δὴ συμπλεόντων αὐτῷ οἱ μὲν αὐτίκα ἑάλω-
σαν· οἱ δὲ ἔφυγον, ἄλλοι τε καὶ [39] ὁ παῖς ἥ τε
γυνὴ αὐτοῦ. καὶ ἡ μὲν ἐς τὴν Ῥώμην μετὰ ταῦ-
τα [40] ἀδείας τυχοῦσα ἀνεσώθη· ὁ δὲ δὴ [q] Σέξ-
τος [41] ἐς τὴν Ἀφρικὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν
Γναῖον ἐκομίσθη. τούτοις γὰρ δὴ τοῖς ὀνόμασι δια-
κεκρίβαται, ἐπειδὴ τὴν τοῦ Πομπηΐου πρόσρησιν
ἀμφότεροι εἶχον.

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Ægyptios interfeciſſe. Sic Pompejus, inter Romanos habitus quondam virtute primus, adeo out Agamemnon etiam cognominaretur, tunc quaſi unus de extremæ ſortis Ægyptiis, ad montem Caſſium interiit, ea ipſa die, qua quondam de Mithridate & piratis triumphum duxerat: ut ne in his quidem extrema cum primis convenerint. Quam enim diem olim ſummo cum ſplendore celebraverat, ea tunc extremas miſerias pertulit: quumque omnes cives de gente Caſſia ex oraculo quodam ſuſpectos habuiſſet, a nemine Caſſio inſidiis petitus eſt, ſed ad montem hujus nominis & cæſus & tumulatus. Qui cum Pompejo navigaverant, partim ſtatim capti ſunt, partim fuga ſeſe eripuerunt: inter quos Pompeji quoque uxor filiusque fuere. Uxor poſtea temporis Romam, impetrata impunitate, incolumis rediit, Sextus autem in Africam ad fratrem Cnæum pervenit. His enim prænominibus diſtinguebantur fratres, quum ambobus Pompeji nomen eſſet commune.

C Καῖσαρ δὲ, ὡς τότε μετὰ τὴν μάχην τὰ κατεπείγοντα διῳκήσατο, [42] τὴν μὲν Ἑλλάδα τά τε λοιπὰ τὰ ταύτῃ ἄλλοις τισὶ καὶ προσποιεῖσθαι καὶ καθίσασθαι προσέταξεν· αὐτὸς δὲ [43] τὸν Πομπήϊον ἐπεδίωξε, καὶ μέχρι μὲν τῆς Ἀσίας κατὰ [r] πύσιν αὐτοῦ προϊὼν ἠπείχθη· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ μηδεὶς ὅπη πεπλευκὼς ἦν ἠπίσατο, ἐνδιέτριψεν. οὕτω δ' οὖν ἐν τύχῃ πάντα αὐτῷ προὐχώρει, ὥστε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν [44] πορθμείῳ τινὶ περαιούμενος, ἐνέτυχε μὲν τῷ τοῦ Πομπηΐου ναυτικῷ μετὰ
D τοῦ [45] Κασσίου τοῦ [s] Λουκίου πλέοντι· οὐ μόνον

6. Cæſar, compoſitis poſt pugnam negotiis urgentibus, mandavit ſuorum nonnullis, ut Græciam cæteraque finitima loca redigerent in poteſtatem atque conſtituerent; ipſe Pompejum inſecutus eſt: quumque ad Aſiam usque, quænam loca is petiiſſet inquirendo, perrexiſſet, quia nemo ſciebat, quorſum Pompejus navigationis curſum inſtituiſſet, ibi commoratus aliquamdiu eſt. Tam proſpere autem Cæſari omnia ſucceſſerunt, ut quum vectoria navicula Helleſpontum trajiceret, inque claſſem ibi Pompejanam, cui L. Caſſius præerat, incidiſſet; non modo læſus ab his non fuerit,

n ὥστε καὶ Ἀγαμέμνονα αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι. ὥστε καὶ Ἀγαμέμνων ἐπι.. Xiph. addens: ὥστε καὶ χιλίων ἄρξας νεῶν, quod ipſius gloſſema eſt ex ſuperioribus petitum. o ἐν τῇ ἡμέρᾳ. ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, Xiph. quæ ſi ſincera lectio eſt, menſis tamen nomen deeſt, X. p ἀνδρὸς Κασσίου. ita Xiph. vulgo: ἀνδρῶν Κασσ. q Σέξτος. Σέξτος, L. r κατὰ πύσιν αὐτοῦ προϊών. πύσιν ſcripſimus poſt HS. & L. pro πίσιν, (quod eſt apud RS.) auctore X. προϊὼν pro προσιών, (quod in textu omnes ſervarunt) auctore L. s Κασσίου τοῦ Λουκίου. Κασσίου τοῦ Λογγίνου legendum multis diſputat, aut Γαΐου, X. probante L. it. Caſaub. & Patino ad Suet. Cæſ. 63. ſed vide not. F. Xylander III. Caſſios laudat: *Quintum*, qui cum Antonio Hiſpaniæ a Cæſare præfectus eſt; *Lucium*, qui Cæſaris legatus Macedoniam ei occupavit; & *Cajum*, præfectum navium Pompeji, teſte Cæſare, qui ſe ei dedidit: unde apud Suetonium quoque non *Lucius*, ſed *Cajus* ſcribendum eſſe contendit.

add & hæc VIII. 789.

—— —— tum ne levis aura retectos
Auferret cineres, ſaxo compreſſit arenam,
Nautaque ne buſtum religato fune moveret,
Inſcripſit ſacrum ſemuſto ſtipite nomen
HIC SITUS EST MAGNUS.

Apud Appianum II. civil. p. 481. hoc extat Pompeji Epitaphium:

Τῷ ναοῖς βριθοῦσι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου.
Quem tot templa colunt vix parva recondit arena.

Valerius Max. V. 1. 10. *Qui Tigranis tempora inſigni regio texerat* (ſupra XXXVI. p. 26.) *ejus caput tribus coronis triumphalibus* (ſupra p. 39.) *ſpoliatum in ſuo modo terrarum orbe nusquam ſepulturæ locum habuit, ſed abſciſſum a corpore, inops rogi, nefarium Ægyptiæ perfidiæ munus portatum eſt, etiam ipſi victori miſerabile.* In veteri epigrammate:

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,
Pompejus nullo.

Poſtea Hadrianus, teſte Spartiano c. 14. Peluſium venit, & Pompeji tumulum magnificentius exſtruxit, quod etiam teſtatur Appianus.

§ 39. (l. 62.) ὁ παῖς ἥ τε γυνὴ αὐτοῦ] Uxorem Corneliam filiumque Sextum Pompejus vetuerat ad continentem accedere: & in navibus manere juſſerat. Lucanus VIII. 579.

—— —— remane temeraria conjux,
Et tu, nate, precor, longeque a littore caſus
Expectate meos.

§ 40. (l. 64.) ἀδείας τυχοῦσα] De Cæſaris clementia in hoſtium ſuorum conjuges & liberos, infra lib. XLIII. p. 238. D. Prius autem Corneliam quoque ad Cnejum filium in Africam confugiſſe, teſtis Lucanus IX. 172.

§ 41. (l. 65.) Σέξτος ἐς τὴν Ἀφρικὴν] Lucanus IX. 120.

Triſtis, ut in multo mens eſt præſaga timore,
Aſpexit patrios comites a littore Magnus,
Et fratrem —— ——

Ubi per Magnum, intellige Cnejum, majorem natu Magni Pompeji filium, in Africa tunc apud Catonem verſantem: de cujus a Cæſare poſtea victi (infra p. 233. E.) & de Sexti fratris, qui poſt necem Cæſaris ab Antonio denique debellatus eſt, (infra p. 403. A.) multa Dio noſter in libris hunc præſentem inſequentibus.

§ 42. (l. 70.) τὴν μὲν Ἑλλάδα] Legionum ſuarum in Achaja ſub Fuſio legato relictarum meminit Cæſar lib. III. de Bello civil. c. 6.

§ 43. (l. 73.) τὸν Πομπήϊον ἐπεδίωξε] Videndus Lucanus IX. 952. ſq. & Cæſar loco laudato, ubi profitetur, ſe confiſum fama rerum geſtarum, infirmis auxiliis proficiſci non dubitaſſe, atque omnem ſibi locum tutum fore exiſtimaſſe.

§ 44. (l. 78.) πορθμείῳ τινὶ] *Vectoria navicula.* Sueton. c. 63. σκαφίσι μακροῖς. Appianus II. civil. p. 483. *unico parvoque navigio.* Julius Celſus p. 159.

§ 45. (l. 80.) Κασσίου τοῦ Λουκίου] Diverſus hic a L. Caſſio Longino Cæſaris legato, de quo p. 192. B. Suetonius: *poſt aciem Pharſalicam, cum præmiſſis in Aſiam copiis per anguſtias Helleſponti vectoria navicula trajiceret, L. Caſſius, partis adverſæ, cum decem roſtratis* (ſeptuaginta triremes habet Appianus) *obvium ſibi* (properantemque ad Pharnacem) *neque refugit: & comminus tendens ultro ad deditionem hortatus, ſupplicem*

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

fuerit, sed insuper territos in potestatem suam acceperit. A quo facto, quum jam se ei nemo opponeret, ea quoque, quæ restabant in Asia, occupavit atque constituit, tantum pecunia (quod supra etiam a nobis est relatum) imperata: ac non modo nullo præterea maleficio læsit quenquam, sed, quantum ejus fieri poterat, beneficiis omnes ornavit. Asiam enim a publicanis, qui eam acerbissime habuerant, liberavit; & conveniens vectigalium pretium in tributi formam redegit.

μόνον δὲ οὐδὲν δεινὸν ὑπ' αὐτῶν ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ προσκαταπλήξας σφᾶς προσεποιήσατο. καὶ τούτου καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐκείνῃ, μηδενὸς ἔτ' ἀνταίροντος, παρελάμβανε καὶ διώκει χρημάτων μὲν ἐκλογὴν (46 ὅπερ εἶπον) ποιούμενος, ἄλλο δὲ μηδὲν μηδένα λυπῶν, ἀλλὰ καὶ εὐεργετῶν πάντας ὅσα ἐνεδέχετο. τοὺς γοῦν τελώνας πικρότατα σφίσι χρωμένους ἀπαλλάξας, 47 ἐς φόρου συντέλειαν τὸ συμβαῖνον ἐκ τῶν τελῶν κατεσήσατο.

7. Interim certior factus, Pompejum in Ægyptum navigare, veritusque ne is eo regno præoccupato vires recolligeret, celeriter naves solvit: quumque Pompejum non amplius vivum deprehendisset, reliquis suis a tergo relictis, cum paucis ipse Alexandriam advectus est, antequam a Pelusio Ptolemæus rediret. Ibi quum tumultuantes ob cædem Pompeji Alexandrinos reperisset, non ausus statim in terram egredi, sed portu relicto substitit aliquamdiu: donec missum sibi a Ptolemæo Pompeji caput & annulum videns, in continentem posito metu exiuit. Quumque multitudo Ægyptiorum lictores ejus indigne ferret, satis ipse habuit, ante illos in regiam fugiendo se recepisse: militibus autem ejus aliquibus arma adempta sunt: qua propter reliqui, dum omnes naves ad littus pervenirent, retro avecti sunt.

Καὶ τούτῳ πυθόμενος τὸν Πομπήϊον πρὸς τὴν Αἴγυπτον πλέοντα, καὶ δείσας μὴ προκαταλαχὼν αὐτὴν, ἅτε ἰσχύσῃ, ἀφορμήθη κατὰ τάχος· καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐκέτι περιόντα καθέλαβε· τῇ δ' Ἀλεξανδρείᾳ αὐτῇ 48 μετ' ὀλίγων, πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων, πρὶν τὸν Πτολεμαῖον ἐκ τοῦ Πηλουσίου ἐλθεῖν, προσπλεύσας, καὶ τοὺς Ἀλεξανδρέας θορυβουμένους ἐπὶ τῷ τοῦ Πομπηίου θανάτῳ εὑρὼν, 49 οὐκ ἐθάρσησεν εὐθὺς ἐς τὴν γῆν ἐκβῆναι· ἀνορμισάμενος δὲ ἀνεῖχε, μέχρις οὗ 50 τήν τε κεφαλὴν καὶ τὸν δακτύλιον αὐτοῦ προφθέντα οἱ ὑπὸ τοῦ Πτολεμαίου εἶδεν. οὕτω δὴ ἐς μὲν τὴν ἤπειρον θαρσούντως προσέσχεν· ἀγανακτήσεως δὲ 51 ἐπὶ τοῖς ῥαιδούχοις αὐτοῦ παρὰ τοῦ πλήθους γενομένης, αὐτὸς μὲν ἀγαπητῶς ἐς τὰ βασίλεια προκαλέφυγε· τῶν δὲ δὴ στρατιωτῶν τινες τὰ ὅπλα ἀφῃρέθησαν, καὶ διὰ τοῦθ' οἱ λοιποὶ ἀνορμισαντο αὖθις, ἕως πᾶσαι αἱ νῆες ἐπικαθήχθησαν.

8. Cæsar, Pompeji capite viso, illacrymavit, lamentatusque est: eum civem generumque suum nominans, & commemorans, quot quantisque in rebus mutuas quondam sibi operas præstitissent. Percussoribus tantum abfuit, ut se gratiam debere fateretur; ut & facinus culpaverit, & caput ornatum compositumque humandum aliis dederit. Cujus facti causa ut laudatus est,

Ὁ δ' οὖν Καῖσαρ, τὴν τοῦ Πομπηίου κεφαλὴν ἰδὼν, 52 κατεδάκρυσε καὶ κατωλοφύρατο, πολίτην τε αὐτὸν καὶ γαμβρὸν ὀνομάζων, καὶ πάνθ' ὅσα ποτὲ ἀλλήλοις ἀνθυπουργήκεσαν ἀναριθμούμενος. τοῖς τε ἀποκτείνασιν αὐτὸν οὐχ ὅπως εὐεργεσίαν τινὰ ὀφείλειν ἔφη, 53 ἀλλὰ καὶ ἐπεκάλει. καὶ ἐκείνην 54 κοσμήσαί τε καὶ ἐυθετῆσαι καὶ θάψαι τισὶν ἐκέλευσε.

supplicem ad se recepit. De altero C. Cassio ejusque classe, Cæsar. III. 101. is fuit qui postea Cæsari se dedidit, & impunitatem ab eo est adeptus. infra p. 191. B. D. Ambo hi Cassii denique inter conjuratos percussores Cæsaris, Cajus præcipue, infra XLIII. p. 247. A. sed & L. Cassius, de quo Cicero XIV. 2. ad Atticum. Hic est alter Cassius apud Suetonium c. 82.

§ 46. (l. 85.) *ὅπερ εἶπον*] Supra XLI. p. 164. D. adde 207. E.

§ 47. (l. 89.) *ἐς φόρου συντέλειαν*] Cum exactiones vectigalium in speciebus sive mercibus pro lubitu intendissent, & acerbius exercuissent publicani, Cæsar constituit, ut pro vectigalibus non ipsæ species pro libidine publicanorum exigerentur, sed illorum loco certa summa pecuniæ penderetur, tributaque *redigerentur ad pretium*, ut loquitur Cassiodorus lib. II. Epist. 39. Conf. Petr. Burmannum libro de vectigalibus populi Rom. c. 9. Tanto justius autem illi publicanorum iniquitati obviam eundum Cæsar existimavit, quod tertiam mercedum partem eis remiserat, ut dictum supra XXXVIII. p. 62. E. Tertiam item tributorum partem *τρίτον τῶν φόρων* omnibus Asiam incolentibus remisisse scribit Plutarchus p. 730. De vocibus *φόρου* & *τέλους* adeundus Grotius ad 1 Maccab. X. 31. & Rom. XIII. 7.

§ 48. (l. 95.) *μετ' ὀλίγων*] Cæsar. II. 106. *Cum legionibus, una quam ex Thessalia sequi se jusserat, altera quam ex Achaja a Fusio legato evocaverat, equitibusque DCCCC. & navibus longis Rhodiis X. & Asiaticis paucis Alexandriam pervenit.*

§ 49. (l. 99.) *οὐκ ἐθάρσησεν εὐθὺς*] Lucanus IX. 1004.

Septima nox, Zephyro nunquam laxante rudentes,
Ostendit Phariis Ægyptia littora flammis.
Sed prius orta dies nocturnam lampada texit,
Quam tutas intraret aquas: ibi plena tumultu
Littora, & incerto turbatas murmure voces
Accipit, ac dubiis veritus se credere regnis
Abstinuit tellure rates —— ——

§ 50. (l. 100.) *τήν τε κεφαλὴν καὶ τὸν δακτύλιον αὐτοῦ*] Id. Lucanus 1010.

—— —— *sed dira satelles*
Regis dona ferens, medium provectus in æquor,
Colla gerit Magni, Pharioque velamine tecta.

Annuli præter Eutropium VI. 16. etiam mentionem facit Plutarchus in Pompejo p. 662. testatus, apospharagisma illi insculptum fuisse *leonis ensem tenentis*, licet Dio infra p. 193. D. tria annulo Pompeji tradit, perinde ut Syllæ, insculpta tropæa. Theodotum fuisse, qui caput Pompeji Cæsari obtulit, notat idem Plutarchus in Cæsare p. 730. Theodotum Chium Rhetorem intellige, quem Ptolemæo Regi consilium interficiendi Pompeji dedisse dixerat, p. 660. interfectum postea a Bruto id. p. 662. sive a Cassio, ut tradit Appianus p. 484. Icon oblati Cæsari capitis Pompeji in veteri gemma apud Licetum p. 248. Erat autem, ut a corruptione servaretur, medicatum arte Ægyptia, ut notat Lucanus VIII. 688. sq. qui etiam transfixo sublime pilo gestatum indignatur. IX. 138.

§ 51. (l. 4.) *ἐπὶ τοῖς ῥαιδούχοις*] Cæsar. III. 106. *e navi egrediens clamorem militum audit, quos Rex in oppido præsidii causa reliquerat, & concursum ad se fieri videt, quod fasces anteferrentur. In hoc omnis multitudo majestatem regiam minui prædicabat.* Lucanus X. 9.

Inde Parætoniam fertur securus in urbem,
Pignore tam sævi sceleris, sua signa secutus.
Sed fremitu vulgi, fasces & jura querentis
Inferri Romana suis, discordia sensit
Pectora, & ancipites animos, Magumque perisse
Non sibi —— ——

§ 52. (l. 10.) *κατεδάκρυσε καὶ κατωλοφύρατο*] Plutarchus p. 662. *τὸν μὲν προσφέρουσι τὴν κεφαλὴν, ὡς παλαμναῖον ἀπεστράφη· τὴν δὲ σφραγῖδα τοῦ Πομπηίου δεξάμενος ἐδάκρυσεν. ἦν δὲ γλυφὴ, λέων ξιφήρης.* Appianus: *τὴν κεφαλὴν προσφερομένην οὐχ ὑπέστη.* Lucanus IX. 1035.

Non primo Cæsar damnavit munera visu,
Avertitque oculos: vultus, dum crederet, hæsit:
Utque fidem vidit sceleris, tutumque putavit

Jam

λευσε. καὶ ἐπὶ μὲν τούτῳ ἔπαινον ἔσχεν· ἐπὶ δὲ δὴ τῇ προσποιήσει γέλωτα ὠφλίσκανε. τῆς γὰρ δυναστείας [t] δεινῶς ἐφιέμενος, καὶ ἐκεῖνον καὶ ὡς ἀνταγωνιστὴν καὶ ὡς ἄνταλον ἀεί ποτε μισήσας, καὶ τά τε ἄλλα ἐπ' αὐτῷ πράξας ἅπαντα, καὶ τὸν πόλεμον τόνδε οὐκ ἐπ' ἄλλο τι παρασκευάσας, ἢ ἵνα ἀπολομένου αὐτοῦ πρωτεύσῃ, τότε τε ἐς Αἴγυπτον οὐ δι' ἄλλο τι [u] ἐπειχθεὶς, ἢ ἵνα αὐτὸν, εἰ περιείη, [x] προσκαταργάσαιτο, ποθεῖν τε αὐτὸν ἐπλάττετο, καὶ ἀγανακτεῖν ἐπὶ τῷ ὀλέθρῳ αὐτοῦ ἐσκήπτετο.

Καὶ ὁ μὲν μηδὲν ἔτι πολέμιον, ὑπεξηρημένου οἱ ἐκείνου, καταλιπέσθαι νομίζων, καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐνεχρόνισεν [55] ἀργυρολογῶν, καὶ τὰ τοῦ Πτολεμαίου καὶ τὰ τῆς Κλεοπάτρας [56] διάφορα διακρίνων· πόλεμοι δὲ ἐν τούτῳ ἕτεροι αὐτῷ παρεσκευάθησαν. [57] ἥ τε γὰρ Αἴγυπτος ἐνεόχμωσε, [58] καὶ ὁ Φαρνάκης ἤρξατο μὲν εὐθὺς, ἐπειδὴ πρῶτον τὸν Πομπήϊον καὶ τὸν Καίσαρα ἐκπεπολεμῶσθαι ἔμαθε, τῆς τε πατρῴας ἀρχῆς ἀνταποιεῖσθαι. [y] χρονιεῖν τε γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ σάσει, καὶ τὰς δυνάμεις τῶν Ῥωμαίων αὐτὰς περὶ αὑτῶν ἀναλώσειν ἤλπισεν. εἶχε δὲ καὶ τότε τῶν προκειμένων, ὅτι τε ἅπαξ ἐκεκίνητο, καὶ ὅτι πόῤῥω τὸν Καίσαρα ὄντα ἐπύθετο· καὶ πολλά γε χωρία προκατέλαβε. καὶ τούτῳ καὶ [59] ὁ Κάτων καὶ ὁ Σκιπίων, οἵ τε ἄλλοι οἱ τὴν αὐτὴν σφίσι γνώμην ἔχοντες, καὶ ἐμφύλιον καὶ ὀθνεῖον ἐν τῇ Ἀφρικῇ πόλεμον ἤγειραν.

Εἶχε γὰρ οὕτως· ὁ Κάτων ἐν τῷ Δυῤῥαχίῳ πρὸς τοῦ Πομπηΐου τά τε ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐπιτηρεῖν ἄν τις διαβαίνῃ, καὶ τοὺς [60] Παρθινοὺς καταέργειν, ἄν τι παρακινῶσι, καταλειφθεὶς, τὸ μὲν πρῶτον ἐκείνοις ἐπολέμει· ἡττηθέντος δὲ τοῦ Πομπηΐου, τὴν μὲν Ἤπειρον ἐξέλιπεν, [61] ἐς δὲ τὴν Κέρκυραν μετὰ τῶν ὁμογνωμονούντων οἱ κομισθεὶς, ἐνταῦθα τούς τε ἐκ τῆς μάχης διαφυγόντας, καὶ τοὺς

est, ita simulatione sua risum meruit. Quum enim summopere dominationem affectasset, Pompejumque adversarium suum & parem propterea semper odio habuisset, contraque eum cum alia omnia machinatus, tum hoc ipsum bellum nulla alia de causa molitus fuisset, quam ut eo de medio sublato, ipse principatum obtineret; quumque aliam nullam ob rem in Ægyptum properasset, quam ut eum, si adhuc superstes esset, conficeret: tum se eum desiderare, ejusque interitum ægre ferre videri volebat. Quum A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

9. Enimvero Cæsar, deleto Pompejo, nihil jam hostile supereſſe existimans, in Ægypto cogendis pecuniis, dijudicandaque lite inter Ptolemæum & Cleopatram, tempus trahebat: interim alia contra ipsum bella conflabantur. Nam & Ægyptus novos motus ciebat: & Pharnaces, quum primum inter Pompejum ac Cæsarem bellum coortum esse acceperat, ad regnum paternum recuperandum se paraverat, sperans hoc civile bellum diuturnum fore, ipsasque inter se Romanorum vires consumptum iri. Igitur & tunc, ut semel arma moverat, quum & procul abesse Cæsarem audisset, in incepto perrexit; multaque loca prior occupavit. Interim Cato etiam, Scipioque, & qui cum his alii consentiebant, cum civile, tum extraneum bellum in Africa excitarunt, quod hoc modo contigit.

10. Catonem Dyrrhachii Pompejus reliquerat, cum ut trajectum ex Italia custodiret, tum ut Parthinos, si quid moverent, coerceret; isque primum his bellum fecerat; cæterum Pompejo victo, ex Epiro se cum iis, quibus eadem sententia placebat, Corcyram contulerat: ibique reliquos quoque, qui ex prælio effugerant, aut alioquin easdem partes sequebantur, ad se acceperat. Nam

[t] δεινῶς ἐφιέμενος. δεινῶς ἀπ' ἀρχῆς ἐφιέμ. Xiph. [u] ἐπαχθὰς. sic scripsi, pro ἐπιχθὰς, ex Xiph. convenit illi cod. Peiresc. idem vitium infra p. 206. B. n. in cod. V. b. qui ἐπαχθῆναι pro ἐπαχθῆναι exhibet. [x] προσκαταργάσαιτο. καταργάσαιτο, Xiph. ex eo tamen recepi sequens ποθεῖν τε, cum vulgo τε desideretur. [y] χρονιεῖν τε γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ σάσει. χρονιεῖν pro χρονᾶν scribendum docuit RS. quod jam receperant HS. L. σάσει, pro vulgato συσάσει, legi jussit X. est enim σύσασις, inquit, longe aliud. nos recepimus etiam auctoritate V. a.

Jam bonus esse socer, lacrymas non sponte cadentes
Effudit, gemitusque expressit pectore læto,
Non aliter manifesta putans abscondere mentis
Gaudia quam lacrymis —— ——

E recentioribus Ludovicus Cellotius, S. J. in prosopopœia Cæsaris ad Pompeji caput p. 631. poëmatum:

Canicieque genasque ut vidit Cæsar, ut amens
Obstupuit, tremulos horror simul occupat artus,
Injussæque cadunt lacrymæ &c.

§ 53. (l. 15.) ἀπὸ καὶ ἐπικάλα] Apud eundem Lucanum IX. 1064. Cæsar.

Aufer ab aspectu nostro funesta satelles
Regis dona tui —— ——

Frustra igitur Ptolemæus fœdus amicitiæ cum Cæsare *medio Pompei capite* sanxisse existimabat, ut verbis utar Flori IV. 2. 55. & frustra Theodotus præmium sceleris a Cæsare exspectabat.

§ 54. (l. 15.) κοσμῆσαι καὶ ἐνθεῖναι καὶ θάψαι] Apud eundem Lucanum IX. 1089.

—— —— *vos condite busto*
Tanti colla ducis: sed non, ut crimina tantum
Vestra tegat tellus: justo date thura sepulchro,
Et placate caput, cineresque in littore fusos
Colligite, atque unam sparsis date manibus urnam.

Valerius Maximus V. 1. *Caput Pompei ut Cæsar adspexit, oblitus hostis, soceri vultum induit, ac Pompejo tum proprias, tum etiam filiæ suæ lacrymas reddidit: caput autem plurimis & pretiosissimis odoribus cremandum curavit.*

§ 55. (l. 30.) ἀργυρολογῶν] Has pecuniarum exactiones facem tumultus ac belli fuisse, tradit Dio infra p. 209. D.

§ 56. (l. 31.) διάφορα] Ptolemæus Cleopatram sororem regno depulerat, & bellum cum ea gerebat, ut dictum p. 186. D. Cæsar itaque controversias Regum ad populum Rom. & ad se, quod esset Consul, pertinere existimans: *ostendit sibi placere, ut exercitus, quos haberent, dimitterent, & de controversiis jure apud se potius, quam inter se armis disceptarent.* vide Cæsarem III. 103. & 107. Lucanum sub initium libri decimi.

§ 57. (l. 33.) ἥ τε γὰρ Αἴγυπτος] De hoc tumultu, eumque insecuto bello, infra p. 200. sq.

§ 58. (l. 34.) καὶ ὁ Φαρνάκης] De bello Cæsaris adversus Pharnacem, Mithridatis F. Bospori Cimmerii Regem, infra p. 206. sq. vide etiam quæ ad p. 183. D. E.

§ 59. (l. 42.) ὁ Κάτων καὶ ὁ Σκιπίων] Metellum Scipionem, Pompeji socerum intellige, quem Juba susceperat. vide Plutarchum Catone minore p. 786. & in Cæsare p. 732. Eutropium VI. 18.

§ 60. (l. 47.) Παρθινοὺς] De his dictum ad p. 176. B.

§ 61. (l. 50.) ἐς τὴν Κέρκυραν] Plutarchus in Catone minore p. 786. narrat, Catonem cum Dyrrhachii comperisset, quod Pompejus victus esset a Cæsare, Corcyram ubi Pompeji classis erat trajecisse, Ciceroni imperio, ut Prætorium Consulari, cedere paratum. Sed Ciceronem noluisse imperium accipere, & in Italiam navigasse, urbemque petiisse. Idem in Cicerone p. 880. explicatius tradit, quod priore loco dixerat, Cnejum Pompejum filium ejusque amicos, Ciceronis abitum ægre ferentes, gladiisque districtis mortem ei minantes, vix delinitos

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Nam Cicero quidem aliique nonnulli senatores, recta Romam contenderant: plerique vero cum Labieno & Afranio (quorum neuter spem salutis suæ ullam in Cæsare positam habebat; alter, quod ab eo ad Pompejum transfugisset; alter, quod salute a Cæsare donatus, iterum contra eum arma cepisset) ad Catonem venerant, eoque summæ rerum præposito bellum gerebant.

τοὺς ἄλλους τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας ἐδέχετο. Κικέρων μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν βουλευτῶν ἐς τὴν Ῥώμην παραυτίκα ἀπῆραν· οἱ δὲ δὴ πλείους μετά τε τοῦ Λαβιήνου καὶ μετὰ τοῦ Ἀφρανίου, ἅτε μηδεμίαν ἐν τῷ Καίσαρι [z] ἐλπίδα, ὁ μὲν, [62] ὅτι ἠτυχολήκει, ὁ δὲ, [63] ὅτι σωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, αὖθις οἱ ἐπεπολεμήκει, ἐχόντων, πρός τε τὸν Κάτωνα ἦλθον, καὶ ἐκεῖνον προσηκάμενοι ἐπολέμουν.

11. Paulo post se Octavius etiam iis adjunxit. Is Ionium mare pervagatus C. Antonium ceperat: multisque oppidis potitus, tamen Salonas diu frustra oppugnavit, a civibus Gabinii auxilio adjutis fortiter repulsus. Iidem Salonenses ad extremum una cum mulieribus erumpentes, magnum facinus ediderunt. Mulieres, demissis capillis, stolis nigris indutæ, acceptis facibus, denique quam maxime terribili habitu compositæ, media nocte ad castra oppugnantium accesserunt: ibi cum primis excubitoribus, velut furiæ quædam, terrorem injecissent, omnibus simul locis castrorum ignem intulerunt: viri subsequuti multos eo tumultu perturbatos, multos etiam dormientes occiderunt: ita & castra, & stationem navium, quam Octavius tenebat, confestim occupavere. Sed ne sic quidem quieta ipsis omnia fuerunt. Elapsus enim Octavius, novis coactis copiis, prælio victos denuo obsedit. Interea temporis cum Gabinius morbo absumptus esset, toto earum regionum mari potitus, in terram descendit & multa ipsis detrimenta intulit. Sed post comissam ad Pharsalum pugnam, quum milites ipsius ad eos, qui Brundusio contra ipsos advecti erant, ne tentato quidem prælio, defecissent: ibi tum destitutus a sociis, Corcyram se contulit.

Καὶ μετὰ τοῦτο καὶ [64] ὁ Ὀκταούϊος σφίσι προσεγένετο. ὡς γὰρ τότε τὸν Ἰόνιον [a] προσέπλευσε, καὶ [65] τὸν Ἀνπώνιον τὸν Γάϊον συνέλαβεν, ἄλλων μέν τινων χωρίων ἐκράτησε, [66] τὴν δὲ δὴ Σάλωνα, καίπερ ἐπὶ πλεῖστον αὐτὴν πολιορκήσας, οὐχ εἶλε. τά τε γὰρ ἄλλα ἰσχυρῶς αὐτὸν ἀπεκρούοντο, βοηθοῦντα σφίσι [67] τὸν Γαουΐνιον ἔχοντες· καὶ τέλος μετὰ τῶν γυναικῶν ἐπεκδραμόντες, μέγα ἔργον εἰργάσαντο. ἐκεῖναί τε γὰρ τάς τε κόμας καθεῖσαι, καὶ στολὰς μελαίνας ἐνδυσάμεναι, λαμπάδας τε λαβοῦσαι, καὶ τὸ σύμπαν πρὸς τὸ φοβερώτατον σχηματισάμεναι, τῷ τε στρατοπέδῳ τῷ πολιορκοῦντι σφᾶς, [68] νυκτὸς μέσης προσέμιξαν, καὶ τοὺς προφύλακας, [69] ὡς καὶ δαίμονες τινὲς, ἐκπλήξασαι, τὸ πῦρ ἐς τὸ χαράκωμα ἀπανταχόθεν ἅμα ἐνέβαλον· καὶ αὐτοὶ ἐπισπώμενοι σφίσι, πολλοὺς μὲν τραυματομένους, πολλοὺς δὲ καὶ καθεύδοντας ἐφόνευον. καὶ ἐκεῖνό τε εὐθὺς κατέσχον, καὶ τὸ ναύσταθμον, ἐν ᾧ ὁ Ὀκταούϊος ἠυλίζετο, αὐτοβοεὶ εἷλον. οὐ μέντοι καὶ ἐν ῥαστώνῃ τινὶ ἐγένοντο. διαφυγὼν γάρ πως αὐτοὺς, δύναμίν τε αὖθις ἠθροισε, καὶ μάχῃ νικήσας προσήδρευε σφίσι. καὶ ἐν τούτῳ τοῦ Γαουΐνιου νόσῳ [70] τελευτήσαντος, τῆς τε θαλάσσης τῆς ἐκεῖ πάσης ἐκράτησε, καὶ ἐς τὴν γῆν ἐκβαίνων, πολλὰ [b] αὐτοὺς ἐκακούργει· μέχρις οὗ ἥ τε πρὸς τῷ Φαρσάλῳ μάχη ἐγένετο, καὶ οἱ στρατιῶται [c] αὐτοῦ, ἐπιπλευσάντων τινῶν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου σφίσι, μετέσησαν, [71] μηδὲ ἐς χεῖρας αὐτοῖς ἐλθόντες. τότε γὰρ ἐρημωθεὶς τῶν συμμάχων, ἐς τὴν Κέρκυραν ἀπεχώρησε.

12. At Cn. Pompejus prius quidem classe Ægyptia circumvectus, in Epirum incursiones fecerat:

Καὶ ὁ Πομπήϊος δὲ ὁ Γναῖος πρότερον μὲν τῷ τῶν Αἰγυπτίων ναυτικῷ περιπλέων, τήν τε Ἤπειρον

[z] ἐλπίδα, ὁ μὲν. vulgo, ἐλπίδα ἔχοντες, ὁ μὲν. vox ἔχοντες abundat, & ab homine quodam indocto intercalata est, X. id quoniam tam apertum est, ut nemini ambiguum esse possit, vocem delevi. [a] προσέπλευσε. restituo περιέπλευσε, L. antea pro ὡς γὰρ, Oddey ὃς γὰρ. unde καὶ ante sequentia ἄλλων μέν τινων deesse censet. [b] πολλὰ αὐτοὺς ἐκακούργα. emendatio X. vulgo αὐτοῖς. [c] οἱ στρατιῶται αὐτοῦ. sic V. a. vulgo, αὐτῷ.

delinitos a Catone, Ciceronemque manibus eorum ereptum. Κέρκυραν Dio vocat, cum pluribus scriptoribus, quam alii auctores & numi Κόρκυραν, ut dictum ad p. 424. A.

§ 62. (l. 58.) ὅτι ἠτυχολήκει] De T. Labieni transfugio dictum ad XLI. p. 154. B.

§ 63. (l. 58.) ὅτι σωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ] Salute a Cæsare donatum L. Afranium dixerat p. 164. C. eos vero, qui post salutem receptam iterum cepissent arma atque rebellassent, gratia indignos habitos a Cæsare, licet alioqui in hostes victos mitissimo, p. 183. A.

§ 64. (l. 61.) ὁ Ὀκταούϊος] M. Octavius, de quo Cæsar. III. 9. Lucanus IV. 433. Florus IV. 2. 31. Hirtius de bello Alex. c. 42. sq.

§ 65. (l. 63.) τὸν Ἀνπώνιον τὸν Γάϊον] Supra XLI. p. 171. E. Lucanus IV. 408. sq. Livii Epitom. lib. 110. *C. Antonius legatus Cæsaris, male contra Pompejanos in Illyrico rebus gestis, captus est.* Proditi C. Antonii exercitus meminit Cæsar. III. 67. & militum deditionis ad Corcyram III. 10.

§ 66. (l. 64.) τὴν δὲ δὴ Σάλωνα] Straboni etiam & Zonaræ & Dioni infra LV. p. 568. D. Σάλων. Ptolemæo, Cæsari, Lucano, *Salonæ*, Σαλῶναι. Hirtio, Plinio, Melæ & aliis *Salona*, & Σαλώνη Dioni infra p. 579. E. Stephano Σαλώνα, Procopio Σάλωνες, oppidum Illyriæ sive Dalmatiæ, *& loci natura*, ut ait Cæsar. III. 9. *& colle munitum.* vide Holstenii ad Stephanum notas, & Christophori Cellarii notitiam orbis antiqui, T. I. p. 615. seq. Hodie Venetorum est, erepta Turcis A. C. 1684.

§ 67. (l. 66.) τὸν Γαουΐνιον] De A. Gabinii in Illyrico rebus parum prospere gestis, videndus Appianus in Illyricis p. 762. atque Hirtius libro de bello Alex. c. 43. qui denique cum reliquis copiis Salonam recepisse se narrat, *oppidum maritimum, quod cives Romani fortissimi fidelissimique incolebant: ubi summa difficultate rerum omnium pressus paucis mensibus morbo periit.* De via Gabiniana ab Salonis Andetrium aperta & munita per legionem septimam, mentio in veteri inscriptione apud Sponium p. 179. Misc.

§ 68. (l. 72.) νυκτὸς μέσης] Nihil hac de re apud Cæsarem III. 9. qui refert, oppidanos cum diuturnitas oppugnationis negligentiores Octavianos effecisset, *nactos occasionem meridiani temporis*, discessu eorum, pueris mulieribusque in muro dispositis, ne quid quotidianæ consuetudinis desideraretur, ipsos manu facta, cum iis quos nuper manu missos liberaverant, in proxima Octavii castra irrupisse. His expugnatis, cum quinis ille castris oppidum circumdedisset, eodem impetu altera esse adortos, inde tertia & quarta & deinceps reliqua: omnibusque eos castris expulisse, & magno numero interfecto, reliquos atque ipsum Octavium in naves confugere coëgisse.

§ 69. (l. 73.) ὡς καὶ δαίμονες] *Furiali more*, ut de Fidenatibus, simile quid commentis, Florus lib. I. c. 12.

§ 70. (l. 81.) τελευτήσαντος] Hirtius de bello Alexandrino c. 43. *Gabinii & infelicitas vivi, & subita mors, in magnam spem Octavium adduxit provinciæ potiundæ: quem tamen diutius in rebus secundis & fortuna, quæ plurimum in bellis potest,*

Ἤπειρον καλουμένην καʃέτρεχε, [72] καὶ [d] Ὡρι-
κὸν ὀλίγου ἔiλε, Μάρκου [e] Ἀκυiλίου αὐʃὸ κα-
E τέχονʃος, καὶ τόν τε ἔσωλουν τὸν ἐς τὸν λι-
μένα πλοίοις λίθων γέμουσι [f] χώσανʃος, καὶ
περὶ τὸ σόμα αὐʃοῦ πύργους ἐκαʃέρωθεν ἐπί τε
τῆς ἠπείρου καὶ ἐφ' ὁλκάδων ἐγείραυʃος. τούς
τε γὰρ λίθους τοὺς ἐν τοῖς σκάφεσι συγκει-
μένους κολυμβηʃαῖς [g] ὑφύδροις διασκεδάσας, καὶ
αὐʃὰ ἐκεῖνα κουφισθένʃα ἑλκύσας, τόν τε ἔσ-
191 πλουν ἠλευθέρωσε, καὶ μεʃὰ τοῦτο ὁπλίτας
ἐφ' ἑκάτερα τῆς χηλῆς ἐκβιβάσας, [b] ἐπεισέ-
πλευσε, καὶ τά τε πλοῖα πάνʃα, καὶ τῆς
πόλεως τὸ πολὺ καʃέκαυσεν. ἔiλε δ' ἂν καὶ
τὴν λοιπήν, εἰ μὴ τρωθεὶς, δέος τοῖς Αἰ-
γυπʃίοις μὴ καὶ ἀποθάνῃ παρέσχε. θεραπευ-
θεὶς δ' οὖν, [i] Ὡρικῷ μὲν οὐκέτι προσέβαλε,
τὰ δ' ἄλλα περιφοiʃῶν ἐπόρθει. καί ποʃε καὶ
αὐʃοῦ τοῦ Βρενʃεσίου μάτην, ὥσπερ που καὶ
ἄλλοι τινὲς, ἐπείρασε. τέως μὲν δὴ ταῦτ'
ἐποίει· ἐπεὶ δὲ ὅ, τε πατὴρ αὐʃοῦ ἡʃήθη,
B καὶ οἱ Αἰγύπʃιοι πυθόμενοι τοῦτο οἴκαδε ἀπέ-
πλευσαν, οὕʃω δὴ [73] πρὸς τὸν Κάτωνα ἀφίκεʃο.

Καὶ αὐʃὸν [74] Κάσσιος ὁ Γάϊος ἐμιμήσαʃο, πλεῖ-
σα μὲν καὶ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Ἰταλίας λυπή-
σας, πολλαῖς δὲ μάχαις ἐν τῇ θαλάσῃ καὶ ἐν
τῇ ἠπείρῳ συχνοὺς νικήσας. προὔχονʃα μένʃοι τὸν
Κάτωνα ἀρεʃῇ σφῶν ἰδόνʃες πολλοὶ πρὸς αὐʃὸν
συγκαʃέφυγον· καὶ αὐʃοῖς ἐκείνοις συναγωνισαῖς
καὶ [k] συμβούλοις πρὸς πάντα χρώμενος, ἐς Πελο-
πόννησον, ὡς καὶ καταληψόμενος αὐτὴν, ἔπλευσεν.
οὐ γάρ πω τὸν Πομπήϊον τεθνεῶτα ἠκηκόει. καὶ
[75] Πάτρας μὲν κατέχον, κἀνταῦθα ἄλλους τε
C πολλοὺς καὶ [76] τὸν Πετρήϊον [l] Πομπήϊον [77] τὸν
Φαῦσον προσέλαβον. Κυίντου δὲ δὴ Φουφίου
[78] Καλήνου μεʃὰ τοῦτο ἐπισʃραʃεύσανʃος σφίσιν,
ἐξανήχθησαν· καὶ ἐς Κυρήνην ἐλθόνʃες, καὶ ἐκεῖ
τὸν Πομπηίου θάναʃον μαθόνʃες, οὐκέτι συνεφρόνη-
σαν·

fecerat: nec multum abfuit quin Oricum cape- A.U.C.706
ret. Id oppidum M. Acilius præſidio tenebat, Cæſare I. &
introitumque portus navibus lapidibus refertis P. Servilio
obſtruxerat; turresque ad oſtium portus utrin- COSS.
que, & in continenti, & ſuper naves onerarias,
excitaverat. Cnæus urinatores immiſit, qui la-
pides ſcaphis impoſitos disjicerent: tum ſcaphas
ipſas leviores factas extraxit, ac portus introitum
aperuit: deinde expoſitis ad utramque molem le-
gionariis militibus, ipſe intro navigavit: ſicque
& naves omnes, & magnam urbis partem incen-
dio conſumpſit. Cepiſſet & reliquam, niſi vul-
nere accepto, Ægyptiis metum, ne ex eo more-
retur, præbuiſſet. Poſtquam vulnus ſanatum eſt,
oppugnatione Orici in poſterum abſtinuit, reli-
quas regionis partes circumvagando vaſtavit.
Ipſum quoque Brunduſium aliquando aggreſſus
eſt, ſed fruſtra is ei conatus, ſicut & aliis quibus-
dam, fuit. His rebus huc usque intentus, poſt-
quam pater ejus pugna ſuperatus eſt, Ægyptii-
que re comperta domum avecti ſunt; ad Cato-
nem ipſe conceſſit.

13. Hujus factum C. quoque Caſſius imitatus
eſt, qui multas Siciliæ Italiæque partes vexarat,
multa mari ac terra ſecunda prælia fecerat. Com-
plures præterea alii ad Catonem perfugerunt,
quem virtute cæteris præſtare animadvertebant.
His Cato belli conſiliorumque ſociis ubique uſus,
in Peloponneſum, ſpe ejus occupandæ regionis,
trajecit; quia de morte Pompeji nondum reſci-
verat. Ibi Patris receptis, multos alios ſibi ad-
junxerunt, atque inter eos Petrejum, Fauſtumque,
Cn. Pompeji generum. Cæterum poſt, Q. Fu-
fio Caleno exercitum adverſus eos ducente, na-
ves ſoluerunt: Cyrenenque delati, ubi de Pom-
peji morte certiores facti ſunt, non eadem am-
plius conſilia inierunt. Cato, qui Cæſaris domi-
nationem

d Ὡρικὸν. vulgo Νωρικὸν. ſed rectius Ὡρικὸν ſcribitur p. 174. B. ut proinde errorem librariorum ſequi non ſit neceſſe. obſervavit jam errorem X. & Palmerius in Græcia Antiqua p. 237. *e* Ἀκυiλίου. forte Ἀκιλίου. Acilium Cæſar. III. 15. vocat, X. *f* χώσανʃος. emendatio Xyl. χώσανʃες, RS. male. Palmerius l. c. ἐχώσαλο minus bene. *g* κολυμβηʃαῖς ὑφύδροις. ſic ſcribendum vidit Xyl. pro ἐφύδροις. ego nihil dubitans recepi. nam ſic Dio p. 315. B. κολυμβηʃῇ ὑφύδρῳ διενεγκεῖν ἔδωκαν. vid. & p. 122. D. 449. A. *h* ἐπεισέπλευσε. vulgo ἔπεισε πλεῦσαι. pro quibus aperte corruptis viſa eſt Xylandri illa emendatio luculenta locum ſuum tueri poſſe. ſic infra p. 103. E. ἔς τε τὸν λιμένα ἐπεισέπλευσε. *i* Ὡρικῷ. vulgo, Νωρικῷ. vid. ad pag 190. *d*. *k* συμβούλοις πρὸς πάντα χρώμενος V. a. b. vulgo: συμβούλοις πάντα χρώμενος. integritati ſuæ reddimus locum ex integritati ſuæ reddimus locum ex dare certe verba non poſſum, X. ſi legamus, Πʃρήϊον, τόν τε Πομπηίου γαμβρὸν τὸν Φαῦσον, id probaturos viros doctos exiſtimo, L. vide & F. § 77.

eſt, diligentiaque Cornificii, & virtus Vatinii verſari paſſa non eſt.

§ 71. (l. 86.) μηδὲ ἐς κέρας] Prælio navali victum a Vatinio, in fugam parvis paucisque navibus dediſſe ſe Octavium, narrat Hirtius c. 46. 47.

§ 72. (l. 90.) καὶ Ὡρικὸν] Oricum oppidum Epiri & portus in ſinu Ionio, de quo Cæſar. III. 12. ſq. & 15. ubi M. Acilii etiam, oppidi muris præfecti, mentio.

§ 73. (l. 11.) πρὸς τὸν Κάτωνα] In Africam, *in Libycas ſedes & caſtra Catonis.* Lucanus IX. 119.

§ 74. (l. 12.) Κάσσιος ὁ Γάϊος] Hic eſt Caſſius, quem cum claſſe Syrorum & Phœnicum & Cilicum in Siciliam veniſſe ſcribit Cæſar. III. 101. Idem qui ad Cæſarem, ut mox infra narrat Dio, ſe contulit, impunitatemque ab eo adeptus, inter conjuratos poſtea cum altero L. Caſſio fuit.

§ 75. (l. 21.) Πάτρας] Celebrem Achajæ civitatem in promontorio Peloponneſi, ex adverſo Ætoliæ & fluminis Eveni, Patreo Agenoris nepote conditore, de quo Laur. Begerus T. I. Theſauri Brandenburg. p. 283. ſq. & Jac. Gronovius T. II. Theſauri Antiquitat. Græc. tabula XVII. Patras a Caleno itetum ereptas Catoni, & in Cæſaris redactas poteſtatem, narrat Dio p. 192. A.

§ 76. (l. 22.) τὸν Πʃρήϊον] M. Petrejum, Pompeji in Hiſpania legatum intellige, qui contra Cæſarem deinde in Africa pugnavit, & ab eo victus, una cum Juba, & ad mortem compulſus eſt. vide Hirtium de bello Africano c. 95. Dionem infra XLIII. p. 214. B. 217. B.

§ 77. (l. 22.) τόν τε Πομπηίου γαμβρὸν τὸν Φαῦσον] Etiam hujus Fauſti, Syllæ F. (generi Pompeji) in bello Africano poſtremus adverſus Cæſarem conatus ab eodem Hirtio memoratur: qui denique interfectum una cum Afranio, uxorique Pompejæ ac liberis incolumitatem, ſuaque omnia conceſſa a Cæſare, narrat c. 96. vide quæ infra XLIII. p. 219. A.

§ 78. (l. 24.) Καλήνου] Kalenum legatum in Achaja ſuum celebrat Cæſar. III. 55. & claſſi in Achaja præfectum memorat Hirtius de bello Alex. c. 44. Apud Xiphilinum male Καλουίνου pro Καλήνου ſcriptum, ut notavit etiam Meurſius in libro de fortuna Attica c. ult. Alia de eo Joh. Glandorpius Onomaſtici Romani p. 372.

A.U.C.706 Cæſare II. & P. Servilio COSS.

nationem ferre nullo modo poterat, aliique quidam, quibus ſpes veniæ conſequendæ nulla ſupererat, in Africam cum exercitu navigantes, adjuncto ſibi Scipione, adverſus Cæſarem omnia conati ſunt. Reliqui autem diſſipati plerique, alii quo quemque caſus deferebat, diſceſſione facta ſe contulerunt: alii recta ad Cæſarem profecti, atque inter hos C. quoque Caſſius, impunitatem adepti ſunt.

14. Calenus ante pugnam Pharſalicam a Cæſare in Græciam miſſus fuerat: quumque præter cætera Piræum, nullo muro munitum, cepiſſet; Athenis tamen, quamquam omnis generis maleficiis eorum agros infeſtaſſet, ante cladem Pompeji potiri non potuit: ea audita, ultro ea civitas in deditionem venit, eique Cæſar, nulla mulcta impoſita, omnes injurias remiſit: id modo dicens, ipſos, qui graviter deliquiſſent, a mortuis ſervari. Id vero hac oratione innuebat, parcere ſe ipſis propter majores, eorumque gloriam ac virtutem. Ad eundem modum ut Athenæ, & pleraque Græciæ oppida tunc ſtatim cum Cæſare redierunt in gratiam. Megarenſes autem etiamnum reſtiterunt, ac multo poſt demum, partim vi, partim proditione in poteſtatem Cæſaris venerunt. Eorum Fufius, quo meritum de eis ſupplicium ſumpſiſſe exiſtimaretur, magna cæde edita, reliquos vendidit: veritus tamen, ne ea res interitum toti urbi afferret, cives neceſſariis eorum, tum & minimo pretio vendidit, ut libertati reſtituerentur. His confectis, Patras bellum convertit, eamque urbem ſine prælio, ob terrorem jam ante Catoni, iisque, qui cum eo erant, incuſſum, recepit.

15. Dum hæc ſingula geruntur, interim in Hiſpania, quamvis ſemel pacata, novi motus coorti ſunt. Nam quum in ipſa pace Q. Caſſius Longinus provinciam divexaret, primo pauci quidam coitionem ejus interficiendi cauſa fecerunt: ſed quum ſaucius eorum manus effugiſſet, atque exinde longe majores injurias exerceret, permulti Cordubenſes, compluresque milites, qui ante ſub Pompejo militaverant, duce ſibi electo M. Marcello Æſernino, quæſtore, contra eum ſeditionem moverunt. Marcellus, inſtabilitate rerum conſiderata, & ad eventum in utramque partem

σαν· ἀλλ' ὁ μὲν Κάτων, δι' ἀχθηδόνα τῆς τοῦ Καίσαρος δυνασείας, καὶ ἄλλοι τινὲς, δι' ἀπόγνωσιν τῆς παρ' αὐτοῦ συγγνώμης, ἐς τὴν Ἀφρικὴν μετὰ τοῦ στρατοῦ ἔπλευσαν, καὶ τὸν Σκιπίωνα προσλαβόντες, πάντα ἐπὶ τῷ Καίσαρι ἔπραττον. οἱ δὲ δὴ πολέμους ἐσκεδάσθησαν· καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι ἀποχωρήσαντες, ἀπήλλαξαν, ὡς που καὶ συνέτυχε σφίσιν· οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸν Καίσαρα παραχρῆμα ἐλθόντες, D
ἄλλοι τε καὶ [79] Γάϊος Κάσσιος, ἀδείας ἔτυχον.

Ὁ δὲ δὴ Καλῆνος ἐπέμφθη ἐς τὴν Ἑλλάδα πρὸ τῆς μάχης ὑπὸ τοῦ Καίσαρος· καὶ εἷλεν ἄλλα τε καὶ τὸν Πειραιᾶ, ἅτε καὶ [80] ἀτείχιστον ὄντα. τὰς γὰρ Ἀθήνας, καίπερ πολλὰ τὴν χώραν αὐτῶν κακώσας, οὐκ ἠδυνήθη πρὸ τῆς τοῦ Πομπηίου ἥττης λαβεῖν. τότε γὰρ ἐθελονταὶ αὐτῷ προσεχώρησαν, καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ, μηδὲν μνησικακήσας, ἀθώους ἀφῆκε· τοσοῦτον μόνον εἰπών, E
ὅτι πολλὰ ἁμαρτάνοντες [81] ὑπὸ τῶν [11] νεκρῶν σώζοιντο. τὸ δὲ δὴ ἔπος τοῦτο ἐδήλου, ὅτι σφῶν διά τε τοὺς προγόνους, καὶ διὰ τὴν δόξαν τήν τε ἀρετὴν αὐτῶν ἐφείσατο. Ἀθήνας μὲν οὖν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πολέω τῆς Ἑλλάδος, εὐθὺς τότε ὡμολόγησαν αὐτῷ· [82] Μεγαρεῖς δὲ καὶ ὡς ἀνέσχον. πολλῷ γὰρ ὕστερον χρόνῳ, τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δὲ καὶ 192
προδοσίᾳ ἥλωσαν. ὅθενπερ φόνος τε αὐτῶν πολὺς ἐγένετο, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπράθησαν. ὁ μέντοι Καλῆνος, τοῦτο μὲν, ἵνα δὴ καὶ κατ' ἀξίαν αὐτοὺς τετιμωρῆσθαι δόξῃ, ἐποίησε· φοβηθεὶς δὲ μὴ καὶ παντελῶς ἡ πόλις ἀπόληται, πρῶτα μὲν τοῖς ἐπιτηδείοις σφᾶς, ἔπειτα δὲ καὶ ἐλαχίστου ἀπέδοτο, ἵν' ἐλευθερωθῶσι. καὶ ὁ μὲν ταῦτα πράξας, [83] ἐπί τε τὰς Πάτρας ἐπεστράτευσε, καὶ ἁμαχεὶ αὐτὰς, τόν τε Κάτωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ [m] προσ-
ἐκφοβήσας, καθέζετο.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτά τε ὡς ἕκαστα ἐπράττετο, καὶ ἡ Ἰβηρία, καίπερ εἰρηνεύσασα, ἐκινήθη. ἐπειδὴ B
γὰρ ὁ [84] Λογγῖνος ὁ Κοΐντος πολλὰ καὶ τότε αὐτοὺς ἐλυμαίνετο, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι τινὲς συνέστησαν, ὡς ἀποκτενοῦντες αὐτόν· ἐπεὶ δὲ δὴ τρωθεὶς διέφυγε, καὶ οὐ τούτου πολλῷ μείζω σφᾶς ἠδίκει, συχνοὶ μὲν [n] Κορδουβήσιοι, συχνοὶ δὲ καὶ στρατιῶται, ἅτε καὶ τοῦ Πομπηίου γεγονότες, ἐπανέστησαν αὐτῷ, [85] Μάρκον Μάρκελλον Αἰσερνῖνον τὸν ταμίαν προσησάμενοι. οὐ μὴν καὶ ὅλῃ τῇ γνώμῃ αὐτοὺς προσεδέξατο, ἀλλά τό, τε ἀσάθμητον τῶν πραγμάτων ὁρῶν, καὶ

[11] ὑπὸ τῶν νεκρῶν. alii ὑπὸ τῶν πολλῶν legunt, minus bene. vide § 81. [m] προσεκφοβήσας. rectius προεκφοβήσας, L. ita & verterat X. [n] Κορδουβήσιοι. ſic ſcribendum, pro Κορδουκήσιοι, eſſe monuit jam X. neque ſane erat, cur Dionem Κορδουβησίους ſcripſiſſe dubitaremus, qui Κορδούβαν perpetuo habet p. 229. D. 230. A. 233. B.

§ 79. (l. 35.) Γάϊος Κάσσιος] De quo dictum paulo ante, hac ipſa pagina.

§ 80. (l. 38.) ἀτείχιστον ὄντα] Piræum ταχίσαι ac munimentis cingere curaverat Themiſtocles, ſed Sylla muris nudaverat & ad tenuis vici conditionem redegerat. vide Meurſii Piræum c. 1. & 8. T. V. Theſauri Gronoviani.

§ 81. (l. 44.) ὑπὸ τῶν νεκρῶν] Alii legunt ὑπὸ τῶν πολλῶν, ita Meurſius p. 1745. Sed rectius νεκρῶν, ut habent editi omnes & Xiphilinus. Athenienſium in Pompejum ſtudium produnt, præter alia, inſcriptiones binæ in ejus honorem, portæ, quam poſt bellum piraticum intrabat, inſcriptæ: ἐφ' ὅσον ὦν ἄνθρωπος εἶδας, ἐπὶ τοσοῦτον εἶ Θεός. *Quatenus te hominem agnoſcis, eatenus Deus es:* & προσεδοκῶμεν, προσεκυνοῦμεν, ἔδομεν, προπέμπομεν, *Expectabamus, adoramus, vidimus, deducimus.* Plutarchus in Pompejo p. 633. & Zonaras X. 3. T. I. pag. 476.

§ 82. (l. 49.) Μεγαρεῖς] Cum ſex civitates hoc nomine meminerit Stephanus, Megara hoc loco intelligenda celebris illa patria Theognidis, Megaricorumque Philoſophorum: quæ media inter Peleponneſum, Atticam & Bœotiam ſita, multas licet paſſa mutationes, tamen Strabonis ætate adhuc florebat, ut ipſe tradit IX. p. 393. amplam autem ac munitam fuiſſe, vel ex Pauſaniæ Atticis patet, qui duplicem quoque illius arcem commemorat p. 100.

§ 83. (l. 58.) ἐπί τε τὰς Πάτρας] Quas Cato occupaverat p. 191. B.

§ 84. (l. 63.) Λογγῖνος ὁ Κοΐντος] Q. Caſſius Longinus, Cæſaris legatus, ſupra p. 164. E. 177. B. *In Hiſpania proprætor provinciæ ulterioris obtinendæ cauſſa relictus, ſive conſuetudine naturæ ſuæ, ſive odio, quod in illam provinciam ſuſceperat quæſtor, ex inſidiis ibi vulneratus, magnas odii ſui fecerat acceſſiones* &c. Hirt. de bello Alex. c. 48. ſq. & de Longino per conjuratos vulnerato c. 52.

§ 85. (l. 69.) Μάρκον Μάρκελλον Αἰσερνῖνον] Hic eſt Marcellus

καὶ τὴν ἔκβασιν σφῶν ἐφ' ἑκάτερα προσδεχόμενος, ἐπημφοτέριζε, καὶ διὰ μέσου πάντα καὶ ἔλεγε καὶ ἔπραττεν· ὥστε, ἄν τε ὁ Καῖσαρ, ἄν τε καὶ ὁ Πομπήϊος κρατήσῃ, ἀμφοτέροις σφίσι συνηγωνίσθαι δόξαι. Πομπηΐῳ μὲν γὰρ, ὅτι τοὺς μεταστάντας πρὸς αὐτὸν ἐδέξατο, καὶ τῷ Λογγίνῳ, τὰ τοῦ Καίσαρος πράττειν λέγοντι, ἀντεπολέμησεν, ἐχαρίσατο· Καίσαρι δὲ, ὅτι καὶ τοὺς στρατιώτας, ὡς καὶ τοῦ Λογγίνου νεωτερίζοντός τι, παραλαβὼν, τούτους τε αὐτῷ ἐτήρησε, καὶ ἐκεῖνον οὐκ εἴασε πολεμωθῆναι· καὶ τόγε [86] ὄνομα τὸ τοῦ Πομπηΐου τῶν στρατιωτῶν ταῖς ἀσπίσιν ἐπιγραψάντων, ἀπήλειψεν. ὅπως καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου τῷ μὲν, τὰ ἔργα τῶν ὅπλων, τῷ δὲ, τὴν δόκησιν προβάλλων, καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τοῦ κρατήσαντος γεγονότων προσποιούμενος, τὰ δὲ ἐναντία ἔς τε τὴν ἀνάγκην καὶ ἐς ἄλλους τινὰς ἀναφέρων, ἀσφαλὴς εἴη.

tem sese accommodare studens, non toto animo id munus in se recepit, sed in utramque partem inclinans, omnibus in dictis factisque medium se gessit; ut sive Cæsar, sive Pompejus vicisset, utrique suam operam navasse videretur. Pompeji quidem gratiam eo captabat, quod milites ad eum deficientes susciperet, quodque Longino qui Cæsaris partes se tueri dicebat, bellum faceret: contra Cæsari inserviebat, quod Longino novas res affectante, ipse milites acceptos Cæsari conservaret, nec eum bello peti permitteret: quodque nomen Pompeji scutis suis quum inscriberent milites, id ipse deleret. Ita quum alteri se, armis pro eo gestis, alteri, quod ad speciem tantum hoc factum fuerit, excusaturus esset; quumque ea, quæ pro victore gesta essent, sibi vindicaturus, contraria vero necessitati aliisque adscripturus esset; tutum se fore sperabat.

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Καὶ διὰ τοῦτο, καίτοι [o] πρόσον αὐτῷ παντελῶς τοῦ Λογγίνου [87] τῷ πλήθει κρατῆσαι, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἔς τε ἔνδειξιν καὶ ἐς παρασκευὴν ὧν ἐβούλετο προάγων τὰ πράγματα, ἐπ ἄλλοις τισὶ τὰ ἀμφίλογα αὐτῶν ἐποιήσατο. ὥστε καὶ ἐν οἷς ἡττήθη, καὶ ἐν οἷς ἐπλεονέκτησέ τι, ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως, τὰ μὲν ὡς αὐτὸς καὶ ἐποίησε καὶ οὐκ ἐποίησε, τὰ δὲ ὡς ἕτεροι, προσγενέσθαι δυνηθῆναι. καὶ ὁ μὲν οὕτω διαγαγὼν, μέχρις οὗ καὶ ὁ Καῖσαρ ἐνίκησε, παραχρῆμα μὲν ἐς ὀργὴν [p] αὐτῶν ἦλθε, καὶ ὑπερωρίσθη, ἔπειτα δὲ [88] καλῆλθε καὶ ἐτιμήθη. Λογγῖνος δὲ, καταβοησάντων αὐτοῦ διὰ πρεσβείας τῶν Ἰβήρων, τῆς τε ἀρχῆς ἐξέπεσε, καὶ οἴκαδε ἀνακομιζόμενος [89] ἐφθάρη πρὸς ταῖς τοῦ Ἴβηρος ἐκβολαῖς. ταῦτα μὲν ἔξω ἐγίγνετο.

16. Igitur quanquam propter suorum multitudinem Longinum facile poterat superare, noluit tamen: sed postquam rem eo deduxerat, ut speciem præberet ac se comparasset quasi id velet, aliis quæ in sinistram partem accipi poterant, facienda reliquit. Ita sive succubuisset aliqua parte, sive superior factus fuisset, facultatem vel ad se vel ad alios ea, quæ acta fuerant, referendi aut non referendi habebat. Hac ratione rem usque ad victoriam Cæsaris extraxit: quumque Cæsar ei initio succensuisset, eumque relegasset, post revocatum honoribus affecit. Longinus autem per legatos ab Hispanis delatus, magistratu excidit, domumque revertens, in ostiis Iberi fluvii periit. Hæc extra Italiam gesta sunt.

Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ, τέως μὲν ἐν τῷ ἀμφιλόγῳ καὶ ἐν μετεώρῳ τά τε τοῦ Καίσαρος καὶ τὰ τοῦ Πομπηΐου πράγματα ἦν, ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς πάντες τὰ τοῦ Καίσαρος, ὑπό τε τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τῆς συνούσης σφίσι, καὶ ὑπὸ τοῦ [90] Σερουιλίου τοῦ συνάρχοντος, ἐσπουδάζον· καὶ εἴτε που κρατήσας ἠγγέλθη, ἔχαιρον· εἴτε καὶ πταίσας, ἐλυποῦντο· οἱ μὲν, ἀληθῶς, οἱ δὲ, πλασῶς. καὶ γὰρ κατάσκοποι σφῶν καὶ κατήκοοι, πάνθ' ὅσα ἐπ' αὐτοῖς καὶ ἐλέγετο καὶ ἐγίγνετο παραληροῦντες, πολλοὶ περιενόσουν. ἰδίᾳ δὲ τὰ ἐναντιώτατα τῶν φανερῶν, οἱ τῷ τε Καίσαρι ἀχθόμενοι, καὶ τὰ τοῦ Πομπηΐου προαιρούμενοι, καὶ ἔλεγον

17. Romæ autem, quamdiu res Cæsaris Pompejique in ambiguo erant, incertoque eventu pendebant, nemo erat, quin palam Cæsaris rebus, metu partim copiarum, quas is Romæ habebat, partim collegæ ejus Servilii, studeret. Proinde, quoties is vicisse nuntiabatur, gaudebant, quoties adversam fortunam expertus esse, dolebant: utrumque alii ex animo, alii per simulationem. Multi enim oberrabant inspectores, auscultatoresque, ad ea quæ de his rebus vel dicebantur vel agebantur observanda. Contra qui Cæsari infensi, Pompejanas partes potiores habebant, diversissima ab iis, quæ palam fiebant, privatim & loquebantur

o προσὸν αὐτῷ. παραχὸν αὐτῷ, V. a. eodem sensu. p ἐς ὀργὴν αὐτῶν. ἐς ὀργὴν αὐτῷ ἦλθε, X. possit & ad Cordubenses, militesque qui illum sibi præfecerant, referri; quod tergiversatione ejus intellecta, nunc præsertim apertius cum Cæsare facientem non amplius sustinerent ducem. q οἱ δὲ πλασῶς. addit V. a. ἑκάτερον. quod quia non adeo necessarium est, veritus sum textui adscribere.

cellus quem Cordubam missum, ut eam in potestate retineret, narrat Hirtius c. 57. ducemque adscitum & Prætorem appellatum a militibus c. 59.

§ 86. (l. 84.) ὄνομα τοῦ Πομπηΐου] Milites nomen Cn. Pompeji in scutis inscriptum habuisse constat ex Hirtio c. 58. de bello Alex. quo etiam refer, quod c. 59. T. Thorius vidit ad Cassium persequendum nihil opus esse Cn. Pompeji nomine & memoria. Alioqui in scutis diversarum cohortium, diversa exstabant insignia, sive ut Veget. vocat δείγματα, ut apparet in columna Trajana n. 149. & apud Lipsium in analectis ad lib. III. de Militia Rom. Dialog. 2. & Stewechium ad Vegetii lib. II. c. 18. Exempla vero nominum scutis inscriptorum infra lib. XLVIII. p. 375. B. & L. p. 421. D. & LXVII. p. 764. A. Etiam telis nomina ducis sui inscripta a militibus Catuli, pugnaturis adversus Cimbros, teste Plutarcho in Mario p. 421.

§ 87. (l. 92.) τῷ πλήθει κρατῆσαι] Hirtius c. 61. de bello Alexandrino: *Erat copiis pedestribus multo firmior Marcellus: habebat enim veteranas legiones, multisque præliis expertas; Cassius fidei magis, quam virtuti legionum confidebat.*

§ 88. (l. 1.) καλῆλθε καὶ ἐτιμήθη] Hic M. Claudius, Marci F. Marcellus Æserninus, Consul A. U. C. 732. infra LIII. p. 521. diversus a M. Marcello, pro quo Ciceronis Oratio. vide Glandorpii Onomasticon Romanum p. 232.

§ 89. (l. 4.) ἐφθάρη πρὸς ταῖς τοῦ Ἴβηρος ἐκβολαῖς] *Adversis fluctibus occurrentibus*, Cassius *ostio* Iberi *fluminis in ipsis faucibus, quum neque flectere navem propter vim fluminis, neque directam tantis fluctibus tenere posset, demersa navi periit. Hirt.* c. 64.

§ 90. (l. 10.) Σερουιλίου συνάρχοντος] P. Servilius Vatia Isauricus, cum Cæsare Consul, supra XLI. p. 173. B.

A.U.C. 706 Cæsarell. & P. Servilio COSS.

loquebantur & agebant. Itaque prout novi nuntii acciderant, utrique eos suis commodis metientes, vel concidebant animis, vel efferebantur: quumque (ut fieri assolet) multi ac varii rumores sæpius una die, ac non raro unius horæ spatio afferrentur, molestissime afficiebantur animis, minimo momento ex lætitia in mœstitiam, ex spe in metum conjecti.

ἔλεγον καὶ ἐποίουν. καὶ οὐ τούτου τά τε [r] ἀπαλόμενα καὶ τὸ πρόσφορον σφίσιν ἀμφότεροι λαμβάνοντες, τοῖς μὲν [s] δεδιότως, τοῖς δὲ θαρσούντως ἐχρῶντο· καὶ, οἷα πολλῶν καὶ ποικίλων ἔν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ πολλάκις λογοποιουμένων, χαλεπώτατα διετίθεντο. καὶ γὰρ ἥδοντο καὶ ἐλυποῦντο, καὶ ἐθάρσουν καὶ ἐφοβοῦντο διὰ βραχυτάτου.

18. Ubi de Pharsalica pugna nunciatum est, diu fidem non habuerunt: nam ad rempublicam quidem nihil literarum Cæsar ea de re dederat: (quod lætari de hujusmodi victoria videri nolebat: quapropter triumphum quoque ejus omisit:) præterea incredibilem admodum rem eam apparatus utriusque, spesque de eis conceptæ, efficiebant. Posteaquam tandem creditum est, statuas Pompeji Syllæque, quæ pro rostris stabant, removerunt, amplius fecerunt nihil. Nam erant complures, qui ne hoc quidem faciendum putarent; multi etiam, qui ne Pompejus acceptam cladem sarciret, verererentur; qui vel satisfactum eo modo Cæsari putarent, vel Pompejum implacabilem sibi fore metuerent. Mortem quoque ejus sero, nec ante crediderunt, quam missum Romam annulum ejus viderent, in quo tria erant tropæa insculpta: uti & in Syllæ annulo fuerant.

Ἀγγελθείσης δὲ τῆς περὶ Φάρσαλα μάχης, ἐπὶ πολὺ μὲν ἠπίστουν. οὔτε γὰρ ὁ Καῖσαρ τῷ κοινῷ τι ἐπέστειλεν, ὀκνήσας δημοσίᾳ χαίρων ἐπὶ τοιαύτῃ νίκῃ φανῆναι, (διόπερ οὐδὲ ἐπινίκια αὐτῆς ἔπεμψε,) καὶ ὁ παράλογος πρός τε τὴν παρασκευὴν αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα πολὺς ἐφαίνετο. ὡς δ' οὖν ἐπίστευσάν πῃ, [91] τὰς μὲν εἰκόνας τοῦ τε Πομπηΐου καὶ τοῦ Σύλλου τὰς ἐπὶ τῷ βήματι ἐστώσας ἀνεῖλον, ἄλλο δὲ οὐδὲν τότε ἔπραξαν· συχνοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τοῦτο βουλόμενοι ποιῆσαι, συχνοὶ δὲ καὶ τὸν Πομπήϊον, μή πως ἀναμαχέσηται, φοβούμενοι, τῷ τε Καίσαρι καὶ [t] ἐκεῖνο ἱκανῶς ἔχειν ἐνόμιζον, καὶ τὸν Πομπήϊον [u] ἀπαραίτητον σφίσι ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι προσεδόκων. ἐπεὶ μέντοι καὶ ἀπέθανεν, ὀψὲ μὲν καὶ τοῦτο, καὶ οὐ πρότερον, πρὶν [92] τὸν δακτύλιον αὐτοῦ πεμφθέντα ἰδεῖν, ἐπίστευσαν. ἐνεγέγλυπτο δὲ ἐν αὐτῷ τρόπαια τρία, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ τοῦ Σύλλου.

19. Tum vero jam aperte Pompejo convitiis exagitato, Cæsarem laudarunt; ac quæcunque excogitare ad honorem ejus potuere, de eo decernendo Cæsari, retulerunt. Qua in re magnum erat inter omnes fere optimates certamen, invicem se adulando superare laborantium; itemque, quum suffragia de his erant ferenda. Nam & in acclamationibus & gestibus omnes, velut præsente & inspiciente Cæsare, studium longe maximum declarabant: putabantque pro his, quasi aliquid ipsi largirentur, ac non necessario id agerent, alii se statim magistratum, alii sacerdotium, alii pecunias ab eo recepturos. Equidem cum cæteros honores Cæsari decretos, qui aliis quoque jam ante concessi fuerant, ut statuas, coronas,

Ὡς δ' οὖν ἐτεθνήκει, φανερῶς τε ἤδη τὸν μὲν ἐπῄνουν, τὸν δὲ ἐλοιδόρουν, καὶ πᾶν ὅ, τι ποτὲ ἐξευρεῖν ἐδύναντο, ἐσηγοῦντο [93] δοθῆναι τῷ Καίσαρι. καὶ ἔν τε τούτῳ πολλὴ παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν πρώτων ἅμιλλα, ὑπερβάλλειν σφῶν ἀλλήλους τῇ κολακείᾳ σπουδαζόντων, καὶ ἐν τῇ ἐπιχειροτονίᾳ αὐτῶν. ταῖς τε γὰρ ἐπιβοήσεσι καὶ τοῖς σχήμασι πάντες, ὡς καὶ παρόντος καὶ ὁρῶντος τοῦ Καίσαρος, πολὺ πλείστην σπουδὴν ἐνεδείκνυντο, καὶ ἐνόμιζον εὐθὺς ἀντ' αὐτῶν, (ὥσπερ τι αὐτῷ χαριζόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης αὐτὸ ποιοῦντες) ὁ μὲν ἀρχήν, ὁ δὲ ἱερωσύνην, ὁ δὲ καὶ χρήματα ἀντιλήψεσθαι. ἐγὼ οὖν τὰ μὲν ἄλλα, ὅσα ἤτοι καὶ ἑτέροις τισὶ πρότερον ἐψήφισται, εἰκόνας

194

[r] τά τε ἀπολόμενα. mendosa dictio. opinor legendum ἀγγελλόμενα, X. forte ἀποστελλόμενα, Od. [s] δεδιότως. ita recte RS. in notis emendavit corruptum δεδιότες. confirmat V. a. unde non necesse est, sequens θαρσοῦντως in θαρσοῦντες mutare cum Oddeyo. [t] vulgo ἐκείνῳ ἱκανῶς ἔχειν. ἐκεῖνο ἱκανῶς ἔχειν, X. quod recepi. [u] ἀπαραίτητον σφίσιν. verba ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι, velut ad sensum necessaria, addidi ex V. a.

§91. (l. 33.) τὰς μὲν εἰκόνας] Suetonius c. 75. & Dio infra XLIII. p. 238. C. testis est, Cæsarem postea statuas L. Syllæ atque Pompeji a plebe disjectas reposuisse, quo facto non tam ipsis quam sibi monumentum statuisse affirmat Cicero apud Plutarchum in Apophthegmatibus p. 205. & in Cæsare p. 734. L. Syllæ statua erat inaurata equestris, teste Cicerone Philippica IX. 6.

§92. (l. 42.) τὸν δακτύλιον αὐτοῦ] Annulum Pompeji cum ejus capite oblatum Cæsari dixerat Dio p. 189. A. ubi ex Plutarchi Pompejo p. 662. annotavi insculptum annulo fuisse leonem ξιφήρη, sive gladium tenentem: quod cum Dione qui potest conciliet. ἀποσφράγισμα autem trium tropæorum pulchre convenit tribus Pompeji triumphis, quos de totidem partibus orbis terrarum, Asia, Europa, Africa celebravit, ut dictum ad XXXVII. p. 39. B. Omitto similes annulorum, quibus illustres viri usi olim sunt, sculpturas, quas notarunt Franciscus de Corte, syntagmate de annulis, Jo. Kirchmannus c. 13. aliique. De Syllæ tribus tropæis vide Laur. Begerum T. II. Thesauri Brandenburgici p. 552.

§93. (l. 47.) δοθῆναι τῷ Καίσαρι] De collatis certatim in Cæsarem honoribus disertius infra XLIII. p. 220. 234. 235. 236. & XLIV. p. 246. sq. Etiam omnia sacerdotia ipsi decreta significat p. 209. B.

§94. (l. 73.) πολέμων καὶ εἰρήνης κύριον] Prima hæc lex regia, per quam potestas summa & jus arbitriumque omnium rerum a Populo ad Cæsarem tanquam Regem deferebatur, licet nomine Regis abstineret. Sic postea Augusto, Tiberio, cæteris & ad horum exemplum T. Vespasiano hoc concessum: *Fœdus ut cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit Divo Aug. Ti. Julio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico. Utique ei senatum habere, relationem facere, remittere senatus consulta per relationem, discessionemque facere liceat, ita uti licuit Divo Aug. &c. Utique cum ex voluntate auctoritateve, jussu mandatuve ejus, præsenteve eo senatus habebitur, omnium rerum jus perinde habeatur, servetur, ac si e lege senatus edictus esset, habereturque. Utique quos magistratum, potestatem, imperium, curationemve cujus rei petentes, senatui populoque Romano commendaverit, quibusque suffragationem suam dederit, promiserit, eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur. Utique ei fines pomœrii proferre, promovere, quum ex Republ. censebit esse, liceat, ita uti licuit Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico. Utique quæcunque ex usu Reipublicæ, majestate, divinarum, humanarum, publicarum*

εἰκόνας τε καὶ στεφάνους καὶ προεδρίας, τά τε τοιουτότροπα, ἢ καινὰ μὲν, [k] καὶ τότε ἐσενεχθέντα πρῶτον ἦν, οὐ μέντοι καὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐβεβαιώθη, παραλείψω· μὴ καὶ δι' ὄχλου γένωμαι, [l] εἰ μὴ πάντα αὐτὰ ἐπεξίοιμι. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα, καὶ μᾶλλόν γε ὅσῳ καὶ πλείω καὶ ἀτοπώτερα ἀεὶ εἰσήγετο, ποιήσω· μόνα δὲ ὅσα ἴδιόν τέ τι καὶ ἐξαίρετον ἔχοντα ἐκυροῦτο, καταλέξω.

B

Τούς τε γὰρ τὰ τοῦ Πομπηΐου φρονήσαντας ἐπέτρεψαν αὐτῷ πᾶν θ' ὅ, τι ποτ' ἂν ἐθελήσῃ δρᾶσαι· (οὐχ ὅτι καὶ αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ οὐ τοῦτο [m] λαβὼν εἶχεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν νόμῳ ἤδη τινὶ αὐτὸ ποιεῖν δόξῃ·) καὶ [94] πολέμων καὶ εἰρήνης κύριον, προφάσει [95] τῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνισαμένων, πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ἀπέδειξαν αὐτὸν, κἂν μηδὲν μήτε τῷ δήμῳ μήτε τῇ βουλῇ περὶ αὐτῶν κοινώσηται. καὶ ἦν μέν που καὶ τοῦτο καὶ πρὶν ἐπ' ἐκείνῳ, ἅτε καὶ δύναμιν τηλικαύτην ἔχοντι· (τοὺς γοῦν πολέμους οὓς ἐπολέμησε πάντας ὀλίγου καθ' ἑαυτὸν ἀνείλετο·) ὅμως δ' οὖν αὐτῷ (πολῖταί τε γὰρ καὶ αὐτοτελεῖς ἔτι δοκεῖν εἶναι ἤθελον) ταῦτά τε οὕτως ἐψηφίσαντο, καὶ τὰ ἄλλα [n] πάντα, ἃ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἔχειν ἐδύνατο. ὑπατός τε γὰρ ἔτη πέντε ἐφεξῆς γενέσθαι, καὶ δικτάτωρ οὐκ ἐς [o] ἔκμηνον, ἀλλ' ἐς ἐνιαυτὸν ὅλον λεχθῆναι ἔλαβε· [96] τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου, ὡς εἰπεῖν, προσέθετο. συγκαθέζεσθαί τε γὰρ ἐπὶ τῶν αὐτῶν βάθρων, καὶ ἐς τἆλλα συνεξετάζεσθαι σφίσιν (ὃ μηδενὶ ἐξῆν) ἔρρατο. αἵ τε γὰρ ἀρχαιρεσίαι πᾶσαι, [97] πλὴν τῶν τοῦ πλήθους, ἐπ' αὐτῷ ἐγένοντο. καὶ διὰ τοῦτο ἐς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀναβληθεῖσαι, ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους ἐτελέσθησαν. τάς τε ἡγεμονίας τὰς ἐν τῷ ὑπηκόῳ τοῖς μὲν ὑπάτοις αὐτοὶ δῆθεν ἐκλήρωσαν, τοῖς δὲ δὴ στρατηγοῖς τὸν Καίσαρα ἀκληρωτὶ δοῦναι ἐψηφίσαντο· ἔς τε γὰρ τοὺς ὑπάτους καὶ ἐς τοὺς στρατηγοὺς αὖθις παρὰ τὰ δεδογμένα σφίσιν ἐπανῆλθον. καὶ ἕτερον δέ τι, εἰθισμένον μὲν γίγνεσθαι, ἐν δὲ δὴ τῇ τοῦ καιροῦ διαφθορᾷ καὶ ἐπίφθονον καὶ νεμεσητὸν ὄν, ἔγνωσαν. τοῦ γὰρ πολέμου τοῦ [98] πρός τε τὸν

C

D

E

20. Tunc igitur potestatem Cæsari dederunt, ode Pompejanis arbitratu suo statuendi: non quod is eam sibi potestatem nondum ipse sumsisset, sed ut jam nunc secundum leges exercere videretur: deinde, arrepta ex Africæ motibus specie, decreverunt, ut ei belli pacisque in omnes homines jus esset, etsi neque ad senatum, neque ad populum de iis retulisset: quod ipsum quoque tamen jam ante Cæsar habebat, tantis quippe copiis instructus, quique omnia fere quæ gesserat bella, suo judicio suscepisset. Attamen Romani cum adhuc cives, suique juris esse videri vellent, & hæc & alia Cæsari decreverunt, quæ vel invitis ipsis obtinere poterat. Quippe hoc etiam accepit, ut quinque continuis annis consulatum gereret: utque dictator non ad semestre tantum spatium, sed in integrum annum diceretur: tribunitiam quoque quodammodo potestatem per omnem vitam suam addidit. Nam obtinuit, ut assideret ipsis iisdem in sellis, atque in omnibus negotiis tribunis adjungeretur: quod permissum alias erat nemini. Cæterum omnia comitia (præter ea quæ plebis sunt) ei uni permissa: atque ob hanc causam in adventum ejus dilata comitia sub finem anni habita sunt. Provincias quidem imperio subditas consulibus ipsi sorte dederunt, cæteras ut extra sortem Cæsar prætoribus tribueret, decreverunt: nam contra quam statutum ab ipsis fuerat, iterum ad consules ac prætores redierant. Aliud quoque fuit, quod Cæsari decernerent, usu jam quidem illud receptum, sed in illa corruptela temporis, & invidiæ, & odiis hominum

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

[k] καὶ τότε ἐσενεχθέντα. καὶ ἃ τότε ἐσεν. L. ἃ καινὰ μὲν mavult Od. repete ὅσα. [l] εἰ μὴ πάντα. vox μὴ est omnino expungenda, X. rectius leges ἴσως πάντα, L. [m] τοῦτο λαβών. τοῦτ' ἤδη λαβών, V. a. mox malim ἐν νόμῳ δή τινι. [n] πάντα, ἃ καὶ. sic emendavit X. recepitque HS. L. sed πάντα καὶ, RS, [o] ἔκμηνον, ἑξάμηνον, X. ita sane Dio, & melius quidem, p. 195. A. sed & ἔκμηνον sæpius apud Dionem, L. vide fragm. Dionis CLXV. *. & Suidam. Eustathius ad Il. δ'. v. 109. ὕστω που καὶ χρόνος ἑξάμηνος ἔκμηνος λέγεται.

publicarum privatarumque rerum esse censebit, ei agere jus potestusque sit, ita uti Divo Aug. &c. fuit. Utique quibus legibus, plebeive scitis scriptum fuit, ne Divus Aug. Tiberiusve Julius Cæsar Aug. Tiberiusque Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerentur, iis legibus plebisque scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit: quæque ex quaque lege, rogatione Divum Aug. Tiberiumve Julium Cæsarem Aug. Tiberiumve Claudium Cæsarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat. Utique quæcunque ante hanc legem rogatam acta, gesta, decreta, imperata ab Imperatore Cæsare Vespasiano Aug. jussu mandatuve ejus a quoque sunt, ea perinde justa rataque sint, ac si populi plebisve jussu acta essent. Si quis hujusce legis ergo, adversus leges, rogationes, plebisve scita, senatusve consulta, fecit, fecerit: sive quod eum ex lege, rogationeve, plebisve scito, SCve facere oportebit, non fecerit hujus legis ergo: id ei ne fraudi esto, neve quid ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio, neve judicatio esto, neve quis de ea re apud se agi sinito. Ecce formulam legis qualis exstat apud Antonium Augustinum lib. de legibus Romanorum, Gruterum in inscriptionum veterum thesauro p. CCXLII. & erudita Dissertatione illustrata est a Justo Eccardo Alsfeld, Marpurg. 1599. & novissime a summis viris Jo. Frid. Gronovio, Oratione de lege Regia, Lugd. Batav. 1678. 8vo. & Jano Vincentio Gravina libro de Romano imperio.

§ 95. (l. 74.) τῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνισαμένων] De his infra p. 211. sq.

§ 96. (l. 86.) τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου] Etiam hæc notanda origo tribunitiæ potestatis deinceps constanter tributæ Imperatoribus, & cum annis imperii eorum computari solitæ, vide p. 508. D.

§ 97. (l. 90.) πλὴν τῶν τοῦ πλήθους] Ait Dio, Cæsarem omnibus præfuisse comitiis curiatis & centuriatis, in quibus majores magistratus creabantur, vel de aliis rebus majoris momenti inibantur a Populo Rom. suffragia: non autem comitiis tributis plebis, in quibus eligebantur magistratus minores vel condebantur plebiscita. vide Sigonium, Gruchium & alios qui de Romanorum comitiis sunt commentati: & Pitiscum in *Comitia*.

§ 98. (l. 100.) πρὸς τὸν Ἰόβαν] De bello gesto deinde adversus Jubam Numidiæ Regem, & Romanos quibus ille opem tulit, Catonem ac Metellum Scipionem, M. Petrejum ac Faustum

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

num obnoxium. Triumphare enim eum de Juba, & de Romanis, qui cum eo militabant, jusserunt, quasi jam parta victoria: quum ne futurum quidem tunc id bellum sciret Cæsar.

τὸν Ἰόβαν καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους τοὺς μετ' αὐτοῦ πολεμήσαντας, ὃν ὁ Καῖσαρ οὐδέπω τότε, οὐδ' ὅτι γενήσοιτο, ἠπίστατο, πέμψαι τινὰ αὐτῷ νικητήρια, ὡς κεκρατηκότι, προσέταξαν. 195

21. His ita decretis approbatisque, Cæsar, quamvis extra Italiam erat, statim dictaturam occepit, magistro equitum assumpto Antonio, qui prætor nondum fuerat. Cessitque ei Consul: quamvis summopere reclamantibus auguribus, non licere magistro equitum ultra sextum mensem magistratum tenere. Verum hi multo risu excepti sunt, quod quum contra omnia majorum instituta dictatori annuum imperium statuissent, de magistro equitum accuratam rationem inire vellent.

Ταῦτ' οὖν οὕτω καὶ ἐψηφίσθη καὶ ἐκυρώθη· καὶ ὅ, τε Καῖσαρ [99] τὴν δικτατωρίαν παραχρῆμα (καίπερ ἔξω τῆς Ἰταλίας ὢν) ὑπέστη, [100] καὶ τὸν Ἀντώνιον, [101] μηδὲ ἐστρατηγηκότα, ἵππαρχον προσελόμενος. [102] καὶ εἴπετο τούτῳ ᵖ ὁ ὕπατος· καίτοι [103] τῶν οἰωνιστῶν σφοδρότατα ἀνταπόντων, μηδενὶ ἐξεῖναι [104] πλείω τοῦ ἑξαμήνου χρόνον ἵππαρχῆσαι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν γέλωτα ἐπὶ τούτῳ πολὺν ὠφλίσκανον, αὐλὸν μὲν τὸν δικτάτωρα εἰς ἐνιαυτὸν παρὰ πάντα πάτρια λεχθῆναι γνόντες, περὶ δὲ τοῦ ἱππάρχου ἀκριβολογούμενοι. B 195

22. At M. Cæcilius [Cœlius] ausus ea, quæ de pecuniis creditis Cæsar constituerat, tanquam eo victo atque mortuo, rescindere, cum hujus rei ergo Romam Campaniamque concitasset, periit. Is cum Cæsare vel in primis fecerat, eratque ob id prætor designatus. Indigne autem ferens, præturam urbanam sibi non obtigisse, collegamque Trebonium non sorte, pro more prisco, sed electione Cæsaris in prætura sibi prælatum urbana, omnibus in rebus collegæ adversatus est: & cum alia ipsius ad officium spectantia impedivit, tum non passus est, ut secundum Cæsaris leges jus diceret. Ipse præterea auxilia debitoribus adversum creditores, mercedesque habitationum annuas se conductoribus remissurum pollicebatur. Ita magna sibi multitudine adjuncta, impetum

Ὁ δὲ δὴ ᵠ Καικίλιος [105] ὁ Μάρκος καὶ ἀπώλετο, τολμήσας [106] τὰ περὶ τῶν δανεισμάτων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ὁρισθέντα, καθάπερ ἠτημένου τε αὐτοῦ καὶ ἐφθαρμένου, λῦσαι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Καμπανίαν ἐκταράξας. οὗτος γὰρ ʳ ἔπραξεν ἀνὰ πρώτους τὰ τοῦ Καίσαρος· δι' ἃ καὶ στρατηγὸς ἀπεδείχθη. ὀργισθεὶς δὲ [107] ὅτι τε μὴ ἠσυνόμησε, καὶ [108] ὅτι καὶ ὁ Τρεβώνιος ὁ συνάρχων αὐτοῦ οὐ κληρωτός, (ὥσπερ εἴθιστο) ἀλλ' αἱρετὸς ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὴν ἀσυνομίαν προεκρίθη, ἠναντιοῦτο πρὸς πάντα τῷ συνάρχοντι· καὶ οὔτ' ἄλλο τι τῶν ἐπιβαλλόντων οἱ ποιεῖσθαι ἐπέτρεπεν, οὔτε τὰς δίκας κατὰ τοὺς τοῦ Καίσαρος νόμους τελεῖσθαι συνεχώρει· καὶ προσέτι τοῖς ὀφείλουσί τι βοηθήσειν ἐπὶ τοὺς δεδανεικότας, καὶ τοῖς ἐν ἀλλοτρίων οἰκοῦσι τὸ ἐνοίκιον ἀφήσειν ἐπηγγέλλετο. C

ᵖ ὁ ὕπατος. levis articuli mutatio non levis est momenti. scripsit Dio ἡ ὕπατος, *dignitas consularis*, L. sed vide F. § 102. paulo ante προελόμενος, RS. pro προσελόμενος, quod ceteri exhibent. ᵠ Κεκίλιος, HS. L. Καικίλιος, RS. Καίλιος, X. F. ʳ ἔπραξεν ἀνὰ πρώτους τὰ τοῦ Καίσαρος. hæc lectio petita ex V. a. plane abit, fateor, a recepta: ἀντέπραξε πρῶτος τοῖς τοῦ Καίσ. sed falsam hanc esse patet ex sequentibus: δι' ἃ καὶ στρατηγὸς ἀπεδείχθη. nec enim Cœlius quia adversabatur Cæsari, sed quia vel maxime faciebat cum Cæsare, ab ipso Cæsare comitia habente prætor constitutus erat. v. p. 170. B. patetque ex omni historia, & Cœlii ad Cic. literis lib. VIII. famil. magno illum studio adhuc partes Cæsaris secutum esse, & nunc demum a Cæsare desciviſse. ib. epist. 17. unde Orosius VI. 15. *Cœlius desciscit a Cæsare.* Hanc hominis commutationem describens h. l. Dio, præterire non poterat priora Cœlii studia.

stum Syllam, quos omnes Cæsar vicit, dictum infra p. 215. sq. de triumpho p. 220. A. 223. C.

§ 99. (l. 6.) *τὴν δικτατωρίαν*] Hoc initium dictaturæ secundæ Cæsaris, quam annuam secuta post est tertia, sive perpetua potius, decreta in decennium p. 220. A. quam deinceps usque ad necem suam continuavit, non ratus oportunum Syllæ exemplo illa iterum se abdicare. vide Pighii Annales T. III. p. 448. 457. 462. Mentio iterum dictaturæ hujus secundæ infra p. 201. E. de prima XLI. p. 170. C.

§ 100. (l. 7.) *καὶ τὸν Ἀντώνιον*] Tribunum plebis creatum Antonium a Cæsare dictatore, narrat Plutarchus in Antonio p. 919. quoniam Dictator cum esset creatus, magistratus cæteri omnes, tribunis exceptis, cessabant, ut ab eodem Plutarcho notatum in Fabio Maximo p. 179.

§ 101. (l. 8.) *μηδὲ ἐστρατηγηκότα*] Magistri equitum solebant creari ex Consularibus & principibus senatus; itaque Dio tanquam rem insolentem annotat, ne Prætorem quidem antea fuisse Antonium, cum Magister equitum a Cæsare Dictatore legeretur. Sic infra p. 200. C. annotat, Dolabellam, nec dum prætorium, a Cæsare designatum fuisse Consulem.

§ 102. (l. 9.) *καὶ εἵπετο τούτῳ ὁ ὕπατος*] Doctissimus interpres Xylander hæc verba intellexit de Antonio, quod post dignitatem magistri equitum Consulatum acceperit, de quo Dio infra XLIII. p. 238. Sed non bene congruunt huic explicationi verba quæ sequuntur: igitur non dubito sensum esse, Servilium, qui Consul hactenus cum Cæsare fuerat, cessisse, & Antonio quem Romam Cæsar miserat locum dedisse, quia Dictatore creato Consules aliique magistratus nulli erant, ut jam ex Plutarcho demonstravi.

§ 103. (l. 10.) *τῶν οἰωνιστῶν*] Stante Repub. notum est magnam fuisse augurum auctoritatem, non modo in comitiis, quibus obnunciare poterant, sed & in aliis rebus omnibus tam pace quam bello. Sed ex Cicerone multis locis apparet, jam diu tunc contemni cœpisse Romæ pugnantia sæpe inter se, & magis semper potentiorum libidini obnoxia augurum effata: nihil mirum itaque non valuisse jam, nec audita fuisse adversus decreta Cæsaris victoris.

§ 104. (l. 11.) *πλείω τοῦ ἑξαμήνου*] Dictaturæ ipsius tempus definitum lege prisca erat, non ultra sex menses, *μὴ πλέονα χρόνον ἑξαμήνου*, ut constat ex Dionysio Halicarnasseo V. p. 334. & iis quæ supra ad XXXV. p. 16. B. licet multi breviori etiam tempore illam deposuerint, ut Cæsar ipse supra XLI. p. 170. C. Augures autem Cæsaris ipsius dictaturam in controversiam adducere, vel vitii arguere veriti, Magisterium equitum ultra tempus prorogatum accusabant. Non integro anno gessisse dictaturam Cæsarem legas infra XLVI. p. 300. D. ubi Magisterium Antonii defenditur.

§ 105. (l. 16.) *Καικίλιος ὁ Μάρκος*] Per errorem Cæcilius etiam dicitur in codicibus quibusdam Epitomæ Livianæ lib. CXI. & Quintiliani VI. 3. p. 534. Sed verum nomen est M. Cælius Rufus, idem pro quo Ciceronis Oratio, & cujus exstant ad Ciceronem epistolæ, quarum postrema lib. VIII. Epist. 17. ad hanc ipsam rem, quam hic narrat Dio, respiciens ait se effeciſse, ut præter paucos fœneratores, nec homo nec ordo quisquam esset Romæ nisi Pompejanus.

§ 106. (l. 17.) *τὰ περὶ δανεισμάτων*] De hac Cæsaris lege, quam in prima dictatura, ad timorem novarum tabularum tollendum, statuit, dictum supra lib. XLI. p. 171.

§ 107. (l. 23.) *ὅτι τε μὴ ἠσυνόμησε*] *ἀσυνόμος*, prætor maximus, qui urbanam jurisdictionem habebat, extra sortem creatus a Cæsare C. Trebonius. Conf. Pighii Annales T. III. pag. 445.

ἐπηγγέλλετο. προσθέμενος δὲ ἐκ τούτου συχνοὺς, [109] ἐπῆλθε μετ' αὐτῶν τῷ Τρεβωνίῳ· καὶ ἀπέκτεινεν αὐτὸν ἂν, εἰ μὴ τὴν ἐσθῆτα ἠλλάξατο, καὶ διέφυγε σφᾶς ἐν τῷ ὄχλῳ. διαμαρτὼν δὲ τούτου, [110] νόμον ἰδίᾳ ἐξέθηκε, προῖκά τε πᾶσιν οἰκεῖν διδοὺς, καὶ τὰ [s] χρέα ἀποκόπτων.

impetum cum illis in Trebonium fecit: eumque adeo occidisset, nisi is mutata veste inter turbam esset elapsus. Ubi is conatus irritus fuit, legem per se promulgavit, qua merces habitationum omnibus conductoribus remittebatur, tabulæque novæ proponebantur. A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

Ὁ οὖν Σερουίλιος στρατιώτας τέ τινας ἐς Γαλατίαν καλὰ τύχην πωριόντας μετεπέμψατο, καὶ τὴν βουλὴν τῇ παρ' αὐτῶν Φρουρᾷ συναγαγὼν, προέθηκε γνώμην περὶ τῶν παρόντων· καὶ κυρωθέντος μὲν μηδενὸς (οἱ δήμαρχοι γὰρ ἐκώλυσαν) [111] συγγραφέντος δὲ τοῦ δόξαντος, ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις [112] καθελεῖν τὰ πινάκια· ἐπειδή τε ἡ ὁ Καικίλιος ἐκείνους τε ἀπήλασε, καὶ αὐτὸν τὸν ὕπατον ἐς θόρυβον κατέστησε, συνῆλθον αὖθις Φραξάμενοι τοῖς στρατιώταις, καὶ [113] τὴν Φυλακὴν τῆς πόλεως τῷ Σερουϊλίῳ (ὥσπερ ἄνω μοι πολλάκις [t] εἴρηται) παρέδοσαν. καὶ ὁ μὲν οὐδὲν ἐκ τούτου τῷ Καικιλίῳ, ὡς καὶ στρατηγοῦντι, πρᾶξαι ἐφῆκεν, ἀλλὰ τά τε προσήκοντα τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ ἄλλῳ τῳ τῶν στρατηγῶν προσέταξε, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τοῦ τε συνεδρίου εἶρξε, καὶ ἀπὸ τοῦ βήματος [u] καταβοῶντά τι καλέσασε, [114] τόν τε δίφρον αὐτοῦ συνέτριψεν.

23. Forte tum milites in Galliam ibant, eos Servilius consul ad se vocavit, senatumque hoc præsidio circumfuso habens, de re præsenti retulit. Quum tribunis plebis intercedentibus senatusconsultum non fieret, tamen autoritas senatus perscripta est: jussitque lictores ut legis tabulas tollerent. Eos Cæcilius quum repulisset, ac contra ipsum consulem tumultum concitasset; iterum senatus militibus septus convenit, Servilioque custodiam urbis, formula non semel a me demonstrata, mandavit. Itaque consul, secundum hoc mandatum, omni prætoria administratione Cæcilium prohibuit, ejusque munus alii prætori attribuit, ipsum senatu exclusit, & pro concione criminari conantem de rostris detraxit, ejusque sellam confregit.

196 Ὁ δὲ ὀργὴν μὲν πολλὴν καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐποιεῖτο, δεδιὼς δὲ μὴ καὶ κολασθῇ (δύναμιν γὰρ ἀξιόμαχον ἐν τῇ πόλει οὐκ εἶχεν) ἐς Καμπανίαν πρὸς Μίλωνα νεωτερίζουσά τι ἀπᾶραι ἔγνω. ἐκεῖνος γὰρ, [115] ἐπειδὴ μόνος τῶν φευγόντων οὐ καθήκθη πρὸς τοῦ Καίσαρος, ἔς τε τὴν Ἰταλίαν ἀφίκετο, καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους, τοὺς μὲν, βίου δεομένους, τοὺς δὲ, καὶ τιμωρίαν τινὰ δεδιότας, συλλέξας, τήν τε χώραν ἐκακούργει, καὶ ταῖς πόλεσι ταῖς

24. Quæ singula etsi magnam Cæcilio iram movebant, tamen quod satis virium in urbe non habebat, veritus ne pœnas insuper daret, in Campaniam ad Milonem proficisci instituit, ipsum quoque nevas res conantem. Quum enim Milo solus exulum a Cæsare in patriam reductus non esset: in Italiam veniens, magna hominum vi coacta, qui vel egestate, vel metu supplicii tenebantur, regionem divexabat, urbesque cum alias,

s τὰ χρέα ἀποκόπτων. emendatio Xylandri, recepta jam ab HS. & L. nam τὰ χρύσεα ἀποκ. habebat RS. t πολλάκις εἴρηται. πολλάκις περὶ αὐτῆς εἴρηται, V. a. u καταβοῶντά τι καλέσασε. καταβοῶντά τε ἀπέσπασε, V. b.

§ 108. (l. 23.) ὅτι καὶ ὁ Τρεβώνιος] Cæsar. III. 20. *Iisdem temporibus Romæ M. Cælius Rufus Prætor, causſa debitorum ſuſcepta, initio magiſtratus tribunal ſuum juxta C. Trebonii prætoris urbani ſellam collocavit, & ſi quis appellaſſet de æſtimatione, & de ſolutionibus, quæ per arbitrum fierent, ut Cæſar præſens conſtituerat, fore auxilio pollicebatur. Sed fiebat æquitate decreti & humanitate Trebonii, qui his temporibus clementer & moderate jus dicendum exiſtimabat, ut reperiri non poſſet, a quibus initium appellandi naſceretur* &c.

§ 109. (l. 33.) ἐπῆλθε τῷ Τρεβωνίῳ] Apud eundem Cæsarem c. 21. *Cælius impetu multitudinis in C. Trebonium facto, & nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbavit.*

§ 110. (l. 36.) νόμον ἰδίᾳ ἐξέθηκε] Idem Cæsar: *ad hominum excitanda ſtudia, ſublata priore* (Cæſaris) *lege, duas* (Cælius) *promulgavit, unam qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit, alteram tabularum novarum.* Tabulas novas, communem conſtat eſſe debitorum omnium nulla præſtita ſolutione expunctionem, ut dixi ſupra ad XXXVII. &c. 43. C. Vellejus II. 68. *M. Cælius vir eloquio animoque Curioni ſimillimus, ſed in utroque perfectior, nec minus ingenioſe nequam, cum ne modico quidem ſervari poſſet (quippe pejor illi res familiaris quam mens erat) in Prætura novarum tabularum auctor extitit, nequiitque Senatus & Conſulum auctoritate deterreri.*

§ 111. (l. 42.) συγγραφέντος δὲ τοῦ δόξαντος] Erudite Xylander: *auctoritas ſenatus perſcripta eſt.* Nam *ſenatus conſultum* vocabatur, quod frequente senatu nemine intercedente perferebatur. Si vero interceſſum eſſet, vel ſenatus infrequentia ſenatus conſultum fieri prohibuiſſet, ſententia ſive δόξα ſenatus (*conſenſum* vocat Tacitus XIII. 26. & XIV. 49.) dicta eſt *auctoritas* (αὐτεξούσιος infra LV. p. 550. C.) perſcriptaque, appoſitis eorum qui præſentes adfuere nominibus. Cicero III. de Oratore c. 2. *eundem, id quod in auctoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo aſſuiſſe.* Idem lib. XI. ad Brutum Epiſt. 7. *voluntas ſenatus pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu.* Et lib. I. Epiſt. 2. ad Lentulum: *De his rebus pridie quam hæc ſcripſi ſenatus auctoritas graviſſima interceſſit: cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta.* Et epiſt. 7. *Quoniam ſenatus conſultum nullum extat, quo reductio Regis Alexandrini tibi ademta ſit, eaque quæ de ea ſcripta eſt, auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe* &c. M. Cælius lib. VIII. epiſt. 8. ad Cicer. *Senatus conſultum quod tibi miſi factum eſt, auctoritatesque perſcriptæ.* Et poſt formulam ipſam SCti & senatorum nomina: *ſi quis huic ſenatus conſulto interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum populumque referri.* vide Sigonius ad hæc Livii IV. 57. *Si quis intercedat SCto, auctoritate ſe fore contentum.* Similiter in imperio noſtro Romano-Germanico diſtinguuntur *placita imperii* Reichs-Gutachten, ſententiæ ordinum, a *decretis* Reichs-Schlüſſen, Reichs-Abſchieden, quæ conſenſu imperatoris accedente, legis vim obtinent. vid. Joh. Kulpiſii diſſertationes Academicas p. 87. ſq.

§ 112. (l. 44.) καθελεῖν τὰ πινάκια] Leges Magiſtratuum tabulis æreis incidi ſolitas, publiceque proponi, notatum ſupra ad XXXIX. p. 100. C. ubi legum Clodii a Cicerone detractarum mentio. σανίδας τῶν νόμων vocat Dio p. 200. A.

§ 113. (l. 47.) τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως] Ex ſolenni formula: *videret Conſul ne quid Respub. detrimenti caperet*, de cujus vi ac pondere dixi ad XXXVII. p. 44. A. ubi & alia Dionis loca, in quibus ejus occurrit mentio, annotata lector reperiet. Apud Cæſarem III. 21. tantum legas ſenatum cenſuiſſe, Cœlium ab Repub. removendum. *Hoc decreto eum conſul ſenatu probibuit, & concionari conantem de roſtris deduxit.*

§ 114. (l. 53.) δίφρον αὐτοῦ συνέτριψε] Quintilianus VI. 3. *Marcus Cælius prætor, cum ſellam ejus curulem conſul Iſauricus fregiſſet, alteram poſuit loris intentam. Dicebatur autem conſul a patre aliquando cæſus flagris.*

§ 115. (l. 58.) ἐπειδὴ μόνος] Supra XLI. p. 170. B. Epitome Livii lib. CXI. *M. Cælius Rufus prætor, cum ſeditiones in urbe concitaret, novarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrogato magiſtratu pulſus urbe, Miloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, ſe conjunxit. Uterque quum bellum molirentur, interemti ſunt.* Vellejus II. 68. de eodem Cœlio

A.U.C. 706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

alias, tum Capuam ipsam tentabat. Ad eum igitur cum proficisci Cæcilius vellet, Cæsarem ejus auxilio quibuscunque posset modis læsurus, neque tamen palam ab urbe proficisci posset, quod observabatur, neque clam profugere auderet, præsertim quia sub habitu & nomine prætoris longe plura, quam sine his, consequi se posse sperabat; ad consulem accessit, eumque veniam ad Cæsarem proficiscendi oravit. Servilius, etsi suspicabatur, quid ei in animo esset, tamen vehementius instanti, nomenque Cæsaris invocanti, & ad purgationem sui properare se simulanti, profectionis facultatem dedit: adjuncto tribuno plebis, qui eum, si quid novi moliri vellet, coerceret.

25. Cæcilius postquam in Campaniam adveniens vidit, Milonem re infeliciter ad Capuam gesta, in Tifata (montis id Capuæ imminentis nomen est) confugisse, non ultra progressus est. Itaque tribunus plebis metu correptus domum eum reducere voluit. At Servilius, re mature cognita, contra Milonem bello in senatu decreto, Cæcilium in suburbio manere jussit, ne quid turbæ daret: accurata tamen custodia, ut qui prætor esset, non observavit. Itaque Cæcilius aufugit, atque ad Milonem magnis itineribus contendit: haud dubie aliquid tumultuum concitaturus, si eum superstitem invenisset. Nunc Milone Campania ejecto, atque in Apulia perempto, in Brutios se contulit, quod vel in iis locis aliquas turbas se conflaturum speraret. Cæterum ab iis, qui Cæsarianis rebus studebant, coitione facta, priusquam ullam rem commemoratu dignam conficeret, cæsus est. Hic Miloni ac Cæcilio fuit vitæ exitus.

26. Verum ne sic quidem Roma' quieta fuit, sed multa ac magna mala ei evenerunt, quemadmodum id prodigia portenderant. Nam sub anni

ταῖς τε ἄλλαις καὶ τῇ Καπύῃ προσέβαλε. πρὸς ὃν τοῦτον ὁ Καικίλιος ἀφορμῆσαι θελήσας, ὥστε μετ' αὐτοῦ πᾶν ὅ, τι δύναιτο τὸν Καίσαρα λυπῆσαι, ἔπειτ' ἐπειδὴ μήτε ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐκδημῆσαι ἐδύνατο, (παρετηρεῖτο γὰρ) μήτ' ἂν ἐκδράναι ἐτόλμα, διά τε τἄλλα, καὶ ὅτι πολλῷ πλείω ἔν τε τῷ χήματι καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ τῆς στρατηγίας ὧν καταπράξειν ἤλπιζε· τῷ τε ὑπάτῳ προσῆλθε, καὶ παρητεῖτο αὐτὸν, λέγων, [116] πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπελθεῖν βούλεσθαι. ὑποτοπήσας οὖν ἐκεῖνος τὴν διάνοιαν αὐτοῦ, ἐπέτρεψε μὲν οἱ τοῦτο ποιῆσαι, ἄλλως τε καὶ ὅτι πολὺς ἐνέκειτο, τό, τε τοῦ Καίσαρος ὄνομα ἐπικαλούμενος, καὶ πρὸς τὴν ἀπολογίαν δὴ ἐπείγεσθαι σκηπτόμενος. συνέπεμψε δὲ αὐτῷ δήμαρχόν τινα, ἵν' εἴ τι νεοχμῶσαι τολμήσειε, κωλυθείη.

Ὡς δὲ ἐν τῇ Καμπανίᾳ ἐγένετο, καὶ ὅ, τε Μίλων πλαίσας [117] πρὸς τῇ Καπύῃ ἐς τὰ Τιφατηνὰ ὄρη καταπεφύγει, καὶ ὁ Καικίλιος οὐκέτι περαιτέρω προὐχώρει, δείσας ὁ δήμαρχος οἴκαδε ἐπαναγαγεῖν αὐτὸν ἠθέλησε. προπυθόμενος οὖν ταῦθ' ὁ Σερουίλιος, τῷ μὲν Μίλωνι πόλεμον ἐν τῇ βουλῇ ἐπήγειλε, τὸν δὲ δὴ Καικίλιον ὑπομεῖναι μὲν ἐν τῷ προαστείῳ, μὴ καὶ ταράξῃ τι, ἐκέλευσεν· οὐ μέντοι διὰ φυλακῆς ἀκριβοῦς, ἅτε καὶ στρατηγοῦντα, ἐποιήσατο. ἀπέδρα τε οὖν, καὶ πρὸς τὸν Μίλωνα ἠπείγετο. κἂν ἔπραξέ τι ταραχῶδες, εἰ ζῶντα αὐτὸν εὑρήκει· νῦν δὲ, ἐκ τῆς Καμπανίας ἐκπεσόντος αὐτοῦ, καὶ [118] ἐν Ἀπουλίᾳ φθαρέντος, [119] ἔς τε τὴν γ Βρεττίαν ἦλθεν, ὡς ἐνταῦθά γέ τι συσήσων· καὶ ἐκεῖ, πρὶν ποιῆσαί λόγου τι ἄξιον, ἀπώλετο. συστραφέντες γὰρ οἱ τὰ τοῦ Καίσαρος πράττοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν. καὶ οἱ μὲν ὅλως ἀπέθανον.

Οὐ μέντοι καὶ ἡσυχία παρὰ τοῦτο ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο, ἀλλὰ πολλὰ καὶ δεινὰ συνηνέχθη, ὥστε που καὶ τὰ τέρατα προεδήλωσεν. ἐκείνῳ τε γὰρ

x Τιφαληνὰ. Τιφατηνὰ, legendum haud dubie ex Livio, docte ab eo confirmata. vulgo Βρεττανίαν. vide & F. § 119.

X. Τιφαλινὰ, V. a.

y Βρεττίαν. emendatio Xylandri,

Cœlio cum dixisset, nequisse eum senatus & consulum auctoritate deterreri, addit, *accito* eum *etiam Milone Annio, qui non impetrato reditu, Julianis partibus infestus erat, in urbe seditionem, haud magis occulte bellicum tumultum moviisse, primo summotum a Repub. mox consularibus armis, auctore senatu, circa Thurios esse oppressum.*

§ 116. (l. 71.) πρὸς τὸν Καίσαρα] Id. Cæsar c. 21. *M. Cœlius ignominia & dolore permotus, palam se proficisci ad Cæsarem simulavit, clam nunciis ad Milonem missis.* Et c. 22. *Cœlius profectus, ut dictitabat ad Cæsarem, pervenit Turios.*

§ 117. (l. 79.) πλαίσας πρὸς τῇ Καπύῃ] Cæsar. III. 21. narrat, uno tempore signa Milonis militaria atque arma Capuæ esse comprehensa, familiam Neapoli visam atque proditionem oppidi apparuisse: itaque patefactis consiliis exclusum Capua, consilio destitisse. τὰ Τιφαληνὰ ὄρη, Silio XII. 487. *Tifata*, & Livio pluribus locis, mons interjacente planicie, imminens Capuæ VII. 24. XXVI. 5. XXXII. 7. Conf. Camilli Peregrini Campaniam Felicem Diss. 2. p. 264. sq. & 275. T. IX. Thesauri Italiæ Part. 2.

§ 118. (l. 91.) ἐν Ἀπουλίᾳ φθαρέντος] Cæsar. III. 22. *Milo cum dimissis circa municipia litteris proficere nihil posset, quibusdam solutis ergastulis, Cosam in agro Turino oppugnare cœpit. Eo quum a Q. Pœdio prætore cum legione * * lapide ictus esset ex muro, periit.* Vellejus lib. II. c. 68. *Milo Compsam in Hirpinis oppugnans, ictusque lapide, tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit, vir inquies & ultra fortem temerarius.*

§ 119. (l. 92.) ἔς τε τὴν Βρεττίαν] Sic utique legendum, non Βρεττανίαν. Nam Thurii, ubi M. Cœlius occisus fuit, in finibus Bruttiorum. vide Christophori Cellari τοῦ μακαρίτου notitiam orbis antiqui T. I. p. 911.

Addam, hoc apud Plinium lib. II. c. 27. legi: *apud castellum Carissanum periisse Milonem, anno post consulatum L. Paulli & C. Marcelli.* Videat diligens lector, Dionine potius, & Cæsari ac Livio fides habenda sit, qui anno secundo post eorum, quos Plinius nominat, consulatum hoc tradunt factum, locusque Plinii hinc emendandus: an Plinius dissensisse ab his putandus, quod ego certe non credo. Xyl.

§ 120. (l. 1.) καὶ μίλισσαι] Omen id inauspicatum. vide Julium Obsequentem c. 95. 103. 104. 113. 125. 130. 132. Jul. Cæsarem Bulengerum III. 6. de Auspiciis p. 346. Matthiæ Berneggeri Miscell. p. 23. sq. & Balthasaris Bonifacii historiam ludicram lib. VIII. c. 16. & Ulyssem Aldrovandum lib. I. de insectis animalibus, p. 86. sq.

§ 121. (l. 2.) παρὰ τὸν Ἡρακλέα] De Herculis Tarentini statua ærea, Lysippi opere, a Fabio Maximo Verrucoso in Capitolio dedicata, Harduinus ad Plin. XXXIV. 7. p. 105. & Justus Rycquius lib. de Capitolio c. 25. p. 322. sq. Franciscus Junius in Catalogo artificum p. 112.

§ 122. (l. 5.) τὰ τοῦ Σαράπιδος] Confer si placet quæ dicta supra ad XL. p. 142. E.

§ 123. (l. 6.) καὶ Ἐνυέου] Bellonæ templum (perinde ut Isidis ac Serapidis) fuit Romæ in campo Martio extra pomœrium, ubi prope parva extabat columna, ex qua Consul hastam jacere solebat, bellum hosti indicturus. vide Famianum Nardinum lib. V. Romæ Vet. p. 1256. T. IV. Thesauri Græviani. Dicitur autem Ἐνυέου etiam infra L. p. 421. C. quoniam Bellona Græcis Ἐνυώ, & Latinis (Statio, Martiali &c.)

Enyo

γὰρ τῷ ἔτει τελευτῶντι ἄλλα τε συνέβη, [120] καὶ μέλισσαι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ [121] παρὰ τὸν Ἡρακλέα ἱδρύθησαν. ἐτύγχανε γὰρ ἱερὰ Ἴσιδι [z] τότε γιγνόμενα. ἔδοξε γνώμῃ τῶν μάντεων πάντα αὖθις τά τε ἐκείνης καὶ [122] τὰ τοῦ Σαράπιδος τεμενίσματα κατασκάψαι. γενομένου δὲ τούτου, [123] καὶ 197 A Ἐνυείου τι λαθὸν σφᾶς προσκαθηρέθη· καὶ ἐν αὐτῷ κεράμεια ἀνθρωπείων σαρκῶν μεστὰ εὑρέθη. τῷ τε ἐχομένῳ σεισμὸς ἰσχυρὸς ἐγένετο, [124] καὶ βύας ὤφθη, κεραυνοί τε ἐς τε τὸ Καπιτώλιον καὶ ἐς τὸν [125] Τύχης τῆς δημοσίας καλουμένης ναὸν, ἔς τε τοὺς τοῦ Καίσαρος κήπους κατέσκηψαν. κἀνταῦθα [126] ἵππος τις τῶν οὐκ ἠμελημένων ἀπέθανεν ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὸ Τυχαῖον αὐτόματον ἀνεῴχθη. πρὸς δὲ τούτοις, αἷμα τε ἐξ ἐργαστηρίου σιτοποιοῦ προχυθὲν ἀφίκετο πρὸς νεὼν ἕτερον Τύχης, ἣν ἐκ τοῦ πάντα τά τε ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τὰ καλόπιν καὶ ἐφορᾶν καὶ B ἐκλογίζεσθαι χρῆναί τινα, μηδὲ ἐπιλανθάνεσθαι ἐξ οἵων οἷος ἐγένετο, καὶ ἱδρύσαντο, καὶ ἐπεκάλεσαν τρόπον τινὰ [127] οὐκ εὐαφήγητον Ἕλλησι. καὶ βρέφη τινὰ τὰς ἀριστερὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χεῖρας ἔχοντα ἐγεννήθη. ὥστε ἔκ τε τῶν ἄλλων μηδὲν ὑγιὲς ὑποπτεύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων μάλιστα, τὴν τῶν ὑποδεεστέρων κατὰ τῶν προεστώτων ἐπανάστασιν, τούς τε μάντεις προειπεῖν, καὶ τὸν δῆμον προσδέχεσθαι.

Ταῦτα μὲν οὕτως ὑπὸ τοῦ δαιμονίου προδειχθέντα ἐτάραττεν αὐτούς· συνεπελάβετο δὲ σφίσι τοῦ C φόβου καὶ ἡ ὄψις αὐτὴ τῆς πόλεως δεινὴ καὶ ἀήθης, ἔν τε τῇ νουμηνίᾳ, καὶ ἔπειτα ἐπὶ πολὺ γενομένη. ὕπαρχος μὲν γὰρ οὐδεὶς, οὐδὲ στρατηγὸς οὐδέπω ἦν. [128] ὁ δὲ δὴ Ἀντώνιος [b] οὐδέπω μέν, ἐσθῆτος ἕνεκα, (τῇ γὰρ περιπορφύρῳ ἐχρῆτο) καὶ ῥαβδούχων, (τοὺς γὰρ ἓξ μόνους εἶχε) τοῦ τε τὴν βουλὴν ἀθροίζειν, εἰκόνα τινὰ τῆς δημοκρατίας παρείχετο· τῷ δὲ δὴ ξίφει ᾧ παρέζωστο, καὶ τῷ πλήθει τῶν συνόντων οἱ στρατιωτῶν, τοῖς τε ἔργοις αὐτοῖς ὀτιμάλιστα τὴν μοναρχίαν ἐνεδείκνυτο. [c] καὶ γὰρ

1 anni ejus finem inter alia ostenta, apes quoque in Capitolio juxta Herculis statuam sedem occupavere. Fiebant tum Isidi sacra. Itaque aruspices iterum omnia templa Isidis Serapidisque demoliri jusserunt: quod dum fit, Bellonæ quoque ædes inscientibus illis dejecta est, in eaque vasa figulina carnibus humanis plena reperta sunt. Anno insequenti terræ motus ingens accidit, bubo visus est, fulminibusque Capitolium & ofanum Fortunæ Publicæ, hortique Cæsaris tacti, ubi equus inter pretiosos habitus iis exanimatus est: delubrum etiam Fortunæ sponte sua apertum. Præterea sanguis ex pistoris officina effusus ad alterius Fortunæ templum profluxit, quam ea de causa, quod omnia & ante oculos & retro posita, tum respicere, tum expendere quisque debeat, nec oblivisci, ex qualibus qualis ortus ipse sit, & consecrarunt Romani, & agnominarunt modo quodam Græcis inexplicabili. Infantes etiam nonnulli, sinistras capitibus impositas habentes, nati sunt: & cum cætera prodigia nihil jam fausti pollicerentur, tum præsertim his significari pauperiorum contra nobiliores seditionem, & vates prædixerunt, & populus opinatus est.

A.U.C.706 Cæsare II. & P. Servilio COSS.

A.U.C.707 Cæsare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

27. Ita animos Romanorum quum ostenta hæc divina conturbassent, auxit metum ipsa forma urbis, quæ misera ac insolens, cum ipsis kalendis Januariis, tum multo post etiam tempore videbatur. Neque enim vel consul adhuc ullus, vel prætor aderat. Antonius quidem veste, quam purpura prætextam habebat, & lictoribus, quibus sex tantum utebatur, & quia senatum convocabat, speciem quandam popularis reipublicæ status exhibebat: gladio autem, quo accingebatur, multitudineque stipantium ipsum militum, ipsisque præcipue actionibus, penes unum esse totam summam

z τότε γιγνόμενα. ἐνταῦθα τότε γιγν. V. a. non crediderim in Capitolio. ceterum scrib. puto: καὶ (ἐτύγχανε — γιγνόμενα) ἔδοξε &c. a Ἐνυείου τι λαθὸν. ita RS. emendandum recte judicavit corruptam lectionem textus, καὶ ἐνιόσι λαθών. emendationem receperunt sequentes. b οὐδέπω μέν, ἐσθῆτος ἕνεκα. τῆς μὲν ἐσθῆτος ἕν. T. οὐδέπω μὲν perperam repetitum deleri debet, X. non temere quid explodere soleo, potius vitiata sunt hæc οὐδέπω μέν. sic enim Dio scripserat: Ἀντώνιος οὐδὲ ὕπαρχος ὢν, ἐσθῆτος &c. L. coacte nimis. Od. Pet. Faber Semestr. lib. I. p. 21. pro οὐδέπω, substituit ἔτι τῆς μέν, aut ὅσον τῆς μέν, *eousque*, aut *eatenus*. equidem οὐδέπω corruptum esse facile assentior Leunclavio; possit tamen & τότε μέν alicui satisfacere. c καὶ γὰρ &c. hæc & sequentia usque ad καὶ ἦν, hic restituta ex cod. Med. ap. Gronov. p. 72. & V. a. paucis interjectis, pro ἀλλ' ὅτι καὶ ἐς τὸν Καίσαρα, videtur scribendum ἀλλ' ἔτι καὶ &c. particulæ ἔτι & ὅτι sæpius confunduntur.

Envo, de qua Gyraldus, Syntagm. X. p. 320. Templi alterius vetustissimi ac sanctissimi Bellonæ in Cappadocia meminit Hirtius de bello Alex. c. 66. Sed illud Romæ ex voto dedicavit Appius Claudius Cæcus, teste Livio X. 19. De Bellona cruore ac victimis humanis culta, vide Jac. Geusium Part. II. c. 2. p. 68.

§ 124. (l. 9.) καὶ βύας] Sæpe hoc a Dione inter infausta prodigia commemoratum, ut notare me memini ad lib. XL. p. 128. C. Ammianus XXX. 5. *Apud Sabariam Valentiniano adhuc constituto, bubo culminibus regii lavacri insidens occentansque funebria, nulla jacientium sagittas vel lapides contemplabili dextera cadere potuit, certatim licet ardenti studio petebatur.* Plura Bachetus Meziriacus ad Ovidii Epistolas T. I. p. 185. sq. Ne quis vero miretur, hoc tanquam singulare a scriptore ethnico annotari, etiam Poggius ostenta, quæ mortem Martini V. Pontificis portenderunt, memorans, in limine lib. III. de varietate fortunæ refert, venturi nuncium luctus bubonem, plures menses, in Quirinali colle ædibus ejus propinquo, carmen lethale noctu ceciniisse.

§ 125. (l. 11.) Τύχης τῆς δημοσίας] Hoc puto esse Τυχαῖον cujus meminit Dio L. p. 424. D. Fallitur autem vir doctus, qui in libro de Capitolio c. 43. p. 504. templum Fortunæ Obsequentis a Dione notari ait, cum Fortunam Publicam Dio ipse diserte appellet, quam sacratam in colle Quirini testis est Ovidius IV. Fastor 375. Nonis April.

——— ——— *sacrata est colle Quirini*
Hac Fortuna die Publica ——— ———

& lib. V. 739. Octav. Calend. Jun.

Nec te prætereo populi Fortuna potentis
Publica, cui templum luce sequente datum.

In veteri Calendario, VIII. Calend. jun. FORTUN. PUBLIC. PR. IN COLLE. Ubi PR. non est explicandum *Primigeniæ*, sed *Populi Romani*.

§ 126. (l. 13.) ἵππος τις] Ille opinor equus Cæsaris, de quo supra XXXVII. p. 55. A.

§ 127. (l. 20.) οὐκ εὐαφήγητον Ἕλλησι] Si Primigeniam fortunam Dio intellexisset, ut Xylander sibi persuasit, nescio quare non potuisset Græce eam πρωτογέννητον vel πρωτόλοχον appellare. Sed descriptio quam addit, propius congruit Fortunæ Respicienti, quam non satis exprimit ἀποβλεπούσης vel aliud hujusmodi vocabulum.

§ 128. (l. 31.) ὁ δὲ δὴ Ἀντώνιος] M. Antonius a Cæsare jam dictatore Magister Equitum missus in urbem, ut dictum p. 195. A. Conf. Plutarchum Antonio p. 919. Dionem infra XLVI. p. 300. sq.

A.U.C.707 Cæſare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

mam rerum demonſtrabat. Nam & rapinæ, & ſtupra, & cædes frequentes admittebantur; ac non præſens modo conditio Romanis erat moleſtiſſima, ſed longe plura atque atrociora a Cæſare ipſo exſpectabant. Quum enim magiſter equitum ne ludis quidem (quos plerosque ipſe Cæſaris ſumptibus curabat, paucos vero nonnullos tribuni plebis adminiſtrabant) gladium deponeret, quid facturum ipſum dictatorem exiſtimarent? Atque ſi quibus in mentem de ejus clementia veniebat, qua multis, qui contra ipſum arma tuliſſent, pepercerat: tamen quod eos, qui adfectant imperium, & qui jam eo potiti ſunt, non iisdem manere moribus viderent, ipſum quoque immutatum iri cenſebant.

γὰρ [129] ἁρπαγαὶ καὶ ὕβρεις καὶ σφαγαὶ πολλαὶ ἐγίγνοντο· καὶ ἦν οὐ τὸ παρὸν μόνον τοῖς Ῥωμαίοις χαλεπώτατον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐς τὸν Καίσαρα πολὺ πλείω καὶ δεινότερα ὑπωπτεύετο. ὅπου γὰρ ὁ ἵππαρχος οὐδὲ ἐν ταῖς πανηγύρεσι τὸ ξίφος καθίθετο, (τὰς γὰρ πλείους ταῖς τοῦ Καίσαρος παρασκευαῖς ἐπελέλεσεν· ὀλίγας γάρ τινας καὶ οἱ δήμαρχοι ἐποίησαν.) τίς οὐκ ἂν αὐτὸν τὸν δικτάτωρα ὑπεδόπησεν; εἰ γάρ τις καὶ τὴν χρηστότητα αὐτοῦ, ὑφ' ἧς πολλῶν καὶ ἀνταπολεμησάντων οἱ ἐπέφειστο, ἐνενόει, ἀλλ' ὅμως καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων τούς τε ἐφιεμένους ἀρχῆς καὶ τοὺς καταπραξαντας αὐτὴν, μένοντας ἰδόντες, καὶ ἐκεῖνον ἀλλοιωθήσεσθαι προσεδόκων. D E

28. Itaque capti mœrore, varios inter ſeſe, ſi qui tuto id poterant, ſermones conferebant. Neque vero tutum erat cum omnibus communicare: nam qui vel amiciſſimi eſſe videbantur, aut etiam genere propinqui, ii ſuos neceſſarios, vel male detortis eorum dictis, vel mendaciis omnino in eos confictis, deferebant. Unde cæteris mœſtitia hoc magis aucta eſt, quum neque luctum ſuum teſtari, aut communicare cum aliis, neque eo liberari ullo modo poſſent. Nam ipſa quidem conſuetudo cum iis, qui in communi verſabantur malo, levationem quandam ipſis afferebat: & ſi cui tuto liceret, quæ ipſe pateretur, eloqui, & alterius viciſſim audire miſerias, dolore ſibi levatus videbatur: ſed diffidentia adverſus diſſimiles faciebat, ut mœror pectore concluſus teneretur, idque magis magisque ureret: ubi nec arcanum proferre, neque ullam ejus requiem invenire dabatur. Neque vero tantum caſus ſuos quisque intra animum ſervare, ſed laudare inſuper, admirationi ducere, dies ideo feſtos agere, ſacra facere, hilaremque ſeſe oſtendere cogebatur. Et hoc quidem modo affecti erant, qui tunc in urbe degebant, Romani.

Ἐλυποῦντό τε οὖν, καὶ πολλὰ πρὸς ἀλλήλους, οἷς γε καὶ ἀσφάλειά τις ἦν, διελάλουν. οὐ γάρ που καὶ πᾶσιν ἀδεῶς συγγενέσθαι ἐδύναντο. κἂν γὰρ πάνυ φίλοι ἐδόκουν [cc] τινῶν εἶναι, συγγενεῖς τε ἕτεροι, διέβαλλον σφᾶς, τὰ μὲν παραλέποντες, τὰ δὲ καὶ πανταπασι καταψευδόμενοι. ὅθεν οἱ λοιποὶ καὶ καλὰ τοῦτο οὐχ ἥκιστα ἐκακοπάθουν, ὅτι μήτε προσολοφύρασθαι μήτ' ἐπικοινῶσαι ἔχοντες, οὔτ' ἀπαλλαγῆναί ποτε αὐτοῦ ἐδύναντο. ἡ μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοπαθεῖς συνουσία ἔφερέ τινα αὐτοῖς κούφισιν· καί τις ἀσφαλῶς ἐκλαλήσας τέ τι, καὶ ἀνακούσας οἷα ἔπαχον, ᾤετο ἐγίγνεσθαι. [d] ἡ δὲ δὴ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοίους ἀπιστία καθείργυτο ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τὴν αἰσθησιν, καὶ ἐπὶ πλεῖον αὐτὰς ἐξέκαε, μήτε ταπορρήτα λεγούσας, μήτ' ἀνάπαυσίν τινα λαμβανούσας. πρὸς γὰρ τῷ καθεχόμενα ἔνδον τὰ παθήματα σφᾶς τηρεῖν, καὶ [130] εὐλογεῖν αὐτὰ καὶ θαυμάζειν, ἑορτάζειν τε καὶ βουθυτεῖν, [e] εὐθυμεῖσθαί τε ἐπ' αὐτοῖς ἠναγκάζοντο. οὕτω μὲν οἱ Ῥωμαῖοι οἱ ἐν τῇ πόλει τότε ὄντες διετίθεντο. B

29. Perinde vero ac ſi non ſatis malorum ab Antonio haberent, L. præterea Trebellius, & P. Cornelius Dolabella, tribuni plebis, ſeditione urbem agitarunt. Hic debitoribus opitulabatur, (nam ipſe quoque in eorum numero erat, ac ea de cauſa, ut poſſet tribunus plebis fieri, a patriciis ad plebem tranſiverat:) alter Trebellius auxilio ſe nobilitati fore præ ſe ferebat: cæterum ſimiliter ut collega leges promulgare, cædesque exercere,

Ὥσπερ δὲ οὐκ ἀποχρῶν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου κακοῦσθαι, [131] Λούκιός τέ τις Τρεβέλλιος καὶ Πούπλιος [132] Κορνήλιος [f] Δολοβέλλας δήμαρχοι ἐσασίασαν. οὗτος μὲν γὰρ τοῖς ὀφείλουσιν ([133] ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ διὸ καὶ [134] ἐκ τῶν εὐπαλῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπὶ τῇ δημαρχίᾳ μελέτῃ) συνηγωνίζετο· ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε [g] μὲν τῶν ἀμεινόνων προΐσασθαι, ἐκ δὲ δὴ τοῦ ὁμοίου αὐτῷ καὶ γράμματα ἐξεῖδεν, [135] καὶ [g] σφαγαῖς ἐχρῆτο. ταραχή C

non

[cc] ἐδόκουν τινῶν εἶναι. forte τινὲς, ut reſpondeat τῷ ἕτεροι, Od. optime. [d] ἡ δὲ δὴ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοίους ἀπιστία. ſic uterque cod. V. a. b. οὐχ male omiſſum erat in omnibus editionibus. nam ſi & adverſus ὁμοίους diffidentiam habuiſſent, nemo jam erat, cujus in ſinum querelas effunderent; quod tamen factum eſſe modo dixerat Dio. præcedens ἔπαχον refero ad utrumque complorantium calamitates ſuas. Oddey tamen ἔπαχεν legi vult. [e] εὐθυμεῖσθαί τε. ita ſcribendum eſſe, pro vulgato ἐνθυμεῖσθαί τε, probe vidit Xyl. confirmat V. b. [f] Δολοβέλλας. Δολοβέλλα, L. [g] ἔλεγε μὲν τῶν ἀμεινόνων προΐσασθαι. ſic HS. L. τὸν ἀμεινόνων προσίσασθαι, RS. ἔλεγε μετὰ τῶν ἀμυνομένων προΐδ. V. b. qui & deinde γραφαῖς habet pro σφαγαῖς. male omnia.

§ 129. (l. 38.) καὶ γὰρ ἁρπαγαὶ] Confer quæ Antonio objicit Cicero infra XLV. p. 284. E.

§ 130. (l. 72.) εὐλογεῖν αὐτὰ] Ut infra XLVII. p. 334. C.

§ 131. (l. 78.) Λούκιός τέ τις Τρεβέλλιος] Aſinium tribunum Trebellio jungit Plutarchus in Antonio p. 919. Conf. Pighii Annales T. III. p. 450. Eodem in loco Plutarchus, quemadmodum & in Fabio Maximo, p. 179. docet, ſub dictatore omnes cæteros magiſtratus ceſſaſſe, ſolis tribunis plebis manſiſſe locum integrum.

§ 132. (l. 79.) Κορνήλιος Δολοβέλλας] Hic Ciceronis gener, cujus actionibus tribunitiis ſe graviter offenſum non diſſimulat XI. ad Atticum Epiſt. 12. *Quod me audis fractiorem eſſe animo, quid putas, cum videas acceſſiſſe ad ſuperiores ægritudines, præclaras generi actiones?* & 23. *O DII! generumne noſtrum potiſſimum, ut hoc, vel tabulas novas!* & Epiſt. 14. *Etſi omnium conſpectum horreo, præſertim hoc genero.* & 15. *Ad quæ gener accedit, & cætera quæ fletu reprimor ne ſcribam.*

§ 133. (l. 80.) ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς ἦν] Etiam Ciceroni debebat

χή τε οὖν καὶ ἐκ τούτων πολλὴ ἐγίγνετο, καὶ ὅπλα πολλὰ καὶ παντάχοῦ ἐωρᾶτο· καίτοι τῶν βουλευτῶν ἀπαγορευσάντων, μηδὲν πρὸ τῆς τοῦ Καίσαρος ἀφίξεως καινοτομηθῆναι, καὶ τοῦ Ἀντωνίου, μηδένα ἐν τῷ ἄστει ἰδιώτην ὁπλοφορεῖν. καὶ (οὐ γὰρ ἐσήκουον, ἀλλὰ πάντα δὴ πάντως καὶ ἐπ' ἀλλήλοις καὶ ἐπ' ἐκείνοις ἐποίουν) τρίτη στάσις τοῦ τε Ἀντωνίου καὶ τῆς γερουσίας ἐγένετο. Ἵνα γὰρ καὶ παρ' αὐτῆς τὰ ὅπλα καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν ἐπ' αὐτῷ, ἣ φθάσας ἐχρῆτο, [b] προσλεθεῖσθαι νομισθείη, στρατιώτας τε ἐντὸς τοῦ τείχους τρέφειν, καὶ τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς μετὰ τῶν ἄλλων δημάρχων ποιεῖσθαι ἔλαβε. καὶ τοῦτο Ἀντώνιος μὲν ἐν νόμῳ δή τινι πάνθ' ὅσα ἐπεθύμει ἔδρα. Δολοβέλλας δὲ καὶ Τρεβέλλιος ὄνομα μὲν βιαίου πράξεως εἶχον, ἀντηγωνίζοντο δὲ, ὑπό τε τῆς θρασύτητος καὶ ὑπὸ τῆς παρασκευῆς, καὶ ἀλλήλοις καὶ ἐκείνῳ, ὥσπερ τινὰ καὶ αὐτοὶ ἡγεμονίαν παρὰ τῆς βουλῆς εἰληφότες.

non dubitabat. Hinc tumultus ingens exstitit, armaque omnibus locis frequentia sunt conspecta: quanquam senatusconsultum factum fuerat, ne quis novam ullam rem ante Cæsaris adventum tentaret: Antoniusque privatis gestatione armorum in urbe interdixerat. Itaque quum nemo obtemperaret, sed seditiosi omnia & adversum se mutuo, & contra senatum Antoniumque molirentur: tertia factio Antonii ac senatus fuit, qua Antonio, quo arma potestatemque iis convenientem, qua jam ante utebatur, a senatu videretur accepisse, concessum est, ut intra urbem exercitum haberet, ipseque cum reliquis tribunis plebis custodiam urbis susciperet. Itaque Antonius, quasi ex lege, omnia quæ vellet agebat: Dolabella autem, Trebelliusque, quum per vim agere dicerentur, freti tamen audacia sua, apparatuque, & se invicem & Antonium oppugnabant, tanquam ipsi quoque imperium aliquod a senatu accepissent.

A.U.C. 707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

199 Καὶ τούτῳ Ἀντώνιος, πυθόμενος, τὰ στρατόπεδα, ἃ μετὰ τὴν μάχην ὁ Καῖσαρ ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὡς καὶ ἐφεψόμενος σφίσι, προέπεμψε, μηδὲν ὑγιὲς δρᾶν, καὶ φοβηθεὶς μή τι νεωτερίσωσι, τὸ μὲν ἄστυ τῷ [136] Καίσαρι τῷ Λουκίῳ ἐπέτρεψε, πολίαρχον αὐτὸν ἀποδείξας, (ὃ [137] μὴ πώποτε [bb] τῷ ἱππάρχῳ ἐξουσία ποιεῖν ἦν) αὐτὸς δὲ πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐξώρμησεν. οἱ οὖν δήμαρχοι, οἱ ἀντισιάζοντες σφίσι, τοῦ τε Λουκίου διὰ τὸ γῆρας καταφρόνησαν, καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ, μέχρις οὗ τὸν Καίσαρα [138] τά τε ἐν τῇ Αἰγύπτῳ διωκηκότα καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ὡρμηκότα ἐπύθοντο, καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ἐξεργάσαντο. ὡς γὰρ οὐκέτ' αὐτοῦ ἐπανήξοντος, ἀλλ' ἐκεῖ που πρὸς τῶν Αἰγυπτίων, ὥσπερ που ἤκουον, [i] ἀπολομένου, διεφέροντο. τότε δὲ χρόνον μέν τινα ἐμετρίασαν· ἐπεὶ δὲ [139] ἐπὶ τὸν Φαρνάκην ἐκεῖνος πρότερον ἐπεστράτευσεν, ἐστασίασαν αὖθις.

30. Interim Antonius, quum audivisset, legiones, quas a pugna Pharsalica Cæsar velut subsecuturus in Italiam præmiserat, nil salubre moliri, verereturque, ne quos novos illæ motus excitarent: urbis curam L. Cæsari mandat, eumque præfectum urbis constituit, (quam potestatem nemo unquam magister equitum habuerat) ipse ad milites contendit. Tribuni plebis, qui factionibus inter se dissidebant, contempto ob senectutem L. Cæsare, multa atrocia facinora & contra se invicem, & in alios perpetraverunt: idque tantisper, donec Cæsar rebus in Ægypto confectis Romam adventare nuntiaretur. Nam ita adhuc contentionibus urbem agitaverant, quasi Cæsar nunquam esset rediturus, sed jam in Ægypto (quod forte audierant) periisset: adventus ejus fama audita, aliquamdiu sese continuere. Sed quum Cæsar, antequam Romam rediret, in Pharnacem expeditionem susciperet, seditiones renovarunt.

Ὁ οὖν Ἀντώνιος, μήτε ἐπισχεῖν αὐτοὺς δυνάμενος, καὶ τῷ πλήθει διὰ τὴν πρὸς τὸν Δολοβέλλαν ἐναντίωσιν προσκρούων, τὰ μὲν πρῶτα τούτῳ προσέθετο, καὶ τὸν Τρεβέλλιον ἄλλα τε ἐπῄνει καὶ ὅτι τοὺς στρατιώτας σφε[lb]περίζοιτο· ἔπειτα δὲ αἰδούμενος τὸν ὅμιλον αὐτοῦ μὲν μηδὲν προτιμῶντα, τῷ δὲ δὴ Δολοβέλλᾳ μόνῳ προσκείμενον, ἠχθέσθη, καὶ μεταβάλλετο, ἄλλως τε καὶ ὅτι τῆς μὲν παρὰ τοῦ πλήθους χάριτος ἐκοινώνει οἱ, τῆς δὲ παρὰ τῶν

31. Antonius, quum neque compescere eos valeret, & in Dolabella plebem offendisset, primum Dolabellæ se adjunxit; Trebelliumque, cum aliis nominibus, tum quod milites ad se pertraheret, criminatus est. Sed quum deinde se apud multitudinem nullo eximio in honore esse, eamque soli Dolabellæ intentam esse sentiret; ægre id ferens, sententiam mutavit. Quo accedebat, quod dum favorem populi cum Dolabella communem

[b] προσλεθεῖσθαι. vox suspecta. forte προσκεκλῆσθαι. Od. sine necessitate. [bb] τῷ ἱππάρχῳ ἐξουσία ποιεῖν ἦν. πρὸς ἱππάρχου ἐγεγόνει, sensu fere eodem, V. a. [i] ἀπολομένου. ita HS. L. ἀπολουμένου, RS.

bebat Dolabella, unde ille XIV. 21. ad Atticum: *exspecto maxime ecquid Dolabella tinniat, an in nomine meo tabulas novas fecerit.*

§ 134. (l. 81.) ἐκ τῶν ἐυπαλρισθῶν] Ut pridem Clodius, de quo supra XXXVII. p. 53. A.

§ 135. (l. 85.) καὶ σφαγαῖς ἐχρῆτο] Livii Epitome lib. CXIII. *Quum seditiones Romæ a P. Dolabella tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitatæ essent, & ex ea caussa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio Magistro equitum in urbem militibus, occlingenti e plebe cæsi sunt.*

§ 136. (l. 9.) Καίσαρι τῷ Λουκίῳ] Hujus legati sui meminit Cæsar. VII. 65. de bello gallico, & lib. I. de bello civili c. 8. ubi filium quoque ejus L. Cæsarem adolescentem commemorat, qui partes secutus Pompeji, postea projiciens se ad genua Cæsaris, veniam ab eo impetravit, ut narrat Hirtius de bello Africano c. 89. Patrem & filium videtur inter se confundere Joh. Glandorpius in Onomastico Rom. p. 425.

§ 137. (l. 11.) μὴ πώποτε τῷ ἱππάρχῳ] Præfectus urbis constituebatur a Consulibus, ut constat vel ex Taciti VI. 11. Annal. Adi Felicis Contelorii librum de Præfecto urbis Romæ, editum Romæ A. 1631. fol. & in tomo I. Thesauri novi Antiquitatum Rom. quem in lucem dedit vir nobilissimus Albertus Henr. de Sallengre, Hagæ Com. 1716. fol.

§ 138. (l. 16.) τά τε ἐν τῇ Αἰγύπτῳ] De his infra p. 200. D. sq.

§ 139. (l. 22.) ἐπὶ τὸν Φαρνάκην] De hac expeditione p. 206. sq.

munem haberet, tanto plus culpæ a ſenatu ſibi videret tribui. Itaque poſt, neutri quidem ſeparti cupere, ſimulavit, re tamen Trebellium clam fovit; eumque cum aliis rebus juvit, tum militum illi cogendorum copiam fecit. Atque ita quaſi ſpectator certaminis hujus, moderatorque ſedit: illi vero pugnavere, ac loca urbis opportuniſſima adverſis cohortibus occupaverunt: inde cædibus ac incendiis eo modo graſſatum eſt, ut ſacra aliquando a Veſtalibus templo efferrentur.

A.U.C.707 Cæſare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

32. Hinc ſenatus iterum Antonio cuſtodiam urbis, eamque accuratiorem, mandavit, & tota fere urbs militibus eſt referta. Neque tamen ceſſatum eſt. Dolabella enim, deſperatione veniæ a Cæſare impetrandæ adductus, id jam agebat, ut magno quodam facinore edito periret, ex quo ſempiternam ſui memoriam relinqueret: quippe reperiuntur, qui famæ cupiditate peſſimas res agere animum inducant. Eadem & ipſe cauſa impulſus, quum alias turbas ciebat, tum diem conſtituebat, qua die ſe leges, de tabulis novis, mercedeque conductionis remittenda, perlaturum pollicebatur. Quæ quum recepiſſet, plebsque aditibus fori obſtructis, & ligneis hinc inde turribus erectis, parata eſſet ad profligandos, qui iis legibus reſiſtere vellent: Antonius, ut primum illuxit, magna militum manu de Capitolio deducta, tabulas legum diſcidit: nonnullosque, ne ſic quidem tumultuandi finem facientes, de Capitolio præcipitavit.

33. Neque tamen ita ſeditionibus modus factus eſt, ſed quo plures ex ſeditioſis perierant, tanto majori contentione reliqui tumultuati ſunt, Cæſarem maximo difficillimoque bello diſtineri arbitrantes. Neque ante deſtiterunt, quam is ex improviſo ſe conſpiciendum præbuit. Tum demum vel inviti conquieverunt, ita quidem, ut extrema ſupplicia ſibi ab eo impendere putarent: deque ipſis per totam urbem plurimus ſermo haberetur, aliis aliter de cauſa eorum ſtatuentibus. Verum Cæſar hic quoque ſuum morem obtinuit, contentusque in præſentia omnia eſſe ſedata, nullam de præteritis inquiſitionem curioſius inſtituit: ſed omnibus pepercit, nonnullos adeo

τῶν βουλευτῶν αἰτίας τὸ πλεῖσον μεταλάμβανε. καὶ τῷ μὲν λόγῳ, [ii] μέσον ἀμφοῖν ἔσηκε· τῷ δὲ ἔργῳ, τὸν Τρεβέλλιον κρύφα ἀνθεῖλετο, καὶ τά τε ἄλλα αὐτῷ συνηγωνίζετο, καὶ στρατιώτας λαβεῖν ἐπέτρεψε. καὶ ὁ μὲν, θεατὴς ἐκ τούτου καὶ ἀγωνοθέτης αὐτῶν ἐγίγνετο· ἐκεῖνοι δὲ ἐμάχοντο, καὶ τῆς τε πόλεως τὰ ἐπικαιρότατα ἀνέκαλέμβανον, καὶ φόνους καὶ ἐμπρήσεις ἐποίουν· ὥστε καὶ τὰ [140] ἱερά ποτε ἐκ τοῦ Ἑστιάου ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων ἐκκομισθῆναι.

Αὐθίς τε οὖν [141] φυλακὴν οἱ βουλευταὶ τῆς πόλεως ἀκριβεστέραν τῷ ἱππάρχῳ ἐψηφίσαντο, καὶ στρατιωτῶν ἅπασα, ὡς εἰπεῖν, ἡ πόλις ἐπληρώθη. οὐ μέντοι καὶ παῦλά τις ἐγένετο. ὁ γὰρ Δολοβέλλας ἀπογνοὺς συγγνώμης τινὸς παρὰ τοῦ Καίσαρος τεύξεσθαι, μέγα τι κακὸν ἐπεθύμει δράσας ἀπολέσθαι, ὡς καὶ ὄνομα ἐκ τούτου [k] ἀεὶ σχήσων· (ἤδη γάρ τινες καὶ τῶν κακίστων ἔργων ἐρασταὶ ἐπὶ τῇ φήμῃ γίγνονται·) ὑφ' ὅτου περ καὶ ἐκεῖνος τά τε ἄλλα ἐτάραττε, καὶ τοὺς νόμους, τόν τε [142] περὶ τῶν χρεῶν καὶ τὸν περὶ τῶν ἐνοικίων, ἐν ῥητῇ τινι ἡμέρᾳ θήσειν ὑπέσχετο. ὡς οὖν τοῦτό τε προεπηγγέλλετο, καὶ ὁ ὄχλος τά τε περὶ τὴν ἀγορὰν ἀποφράξας, καὶ πύργους ἔσιν ἢ ξυλίνους ἀποκατασήσας, ἕτοιμος παντὶ τῷ ἐναντιωθησομένῳ σφίσι [l] ἐπιχειρῆσαι ἐγένετο, ἐνταῦθα ὁ Ἀντώνιος στρατιώτας ἅμα τῇ ἡμέρᾳ πολλοὺς ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καταγαγών, [143] τάς τε σανίδας τῶν νόμων κατέκοψε, καί τινας καὶ μετὰ τοῦτο ταραχώδεις ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισεν.

Οὐ μέντοι καὶ ἐπαύσαντο διὰ τοῦτο στασιάζοντες, ἀλλ' ὅσῳ πλείους ἀπώλλυντο τούτων, τόσῳ μᾶλλον οἱ περιλιπεῖς ἐθορύβουν, νομίζοντες τὸν Καίσαρα μείζῳ καὶ δυχερεστάτῳ πολέμῳ συμπεπλέχθαι. οὐδὲ ἐπέσχον, πρὶν αὐτὸν ἐκεῖνον [144] ἐξαπιναίως σφίσιν ὀφθῆναι. οὕτω δὲ καὶ ἄκοντες ἡσύχασαν. καὶ οἱ μὲν πᾶν, ὅ, τι ποτὲ ἐνεδέχετο, πείσεσθαι προσεδόκων· λόγος τε ἐπ' αὐτοῖς κατὰ πᾶσαν ὁμοίως τὴν [m] πόλιν, τῶν μὲν τὰ, τῶν δὲ τὰ δικαιούντων. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, τῷ συνήθει οἱ τρόπῳ καὶ τότε ἐχρήσατο. τῇ τε γὰρ παρούσῃ αὐτῶν κατασάσει ἠρκέθη, καὶ οὐδὲν τῶν προγενομένων ἐπολυπραγμόνησεν, ἀλλὰ

ii μέσον ἀμφοῖν ἔσηκε. μέσον adverbii more. alias Dio p. 2. D. ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἔση. & p. 157. E. ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἱσάμενοι. k ἀεὶ σχήσων. ἐς ἀεὶ σχήσων, V. b. paulo ante τεύξεσθαι malim pro τεύξασθαι. l ἐπιχειρῆσαι. verbum ſuppletum ex cod. Med. apud Gronov. p. 74. & V. a. quod male deerat in omnibus editionibus. nam ἕτοιμός τινι ſine ejusmodi verbo contrarium ſignificat, paratum eſſe ad nutum, imperium, opemve, ut Cl. Gronovius l. c. oſtendit. ſtatim ἐνταῦθα habent RS. & HS. ἐνταυθ' L. m τὴν πόλιν. excidit verbum ἦν, aut ἐφοίτα, aut ſimile, X.

§ 140. (l. 42.) ἱερὰ ἐκ τοῦ Ἑστιάου] Sacra, hoc eſt palladium quod videre nefas, ob ſimilem cauſſam ex Veſtæ templo a virginibus translata in palatium narrat Dio infra LIV. p. 538. A. Simile etiam in Livii Epitome lib. XIX. *cum templum Veſtæ arderet, Cæcilius Metellus Pontifex Max. ex incendio ſacra rapuit.* Conf. Lipſium Syntagmate de Veſta & Veſtalibus c. 9. T. V. Theſauri Græviani.

§ 141. (l. 44.) φυλακὴν τῆς πόλεως] *Videret, ne quid Resp. detrimenti caperet:* qua de formula ejusque vi dictum ad XXXVII. p. 44. A. Antonio iſtud etiam Cicerone ſuffragante commiſſum traditur infra XLVI. p. 302. A.

§ 142. (l. 53.) περὶ τῶν χρεῶν καὶ περὶ τῶν ἐνοικίων] Tabulas novas, ſive expunctionem debitorum, & legem de mercede habitationum annua conductoribus donanda, ſicut M. Cælius ſuperiore anno propoſuerat, de quo ſupra p. 195. C. Trebellii, qui tabulis novis Dolabellæ fortiter reſtitit, non uno loco Philippicarum meminit Cicero. vide VI. 4. X. 10. XI. 6.

§ 143. (l. 61.) τὰς σανίδας τῶν νόμων] πινάκια dixerat ſupra, p. 195. D. ubi dicta vide.

§ 144. (l. 69.) ἐξαπιναίως ὀφθῆναι] *Celerius omnium opinione*, ut eſt apud Hirtium, c. ult. de bello Alex. adde Appianum II. civil. p. 485.

§ 145. (l. 79.) καὶ τὸν Δολοβέλλαν] Plutarchus Antonio, p. 920. & Cæſare p. 732.

§ 146. (l. 80.) εὐεργεσίαν τινὰ αὐτῷ ὀφείλων] Dolabella enim, relictis Pompeji partibus, quas ſocer ejus ſequebatur Cicero, Cæſarem juverat, & pugnæ Pharſalicæ ſocius fuerat. vide, ne alios jam memorem, Jo. Glandorpii Onomaſticon Romanum p. 271. Egregie autem Cæſar priſtini beneficii etiam poſt ſecutam Dolabellæ offenſam oblivi ſci noluit: cumque ut ait Seneca VI. 5. de beneficiis: *beneficio gratia* deberetur, *injuriæ ultio*, injuriam beneficio condonavit.

λὰ πάντων τε ἐφείσατο, καὶ τινας αὐτῶν ἐτίμησεν, ἄλλους τε [145] καὶ τὸν Δολοβέλλαν. [146] εὐεργεσίαν γάρ τινα αὐτῷ ὀφείλων, ὑκ ἠξίωσεν αὐτῆς ἐκλαθέσθαι. οὐ γὰρ ὅτι ἠδικήθη, διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνης ὠλιγώρησεν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἔυ ἐπεπόνθει, καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ συνέγνω· καὶ τά τε ἄλλα αὐτὸν ἐν τιμῇ ἤγαγε, [147] καὶ ὕπατον οὐ πολλῷ ὕστερον, D [148] μηδὲ στρατηγήσαντα, ἀπέδειξε.

adeo honoribus insuper affecit, Dolabellam in primis. Quoniam enim merito ejus erat obstrictus: memoriam illius sibi abjiciendam, aut, quia læsus ab eodem esset, ideo acceptum quoque beneficium parvipendendum esse, non existimavit: sed beneficio Dolabellæ injuriam ab eodem acceptam condonavit, eumque cum alias in honore habuit, tum paulo post consulem creavit, quamvis prætoram is nunquam gessisset. A.U.C. 707 Cæsare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

Ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ παρὰ τὴν τοῦ Καίσαρος [n] ἀπουσίαν ἐγένετο. χρόνιος δὲ ἐπ' αὐτὴν, καὶ ὐκ εὐθὺς ἐπὶ τῷ τοῦ Πομπηίου θανάτῳ, ἦλθε, διὰ τάδε· οἱ Αἰγύπτιοι, [149] ταῖς τῶν χρημάτων εἰσπράξεσι βαρυνόμενοι, καὶ δεινῶς φέροντες, ὅτι μηδὲ τῶν ἱερῶν [o] τις ἀπείχετο· (θρησκεύουσί τε γὰρ πολλὰ, περισσότατα ἀνθρώπων, [150] καὶ πολέμους ὑπὲρ αὐτῶν καὶ πρὸς ἀλλήλους, ἅτε μὴ καθ' ἓν E ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντιωτάτου καὶ αὐτοῖς τιμῶντες τινὰ, ἀναιροῦνται.) τούτοις τε οὖν ἀγανακτήσαντες, καὶ προσέτι φοβηθέντες, [151] μὴ τῇ Κλεοπάτρᾳ, ἅτε μέγα παρὰ τῷ Καίσαρι δυναμένῃ, παραδοθῶσιν, ἐταράχθησαν. ἐκείνη τε γὰρ τέως μὲν δι' ἑτέρων παρ' αὐτῷ διὰ τὸν ἀδελφὸν ἐδικάζετο· ἔπειτα δὲ ὡς τάχιστα τὴν φύσιν αὐτοῦ κατέμαθεν, (ἦν γὰρ ἐρωτικώτατος, καὶ πλείσαις καὶ ἄλλαις, 201 ὅσαις που περιτύχοι, συνεγένετο) πέμπει πρὸς αὐτὸν, [p] καὶ προδίδοσθαί τε ὑπὸ τῶν φίλων λέγουσα, καὶ ἀξιοῦσα αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἀγωνίσασθαι. ἄλλως τε γὰρ περικαλλεσάτη γυναικῶν ἐγένετο, καὶ τότε τῆς ὥρας ἀκμῇ πολὺ διέπρεπε. τό, τε φθέγμα ἀσειότατον εἶχε, [p] καὶ [152] προσομιλῆσαι παντὶ τῳ διὰ χαρίτων ἥπίσατο· ὥσε λαμπρά τε ἰδεῖν καὶ ἀκουσθῆναι οὖσα, καὶ ἐκ τούτου πάντα τινὰ καὶ δυσέρωτα καὶ ἀφηλικέστερον ἐξεργάσασθαι δυναμένη, πρὸς τρόπου τε ἐνόμισε τῷ Καίσαρι ἐνδεῖξασθαι, καὶ πάντα ἐν τῷ κάλλει τὰ δικαιώματα ἔθετο. ἠτήσατό τε οὖν ἐς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν· καὶ τυχοῦσα, κοσμησάμενή τε ἑαυτὴν καὶ ἐξήσκησεν, ὥστε σεμνοπρεπεστάτη καὶ οἰκειοτάτη αὐτῷ ὀφθῆναι. καὶ ἡ μὲν, ταῦτα μηχανησαμένη, ἔς τε τὴν

34. Atque hæc Romæ acta sunt per absentiam Cæsaris; inter cujus ad urbem reditum, mortemque Pompeji, ut aliquantum temporis intercederet, hæ causæ fuerunt. Molestе Ægyptii exactiones pecuniarum ferebant, id maxime indignum rati, quod nec a rebus sacris Cæsar abstineret. Superstitiosissime enim mortalium varias res venerantur: ac, quia non una ipsis est religio universis, sed inter se diversissimi in cultu deorum sunt, bellis quoque ejus rei causa mutuis se prosequuntur. Igitur offensi hac ratione, ac præterea metuentes, ne Cleopatræ, quæ plurimum apud Cæsarem poterat, traderentur, tumultum concitavere. Nam Cleopatra, quum adhuc per alios causam suam contra fratrem apud Cæsarem egisset, simulatque naturam ejus cognovit, (erat autem Cæsar amoribus quam maxime obnoxius, remque cum multis aliis feminis, ut ei fortuito oblatæ fuerant, habuerat) per internuntios Cæsari questa est, prodi se ab amicis, cupereque ipsam per se apud eum litem suam prosequi. Ipsa vero cum alias omnibus mulieribus formæ elegantia præstabat, tum flore ætatis id temporis admodum erat conspicua: inerat ei in voce summus lepos, & cum quocunque homine colloqueretur, eum gratia demulcere didicerat: denique tanta ejus aspectum orationemque vis comitabatur, ut quemvis vel natura vel ætate alienissimum ab amore, ad perdite amandum incitaret. Igitur e re sua existimabat fore, si ad Cæsaris colloquium admitteretur: inque sua venustate præsidium causæ omne reponebat. Impetrato a Cæsare, ut sub ejus aspectum veniret, ita sese exornavit ac composuit; ut simul summam dignitatem præ se ferret, simul misericordiam Cæsari maximam moveret.

[n] ἀπουσίαν. παρουσίαν, V. b. quæ est hominis scioli interpolatio. hic enim Dio, pro more, in summam colligit latius ante dicta. de rebus vero Cæsare præsente gestis hic tantum obiter mentio inciderat: de industria agitur infra p. 208. sq.
[o] τῶν ἱερῶν τις ἀπέχετο. pro τὶς, τινὸς scribendum judicat X. forte τὶ, Od. probe. [p] καὶ, quasi abundans, uncis incluserat L. sed retineri commode potest. inferius autem in καὶ προσομιλῆσαι, καὶ plane desideratur apud. L. habet vero Stephanus uterque, & Peir. Xiph.

§ 147. (l. 85.) καὶ ὕπατον] A.U.C. 710. quo Cæsar occisus. vide infra XLIV. p. 250. B. 268. B.

§ 148. (l. 86.) μηδὲ στρατηγήσαντα] Sic Magistri equitum dignitatem nec dum Prætorio contulit Antonio Cæsar. p. 195. A.

§ 149. (l. 91.) ταῖς τῶν χρημάτων εἰσπράξεσι] Conferre juvabit quæ dicta sunt p. 189. C. D.

§ 150. (l. 94.) καὶ πολέμους] Hermes Asclepio: *quæ aliis colenda videntur atque veneranda, apud alios dissimiliter habentur: ac propterea bellis se lacessere Ægyptiorum civitates solent.* Juvenalis XV. 33.

Inter finitimos vetus atque antiqua simultas,
Immortale odium & nunquam sanabile vulnus.
Ardet adhuc Ombos & Tentyra: summus utrinque
Inde furor vulgo, quod Numina vicinorum
Odit uterque locus, cum solos credat habendos
Esse Deos quos ipse colit. Sed tempore festo
Alterius populi rapienda occasio cunctis &c.

S. Athanasius lib. contra gentes, cum pugnantes cultus & dissidentia apud Agyptios sacra commemorasset, subjungit p. 25. T. I. ὅθεν δὴ πόλεμοι καὶ στάσεις καὶ πᾶσα φθόνων πρόφασις, καὶ πᾶσα τῶν παθῶν ἡδονὴ παρ' αὐτοῖς ἐστι.

§ 151. (l. 99.) μὴ τῇ Κλεοπάτρᾳ] Lucanus X. 355. Pothinum inducit his verbis ad bellum accendere Achillam, quem Rex Ptolemæus exercitui præfecerat:

Invasit Cleopatra domum: nec prodita tantum est,
Sed donata Pharos. Cessas accurrere &c.

§ 152. (l. 11.) καὶ προσομιλῆσαι] Illud καὶ addidi ex MSto Peiresciano, quod inspexit eruditissimus vir Henr. Valesius.

A.U.C.707 Cæsare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

moveret. His adornatis, noctu in urbem, (degebat enim tum foris) atque in regiam, Ptolemæo ignorante, pervenit.

35. Quam ubi Cæsar vidit, loquentemque nonnihil audivit, ita confestim mancipium ejus factus est, ut statim sub auroram Ptolemæum arcessiverit, pacificationemque tentaverit. Cleopatræ enim, cujus ante judex esse voluerat, tunc advocatum agebat. Quæ quidem res, quodque improviso suam sororem intus esse videbat, ita pueri animum ira inflammavit, ut prosiliens ad populum, proditum se clamaret, ac denique diadema capite detractum abjiceret. Magno inde tumultu coorto, Ptolemæum Cæsariani milites intro abripuerunt, Ægyptii autem commoti sunt: ac, nisi Cæsar metu perculsus ad eos prodiisset, deque loco tuto, omnia se, quæ vellent, facturum promisisset; ipso primo impetu regiam, quam terra marique jam invadebant, occupassent. Neque enim Romanis, qui se apud amicos versari credebant, ullæ ad resistendum aderant vires. Posthæc Cæsar in concionem progressus, Ptolemæo & Cleopatra productis, patris eorum testamentum de scripto recitavit: quo præcipiebatur, ut more majorum apud Ægyptios, inter se quidem illi matrimonio jungerentur, regnumque tenerent; sed ita tamen, ut sub tutela populi Romani essent. His addidit Cæsar, cum ipse dictaturam gereret, omnemque populi potestatem obtineret, suum esse, ut & liberorum curam susciperet, & patris voluntatem exequeretur. Igitur illis ambobus regnum Ægypti dedit, Arsinoæ autem Ptolemæoque juniori, germanis horum, Cyprum concessit. In eum enim tunc terrorem pervenerat, ut his quoque de suo aliquid largiretur, tantum aberat ut ipse ex ditione Ægypti quicquam sibi vindicaret.

36. Ad hunc modum is quidem tumultus sedatus, sed haud multo post novus motus coortus est, adeo ut ad bellum quoque sit ventum. Pothinus enim eunuchus, cui pecuniarum Ptolemæi procuratio commissa fuerat, quod seditionem

τὴν πόλιν ἅμα, (153 ἔξω γὰρ ἡ ἐκείνης ἦν) καὶ 154 ἐς τὰ βασίλεια λάθρα τοῦ Πτολεμαίου νυκτὸς ἐσῆλθεν.

Ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, ἰδών τε αὐτὴν, καί τι 155 φθεγξαμένης ἀκούσας, οὕτως εὐθὺς ἐδουλώθη, ὥστε αὐτίκα ὑπό τε τὴν ἕω τόν τε Πτολεμαῖον μεταπέμψασθαι, καὶ συναλλάξασθαι σφᾶς ἐπιχειρῆσαι. ἧς γὰρ δικασὴς πρότερον ἠξιοῦτο εἶναι, τότε ταύτῃ συνεδίκει. ὁ οὖν παῖς, διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι τὴν ἀδελφὴν αἰφνιδίως εἶδεν ἔνδον οὖσαν, ὀργῆς τε ἐπληρώθη, καὶ ἐκπηδήσας ἐς τὸ πλῆθος, ἐβόα, λέγων προδίδοσθαι· καὶ τέλος τὸ διάδημα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς περισπάσας ἔῤῥιψε. θορύβου δὲ ἐπὶ τούτῳ μεγάλου συμβάντος, ἐκεῖνον μὲν οἱ Καισάρειοι στρατιῶται συνήρπασαν· τὸ δὲ δὴ Αἰγύπτιον ἐταράσσετο· καὶν αὐτοβοεὶ τὰ βασίλεια, 156 καὶ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης ἅμα προσβάλλοντες, εἷλον· (τοῖς γὰρ Ῥωμαίοις οὐδὲν ἀξιόμαχον, ἅτε καὶ φίλων σφῶν δοκούντων εἶναι, παρῆν·) εἰ μὴ φοβηθεὶς ὁ Καῖσαρ προῆλθέ τε ἐς αὐτοὺς, καὶ 157 ἐν τῷ ἀσφαλεῖ σας, πάντα σφίσιν, ὅσα ἂν ἐθελήσωσι, πράξειν ὑπέσχετο. καὶ μετὰ τοῦτο ἐς ἐκκλησίαν ἐσελθὼν, τόν τε Πτολεμαῖον καὶ τὴν Κλεοπάτραν παρεσήσατο· καὶ 158 τὰς διαθήκας τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἀνέγνω, ἐν αἷς ἐκείνους μὲν συνοικῆσαι ἀλλήλοις, καὶ τῶν Αἰγυπτίων τὰ πάτρια, καὶ βασιλεύειν, ἀλλὰ τόνδε δὴ τῶν Ῥωμαίων δῆμον τὴν ἐπιτροπείαν σφῶν ἔχειν, ἐγέγραπτο. πράξας δὲ τοῦτο, καὶ ἐπεῖπων, ὅτι 159 ἑαυτῷ, δικτάτωρι ὄντι, καὶ πᾶν τὸ τοῦ δήμου κράτος ἔχοντι, τήν τε ἐπιμέλειαν τῶν παίδων ποιεῖσθαι, καὶ τὰ δόξαντα τῷ πατρὶ αὐτῶν ἐπιτελεῖν προσήκει· ἐκείνοις τε τὴν βασιλείαν ἀμφοτέροις ἔδωκε, καὶ τῇ Ἀρσινόῃ τῷ τε Πτολεμαίῳ τῷ νεωτέρῳ, τοῖς ἀδελφοῖς σφῶν, 160 τὴν Κύπρον ἐχαρίσατο. τοσοῦτον γάρ που δέος αὐτὸν ἔχεν, ὥστε μὴ μόνον μηδὲν τῶν τῆς Αἰγύπτου προσλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκείων τι αὐτοῖς προσδοῦναι.

Καὶ τότε μὲν οὕτως ἐπαύσαντο· οὐ μέντοι ἐπὶ πολὺ ὕστερον ἐκινήθησαν, ὥστε καὶ πολεμῆσαι. 161 ὁ γὰρ Ποθεινὸς ὁ τὴν διοίκησιν τῶν τοῦ Πτολεμαίου χρημάτων προσταγμένος, (εὐνοῦχος δὲ ἦν, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους μάλιστα

202

C

D

E

q ἔξω γὰρ ἐκάνης ἦν. (scil. πόλεως.) sic V. b. & Peir. vulgo minus bene καὶ ἐκείνη (nisi quod καὶ omittit L.) quasi ad Cleopatram respiceretur. non nego ceteroquin, ἔξω interdum absolute quoque pro ἔξω τῆς πόλεως accipi.

§ 153. (l. 23.) ἔξω γὰρ ἐκάνης] Ita rectius idem Peirescianus codex pro ἐκείνη.

§ 154. (l. 24.) ἐς τὰ βασίλεια λάθρα] Plutarchus Cæsare p. 731. Lucanus X. 53.

Jam Pelusiaco veniens a gurgite Nili
Rex puer, imbellis populi sedaverat iras,
Obside quo pacis, Pellæa tutus in aula
Cæsar erat: quum se parva Cleopatra biremi,
Corrupto custode Phari laxare catenas,
Intulit Emathiis ignaro Cæsare tectis.

§ 155. (l. 27.) φθεγξαμένης ἀκούσας] Cleopatræ orationem ad Cæsarem refert idem Lucanus X. 85. sq. subjungitque 105.

Vultus adest precibus, faciesque incesta perorat,
Exigit infandam corrupto judice noctem
Pax ubi parta duci (Ptolemæo) *donisque ingentibus*
emta est,
Excepere epulæ tantarum gaudia rerum &c.

§ 156. (l. 38.) καὶ ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης] Lucanus X. 478.

——— ——— *premit undique bellum*
Inque domum jam tela cadunt, quassantque penates
486. *Nec non & ratibus tentatur regia.* &c.

§ 157. (l. 43.) ἐν τῷ ἀσφαλεῖ σας] Idem 459.

Quærit tuta domus, spem vitæ in limine clauso
Ponit, & incerto lustrat vagus atria cursu,
Non sine Rege tamen, quem ducit in omnia secum,
Sumturus pœnas & grata piacula morti,
Missurusque tuum, si non sint tela, nec ignes,
In famulos, Ptolemæe, caput.

§ 158. (l. 46.) τὰς διαθήκας τοῦ πατρὸς] Cæsar. III. de bello civili c. 108. *In testamento Ptolemæi patris heredes erant scripti ex duobus filiis major, & ex duabus filiabus, ea quæ ætate antecedebat. Hæc ut fierent, per omnes Deos, perque fœdera quæ Romæ fecisset, eodem testamento Ptolemæus Populum Rom. obtestabatur.*

§ 159. (l. 51.) ἑαυτῷ δικτάτωρι ὄντι] Idem Cæsar. III. 107. *Controversias Regum ad Populum. Rom. & ad se, quod esset Consul, pertinere existimans: atque eo magis officio suo convenire, quod superiore Consulatu* (A. U. C. 690) *cum Patre Ptolemæo & lege & SCto societas erat facta.* Itaque nondum Dictator tunc Cæsar, quam dignitatem post annum Consulatus finitum ab illo susceptam scripsit Dio, p. 195. A.

§ 160. (l. 56.) τὴν Κύπρον] De Cypro erepta Cleopatræ patruo, & a Catone redacta in Romanorum potestatem, dictum

σα συνεξελαύχει) δείσας μὴ καὶ δίκην πολὲ-
ἐπὶ τούτῳ δῷ, πέμπει κρύφα πρὸς τὸν Ἀ-
B χιλλᾶν, περὶ τὸ Πηλούσιον ἔτι καὶ τότε ὄν-
τα, καὶ αὐτὸν ἐκφοβήσας τε ἅμα καὶ ἐπελ-
πίσας [r] προσηλαιρίσαλο· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ
τοὺς ἄλλους τοὺς τὰ ὅπλα ἔχονλας ᾠκειώσαλο. 70
πᾶσί τε γὰρ ὁμοίως δεινὸν ἐδόκει εἶναι ὑπὸ
γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὑποψίᾳ τοῦ τὸν Καίσαρα
τότε μὲν, ἐπὶ τῇ καλασκάσει σφῶν, ἀμφο-
τέροις δῆθεν αὐλοῖς τὴν βασιλείαν [s] δεδωκέ-
ναι, προϊόνλος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, μόνῃ τῇ 75
Κλεοπάτρᾳ αὐλὴν προσθήσειν· καὶ ἀνλίπαλοι
τῷ τότε παρόνλι αὐλοῦ σραλῷ ἐνόμιζον εἶναι.
καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν εὐθὺς ἄραν-
τες [t] ἤμυνον.

Πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Καῖσαρ, καὶ καλαδείσας τό, 80
C τε πλῆθος αὐλῶν καὶ τὰς τόλμας, ἔπεμψέ τινας πρὸς
τὸν Ἀχιλλᾶν, ὄνλοι γε τῷ αὐλοῦ ἀλλὰ τῷ τοῦ Πτολε-
μαίου ὀνόμαλι, κελεύονλος αὐλῷ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν.
καὶ ὃς, συνιεὶς ὅτι οὐ τοῦ παιδὸς, ἀλλ' ἐκείνου ἡ πρόσ-
ταξις ἦν, οὐχ ὅπως οὐκ ἐπήκουσεν αὐλοῦ, ἀλλὰ καὶ 85
προσκαλαφρονήσας ὡς καὶ φοβουμένου, τούς τε σραλιώ-
τας συνήγαγε, καὶ πολλὰ μὲν ὑπὲρ τοῦ Πτολεμαίου,
πολλὰ δὲ καὶ κακὰ τοῦ Καίσαρος τῆς τε Κλεοπάτρας
εἰπών, τέλος καὶ ἐπὶ τοὺς πεμφθένλας, καίπερ Αἰ-
γυπλίους ὄνλας, παρώξυνεν αὐλοὺς, ὅπως [162] τοῦ τε 90
D φόνου σφῶν ἀναπλησθῶσι, καὶ ἐς ἀνάγκην [u] ἀσπόνδου
πολέμου καλασῶσι. μαθὼν οὖν ταῦτα ὁ Καῖσαρ, τούς
τε ἐκ τῆς Συρίας σραλιώτας μελεπέμψατο, καὶ τὰ βα-
σίλεια, τά τε ἄλλα τὰ πλησίον αὐλῶν οἰκοδομήμαλα,
διελάφρευσε καὶ ἀπελείχισε μέχρι τῆς θαλάσσης.

Καὶν τούτῳ καὶ ὁ Ἀχιλλᾶς, μετά τε τῶν Ῥω-
μαίων, καὶ μελὰ τῶν ἄλλων τῶν ὑπὸ τοῦ Γαουϊνίου
[163] σὺν τῷ Σεπλιμίῳ πρὸς τὴν τοῦ Πτολεμαίου φρου-
ρὰν καλαλειφθέντων, ἐπελθὼν, (ἐκ γὰρ τῆς ἐκεῖ δια-
τριβῆς καὶ τοὺς τρόπους ἐς τὸ ἐπιχώριον μελεβε-
βλήκεσαν) τῶν τε Ἀλεξανδρέων τὸ πολὺ εὐθὺς 1
προσεποιήσαλο, καὶ τὰ ἐπικαιρόταλα ἐκρατύναλο.
E κἀκ τούτου πολλαὶ μὲν μάχαι καθ' ἡμέραν
καὶ νύκλωρ αὐτοῖς ἐγίγνονλο, πολλὰ δὲ καὶ κα-
πίμπρανλο· ὥσε ἄλλα τε καὶ τὸ νεώριον, τάς τε 5
ἀποθήκας καὶ τοῦ σίτου [164] καὶ τῶν βίβλων (πλεί-
σων

37. Cæsar, re cognita, hostiumque multitudine ac audacia territus, ad Achillam misit, qui eum, non Cæsaris sed Ptolemæi nomine, juberent quiescere. Achillas, quia non regis, sed Cæsaris mandatum ferri intelligebat, non modo non paruit; sed insuper eum, tanquam sibi timentem, contemptui habens, convocatis militibus, postquam multa pro Ptolemæo, ac contra Cæsarem & Cleopatram verba fecit, tandem eos ad cædem internuntiorum, etsi ii Ægyptii erant, incitavit, ut sanguine eorum satiati, implacabile bellum gerere cogerentur. Quibus perceptis Cæsar milites ex Syria evocat, regiam vicinaque ædificia usque ad mare fossa muroque communit.

38. Interim Achillas cum Romanis, reliquisque, quos cum Septimio Gabinius Ptolemæo præsidii loco reliquerat, quique ex commoratione Ægyptiaca mores quoque incolarum jam assumpserant, Alexandriam advenit, civium maximam partem confestim ad se pertrahit, loca commodissima occupat. Exinde multa prælia interdiu noctuque committuntur, multa incendia fiunt, inter quæ navale etiam, penusque frumentaria, & bibliotheca plurimis (ut fertur) optimisque referta libris, conflagravit. Continentem

A.U.C. 707 Cæsare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

[r] προσηλαιρίσαλο. sic V. a. sic rationes grammaticæ postulant. editiones προσελαιρίσαλο. [s] δοῦναι, vulgo. δεδωκέναι, V. a. quod præferendum. [t] ἤμυνον. vox hæc admodum suspecta, videturque deesse aliquid. X. [u] ἀσπόνδου πολέμου. MS. Sylburgii ἀσπάσου πολ. significatu licet eodem, L.

stum fuit ad XXXIX. p. 101. & XXXVIII. p. 78. E. Minor autem ille natu Ptolemæus regno Ægypti deinde donatus, cum Cleopatra, a Cæsare. infra p. 205. E. Arsinoë ducta in triumpho XLIII. p. 223. C.

§ 161. (l. 62.) ὁ γὰρ Ποθεινὸς] Cæsar. III. 108. Lucanus X. 333.

§ 162. (l. 90.) τοῦ τε Φόνου σφῶν] Cæsar. III. 109. *A rege missi ex necessariis Dioscorides & Serapion, qui ambo legati Romæ fuerant, magnamque apud patrem Ptolemæum auctoritatem habuerant, ad Achillam pervenerunt. Quos ille, cum in conspectum ejus venissent, priusquam audiret, aut cujus rei caussa missi essent, cognosceret, corripi ac interfici jussit.* Tangit & Lucanus X. 471. sq.

Sed neque jus mundi valuit. &c.

§ 163. (l. 98.) σὺν τῷ Σεπλιμίῳ] Supra p. 186. D. Cæsar. III. 110. *Erant cum Achilla copiæ, ut neque numero, neque genere hominum, neque usu rei militaris contemnendæ viderentur. Millia enim viginti in armis habebat. Hæ constabant ex Gabinianis militibus, qui jam in consuetudinem Alexandrinæ vitæ atque licentiæ venerant, & nomen disciplinamque populi Romani dedidicerant* &c.

§ 164. (l. 6.) καὶ τῶν βίβλων] Seneca de tranquillitate animi c. 9. *T. Livium laudamus auctorem: quadringenta millia librorum Alexandriæ arserunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monumentum.* Vitiosum est, *quadraginta millia*, quod alicubi se reperisse ait Julius Celsus p. 160. Gellius VI. 17. *Ingens postea numerus librorum in Ægypto a Ptolemæis Regibus, vel conquisitus vel confectus est, ad millia ferme voluminum septingenta: sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non sponte neque opera consulta, sed a militibus forte auxiliariis incensa sunt.* Ammianus XXII. 17. *In Serapeo Alexandriæ, Bibliothecæ fuerunt inæstimabiles, & loquitur monumentorum veterum concinens fides, septingenta voluminum millia, Ptolemæis Regibus vigiliis intentis composita, bello Alexandrino, dum diripitur civitas, sub Dictatore Cæsare conflagrasse.* Utrum in Serapeo fuerit illa Bibliotheca, merito dubitat eruditissimus Valesius: nam Ptolemæos in Bruchio eam dedicasse, alteramque fuisse diu post in Serapeo conditam S. Epiphanius lib. de ponderibus T. II. p. 166. & 168. tradit. Atque Aphthonius, in descriptione arcis Alexandrinæ p. 94. παρωκοδόμηνλαι δὲ σηκοὶ τῶν σοῶν ἔνδοθεν, οἱ μὲν ταμιᾶα γεγενημένοι ταῖς βίβλοις, τοῖς φιλοπονοῦσιν ἀνεῳγμένοι φιλοσοφᾶν,

A.U.C.707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

tem omnem terram, iis locis demptis, quæ Cæsar munitionibus clauserat, Achillas tenebat: Cæsar mari omni potiebatur, excepto portu. Quumque navali certamine vicisset, Ægyptiique metuentes, ne jam in portum quoque navigare intenderet, ostium ejus, parvo tantum relicto spatio, aggere injecto obstruxissent: ipse illud quoque spatium, onerariis navibus lapidum plenis eo demersis, obturavit; ut si vel maxime vellent, enavigandi facultatem non haberent. Quo facto minori negotio res necessarias, aquamque consecutus est: nam aquationem ex continenti Achillas, intercisis aquæ ductibus, ei ademerat.

σων δὴ καὶ ἀρίστων, ὥς φασι, γενομένων) ναυθῆναι. ἐκράτει δὲ τῆς μὲν ἠπείρου ὁ Ἀχιλλᾶς, χωρὶς ὧν ὁ Καῖσαρ ἐνεβετείχισο· [165] τῆς δὲ δὴ θαλάσσης ὁ ἐκεῖνος, ἄνευ τοῦ λιμένος. καὶ ναυμαχίᾳ τε ἐνίκησε, καὶ ἐπειδὴ διὰ τοῦτο φοβηθέντες οἱ Αἰγύπτιοι μὴ [166] ἐς τὸν λιμένα σφῶν ἐπιπλεύσῃ, τὸ στόμα αὐτοῦ, πλὴν βραχέος, ἔχωσαν, καὶ ἐκεῖνο * προσαπέφραξεν, ὁλκάδας λίθων πλήρεις * προσκαταπονήσας, ὡς αὐτοὺς, μηδ' εἰ πάνυ τοι βούλοιντο ἐκπλεῦσαι, δυνηθῆναί σοι ἀπᾶραι. ποιήσας δὲ τοῦτο, ῥᾷον τὰ ἐπιήδεια τά τε ἄλλα καὶ ὕδωρ ἐπήγετο. τὴν γὰρ αὐτόθεν ὑδρείαν ὁ Ἀχιλλᾶς σφᾶς ἀφῄρητο, τοὺς ὀχετοὺς διαπρίσας.

203

39. Dum hæc geruntur, Ganymedes quidam, eunuchus, Arsinoen, negligentius custoditam, furtim ad Ægyptios traduxit: eaque illi regina constituta, jam eo majori studio bellum, quod ducem ex Ptolemæorum prosapia nacti essent, administrarunt. Eapropter Cæsar Pothinum, ne is quoque Ptolemæum furtim abduceret, interfecit; ac palam deinceps regem diligenti custodia asservavit. Quo facto magis etiam exasperatis Ægyptiorum animis, quum eorum subinde numerus crescceret, Romani vero militibus ex Syria nondum aucti essent, Cæsar ad amicitiam hostes perducere tentavit: Ptolemæumque eo in loco, unde ab illis exaudiri posset, constitutum, Ægyptiis dicere jussit, neque se quicquam adversi pati, neque bello opus esse: proinde ad pacem componendam eos hortatus, promisit, curaturum se, ut conditiones convenirent. Quæ si ipse sua sponte ita pronuntiasset, utique ut bellum pace mutaretur, effeciisset: nunc suspicati, ad hoc eum a Cæsare subornatum esse, nihil a proposito deflexere.

Τούτων δὲ οὕτω πραττομένων, [167] Γανυμήδης τις εὐνοῦχος τὴν Ἀρσινόην οὐ πάνυ * φρουρουμένην ἐς τοὺς Αἰγυπτίους ὑπεξήγαγε· καὶ ταύτην ἐκεῖνοι βασιλίδα ἀποδείξαντες, προθυμότερον τοῦ πολέμου, ὡς καὶ προσάτην τινὰ ἐκ τοῦ τῶν Πτολεμαίων γένους ἔχοντες, ἀνελάβοντο. ὁ οὖν Καῖσαρ, φοβηθεὶς μὴ καὶ ὁ Ποθεινὸς τὸν Πτολεμαῖον * ἐκκλέψῃ, [168] τὸν μὲν ἀπέκτεινε, τὸν δὲ, οὐκέτ' ἐπικρυπτόμενος, ἀκριβῶς ἐφρούρει. παροξυνθέντων δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἐκείνοις μὲν πλειόνων ἀεὶ προσγιγνομένων, τοῖς δὲ δὴ Ῥωμαίοις μηδέπω τῶν στρατιωτῶν ἐκ τῆς Συρίας παρόντων, ἐς φιλίαν αὐτοὺς ὑπαγαγέσθαι ἠθέλησε. καὶ τὸν Πτολεμαῖον ἀναβιβάσας που, ὅθεν ἐξακουσθήσεσθαι ἔμελλεν, εἰπεῖν σφίσιν ἐκέλευσεν, ὅτι οὔτε τι κακὸν ἔχοι, οὔτε πολεμεῖν δέοιτο· πρός τε τὰς σπονδὰς αὐτοὺς παρεκάλει, καὶ προσυπισχνεῖτο διαπράξειν αὐτάς. καὶ, εἴγε ἐκὼν ταῦτα οὕτω διείλεκτο, ἔπεισεν ἂν σφᾶς καταλύσασθαι· νῦν δ' ὑποπτήσαντες αὐτὰ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος καλεσκευάσθαι, οὐκ ἐνέδοσαν.

40. Progressu temporis accidit, ut dissidium inter eos, qui cum Arsinoe faciebant, oriretur. Fuerat

Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου στάσις τοῖς περὶ τὴν Ἀρσινόην οὖσιν ἐνέπεσε· καὶ αὐτὴν ὁ Γανυμήδης ἔπεισε

* προσαπέφραξεν, & προσκαταπονήσας. singulari numero: loquitur enim de Cæsare: neque dubium est, quin vulgata προσαπέφραξαν, προσκαταπονήσαντες ab indocto librario, qui sensum non assequeretur, sint summissa. X. probe. confirmat cod. V. a. * οὐ πάνυ φρουρουμένην. forte deest ἀκριβῶς, quod paulo post reperitur. mox l. 24. forte προσάτην. [166] ἐκκλέψῃ, emendatio X. vulgo ἐκλάψῃ. κλέψῃ, L.

λοσοφῶν, καὶ πόλιν ἅπασαν εἰς ἐξουσίαν τῆς σοφίας ἐπαίροντες. Neque in direptione urbis incendium illud contigit, sed flammis ex classe incensa ædes corripientibus. Orosius Livii narrationem secutus VI. 15. *In ipso prælio regia classis forte subducta, jubetur (a Cæsare) incendi. Ea flamma cum partem quoque urbis invasisset, quadringenta millia librorum, proximis forte ædibus condita exussit, singulare profecto monimentum studii curæque majorum, qui tot tantaque illustrium ingeniorum opera congesserant.* Plutarchus in Cæsare p. 731. περικοπτόμενος τὸν στόλον ἠναγκάσθη διὰ πυρὸς ἀπώσασθαι τὸν κίνδυνον, ὃ καὶ τὴν μεγάλην βιβλιοθήκην ἐκ τῶν νεωρίων ἐπινεμόμενον διέφθειρεν. Omitto alia quæ de Bibliothecis Alexandrinis notarunt viri docti ad laudata Gellii & Ammiani loca, & Lipsius Syntagmate de Bibliothecis c. 2.

§ 165. (l. 9.) τῆς δὲ δὴ θαλάσσης] Narrat ipse Cæsar. III. c. 111. quanta dimicatione Achillam prohibuerit, ne navibus occupatis, classeque Cæsaris erepta, portum ac mare totum in sua potestate haberet: quomodo etiam naves, quas occupare ille volebat omnes, & reliquas, quæ erant in navalibus, incenderit, confestimque ad Pharum navibus milites suos exposuerit.

§ 166. (l. 12.) ἐς τὸν λιμένα σφῶν] Hujus portus Alexandrini, Pharique descriptio, apud Cæsarem III. ult.

§ 167. (l. 20.) Γανυμήδης] Lucanus X. 519.

—— —— *nec non subrepta paratis*
A famulo Ganymede dolis pervenit ad hostes
Cæsaris Arsinoe, quæ castra carentia Rege
Ut proles Lagea tenet —— ——

Cæsar. III. 112. *Interim filia minor Ptolemæi Regis, vacuam possessionem Regni sperans, ad Achillam se ex Regia trajecit, unaque bellum administrare cœpit. Sed celeriter est inter eos de principatu controversia orta, quæ res apud milites largitiones auxit: magnis enim jacturis sibi quisque eorum animos conciliabat.*

§ 168. (l. 27.) τὸν μὲν ἀπέκτεινε] Idem Cæsar: *Hæc dum apud hostes gerantur, Pothinus nutritius pueri, & procurator Regni, in parte Cæsaris, cum ad Achillam nuntios mitteret, hortareturque ne negotio desisteret, neve animo deficeret, indicatis deprehensisque internunciis, a Cæsare est interfectus.* Meminit & Pothini, a Cæsare in convivio statione circumdato interemti, Plutarchus p. 731. & Luc. X. 515.

§ 169. (l. 45.) ἀποκτεῖναι] Hirtius de bello Alex. c. 4. *Præoccupat Arsinoë per Ganymedem eunuchum, nutricium suum, atque Achillam interficit. Hoc occiso ipsa sine ullo socio & custode omne imperium obtinebat. Exercitus Ganymedi transditur.* Lucanus X. 523. de Arsinoë:

—— —— *famulumque tyranni*
Terribilem jusso transegit Achillea ferro.

§ 170. (l. 58.) τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ] Pharitas vocat Hirtius c. 17. & 19.

§ 171. (l. 64.) καὶ ὁ Καῖσαρ] Lucanus X. 535.

Dum parat in vacuas Martem transferre carinas
Dux Latius, tota subiti formidine belli
Cingitur: hinc densæ prætexunt littora classes,
Hinc tergo insultant pedites: via nulla salutis,
Non fuga, non virtus, vix spes quoque mortis honestæ.

ἔπεισε τὸν Ἀχιλλᾶν, ὡς καὶ τὸ ναυτικὸν [a] προδοῦσαν, [169] ἀποκτεῖναι. γενομένου δὲ τούτου, τήν τε ἡγεμονίαν τῶν στρατιωτῶν παρέλαβε, καὶ τὰ πλοῖα, ὅσα ἐν τῷ ποταμῷ καὶ ἐν τῇ λίμνῃ ἦν, συνήγαγεν· ἄλλα τε προσκατεσκεύασε, καὶ πάντα αὐτὰ ἐς τὴν θάλασσαν διὰ τῶν διωρύχων κομίσας, τοῖς τε Ῥωμαίοις μὴ προσδεχομένοις προσέβαλε, καὶ τὰς μὲν κατέπρησε τῶν ὁλκάδων αὐτῶν, τὰς δὲ ἀνεδήσατο· καὶ μετὰ τοῦτο τόν τε εἴσπλουν τοῦ λιμένος ἐξεκάθηρε, καὶ ναῦται [b] ναυλοχῶν, πολλὰ σφᾶς ἐλύπει. τηρήσας οὖν ποτε αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ [c] ἀμελῶς ὑπὸ τοῦ κρατεῖν ἔχοντας, ἔς τε τὸν λιμένα αἰφνιδίως ἐπεισέπλευσε, καὶ συχνὰ πλοῖα καύσας, ἔς τε τὴν Φάρον ἀπέβη, καὶ [170] τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ ἐφόνευσεν. ἰδόντες
204 δὲ τοῦτο οἱ ἐν τῇ ἠπείρῳ Αἰγύπτιοι, καί τε τὰς γεφύρας ἐπεβοήθησαν αὐτοῖς, καὶ συχνοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀνταποκτείναντες, τοὺς λοιποὺς ἐς τὰς ναῦς ἐσήραξαν. καὶ αὐτῶν ὁπουδήποτε καὶ ἀθρόως [d] ἐσβιαζομένων ἐς αὐτὰς, ἄλλοι τε πολλοὶ ἐς τὴν θάλασσαν ἐξέπεσον, [171] καὶ ὁ Καῖσαρ. καὶ διεφθάρη κακῶς, ὑπό τε τῶν ἱματίων βαρυνόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων βαλλόμενος, (ἀλουργῶν γὰρ αὐτῶν ὄντων [e] ἐσοχάζοντο) εἰ μὴ καὶ ἐκεῖνα [f] ἀπερρίφει, καὶ μετὰ τοῦτο διανεύσας πῃ, [172] ἐς ἀκάτιον ἐσεβεβήκει. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐσώθη, [173] μηδὲν τῶν γραμμάτων βρέξας, ἃ πολλὰ ἐν τῇ
B ἀριστερᾷ χειρὶ [g] ἀνέχων ἐνήξατο· τὴν δὲ ἐσθῆτα αὐτοῦ [174] οἱ Αἰγύπτιοι λαβόντες, πρὸς τὸ τρόπαιον, ὃ ἔστησαν τῆς τροπῆς ταύτης, ἀνεκρέμασαν, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ἡρηκότες. καὶ (ἤδη γὰρ καὶ τὰ στρατεύματα, ἃ [175] ἀπὸ τῆς Συρίας μετεπέμψατο, ἐπλησίαζε) τάς τε καταίρεις ἐτήρουν, καὶ πολλὰ αὐτοὺς ἔβλαπτον. τοῖς μὲν πρὸς τὴν Λιβύην σφῶν προσπλέουσιν ὁ Καῖσαρ τρόπον τινὰ ἤμυνε· συχνοὺς δὲ δὴ περὶ τὰς τοῦ Νείλου ἐκβολὰς, πυρσοῖς, ὡς καὶ Ῥωμαῖοι ὄντες, ἐξηπάτων τε καὶ συνελάμβανον· ὥστε καὶ τοὺς λοιποὺς μηκέτι τολμᾶν παρακομίζεσθαι· μέχρις οὗ [176] Τιβέριος Κλαύδιος

Fuerat ei Ganymedes auctor interimendi Achillæ, quasi qui rem navalem proditurus esset. Quo facto, ipse dux militum constitutus, naves omnes quotquot in flumine ac palude erant, in unum locum conduxit: aliisque præterea ædificatis, universas ad mare per fossas deduxit: Romanosque inopinato adortus, onerarias eorum naves partim combussit, partim remulco alligatas abduxit: expurgato deinde portus introitu, ibi navibus suis in statione locatis, multum Romanis negotii facessivit. Cæsar, ubi eos animadvertit aliquanto negligentiores, quod superiores essent, subito in portum advectus, compluribus navigiis exustis, in Pharum copias exposuit, incolasque ejus loci occidit. Id videntes Ægyptii, qui in continenti versabantur, per pontes auxilio Phariis venerunt: viciissimque multis Romanorum cæsis, reliquos in naves compulerunt. Hi quum undique confertim in eas urgentibus hostibus præcipitarent, accidit, ut multi in mare exciderent; inter quos Cæsar ipse fuit. Isque in summo vitæ discrimine constitutus, quum & veste gravaretur, & ab Ægyptiis, imperatorem esse ex purpura colligentibus, jaculis peteretur: projecta veste, ad scapham enatavit, atque ita præsens periculum effugit, ne madefactis quidem inter natandum, quos sinistra manu tenuerat, libellis. At paludamento potiti Ægyptii, tropæo id, quod de fugatis tum hostibus statuerant, appenderunt, tanquam ipsum ducem cepissent. Iidem, quia evocati ex Syria milites Cæsaris jam appropinquabant, omnia littora, ad quæ appellere naves possent, custodierunt; multumque iis copiis detrimenti attulerunt. Atque iis quidem, qui ipsi Africæ naves advertebant, aliquam Cæsar opem tulit; sed apud ostia Nili multos Ægyptii ignibus editis, perinde acsi Romani ea loca obtinerent, deceptos comprehenderunt, ita ut reliqui eo naves advertere non auderent: donec Tiberius Claudius

A.U.C. 707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

a προδοῦσαν. προδόντα, X. προδώσοντα, magis ad corruptum accederet. b ναυλοχῶν emendatio Xyl. pro ναυλομαχῶν, quod est apud RS. emendationem receperunt sequentes. c ἀμελῶς ὑπὸ τοῦ. ἀμελῶς ὡς ὑπὸ τοῦ, V. b. crediderim illud ὡς corruptum ex πως. d ἐσβιαζομένων. sic scribendum recte vidit X. vulgo ἐσβιαζομένους. e ἐσοχάζοντο. καθεσοχάζοντο, Xiph. f ἀπερρίφει. sic Xiph. vulgo ἀπερρίφη. g ἀνέχων. ἔχων, Xiph.

§ 172. (l. 68.) ἐς ἀκάτιον] Videri possit in latino scriptore aliquo Dio legisse *ad scapham*, pro *ad Scævam*: ad hunc enim Cæsar enatavit, qui cum navibus longius constiterat. Lucanus X. 543.

——— ——— *respexit in agmine denso*
Scævam, perpetuæ meritum jam nomina famæ
Ad campos, Epidamne, tuos; ubi solus apertis
Obsedit muris calcantem mœnia Magnum.

De hujus Scævæ virtute Cæsari perspecta, dixerat VI. 144. sq. Hirtius de bello Alex. c. 21. Cæsaris enarrans periculum, *fore, quod accidit, suspicatus, sese ex navigio ejecit, atque ad eas quæ longius constiterant naves, adnatavit. Hinc suis laborantibus subsidio scaphas mittens, nonnullos conservavit. Navigium quidem ejus, multitudine depressum militum, una cum hominibus interiit.* φιλίαν νηῒ προσπελάσαι ait Appianus II. civil. p. 523. qui ejusdem rei meminit iterum, p. 484.

§ 173. (l. 70.) μηδὲν τῶν γραμμάτων βρέξας] Sueton. Cæsare c. 64. *Alexandriæ, circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus, in scapham pluribus eodem præcipitantibus, cum desiliisset in mare, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem, elata læva, ne libelli quos tenebat madefierent.* Plutarchus p. 731. περὶ τὴν Φάρῳ μάχης συνεστώσης, καὶ ἐπιθέσθαι μὲν ἀπὸ τοῦ χώματος ἐς ἀκάτιον, καὶ παρεβοήθει τοῖς ἀγωνιζομένοις. ἐπιπλεόντων δὲ πολλαχόθεν αὐτῷ τῶν Αἰγυπτίων, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν ἀπενήξατο μόλις καὶ χαλεπῶς. ὅτε καὶ λέγεται, βιβλίδια κομίζων πολλὰ, μὴ προέσθαι βαπτόμενος καὶ βαπτιζόμενος, ἀλλ' ἀνέχων ὑπὲρ τῆς θαλάσσης τὰ βιβλίδια τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ, νήχεσθαι. τὸ δὲ ἀκάτιον εὐθὺς ἐνεθείη. Orosius VI. 15. *una manu elevata, qua chartas tenebat, natando per ducentos passus ad navim pervenit.*

§ 174. (l. 72.) οἱ Αἰγύπτιοι λαβόντες] Dioni suffragatur Appianus p. 484. καὶ τὴν χλαμύδα αὐτοῦ λαβόντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς περὶ τρόπαιον ἐκρεμάσαντο. Sed Suetonium si audimus, Cæsar nando evasit, *paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.* Florus tamen Dioni & Appiano consentiens IV. 2. 59. *mira felicitate ad proximam classem enatavit, relicto quidem in fluctibus paludamento; seu fato seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis saxisque peteretur.* De purpureo Ducum Romanorum paludamento dictum infra ad p. 312. E.

§ 175. (l. 75.) ἀπὸ τῆς Συρίας] Ex Creta etiam & Rhodo ac Cilicia. vide Hirtium de bello Alex. c. 1. & 25.

§ 176. (l. 82.) Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων] Conferendus idem Hirtius c. 25.

A.U.C.707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

dius Nero in ipsum fluvium subvectus, hostibus prœlio victis, ut sui tuto terræ adnavigare possent, effecit.

41. Eodem tempore Mithridates cognomento Pergamenus, conatus in ostium Nili, quod ad Pelusium est, pervenire, quum navigiis introitum Ægyptii obstruxissent, noctu ad fossam advectus est: in eamque navibus transportatis, (neque enim pertinet in mare) in Nilum navibus successit: deinde eos, qui ostia Nili custodiebant, subito e mari fluvioque simul adortus, ostia ipsa liberavit; Pelusiumque classe, terrestribusque copiis aggressus, in potestatem suam redegit. Inde ad Alexandriam procedens, quum Dioscoridem quendam obviam sibi ire audisset, eum positis insidiis interfecit.

Κλαύδιος ὁ Νέρων ἐς αὐτὸν τότε τὸν πολαμὸν ἀναπλεύσας, ἐκείνους τε μάχῃ ἐκράτησε, καὶ τοῖς σφε῀τέροις ἀδεέστερον τὸν πρόσπλουν ἐποίησε.

Κἀν τούτῳ [177] Μιθριδάτης, ὁ Περγαμηνὸς ἐπικληθεὶς, ἐπεχείρησε μὲν ἐς τὸ στόμα τοῦ Νείλου τὸ καλὰ Πηλούσιον ἀναβῆναι, ἀποφραξάντων δὲ τῶν Αἰγυπτίων τὸν ἔσπλουν τοῖς πλοίοις, προσεκομίσθη νυκτὸς ἐπὶ τὴν διώρυχα· καὶ ναῦς ἐς αὐτὴν ὑπερενεγκὼν (οὐ γὰρ ἐξίησιν ἐς τὴν θάλασσαν) οὕτω διὰ ταύτης ἐς τὸν Νεῖλον ἀνέπλευσε. καὶ μετὰ τοῦτο αἰφνίδιον ἔκ τε τῆς θαλάσσης καὶ ἐκ τοῦ πολαμοῦ ἅμα τοῖς φρουροῦσι τὸ στόμα αὐτοῦ προσπίξας, τήν τε ἀπόκλεισιν σφῶν ἔλυσε, καὶ τὸ Πηλούσιον τῷ τε πεζῷ ἅμα καὶ τῷ ναυτικῷ προσβαλὼν εἷλε. προχωρῶν τε ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ πυθόμενος [178] Διοσκορίδην τινὰ ἀπαντήσειν σφίσιν, ἐνήδρευσέ τε αὐτὸν καὶ καταπολέμησε.

42. Hæc quum audirent Ægyptii, ne sic quidem bello finem imposuere: quia tamen evnuchi mulierisque imperium molestè ferebant, arbitrabanturque, si Ptolemæum sibi ducem cepissent, Romanis se superiores futuros, quum eum nulla ratione possent eripere, quod attentissime custodiebatur: fractos se calamitatibus pacem concupiscere simulaverunt, miseruntque ad Cæsarem, qui & de pace agerent, & Ptolemæum sibi expeteret, ut cum eo de conditionibus componendæ pacis consilia inire possent. Cæsar re vera eos existimabat sententiam mutasse, (quippe audierat, cum alias homines esse timidos, levique momento mutabiles, tum id temporis ob acceptas clades consternatos sensérat) ac si vel dolo agerent, tamen putabat faciendum, ne pacem impedire videretur. Itaque postulatis approbatis, Ptolemæum ipsis misit. Nam nihil in eo firmi præsidii cum ob ætatem, tum ob siniſtram institutionem, inesse videbat: ita vero fore, ut aut quibus ipse vellet conditionibus pacem cum Ægyptiis faceret, aut eos debellandi subigendique justiorem utique causam, regnique Cleopatræ tradendi probabiliorem rationem haberet. Neque vero metuebat, ne ab ipsis vinceretur, præsertim jam auctus exercitu.

Ἀισθόμενοι δὲ ταῦθ' οἱ Αἰγύπλιοι, τὸν πόλεμον οὐδ' ὡς καλελύσανλο· [b] ἀχθεσθέν]ες δὲ ἐπὶ τῇ [179] τοῦ εὐνούχου καὶ τῆς γυναικὸς ἀρχῇ, καὶ νομίσαν]ες, ἂν τὸν Πτολεμαῖον προσήσωνλαι, καθυπέρλεροι τῶν Ῥωμαίων ἔσεσθαι, ἔπειτ' ἐπειδὴ οὐδένα τρόπον ἐξαρπάσαι αὐτὸν ἠδυνήθησαν, (δεινῶς γὰρ ἐφυλάσσελο) ἐπλάσαν]ο ταῖς τε συμφοραῖς πεπονῆσθαι, καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμεῖν· καὶ ἔπεμψαν πρὸς τὸν Καίσαρα, ἐπικηρυκευόμενοί τε, καὶ [180] τὸν Πτολεμαῖον αἰτοῦν]ες, ὅπως δὴ σὺν αὐτῷ περὶ τῶν σπονδῶν, ἐφ' οἷς γενήσοιν]ο, βουλεύσων]αι. ὁ οὖν Καῖσαρ ἐνόμισε μὲν καὶ ὡς ἀληθῶς αὐτοὺς [i] μεταβεβλῆθαι· (ἄλλως τε γὰρ καὶ δειλοὺς καὶ ὀξυδόρκους ὄν]ας ἤκουε, καὶ τότε πρὸς τὰ πλαίσματα καλαπεπληγμένους ἤσθε]ο·) [181] εἰ δὲ δὴ καὶ τεχνάζοιν]ό τι, ἀλλ' ὅπως μὴ διὰ τοῦτ' ἐμποδίζων τὴν εἰρήνην νομισθῇ, συνεπαινεῖν τε σφίσιν ἔφη, καὶ τὸν Πτολεμαῖον ἔπεμψεν. οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τι ἰσχυρὸν [182] ἔκ τε τῆς ἡλικίας καὶ ἐκ τῆς ἀπαιδευσίας ἐνεώρα ὄν· καὶ τοὺς Αἰγυπλίους ἤτοι συναλλαγήσεσθαί οἱ ἐφ' οἷς ἐβούλε]ο, ἢ δικαιότερον καὶ καλαπολεμηθήσεσθαι καὶ καλασφαγήσεσθαι ἤλπισεν, ὥσε ἀπ' εὐλόγου δή τινος προφάσεως τῇ Κλεοπάτρᾳ παραδοθῆναι. οὐ γὰρ ἡ]ηθήσεσθαί πο]ε ὑπ' αὐλῶν, ἄλλως τε καὶ τῆς δυνάμεως προσγεγεννημένης, προσεδόκησε.

43. Ægyptii, accepto puero, nulla jam pacis habita ratione, statim in Mithridatem se converterunt, quasi magnam quandam propter nomen ac genus Ptolemæi victoriam reportaturi: eumque

Παραλαβόν]ες δὲ τὸ παιδάριον οἱ Αἰγύπλιοι, τῶν μὲν σπονδῶν οὐδὲν ἐφρόν]ισαν, [183] ἐπὶ δὲ τὸν Μιθριδάτην παραχρῆμα ὥρμησαν, ὡς καὶ δή μέγα τι ἔν τε τῷ ὀνόμα]ι καὶ ἐν τῷ γένει τοῦ Πτολεμαίου

[b] ἀχθεσθέντες. sic, pro ἀχθέσ]ες, scribere docuit RS. quod receperunt HS. & L. [i] μεταβεβλῆθαι. μετανεκλῆθαι, V. b. perperam.

§ 177. (l. 86.) Μιθριδάτης ὁ Περγαμηνὸς] Hunc Cæsar initio belli in Syriam Ciliciamque ad auxilia accersenda miserat; de quo Hirtius c. 26.

§ 178. (l. 97.) Διοσκορίδην] Fortasse illum, quem legatum ab Achilla, pro mortuo sublatum a suis, narrat Cæsar. lib. III. de bello civili c. 109.

§ 179. (l. 1.) τοῦ εὐνούχου καὶ τῆς γυναικὸς] Ganymedis & Arsinoës, supra p. 203. B.

§ 180. (l. 7.) τὸν Πτολεμαῖον αἰτοῦν]ες] Hirtius c. 23. *legatos ad Cæsarem miserunt, ut dimitteret Regem transireque ad suos pateretur: paratam enim omnem multitudinem esse, confectam tædio puellæ, fiduciario regno, dominatione crudelissima Ganymedis, facere id quod Rex imperasset.*

§ 181. (l. 13.) εἰ δὲ δὴ καὶ τεχνάζοιν]ό τι] Idem Hirtius c. 24. *Cæsar etsi fallacem gentem, semperque alia cogitantem, alia simulantem, bene cognitam habebat, tamen &c.*

§ 182. (l. 17.) ἔκ τε τῆς ἡλικίας] *Adulta jam ætate puerum — disciplinis fallacissimis eruditum.* Id. apud Julium Cælsum p. 162. *Alexandrini, cognito, nihil eis sui Regis adventu accreviſſe, nihilque digreſſu ejus decreviſſe Romanis, jure conſternantur.*

§ 183. (l. 26.) ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην] Pergamenum illum, Cæsaris legatum, de quo p. 204. C. Dio, & quem tetrarchia Galatiæ donatum & Regem appellatum deinde refert, p. 207. D. meminit & p. 342. C. De Mithridatis autem hujus laudibus & rebus gestis Hirtius. c. 26. 27. 28.

§ 184. (l. 35.) καθ' ἑκάστην ναῦν ἀνάψας] De lumine in navibus prætoriis, dictum infra ad XLIX. p. 402. A.

§ 185. (l. 38.) πρός τε τὴν χερρόνησον] Hirtius c. 28. *Cæsar circumvectus eo mari, quod Africæ partis esse dicitur, sicut supra demonstravimus, prius tamen regis copiis occurrit, quam is Mithridatem aggredi posset, eumque ad se victorem incolumi exercitu recepit.* Quod supra ait se demonstrasse, respicit hæc verba c. 14. *sic enim prædicant, partem esse Alexandriæ dimidiam Africæ,* dimidiam Asiæ alteram.

μαίου καταρθώσοντες· καὶ αὐτὸν πρὸς τὴν λίμνην ἐν μέσῳ τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τῶν ἑλῶν ἀπολαβόντες, ἐθορύβουν. ὁ οὖν Καῖσαρ ἐκείνους μὲν οὐκ ἐπεδίωξε, δεδιὼς [k] μὴ λοχισθείη· ἀναχθεὶς δὲ νυκτὸς, ὡς πρὸς ἐκβολήν τινα τοῦ Νείλου ἐπειγόμενος, καὶ φῶς, ὅπως ἐπὶ πλεῖστον ταύτῃ προσίεσθαι νομισθῇ, πάμπολυ [184] καθ' ἑκάστην ναῦν ἀνάψας, τὸ μὲν πρῶτον ἐπιπλεῖν ὥρμητο, ἔπειτα δὲ ἀποσβέσας αὐτὸ, ἀνεκομίσθη. καὶ παραπλεύσας τὴν πόλιν, [185] πρός τε τὴν [l] χερρόνησον τὴν πρὸς τῇ Λιβύῃ οὖσαν κατῆρε, κἀνταῦθα τοὺς στρατιώτας ἐκβιβάσας, περιῆλθε τὴν λίμνην· καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ἀπροσδοκήτως ἐπὶ τὴν ἕω προσπεσὼν, εὐθύς τε αὐτοὺς κατέπληξεν, ὥστε καὶ ἐπικηρυκεύσασθαι, καὶ μετὰ τοῦτο (τὴν γὰρ ἱκετείαν αὐτῶν οὐκ ἐδέξατο) μάχῃ τε ὀξείᾳ κατεκράτησε, καὶ πλεύσας ἐφόνευσε· καί τινες καὶ ἐν τῷ ποταμῷ μετὰ τοῦ [186] Πτολεμαίου, σπουδῇ δι' αὐτοῦ φυγόντες, ἐφθάρησαν.

Οὕτω μὲν τὴν Αἴγυπτον ὁ Καῖσαρ ἐχειρώσατο· οὐ μέντοι καὶ ὑπήκοον αὐτὴν τῶν Ῥωμαίων ἐποιήσατο, ἀλλὰ [187] τῇ Κλεοπάτρᾳ, ἥσπερ ἕνεκα καὶ ἐπεπολεμήκει, ἐχαρίσατο. φοβηθεὶς μέντοι μὴ Αἰγύπτιοι νεωτερίσωσιν αὖθις, γυναικὶ ἄρχειν παραδοθέντες, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι διά τε τοῦτο καὶ ὅτι συνῆν [m] αὐτῷ, χαλεπήνωσι, [188] τῷ τε ἑτέρῳ ἀδελφῷ συνοικῆσαι δῆθεν αὐτὴν ἐκέλευσε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀμφοτέροις σφίσιν, ὥσπερ καὶ λόγῳ εἰπεῖν, ἔδωκε· τῷ γὰρ ἔργῳ, ἡ Κλεοπάτρα μόνη πᾶν τὸ κράτος ἕξειν ἔμελλεν. ὅ, τε γὰρ ἀνὴρ αὐτῆς παιδίον ἔτι ἦν, καὶ ἐκείνη πρὸς τὴν παρὰ τοῦ Καίσαρος εὔνοιαν οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἐδύνατο. ὥστε πρόσχημα μὲν, ὡς καὶ τῷ ἀδελφῷ συνοικοῦσα, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπίκοινον αὐτῷ ἔχουσα, ἐκέκτητο· τὸ δ' ἀληθὲς, μόνη τε ἐβασίλευε, καὶ τῷ Καίσαρι συνδιῃτᾶτο.

Καὶ αὐτὸν ἔτι πλεῖον ἂν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ κατέσχεν, ἢ καὶ ἐς τὴν Ῥώμην εὐθὺς αὐτῷ συναπῆρεν, εἰ μήπερ ὁ Φαρνάκης καὶ ἐκεῖθεν [m] ἄκοντα τὸν Καίσαρα ἐξήγαγε, καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπειχθῆναι ἐκώλυσεν. οὗτος μὲν γὰρ παῖς τοῦ Μιθριδάτου ἦν, καὶ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου ἦρχεν, [189] ὥσπερ εἴρηται· ἐπιθυμήσας δὲ πᾶσαν τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀνακτήσασθαι, ἐπανέστη κατ' αὐτὴν τήν τε τοῦ Καίσαρος καὶ τοῦ Πομπηίου στάσιν. καὶ, οἷα τῶν Ῥωμαίων τότε μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀσχόλων γενομένων, αὖθις δὲ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ κατασχεθέντων, τήν τε Κολχίδα ἀκονιτὶ προσηγάγετο, [190] καὶ τὴν Ἀρμενίαν

que ad lacum, medio inter amnem paludesque loco, interceptum, perturbarunt. Quos quidem Cæsar, metuens ne insidiis circumveniretur, tum insecutus non est: noctu autem navibus solutis, tanquam ad ostium quoddam Nili properaret, accensis etiam per omnes naves plurimis luminibus, quo magis eo contendere videretur, navigare primo cœpit, postea luminibus extinctis retro cursum convertit: circumvectusque urbem, ad peninsulam Africæ adhærentem adpulit. Ibi expositis militibus, paludem circumivit: summoque mane Ægyptios inopinantes adortus, tantum eis confestim incussit terrorem, ut statim legatos de impetranda pace miserint. Eorum supplicationem Cæsar non admisit, sed acri eos deinde prælio superavit, edita maxima hostium cæde. Nonnulli magna celeritate per fluvium fugam facientes, in eo perierunt: inter quos ipse etiam Ptolemæus obiit.

A.U.C. 707 Cæsare Dictat. II. & Antonio Mag Equ.

44. Ita Cæsar Ægyptum subegit: neque tamen eam Romanorum subjecit dominio, sed Cleopatræ concessit, cujus gratia totum bellum gesserat. Metuens vero, ne Ægyptii, mulieris imperio traditi, denuo tumultuarentur, neve Romani cum ea re, tum sua cum Cleopatra consuetudine offenderentur; conjugem eam fratris superstitis esse jussit, regnumque utrisque commune fecit. Id quidem in speciem agebat, re ipsa summam potestatem Cleopatra sola erat obtentura. Quippe ejus maritus puer ætate erat, ipsa autem apud Cæsarem gratia nihil non poterat. Itaque sub prætextu conjugii cum fratre, & imperii cum eo communis, ipsa sola regnabat, ac Cæsaris consuetudine utebatur.

45. Quin eum adeo diutius in Ægypto detinuisset, vel Romam statim proficiscentem fuisset comitata, nisi Pharnaces & Ægypto Cæsarem invitum detraxisset, & in Italiam properare vetuisset. Is Pharnaces Mithridatis filius, rex Bospori Cimmerii erat, uti supra ostensum est: cæterum cupiditate regni omnis paterni recuperandi impulsus, quo tempore Pompejus & Cæsar armis contendebant, rebellionem fecerat: Romanisque, primum civili bello, deinde Ægyptio occupatis, Colchidem nullo certamine, itemque omnem

k μὴ χιαθείη, vulgo. μὴ λογχισθείη, V.a. ex quo corrupto, veram lectionem eruisse mihi videor: nam illud χιαθείη tolerari vix potest. *l* χερρόνησον. id ceu proprium nomen & scripsit & reddidit interpres, *ad Cherronesum*, cum Dio de Africæ adhærente peninsula loquatur. L. *ll* αὐτῷ. forte αὐτῇ, Od. speciem habet, nec tamen est necesse. *m* ἄκοντα. πάνυ ἄκοντα, V.a. paulo post ἐπαχθῆναι. ἐπαχθῆναι, V.b.

§ 186. (l. 46.) μετὰ τοῦ Πτολεμαίου] Hirtius c. 31. *Constat, fugisse ex castris Regem ipsum, receptumque in navem, & multitudine eorum, qui ad proximas naves adnatabant, demerso navigio periisse.* Florus IV. 2. 60. *Regis ipsius corpus obrutum limo repertum est in aureæ loricæ honore.* Orosius VI. 16. *Rex ipse adolescens scapha exceptus ut fugeret, multis insilientibus mersus necatusque est: corpus ejus ad littus devolutum, indicio loricæ aureæ cognitum fuit.*

§ 187. (l. 50) τῇ Κλεοπάτρᾳ] Hirtius c. 33. *Cæsar, Ægypto atque Alexandria potitus, reges constituit quos Ptolemæus* (pater) *testamento scripserat, atque obtestatus erat populum Romanum, ne mutaretur. Nam majore ex duobus pueris Rege amisso, minori transdidit regnum: majorique ex duabus filiabus, Cleopatræ, quæ manserat in fide præsidiisque ejus. Minorem Arsinoën, cujus nomine diu regnasse impotenter Ganymedem docuimus, deducere ex regno statuit, ne qua rursus nova dissensio, priusquam diuturnitate confirmarentur Regis imperia, per homines seditiosos nasceretur.* Hanc Arsinoëm ductam deinde in triumpho a Cæsare narrat Dio XLIII. p. 223.

§ 188. (l. 54.) τῷ ἑτέρῳ ἀδελφῷ] Minori natu Ptolemæo, cujus mentio fuit p. 201. E. Apud Ægyptios autem honestum fuisse fratrum & sororum conjugium, res nota multorum scriptorum testimoniis. vide Hermanni Witsii Ægyptiaca. p. 98. sq. & Freinshemium ad Taciti II. 3. Annal. Valesium ad Excerpta Peireskii p. 12. Desider. Heraldum lib. I. Adversar. c. 12. Paulum Voëtium ad Herodianum p. 71. &c.

§ 189. (l. 68.) ὥσπερ εἴρηται] Lib. XXXVI. p. 36. A. vide & notata ad p. 183. D.

§ 190. (l. 74.) καὶ τὴν Ἀρμενίαν] Armeniam minorem,

A.U.C. 707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

omnem Armeniam, Deiotaro absente, ad hæc urbes aliquot Cappadociæ Pontique, quæ præfecturæ Bithyniæ subjacebant, in suam potestatem redegerat.

75 Ἀρμενίαν ἀπόσ]ος τοῦ Δηϊόσ]άρου πᾶσαν· 191 τῆς τε Καππαδοκίας καὶ τῶν τοῦ Πόν]ου πόλεών τινας, αἳ τῷ τῆς Βιθυνίας νομῷ " προσε]ε]άχε]ο, κα]ε-σρέψα]ο.

46. Hæc eo agente, Cæsar ipse non se movit, rebus in Ægypto nondum compositis; quumque per alios eum se debellare posse speraret, Cn. Domitium Calvinum ad id bellum misit, jussum ut Asiam, quæque ibi erant legiones, ad sese reciperet. Calvinus, Dejotaro ac Ariobarzane sibi adjunctis, recta adversum Pharnacem, qui tum Nicopoli jam ante occupata a se degebat, profectus est. Quumque Pharnaces adventu ejus territus inducias per legatos peteret, Calvinus, hoste contempto, negatis induciis, conflixit prælio, superatusque est: quodque satis virium non haberet, appetente jam hyeme, in Asiam rediit. Pharnaces jam animo elatus, reliquas Ponti partes recepit: Amisumque urbem, quum diu restitisset, vi expugnatam diripuit, omnibus puberibus interfectis: ac in Bithyniam Asiamque, cum spe ejusdem successus, quo pater ejus usus fuerat, contendit: verum audito, Asandrum, cui tutelam Bospori crediderat, novas res molitum, substitit. Is enim, simulatque annuntiatum ei fuit, Pharnacem longe jam progressum, eumque censuit, si vel maxime in præsentia in eum non animadverteretur, tamen in posterum id haud impune laturum, bonæ gratiæ a Romanis ineundæ causa, speque regni Bosporani ab eis accipiendi, contra dominum suum insurrexit.

Πρόσσ]ος δὲ αὐ]οῦ ταῦτα, ὁ Καῖσαρ, αὐ]ὸς μὲν οὐκ ἐκινήθη· (οὔ]ε γὰρ ἡ Αἴγυπ]ός πω καθεσήκει, καὶ ἐλπίδα τε εἶχε δι' ἑτέρων αὐ]ὸν χειρώσασθαι·) Γναῖον δὲ Δομίτιον Καλουῖνον ἔπεμ]ε, τήν τε Ἀσίαν οἱ καὶ τὰ ἐκεῖσε σρα]όπεδα προστάξας λαβεῖν. καὶ ὃς τὸν Δηϊόταρον καὶ τὸν Ἀριοβαρζάνην προσλαβών, ἤλασεν εὐθὺς ἐπὶ τὸν Φαρνάκην 192 ἐν τῇ Νικοπόλει ὄ]α· καὶ γὰρ ταύτην προκα]ειλήφει. καὶ κα]αφρονήσας, ἐπειδὴ ἐκεῖνος, τὴν παρουσίαν αὐ]οῦ φοβηθεὶς, 193 ἀνοχὴν ἐπὶ πρεσβεύσει ἑτοίμως ἔχε ποιήσεσθαι, ὄ]ε ἐσσεί-σα]ο αὐ]ῷ, καὶ συμβαλὼν 194 ἡσ]ήθη. καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου ἐς τὴν Ἀσίαν, ἐπειδὴ μήτε ἀξιόμαχός οἱ ἦν, καὶ ὁ χειμὼν προσῄει, ἀνεχώρησε. Φαρνάκης δὲ, 195 μεγάλα δὴ φρονῶν, τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῷ Πόν]ῳ προσκατεσήσατο, 196 καὶ ὁ Ἀμισὸν, καίπερ ἐπὶ πλεῖσον ἀντιχοῦσαν, εἷλέ τε καὶ διήρπασε, 197 τούς τε ἠβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε· καὶ ἐς τὴν Βιθυνίαν, τήν τε Ἀσίαν, ἐπὶ 198 ταῖς αὐταῖς τῷ πατρὶ ἐλπίσιν, ἠπείγετο. κἀν τούτῳ μαθὼν, 199 τὸν Ἄσανδρον, ὃν ἐπίτροπον τοῦ Βοσπόρου καταλελοίπει, νενεοχμωκότα, οὐκέτι περαιτέρω προεχώρησεν. ἐκεῖνος γὰρ, ἐπειδὴ τάχισα πόῤῥω τε ὁ Φαρνάκης ἀπ' αὐτοῦ προϊὼν ἠσ]έλθη, καὶ ἐδόκει, εἰ καὶ τὰ μάλισα ἔν γε τῷ παρόντι ἂν λάθοι, ἀλλ' ὅ]ι γε καὶ ἔπειτα καλῶς ἀπαλλάξειν, ἐπανέσῃ αὐτῷ, ὡς καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τι χαριούμενος, τήν τε δυνασείαν τοῦ Βοσπόρου παρ' αὐτῶν ληψόμενος.

47. Cujus rei allato nuntio, Pharnaces in eum ire instituit: quanquam id frustra fuit. Quippe quum esse in via Cæsarem, atque in Armeniam properare audiret, converso itinere, ei ad Zielam occurrit. Etenim Cæsar, Ptolemæo mortuo, superatoque Domitio, neque honestam sibi, neque ex usu futuram in Ægypto moram judicans, magnis

Ταῦτ' οὖν ὁ Φαρνάκης ἀκούσας, ὥρμησεν ἐπ' αὐτὸν μάτην. τὸν γὰρ Καίσαρα ἐν τῇ ὁδῷ εἶναι, καὶ ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἐπείγεσθαι πυθόμενος, ἀνέσρεψε· κἀνταῦθα αὐτῷ 200 περὶ 00 Ζέλειαν συνέτυχεν. ὁ γὰρ Καῖσαρ, τοῦ τε 201 Πτολεμαίου τελευτήσαντος, καὶ τοῦ Δομιτίου νικηθέντος, οὔτε εὐπρεπῆ οὔτε λυσιτελῆ οἱ τὴν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ διατριβὴν ἐνόμισεν

207

n. προσελεπάχθη. sic HS. L. προσεπάχθη, RS. perperam. & infra Ἀμισηνούς, X. & V. a. b. vulgo Ἀμινσὸν, Ἀμινσηνούς. sed est erratum typographi. o Ἀμισὸν. sic scribendum; 00 Ζέλειαν. Ζίελαν potius. Od.

regnum Dejotari. Hirtius de bello Alex. c. 34. Plutarchus Cæsare p. 731.

§ 191. (l. 75.) τῆς τε Καππαδοκίας] Regnum Ariobarzanis. Hirtius loco laudato. Florus IV. 2. 62.

§ 192. (l. 86.) ἐν τῇ Νικοπόλει] Nicopolin minoris Armeniæ intellige, quam post Mithridatem Pharnacis patrem victum Pompejus condiderat, ut Dio docuit XXXVI. p. 25. C.

§ 193. (l. 88.) ἀνοχὴν] Hirtius c. 35. narrat, Pharnacem ad Domitium legatos misisse, qui referrent, Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quam paterno nomine jure obtinere deberet: denique ejus regni causa integra Cæsari servaretur: paratum enim se facere quod is statuisset. Sed Domitium & legatos Pharnacis & regia illius munera constanter omnia aspernatum. id. c. 36.

§ 194. (l. 90.) ἡσ]ήθη] Hirtius c. 39 sq. de bello Alex.

§ 195. (l. 93.) μεγάλα δὴ φρονῶν] Id. Hirtius c. 41. & 65. & Suetonius in Cæsare c. 35. ubi Pharnacem, *occasione temporum bellantem, tamque multiplici successu præferocem* appellat. vide & Appianum II. civil. p. 484. sq.

§ 196. (l. 94.) καὶ Ἀμισὸν] Insignem Ponti urbem, de qua viri docti ad Steph. Byz. Amisenis libertatem a Cæsare tributam, refert Dio infra p. 207. E.

§ 197. (l. 96.) τούς τε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας] *Omnes puberes*, quod alii scriptores Græci efferunt, πάντας ἡβηδὸν, vel ὅσοι ἡβῶσι. vide Lamberti Bos animadversiones p. 27. Hirtius autem c. 41. testatur, Pharnacem bona civium Romanorum Ponticorumque diripuisse, suppliciaque constituisse in eos, qui aliquam formæ atque ætatis commendationem habebant, ea quæ morte essent miseriora. Nimirum c. 70. supplicium gravius morte appellat, quod exsectis virilitatem restituere non posset.

§ 198. (l. 97.) ταῖς αὐταῖς τῷ πατρὶ ἐλπίσι] De Mithridatis victoria adversus Triarium illo loco reportata, infra p. 207. C. Etiam locum prope Zielam, veteribus paternorum felicium castrorum memoria nobilem, a Pharnace cum copiis omnibus suis occupatum, notavit Hirtius c. 72.

§ 199. (l. 98.) τὸν Ἄσανδρον] Idem hic, ut videtur, Asander, cujus meminit Strabo VII. p. 311. Pharnacem ab eo interfectum narrat Dio p. 207. C. De Asandri morte vide dicta ad. p. 538. B.

§ 200. (l. 10.) περὶ Ζέλειαν] Hæc est *Ziela* Ponti civitas, quam Triarii a Mithridate victi clade & victoria C. Cæsaris nobilem vocat Plinius VI. 3. Hirtius c. 72. de bello Alex. *Ziela est oppidum in Ponto, positu ipso ut in plano loco satis munitum* &c. Plutarcho in Cæsare p. 731. περὶ πόλιν Ζήλαν μάχην μεγάλην συνάψας. Stephano Byz. Ζήλα neutro genere. Julio Celso p. 166. vitiose *Tela*.

§ 201. (l. 11.) Πτολεμαίου καὶ Δομιτίου] De Ptolemæi Regis morte dictum p. 205. D. & de Domitii clade, quam ei intulit Pharnaces, p. 206. D.

§ 202. (l. 20.) ὅτι οὐ συνήρατο τῷ Πομπηΐῳ] Hoc ipsum vitio

ἐνόμισεν εἶναι· ἀλλ' ἀφωρμήθη, καὶ τάχει πολλῷ χρησάμενος, ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἀφίκετο. ἐκπλαγεὶς οὖν ὁ βάρβαρος, καὶ πολὺ μᾶλλον τὴν ὁρμὴν ἢ τὸν στρατὸν αὐτοῦ καταδείσας, προσέπεμψεν αὐτῷ, πρὶν πλησιάσαι, πολλάκις, προκηρυκευόμενος, εἴ πως τὸ παρὸν ἐφ' ὁτῳδὴ συνθέμενος ἐκφύγοι. προϊσχέτο δὲ ἄλλα τε, καὶ ἐν τοῖς μάλισα, [202] ὅτι οὐ συνήρατο τῷ Πομπηίῳ. καὶ ἤλπιζεν ὑπάξεσθαί τε αὐτὸν ἐς σπονδὰς, ἅτε καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν τήν τε Ἀφρικὴν ἐπειγόμενον, καὶ ῥ ἀπελθόντος αὐτοῦ, ῥᾳδίως ἄνθις πολεμήσειν. ὑποπτεύσας οὖν τοῦτο ὁ Καῖσαρ, τοὺς μὲν πρώτους καὶ τοὺς δευτέρους πρέσβεις ἐφιλοφρονήσατο, ὅπως ὁτιμάλιστα ἀπροσδοκήτῳ οἱ τῇ τῆς εἰρήνης ἐλπίδι προσπέσῃ· τῶν δὲ τρίτων ἐλθόντων, τά τε ἄλλα ἐπεκάλεσεν αὐτῷ, καὶ ὅτι τὸν Πομπήϊον τὸν εὐεργέτην ἐγκατέλιπε· καὶ οὐκ ῥ ἀνεβάλετο, ἀλλ' [203] εὐθὺς αὐθημερὸν, ὥσπερ εἶχεν ἐκ τῆς ὁδοῦ, συνέμιξε. καί τινα χρόνον ὑπό τε τῆς ἵππου καὶ [204] ὑπὸ τῶν δρεπανηφόρων ἐκταραχθεὶς, ἔπειτα τοῖς ὁπλίταις [205] ἐκράτησε· καὶ ἐκεῖνον ἐκφυγόντα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ ἐπὶ τὸν Βόσπορον μετὰ τοῦτο ἐσβιαζόμενον, [206] ὁ Ἄσανδρος ῥ εἴρξέ τε καὶ ἀπέκτεινε.

magnis inde profectus itineribus in Armeniam pervenit. Barbarus perterritus, magisque ab impetu, quam exercitu ejus sibi timens, multoties ad eum, antequam propius accederet, legatos de pace misit, si quibuscunque tandem conditionibus præsens discrimen evitare posset. Idque inter alia vel in primis obtendebat, nullo se Pompejum auxilio juvisse: sperabatque se Cæsarem, in Italiam Africamque properantem, ad pacificationem adducturum, a cujus discessu bellum renovare facile posset. Sed Cæsar id ipsum suspicatus, comiter acceptis primis ac secundis ejus legatis, ut spe pacis quam maxime incautum invadere posset: tertiis legatis cum alia crimina objecit, tum desertum ab eo Pompejum benefactorem. Ipse, nulla mora interposita, eadem die, qua ad hostem pervenerat, ex itinere ad dimicationem descendit: & aliquamdiu ab equitatu curribusque falcatis hostium conturbatus, tandem legionariis militibus victoriam obtinuit. Pharnacem, ad mare confugientem, atque inde in Bosporum vi intrare conatum, Asander repulit, atque interemit. A.U.C. 707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

Καῖσαρ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καίπερ οὐ πάνυ διαπρεπεῖ γενομένῃ, [207] πολὺ καὶ ὅσον ἐπ' οὐδεμιᾷ ἄλλῃ ἐφρόνησεν, ὅτι ἔν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ καὶ ἦλθε πρὸς τὸν πολέμιον, καὶ εἶδεν αὐτὸν, καὶ ἐνίκησε. καὶ τά τε λάφυρα πάντα, καίτοι πλεῖστα γενόμενα, τοῖς στρατιώταις ἐδωρήσατο, καὶ τρόπαιον ἐπειδήπερ ὁ Μιθριδάτης [208] ἀπὸ τοῦ Τριαρίου ἐστάθη πού ἐγηγέρκει, ἀνέστησε. [209] καθελεῖν μὲν γὰρ τὸ τοῦ βαρβάρου οὐκ ἐτόλμησεν, ὡς καὶ τοῖς ἐμπολεμίοις θεοῖς ἱερωμένον· τῇ δὲ δὴ τοῦ ἰδίου παρασκευῇ καὶ ἐκεῖνο συνεσκίασε, καὶ τρόπον τινὰ καὶ κατέστρεψε. καὶ μετὰ τοῦτο τὴν χώραν ὅσην τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν ἑνόρκων σφίσιν ἀποστᾶσαν ὁ Φαρνάκης ἦν, ἐκομίσατο· καὶ αὐτὴν πᾶσαν ὡς ἑκάστοις τοῖς ἀποδόσασιν ἔδωκε· πλὴν μέρους τινὸς τῆς Ἀρμενίας, ὃ τῷ [210] Ἀριοβαρζάνῃ ἐχαρίσατο. τούς τε [r] Ἀμισηνοὺς ἐλευθερίᾳ ἠμείψατο· καὶ τῷ [211] Μιθριδάτῃ τῷ Περγαμηνῷ τετραρχίαν

48. Ea victoria, quamvis non splendidissima, Cæsar magnopere sese jactavit, ut nulla alia magis: quod eadem die, & pervenisset ad hostem, & vidisset eum, & vicisset. Manubias omnes, quamvis plurimæ erant, militibus donavit: quumque tropæum eo in loco Mithridates de Triario statuisset, quia id consecratum belli diis evertere fas non erat, ipse de Pharnace suum oppositum, atque ira Mithridaticum obscuravit, quodamque modo dejecit. Postea receptis omnibus, quæ vel Romanis, vel eorum sociis Pharnaces ademerat, singula iis qui amiserant restituit; excepta parte quadam Armeniæ, quam Ariobarzani dono dedit. Amisenis libertate data gratiam retulit. Mithridati Pergameno tetrarchiam Galatiæ, cum regio nomine, tribuit: eique bellum

ῥ ἀπελθόντος αὐτοῦ. & X. & L. ita scribendum, pro ἐπελθόντος, dictitant: & tamen corruptam lectionem in textu reliquerunt. neque propterea ego audaciæ notam metuo, si in re tam aperta minus hæsitavi. inferius ἀνεβάλετο, HS. & L. ἀνεβάλετο, RS. q vulgo: ἔρξε. *repulit*, X. *in carcerem conjecit*, L. sed hoc contra historiæ fidem: siquidem cæsum in prælio Pharnacem Appianus refert. itaque interpretatio Xylandri potior, æque ac lectio ἄρξε, quam ille supponit; nisi forte utrumque ἔρξε & ἄρξε eundem credidit sustinere significatum. r Ἀμισηνοὺς. vulgo, Ἀμισυνοὺς, vel Ἀμισηνοὺς. vid. ad p. 106. Ἀμισινοὺς, V. a. paulo ante [ὡς] ἑκάστοις ediderat L. quasi ὡς expungendum esset. sed ὡς ἕκαστοι sæpius cum apud alios scriptores, tum apud Dionem, conjunguntur.

vitio datum Pharnaci a Cæsare est, quod ingratus in benefactorem fuisset. vide supra XLI. p. 183. D. Alias Cæsaris responsiones, prioribus legatis datas, refert Hirtius c. 70. de bello Alex.

§ 203. (l. 30.) ἐυθὺς αὐθημερὸν] Conf. Hirtium c. 73. sq. & Dionem infra XLIV. p. 264. C.

§ 204. (l. 32.) ὑπὸ τῶν δρεπανηφόρων] Hirtius c. 75. *nondum ordinibus instructis, falcatæ regiæ quadrigæ permistos milites perturbant*, (ut apud Livium XXXVII. 40.) *quæ tamen celeriter multitudine telorum opprimuntur.* De ratione falcatorum curruum, usuque in bello, copiose viri docti, quos laudavi in Bibliographia antiquaria c. 17. §. 8. Mithridatem Pharnacis patrem magnam in hostibus stragem per δρεπανηφόρα ἅρματα edidisse, narrat Appianus in Mithridatico p. 187.

§ 205. (l. 33.) ἐκράτησε] Hirtius c. 76.

§ 206. (l. 36.) ὁ Ἄσανδρος] De quo supra p. 206. D. E. Cæsum autem Pharnacem quinquagenarium in prælio contra Asandrum, testis Appianus in Mithridatico p. 254.

§ 207. (l. 38.) πολὺ ἐφρόνησεν] Quanquam victus Pharnaces vix quicquam gloriæ Cæsaris adstruxit, ut ait Vellejus lib. II. c. 55. tamen Hirtius c. 77. narrat, eum tali victoria, toties victorem, incredibili lætitia affectum, quod maximum bellum tanta celeritate confecerat: fuisseque subiti periculi recordatione lætiorem, quod victoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Inde Pontico triumpho prætulit trium verborum titulum, *veni, vidi, vici.* ut notum ex Plutarchi Cæsare p. 731. & Apophthegmatibus p. 206. nec non Suetonio c. 37. & Appiano II. civil. p. 485. Addit p. 167. Julius Celsus, alios testari Cæsarem dixisse, *veni, & ante, hostem quam viderem, vici.*

§ 208. (l. 43.) ἀπὸ τοῦ Τριαρίου] Mentio hujus victoriæ Mithridatis, apud Hirtium de bello Alex. c. 72. 73. Appianum Mithridatico p. 232. &c.

§ 209. (l. 44.) καθελεῖν οὐκ ἐτόλμησεν] Nefas esse existimatum, tropæa dedicata removeri, notavit e Vitruvio, Xenophonte ac Plutarcho, Jo. Brodæus lib. V. Miscellaneorum c. 29. T. II. Thesauri Critici Gruteri p. 546. Ob eandem caussam nec Pompeji tropæum evertit Cæsar. supra XLI. p. 165. A.

§ 210. (l. 51.) Ἀριοβαρζάνῃ] Supra XLII. p. 183. D.

§ 211. (l. 53.) Μιθριδάτῃ τῷ Περγαμηνῷ] Hirtius c. 78. de bello Alex. *Mithridatem Pergamenum regem Bosspori constituit.*

A.U.C.707 Cæſare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

bellum contra Aſandrum mandavit, ut hoc devicto etiam Boſpori dominus fieret Mithridates, & Aſandri in amicum perfidia plecteretur.

χίων τε ἐν Γαλαʃίᾳ καὶ βασιλείας ὄνομα ἔδωκε, πρός τε τὸν Ἄσανδρον πολεμῆσαι ἐπέτρεψεν, ὅπως καὶ τὸν Βόσπορον κρατήσας αὐτοῦ λάβῃ, ὅτι πονηρὸς ἐς τὸν Φίλον ἐγένετο.

49. His actis, & reliquis rebus conſtituendis Domitio præfecto, in Bithyniam venit: hinc in Græciam Italiamque navigavit, magna vi pecuniæ undique quibuscunque titulis confecta, veluti ante ab ipſo quoque factum fuerat. Partim enim eam pecuniam, quæ Pompejo prius promiſſa fuerat, exigebat; partim alia præter hæc, intentatis quibusdam criminibus, poſcebat. Tyri omnia Herculis donaria ſuſtulit, quod conjugem & filium Pompeji in fuga recepiſſent. Multas quoque a principibus regibusque aureas coronas accepit, partarum victoriarum ergo. Quæ omnia non improbitate quâdam Cæſar fecit, ſed quia ingentes ſumptus faciebat, longeque majores in exercitus, triumphumque, cæterasque res quibus ſuam magnificentiam oſtentaret, collaturus erat. Utque ſummatim dicam, pecuniarum coactor erat Cæſar, ac duas eſſe res prædicabat, quibus rebus & parentur, & conſerventur, & augeantur imperia; milites & pecunias. Earum alteram per alteram conſiſtere. Nam & annona contineri exercitus, & eam armis parari: atque alterutro deficiente, alterum ſimul concidere. Hac de re ita & ſentire & loqui ſubinde ſolebat.

Πράξας δὲ ταῦτα, καὶ τὰ λοιπὰ τῷ Δομιτίῳ καταʃήσασθαι κελεύσας, ἐς τὴν Βιθυνίαν ἦλθε, κἀνταῦθεν ἔς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσε, πολλὰ καὶ ἐπὶ πάσῃ προφάσει χρήματα παρὰ πάντων, ὥσπερ καὶ πρίν, ἐκλέγων. τοῦτο μὲν γὰρ, ὅσα τινὲς τῷ Πομπηίῳ προϋπέσχηντο, ἐπράξατο· τοῦτο δὲ, καὶ ἄλλα ἔξωθεν, προσεπικαλῶν τινα, ἤτει. τά τε ἀναθήματα τοῦ ἐν τῇ Τύρῳ Ἡρακλέους πάντα ἀνείλετο, ὅτι τήν τε γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα τοῦ Πομπηίου ὑπεδέξαντο, ὅτε ἔφυγον. καὶ στεφάνους ἐπὶ ταῖς νίκαις συχνοὺς καὶ παρὰ τῶν δυναστῶν τῶν βασιλέων χρυσοῦς ἔλαβε. ταῦτα δὲ οὐχ ὑπὸ κακίας ἐποίει, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐδαπάνα παμπληθῆ, καὶ ἀνάλωσιν πολὺ πλείω ἔς τε τὰ στρατόπεδα καὶ ἐς τὰ ἐπινίκια, τά τε ἄλλα ὅσα ἐλαμπρύνετο, ποιήσειν ἔμελλε. τό, τε σύμπαν εἰπεῖν, χρηματοποιὸς ἀνὴρ ἐγένετο, δύο τε εἶναι λέγων τὰ τὰς δυνατείας παρασκευάζοντα καὶ φυλάττοντα καὶ ἐπαύξοντα, στρατιώτας καὶ χρήματα· καὶ ταῦτα δι' ἀλλήλων συνεσκευάσθαι. τῇ τε γὰρ τροφῇ τὰ στρατεύματα συνέχεσθαι, καὶ ἐκείνην ἐκ τῶν ὅπλων συλλέγεσθαι· κἂν θάτερον ὑποστερουῦν αὐτῶν ἐνδεὲς ᾖ, καὶ τὸ ἕτερον συγκαταλυθήσεσθαι. περὶ μὲν οὖν τούτων οὕτω καὶ ἐφρόνει καὶ ἔλεγεν ἀεί.

50. Proinde Africa omiſſa, quamvis ea ad bellum contra ipſum erat excitata, in Italiam Cæſar properavit; quod res ad urbem ſeditionibus agitatas accepiſſet, timebatque, ne eæ ad extrema mala ſtatum civitatis adducerent. Sed ne Romæ quidem aliquid gravius in quenquam, ut ſupra demonſtratum eſt, ſtatuit: tantum ibi quoque magna coacta pecunia, quam partim nomine muneris, ut coronas, imagines, reliquaque ejusmodi, partim

Ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν, ἀλλ' οὐκ ἐς τὴν Ἀφρικήν, καίπερ πεπολεμωμένην οἱ, ἠπείχθη, ὅτι ταραττόμενα τὰ ἐν τῷ ἄστει πυθόμενος, ἐφοβήθη μὴ καὶ ἐς ἀνήκεστον προχωρήσῃ· οὐ μέντοι καὶ κακόν γε οὐδένα οὐδὲν (ὥσπερ εἶπον) εἰργάσατο, πλὴν ὅτι κἀνταῦθα πολλὰ ἠργυρολόγει, τὰ μέν τινα ἐν δωρεᾶς μέρει, στεφάνους καὶ ἀγάλματα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, λαμβάνων· τὰ δὲ καὶ δανειζόμενος δῆθεν, οὐχ ὅτι παρὰ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν

s ἐπράξατο. ἐπράξαντο, RS. male; quod correxerunt X. HS. L. ſimplex autem ἐπράξατο, hic pro compoſito ἐσεπράξατο.
t τῶν βασιλέων. καὶ τῶν βασ. X. τῶν τε βασ. L.
u ταῦτα δὲ. ita malui ſcribere ex V. a. quam ut vulgo: τοῦτο δὲ.
x χρηματοποιὸς ἀνὴρ ἐγένετο. γέγονε δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος χρηματοποιὸς μάλιστα, Xiph.

ſtituit. Eidem tetrarchiam Gallogræcorum adjudicavit, occupatam & poſſeſſam paucis ante annis a Dejotaro, de quo c. 67. Gallogræciam quatuor tetrarchiis diviſam a Pompejo, refert Appianus in Mithridatico p. 251. De Pergameno hoc Mithridate ſupra p. 205. B.

§ 212. (l. 55.) *πρὸς τὸν Ἄσανδρον*] De hujus in Pharnacem perfidia p. 206. E. & paulo ante hac ipſa pagina. Sed Mithridatem etiam ab eo victum, teſtis Strabo XIII. p. 625. *ὑπὸ Ἀσάνδρου τοῦ Φαρνάκην ἀνελόντος*, ita enim legendum pulchre Caſaubonus & illuſtris Spanhemius advertit T. I. de uſu numismatum p. 488. ubi numum aureum hujus *Ἀσάνδρου βασιλέως* exhibet.

§ 213. (l. 58.) *τῷ Δομιτίῳ*] Cn. Domitio Calvino, qui contra Pharnacem parum proſpere pugnaverat, ſupra p. 206. D.

§ 214. (l. 62.) *ὥσπερ καὶ πρίν*] Vide p. 188. D. 164. D.

§ 215. (l. 65.) *ἀναθήματα τοῦ ἐν Τύρῳ Ἡρακλέους*] Herculem præcipue a Tyriis cultum, res nota e Curtio IV. 2. Arriano lib. II. de expedit. Alexandri p. 125. aliisque. Similiter donaria ex templis detracta Romæ a Cæſare, ut dictum ſupra XLI. p. 171. B.

§ 216. (l. 68.) *ὅτε ἔφυγον*] Ante quam ad filium Cn. Pompejum in Africam pervenirent. ſupra p. 188. B.

§ 217. (l. 68.) *στεφάνους χρυσοῦς*] Notus & ille mos, coronas aureas magni pretii, vel aurum coronarium, victoribus in gratulationem & cultus teſtandi cauſa mitti a vicinis gentibus ac principibus: uti Alexandro, poſt victum Darium, de quo Curtius IV. 2. & 5. Juſtinus XI. 10. & Chares apud Athenæum XII. p. 539. A. In funere Syllæ prælatæ coronæ ejusmodi amplius bis mille, teſte Appiano I. civil. p. 417. *δῶρα τῶν πόλεων* &c. In triumpho Pauli Æmilii quadringentæ, ut refert Plutarchus p. 273. Ad Cn. Manlium poſt pulſum Antiochum, Gallis domitis, undique ex civitatibus gentibusque legationes, quæ non modo gratulatum venerunt, ſed coronas etiam aureas pro ſuis quæque facultatibus attulerunt, ut refert Livius XXXIII. 37. Plura Lipſius de magnitudine Rom. lib. II. c. 9. vide & infra p. 359. C. 382. D. 417. A. 458. D. De ſimiliter oblatis aureis donis palmitum & *βοτρύων*, foliorum uvarumque ex auro, vide Grotium ad Maccab. XIII. 37. & de coronis, eund. ad X. 29. XI. 35.

§ 218. (l. 71.) *ὅτι καὶ ἐδαπάνα παμπληθῆ*] Conferendus omnino Suetonius in Cæſare c. 55.

§ 219. (l. 84.) *ταραττόμενα τὰ ἐν τῷ ἄστει*] Supra p. 199. Hirtius de bello Alex. c. 65.

§ 220. (l. 89.) *στεφάνους καὶ ἀγάλματα*] Coronas aureas donabant victoribus non modo gentes integræ & civitates, ut paulo ante vidimus, ſed etiam legiones quibus præerant

&

τῶν πόλεων. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα ταῖς ἐκλογαῖς τῶν χρημάτων, ἐφ' αἷς μηδεμία ἄλλη πρόφασις εὔλογος ἦν, ἐτίθετο. ἐπεὶ τήν γε ἄλλως καὶ βιαίως, οὐδὲν ἧττον τῶν ὀφειλομένων, καὶ ἐκείνα ἐπράττετο, καὶ ἔμελλε μηδέποτε ἀποδοθήσεσθαι. ἔλεγε μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου τὰ οἰκεῖα δεδαπανηκέναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δανείζεσθαι· ὅθενπερ καὶ [221] χρεῶν ἀποκοπὰς ἀξιοῦντος τοῦ πλήθους γενέσθαι, οὐκ ἐποίησεν, εἰπών, ὅτι καὶ αὐτὸς πολλὰ ὀφείλω. ἔυδηλος δὲ ἐγίγνετο καὶ τὰ ἀλλότρια τῇ δυνασείᾳ παρασπώμενος. οἵ τε οὖν ἄλλοι διὰ τοῦτο ἤχθοντο αὐτῷ, καὶ οἱ ἑταῖροι. τῶν γὰρ δεδημευμένων συχνὰ, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν γε ἔσιν ἃ, ἐλπίδι τοῦ προῖκα αὐτὰ ἕξειν, [222] ἀγοράσαντες, πᾶσαν τὴν τιμὴν ἀποδοῦναι ἠναγκάζοντο.

partim etiam mutui nomine, idque non a privatis tantum, sed ab ipsis adeo urbibus, accipiebat. Mutui enim nomen ei pecuniæ, cujus exigendæ probabilis alia ratio exstabat nulla, tribuebat: quanquam alioquin vi eam quoque, non secus atque debitam sibi, poscebat, neque redditurus unquam erat. Dicere enim solebat, suas se facultates reipublicæ impendisse, ideoque nunc nomina facere. Unde quum plebs novas tabulas postularet, renuit; se quoque obæratum esse, dicens. Palam vero potentia sua res alienas ita sibi vendicabat, ut non modo reliquos, sed suos etiam amicos offenderet. Eorum enim, quæ publicaverat Cæsar, permulta nimio etiam pretio emerant, sperantes se gratis ea habituros: quod tamen omne pendere coacti ab eo sunt.

Ἀλλὰ γ' τούτους μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιεῖτο· καίτοι καὶ ἐκείνους τρόπον τινὰ ὡς ἑκάστους ἐθεράπευσε. τοῖς τε γὰρ πολλοῖς ἐχαρίσατο τόν τε τόκον τὸν ἐποφειλόμενον σφίσιν, ἐξ οὗ πρὸς 209 τὸν Πομπήϊον ἐξεπολεμώθη, πάντα, καὶ τὸ ἐνοίκιον ὅσον ἐς πεντακοσίας δραχμὰς ἦν, ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφεὶς, καὶ προσέτι καὶ τὰς τιμήσεις τῶν κτημάτων, ἐν οἷς τὴν ἀπόδοσιν τῶν δανεισμάτων κατὰ τοὺς νόμους γίγνεσθαι ἔδει, πρὸς τὴν ἐν τῷ χρόνῳ ἀξίαν ἐπαναγαγών. ἐπὶ δὲ τῷ πλήθει τῶν δεδημοσιωμένων πολὺ πάντα ἐπευώνιστο. τούτους τε οὖν ταῦτα πράξας ἀνήρητήσατο, καὶ τῶν προσελαιρισῶν τῶν τε συναγωνιστῶν τοὺς μὲν βουλευτὰς ἱερωσύναις τε καὶ ἀρχαῖς, ταῖς τε ἐς τὸν λοιπὸν τοῦ ἔτους ἐκείνου χρόνον, καὶ ταῖς ἐς νέωτα. ἵνα γὰρ πλείους αὐτῶν ἀμείψηται, [223] στρατηγούς τε δέκα ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος [z] ἀπέδειξε, καὶ ἱερέας [a] ὑπὲρ τὸ νενομισμένον. [224] τοῖς τε γὰρ ποντίφιξι, καὶ τοῖς οἰωνισταῖς (ὧν καὶ αὐτὸς ἦν) τοῖς τε ἑπτακαίδεκα καλουμένοις, ἕνα ἑκάστοις προσένειμε· καίπερ αὐτὸς βουληθεὶς πάσας τὰς ἱερωσύνας λαβεῖν, [225] ὥσπερ ἐψήφισο. τοὺς δὲ

51. Quorum indignationem etsi Cæsar nihili faciebat, tamen ipsos quoque certa ratione singulos demeruit. Nam & in gratiam multitudinis usuram omnem, quæ ab eo tempore, quo in Pompejum expeditionem fecerat, debebatur: nec non mercedem annuam conductarum habitationum, ad duo millia nummum: ad hæc, æstimationes possessionum, quibus secundum leges creditoribus debitores satisfacere jubebantur, ad illius temporis pretium accommodavit: nam propter multitudinem eorum, quæ publicata erant, multo tunc omnia viliora erant. Hoc modo multitudine sibi conciliata, socios quoque suos, adjutoresque, qui senatorii ordinis erant, sacerdotiis & magistratibus, vel in reliquam anni partem, vel in sequentem annum, collatis, sibi devinxit. Ut enim pluribus gratiam posset referre, decem prætores ad insequentem annum designavit; & numerum sacerdotum supra consuetum auxit. Nam & pontificum, & augurum, in quibus erat etiam ipse, & quindecimvirorum collegium, uno addito in singula collegia, ampliavit: quamvis ipse, ut decretum erat, omnia sacerdotia habere

A.U.C. 707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Eqn.

y vulgo: τούτους μὲν οὐδενὶ λόγῳ. τούτους ἐν οὐδενὶ, X. rectius μὲν ἐν οὐδενὶ, L. id recepi quod ἐν ob præcedens μὲν neglectum fuisse, patet. z ἀπέδειξε, pro ἀποδεῖξαι, ponendum esse monuerat RS. probante X. idque in edito textu secuti sunt HS. & L. quod paulo ante pro τὸ ἐπιὸν ἔτος, Oddey mavult τὸ ὑπιὸν, præter necessitatem factum videtur.
a vulgo: ὑπὲρ τὸν νενομισμένον. ὑπὲρ τὸ νενομισμένον, nisi quis malit intelligere ἀριθμὸν, RS. X. τὸ νενομ. tritum Dioni.

& amici, ut in funere Syllæ prælatæ coronæ aureæ plures bis millenis, δῶρα τῶν πόλεων καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατευσαμένων τελῶν καὶ καθ' ἕνα τῶν φίλων. Appianus I. civil. p. 417. & in triumpho Cæsaris prælatas coronas aureas bis mille octingentas duasque ac viginti, pondo vicies mille quadringentorum & quatuordecim, testatur idem II. civil. p. 491. ἀγάλματα de imaginibus Dei alicujus vel victoriæ vel ipsius Cæsaris intellige, quæ ex auro vel argento Cæsari in munus offerebantur.

§ 221. (l. 99.) χρεῶν ἀποκοπάς] Novas tabulas, sive omnium debitorum sine persolutione abolitionem & extinctionem, tanquam cum nimio optimatum odio nimiaque conjunctam iniquitate, nunquam voluit Cæsar probare, licet plebs hoc desideraret & M. Cœlius & Dolabella tribuni plebis hoc conati essent perferre, de quibus supra p. 195. C. & 200. A. Alia tamen ratione debitoribus consulere instituit, ut notavit Dio etiam supra XLI. p. 171. A.

§ 222. (l. 6.) ἀγοράσαντες] Respicit Antonium, qui Pompeji bona emit, quorum pretium βιαίως ab eo Cæsar exegit infra XLVI. p. 301. B. & XLV. p. 284. D. Quod autem mox Cæsar dicitur æstimationes possessionum πρὸς τὴν ἐν τῷ χρόνῳ ἀξίαν *ad temporis illius rationem* accommodasse, inde est, quoniam ante bellum civile longe pluris æstimata fuerant.

§ 223. (l. 24.) στρατηγούς τε δέκα] Prætores antea octo Romæ fuerant, urbanus unus & alter peregrinus aliique sex, quibus duos novos Cæsar, totidemque ædiles Cereales addidit, teste Pomponio de Orig. Juris § 32. De ædilibus illis infra XLIII. p. 239. C. De Prætoribus confer Pighium T. III. Annal. p. 452. sq. & de numero eorum postea a Cæsare aucto, ut quatuordecim essent, Dionem p. 237. B. p. 239. C. Augustus iterum denos constituit p. 518. C. sed passus est aliquo tempore sedecim esse, plerumque duodecim p. 586. D. Etiam sub Tiberio varius illorum numerus fuit p. 634. B.

§ 224. (l. 26.) τοῖς τε ποντίφιξι] Quatuor Romæ tunc erant sacerdotum collegia, ut Dio infra LIII. p. 496. D. docet, Pontificum, Augurum, Septemvirum epulonum & Quindecimvirorum. Pontifices quatuor primum fuerant ex patriciis, quibus A. U. C. 454. totidem e plebejis sunt adjuncti, ut octo essent: hoc deinde collegium Sylla A. U. C. 673. ampliavit, ut essent quindecim, teste Livii Epitome lib. LXXXIX. Similiter augures tres initio erant: deinde ab A. U. C. 454. creati novem, ut constat ex Livii lib. X. c. 6. denique (ut docet loco laudato Liviana epitome) itidem quindecim, Sylla auctore, esse jussi sunt. Igitur sextumdecimum Cæsar & Pontificum & Augurum, & Quindecimvirorum collegio addidit. Idem iterum factum a Cæsare, tribus etiam septemvirum collegio additis, refert Dio infra XLIII. p. 240. A.

§ 225. (l. 30) ὥσπερ ἐψήφισο] Inter honores Cæsari decretos, quos attigit Dio p. 194.

habere ſtatuerat. Equites autem qui militaverant, centurionesque, & his minores militum præfectos, cum aliis præmiis affecit, tum nonnullos eorum in ſenatum, loco cæſorum, ſubrogavit.

A.U.C. 707 Cæſare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

δὲ ἱππέας [aa] τοῦ τέλους, τούς τε ἑκατονταρχους, καὶ τοὺς ὑπομείονας, ἄλλοις τέ τισι, καὶ τῷ ἐς τὸ συνέδριόν τινας ἀπ' αὐτῶν αὖθις τῶν ἀπολωλότων καταλέξαι.

52. Cæterum milites ſuis motibus non mediocriter eum perturbaverunt. Hi enim ſperaverant plurima ſe adepturos: ac tametſi meritis ſuis nequaquam inferiora præmia acceperant, tamen quod exſpectationi ſuæ ea non ſatisfacerent, tumultus concitavere. Erat eorum major pars in Campania, quos in Africam Cæſar præmiſſurus erat. Ab his Salluſtius (qui ut ſenatoriam dignitatem recuperaret, tum prætor erat factus) propemodum occiſus eſt. Quum vero impetum eorum effugiens Romam ad Cæſarem contenderet, ut eum hac de re certiorem faceret, inſecuti eum complures militum, a nemine manus cohibentes, obvios quosque, atque inter hos, duos ſenatores occiderunt. Cæſar ubi primum de adventu eorum cognovit, ſuas prætorias cohortes eis obviam mittere ſtatuit: mox veritus, ne hi quoque in ſeditionis ſocietatem concederent, conquievit tantiſper, dum milites in ſuburbana advenirent. Ibi quum eſſent, miſit ad eos, qui percontarentur, quidnam peterent, aut cujus rei gratia adeſſent. Quum ipſi Cæſari ſe id exponere velle reſpondiſſent, conceſſit ut ſine armis, ſolisque gladiis cincti, in urbem venirent: gladios enim alias in urbe geſtare conſueverant, neque tunc deponere ſuſtinuiſſent.

Τὰ δὲ δὴ στρατόπεδα οὐχ ἡσυχῇ αὐτὸν ἐτάραξε. πολλὰ γὰρ λήψεσθαι ἐλπίσαντες, καὶ εὑρόμενοι τῆς μὲν ἀξίας οὐκ ἐλάττω, τῆς δὲ προσδοκίας καταδεέστερα, [226] ἐθορυβήθησαν. ἐν Καμπανίᾳ δὲ οἱ πλείους αὐτῶν, ὡς καὶ ἐς τὴν Ἀφρικὴν προπλευσούμενοι, ἦσαν. ὃν τε δὴ τὸν Σαλούστιον παρ' ὀλίγον ἀπέκτειναν, (στρατηγὸς γὰρ [227] ἐπὶ τῷ τὴν βουλὴν ἀναλαβεῖν ἀπεδέδεικτο) καὶ ἐπειδὴ καὶ ἐκεῖνος, διαφυγὼν αὐτούς, πρὸς τὸν Καίσαρα ἐς τὴν Ῥώμην ὥρμησε, τὰ γιγνόμενα οἱ δηλώσων, ἐφέπονό τε αὐτῷ συχνοὶ μηδενὸς φειδόμενοι, καὶ ἄλλους τε τῶν ἐντυχόντων σφίσι, καὶ βουλευτὰς δύο ἔσφαξαν. ὁ οὖν Καῖσαρ ὡς τάχιστα τῆς προσόδου αὐτῶν ἤθελε, ἠθέλησε μὲν τὸ δορυφορικὸν ἐπ' αὐτοὺς ἀντιπέμψαι· φοβηθεὶς δὲ μὴ καὶ ἐκεῖνοι συσσεισάσωσι σφίσιν, ἡσύχασε, μέχρις οὗ [228] ἐς τὸ προάστειον ἀφίκοντο. ἐνταῦθα δὲ δὴ οὖσιν αὐτοῖς προσέπεμψε, καὶ ἐπύθετο, τί βουλόμενοι, καὶ τίνος χρήζοντες ἥκοιεν. ἀποκριναμένων τε σφῶν ὅτι αὐτῷ ἐκείνῳ ἐροῦσιν, ἐπέτρεψε μὲν αὐτοῖς ἐς τὴν πόλιν ἄνευ τῶν ὅπλων, πλὴν τῶν ξιφῶν, ἐσελθεῖν· ταῦτα γὰρ καὶ ἐν τῷ ἄστει ἄλλως φορεῖν εἰώθεσαν, καὶ τότε οὐκ ἂν ὑπέμειναν καταθέσθαι.

53. Qui cum multis verbis commemorarent, quot labores pertuliſſent, quæ pericula ſubiiſſent, quæ præmia cum ſperaſſent, tum meruiſſent; ac proinde in poſterum miſſionem ſibi militiæ fieri peterent, eamque vehementius urgerent, (non quod ſtudio vitæ in pace agendæ id facerent, homines jamdiu belli lucris aſſueti, ſed quod Cæſarem ita ſe perterrituros & quodvis confecturos exiſtimabant, cum bellum Africanum inſtaret) Cæſar ad reliqua nihil omnino reſpondit, hæc tantum verba locutus: "Enimvero, o Quirites, recte dicitis: nam & laboribus, & vulneribus confecti eſtis: „ atque confeſtim omnibus ſacramentum militare remiſit, quaſi ad nullam iis rem indigeret, pollicitus ſe eis, qui legitimum tempus meruiſſent, præmia quoque integra perſoluturum. Quibus illi dictis vehementer perculſi ſunt, cum ob reliquam ejus ſententiam,

Εἰπόντων δὲ αὐτῶν πολλὰ μὲν περὶ ὧν ἐπόνησαν καὶ ἐκινδύνευσαν, πολλὰ δὲ καὶ περὶ ὧν ἤλπισαν, ἀξίους τε σφᾶς τυχεῖν ἔφασκον εἶναι· καὶ μετὰ τοῦτο ἀφεθῆναί τε τῆς στρατείας ἀξιούντων, καὶ δεινῶς διὰ τοῦτ' αὐτῷ ἐγκειμένων, οὐχ ὅτι καὶ ἰδιωτεῦσαι ἐβούλοντο, (ἤκιστα γάρ, ἅτε καὶ συνήθεις ταῖς πλεονεξίαις ἐκ πολλοῦ γεγονότες, τοῦτ' ἤθελον) ἀλλ' [229] ὅτι ἡ καταπλήξειν τε ἐξ αὐτοῦ τὸν Καίσαρα, καὶ πᾶν ὁτιοῦν καταπράξειν, ἅτε καὶ [c] ὑπογύου οἱ τῆς ἐς τὴν Ἀφρικὴν στρατείας οὔσης, ἐνόμιζον· περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐδὲ σφίσι [c] τοπαράπαν ἀπεκρίναντο, αὐτὰ δὲ ταῦτα εἰπὼν μόνα, "ἀλλ' ὀρθῶς γε, [230] ὦ Κυρῖται, "λέγετε· καὶ γὰρ κεκμήκατε, καὶ κατατέτρωσθε„, πάντας αὐτοὺς παραχρῆμα, ὡς μηδὲν δεῖσθαι αὐτῶν δεόμενος, διῆκε· καὶ τοῖς τὸν τεταγμένον χρόνον στρατευμένοις καὶ τὰ γέρα ἐντελῆ δώσειν

[aa] Ἱππέας τοῦ τέλους. forte τὸ τέλος, *demum, denique.* Od. præteriiſſem hoc, Oddeyi cauſa, niſi ad aliorum etiam locorum illuſtrationem faceret. ἱππεῖς τοῦ τέλους, ſunt militantes, oppoſiti ceteris non militantibus, ut manifeſtum fit ex his Dionis locis p. 598. B. 721. B. & ſupra § 220. non male Xylander: *equites ſui exercitus.* minus bene Leunclavius: *in aliquo conſtitutos officii gradu.* uterque ſequens ὑπομείονας perperam: *qui his minores magiſtratus obibant.* non enim ſermo eſt de magiſtratibus, ſed præfectis militum inferioris gradus quam centuriones. ſic vocabulum adhibetur & p. 82. A. &c. [b] καταπλήξειν. verba quæ ſequuntur usque ad καταπράξειν, omiſſa in editis, reſtituta Dioni ſunt ex cod. Med. ap. Gronov. p. 75. & V. a. & vel ex ſolo Xiphilino reſtitui potuiſſent. [c] ὑπογύου τῆς. ſic vulgo. ὑπογύου οἱ τῆς, V. b. Med. Idem codex Med. paulo poſt, pro σφίσι τοπαράπαν, habet σφίσι τὶ παράπαν.

§ 226. (l. 38.) ἐθορυβήθησαν] De hac Decumanorum, ſive decimæ legionis militum, ſeditione, Suetonius Cæſare c. 70. Plutarchus Cæſare p. 732. Appianus II. civil. p. 485. ſq.

§ 227. (l. 42.) ἐπὶ τῷ τὴν βουλὴν ἀναλαβεῖν] Ut p. 43. D. De Salluſtio Hiſtorico per Appium Claudium cenſorem ſenatu moto, dictum lib. XL. p. 150. C. In hac autem militari ſeditione fugam ei ſaluti fuiſſe, refert Appianus II. civil. pag. 485.

§ 228. (l. 52.) ἐς τὸ προάστειον] In Campum Martium ut ex Appiano p. 486. conſtat. Hinc Suetonius c. 70. ait, illos *Romæ, cum ingentibus minis, ſummoque etiam urbis periculo, miſſionem & præmia flagitaſſe, ardente tunc in Africa bello.*

§ 229. (l. 69.) ὅτι καταπλήξειν τε ἐξ αὐτοῦ τὸν Καίσαρα, καὶ πᾶν ὁτιοῦν καταπράξειν] Ita ſupplendum eſſe hunc locum ex MS.

σειν ὑπέσχε[το. λεχθέν]των δὲ τούτων, κα[ὶ ἐπλά-
γησαν ἔκ τε τῆς ἄλλης αὐ[τοῦ διανοίας, κα[ὶ
μάλισα ὅτι Κυϊρίτας, ἀλ' οὐ σρα[τιώτας, αὐ-
τοὺς ὠνόμασε. κα[ὶ ταπεινωθέν]ες, φοβηθέν]ες
τε μὴ πάθωσί τι δεινὸν, με[ταβάλλον]το· κα[ὶ
C πολλὰ μὲν ἱκε[τεύον]ες ἀ αὐ[τὸν, πολλὰ δὲ κα[ὶ
ἐπαγγελλόμενοι, κα[ὶ συσρα[τεύσειν οἱ ἐθελον[τα[ὶ,
κα[ὶ τὸν πόλεμον μόνοι διαπολεμήσειν ὑπέχον[το.
ὡς οὖν ἐν[ταῦθα ἦσαν, κα[ί τις τῶν σρα[τιαρ-
χῶν e ἐν τοσούτῳ, ἢ κα[ὶ ἀφ' ἑαυ[τοῦ γνώ-
μης, χαριζόμενος τῷ Καίσαρι, διελέχθη τέ τι-
να ὑπὲρ αὐ[τῶν, κα[ὶ ἐδεήθη· " Ἀφίημι μὲν (ἔφη)
" κα[ὶ ὑμᾶς τοὺς παρόν]ας, κα[ὶ τοὺς ἄλλους πάν-
" τας, ὅσοις τὰ τῆς σρα[τείας ἔτη ἐξήκει· οὐ-
" δὲ γὰρ οὐδὲ δέομά[ί τι ὑμῶν. τὰ μέν]οι
D " γέρα κα[ὶ ὡς ὑμῖν ἀποδώσω· ἵνα μή πο[έ τις
" εἴπῃ, ὅτι ἐγὼ χρησάμενος ὑμῖν ἐν τοῖς κινδύνοις,
" ἔπει[α ἀχάρισος ἐγενόμην· εἰ κα[ὶ τὰ μάλισα
" κα[ὶ τοῖς σώμασιν ἐρρ[ωμένοι, κα[ὶ πάν]α κα[ὶ τὰ
" λοιπὰ προσδιαπολεμῆσαι δυνάμενοι, οὐκ ἠθελή-
" σα[έ μοι συσρα[τεῦσαι. "

Καὶ ὁ μὲν ταῦτά τε σοφιζόμενος εἶπε, (πάνυ
γὰρ αὐ[τῶν ἔχρηζε) κα[ὶ χώραν ἔκ τε τῆς δημο-
σίας, κα[ὶ ἐκ τῆς ἑαυ[τοῦ δὴ πᾶσι σφίσιν ἔνειμεν,
ἄλλους ἄλλῃ, κα[ὶ πάνυ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων, ἀπαρ-
τήσας· ὥσε μήτε τοῖς ὁμοχώροις σφᾶς φοβερούς,
E μήτ' ἂν πρὸς νεω[τερισμὸν ἑτοίμους, καθ' ἕν που
συνοικοῦν[τας, γενέσθαι. τῶν τε ἐποφειλομένων
σφίσι χρημάτων, ἃ πολλὰ κα[ὶ καθ' ἑκάσην,
ὡς εἰπεῖν, πρᾶξιν ὑπέχε[το δώσειν, τὰ μὲν εὐ-
θὺς ἀπαλλάξειν, τὰ δὲ οὐκ ἐς μακρὰν κα[ὶ
σὺν τόκῳ διαλύσειν ἐπη[γείλα[το. εἰπὼν δὲ ταῦ-
τα, κα[ὶ δουλωσάμενος αὐ[τοὺς, ὥσε μήτε τι
θρασύνεσθαι, κα[ὶ προσέτι κα[ὶ χάριν εἰδέναι,
προσεπεῖπε· " Ἀπέχε[τε μὲν παρ' ἐμοῦ πάν[α,
211 " κα[ὶ οὐδένα ἔθ' ὑμῶν ἀναγκάσω σρα[τεύσασθαι·
" εἰ μέν]οι τις ἑκούσιος ἐθέλοι κα[ὶ τὰ λοιπά
" μοι συγκα[εργάσασθαι, 231 ἡδέως αὐ[τὸν δέξο-
" μαι. " ἀκούσαν[τες δὲ τοῦτο ἐκεῖνοι, ὑπερ-
ήθησαν, κα[ὶ πάν]ες ὁμοίως ἀνασρα[τεύσασθαι
ἠθέλησαν.

Ὁ οὖν Καῖσαρ τοὺς παραχώδεις αὐ[τῶν, οὐ
πάν]ας, ἀλλ' ὅσοι f με[ρίως πως ὄν]ες γεωργίαις
ζῆν ἐδύνα[το, ἀπολέξας, τοῖς λοιποῖς ἐχρήσα[το·
κα[ὶ τοῦτο κα[ὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων σρα[τιω[τῶν ἐποίησε.
τοὺς γὰρ πάνυ τε θρασεῖς, κα[ὶ ἱκανοὺς μέγα τι
κακὸν δράσαι, ἐκ μὲν τῆς Ἰταλίας ἐξήγαγεν, ὅπως
B μηδὲν ἐκεῖ κα[αλειφθέν]ες νεοχμώσωσιν· ἐν δὲ δὴ
τῇ

tiam, tum eo maxime, quod Quirites eos, non milites, appellasset. Itaque animis collapsi, veritique, ne quid gravius de se consuleretur; mutato proposito, multis supplices precibus multisque promissionibus, se & lubentissimo animo ejus signa secuturos, bellumque hoc solos confecturos, receperunt. Redactis eo militibus, atque interim intercedente pro ipsis & deprecante tribuno quodam militum: (incertum, ex animi sententia, an demerendi Cæsaris causa, id fecerit:) " Missos „ inquit Cæsar, " facio & vos, qui adestis coram, & reliquos omnes, quorum militiæ anni jam exierunt: neque enim vobis mihi quicquam opus est. Cæterum præmia nihilominus vobis persolvam: ne quis vestrum dixerit, me vobis usum in periculis, ingratum deinde me præstitisse: quantumvis ad reliquias quoque belli conficiendas, neque corporis viribus, neque alia ulla re ad persequendum bellum destituti, militiam meam recusaveritis. „ A.U.C. 707 Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

54. Hæc astute simulata Cæsar (etenim magnopere iis indigebat) locutus, singulis agros, partim publicos, partim suos, assignavit; aliis alio collocatis, longissimeque a se invicem distractis: ne, si conjuncti habitarent, vel finitimis terrori, vel ad novas denuo res conandas parati esse possent. Debitas vero pecunias, quas fere pro singulis eorum factis daturum se promiserat, partim jam nunc se numeraturum, partim paulo post cum fœnore persoluturum, recepit. Postquam his verbis animos eorum ita obnoxios fecit, ut non modo non ferociter agerent, sed gratias ipsi insuper haberent; " Accepistis „ inquit, " jam a me omnia: neque ego quemquam vestrum ad militiam posthac compellam: si qui tamen ultro velint me in iis, quæ restant, absolvendis adjuvare, eos ego lubens recepero. „ Ea voce audita, summa omnes voluptate sunt affecti, neque fuit quisquam, quin denuo militare vellet.

55. Itaque Cæsar ex eis turbulentos, non omnes quidem illos, sed quotquot nunc moderatiores, ex agricultura victitare poterant, selegit; reliquis ad militiam usus est. Ad eundem modum aliorum etiam militum delectum fecit. Ferociores enim, & malis facinoribus edendis idoneos, ex Italia secum, ne quid ibi tumultuum

d post αὐτὸν, V. a. frustra addit, εἶπον. mox pro συσρατεύσειν, quod est apud HS. & L. συσρατεύειν, male, apud RS. e σρατιαρχῶν ἐν τοσούτῳ ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης. pro σρατιαρχῶν, V. b. habet σραλιωτῶν, quod nemo probaverit. cetera Leunclavius sic emendat: ἢ τούτων γνώμῃ, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ. vel etiam; ἢ ἀπὸ τούτων, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης, quod ipse magis probat. sic & alibi p. 325 A. ὡς καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης διωθῆναι συνεβούλευσεν. non videtur tamen ἐν τοσούτῳ, *intera*, rejiciendum aut mutandum. vid. Lucian. T. I. p. 119. &c. opposita autem non quærenda videntur ubi jam adsunt: ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης, ἢ (vel ἢ καὶ) χαριζόμενος τῷ Καίσαρι. f με[ρίως πως ὄν]ες γεωργίαις ζῆν ἐδύνα[το. dubito an hæc satis sana sint. an scripserit Dio, με[ρίως πως ἐκ τῆς γεωργίας ζῆν? sed pro ὄν]ες, Oddey ἔχον]ες substituendum existimat: quod meæ nunc conjecturæ præfero.

MS. Codice Mediceo, notavit V. C. Jacobus Gronovius p. 75.

§ 230. (l. 74.) ὦ Κυϊρῖται] Sueton. *una voce, qua* Quirites *eos pro militibus apellarat, tam facile circumegit & flexit, ut ei* milites *esse confestim responderint:* Quirites, de Romana plebe homines, non milites, ut viri docti notarunt ex simili Alexandri Severi allocutione ad milites tumultuantes, apud Lampridium in ejus vita c. 53. *vos omnes hodie una voce, Quirites, dimittam, & incertum an Quirites: non enim digni estis qui Romanæ plebis sitis, si jus Romanum non agnoscitis.*

§ 231. (l. 16.) ἡδέως αὐ[τὸν δέξομαι] Suetonius c. 70. ait, quamvis recusantem Cæsarem illos ultro esse in Africam secutos: ac sic quoque seditiosissimum quemque & prædæ & agri destinati tertia multatos parte.

A.U.C.707 Cæsare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

um concitare possent, abduxit; eosque in Africa, alios aliis occasionibus, haud iniquo animo passus est perire. Nam & hostibus per eos cladem inferebat, & ipse hominibus liberabatur. Utque erat alias animo mansuetissimo, & militibus præ cæteris gratificabatur: ita seditiosos tamen ex his maxime oderat, severissimisque pœnis coercebat. Hæc a Cæsare eo anno gesta sunt, quo re ipsa imperium dictator iterum gessit: quum consulum nomen Calenus & Vatinius, extremo anno constituti, ferrent.

τῇ Ἀφρικῇ καὶ μάλα ἡδέως, ἄλλους κατ' ἄλλην πρόφασιν, ἀνάλωσε. τούς τε γὰρ ἐναντίους ἅμα δι' αὐτῶν καὶειργάζετο, καὶ ἐκείνων ἀπηλλάττετο. φιλανθρωπότατός τε ἦν γὰρ ὢν, καὶ πολλὰ κεχαρισμένα τοῖς τε ἄλλοις καὶ τοῖς στρατιώταις μάλιστα ποιῶν, δεινῶς τοὺς στασιάζοντας σφῶν ἐμίσει, καὶ ἰσχυρότατα αὐτοὺς ἐκόλαζε. ταῦτα ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει, ἐν ᾧ δικτάτωρ μὲν ὅλως αὐτὸς τὸ δεύτερον ἦρξεν, ὕπατοι δὲ ἐπ' ἐξόδῳ αὐτοῦ ἀποδειχθέντες [232] ὅ, τε Καλῆνος καὶ ὁ Ὀυατίνιος ἐλέγοντο εἶναι, ἐποίησε.

56. Idem Cæsar, media licet hyeme, in Africam transmisit: qua ratione effectum est, ut hostibus insperato superveniens, rem præclare gesserit. Nam in omnibus negotiis celeritate, atque improvisis expeditionibus, plurimum consecutus est. Itaque si quis expendere velit, quanam re tantum sui temporis ducibus in bellis præstiterit; nihil aliud magis in ea comparatione reperiet, quo hic sit reliquis præferendus. Cæterum Africam, ne prioribus quidem temporibus Cæsar sibi amicam, post Curionis vero interitum plane hostilem habuit. Varus quippe & Juba rerum ibi potiebantur, & Cato præterea Scipioque, cum iis qui ipsos sequebantur, eodem (quemadmodum supra dictum est) confugerant: communicatoque inter se bello, non tantum in continenti terra ad id necessaria paraverant, sed Siciliam quoque Sardiniamque classe infestabant; ac tum oppida vexabant, tum naves abducebant, & ex eis arma, ferrumque reliquum præsertim sumebant, quo solo plurimum iis opus erat. Denique quum neque exercitus illis oppositus ullus esset, & Cæsar in Ægypto Romæque moras traheret, tantum apparatum contraxerant, eoque consiliis progressi erant, ut quum Hispaniam seditionibus agitari audivissent, eo Cn. Pompejum probe instructum amandarint. Fore enim judicabant, ut is propterea quod Magni Pompeji filius

Καὶ ἐς τὴν Ἀφρικὴν, καίτοι [233] τοῦ χειμῶνος μεσοῦντος, ἐπεραιώθη. καὶ οὐκ ὀλίγα δὲ ἐκ τούτου, ἀνέλπιστος τοῖς ἐναντίοις προσπεσὼν, κατώρθωσε. πλεῖστον γὰρ παρὰ πάντα καὶ τῷ τάχει καὶ ταῖς [b] τοῦ ἀπροσδοκήτου στρατείαις κατεπράτ̣τ̣εν· ὥς γ' εἴ τις ἐκλογίζοιτο, ὅτῳ τοσοῦτον τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν τοῖς πολέμοις ὑπερήνεγκεν, οὐδὲν ἄλλο τούτου μᾶλλον ὃν ἔμπροσθεν παραβαλὼν εὕροι. ἡ δὲ δὴ Ἀφρικὴ ἦν μὲν οὐδὲ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ φίλη τῷ Καίσαρι, [234] μετὰ δὲ δὴ τὸν τοῦ Κουρίωνος θάνατον καὶ πάνυ ἐχθρὰ ἐγένετο. [235] ὅ, τε γὰρ Ὄυαρος καὶ ὁ Ἰόβας τὰ πράγματα εἶχον, καὶ πρόσετι καὶ [236] ὁ Κάτων καὶ ὁ Σκιπίων, οἵ τε ἄλλοι οἱ μετ' αὐτῶν ὄντες, ἐκεῖσε ([237] ὥσπερ εἶπον) συγκατέφυγον. κἀκ τούτου κοινωσάμενοι τὸν πόλεμον, τά τε ἐν τῇ ἠπείρῳ [i] ἐξηρτύσαντο, καὶ τῇ τε Σικελίᾳ καὶ τῇ Σαρδοῖ ἐπίπλους ἐποιοῦντο· καὶ τάς τε πόλεις ἐλύπουν, καὶ τὰ πλοῖα [ii] κατῆγον, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα, τόν τε [k] σίδηρον τὸν ἄλλον, ὑπέρ που καὶ μόνον ἔχρηζον. τελευτῶντες ἐς τοῦτο καὶ τῆς παρασκευῆς καὶ τῆς διανοίας (οἷα μήτε στρατοῦ σφίσιν ἐναντιουμένου, καὶ τοῦ Καίσαρος ἔν τε τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν τῷ ἄσει χρονίσαντος) ἀφίκοντο, ὥσε καὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν [238] τὸν Πομπήϊον ἀποσεῖλαι. σασιάζειν τε γὰρ αὐτὴν πυνθανόμενοι, καὶ ἐκεῖνον ἑτοίμως, ἅτε τοῦ Πομπηΐου τοῦ Μάγνου παῖδα ὄντα, δέξεσθαι νομίσαντες, παρεσκευάζοντο, ὁ μὲν, ὡς

g τε γὰρ ὢν. γὰρ ἀνδρῶν ὢν, V. a. *h* ταῖς τοῦ ἀπροσδοκήτου στρατείαις. videtur dicendum fuisse: ταῖς ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου στρατείαις. στρατιαῖς edit. RS. ut sæpius. *i* ἐξηρτύσαντο. forte ἐξηρτήσαντο. Od. non sollicitanda est lectio. ἐξαρτύειν de apparatu bellico frequens, & huic loco aptum. *ii* κατῆγον. ἀπῆγον, L. *k* τόν τε σίδηρον. supple ἔλαβον, aut simile aliquid, X. imo rectius vitium quæritur in addito τὸν ἄλλον, quod mutari debet in ἔλαβον, hoc modo: καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα, τόν τε σίδηρον ἔλαβον, ὑπέρ που &c. L. Oddeyi τηνάλλως, pro τὸν ἄλλον, mihi non magis satisfacit. τὸν ἄλλον σίδ. opponitur armis ex ferro. κατῆγον forte hic repetendum. pro μόνον malim μόνου. infra l. 65. δέξεσθαι, pro δέξασθαι.

§ 232. (l. 36.) ὅ, τε Καλῆνος καὶ ὁ Ὀυατίνιος] Q. Fufius Calenus & P. Vatinius. Hic est Calenus, cujus orationem pro M. Antonio contra Ciceronem affert Dio infra XLVI. p. 295. sq. in qua etiam legas p. 300 D. Cæsarem non toto anno dictaturam gessisse, quod ad Consules hos ab eo sub exitum anni creatos pertinet. Sed paucis Consulatum gessisse diebus testatur Macrobius II. 3. Saturnal. ubi refert jocum Ciceronis in Vatinium: *magnum ostentum anno Vatinii factum est, quod illo Consule nec bruma, nec ver, nec æstas nec autumnus fuit.* Et: *volui in Consulatu tuo venire, sed nox me comprehendit.* Catullus:

Per Consulatum pejerat Vatinius,
Quid est, Catulle, quod moraris emori?

Ab his Consulibus initium Consulatus non legitimo tempore & ad breve spatium initi, quod deinde sub Imperatoribus frequentatum fuit, repetit Pighius T. III. Annal. p. 449. Adde quæ Dio infra XLIII. p. 236. sq.

§ 233. (l. 38.) τοῦ χειμῶνος μεσοῦντος] Lilybæum Siciliæ pervenit Cæsar XIV. Kal. Jan. teste Hirtio c. 1. de bello Africano. In conspectum Africæ, pridie Kalend. Jan. id. c. 2. ad Ruspinam Africæ castra posuit Kalend. Januar. id. c. 6. Lepti castra movit III. Non. Januar. id. c. 9. Cicero II. de divinatione c. 24. *Quid? ipse Cæsar, cum a summo aruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? Quod ni fecisset, uno in loco omnes adversariorum copiæ convenissent.* Idem tangit Minucius Felix, c. 26. eoque spectat, quod Suetonius in Cæsare c. 59. *Quum immolanti aufugisset hostia, profectionem adversus Scipionem & Jubam non distulit.* De tempore susceptæ hujus expeditionis accuratius Josephus Wasse. V. C. in Bibliotheca litteraria anglice edita Londini 1724. 4to. num. VIII. p. 29. sqq.

§ 234. (l. 47.) μετὰ τὸν τοῦ Κουρίωνος θάνατον] Curionis cladem necemque narravit Dio supra XLI. p. 172. 173.

§ 235. (l. 48.) ὅ, τε γὰρ Ὄυαρος] P. Attius Varus, Pompejanarum partium dux & præfectus, victus prœlio a Curione, sed a Juba Numidiæ Rege vindicatus. supra. p. 172.

§ 236. (l. 50.) ὁ Κάτων καὶ ὁ Σκιπίων] L. Metellus hic Scipio, ante biennium a Pompejo lectus socer. Vellej. II. 54. Plutarch. Catone minore p. 787. &c.

§ 237. (l. 51.) ὥσπερ εἶπον] Supra p. 189. E. 191. C.

§ 238. (l. 62.) τὸν Πομπήϊον ἀποστεῖλαι] Contra hunc Cn. Pompejum filium in Hispania deinde bellum ultimum Cæsari fuit gerendum, quod referet Dio libro proximo XLIII. p. 229. sq.

212 ὥς τε τὴν Ἰβηρίαν διαβραχέων καλασήσων, καὶ πρὸς τὸ ἄσυ ἐκεῖθεν ὁρμήσων· οἱ δὲ, ὡς τὸν πλοῦν ἅμα τὸν ἐς τὴν Ἰταλίαν ποιησόμενοι.

filius esset, ab Hispanis prompte acciperetur: rebusque brevi temporis spatio ibi compositis, inde Romam peteret, ipsi vero una in Italiam classe adveherentur. A.U.C.707. Cæsare Dict. II. & Antonio Mag. Equ.

Κατ' ἀρχὰς μὲν γὰρ διατριβή τις αὐτοῖς ἐγένετο, τοῦ τε Οὐάρου τῷ τε Σκιπίωνι τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητήσαντος, ἐπειδὴ αὐτὸς ἐκ πλείονος ἐν τοῖς ταύτῃ χωρίοις ἦρχε, καὶ τοῦ Ἰόβου τῇ νίκῃ [m] ἐπαιρομένου, καὶ τὰ πρῶτα δι' αὐτὴν ἀξιοῦντος φέρεσθαι. συμφρονήσαντες [n] γὰρ ὅ, τε Σκιπίων καὶ ὁ Κάτων, οἷα ὁ μὲν, τῇ ἀξιώσει, ὁ δὲ, τῇ συνέσει πολὺ πάντων σφῶν [o] προήκοντες, τούς τε ἄλλους [o] προσεποιήσαντο, καὶ ἐκείνους ἔπεισαν τῷ Σκιπίωνι πάντα ἐπιτρέψαι. ὁ γὰρ Κάτων δυνηθεὶς ἂν ἐξ ἴσου αὐτῷ ἢ καὶ μόνος ἄρξαι, [239] οὐκ ἠθέλησε· τὸ μὲν, ὅτι βλαβερώτατον τοῖς τοιούτοις ἡγεῖτο εἶναι· τὸ δὲ, ὅτι τῷ [240] πολιτικῷ ἀξιώματι ἠλαττοῦτο αὐτοῦ. πολὺ γὰρ ἄλλως τε καὶ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς ἐώρα δυνάμενον τὸ, τὸν ἄρχοντα καὶ νόμῳ δή τινι τῶν ἄλλων προκεκρίσθαι· καὶ διὰ τοῦτο τῆς τε ἀρχῆς ἑκὼν αὐτῷ παρεχώρησε, καὶ προσέτι καὶ τὰ στρατεύματα, ἃ ἐπηγάγετο, παρέδωκε. καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου [241] τήν τε Οὐτικὴν, ὑποπτευθεῖσαν τὰ τοῦ Καίσαρος φρονεῖν, καὶ ὀλίγου καὶ ἀνάστατον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τούτῳ γενομένην, ἐξαιτησάμενος, ἐς φυλακὴν ὑπεδέξατο, καὶ τὴν χώραν τήν τε θάλασσαν τὴν ταύτῃ πᾶσαν φρουρεῖν ἐπετράπη. τῶν δὲ ἄλλων ὁ Σκιπίων αὐτοκράτωρ ἦρχε· καὶ αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα πολὺ πάντας τοὺς ὁμογνωμονοῦντας οἱ ἐπερρώννυε, νομίζοντας οὐκ οἶδ' ὅπως ἀλόγῳ τινὶ πίσει, [242] μηδένα ἂν Σκιπίωνα ἐν τῇ Ἀφρικῇ κακῶς πρᾶξαι.

57. Injecerat eorum consiliis ab initio moram, quod Varus cum Scipione, quia a longiore jam tempore iis regionibus præfuisset, de imperio disceptaret, & Juba insuper victoria elatus, summam sibi rerum vendicaret. Sed Cato ac Scipio consentientes, quoniam hic dignitate, ille sapientia omnes longe anteibat, reliquis etiam sibi conciliatis persuaserunt, ut in suam sententiam concederent; ac Scipioni summam rerum permitterent. Cato enim, quum posset aut æquata cum Scipione potestate, aut etiam solus imperare, utrumque recusavit: alterum, quia id summo in bellis incommodo cedere existimabat, alterum, quia ipse Scipioni in republica dignitate esset inferior. Perspexerat enim, plurimum in re præsertim militari valere, ut dux reliquis, legum quoque autoritate, anteferretur. Igitur Cato sponte sua Scipioni summa rerum cessit, & ei exercitum, quem secum adduxerat, tradidit. Deinde quum Utica in suspicionem venisset, quod Cæsaris rebus cuperet, parumque abesset, quin reliqui eam ob id everterent; Cato urbem precibus suis ab interitu liberavit, ejusque ac præterea omnis circum regionis marisque custodiam sibi injunctam suscepit. Reliquorum dux fuit Scipio: ipsumque adeo Scipionis nomen animos eorum, qui in eadem erant causa, magnopere confirmabat; nescio qua absurda persuasione, nullum Scipionem in Africa posse rem infeliciter gerere.

Μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Καῖσαρ, καὶ ἰδὼν ὅτι καὶ οἱ μεθ' ἑαυτοῦ στρατευόμενοι πεπεισμένοι τε αὐτὸ οὕτως ἔχειν εἰσὶ, καὶ φοβοῦνται· προσπαρέλαβέ τινα ἔκ τε τοῦ γένους τοῦ τῶν Σκιπιώνων ὄντα, καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην φέροντα, ([243] ἐπεκαλεῖτο δὲ [p] Σαλάττων)

58. Eo animadverso, Cæsar, quum suos etiam milites id pro certo habere, ob idque sibi metuere, intelligeret, quendam ex Scipionum genere ortum, nomenque hoc & cognomen Salattonis ferentem, secum accepit, atque ita, hostibus

l τῷ τε Σκιπίωνι. τῷ Σκιπίωνι, L. *m* ἐπαιρομένου. ita recte L. scribendum judicat pro ἐπαιρόμενος, quod adhuc textum turbabat. confirmant emendationem V. a. b. *n* συμφρονήσαντες γὰρ. συμφρονήσαντες γοῦν, legendum: particulæ hæ sæpius apud Dionem permutantur, L. Od. melius δὲ pro γὰρ scriberetur post superius μὲν. *o* προήκοντες, προσεποιήσαντο. προήκων, προσεποιήσατο, V. b. minus bene. *p* Σαλάττων. videtur legendum Σαλουλίων, F. conf. Casaub. ad Suet. Cæs. 60.

§ 239. (l. 82.) οὐκ ἠθέλησε] Vellejus II. 54. *M. Cato, cum summum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit.*

§ 240. (l. 84.) πολιτικῷ ἀξιώματι] Scipio Consularis, Cato tantum Prætorius. Plutarchus in Catone minore, p. 787. Appianus II. civil. p. 482.

§ 241. (l. 90.) τήν τε Οὐτικὴν] Plutarchus narrat, Scipionem voluisse in Jubæ gratiam omnes puberes Uticæ interficere, urbemque ὡς τὰ Καίσαρος φρονοῦσαν tanquam cum Cæsare sentientem exscindere. Sed non tulisse id Catonem, verum Deos hominesque testatum exemisse miseros crudelitate, & custodiam urbis in se suscepisse.

§ 242. (l. 98.) μηδένα Σκιπίωνα ἐν τῇ Ἀφρικῇ] Scipionum ita nomen Africæ fatale vocat Florus lib. II. 15. 12. quod Scipio Africanus major potentiam Carthaginis concusserat: Scipio Africanus minor ipsam plane everterat ac deleverat. Adeo facile est humano ingenio, ex duobus vel paucis exemplis augurium aliquod faustum vel infaustum elicere, cujus rei plura specimina ex veteris ac recentioris memoriæ monumentis collecta sunt a Joh. Mollero in homonymoscopia p. 121. sq. Gregorio Richtero, axiomat. Oeconom. 4. D. Jo. Schmidio & Dan. Guilhelmo Mollero in Dissertationibus quas de nominum fatalitate, Lipsiæ ille, hic Altorfii in lucem edidit. Sed Plutarchus in Cæsare p. 732. veteris Oraculi fide hoc creditum testatur, χρησμῷ τινι παλαιῷ θαῤῥεῖν τοὺς πολεμίους, ὡς προσῆκαν ἀεὶ τῷ Σκιπίωνος γένει κρατεῖν ἐν Λιβύῃ.

§ 243. (l. 3.) ἐπεκαλεῖτο δὲ Σαλάττων] Videtur legendum Σαλουλίων, ex Plinii, Suetonii ac Plutarchi codicibus. Suetonius in Cæsare, c. 59. *Ad eludendas vaticinationes, quibus felix & invictum in Provincia Africa fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitæ, Salutioni cognomen erat, in castris secum habuit.* Plutarchus Cæsare p. 732. ait, eum serio an joco, ut vaticinationi responderet, secum habuisse ἄνθρωπον ἄλλως μὲν ἠνιλιαφρόνητον καὶ παραμεληθέντα, ὄνομα δὲ τῆς Ἀφρικανῶν, (Σκιπίων ἐκαλεῖτο Σαλουλίων.) τοῦτον ἐν ταῖς μάχαις προτετάχθαι ὥσπερ ἡγεμόνα τῆς στρατιᾶς. Plinius lib. VII. Hist. c. 12. *Ejusdem familiæ Scipioni post eum* (Scipionem Serapionem) *cognomen Salutio mimus dedit.* Et lib. XXXV. c. 2. *Cum Scipionis Pomponiani transisset atrium, vidissetque adoptione testamentaria Salutiones* (*hoc enim ei fuerat cognomen*) *Africanorum dedecore irrepentes Scipionum nomini.* Cum a Salutione mimo ita dictus fuerit, non opus est, Salaconem cum viris præclaris requirere, vel *Salacionem* cum Lipsio lib. II. elector. c. 17. vel *Salicippium* cum Isaaco Vossio ad Catullum p. 118.

A.U.C. 707 Cæsare Dictat. II. & Antonio Mag. Equ.

stibus ejus adventum hyeme non exspectantibus, inopinato Adrumetum, (quod Utica diligentius custodiebatur) transmisit. E navi egredienti Cæsari hujusmodi casus obtigit, qui quamvis adversam fortunam divinitus portendere videretur, tamen ab ipso in melius versus est. Quum enim pedibus in terram descendens, impegisset, eumque in faciem prolapsum conspicati milites mœrore ac sollicitudine perturbarentur; ipse nihil hæsitans, terram manu extensa, quasi dedita opera cecidisset, comprehensam exosculatus est, inclamans: "Teneo te Africa." Inde Adrumetum oppugnatione tentavit, repulsusque, & castris exutus per vim hostium, ad oppidum aliud, Ruspina dictum, se contulit. Hic intromissus, hiberna paravit, ex eaque urbe ad bellum deinde exivit. Hæc hactenus, de rebus a Cæsare eo anno gestis.

λάττων) καὶ οὕτω τόν τε πλοῦν [244] πρὸς Ἀδρύμητον ἐποιήσατο, (τὰ γὰρ ἐν τῇ Οὐτικῇ ἰσχυρῶς ἐφρουρεῖτο) καὶ ἔλαθεν αὐτοὺς ἀνελπίστως ὑπὸ τοῦ χειμῶνος περαιωθείς. ἐκβάντι δὲ αὐτῷ τῆς νεὼς συντυχία τοιάδε ἐγένετο, ὑφ' ἧς, εἰ καί τι φοβερὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου σφίσιν ἐσημαίνετο, ἀλλὰ καὶ αὐτό γε ἐκεῖνο ἐς ἀγαθὸν ἔτρεψεν. ἐπειδὴ γὰρ ἅμα τῷ τῆς γῆς ἐπιβῆναι, προσέπταισε, καὶ αὐτὸν πεσόντα ἐπὶ σόμα οἱ στρατιῶται ἰδόντες ἠθύμησαν, καὶ δυσανασχετήσαντες ἐθορύβησαν· ὁ δὲ διπορήθη, ἀλλ' ἐκτείνας τὴν χεῖρα, τήν τε γῆν, ὡς καὶ ἑκὼν δὴ πεσών, περιέλαβε καὶ κατεφίλησε· καὶ ἀναβοήσας εἶπεν, [245] "ἔχω σέ, Ἀφρική." ἐκ δὲ τούτου προσέβαλε μὲν τῷ Ἀδρυμήτῳ· ἀποκρουθεὶς δὲ, καὶ προσέτι καὶ ἐκ τοῦ στρατοπέδου βιαίως ἐκβληθείς, μετέστη πρὸς πόλιν ἑτέραν [246] Ῥούσπινα. καὶ δεχθεὶς ὑπ' αὐτῶν, χειμάδιόν τε ἐν αὐτῇ κατεσκευάσατο, καὶ ἐκεῖθεν ὁρμώμενος ἐπολέμει. τότε μὲν ταῦτ' ἔπραξεν. 213

§ 244. (l. 5.) *πρὸς Ἀδρύμητον*] Adversariorum præsidio, quod erat Adrumeti, præerat C. Considius. vide Hirtium de bello Africano c. 3. & de Adrumeto Africæ civitate maritima Stephanum Byz. aliosque Geographos. Dionem infra p. 369. C.

§ 245. (l. 18.) *ἔχω σὲ Ἀφρική*] Sueton. c. 59. *Prolapsus in egressu navis, verso ad melius omine, teneo te, inquit, Africa.*

§ 246. (l. 21.) *Ῥούσπινα*] Hirtius de bello Africano c. 6. *itaque eo die castra posuit ad oppidum Ruspinam Kalendis Januar.* & c. 10. *ex oppido Ruspina egressus proficiscitur ad portum, qui abest ab oppido millia passuum II.* Strabo XVII. p. 831. *καὶ ἐπολέμησε Καῖσαρ Σκιπίωνα ὁ Θεὸς πρὸς Ῥουσπῖνον μὲν πρῶτον νικῶν.* Silius III. 260.

Quæque procul cavit non æquos Ruspina fluctus,
Et Zama, & uberior Rutulo nunc sanguine Thapsus.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ

LIBER QUADRAGESIMUS TERTIUS.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς Καῖσαρ Σκιπίωνα καὶ Ἰόβαν ἐνίκησεν.

Ὡς Νουμιδίαν οἱ Ῥωμαῖοι ἔσχον.

Ὡς Κάτων ἑαυτὸν ἀπέκλεινεν.

Ὡς Καῖσαρ ἐς Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὰ ἐπινίκια ἔπεμψε, καὶ τἆλλα κατεστήσατο.

Ὡς ἥ τε ἀγορὰ Καίσαρος καὶ ὁ ναὸς τῆς Ἀφροδίτης καθιερώθη.

Ὡς Καῖσαρ τὸν ἐνιαυτὸν ἐς τὸν νῦν τρόπον κατεστήσατο.

Ὡς Καῖσαρ Γναῖον Πομπήϊον τὸν τοῦ Πομπηΐου υἱὸν ἐν Ἱσπανίᾳ ἐνίκησεν.

Ὡς πρῶτον ὕπατοι ἐς οὐχ ὅλον τὸ ἔτος ἀπεδείχθησαν.

Ὡς Καρχηδὼν καὶ Κόρινθος ἀπῳκίθη.

Ὡς οἱ Κερεάλιοι ἀγορανόμοι κατεστάθησαν.

Hæc inſunt Libro XLIII. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Quomodo Cæſar Scipionem & Jubam vicerit. c. 1 — 8.

Ut Numidiam Romani occupaverint. c. 9.

Quemadmodum Cato mortem ſibi conſciverit. c. 10 — 13.

De Cæſaris reditu ad urbem, triumphoque: & quomodo reliquas res compoſuerit. c. 14 — 21.

De dedicatione fori Cæſaris, ac templi Veneris. c. 22 — 25.

Ut Cæſar annum ad hunc modum, quo nunc utimur, conſtituerit. c. 26. 27.

De victoria Cæſaris in Hiſpania adverſus Cn. Pompejum Magni F. c. 28 — 45.

Quomodo primum conſules non ad integrum annum creati ſint. c. 46 — 48.

De coloniis Carthaginem Corinthumque deductis. c. 49. 50.

Quemadmodum ædiles Cereales inſtituti ſint. c. 51.

Χρόνου μῆκος ἔτη τρία, ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Ἰούλιος Γ. υἱ. Καῖσαρ δικτάτωρ, μετὰ Ἀιμιλίου Λεπίδου ἱππάρχου, καὶ ὕπατος τὸ γ', * μετὰ τοῦ αὐτοῦ.
Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ δικτάτωρ τὸ δ', μετὰ Ἀιμιλίου ἱππάρχου, καὶ ὕπατος τὸ δ', μόνος.
Ἰούλιος Καῖσαρ δικτάτωρ τὸ ε', μετὰ Ἀιμιλίου Λεπίδου ἱππάρχου, καὶ ὕπατος τὸ ε', μετὰ Ἀντωνίου. *

Temporis ſpatium, anni tres, in quibus hi magiſtratus recenſentur.

ante C. N.	U.C.		
46.	708.	Julius C. F. Cæſar, dictator, Æmilio Lepido magiſtro equitum.	& conſul III. cum eodem.
45.	709.	C. Julius Cæſar dictator IIII. Æmilio Lepido magiſtro equitum.	& conſul IIII. ſolus.
44.	710.	Julius Cæſar dictator V. Æmilio Lepido magiſtro equitum.	& conſul V. cum Antonio.

214 Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει καὶ ἐδικτατώρευσεν ἅμα καὶ ὑπάτευσε, τρίτον ἑκάτερον, τοῦ Λεπίδου οἱ ἀμφοτέροις συνάρξαντος. ἐπειδὴ γὰρ [1] δικτάτωρ ὑπ' αὐτοῦ τὸ πρῶτον ἐλέχθη, παραχρῆμά

1. Sequenti anno dictaturam ſimul & conſulatum, utrumque vero magiſtratum tertia jam vice, utrumque collega Lepido, geſſit. Ut enim primum ab eo dictator dictus fuit, ſtatim eum A.U.C. 708 Cæſare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

* μετὰ τοῦ αὐτοῦ. ſic HS. & L. μετὰ Ἀιμιλίου ὑπ. RS. poſtea ad μετὰ Ἀντωνίου, cod. Med. addit ὑπ. id eſt, ὑπάτου, docente Cl. Gronovio p. 86. (ita vero & editio RS.) Annotat ſimul Gronovius, ex lacuna Dionis p. 238. qua Antonius Cæſaris dictatoris συνάρχων dici videtur, falſo a viris eruditis colligi, Antonium fuiſſe magiſtrum equitum: nunquam enim συνάρχοντα dici niſi in conſulatu; de quo tamen conſulatu Cæſaris in illa lacuna, propter negligentiam librariorum tantum, memoria intercidit; hic certe expreſſa eſt. res veriſſima; ſed συνάρχοντα etiam de mag. equ. dici, ex initio hujus libri apparet.

§ 1. (l. 4.) δικτάτωρ ὑπ' αὐτοῦ] Ante biennium Cæſar a Lepido tunc Prætore (eodem qui Triumvir poſtea fuit) Dictator primum dictus eſt, de quo ſupra XLI. p. 170. B.

Dictator II. fuerat anno ſuperiore V. C. 707. Quod autem hoc anno Cæſar Dictator IIII. fuerit, Suetonius quoque tradit c. 76. & Hirtius lib. V. ſed eos erroris ex Faſtis & numis,

A.U.C.708 Cæſare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

eum ex prætura in Hiſpaniam citeriorem miſit: reverſoque triumphum, quum neque viciſſet quemquam, neque omnino ſignis collatis dimicaſſet, conceſſit: ea uſus ſpecie, quod is rebus a Longino & Marcello geſtis interfuiſſet. Cæterum in triumpho ſuo nihil intulit, præter eas pecunias, quibus ſocios deſpoliaverat. His rebus Lepidum quum ornaſſet, collegam eundem ſibi utriusque magiſtratus adſcivit.

2. Qui quum jam iniviſſent magiſtratum, hæc prodigia Romanos perturbaverunt: lupus in urbe viſus, ſus fœtum elephanti præter pedes cætera ſimilem edidit. In Africa Petrejus & Labienus, quum Cæſarem frumentandi cauſa in pagos digreſſum animadvertiſſent, equitatumque ejus nondum a jactatione maris ſatis convaluiſſe, Numidis peditatum ejus agreſſi ſunt: ordinibusque legionum conturbatis, multos eorum ſtatim interfecerunt: ac reliquos omnes pariter, qui in locum editum evaſerant, expugnaſſent; niſi vulneribus crebro acceptis fuiſſent impediti. Quo magis illi vel ſic, cum ea contigiſſent, Cæſarem in perturbationem conjecerunt; qui cogitans, quod a paucis incommodum accepiſſet, quum & annuntiatum eſſet, Scipionem etiam ac Jubam cum omnibus copiis jam jam appropinquare, in magna conſilii inopia hærens, quid ageret non habebat. Videbat enim, ſe neque bellum id trahere nunc commode amplius poſſe, omnemque in eo loco moram, ut ab hoſtibus etiam non invaderetur, tamen ob penuriam victus difficilem fore: porro autem diſcedere ſe nullo modo poſſe, hoſtibus terra marique ſibi imminentibus.

3. In hac anxietate conſtituto Cæſari P. quidam Sittius (ſi modo id ei, non numini potius adſcri-

χρῆμά τε αὐτὸν μετὰ τὴν στρατηγίαν ἐς τὴν Ἰβηρίαν τὴν πλησιαιτέραν ἔσειλε, καὶ ἐπανελθόντα, ἐπινικίοις, μήτε τινὰς νικήσαντα, μήτ' ἀρχὴν μαχεσάμενόν τισιν, ἐτίμησε· [a] πρόφασιν, ὅτι τοῖς ὑπό τε τοῦ [2] Λογγίνου καὶ ὑπὸ τοῦ Μαρκέλλου πραχθεῖσι παρεγένετο. οὔκουν οὐδὲ ἔπεμψέ τι ἐπ' ἀληθείας, πλὴν τῶν χρημάτων, ἃ τοὺς συμμάχους ἐσεσυλήκει. [3] τούτοις τε οὖν αὐτὸν [b] ἤγαλλε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ συνάρχοντα [4] ἑκατέρωθι προσείλετο.

Καὶ αὐτῶν ἀρχόντων ἤδη, οἵ τε ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐταράχθησαν ὑπὸ σημείων. [5] λύκος τε γὰρ ἐν αὐτῇ ὤφθη, καὶ [6] χοῖρος ἐλέφαντι, πλὴν τῶν ποδῶν, ὅμοιος ἐγεννήθη. καὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ δέ, τε [7] Πετρήϊος καὶ ὁ Λαβιῆνος, τηρήσαντες τὸν Καίσαρα πρὸς κώμας ἐπὶ σῖτον ἐξελθόντα, τήν τε ἵππον αὐτοῦ μηδέπω καλῶς ἐκ τῆς θαλάσσης ἐρρωμένην, ἐς τοὺς πεζοὺς τοῖς Νομάσι [c] κατῆξαν· καὶ ταραχθείσης πρὸς τοῦτο τῆς ἀσπίδος, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἐν χερσὶν ἀπέκτειναν· πάντας δ' ἂν καὶ τοὺς λοιποὺς, ἀνειληθέντας ἐπὶ μετέωρόν τι, ἐξέκοψαν, εἰ μὴ ἰσχυρῶς ἐτρώθησαν. ἐπὶ πλεῖον δ' οὖν καὶ ὡς, τούτου συμβεβηκότος, [8] τὸν Καίσαρα καλέπληξαν. λογιζόμενος μὲν γὰρ, ὡς ὑπὸ ὀλίγων ἔπλαισε, προσδεχόμενος δὲ καὶ [9] τὸν Σκιπίωνα τόν τε Ἰόβαν πάσαις (ὥσπερ ἠγγέλλοντο) ταῖς δυνάμεσιν εὐθὺς ἀφίξεσθαι, διηπόρει, καὶ οὐκ εἶχεν ὅ, τι [c] πράξῃ. τόν τε γὰρ πόλεμον μηδέπω καλῶς διενεγκεῖν δυνάμενος, καὶ τὴν ἐν ταυτῷ μονὴν χαλεπὴν (καὶ οἱ πολέμιοι σφῶν ἀπέχωνται) διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἀπορίαν, τήν τε ἀνάσασιν ἀδύνατον, (τῶν πολεμίων καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης ἐπικειμένων οἱ) ὁρῶν οὖσαν, ἠθύμει.

Ἐνταῦθ' οὖν αὐτῷ ὄνῃ [10] Πούπλιός τις Σίττιος (εἴγε ἐκεῖνον, ἀλλὰ μὴ τὸ δαιμόνιον δεῖ λέγειν) τήν

[a] πρόφασιν. προφάσει, L. sed & accuſandi caſus abſolute ponitur. mox, pro παρεγένετο, παρεγένοντο, Med. [b] ἤγαλλε. ita F. ex Lamb. Bos. vulgo ἤγγαλε, pro quo Xyl. etiam ſubſtituit ἤγηλε, ab eodem verbo ἀγάλλω. [c] κατῆξαν. κατήραξαν, T. pro ſequenti καὶ ταραχθείσης, Mediceus habet καὶ συνταραχθείσης. & lin. 32. ὅ, τι πράξῃ, quod prætuli vulgato ὅ, τι πράξα. conjunctivo enim modo alias Dio utitur in hac phraſi.

mis, itemque Plutarcho & Eutropio arguit Onuphr. Panvinius Comm. ad Faſtos ſuos p. 167. Dictaturam Cæſaris III. & IV. cum Conſulatu IV. conjungens. vide Dionem p. 220. A. REIM.

§ 2. (l. 9.) Λογγίνου καὶ Μαρκέλλου] De his dictum ad p. 192. & mentio iterum p. 228. A.

§ 3. (l. 12.) τούτοις αὖ τὸν ἤγαλε] Aſſentior Clariſſimo Viro Lamberto Bos, qui in animadverſionibus ad ſcriptores græcos p. 28. pro ἤγγαλε, quod habent editiones, legendum eſſe ſuadet ἤγαλε, vel ut Leunclavius, ἤγηλε, utrinque a verbo ἀγάλλω, orno. Ita recte emendatum infra XLIV. p. 266. A. ἠγήλαλε pro ἠγγήλαλε. Sic τιμαῖς ἀγάλλων. p. 222. D. & LVI. p. 574. C. 677. B. τούτοις ὅις τέθαπα ἄθλοις ἀγάλλω. & ἠγάλλετο XXXVI. p. 31. E. & XLVIII. p. 359. C. & μεγάλως ἤγαλλεν p. 625. C. δημοσίᾳ ταφῇ ἤγαλε. p. 642. C.

§ 4. (l. 13.) ἐκαλέσωθι] Ut tanquam tertium Dictator Lepidum Magiſtrum Equitum, & tanquam tertium Conſul, Conſulem ſibi collegam adoptaret.

§ 5. (l. 15.) λύκος] Sæpius hoc inter prodigia refert Dio, lupos urbem intraſſe, ut XLI. p. 159. D. & XL. p. 128. C. referunt & alii ſcriptores apud Bochartum III. 10. Hierozoici. pag. 825.

§ 6. (l. 16.) χοῖρος ἐλέφαντι] Elephas Africæ ſymbolum, in Cæſaris etiam numis conſpicuum. vide Illuſtris Viri Gisb. Cuperi Diſſ. II. de elephantis in numis c. 3. & 6. T. III. Theſauri novi antiquitatum Rom. Sallengriani.

§ 7. (l. 18.) Πέτρειος καὶ ὁ Λαβιῆνος] De M. Petrejo hoc, Pompeji pridem in Hiſpania legato, poſt quem devictum in Africam ad Catonem ſe contulit, dictum ad XLII. p. 191. B. & infelicem illius exitum mox narrabit Dio p. 217. B. Labienum vero ducem hoſtium appellat, ejusque adverſus Cæſarem conſilia & conatus exponit Hirtius de bello Africano c. 13. ſq. Hic eſt Labienus, quem a Cæſare ad Pompeji partes transfugiſſe retulit Dio XLI. p. 154. B. Ei M. Petrejum & Cn. Piſonem ſubſidio veniſſe, tradit Hirtius c. 18.

§ 8. (l. 27.) τὸν Καίσαρα καλέπληξαν] Feliciter tamen evaſiſſe, remque geſſiſſe Cæſarem, ex eodem Hirtio c. 17. & 18. conſtat.

§ 9. (l. 29.) τὸν Σκιπίωνα τόν τε Ἰόβαν] Hirtius c. 20. ſq.

§ 10. (l. 39.) Πούπλιός τις Σίττιος] Hic eſt P. Sittius, quem Appianus IV. civil. p. 620. narrat Romæ accuſationem ferre non auſum, arrepta fuga exercitum comparaſſe, & ex Italia & Hiſpania in Africam navigaſſe, Africanisque regibus in vicem contendentibus bello, jam huic, jam illi, opem tuliſſe. Cæſari demum veniſſe ſubſidio, & Soborram, ſive Saburam Jubæ exercitus ducem profligaſſe. Hirtius de bello Africano c. 25. *P. Sittius interim & Rex Bogud conjunctis ſuis copiis, cognito Regis Jubæ egreſſu, propius ejus regnum copias ſuas admovere* &c. Salluſtius c. 22. Catilinar. P. Sittium Nucerinum appellat.

§ 11. (l. 44.) παρὰ τῷ Βόκχῳ] Ab Hirtio Rex Bogud fuiſſe cum P. Sittio traditur. Eundem Mauritaniæ Regem fuiſſe innuit, c. 59. de bello Alex. Atque infra p. 231. D. noſter Dio ſcribit, *Bocchum* filios ſuos Pompejo juniori miſiſſe auxilio, & *Bogudem* Cæſari συστρατεῦσαι. Sed XLI. p. 173. B. dixerat Bocchum & Bogudem Pompejo inimicos, ideoque Reges appellatos a Cæſare: & Appianus II. civil. p. 488. ait, Bocchum

τήν τε σωτηρίαν ἅμα καὶ τὴν ἐπικράτησιν ἔδωκεν. ὁ γὰρ Ἰόβας ἐξέπεσε μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας, παραλαβὼν δὲ συμφυγάδας τινὰς, καὶ περαιωθεὶς [d] ἐς Μαυρουσίαν, χεῖρά τε ἤτησε, καὶ [11] παρὰ τῷ Βόκχῳ στρατηγήσας, ἐπεχείρησε τῷ Καίσαρι, μήτε τινὰ [e] εὐεργεσίαν αὐτοῦ προέχων, μήτ' ἄλλως ἐν γνώσει οἱ ὤν, τοῦ τε πολέμου συνάραθαι, καὶ τὰ παρόντα συγκαταπονήσασθαι. κἀκ τούτου αὐτῷ μὲν ἐκείνῳ οὐκ ἐπήμυνε. πόρρω τε γὰρ αὐτὸν ἤκουεν ὄντα, καὶ βραχύ τι [f] ὑφ' ἑαυτοῦ (οὐ γάρ πω μεγάλην ἰσχὺν εἶχεν) ὠφελήσεσθαι ἐνόμιζε. τὸν δὲ δὴ Ἰόβαν ἐκστρατεύσαντα ἐπιτηρήσας, [12] ἔς τε τὴν Νουμιδίαν ἐνέβαλε, καὶ ταύτην γε [13] καὶ τὴν Γετουλίαν, μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ὄυσαν, ἐλυμήνατο· ὥστε τὸν βασιλέα τῶν τε ἐν χερσὶν ἀφέσθαι, καὶ ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ μετὰ τοῦ πλείονος στρατοῦ ἀνασρέψαι. [g] ἔστι γὰρ ὅτε καὶ τῷ Σκιπίωνι ἀπ' αὐτοῦ συνέπεμψεν· ἐξ ὑπερ [h] καὶ τὰ μάλιστα διεφάνη, ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνος ἐληλύθει, οὐκ ἂν ποτε αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἀνέσχεν. ὅμως οὐδὲ μόνῳ τῷ Σκιπίωνι συμβάλλειν [h] εὐθὺς ἐτόλμησε. τά τε γὰρ ἄλλα [14] καὶ τοὺς ἐλέφαντας, τὸ μέν τι, καὶ ἐπὶ τῇ μάχῃ, τὸ δὲ δὴ πλεῖον, ὅτι τὸ ἱππικὸν αὐτοῦ ἐτάραττον, δεινῶς ἐδεδίει.

adscribendum est) & salutem & victoriam attulit. Is Italia pulsus, exulibus quibusdam sibi adjunctis, quum in Mauritaniam trajecisset, imperiumque militare apud Bocchum obtinuisset, manu militum ab eo impetrata, Cæsarem in hoc bello conficiendo adjuvare statuit: quum neque beneficio ejus ante affectus, neque ei notus fuisset. Ipsi quidem Cæsari non venit auxilio, quod longe eum abesse audierat, neque magnopere suis copiis (quas non magnas habebat) iuvari posse existimabat. Igitur observato tempore, quo Juba regno suo exercitum eduxisset, in Numidiam irrupit, eamque, & Getuliam, quæ pars regni Jubæ erat, vastavit: qua re Juba, ut instituto præsenti omisso, medio ex itinere cum majori parte exercitus reverteretur, motus est. Nam partem jam suarum copiarum Juba Scipioni aliquando miserat: ut satis vel hinc constaret, si se ei conjunxisset, Cæsarem eos sustinere nequaquam potuisse. Quanquam ne quidem solum Scipionem Cæsar aggredi statim ausus est, in primis metu elephantorum, quos partim pugnæ causa, maxime vero quod ab iis equitatus suus conturbabatur, summopere metuebat.

A.U.C.708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. & COS. III.

Ἐν φυλακῇ οὖν τὸ στρατόπεδον ἐς ὅσον ἐδύνατο ποιῶν ὁ Καῖσαρ, στρατιώτας τε ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ [15] ἐλέφαντας μετεπέμπετο, οὐχ ὡς καὶ ἀξιόμαχόν τι δι' αὐτῶν δράσων (οὐδὲ γὰρ πολλοὶ ἦσαν) ἀλλ' ἵνα οἱ ἵπποι πρός τε τὴν ὄψιν καὶ πρὸς τὴν φωνὴν αὐτῶν ἐκμελετήσωσιν οὐδὲν ἔτι τοὺς τῶν πολεμίων φοβεῖσθαι. κἀν τούτῳ [16] οἵ τε [i] Γετοῦλοί που προσεχώρησαν αὐτῷ, καὶ ἕτεροί τινες τῶν πλησιοχώρων, τὰ μὲν, δι' ἐκείνους, ἐπειδὴ σφᾶς μεγάλως τιμηθέντας ἤκουσαν· τὰ δὲ, καὶ [17] τῇ τοῦ Μαρίου μνήμῃ, [18] ὅτι προσήκων αὐτῷ

4. Itaque castris, quantum ejus fieri poterat, custodia munitis, ex Italia, præter milites, etiam elephantos evocabat, non quasi magnum aliquid in prælio per eos effecturus; (nec enim multi erant) sed ut equi sui eorum visui atque voci assuefacti, hostium quoque elephantos timere desinerent. Interea & Getuli ad Cæsaris amicitiam accesserunt, & nonnulli alii finitimi populi: partim propter Getulos, quos magnis honoribus ab eo affectos audierat: partim Marii memoria adducti, cui Cæsar genere propinquus erat. Interim

d ἐς Μαυρουσίαν &c. hæc transposita sic in priscum ordinem redigentur: ἐς Μαυρουσίαν, καὶ παρὰ τῷ Βόκχῳ στρατηγήσας, χεῖρά τε ἤτησε, καὶ ἐπεχείρησε, L. vel καὶ pone post Βόκχῳ. *e* εὐεργεσίαν αὐτοῦ. vox αὐτοῦ deerat in editis, restituta ex V. a. & Med. non sine urgente causa, ut arbitror. quod autem Cl. Oddey post Καίσαρι addit βοηθῶν, supervacaneum est, quia idem aliis verbis Dio ipse dixit post pauca interjecta. *f* ὑφ' ἑαυτοῦ scripsi ex Med. pro vulgato ἐφ' ἑαυτοῦ. mox pro ἐπιτηρήσας in eodem codice est simplex τηρήσας. *g* ἔστι γὰρ ὅτε καὶ τῷ Σκιπίωνι. inest mendum ita eluendum: ἔτι γὰρ οὕτω καὶ τῷ Σκιπ. L. equidem vereor, ne hic maculam adsperserit potius quam eluerit Leunclavius; neque scio an satis græce dicatur ἔτι γὰρ οὕτω καὶ, pro, *nihilo enim minus ita quoque.* nec probare possum Oddeyi ἔστιν ὅ, τε. ut enim ἔστιν ὅτε sæpius de tempore dicitur, ita nec τι in ejusmodi locutione omissum insolens est. *h* τὰ μάλιστα scripsi ex Med. pro μάλιστα. & mox εὐθὺς ἐτόλμησε pro corrupto ἄνθις. *i* Γετοῦλοι, RS. in edito. qui tamen antea Γαιτουλίαν. in MS. male cohærentia hæc reperit ὅτε γε τοῦ λοιποῦ. ipse in notis Γαιτοῦλοι, vel potius Γαίτουλοι scribendum judicat, probante X. Γαιτοῦλοι expresserunt HS. & L. sed Γετοῦλοι rectius est in Med.

Bocchum ἕτερον Μαυρουσίων δυνάστην, occupata Cirta, Jubæ regia, illum domestico periculo a Cæsare persequendo revocasse. Duas autem fuisse Mauritanias, quarum altera Bogudiana, quæ Tingitana deinde: altera Bocchi, quæ deinde Cæsariensis dicta est, auctor Plinius lib. V. Hist. c. 2. Pro Bogude Strabonis codices XVII. p. 827. Βόγος & p. 828. δι περὶ Βόγον βασιλεῖς καὶ Βόκχον. Bocchi & Bogudis regnum deinde ab Augusto concessum Jubæ filio. p. 514. D.

§ 12. (l. 53.) ἔς τε τὴν Νουμιδίαν] Hirtius c. 25. de bello Africano testatur, Cirtam oppidum Numidiæ opulentissimum a Sittio paucis diebus pugnando occupatum, quæ deinde Cirta Sittianorum colonia dicta est, teste Mela ac Plinio. Idem Hirtius c. 36. *P. Sittius interim cum copiis, Numidiæ fines ingressus, castello in montis loco munito locato, in quod Juba belli gerendi gratia & frumentum & res cæteras, quæ ad bellum usui solent esse, comportaverat, vi expugnando est potitus.* Quia Sittius Bocchi copiis se conjunxerat, ideo Boccho Cirtam expugnatam tribuit Appianus II. civil. p. 488.

§ 13. (l. 54.) καὶ τὴν Γαιτουλίαν] Hirtius c. 25. duo opida Getulorum capta, omnesque interfectos, inde Sittium Bogudemque progressos, agros oppidaque vexare non destitisse.

§ 14. (l. 62.) καὶ τοὺς ἐλέφαντας] Triginta elephantos Scipioni Juba reliquerat, vide Hirtium c. 27. & 30.

§ 15. (l. 68.) ἐλέφαντας μετεπέμπετο] Hirtius c. 72. *Elephantorum magnitudo multitudoque militum animos detinebat in terrore: cui rei tamen invenerat remedium, namque elephantos ex Italia transportari jusserat, quo & miles noster, speciemque & virtutem bestiæ cognosceret, & cui parti corporis ejus telum facile adjici posset, oneratusque ac loricatus quum esset elephantus, quæ pars ejus corporis nuda sine tegmine relinqueretur, ut eo tela conficerentur: præterea ut jumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem, consuetudine capta, non reformidarent.*

§ 16. (l. 72.) οἵ τε Γαιτοῦλοί που] Vide Hirtium cap. 32. 34. 55. sq.

§ 125. (l. 34.) ἐδικαιώθη] Cicero in Verrem lib. V. c. 57. ἐδικαιώθησαν, *ut Siculi loquuntur, hoc est supplicio affecti ac necati sunt.* De hac vocis δικαιοῦν significatione Jac. Altingius Heptade II. Diss. 5. T. V. *opp.* & Thomas Gatakerus c. 8. de stylo Novi Test.

§ 126. (l. 36.) ὅτε γὰρ ἡ Σίβυλλα] Ex Sibyllinis solebat proferri, si quid pro expianda Deorum ira facto opus esset. Interdum etiam haruspices vel Pontifices suadebant ex somnio aliquo

δύο ἄνδρες ἐν τρόπῳ τινὶ ἱερουργίας ἐσφάγησαν. καὶ τὸ μὲν αἴτιον οὐκ ἔχω εἰπεῖν· (126 οὔτε γὰρ ἡ Σιβύλλα ἔχρησεν, οὔτ' ἄλλο τι τοιοῦτον λόγιον ἐγένετο·) ἐν δ' οὖν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ πρός τε τῶν πονλιφίκων καὶ πρὸς τοῦ 127 ἱερέως τοῦ Ἄρεος ἐτύθησαν, c καί γε αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν πρὸς τὸ βασίλειον ἀνετέθησαν.

que duo viri sub sacrificii ritu jugulati sunt. Neque mihi constat, qua id de causa factum fuerit: quum neque Sibylla hoc præcepisset, nec aliud in hanc sententiam oraculum exstaret: tamen in campo Martio a pontificibus & flamine Martiali immolati sunt, & capita eorum prope Regiam Martis fuere proposita. A.U.C. 708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

Ταῦτά τε ἅμα d ἐπράτετο, καὶ ἐνομοθετεῖτο πολλά· ὧν ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα παραλείψω, τῶν δὲ δὴ λόγου μάλιστα ἀξίων μνηθήσομαι. 128 τά τε γὰρ δικαστήρια τοῖς τε βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι μόνοις ἐπέτρεψεν, ὅπως τὸ καθαρώτατον ὅτι μάλιστα ἀεὶ δικάζοι. πρότερον γὰρ καὶ ἐκ τοῦ ὁμίλου τινὲς συνδιεγίνωσκον αὐτοῖς. καὶ τὰ ἀναλώματα τῶν τι ἐχόντων, ἐπὶ πλεῖον ὑπ' ἀσωτίας D ἐξηγμένα, 129 οὐκ ἐν νόμῳ μόνον ἐμετρίασεν, ἀλλὰ e καὶ τῷ ἔργῳ ἰσχυρῶς ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο. ἐπειδή τε δεινὴ ὀλιγανθρωπία, διὰ τὸ τῶν ἀπολωλότων πλῆθος, ὡς 130 ἔκ τε τῶν ἀπογραφῶν, (καὶ γὰρ ἐκείνας, τά τε ἄλλα, 131 ὥσπερ τις τιμητὴς, ἐποίησε) καὶ ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἠλέγχετο, f ἣν· 132 πολυπαιδίας ἆθλα ἐπέθηκεν. ὅτι τε αὐτὸς 133 πολλοῖς τῶν Γαλατῶν ἐφεξῆς ἔτεσιν ἄρξας, ἔς τε τὴν ἐπιθυμίαν ἀπ' αὐτοῦ τῆς δυνασείας μᾶλλον προήχθη, καὶ ἐς τὴν παρασκευὴν τῆς ἰσχύος ἐπηυξήθη· καλέκλεισε νόμῳ, τοὺς μὲν ἑστρατηγηκότας, 134 ἐπ' ἐνιαυτὸν, τοὺς δὲ ὑπατευκότας, ἐπὶ δύο ἔτη καλὰ τὸ ἑξῆς ἄρχειν· καὶ μηδενὶ τοπαράπαν ἐπὶ πλεῖον ἡγεμονείαν τινὰ ἔχειν ἐξεῖναι.

25. Leges præterea multæ ab eo sancitæ sunt, ex quibus paucas commemoratu maxime dignas, omissis reliquis, enarrabo. Judicia solis senatoribus equitibusque mandavit, ut semper purissimi quique de causis cognoscerent: quum ante iis in dicendo jure nonnulli quoque plebeji affuissent. Quum locupletiores nullum præ luxuria sumptibus suis modum statuerent, eos non legibus tantum temperavit, sed re ipsa attente observavit. Et quia exhausta vehementer erat urbis frequentia, propter eorum, qui perierant, multitudinem; quod ex censu facto, quem ut reliqua ei affinia munera, tanquam censor, peragebat, ipsoque etiam conspectu liquebat: iis, qui multos liberos procreassent, præmia proposuit. Et quoniam ipse pluribus annis continuis Galliæ cum imperio præfuerat, eoque ipso magis excitatus fuerat ad cupiditatem dominatus, sumto indidem ad parandas vires incremento: lege sic ista coercuit, ut qui præturam gessissent, anno, qui consulatum, biennio continuo provinciis in posterum præessent; nec ulli omnino diutius imperium tenere liceret.

Ταῦτά τε ἐνομοθέτησε, καὶ τὰς ἡμέρας τῶν ἐτῶν οὐ πάνυ ὁμολογούσας σφίσι (πρὸς γὰρ τὰς τῆς σελήνης περιόδους ε ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) καλεσήσατο ἐς τὸν νῦν 227 τρόπον

26. Jam, quum annorum dies invicem sibi non satis congruerent, (eo enim tempore etiamnum lunæ revolutionibus menses æstimabant) annum Cæsar ad eum, qui hodieque observatur, modum

c καί γε αἱ κεφ. usque ad ἀνετέθησαν, quæ deerant in editis, suppeditavit cod. Med. apud Gronov. p. 80. d ἐπράττετο. emendatio Xyl. pro ἐτυράττετο. emendationem textui vindicarunt HS. & L. e καὶ τῷ ἔργῳ. est lectio cod. Med. καὶ a vulgatis abest. f ἣν. vox cohærens cum δεινὴ ὀλιγανθρωπία, quam debemus Xylandro. nam antea apud RS. legebatur ἣν πολυπαιδίας ἆθλα, ad quem locum Robertus, vel omittendum articulum ἣν, vel in τῆς mutandum judicabat. Sed HS. & L. non dubitarunt Xylandri emendationem recipere. eaque confirmatur, credo, codicibus V. a. b. qui ad Henrici editionem mihi variam lectionem nullam h. l. suppeditant. nec Med. g ἔτι. ἔτη, Med. quod ab hoc loco alienum; quanquam annos lunares librarius in mente habuit.

aliquo vel voce velut divina, quam λόγιον hoc loco Dio appellat. Sed aliam rationem, qua duos seditiosos hosce immolandos tradere Cæsar potuerit, exponit Jac. Geusius in victimis humanis P. I. p. 225. sq. nempe tanquam devotos Marti. Nam Livius VIII. 10. ait licere consuli dictatorique & prætori, quem velint ex legione Romana scripta, civem devovere. Et Dionysius Halic. lib. II. Hist. p. 84. docet, ex lege antiqua Romuli fas fuisse, seditionis aut proditionis reum, ut Diti vel alii Deo sacrum, interficere. Factum istud non obstante SCto, quod Romæ A. U. C. 657. promulgatum testatur Plinius XXX. 1. *ne homo immolaretur.* Illud enim non publicis religionibus sed sacris privatis iisque magicis oppositum notant viri docti. vide Styanum Thirlbium ad Justini Martyris apologiam II. p. 131.

§ 127. (l. 39.) ἱερέως τοῦ Ἄρεως] Non Saliorum aliquem, sed Flaminem Martialem intellige. βασίλειον non palatium, sed regia Martis est, ut demonstratum a viro eruditissimo Jac. Perizonio Diss. de morte Judæ. p. 81. sq.

§ 128. (l. 44.) τά τε γὰρ δικαστήρια] Sueton. c. 41. *Judicia ad duo genera judicum redegit, equestris ordinis & senatorii: tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit.* Tertiam tamen decuriam judicum ex centurionibus Antonius postea addidit, quartam Augustus, Caligula etiam quintam. vide quæ viri docti ad Ciceronis Philippicam I. c. 8. & Philippicam V. c. 5. sq.

§ 129. (l. 50.) οὐκ ἐν νόμῳ μόνον] Id. Suetonius c. 43. *Lecticarum usum, item conchyliatæ vestis & margaritarum, nisi certis personis & ætatibus, perque certos dies, adenit. Legem præcipue sumtuariam exercuit, dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent deportarentque ad se, summissis nonnunquam lictoribus atque militibus, qui si qua custodes fefellissent, jam apposita e triclinio auferrent.* Conf. quæ de lege Julia sumtuaria Gellius lib. II. c. 24.

§ 130. (l. 53.) ἔκ τε τῶν ἀπογραφῶν] Appianus II. civil. p. 492. testatur, censu facto a Cæsare, vix dimidiam partem capitum inventam. τὸ δὲ τοῦ δήμου πλῆθος ἀναγραψάμενος ἐς ἥμισυ λέγεται τῶν πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου γενομένων εὑρεῖν. ἐς τοσοῦτο καθεῖλεν ἡ τῶνδε φιλονεικία τὴν πόλιν. Ante bella civilia fuerant censa millia CCCC LXIV. vel ut quidam habent Chronici Eusebiani Codices, millia CCCC LXXXIII.

§ 131. (l. 54.) ὥσπερ τις τιμητὴς] De Præfectura morum Cæsari demandata dictum supra ad p. 220. A.

§ 132. (l. 56.) πολυπαιδίας ἆθλα] Vide quæ viri docti ad Gellium lib. II. c. 15. nonnulla ex capite septimo legis Juliæ de maritandis ordinibus referentem. Antonium item Augustinum & alios qui de legibus Romanis scripserunt.

§ 133. (l. 57.) πολλοῖς ἐφεξῆς ἔτεσιν] Gallia Cæsari decreta in quinquennium supra XXXVIII. p. 63. D. quo etiam elapso, in plures insuper annos imperium continuavit.

§ 134. (l. 61.) ἐπ' ἐνιαυτὸν — ἐπὶ δύο ἔτη] Cicero prima Philippica c. 8. *Quæ lex melior, utilior, optima etiam Rep. sæpius flagitata, quam ne prætoriæ provinciæ plus quam annum, neve plus quam biennium consulares obtinerentur.* Sed postea Antonio jubente, *tribuni plebis tulerunt de provinciis contra acta Cæsaris, ille biennii, hic sexennii.* Philippica V. c. 3. & Philipp. II. c. 42. *Qui chirographa Cæsaris defendisset, lucri sui caussa, is leges Cæsaris easque præclaras, ut Remp. concutere posset, evertit. Numerum annorum provinciis prorogavit.*

Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

modum constituit; intercalatis septem ac sexaginta diebus, qui ad summam exactam requirebantur. Plures adeo intercalatos esse quidam perhibuerunt: nec tamen aliter quam diximus res habet. Eam rationem ipse, dum Alexandriæ versaretur, addidicerat: quamvis hoc variat, quod Alexandrinis unusquisque mensis triginta diebus constat, deinde in singulos annos quinque dies adduntur. Cæsar vero & eos quinque dies, & duos insuper alios, quos uni mensium detraxerat, reliquis mensibus coaptavit: diem quoque illam, quæ ex dierum quadrantibus conficitur, quarto quoque anno apposuit: ut jam ne in horis quidem annorum error, nisi perquam exiguus, incidere possit: qui tantillus est, ut intercalatione unius diei post MCCCCLXI. annos demum indigeat.

τρόπον, [l] ἑπτὰ [135] καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβολῶν, ὅσαπερ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν παρέφερον. ἤδη μὲν γάρ τινες καὶ πλείους ἔφασαν ἐμβληθῆναι, τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει. τοῦτο δὲ [136] ἐκ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς ἔλαβε, [137] πλὴν καθόσον ἐκεῖνοι μὲν τριακονθημέρους τοὺς μῆνας λογίζονται, ἔπειτα ἐπὶ πᾶσι τῷ ἔτει τὰς πέντε ἡμέρας [i] ἐπάγουσιν. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ ἐς μῆνάς τε, ταύτας τε καὶ τὰς ἑτέρας δύο, [137] ὡς [k] ἑνὸς μηνὸς ἀφεῖλεν, ἐνήρμοσε· τὴν μέντοι μίαν τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην, [l] διὰ [138] πέντε καὶ αὐτὸς ἐτῶν ἐσήγαγεν· ὥστε μηδὲν ἔτι τὰς ὥρας αὐτῶν, πλὴν ἐλαχίστου, παραλλάττειν. [139] ἐν γοῦν χιλίοις καὶ τετρακοσίοις καὶ ἑξήκοντα [m] καὶ ἑνὶ ἔτει, μιᾶς ἄλλης ἡμέρας ἐμβολίμου δέοντος.

B

27. Hæc omnia Cæsar, quæque alia de republica statuit, non proprio consilio vel arbitratu, sed semper communicata prius re cum primoribus senatus, aut toto aliquando ordine, decrevit. Quo fiebat, ut quamvis nonnullas leges asperiores aliquantum promulgasset, tamen senatui se probaverit, ob has autem laudatus fuerit. Enimvero quod multis eorum, qui exilio judicum vocibus damnati fuerant, per tribunos plebis reditum conficiebat; quodque iis, qui ambitus condemnati fuerant, in Italia commorari permittebat; nonnullosque parum dignos iterum in senatum adscribebat; multis ac variis de se rumoribus occasionem

Καὶ ταῦτα μέντοι, τά τε ἄλλα ὅσα ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἐβουλεύετο, οὔτ' [n] ἰδιογνωμῶν οὔτ' ἰδιοβουλῶν ἔπραττεν, ἀλλὰ πάντα δὴ πάντως τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς, ἔστι δ' ὅτε καὶ πάσῃ αὐτῇ, ἐπεκοίνου. καὶ παρὰ τοῦτο οὐχ ἧκιστα, καίτοι τραχύτερον τινὰ νομοθετήσας, ὅμως ἤρεσε σφίσι· καὶ ἐπὶ μὲν τούτοις καὶ ἔπαινον ἐλάμβανεν. ὅτι δὲ δὴ τῶν φευγόντων ἐκ δικαστηρίου πολλοὺς διὰ δημάρχων δή τινων καθήγαγε, καὶ [140] ὅτι τοῖς [m] δεκασμοῦ ἐπ' ἀρχῆς ἀποδείξει ἁλοῦσιν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διαιτᾶσθαι ἐπέτρεψεν, ἔτι τε [141] ἐς τὴν βουλὴν αὖθις οὐκ ἀξίους τινὰς [o] αὐτῆς ἐγκαθέλεξε, πολλὰ καὶ παντοδαπὰ ἐθρυλεῖτο· πλείστην δ' οὖν ὅμως αἰτίαν

C

ἐπὶ

[h] ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα. ἑπτὰ ταῖς ἑξήκοντα, Xiph. sed nostra lectio vera est, cum & Suetonius duos menses intercalatos ostendat, X. [i] ἐπάγουσι. ἐξάγουσι, RS. edit. sed illud Xiph. confirmat; idque emendatius, X. [k] ἑνὸς μηνὸς. ἀφ' ἑνὸς μηνὸς, Xiph. [l] διὰ πέντε. ita Xiph. διὰ πέμπτων, V. a & Med. in qua corruptione vestigia veræ lectionis manifesta sunt. vide F. vulgo διὰ τεσσάρων, quam lectionem immerito præfert X. L. & Xiphilinum ut Monachum nugari existimat Od. [m] καὶ ἑνὶ. καὶ ἐν ἑνὶ, Med. [n] ἰδιογνωμῶν. forte ἰδιογνωμονῶν, utp. 511. A. conf. Ind. Sylb. ad Xiph. [m] τοῖς δεκασμοῖς, vulgo. sed recte Palmerius legendum dicit τοῖς δεκασμοῦ ἁλοῦσιν. sic Dio p. 18. D. 21. D. eaque est notissima verbi constructio, a qua librarium confusa imitatio præcedentis terminationis avocavit. [o] αὐτῆς ex Med. scil. βουλῆς. vulgo αὐτοῖς.

§ 135. (l. 69.) ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα] Censorinus c. 20. de die natali: *C. Cæsar Pontifex Max. suo III. & M. Æmilii Lepidi Consulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menses intercalarios dierum sexaginta septem in mensem Novembrem & Decembrem interponeret, cum jam mense Februario dies tres & viginti intercalasset, faceretque eum annum dierum CCCC XLV.* Suetonius Cæsare c. 40. *inter Novembrem ac Decembrem mensem interjecit duos alios, fuitque is annus, quo hæc constituebantur, quindecim mensium cum intercalario qui ex consuetudine eum annum inciderat.* Sed de tota ratione anni Juliani a Cæsare tertium consule emendati, præter Macrobium lib. I. Saturnalium Suetoniumque & Censorinum laudatis locis, virorumque doctorum ad eosdem notas, consulere juvabit Scaligerum de emendatione temporum lib. IV. p. 228. sq. Petavium de doctrina temporum quarto c. 1. & 2. Jac. Gutherium lib. I. de Jure Pontificio c. 22. Leonem Allatium de mensura temporum c. 19. Philippum Munckerum lib. I. de intercalatione variarum gentium c. 8. & Francisci Blanchini, Veronensis, Diss. de Calendario & Cyclo Cæsaris, editam Romæ A. 1703. f. Meminit Dio iterum infra XLVIII. p. 377. B. [Ad locum Solini c. 1. cum Dione minus conspirantem vide Salmasium p. 15. b. sq.]

§ 136. (l. 73.) ἐκ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς] Plinius XVIII. 25. testatur, Cæsarem annos ad solis cursum redegisse singulos, *Sosigene* perito scientiæ ejus adhibito. Hic est Sosigenes Ægyptius Peripateticus, quem ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν de revolutionibus laudat Proclus in hypotyposi Astronomicarum positionum p. 45. & ex quo idem Plinius lib. II. c. 8. notat, Mercurium a sole nunquam viginti partibus remotiorem observari. Alexandri Ægæi magistrum appellat Themistius, citans Sosigenis librum tertium περὶ ὄψεως, in secundum Aristotelis de anima, p. 79. Scripserat etiam in Aristotelis libros de Cœlo, ut constat ex Simplicio in eosdem libros, p. 119. 122. 123. b. 124. 131. a. b. Plutarchus autem p. 735. pluribus Philosophis ac Mathematicis Cæsarem ad annos ordinandos usum testatur: Καῖσαρ δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων καὶ μαθηματικῶν τὸ πρόβλημα προθεὶς ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἤδη μεθόδων ἔδειξεν ἰδίαν τινά, καὶ διηκριβωμένην μᾶλλον ἐπανόρθωσιν, ᾗ χρώμενοι μέχρι νῦν Ῥωμαῖοι δοκοῦσιν ἧττον ἑτέρων σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀνωμαλίαν. Peculiarem quoque operam ad hanc rem Cæsari præstitisse M. Flavium scribam, testis Macrobius lib. I. Saturnal. c. 14.

§ 137. a (l. 74.) πλὴν καθόσον ἐκεῖνοι] Appianus extremo lib. II. de bellis civil. τὸν ἐνιαυτὸν ἀνώμαλον ἔτι ὄντα διὰ τοὺς ἔξω ὅτε μῆνας ἐμβολίμους, καλὰ γὰρ σελήνην αὐτοῖς ἠριθμεῖτο, ἐς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον μεβαλεν, ὡς ἦγον Αἰγύπτιοι. Atque hactenus quidem cum Ægyptio convenit annus Cæsaris, quod perinde ut ille solaris est, intercalatione tamen mensium & dierum computatione est ab eo diversus: differt etiam in anni exordio, quod antiquioribus Ægyptiis fuit ortus caniculæ atque æstivum solstitium, postea mensis Thoth, Septembri respondens: sed in anno Juliano est Januarius. Salmasii de anno Attico, Ægyptiaco & Persico commentarius, cujus p. 60. libri de modo usurarum meminit, non vidit lucem. Verum res satis nota ex iis quæ de anno Ægyptio Scaliger III. de emendatione temporum p. 194. sq. Petavius & alii Chronologi.

§ 137. b (l. 78.) ὡς ἑνὸς μηνὸς ἀφεῖλεν] Februarii deminuti mira ratio in loco Excerptorum Dionis MSS. quem produxit Salmasius ad Solin. p. 15. b. C. Φεβρουάριος φθονήσας Καμίλλῳ μελέτην τυραννίδος αὐλοῦ καθηγόρησε. τοῦ δὲ διωχθέντος, καὶ αὖθις καθόδου τυχόντος, δὶς πολιορκουμένῃ τῇ πατρίδι καλὰ τὴν φυγὴν ἐβοήθησεν, εἰς δὲ ἔτασιν Φεβρουάριος ἄγεται καὶ διώκεται, Κάμιλλος δὲ καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐλοῦ μῆνα παρὰ τοὺς ἄλλους κολόβωσε. *Februarius Camillum, ex invidia, affectatæ tyrannidis accusavit. Qui postquam pulsus in exilium, deinde, quod obsessæ patriæ opem tulisset exul, reditum impetrasset, Februarius in judicium adductus & exilio multatus est; mensem*

ἐπὶ τῷ τῆς Κλεοπάτρας ἔρωτι, οὐ [142] τῷ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, (ἔτι γὰρ ἐκεῖνος ἠκούετο) ἀλλὰ τῷ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, παρὰ πάντων ἔσχεν. ἦλθέ τε γὰρ ἐς τὸ ἄστυ [143] μετὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἐς αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐσῳκίσθη· ὥστε καὶ ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέροις σφίσι κακῶς ἀκοῦσαι. οὐ μὴν καὶ ἐμελέν οἱ οὐδέν, ἀλλὰ καὶ [144] ἐς τοὺς φίλους σφᾶς τούς τε συμμάχους τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἐσέγραψε.

nem præbuit. Cleopatræ vero amor, neque is jam, cui in Ægypto servierat, (quippe ejus fama tantum Romam venerat) sed cui in ipsa urbe deditus erat, magnopere ei ab omnibus vitio versus est. Venit enim Romam cum marito suo Cleopatra, domiciliumque ei in ædibus ipsius Cæsaris designatum est, ut jam utriusque rei nomine male audiret. Ipse infamiam eam nihil curans, eos inter amicos sociosque Romanorum adscripsit. A.U.C. 708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

Καὶ τούτου ἐμάνθανε μὲν πάντα καθ' ἕκαστον ὧν [145] ὁ Πομπήϊος ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐποίει· καὶ μέντοι καὶ δυσνίκητον αὐτὸν εἶναι νομίζων, πρότερον μὲν τὸ ναυτικὸν [146] ἐκ τῆς Σαρδοῦς ἐπ' αὐτὸν ἀπέστειλεν, ὕστερον δὲ καὶ τὰ στρατεύματα ἐκ καταλόγου ἔπεμψεν, ὡς καὶ δι' ἑτέρων διαπολεμήσων. ἐπεὶ δὲ ἤσθετο ἐκεῖνόν τε ἐπὶ μέγα προχωροῦντα, καὶ τοὺς πεμφθέντας οὐχ ἱκανοὺς ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ ὄντας, ὅτῳ δὴ καὶ αὐτὸς ἐξεστράτευσεν, τὴν πό-
228 λιν [147] τῷ Λεπίδῳ, καὶ [148] πολιανόμοις τισὶν ἐκτῷ, ὥς τισι δοκεῖ, [t] ἢ ἓξ, ὡς μᾶλλον πεπίστευται, ἐπιτρέψας.

28. Iam quæ in Hispania Pompejus ageret, omnia ac singula Cæsar audiebat: interim eum hostem superatu haud difficilem esse arbitratus, primo classem a Sardinia adversus eum emisit: deinde lectas quoque legiones eodem ire jussit: sperans se aliorum opera id belli confecturum. Sed posteaquam Pompeji vires augeri, suos ad bellum ei faciendum impares animadvertit, ipse Urbis custodia Lepido, octoque, ut nonnullis videtur, vel (quod magis creditum est) sex urbis præfectis demandata, in Hispaniam expeditionem suscepit.

Ἐπειδὴ γὰρ [149] ἐπί τε τοῦ Λογγίνου καὶ ἐπὶ τοῦ Μαρκέλλου τὰ στρατόπεδα τὰ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐκινήθη, καί τινες καὶ τῶν πόλεων ἐνεωτέρισαν· ἡμέρας μέν τινας, τοῦ τε [150] Λογγίνου ἀπαλλαγέντος, καὶ [151] τοῦ Τρεβωνίου τὴν διαδοχὴν αὐτοῦ λαβόντος, ἡσύχασαν· ἔπειτα δέει τῆς ἐκ τοῦ Καίσαρος τιμωρίας, ἐπρεσβεύσαντο κρύφα [152] πρὸς τὸν Σκιπίωνα, μεταστῆναι βουλόμενοι· καὶ ὃς ἄλλους τε σφίσι καὶ τὸν Πομπήϊον

29. Enimvero exercitus in Hispania sub Longino & Marcello tumultuati fuerant, nonnullæque urbes ad res novas consurrexerant: verum hi motus, Longino mortuo, succedenteque ei Trebonio, aliquantisper conquieverant. Post paulo iidem animadversurum in se Cæsarem timentes, clanculum ad Scipionem legatis missis, de defectione egerant: isque cum alios, tum Cn.

p ἐς αὐτοῦ τοῦ Καίσ. ἐς αὐτοῦ γε τοῦ Καίσ. Peir. q ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέροις. emendatio Xyl. probata ceteris. ἐπ' ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέρους, RS. ἐπ' ἐκεῖνον habet & V. a. r οὐ μὴν καὶ. οὐ μέντοι ἔμελεν, Peir. s καὶ μέντοι καὶ δυσνίκητον. est emendatio Xyl. recepta a ceteris. nam RS. & V. b. δυσκίνητον habent. Ceterum in interpretatione assensus sum viro docto N. qui legi vult καὶ μέντοι οὐ δυσνίκητον. Dionis stilo diceres: μὴ μέντοι καὶ δυσν. quod recepi. clausulæ periodi addidi ἐπιτρέψας, ex Med. t μὴ ἓξ, vulgo. ἢ ἓξ, X. quod participium vulgo præmittitur præcedentibus, τὴν πόλιν.

sem vero, qui ejus nomen gerebat, Camillus ceteris breviorem esse jussit. Equidem hæc Dionis esse nondum impetro a me ut credam. REIM.

§ 138. (l. 80.) *διὰ τεσσάρων*] Solinus c. 3. *cum præceptum esset, anno quarto ut intercalarent unum diem, & oporteret confecto quarto anno id observari, antequam quintus auspicaretur, illi incipiente quarto intercalarunt, non desinente. Sic per annos sex & triginta cum novem dies tantum sufficere debuissent, duodecim sunt intercalati. Quod deprehensum Augustus reformavit, jussitque annos duodecim sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra novem necessarios temere fuerant intercalati, hoc modo possent repensari.* Fortasse *confecto quarto anno*, expressius Græce diceretur *διὰ πέμπτου*, ut Scaliger ex Herodoti II. 4. observat, *διὰ τρίτου ἔτεος post annum secundum exactum.* Sed quod Cæsar *anno quarto* dixerat, Dio existimavit se etiam *διὰ τεσσάρων* posse reddere.

§ 139. (l. 82.) *ἐν γοῦν χιλίοις*] Numerus 1460. prodit ex 365. quater repetitis, unde Ægyptiis periodus annorum 1460. venit nomine anni *κυνικοῦ*, quandoquidem periodo illa exacta Sol iterum cum cane oritur eodem solstitii æstivi tempore, a quo antiquissimi Ægyptii annum inchoaverunt, ut notavi ad Chalcidium p. 218. edit. Meursianæ. vide & Salmas. ad Solin. p. 388. b. Quod autem Dio ait, in illo intervallo 1460. annorum unum diem adjiciendum esse, fallitur, nam undecim potius dies demendos, observarunt Aloysius & Antonius Lilius fratres, quos in consilium Gregorius XIII. Pontifex Max. annum emendaturus adhibuit, totque dies A. C. 1582. inter diem IV. & XV. Octobris, ubi festa nulla hoc facere impediebant, expunxit.

§ 140. (l. 93.) *ὅτι τοῖς δεκασμοῖς*] Suetonius c. 41. *nudatos opere censorio, aut sententia judicum de ambitu condemnatos, restituit.* infra p. 237. C. *ἐνθυμουμένους ἐπὶ δώροις καὶ ἐξελεγχομένους γε ἀπέλυσεν.*

§ 141. (l. 95.) *ἐς τὴν βουλήν*] Adde quæ dicentur infra p. 237. B.

§ 142. (l. 98.) *τῷ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ*] De Cæsaris cum Cleopatra in Ægypto consuetudine XLII. p. 206. A. militaribus etiam facetiis excepta p. 223. E. De Cleopatræ in urbem adventu, viri docti ad Suetonium c. 52. & qui sine caussa illum vocat in dubium, magnus Scaliger ad Eusebii chronicon n. DCCCCLXX.

§ 143. (l. 1.) *μετὰ τοῦ ἀνδρὸς*] Maritus Cleopatræ, frater junior natu Ptolemæus p. 206. A. postea fororis dolo peremtus. vide Jo. Vaillanti historiam Ptolemæorum p. 164.

§ 144. (l. 4.) *ἐς τοὺς φίλους σφᾶς*] Reges amicos sociosque populi Romani, ut XXXVI. p. 36. A.

§ 145. (l. 8.) *ὁ Πομπήϊος*] Cnejum Pompejum, Magni filium natu majorem, Sexti fratrem, intellige, ulterioris Hispaniæ potitum, dum Cæsar muneribus dandis in Italia detinetur, ut ait Hirtius de bello Hispan. c. 1. De hoc Pompejo, in Hispaniam profecto cum classe, mentio supra p. 217. D. & XLII. p. 211. E.

§ 146. (l. 10.) *ἐκ τῆς Σαρδοῦς*] Supra p. 219. E.

§ 147. (l. 16.) *τῷ Λεπίδῳ*] De quo ad p. 214. A.

§ 148. (l. 16.) *πολιανόμοις τισὶν ἑκτῷ*] Suetonius c. 76. *præfectos pro prætoribus constituit, qui pro præsente se res urbanas administrarent.* Solebant autem octo prætores esse antequam duos Cæsar addiderat, supra XLII. p. 209. Sed postea per biennium nulla prætoria comitia, eodem Suetonio teste, habuit. Ex hisce præfectis, duo procurationem ærarii, quæstorum vice, obierunt, ut dicetur p. 237. E.

§ 149. (l. 19.) *ἐπί τε τοῦ Λογγίνου καὶ Μαρκέλλου*] Vide dicta ad XLII. p. 192. & ad 214. B. 232. A.

§ 150. (l. 22.) *Λογγίνου ἀπαλλαγέντος*] Pag. 193. A.

§ 151. (l. 23.) *τοῦ Τρεβωνίου*] Post præturam urbanam gestam, de qua p. 195. C. Hunc Trebonium a Scapula & Aponio ejectum Hispania, mox Dio commemorat. Legionum duarum, quæ ab eo transfugerant ad Pompejum, meminit Hirtius c. 7.

§ 152. (l. 25.) *πρὸς τὸν Σκιπίωνα*] Ad Scipionem, qui in Africa cum imperio erat, a quo Cn. Pompejum ad motus in Hispania compescendos amandatum dixit Dio XLII. p. 211. E. Ad Pompejum autem omnes optimates, quot-

A.U.C. 708 Cæſare Dict. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

Cn. Pompejum ad eos miſerat. Pompejus inſulas Baleares aggreſſus, reliquas ſine prælio, Ebuſum non ſine labore cepit: ibique morbo correptus, cum militibus ſuis aliquamdiu ſubſtitit. Quum tempus tereretur, milites qui in Hiſpania erant, audito Scipionem periiſſe, Didium adverſum ſe claſſe proficiſci; veriti ne, ſi Pompejum exſpectarent, ante ejus adventum opprimerentur, ducibus electis, T. Quintio Scapula ac Q. Aponio, equeſtris ordinis viris, Trebonio ejecto, omnem Bæticam ad defectionis ſocietatem perduxerant.

30. Interim Pompejus morbo levatus in oppoſitam Hiſpaniam trajicit: receptisque nonnullis urbibus, quæ ſe ultro ei dediderant, (quod præfectorum imperiis gravatæ, ſpem in Pompejo, patris ejus memoria, haud exiguam haberent) Carthaginem, quia pacificationem repudiaverat, oppugnat. Quod ubi Scapula cum ſuis cognovit, ad Pompejum profecti, eum imperatorem ſibi delegerunt, tantoque ſtudio juſſis paruerunt, ut commoda periculaque ejus ſua ducerent eſſe; & utraque ex cauſa, cum ad conſectandum feliciorem ſtatum, tum ad evitanda incommoda, validos ſe præberent. Enimvero Pompejus, ad gratiam ab iis bonam ineundam, nihil vel in loquendo vel in agendo reliquum ſibi fecit: (quod in ejusmodi imperiis, rerumque ſtatu, facere omnes ſolent:) idque eo magis, quod a ſe nonnulli Allobroges, quos in bello contra Curionem Juba captos dono ipſi dederat, transfugiſſent. Ita Pompejus effecit, ut non hos modo jam longe propenſiores haberet, ſed multi etiam adverſæ partis, præſertimque ii, qui ſub Afranio militaverant, accederent: ex Africa etiam præter alios, Sextus frater, Varusque & Labienus cum claſſe ad Pompejum venerunt. Itaque multitudine ſtudioque militum elatus, regionem ſine metu pervagatus, urbes partim deditione, partim vi ſuam in poteſtatem redegit, ut jam plus ipſo patre præſtiturus videretur.

31. Erant

Πομπήϊον τὸν Γναῖον ἀπέσειλε· προσέχων δὲ ἐκεῖνος ταῖς " Γυμνησίαις νήσοις, τὰς μὲν ἄλλας ἀμαχεὶ, τὴν δὲ [153] Ἔβεσον σὺν πόνῳ παρεσήσατο. κἀνταῦθα νοσήσας, μετὰ τῶν στρατιωτῶν διέτριψε. χρονίζοντος δὲ αὐτοῦ, πυθόμενοι οἱ στρατιῶται οἱ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ [154] τόν τε Σκιπίωνα ἀπολωλότα, [155] καὶ τὸν Δίδιον ἐπιπλέοντα σφίσι, καὶ φοβηθέντες μὴ διαφθαρῶσι πρὶν τὸν Πομπήϊον γ ἐλθεῖν, οὐκ ἔμειναν αὐτὸν, ἀλλὰ Τίτον τε Κυίντιον [156] Σκαποῦλαν, καὶ Κύϊντον Ἀπώνιον, ἄνδρας ἱππέας, προσησάμενοι, τόν τε Τρεβώνιον ἐξέβαλον, καὶ τὸ ἔθνος τὸ Βαιτικὸν πᾶν συναπέσησαν.

Πραξάντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, Πομπήϊος ἐλθὼν εἰς τὴν ἤπειρον τὴν κατ' ἀντιπέρας διέπλευσε. καὶ ἄλλας μέν τινας πόλεις εὐθὺς ἑκουσίας προσεποιήσατο· (ταῖς τε γὰρ ἐπιθέσεσι τῶν ἐφεστηκότων σφίσιν ἀχθόμενοι, καὶ ἐς ἐκεῖνον οὐκ ὀλίγα ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μνήμης [a] ἐλπίζοντες, ἑτοίμως αὐτὸν ἐδέξαντο·) Καρχηδόνα δὲ, οὐκ ἐθελήσασαν ὁμολογῆσαι, ἐπολιόρκει. [b] μαθόντες δὲ τοῦτο οἱ περὶ τὸν [c] Σκαποῦλαν, ἦλθόν τε ἐνταῦθα, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα αὐτὸν ἑλόμενοι, προσεῖχόν τε αὐτῷ ταμάλιστα, καὶ προεθυμοῦντο ἰσχυρότατα, τὰ κέρδη τὰ ἐκείνου, ἴδια, καὶ τὰς συμφορὰς, οἰκείας ποιούμενοι· ὡς' ἀφ' ἑκατέρου, τὰ μὲν ὅπως λάβωσι, τὰ δ' ὅπως μὴ πάθωσιν, ἐρρῶσθαι. καὶ γὰρ ὁ Πομπήϊος (οἷα ἐν τοιαύταις ἀρχαῖς καὶ καταστάσεσι πάντες εἰώθασι ποιεῖν, καὶ μάλιστ' ἐπειδή τινες τῶν Ἀλλοβρίγων, οὓς ὁ Ἰόβας [157] ἐκ τοῦ πρὸς τὸν Κουρίωνα πολέμου ζωγρήσας ἐδεδώκει, ἠτήσαντο) οὐδὲν ὅ, τι οὐχὶ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τοῖς λοιποῖς ἐχαρίζετο. ὅθεν τε οὖν αὐτῷ καὶ διὰ ταῦτα πολὺ προθυμότεροι ἐγένοντο· καὶ τῶν ἐναντίων συχνοὶ, καὶ μάλιστ' ὅσοι [158] σὺν τῷ Ἀφρανίῳ ποτὲ ἐστρατεύοντο, προσεχώρησαν· τῶν τε ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἄλλοι τε, καὶ [159] ὁ ἀδελφὸς [d] Σέξτος, ὅ, τε [160] Ὄυαρος καὶ ὁ Λαβιῆνος σὺν τῷ ναυτικῷ πρὸς αὐτὸν ἦλθον. κἀπὶ τούτου τῷ τε πλήθει τοῦ στρατοπέδου καὶ τῇ προθυμίᾳ ἀρθεὶς, τήν τε χώραν [e] ἀδεῶς διεπορεύετο, καὶ πόλεις, τὰς μὲν, ἑκούσας, τὰς δὲ, ἀκούσας προσετίθετο· καὶ ἐδόκει καὶ ὑπὲρ τὸν [f] πατέρα ἰσχύειν.

Ἦσαν

a Γυμνησίαις νήσοις. ita reſcripſi, quod & Tzetzes in fragm. XVIII. ex Dione, Γυμνησίας vocat, ſicut ceteri Græci Latinique, non Γυμνασίας, ut h. l. legebatur. ex eadem ratione Ἔβουσον mavult Palmerius, vel Ἔβυσον. vide Bocharti Geogr, p. 705. ſq. *x* δὲ. δὴν, Med. *y* ἐλθεῖν. ex Med. pro vulgato ἐσελθεῖν. *z* Τίτον τε Κυίντιον Σκαποῦλαν. τε addidi ex Med. Κόϊντον, vulgo. poſterius Quinti prænomen omiſi; neque enim duo unus ferre prænomina ſolebat, inquit X. ſed Quintium Dio, non Quintum, videtur dicere velle. nam & P. Quintius Scapula eſt apud Plinium VII. 53. & hunc Quintium quoque nominat Glandorpius ex Dione. *a* ἐλπίζοντας. ἐπελπίζοντας, V. a. ἐσελπίζοντας, Med. *b* μαθόντες δὲ. μαθόντες δὴν, Med. *c* Σκαποῦλαν. Σκιπίωνα, V. a. qui manifeſtus librarii error eſt. *d* Σέξτος. Σέξτος, L. marg. *e* ἀδεῶς διεπορεύετο. vocem ἀδεῶς addidi ex V. a. & Med. optimis codicibus. *f* ὑπὲρ τὸν πατέρα ἰσχύειν. Xylander ſic vertit, acſi ſcriptum reperiſſet ὑπὲρ τὸν Καίσαρα, *ut jam plus ipſo Cæſare poſſe videretur.* ſed loquitur Dio de Sexto Pompejo, qui pares Cæſari vires tunc non habebat. L. immo loquitur de Cn. Pompejo juniore, Sexti fratre. pro ἰσχύειν forte ἰσχύσειν leg. cenſet Od. non male.

quot evaſerant ex Africa & Pharſalicæ cladis reliquias confluxiſſe, notat Appianus II. civil. p. 492.

§ 153. (l. 29.) Ἔβεσον] Vicina hæc majori Balearidi inſula, Straboni Ἔβουσος, Ἔβυσος vel Ἔβυσσος aliis Græcis Geographis, Plinio & aliis Latinis, *Ebuſus*, Euſtathio ad Dionyſium Βοῦσος.

§ 154. (l. 32.) τόν τε Σκιπίωνα ἀπολωλότα] Supra p. 217. D.

§ 155. (l. 32.) καὶ τὸν Δίδιον] C. Didium, de quo p. 220. A. & 229. A. ubi Varum prælio navali ab eo ſuperatum refert.

§ 156. (l. 35.) Σκαποῦλαν] Hic eſt Scapula, quem totius ſeditionis, familiæ & libertinorum caput appellat Hirtius de bello Hiſp. c. 33.

§ 157. (l. 55.) ἐκ τοῦ πρὸς τὸν Κουρίωνα πολέμου] De hac Jubæ victoria ſupra XLI. p. 172. 173.

§ 158. (l. 60.) σὺν τῷ Ἀφρανίῳ] De Afranii rebus adverſus Cæſarem pridem in Hiſpania infeliciter geſtis, dictum lib. XLI. p. 162. 163. 164. Afranianæ legionis, quam ex Africa in Hiſpaniam ſecum adduxit Pompejus, mentio apud Hirtium cap. 7. de bello Hiſpanienſi. Afranii occiſi mentio ſupra p. 219. A.

§ 159. (l. 62.) ὁ ἀδελφὸς Σέξτος] Hic cum Scipione, antequam a Cæſare vinceretur, fuerat in Africa, quo ſeſe contuliſſe eum docuit Dio XLII. p. 188. In Hiſpania cum præſidio Cordubam tenuiſſe teſtatur Hirtius c. 3.

§ 160. (l. 62.) ὅ, τε Ὄυαρος καὶ ὁ Λαβιῆνος] Etiam hos in Africa cum Scipione fuiſſe conſtat ex iis, quæ Dio p. 211. D. & 190. A. Varum victum a Didio narrat p. 229. B. Vari & Labieni capita ad Cæſarem perlata. Appianus II. civil. p. 293.

§ 161. (l. 68.) τοῦ Καίσαρος στρατηγοὶ] Hoſce legatos Cæſaris Q. Pedium & Q. Fabium Maximum, quos ante exercitui præfecerat, memorat Hirtius de bello Hiſpanico c. 2.

229 Ἦσαν μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ καὶ [161] τοῦ Καίσαρος στρατηγοὶ Κόϊντός τε Φάβιος Μάξιμος, καὶ Κόϊντος Πέδιος. οὐ μέντοι καὶ ἀξιόμαχοί γε οἱ νομίζοντες εἶναι, αὐτοί τε ἡσύχαζον, καὶ ἐκεῖνον σπουδῇ μετεπέμποντο. τέως μὲν δὴ ταῦτ' ἐγίγνετο. ἐπεὶ δὲ τῶν προπεμφθέντων τινὲς ἐκ τῆς Ῥώμης ἀφίκοντο, καὶ προσεδοκήθη καὶ ὁ Καῖσαρ ἥξειν, φοβηθεὶς ὁ Πομπήϊος, καὶ νομίσας οὐχ ἱκανὸς εἶναι πᾶσαν τὴν Ἰβηρίαν κατασχεῖν, οὐκ ἀνέμεινε πταίσας γε μεταγνῶναι, ἀλλ' εὐθύς, [g] πρὶν πειραθῆναι τῶν ἐναντίων, ἐς τὴν Βαιτικὴν ἀνεχώρησε. καὶ αὐτῷ ἡ μὲν θάλασσα παραυτίκα ἠλλοτριώθη· Οὔαρος δὲ ὑπὸ τοῦ Διδίου [162] περὶ [b] Κραντίαν ἐναυκρατήθη. καὶ, εἴγε μὴ προκαταφυγὼν ἐς τὴν γῆν, ἀγκύρας ἐς τὸ σόμα τοῦ λιμένος ἄλλας πρὸς [i] ἄλλαις προσενεβεβλήκει, καὶ περὶ αὐτὰς οἱ πρῶτοι τῶν διωκόντων σφᾶς, ὥσπερ περὶ ἕρμα, ἐπταίκεσαν, πᾶν ἂν τὸ ναυτικὸν ἀπολωλέκει. ἡ δὲ δὴ ἤπειρος ἡ ἐκεῖ πᾶσα, [163] πλὴν [k] Οὐλίας πόλεως, συνεμάχει. ταύτην γὰρ μὴ θελήσασαν οἱ προσχωρῆσαι, ἐπολιόρκει.

31. Erant quidem & Cæsaris in Hispania legati, Q. Fabius Maximus, & Q. Pedius; sed illi, quum se satis instructos ad confligendum cum Pompejo non putarent, nihil agebant ipsi, Cæsarem tantum, ut adventum suum maturaret, hortabantur. Quum is rerum jam in Hispania status esset, præmissique Roma a Cæsare nonnulli adveniissent, ipsiusque jam Cæsaris adventus exspectaretur; territus Pompejus, cogitansque, ad totam Hispaniam obtinendam sibi non esse satis virium, noluit accepto demum damno consilium mutare, sed statim, antequam cum hoste manum conseruissset, in Bæticam se recepit: ejusque discessu statim omnis ora maritima defecit. Varus vero a Didio apud Crantiam navali prælio superatus est, ac nisi in terram primus confugiens, ancoras concatenatas in portus introitum conjecisset, primæque eum persequentes naves ad eas tanquam ad septum quoddam offendissent, tota omnino classis fuisset deleta. Mediterranea vero Hispania omnis Pompejo se conjunxerat, excepta Ulia urbe. Eam, quod noluerat ad amicitiam suam accedere, oppugnabat.

A.U.C. 708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

C Καὶ τούτῳ καὶ ὁ Καῖσαρ μετ' ὀλίγων ἐξαίφνης ἀδοκήτοις, οὐχ ὅτι τοῖς περὶ τὸν Πομπήϊον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις ἐπῆλθε. τοσούτῳ γὰρ τῷ τῆς πορείας τάχει ἐχρήσατο, ὥστε [164] καὶ τοῖς οἰκείοις ἅμα καὶ τοῖς ἐναντίοις ὀφθῆναι, πρὶν ὅτι καὶ ὅλως ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ γέγονεν ἀκουσθῆναι. καὶ ὁ μὲν καὶ ἀπ' αὐτοῦ τούτου, τῆς τε παρουσίας [l] αὐτοῦ μόνης, καὶ ἐς τὰ ἄλλα καταπλήξειν τὸν Πομπήϊον, καὶ ἀπὸ τῆς πολιορκίας ἀπαλλάξειν ἤλπισε. τὸ γὰρ πλεῖον στράτευμα καὶ τὴν ὁδὸν ὑπελέλειπτο. ἐκεῖνος δὲ [165] ἕνα τε ἄνδρα ἑνὸς [m] πολὺ διαφέρειν νομίζων, καὶ τῇ ἰσχύι ἑαυτοῦ πάνυ θαρσῶν, οὐκ ἐξεπλάγη πρὸς τὴν ἄφιξιν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ προσήδρευε τῇ πόλει, καὶ τὰς προσβολὰς ὁμοίως ὥσπερ καὶ πρὶν ἐποιεῖτο. ὁ οὖν Καῖσαρ ἐκεῖ μὲν ὀλίγους στρατιώτας ἐκ τῶν προαφιγμένων καταλιπεν, [166] αὐτὸς δὲ ἐπὶ Κορδούβαν ὥρμησε, τὸ [n] μέν τι καὶ αἱρήσειν αὐτὴν ἐκ προδοσίας ἐλπίσας, τὸ δὲ δὴ πλεῖσον, ἀπάξειν ἀπὸ τῆς Οὐλίας τὸν Πομπήϊον τῷ περὶ

32. Interim Cæsar subito cum paucis, præter exspectationem, non Pompejanorum modo, sed suorum quoque militum, supervenit. Tanta enim itineris usus erat celeritate, ut antequam audiretur ipsum in Hispaniam advenisse, a suis hostibusque ibi conspiceretur. Proinde maxima militum parte in itinere post se relicta, sperabat, se ea celeritate, soloque suo adventu & in cæteris Pompejo terrorem injecturum, & ab urbis eum obsidione derracturum. Pompejus vero, virum I viro haud multo præstantiorem esse existimans, fretusque suis viribus, nihil ejus adventu consternatus, cum in obsidione, tum oppugnatione urbis, haud secus quam ante, pergebat. Cæsar paucis ibi locorum militibus, qui cæteros prævenerant, relictis, ad Cordubam se convertit, partim spe ejus per proditionem potiundæ, partim vero & maxime, ut ei metuentem Pompejum ab Ulia

ff ἱκανὸς. ἱκανὸν, Med. perperam. *g* πρὶν πειραθῆναι τῶν ἐναντίων. sic Med. vulgo, πρὶν πειραθῆναι καὶ τῶν ἐναντίων. videtur dicendum fuisse: πρὶν καὶ πειραθῆναι τῶν ἐναντίων. paulo ante πλαίσας γε, HS. L. πλαίσας τε, RS. *h* Κραντίαν. Κραυλίαν, Med. vide num Καρσαίαν? F. *i* ἄλλαις. ἄλλας, Med. RS. *k* Οὐλίας. Οὐλλίας, X. L. marg. sed vide F. *l* αὐτοῦ. τῆς αὐτοῦ, Med. αὐτοῦ, RS. *m* ἕνα τε ἄνδρα ἑνὸς πολὺ διαφέρειν. immo, οὐ πολὺ hominis adventum sine militum copiis haud magni faciundum existimabat, L. perperam. paulo inferius μέρος τε τοῦ στρατοῦ. μέρος τοῦ στρατοῦ melius, X. μέρος τι τοῦ στρατοῦ, L. *n* μέν τι. HS. L. recte. μέντοι, RS.

§ 162. (l. 81.) περὶ Κραυλίαν] Vix usquam alibi maritimi hujus Hispaniæ oppidi mentio: itaque videndum, num cum Ambrosio Morali & Ludovico Nunnesio legere juvet Καρσαίαν, ex Appiani II. civil. p. 493. quod nomen iterum corruptum infra p. 233. E. Conf. Joh. Conduiti Diss. de Cartejæ situ, insertam Volumini XXX. Transactionum Philosophicarum Londinens. (Bibliot. Angloise T. VI. p. 264. sq.)

§ 163. (l. 88.) πλὴν Οὐλίας] Recte ita nomen oppidi Cordubæ vicini scribitur, ut numorum & inscriptionum veterum fide docuerunt viri eruditi. *Uliæ* inquit Ez. Spanhemius Diss. IX. de usu numism. p. 901. edit. A. 1671. *Romanæ in Hispania Coloniæ, meminerunt numi, quam male apud Hirtium, Melam, Ptolemæum in* Οὐλλίαν, Οὔιαν *aut Ullam mutarunt viri etiam in his litteris principes.* Addit clariss. Cellarius inscriptionem veterem apud Gruterum p. CCLXXI. 1. in qua memoratur *splendidissimus ordo Ulienssium.* Hirtius c. 3. *Ipse Cn. Pompejus adolescens Ullam oppidum oppugnabat, & fere jam aliquot mensibus ibi detinebatur — Cæsar eam civitatem omni tempore optime de populo Rom. meritam esse sciens* &c. Straboni III. p. 141. Ἰουλία.

§ 164. (l. 94.) καὶ τοῖς οἰκείοις] *Ad quos celerius, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit.* Hirtius c. 2. Die vigesima septima, ex quo Roma profectus fuerat, advenisse testatur Appianus II. civil. p. 492. & Strabo III. p. 160. φασὶ δ' οἱ συγγραφεῖς ἐλθεῖν καὶ Καίσαρα ἐκ Ῥώμης ἕβδομον καὶ εἰκοστὸν ἡμέραις ἐς τὴν Ὀβούλκωνα &c.

§ 165. (l. 100.) ἕνα τε ἄνδρα ἑνὸς πολύ] Non assentior Leunclavio legenti οὐ πολύ. Nam ut supra Dio dixit p. 228. E. προθυμίᾳ ἀρίστῃ, Pompejus Cæsari se tantis stipatum viribus non æquiparavit modo, sed antepositit.

Cl. Oddey in Leunclavii sententiam apposite laudat versum Virgilii Æneid. X. 375. sq.

——— ——— *mortali urgemur ab hoste*
Mortales: totidem nobis animæque manusque.

Eodem fere argumento utitur Cæsar ad confirmandos milites contra Arioviistum. REIM.

§ 166. (l. 6.) ἐπὶ Κορδούβαν] Hirtius de bello Hisp. c. 4.

A.U.C. 708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

Ulia averteret. Responditque huic consilio eventus. Initio enim Cneus, relicta ad Uliam parte exercitus, Cordubam venit: eamque muniens, Cæsare cedente, Sexto fratri custodiendam tradidit. Deinde quum ad Uliam nihil proficeret, quin & quadam urbis turri, non vi quidem oppugnantium concussa, sed ob multitudinem propugnatorum collapsa, ea milites irrumpentes, male accepti essent: atque interim Cæsar, clam noctu suppetiis in urbem missis, ad Cordubam iterum castra posuisset, obsidioneque eam cinxisset: ibi demum Cneus, Ulia omnino relicta, omni cum exercitu Cordubam conversus, tantum profecit, ut Cæsar, qui tunc morbo conflictabatur, ejus adventu audito recesserit. Verum Cæsar, recuperata sanitate, militibusque qui subsecuti erant ad se acceptis, coactus est ipsa hieme bellum gerere. Itaque & exiguis tabernaculis, iisque incommodis, utens exercitus, adfligebatur, & annona carebat.

περὶ αὐλῆς φόβῳ προσδοκήσας. καὶ ἔσχεν οὕλω· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, [n] μέρος τε τοῦ στρατοῦ καὶ χώραν ἐάσας, ἔς τε τὴν Κορδούβαν ἦλθε, καὶ πραυνάμενος αὐτὴν, οὐχ ὑπομείναντος σφᾶς τοῦ Καίσαρος, [167] τῷ ἀδελφῷ τῷ [o] Σέξτῳ προσέταξεν. ἔπειτα δὲ ὡς οὔλε τι πρὸς τῇ Οὐλίᾳ ἐπέραινεν, ἀλλὰ καὶ πύργου τινὸς, καὶ τούτου οὐχ ὑπὸ σφῶν [p] καθασειθέντος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν [q] ἀπ' αὐλοῦ ἀμυνομένων καταῤῥαγέντος, ἐσῆλθον μέν τινες, οὐ μὴν καὶ καλῶς ἀπήλαξαν· καὶ ὁ Καῖσαρ πλησιάσας σφίσιν, ἐκείνους τε βοήθειαν νυκτὸς λαθὼν ἐσέπεμψε, καὶ αὐτὸς πρός τε τὴν Κορδούβαν αὖθις ἐστράτευσε, καὶ ἐς πολιορκίαν αὐτὴν ἀνίστησεν· οὕλω δὴ τῆς Οὐλίας παντελῶς [r] ἀπανέστη, καὶ ἐκεῖσε παντὶ τῷ στρατῷ οὐ μάτην ἠπείχθη. προπυθόμενος γὰρ τοῦτο ὁ Καῖσαρ ἀπεχώρησε· νοσῶν γὰρ ἐτύγχανε· μετὰ δὲ ταῦτα αὐλός τε ἀναῤῥωσθεὶς, καὶ στρατεύματα ἐπακολουθήσαντά οἱ προσλαβών, ἠναγκάσθη καὶ ἐν τῷ χειμῶνι πολεμῆσαι. ἔν τε [s] γὰρ σκηνιδίοις φαύλοις αὐλιζόμενοι ἐκακοπάθουν, καὶ τῆς τροφῆς ἐνελείποντο.

33. Cæsar eo tempore adhuc dictaturam gerebat, & sub exitum demum anni consul creatus est, convocato ejus rei gratia populo per Lepidum, qui tum magister equitum erat, seque ipsemet in consulatu suo simul magistrum equitum, contra majorum instituta, vocabat. Igitur ad bellum hiberna tempestate exsequendum adactus Cæsar, ut diximus, Cordubæ oppugnatione, quod eam valido præsidio teneri norat, abstinens; ad Atteguam urbem, quamvis munitissimam, quod magnam ibi vim frumenti repositam esse audierat, se convertit; sperans, se multitudine militum suorum, repentinoque adventu perterritis hostibus, eam in suam potestatem redacturum; eamque brevi vallo fossaque clausit. Pompejus, naturæ loci fidens, ratusque, Cæsarem propter anni tempus obsidionem diu prosequi non posse, simul quod milites suos frigore affligere nolebat; urbem defendendam sibi primum non arbitratus est: postquam vero ea vallo circumclusa a Cæsare, & circumsessa est, ad defendendam eam timore adductus, noctem nactus nubilam, repente primos excubitores invasit: compluribusque horum cæsis, quum eos, qui in oppido erant, duce carere intelligeret, Munatium Flaccum ad eos intro misit.

Ἐδικταλώρευε δὲ δὴ τότε, καὶ [168] ὕπαλος ὀψέ ποτε καὶ ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους ἀπεδείχθη, τοῦ Λεπίδου ἐν τῇ ἱππαρχίᾳ τὸν δῆμον ἐς τοῦτο συναγαγόντος. ἱππάρχησε γὰρ καὶ τότε, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν τῇ ὑπαλείᾳ ἐπειπὼν ἵππαρχον, παρὰ τὰ πάτρια. ἀναγκασθεὶς οὖν ὁ Καῖσαρ (ὥσπερ εἶπον) καὶ ἐν τῷ χειμῶνι πολεμῆσαι, τῇ μὲν Κορδούβῃ οὐ προσέβαλεν, (ἰσχυρῶς γὰρ ἐφυλάττετο) πυθόμενος δὲ [t] ἐν [169] Ἀτεγούᾳ πόλει σῖτον πολὺν εἶναι, πρὸς ἐκείνην, καίτοι καρτερὰν οὖσαν, [u] ἀπεραίπετο· ἐλπίσας, τῷ τε πλήθει τοῦ στρατοῦ καὶ τῇ παρ' ἑαυτοῦ αἰφνιδίῳ ἐκπλήξει καταφοβήσας σφᾶς, αἱρήσειν· καὶ αὐλὴν διὰ βραχέος καὶ ἀπεσαύρωσε καὶ περιεπάφρευσεν. ὁ γὰρ Πομπήϊος, τῇ φύσει τοῦ χωρίου θαρσῶν, καὶ τὸν Καίσαρα οὐκ ἐπὶ πολὺ διὰ τὸν χειμῶνα προσεδρεύσειν αὐτῷ νομίζων, [x] τούς τε ἑαυτοῦ στρατιώτας μὴ βουληθεὶς ἐν τῷ ῥίγει κακῶσαι, [y] παρεῖδε καὶ οὐκ ἐπήμυνεν αὐτοῖς τήν γε πρώτην· ὕστερον γὰρ, ὡς τό, τε πόλισμα ἀπετειχίσθη, καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτῷ προσεκάθητο, δείσας ἐπεβοήθησε σφίσι, καὶ νυκτὸς ἐξαίφνης ὁμιλώδους τοῖς προφύλαξι προσμίξας, συχνοὺς ἔφθειρεν. ἐπειδή τε ἀστρατήγητοι οἱ ἔνδον ἦσαν, [z] Μουνάτιον [170] αὐτοῖς Φλάκκον ἐσέπεμψεν.

34. Cæterum is hoc artificio in oppidum pervenit: noctu solus custodes aliquot adiit, tanquam

Ἠδυνήθη γὰρ ἐκεῖνος ὧδε εἴσω παρελθεῖν· νύκτωρ τῶν φυλάκων τινὰς μόνος, ὡς καὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος

o Σέξτῳ. Σέξτῃ, L. marg. p καθασειθέντος. vox addita ex V. a. & Med. in editis desiderabatur. q ἀπ' αὐτοῦ. ὑπ' αὐλοῦ, mendose, Med. r ἀπανέστη. ἐπανέστη, V. b. perperam. s ἔν τε γὰρ. rectius ἔν τε γοῦν, L. paulo post pro ἐνελείποντο, apud RS. est ἐνελίποντο. t ἐν Ἀτεγούᾳ. præpositio vulgo desideratur, addita nunc ex V. a. & Med. u ἀπεραίπετο. ἐπεραίπετο, Med. sed nec illud rejiciendum. v. p. 25. A. melius certe quam ἐπεπεραίπετο, quod est apud RS. x τούς τε ἑαυτοῦ. sic Med. melius quam vulgo, τοὺς αὐτοῦ. y παρεῖδε. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. sed προεῖδε male legitur apud RS. z Μουνάτιον. Μινούκιον, ex Hirtio, X. F. paulo post, RS. pro ἐφοδεῖαν, habet ἐφοδίαν.

§ 167. (l. 12.) τῷ ἀδελφῷ τῷ Σέξτῳ] Idem Hirtius auctor est, Sextum Pompejum jam ante Cordubam tenuisse, ejusque litteris excitatum Cnejum fratrem cum copiis ad civtiatem illam iter facere cœpisse.

§ 168. (l. 29.) ὕπαλος ὀψὲ ποτὲ] Cæsar quartum Consul, ut notat Appianus II. civil. p. 492. & quidem sine collega, ut in fragmento tabulæ Collotianæ traditur. Igitur quod sequitur, Lepidum se ἐν τῇ ὑπαλείᾳ magistrum equitum gessisse, de Consulatu Cæsaris non Lepidi intelligendum. Erat autem παρὰ τὰ πάτρια & a Romano more alienum, ut Magistro equitum locus esset, Consule Remp. gerente. Sed hoc iterum factum infra p. 238. B. [Ego aliter interpretor.]

§ 169. (l. 37.) Ἀτεγούᾳ πόλει] Vide Hirtium c. 6. sq. de bello Hisp. Male Ἀπέτουα apud Strabonem III. p. 141.

§ 170. (l. 52.) Μουνάτιον Φλάκκον] Hic *L. Minutius* dicitur Hirtio c. 19.

§ 171. (l. 75.) πρότερος μὲν ὁ Φλάκκος] Idem Hirtius: *hoc tempore tabellæ de muro sunt dejectæ, in quibus scriptum est inventum: L. Minutius Cæsari: si mihi vitam tribuis, quoniam a Cn. Pompejo sum desertus, qualem me illi præstiti, tali virtute & constantia futurum me in te esse, præstabo.*

§ 172. (l. 89.) διακινδυνεῦσαι ἐθελῆσαι] *Res* Pompejum *necessario vocabat, ut ad dimicandum descenderet.* Ita Hirtius cap. 24.

Καίσαρος ἐς ἐφοδείαν ἀπεσταλμένος, ἀνήρετο τὸ σύνθημα· καὶ μαθὼν (οὔτε γὰρ ἐγινώσκετο, καὶ καταμόνας οὐκ ἄν ποτε ὑπωπτεύθη μὴ " φίλος σφίσιν ὢν τοῦτο ποιῆσαι) ἐκείνους μὲν εἴασεν· ἐπεριελθὼν δὲ ἑτέρωσε τοῦ περιτειχίσματος, ἄλλοις τισὶ φύλαξιν ἐνέτυχε, καὶ τό, τε σύνθημα αὐτοῖς εἶπων, καὶ ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως εἶναι πλασάμενος, δι' ἑκόντων τε αὐτῶν καὶ παραπεμπόντων γε ἐσῆλθεν. οὐ μέντοι καὶ περιεποιήσατο αὐτήν. τά τε γὰρ ἄλλα πολλὰ, καί ποτε πῦρ ἔς τε τὰς μηχανὰς καὶ ἐς τὰ σταυρώματα [b] τῶν Ῥωμαίων ἐμβαλόντες, ἐκείνους μὲν ὅ, τι καὶ ἀξιόλογον οὐδὲν ἔβλαψαν· αὐτοὶ δὲ, ἀνέμου σφίσιν ἐξ ἐναντίας ἐν τούτῳ σφοδροῦ προσπεσόντος, κακῶς ἀπήλλαξαν. τά τε γὰρ οἰκοδομήματα ἐπεφλέχθη, καὶ ἄνθρωποι συχνοὶ, τοῖς τε λίθοις καὶ τοῖς βέλεσι, [c] μὴ προϊδέσθαι τι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ δυνηθέντες, [d] ἀπώλοντο. ὡς οὖν τοῦτό τε αὐτοῖς συνεβεβήκει, καὶ ἡ γῆ ἐπορθεῖτο, [e] τοῦ τε τειχίσματός τι ἐξ ὑπονόμων ἔπιπτεν, ἐταράσσοντο· καὶ [171] πρότερος μὲν ὁ Φλάκκος ἐπ' ἀδείᾳ [f] αὐτοῦ καὶ τῶν συνόντων οἱ πρὸς τὸν Καίσαρα διεκηρυκεύσατο· ἔπειτα δὲ ὅλος μὲν (οὐ γὰρ ἠθέλησε τὰ ὅπλα παραδοῦναι) διήμαρτεν αὐτῆς· οἱ δὲ ἄλλοι ἐπιχώριοι μετὰ τοῦτο καὶ [g] ἐπρεσβεύσαντο, καὶ συνέβησαν ἐφ' οἷς ἐκελεύοντο.

Ἐκείνης δὲ τῆς πόλεως ἁλούσης, οὐκέτ' οὐδὲν οἱ ἄλλοι ἠτρέμιζον· ἀλλ' οἱ πολλοὶ μὲν, αὐτοὶ πρὸς τὸν Καίσαρα μεθίσαντο, πρεσβευσάμενοι, πολλοὶ δὲ καὶ ἐπιόντα αὐτὸν τούς τε ὑποσπονδίους αὐτοῦ ἐδέχοντο. ὥστε τὸν Πομπήϊον ἀπορήσαντα ὅ, τι χρὴ πρᾶξαι, τὸ μὲν πρῶτον ἄλλοσε ἄλλῃ τῆς χώρας μεθισάμενον πλανᾶσθαι, ἔπειτα δὲ, φοβηθέντα μὴ καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου καὶ οἱ λοιποὶ αὐτὸν ἐγκαταλίπωσι, [172] διακινδυνεῦσαι ἐθελῆσαι· καίτοι τοῦ δαιμονίου τὴν ἧτταν ἐναργέσατα [b] αὐτῷ προσημήναντος. οἱ μὲν γὰρ [173] ἱδρῶτες τῶν ἀγαλμάτων, καὶ αἱ [174] ἠχαὶ τῶν στρατοπέδων, τά τε ζῶα [i] ἃ πολλὰ παρὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἐγεννήθη, καὶ αἱ δᾷδες αἱ [175] πρὸς τὰς δυσμὰς ἐκ τῶν ἀνατολῶν [k] ἅπτουσαι· (ταῦτα γὰρ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ τότε ἅμα [l] πάντα συνηνέχθη) σαφὲς οὐδὲν, ὁποτέροις σφῶν προφαίνοιτο, διεδήλου· [176] οἱ δὲ δὴ ἀετοὶ τῶν στρατοπέδων αὐτοῦ, τάς τε πτέρυγας σείσαντες, καὶ τοὺς κεραυνοὺς, οὓς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν τινες χρυσοῦς ἔφερον, ἐκβαλόντες, ἐκείνῳ τε τὸ κακὸν αἴσιον ἐνέσκηψαν, καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπεπέτοντο. [m] ἀλλ' ὅγε Πομπήϊος ἔν τε ὀλιγωρίᾳ τὸ δαιμόνιον ἐποιήσατο, καὶ ὁ πόλεμος πρὸς μάχην δὴ καθέστη.

Εἶχον

quam ad inspiciendas excubias a Cæsare missus, tesseramque eos sibi dicere jussit: qua percepta (neque enim quis esset, illi norant, solusque quum esset, non videbatur, nisi amicus esset, hoc facturus:) inde digressus, extra munitiones alibi circumivit: quumque venisset ad alios excubitores, tesseram eis nominavit: simulansque, se ad recipiendum per proditionem oppidum a Cæsare venire, per eos non invitos, atque etiam deducentes, introiit: quanquam spes quidem retinendi oppidi eum decepit. Nam & alia incommoda nonnulla evenerunt, & quum machinis vallisque Romanorum aliquando ignem oppidani injecissent, non modo nullum iis memorabile detrimentum attulerunt, sed ipsi maximo inde damno affecti sunt. Coortus enim vehemens ex adverso oppidi ventus, ædificia oppidi incendit: multique inter fumum, prospectu omni adempto, lapidibus ac jaculis percussi perierunt. Eo incommodo accepto, quum & agri vastarentur, murique pars cuniculis actis corruisset, factionibus dissidere cœperunt: ac prior Flaccus ad Cæsarem, pacis impunitatisque sibi & suis impetrandæ causa, misit. Quum eam non obtinuisset, quod arma tradere nolebat, oppidani, nunciis missis, a Cæsare pacem acceperunt, quum imperata fecissent.

A.U.C. 708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

35. Attegua capta, reliqui etiam non amplius restitere, sed vel per legatos Cæsari ultro sese dediderunt; aut ipsum, legatosve ejus adventes receperunt. Itaque Pompejus consilii inops, quum aliquamdiu hinc inde passim vagatus esset, veritus ne ea re moti cæteri quoque a se deficerent, summo prælio experiri statuit: licet cladem ei numen divinum evidentissime portenderet. Quanquam enim simulacrorum sudores, sonitus in aëre exercituum, multi animalium monstrosi partus, faces ab orientali in occiduam cœli partem percurrentes, quæ eo tempore prodigia per Hispaniam simul omnia edebantur, non aperte quidem, utri minarentur perniciem, indicarent: tamen aquilæ legionum Pompejanarum, alas suas concutientes, fulminaque, quæ aurea nonnullæ unguibus gestabant, projicientes, Pompejo exitium palam obnuntiabant, ipsæque ad Cæsarem avolare videbantur. Sed Pompejus ea numinis ostenta nihil curabat: jamque bellum eo deductum erat, ut signis collatis decernendum esset.

36. In

a φίλος. φίλιος, Med. mox l. 62. ἔναγ. an παρεῖναι? b τῶν Ῥωμ. τὰ τῶν Ῥωμ. Med. idem codex, ordine sequentium inverso, οὐδὲν ὅ τι καὶ ἀξιόλογον ἔβλαψεν. c μὴ. μήτε, Med. d ἀπώλοντο. ἐξώλοντο, V. a. e τοῦ τε τειχίσματός τι. τοῦ τε τείχους τινὸς, V. a. f αὐτοῦ καὶ. αὐτοῦ τε καὶ, Med. g ἐπρεσβεύσαντο scripsi ex Med. quod hoc sensu rectius vulgato ἐπρέσβευσαν. h αὐτῷ. additum ex Med. vulgo deest. i ζῶα ἃ πολλὰ. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. sed ζῶα πολλὰ RS. k ἅπτουσαι. forte ἄπτουσαι. occurrit tamen idem verbum inferius. Od. l ἅμα πάντα συνηνέχθη. ita V. a. & Med. vox πάντα vulgo desideratur. m ἀλλ' ὅγε Πομπήϊος usque ad καὶ ὁ πόλεμος. hæc aliter leguntur in V. a. ἄλλῃ τε τὸ δαιμόνιον ἔν τε ὀλιγωρίᾳ αὐτὸ ἐποιήσατο, καὶ ἐς πόλεμον.

§ 173. (l. 91.) ἱδρῶτες τῶν ἀγαλμάτων] Sæpe hoc in prodigiis, ut notat Freinshemius ad Flor. II. 8. 3. & Christian. Flemmigius cujus Dissertationes exstant tres Lipsiæ editæ de sudore & lacrymis, de loquela, & de motu prodigioso imaginum: licet naturalibus de caussis hoc posse fieri, ut simulacra sudore madeant, jam notavit Plutarchus in Coriolano p. 232. & Theophrastus lib. V. historiæ plantarum cap. ult. & lib. V. de caussis c. 4. Vide quæ infra ad p. 388. C.

§ 174. (l. 92.) ἠχαὶ τῶν στρατοπέδων] Etiam hoc in prodigiis frequenter, signorum sonus armorumque, ut viderentur duæ acies concurrere. vide quæ viri docti ad Obsequentem cap. 118.

§ 175. (l. 94.) πρὸς τὰς δυσμὰς] Ut infra XLV. p. 278. C.

§ 176. (l. 97.) οἱ δὲ δὴ ἀετοὶ] Julius Obsequens c. 126. *Decem legionum aquilæ Cn. Pompeji filio, quæ fulmina tenebant, visæ dimittere, & in sublime avolare. Ipse adolescens Pompejus victus, & fugiens occisus.* Simulacra aquilæ militaris fulmen tenentis, obvia in numis & apud Lipsium lib. IV. de militia Rom. dialogo V. perinde ut aquila fulmini insistens aut

A.U.C.708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. & COS. III.

36. In utriusque ducis exercitu, præter Romanos sociosque, multi Hispani Maurique erant. Nam Bocchus filios suos Pompejo auxilio miserat, Bogud vero ipse cum Cæsare militabat: ipsum nihilominus prælium non per alios, sed solos Romanos, factum est. Milites enim Cæsariani cum multitudine & usu rei bellicæ, tum vero præcipue præsentia Cæsaris freti, hoc omni studio agebant, ut jam nunc bello, miseriisque, quas in eo diu jam tulissent, finem imponerent: Pompejani his quidem rebus inferiores, tamen animo confirmato, quia spem salutis nullam, nisi in victoria, sibi videbant restare, cupidissimi certaminis erant: plerique enim eorum ante cum Afranio & Varrone a Cæsare superati vitaque donati, deinde Longino traditi, postquam ab ipso quoque defecissent, ne spem quidem veniæ, si vincerentur, habebant; eosque furor incitarat, ut vel fortiter vincendum, vel pereundum omnino sibi statuerent. Itaque ad conserendum manus nulla ipsis adhortatione opus fuit, quum toties jam bello congressi, omnem verecundiam projecissent.

Εἶχον μὲν δὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς τε πολιτικοῖς καὶ τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασι, πολλοὺς μὲν τῶν ἐπιχωρίων, πολλοὺς δὲ καὶ Μαύρων, ἀμφότεροι. [177] Βόκχος μὲν γὰρ τοὺς υἱεῖς τῷ Πομπηίῳ ἔπεμψε, Βογούας δὲ αὐτὸς τῷ Καίσαρι συνεστράτευσεν. ὁ δὲ ἀγὼν οὐχ ὡς τῶν ἄλλων, ἀλλ' ὡς αὐτῶν τῶν Ῥωμαίων ἐγένετο. οἵ τε γὰρ Καισάρειοι στρατιῶται τῷ τε πλήθει [178] καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ, καὶ παρὰ πάντα τῇ αὐτοῦ ἐκείνου παρουσίᾳ θαρσοῦντες, ἀπαλλαγῆναί ποτε τοῦ πολέμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κακῶν ἐσπουδάζον· καὶ οἱ Πομπήειοι, τούτοις μὲν ἐλαττούμενοι, τῇ δ' ἀπογνώσει τῆς σωτηρίας, ἂν μὴ κρατήσωσιν, ἐρρωμένοι, προεθυμοῦντο. οἷα γὰρ [179] μετά τε τοῦ Ἀφρανίου καὶ μετὰ [n] τοῦ Ὀυάρρωνος οἱ πλεῖστοι αὐτῶν καὶ ἁλόντες καὶ σωθέντες, [o] καὶ μετὰ ταῦτα τῷ τε Λογγίνῳ ἀποδοθέντες, καὶ [180] ἀπ' αὐτοῦ ἀποστάντες, οὔτε τινὰ ἐλπίδα συγγνώμης ἠτιμημένοι εἶχον, καὶ τούτου πρὸς ἀπόνοιαν, ὡς καὶ [p] θαρσῆσαί ποτε, ἢ πάντως γε ἀπολέσθαι δεόμενοι, προήχθησαν. συμμίξαντες οὖν ἐμάχοντο. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αἰδῶ τινα ἀλλήλων [q] εἶχον ἔτι, τοσαυτάκις ἀντιπεπολεμηκότες, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ παραινέσεώς τινος δεόμενοι.

37. Primo conflictu statim sociorum auxilia utraque ex parte terga ostenderunt, fugæque se commiserunt: ipsæ vero Romanorum acies comminus congressæ, diuturnum mutuis cædibus prælium fecerunt. Nam neque loco suo excedebat quisquam, sed aut cædens, aut cadens in eo manebat: quasi unusquisque totius victoriæ aut cladis auctor cæteris omnibus futurus esset. Itaque nullam pugnæ suorum auxiliariorum rationem habere, sed velut ipsi in pugnæ discrimine soli versarentur, magnum animum præstare: neque clamor militaris, neque gemitus exaudiri: id tantum utrique vociferari; feri, cæde: manibus etiam linguæ officium longe antevenire. Cæsar & Pompejus, eques uterque, ab edito loco pugnam inspicientes, rationem quidem [seu fiduciæ seu] desperationis non habebant, sed ambiguis sententiis versati, metu fiduciaque ex æquo

Καὶ ἐν τούτῳ τὰ μὲν συμμαχικὰ ταχέως ἑκατέρωθεν ἐτράπη καὶ ἔφυγεν, αὐτοὶ δὲ ἐκεῖνοι, συστάδην [r] ἀντικόπτοντες ἀλλήλους, [181] ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο. οὐδὲ γὰρ ἐνέδωκεν αὐτῶν οὐδείς, ἀλλ' ἐν χώρᾳ μένοντες, ἔσφαζον, ἔθνησκον· ὡς καὶ [s] αὐτὸς ἕκαστος ἢ τῆς νίκης ἢ τῆς ἥττης καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἴτιος ἐσόμενος. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἔμελεν αὐτοῖς ὁρᾶν, ὅπως [182] οἱ σύμμαχοι σφῶν ἐμάχοντο, ἀλλ' ὡς καὶ μόνοι κινδυνεύοντες ὑπερεθυμοῦντο. καὶ οὔτε ἐπαιανίζετό τις αὐτῶν, οὔτε ἔσενεν· ἀλλὰ τοσοῦτο μόνον ἑκάτεροι βοῶντες, [183] παῖσον, ἀπόκτεινον, πολὺ τῷ ἔργῳ τὰς γλώσσας [ss] σφῶν ἔφθανον. ὁρῶντες οὖν ταῦτα ἀπό τε ἵππων καὶ ἀπὸ μετεώρων τινῶν χωρίων ὅ, τε Καῖσαρ καὶ ὁ Πομπήϊος, [t] οὐκ εἶχον ὅπως ἀπογνῶσιν· ἀλλ' ἀμφίβολοι ταῖς γνώμαις γιγνόμενοι, δι' ἴσου καὶ τῷ δέει καὶ τῷ θάρσει

[n] τοῦ Ὀυάρρωνος. Ὀυάρωνος habet RS. τοῦ Ὀυάρου, legendum, de quo multa superius, L. sed vide F. & Gronov. p. 81. [o] verba καὶ μετὰ ταῦτα usque ad ἡττηθέντες exciderant ex editis, restituta Dioni ex cod. Med apud Gronov. p. 81. & V. a. nisi quod hic pro μετὰ ταῦτα habet μετὰ τοῦτο. [p] θαρσῆσαι. forte νικῆσαι, Od. sic & vertit X. [q] εἶχον ἔτι. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. nam corrupta sunt hæc apud RS. ἔχον ἐπὶ. [r] ἀντικόπτοντες ἀλλήλους. sic V. a. & Med. elegantius ut arbitror, quam vulgo, ἀποκόπτοντες ἀλλήλους. [s] αὐτὸς ἕκαστος. αὐτῷ ἕκαστος, N. [ss] ὁρῶντες. sic HS. & L. melius quam RS. ὁρῶντε, quasi ex duali. [t] οὐκ ἔχον ὅπως ἀπογνῶσιν. scriberem οὐδ' pro οὐθ', sed est potius hiatus, quem sic explevit eleganter vir doctus N. οὐκ ἔχον, οὔθ' ὅπως ἐλπίσωσιν, οὔθ' ὅπως ἀπογνῶσιν. pro ἐλπίσωσι tamen malim θαρσήσωσι.

aut illud unguibus tenens, plus simplici vice occurrit in numis Siculorum Macedonumque.

§ 177. (l. 7.) Βόκχος μὲν] De Boccho & Bogude Mauritaniæ Regibus dictum ad p. 214. E. Solos autem Romanos, non expectatis Maurorum auxiliis, prælium omne confecisse, narrat infra p. 232. B. nisi quod Bogud, ad capienda Pompeji castra conversus, victoriam Cæsari attulit. ibid. E.

§ 178. (l. 11.) καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ] *Virtute, nostri antecedebant*, inquit Hirtius c. 31. qui prælium commissum ad Mundam urbem, sive in Campo Mundensi narrat c. 27. sq.

§ 179. (l. 17.) μετά τε τοῦ Ἀφρανίου, καὶ μετὰ τοῦ Ὀυάρρωνος] Ὀυάρου legendum esse pro Ὀυάρρωνος, annotat Leunclavius, putans respici ad victoriam, qua Cæsar Afranium & Varum superavit in Africa, quum Scipionem debellavit ac Jubam, cui Varus adfuit, ut testatus est Dio XLII. p. 211. Et Afranius quidem captus & a Cæsare occisus p. 219. A. Varus autem fuga elapsus, non tunc modo, sed etiam novissime in ora Hispanica, cum a Didio prælio navali superatus fuisset, p. 229. B. Nihil tamen hoc loco mutandum est, & Ὀυάρρωνος utique legendum, consentiente etiam MSto codice Mediceo: intelligendusque Varro Pompeji Magni in Hispania legatus, qui Cæsari se legionemque cui præerat dedidit, de quo Cæsar lib. II. de bello civil. c. 20. *Varro omni interclusus itinere, ad Cæsarem mittit, paratum se esse legionem cui jusserit transdere — Transdita legione Varro Cordubam ad Cæsarem venit, relatis ad eum publicis rationibus, cum fide, quod penes eum est pecuniæ, transdit, & quod ubique habeat frumenti ac navium, ostendit.*

§ 180. (l. 20.) ἀπ' αὐτοῦ ἀποστάντες] Defectionem sub Longino intellige illam, cujus mentio fuit p. 228. A.

§ 181. (l. 29.) ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο] Conf. Hirtium c. 31. de bello Hisp. Appianum II. civil. p. 492. sq.

§ 182. (l. 35.) οἱ σύμμαχοι σφῶν] Hispani Maurique, supra p. 231. D.

§ 183. (l. 38.) παῖσον, ἀπόκτεινον] Vox, qualis Cæsaris in pugna Pharsalica, *Miles faciem feri.* vide ad Flori IV. 2. 50.

σει ἐκακοπάθουν. ἀντιπάλου γὰρ τῆς μάχης ὄυσης, ταῖς τε ὄψεσι δεινῶς ἔκαμνον, ἐπιθυμοῦντές τι ἰδεῖν πλεονέκτημα, καὶ ὀκνοῦντές τι ἰδεῖν ἐλάττωμα· καὶ ταῖς ψυχαῖς, εὐχόμενοί τέ τι ἅμα καὶ ἀπευχόμενοι, καὶ ἐωννύμενοι καὶ φοβούμενοι· [u] οὐκοῦν οὐδ' ἠδυνήθησαν ἐπὶ πολὺ καρτερῆσαι, ἀλλὰ [x] καταπηδήσαντες [184] ἀπὸ τῶν ἵππων, συμμεμέχον ἀλλήλοις. οὕτω που τῷ τοῦ σώματος καὶ πόνῳ καὶ κινδύνῳ μᾶλλον, ἢ τῇ τῆς ψυχῆς συντάσει [y] συνιέναι εἴλοντο, ἑοπήν τινα τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις ἑκάτερος τῇ τῆς μάχης κοινωνίᾳ παρέξειν ἐλπίσαντες· ἢ, εἴγε ἐκείνης ἁμάρτοιεν, συντελευτῆσαί γε αὐτοῖς ἠθέλησαν.

Καὶ οἱ μὲν, καὶ αὐτοὶ ἐμάχοντο· τοῖς δὲ δὴ στρατοπέδοις πλεονεξία μὲν οὐδεμία οὐδετέροις ἐκ τούτου ἐγένετο· μακρῷ δὲ δὴ πλείων, ὡς ἐκείνους συγκινδυνεύοντας σφίσιν εἶδον, [z] τοῦ τε σφετέρου θανάτου καταφρόνησις, καὶ τοῦ τῶν ἐναντίων ὀλέθρου ἔφεσις, ἀμφοτέροις ὁμοίως ἐνέπεσε. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἔφυγον τότε γε οὐδέτεροι, ἀλλ' ἰσοπαλεῖς ταῖς γνώμαις ὄντες, ἰσοκρατεῖς καὶ τοῖς σώμασιν ἐγένοντο. κἂν πάντες ἀπέθανον, ἢ καὶ ὑπὸ τῆς νυκτὸς ἀγχώμαλοι διεκρίθησαν, εἰ μὴ ὅ, τε γε [185] Βογούας, ἔξωθέν που τῶν συνεσηκότων ὢν, ἐπὶ τὸ [a] τοῦ Πομπηΐου στρατόπεδον ὥρμησε· καὶ [186] ὁ Λαβιῆνος, ὡς τοῦτο εἶδε, τήν τε τάξιν ἐξέλιπε, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐτράπετο. φεύγειν γὰρ αὐτὸν οἱ Πομπήειοι νομίσαντες ἠθύμησαν· καὶ ἔμαθον μέν που τὸ ἀληθὲς ὕστερον, οὐ μέντοι καὶ ἀναλαβεῖν [b] αὐτοὺς ἔτ' ἠδυνήθησαν· ἀλλ' [187] οἱ μὲν ἐς τὴν πόλιν, οἱ δὲ ἐς τὸ τάφρευμα ἀποφυγόντες· ὅσοι τε τοὺς προσμίξαντας σφίσιν ἰσχυρῶς ἀπεμαχέσαντο, καὶ οὐ πρότερόν γε ἔπεσον, πρὶν ἀμφίβολοι γενέσθαι· καὶ ἐκεῖνοι τὸ τεῖχος ἐπὶ πολὺ διέσωσαν, ὥστε μὴ πρότερον αὐτὸ ἁλῶναι, πρὶν πάντας σφᾶς ἐν ταῖς ἐκδρομαῖς ἀπολέσθαι. [188] τοσοῦτον δ' οὖν τὸ σύνολον τῶν Ῥωμαίων πάθος ἑκατέρωθεν ἐγένετο, ὥστ' ἀπορήσαντες ὅπως τὴν πόλιν, μὴ καὶ νυκτὸς [c] ἀποδράσωσί τινες, ἀποτειχίσωσιν, [189] αὐτὰ τὰ σώματα τῶν νεκρῶν αὐτῇ ἐρανίσαι.

Κρατήσας

[u] οὐκοῦν. additum ex V. a. & Med. [x] καταπηδήσαντες. sic V. a. & Med. melius, quam vulgo, καὶ πηδήσαντες. [y] συνιέναι. scribendum συνᾶναι, L. quidni ex σύναμι, congredior? ut προσιέναι. hoc μάχης κοινωνία deinde dicitur. [z] τοῦ τε. sic Med. τε vulgo deest. [a] τοῦ ex Med. vulgo desideratur. [b] αὐτοὺς. L. in edit. ἀυτοὺς, RS. HS. ἑαυτοὺς, V. a. [c] ἀποδράσωσι. ἐκδρῶσι, Med.

§ 184. (l. 51.) πηδήσαντες ἀπὸ τῶν ἵππων] Vellejus II. 55. *nullum unquam atrocius periculosiusque a Cæsare initum prælium, adeo ut plus quam dubio Marte descenderet equo, consistensque ante recedentem suorum aciem, increpita prius fortuna, quod se in eum servasset exitum, denunciaret militibus, vestigio se non recessurum: proinde viderent, quem, & quo loco, Imperatorem deserturi forent. Verecundia magis quam virtute acies restitutæ sunt, a Duce quam a milite fortius.* Cæsar ipse confessus est, sæpe dimicasse se pro victoria, nunc etiam de vita. ὅτι πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ καὶ περὶ ψυχῆς. App. II. civil. p. 493. Plutarchus Cæsare p. 734. Et Florus, postquam periculum hujus pugnæ, cedente præsertim veteranorum manu, narrasset IV. 2. 82. subjungit: *itaque ablegato equo, similis furenti primam in aciem Cæsar procurrit. Ibi prensare fugientes, confirmare, per totum denique agmen oculis, manibus, clamore volitare. Dicitur in illa perturbatione & de extremis agitasse secum, & ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu mortem vellet.*

§ 185. (l. 68.) Βογούας] Bogudes Mauritaniæ Rex, quem ipsum prælii socium se Cæsari junxisse dixit Dio. p. 231. E.

§ 186. (l. 70.) ὁ Λαβιῆνος] De quo p. 228. E.

§ 187. (l. 75.) οἱ μὲν ἐς τὴν πόλιν] In his qui Mundam confugerunt, ipse fuit Cn. Pompejus, teste Strabone III. pag. 141.

In urbem Mundam. Urbis nomen ipse adjeci, perspicuitatis caussa, ex libro de bello Hisp. quamvis Cordubam Appianus habeat, lib. II. & ipsam cadaveribus circumvallatam tradens. Sed Florus quoque lib. V. c. 2. de Munda hoc scribit, & Lucanus I. 40. *Ultima funesta concurrant prælia Munda.* XYL.

Quomodo τὴν πόλιν Dio Mundam dicat, quam in præcedentibus nondum memoraverat, haud capio. Videri possit cum Appiano Cordubam ante memoratam indicare, quam & mox a pugna, post Sexti ex ea fugam, expugnatam dicit, Munda deinde recepta. Sed anceps adhuc hæreo. REIM.

§ 188. (l. 82.) τοσοῦτον πάθος] Ceciderunt millia circiter triginta, Labienus etiam & Attius Varus, quibus occisis utrisque funus est factum. vide Hirtium c. 31. de bello Hisp. Plutarchum p. 734. qui Cæsarem mille ex suis viros fortissimos desiderasse scribit.

§ 189. (l. 85.) αὐτὰ τὰ σώματα τῶν νεκρῶν] Idem Hirtius c. 32. *Ex hostium armis pro cespite cadavera collocabantur, scuta*

A.U.C. 708 Cæsare Dict. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

38. Quanquam vero ipsi quoque pugnam obibant, neutris tamen sui ducis præsentia momenti quicquam attulit, sed quum eos una periculum subire viderent, ad longe majorem mortis contemptum, inferendæque adversæ parti cædis cupiditatem, excitati utrique sunt. Itaque neutri fugere, sed quia par animus utrisque erat, pugnam quoque æquis corporum viribus sustinebant. Quod nisi Bogud, qui extra aciem cum suis constiterat, se ad castra Pompeji capienda convertisset; profecto aut universi in acie cecidissent, aut nox incerta victoria prælium diremisset. Nunc, quum Labienus animadverso Bogudis instituto, ordine deserto, adversus eum contenderet; Pompejani eum fugere opinati, animis ceciderunt. Et quanquam ejus consilium postea cognovissent, tamen recipere se amplius non valuere, sed partim in urbem partim in castra fuga se propripuerunt. Qui in castra confugerant, hostem invadentem fortiter repulerunt; nec prius occubuerunt, quam parem hostibus cladem intulissent: qui vero in oppidum se receperant, diu id adversus hostem obtinuerunt, sic ut non prius caperetur urbs, quam omnes in excursionibus periissent. Enimvero generatim tanta útrinque Romanorum cædes eo prælio facta est, ut Cæsariani, quum dubitarent, quanam ratione urbem circumvallarent, ne quis noctu evaderet, ex ipsis cadaveribus aggerem comportarint.

39. Cæsar

A.U.C. 708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. & COS. III.

39. Cæsar victoria ad hunc modum potitus, Cordubam confestim, quia urbe Sextus ante ejus adventum excesserat, oppidanis deditionem facientibus, cepit; quanquam servi, quod manumissi essent, deditioni resisterent: quorum Cæsar iis, qui armati fuere, interfectis, reliquos vendidit: eodemque modo Hispali egit. Qui eam urbem tenebant, quum primo præsidium sibi a Cæsare impositum quasi volentes recepissent, post eo occiso bellum susceperunt. Cæsar cum exercitu eo profectus remissiorem aliquanto obsidionem instituit, ita ut effugiendi spem oppidanis ostentaret: quumque urbe eos egredi passus esset, per insidias interceptos occidit, atque ita urbem quoque sensim viris nudatam cepit. Post hæc Mundam quoque & cætera oppida, partim vi & ingenti resistentium cæde, partim deditione recepit: pecuniisque conficiendis ita intentum se præbuit, ut ne a donariis quidem, Gadibus Herculi consecratis, abstineret: agros etiam quibusdam ademit, aliis tributum auxit. Hæc in eos statuebat, qui rebellassent: quorum vero benevolentia usus erat, eos agris alios, alios immunitate, civitate nonnullos, aut jure coloniarum Romanarum donavit: quamvis hæc ipsa etiam non gratuito.

Κρατήσας δὲ οὕτως ὁ Καῖσαρ, καὶ [190] τὴν Κορδούβαν εὐθὺς ἔλαβεν. ὅ, τε γὰρ [d] Σέξτος οἱ προεξεχώρησε, καὶ οἱ ἐπιχώριοι, καίτοι τῶν δούλων ἀνθισαμένων σφίσιν, ἐπειδήπερ ἠλευθέρωντο, προσεχώρησαν αὐτῷ. καὶ ὃς τοὺς μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις ὄντας ἀπέσφαξε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐξηργυρίσατο. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τοὺς [191] τὴν Ἴσπαλιν ἔχοντας ἔδρασε· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὡς καὶ ἑκούσιοι Φρουρὰν παρ' αὐτοῦ ἐσεδέξαντο, ἔπειτα δὲ διαφθείραντες τοὺς ἐλθόντας ἐπολέμησαν. ἐπεστράτευσέ τε οὖν ἐπ' αὐτούς, καὶ ἀμελέστερον δῆθεν προσεδρεύων, ἐλπίδα σφίσιν ὡς καὶ διαφυγεῖν δυνησομένοις παρέσχε. κἀκ τούτου περιορῶν δὴ τοὺς ἐκ τοῦ τείχους ἐξιόντας, ἐκείνους τε ἐλόχιζε καὶ ἀπώλλυε, καὶ τὴν πόλιν οὕτως ἀνδρῶν καθ' βραχὺ ἐρημωθεῖσαν εἶλε· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ [192] τὴν Μούνδαν, καὶ τἆλλα, τὰ μέν, ἀκούσια, σὺν πολλῷ φόνῳ, τὰ δὲ, καὶ ἐθελούσια παρέλαβε· καὶ ἠργυρολόγησεν, ὥστε μηδὲ [193] τῶν τοῦ Ἡρακλέους ἀναθημάτων τῶν ἐν τοῖς Γαδείροις ἀνακειμένων φείσασθαι· χώρας τέ τινων ἀπεζέμετο, καὶ ἑτέροις τὸν φόρον προσεπηύξησε. ταῦτα μὲν τοὺς ἀνθιπολεμήσαντάς οἱ ἔδρασε. τοῖς δὲ εὐνοίάν τινα [e] αὐτοῦ σχοῦσιν ἔδωκε μὲν [f] καὶ χωρία καὶ ἀτέλειαν, πολιτείάν τέ τισι, καὶ ἄλλοις, [194] ἀποίκοις τῶν Ῥωμαίων νομίζεσθαι. οὐ μὴν καὶ πρεῖκα αὐτὰ ἐχαρίσατο. Καῖσαρ μὲν δὴ ταῦτα ἔπραττε.

40. Cæterum Pompejus fuga cladi elapsus ad mare pervenit, spe classis, quæ Cartejæ stabat, utendæ: sed quum eam ad victorem defecisse comperisset, spe evadendi navigium quoddam conscendit. Sed accepto ibi vulnere spem abjecit, iterumque ad continentem appulit: hinc receptis qui eo confluxerant nonnullis, ad loca mediterranea contendit: ibi quum in Cæsennium Lentonem incidisset, superatus; quum in silvam confugisset, periit. Didius autem, ejus rei ignarus, quum hinc inde vagaretur, ut cum Pompejo

Πομπήϊος δὲ διαφυγών πως ἐν τῇ τροπῇ, ἦλθε μὲν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ὡς καὶ τῷ ναυτικῷ τῷ ἐν τῇ [195] Καρτηΐᾳ ὁρμοῦντι χρησόμενος· εὑρὼν δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸν κραταιοῦντα ἀποκεκλικότας, ἐπέβη μὲν πλοίου τινός, προσδοκήσας ἐπ' αὐτοῦ διαδράσασθαι· πληγεὶς δὲ ἐν τούτῳ, καὶ ἀθυμήσας, τῇ τε γῇ αὖθις προσέσχε, κἀνταῦθα συνελθόντας τινὰς παραλαβὼν πρὸς τὴν μεσόγειαν ὥρμησε. καὶ αὐτός τε [b] Καισεννίῳ [196] Λέντωνι περιπεσὼν ἡττήθη, [197] καὶ ἐς ὕλην τινὰ καταφυγὼν ἐφθάρη. καὶ [198] ὁ Δίδιος ἀγνοῶν τε τοῦτο, καὶ πλανώμενος,

d Σέξτος δὲ προεξεχώρησε. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. apud RS. est προσεχώρησε. *e* αὐτοῦ. forte αὐτῷ, Od. utrumque in hac phrasi recte dicitur. *f* καὶ. ex Med. additum. *g* Καρτηΐᾳ. vulgo Βαρτίᾳ. Καρτίᾳ, V. a. & Med. Ἰβηρίᾳ, V. b. vide X. & F. *b* Καισεννίῳ. sic V. a. vulgo Κεσεννίῳ. eadem inconstantia librariorum in Καικίλιος & Κεκίλιος.

scuta & pila pro vallo: insuper occisi, & gladii, & mucrones, & capita, hominum ordinata, ad opidum (Mundam) *conversa, universa hostium in timorem, virtutisque insignia proposita ut viderent, & vallo circumcluderentur adversarii* &c. Ad Corduban hoc, non ad Mundam, factum falso tradit Appianus II. civil. p. 493.

§ 190. (l. 87.) τὴν Κορδούβαν] Hirtius c. 34. De Sexto Pompejo Corduba elapso infra XLV. p. 274. E.

§ 191. (l. 93.) τὴν Ἴσπαλιν ἔχοντας] Idem Hirtius c. 35. *præsidium vigilesque jugulant, portas præcludunt, de integro pugnare cœperunt.*

§ 192. (l. 2.) τὴν Μούνδαν καὶ τἆλλα] Narrat Hirtius c. 32. & 37. sq.

§ 193. (l. 5.) τῶν τοῦ Ἡρακλέους ἀναθημάτων] De pecuniis & ornamentis, quæ in fano Herculis Gadibus asservabantur, videndus Cæsar lib. II. de bello civil. c. 18. & 21.

§ 194. (l. 11.) ἀποίκοις τῶν Ῥωμαίων νομίζεσθαι] Jure Coloniarum Romanarum donavit. vide Ez. Spanhemii Orbem Romanum p. 72. sq. & quæ de Coloniis Hispanicis Cæsaris idem T. II. operis de Usu numismatum Diss. XIII. p. 600. sq.

§ 195. (l. 15.) ἐν τῇ Καρτηΐᾳ] Quod oppidum maritimum a Corduba distabat passuum millibus CLXX. teste Hirtio c. 32. qui c. 36. sq. refert, Cn. Pompejum a Cartejensibus dedendum Cæsari, occupasse naves longas triginta, sauciumque vehementer humero & sinistro crure profugisse, ut locum quendam munitum natura occuparet. Antea legebatur *Crantia* vel *Bartia*, vitiose, ut Nonio recte adnotatum. Atque Cartejam quoque apud Nic. Damascenum in Excerptis Valesianis p. 482. legendum pro Calpia, notat Freinshemius ad Flori IV. 2. 75. Conferenda erudita de Cartejæ veteris situ dissertatio in Transactionibus Philosophicis Angl. n. 359. pag. 903.

§ 196. (l. 21.) Κεσεννίῳ Λέντωνι] Hic est Lento Cæsennius, qui postea cum M. Antonio fuit, atque ut latro ac divisor Italiæ perstringitur a Cicerone XI. Philippica c. 6. & XII. c. 8. 9. Apud Florum IV. 2. 86. hic *Cesonius*.

§ 197. (l. 22.) καὶ ἐς ὕλην τινὰ καταφυγὼν ἐφθάρη] Captivorum indicio proditum Cn. Pompejum, tradit Hirtius c. 39. gravem vulnere inventum inter solitudines avias interemtum, Vellejus lib. II. c. 15. Appianus vero lib. II. civil. p. 494. οὐκ ἀγεννῶς ἀμυνόμενον, fortiter se defendentem, occubuisse scribit. Frater Sextus Pompejus fuga elapsus est, ut Livius, Plutarchus & alii notarunt.

§ 198. (l. 23.) ὁ Δίδιος] Qui Gadis classi præfuisset, teste Hirtio c. 37. a Lusitanis, qui ex pugna superfuerunt magna cum virtute cum compluribus interficitur, id. c. 40. De hoc C. Didio supra p. 229. B.

§ 199. (l. 34.) βλαστός τις ἐκ φοίνικος] Suetonius Augusto c. 94. *Apud Mundam D. Julius castris locum capiens, cum sylvam cæderet, arborem palmæ repertam conservari ut omen victoriæ jussit. Ex ea continuo enata suboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet modo matrem, verum etiam obtegeret, frequentareturque columbarum nidis: quamvis id avium genus duram & asperam frondem maxime vitet. Illo & præcipue ostento motum Cæsarem ferunt, ne quem alium sibi succedere quam sororis nepotem vellet.*

234 νος, ὡς καὶ συμμίξων που αὐτῷ, συνέτυχεν ἑτέροις τισί, καὶ ἀπώλετο.

jo alicubi manum consereret, in alios quosdam 25incidit, ab iisque occisus est.

A.U.C.708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. & COS. III.

Εἵλετο δ' ἂν καὶ ὁ Καῖσαρ [i] ἐκεῖ που τοῦ τρός γε τῶν ἔτι ἀνθεστηκότων, καὶ ἐν τῇ τοῦ πολέμου δόξῃ πεπλωκέναι μᾶλλον, ἢ ὅπερ οὐκ ἐς μακρὰν ἔπαθεν, ἔν τε τῇ βουλῇ, καὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ, τρὸς τῶν φιλτάτων σφαγῆναι. τοῦτον γὰρ τὸν πόλεμον τελευταῖον καλῶρθωσε, καὶ ταύτην τὴν νίκην ἐχαίτην ἀνείλετο· καίπερ οὐδὲν ὅ, τι οὐχὶ καὶ τῶν ἄλλων τῶν μεγίστων καλαπραξειν ἐλπίσας, διά τε τἆλλα, καὶ οὐχ ἥκιστα ὅτι [199] βλασός τις ἐκ Φοίνικος, ἐν τῷ τῆς μάχης χωρίῳ ὄλος, εὐθὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐξέφυ. καὶ οὐ λέγω μὲν [200] ὅτι [k] συνέφερέ πῃ τούτῳ, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ γε ἔτι, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ [l] ἐγγόνῳ τῷ Ὀκταουΐῳ. συνεστραλεύετό τε γὰρ αὐτῷ, καὶ ἐκ τῶν πόνων τῶν τε κινδύνων αὐτοῦ ἐκλάμψειν ἔμελλεν. ἀγνοῶν δ' ὅμως τοῦτο, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ ἔτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἐλπίζων, [m] οὐδὲν μέτριον ἔπραττεν, ἀλλ' ὡς καὶ ἀθάνατος ὢν ὑπερεφρόνησε.

41. Ac profecto Cæsar etiam, data optione, maluisset ibi locorum ab hostibus suis adhuc resistentibus, atque cum belli gloria, vitam amittere; quam in patria, atque in curia, ab hominibus sibi amicissimis trucidari: id quod ei non multo post evenit. Hoc enim postremum bellum ab eo confectum est, ultimamque hanc victoriam reportavit: quanquam plurimas alias res maximas se perfecturum speraret, cum aliis de causis, tum quod in eo loco, quo pugnatum fuerat, statim a victoria germen e palma enatum esset. Neque nego, præclari aliquid portendisse ostentum illud, verum non Cæsari quidem, sed Octavio, sororis Cæsaris nepoti, qui tunc cum Cæsare militabat, ex illius laboribus periculisque magnum splendorem consecuturo. Quod nesciens Cæsar, multaque sibi de se ipso ac præclara pollicitus, nihil moderate egit, sed quasi immortalis Deus esset, ita animo elatus est.

Τά τε γὰρ ἐπινίκια (καίτοι [201] μηδενὸς ἀλλοτρίου κρατήσας, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον πλῆθος πολιτῶν ἀπολέσας) οὐ μόνον αὐτὸς ἔπεμψεν, ἐν αὐτοῖς φάντα τὸν [202] δῆμον, ὡς καὶ ἐπὶ κοινοῖς τισιν ἀγαθοῖς, εὐθὺς ἐστιάσας, ἀλλὰ καὶ [203] τῷ Φαβίῳ, τῷ τε Κυΐντῳ, καίτοι [n] ὑποστρατηγήσασιν αὐτῷ, καὶ μηδὲν ἰδίᾳ [n] κατορθώσασι, διεσταλμένα ἐπέτρεψε. καὶ ἦν μέν που γέλως ἐπί τε τούτῳ, [204] καὶ ὅτι [o] ξυλίναις, ἀλλ' οὐκ ἐλεφαντίναις ἔργων τέ τινων εἰκόσιν, ἄλλοις τε τοιούτοις [p] πομπείοις ἐχρήσαντο· οὐ μὴν ἀλλ' ἐμφανέστατα τριτλά τε νικητήρια καὶ τριτλαῖ πομπαὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐποιήθησαν, καὶ πρόσετι καὶ [205] ἱερομηνίαι ἐπὶ πεντήκοντα ἡμέρας ἤχθησαν. τά τε [q] γὰρ [206] παρίλια ἱπποδρομίᾳ ἀθανάτῳ, οὕτιγε καὶ

42. Proinde triumphum (quum non modo de extraneo hoste nullo victoriam reportasset, sed tantum etiam civium numerum perdidisset) non ipse tantum duxit, populumque in eo universum, tanquam in communi quadam felicitate, iterum prandio excepit; sed Fabio etiam, Pedioque, legatis suis, qui nihil præclari propriis auspiciis gesserant, triumphandi potestatem fecit. Quæ res & per se risum multum excitavit, & quod illi operum imaginibus ferculisque nonnullis, non eburneis, sed ligneis, utebantur. Nihilominus palam triplex triumphus, triplexque pompa Romæ de victoria Hispaniensi habita est: & supplicationes insuper quinquaginta dierum actæ. Atque adeo Palilia Circensibus ludis perennibus cohonestata

i ἐκεῖ που. sic Med. που abest ab editis, qua tamen particula ægre caret sententia. *k* ὅτι συνέφερε πῃ τούτῳ. ὅτι οὐκ ἔφερε πῃ τοῦτο, Casaub. optime. vid. §. 200. *l* ἐγγόνῳ. rectius ἐκγόνῳ scribitur pro *nepote*, L. nimirum vocabulo ἔγγονος infestus Leunclavius innumeris locis sic corrigit in margine; cum tamen Hesychius, Pollux, alique id probent, nec si singulare Dioni esset, ideo rejici deberet. *m* οὐδὲν μέτριον ἔπραττεν. ita cod. Med. ap. Gronov. p. 84. & V. a. vulgo οὐδὲν ἔπραττεν, quæ non satis facere scopo, quivis videt. *n* ὑποστρατηγήσασιν, & deinde κατορθώσασι. nescio quid in mentem venerit possessori quondam codicis Turnebi, qui ὑποστρατηγήσαντι, κατορθώσαντι, ad marginem scripsit. nam p. 229. A. στρατηγοὶ ambo vocantur. *o* ξυλίναις. καὶ ξυλίναις, Med. *p* πομπείοις. ita legendum esse pro πομπηΐοις, jam RS. annotavit, nec dubitarunt textui vindicare HS. & L. *q* τά τε γὰρ παρίλια ἱπποδρομίᾳ ἀθανάτῳ, οὕτιγε καὶ. sic V. a. probe. nam vulgata hæc παρίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτων, οὕτιγε &c. nullum idoneum sensum habent. ἱπποδρομίᾳ ἀθανάτῳ scribendum esse viderat jam L. qui erudite explicat cur ἀθάνατος dicatur. sed παλίλια necessario scribendum esse, illi non assentior. nam & παρίλια infra p. 273. A. & sic alii scriptores. οὕτιγε etiam Med.

§ 200. (l. 36.) ὅτι συνέφερέ πῃ τούτῳ] Vir summus Isaacus Casaubonus ad laudatum locum Suetonii legit: ὅτι οὐκ ἔφερέ πῃ τοῦτο. Sic, inquit, accipiunt verbum φέρειν Græci, pro σημαίνειν vel φέρειν τέκμαρσιν, ut loquitur Dio lib. XLV. Idem lib. L. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πάντας αὐτοὺς ἔφερε. lib. XLVI. ἐς πάντας ὁμοίως ἤνεγκεν. Et paulo ante ἐς μόνον ἂν αὐτὸν ἔτεινεν. Philostratus in Apollonii vita lib. VIII. ἂς νεώτερον ἔφερεν ἡ διοσημία.

§ 201. (l. 45.) μηδενὸς ἀλλοτρίου κρατήσας] Notum est, de bellis externis tantummodo triumphum fuisse veteri more ac lege Romana concessum, unde bella civilia Lucano in limine operis dicuntur, *nullos habitura triumphos*. vide Freinshemium ad Flori III. 22. 10. Itaque Plutarchus in Cæsare p. 734. notat, triumphum huncce de Pompeji liberis, tristem & acerbum Romanis accidisse. Mentio quinti istius de Hispania triumphi Cæsaris apud Livium Epitome libri 116. Sueton. Cæsare c. 37. & Vellejum lib. II. c. 56. falliturque Florus, qui quartum triumphum cum hoc quinto confundit IV. 2. 89. *Quartus Jubam & Mauros & his subactam ostendebat Hispaniam. Pharsalia & Thapsus & Munda nusquam.*

§ 202. (l. 48.) δῆμον αὐθις ἑστιάσας] Vellejus lib. II. c. 56. *epuli per multos dies dati celebrationem* memorat. De priore epulo supra p. 224. C.

§ 203. (l. 49.) τῷ Φαβίῳ τῷ τε Κυΐντῳ] De duobus hisce Cæsaris in Hispania legatis Q. Fabio Maximo & Q. Pedio supra p. 229. A.

§ 204. (l. 53.) καὶ ὅτι ξυλίναις] Quintilianus VI. 3. *Chrysippus* (Vettius Cyri architecti libertus) *cum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata, & post dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas esse oppidorum Cæsaris dixit.* Mirum vero, quod Vellejus non Hispaniensis sed Africi triumphi apparatum sive fercula ex ebore fuisse scribit lib. II. c. 56. *Quinque egit triumphos Cæsar, Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit.*

§ 205. (l. 57.) ἱερομηνίαι] Supplicationes per dies quinquaginta, uti per quadraginta supra p. 202. A.

§ 206. (l. 59.) παρίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτων] Palilia celebrata XI. Kal. Maj. in memoriam conditæ urbis, quo die festo ludi agebantur equestres, atque Circensi pompa in thensis

Cæsare Dict. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

nestata fuere, non eam ob causam, quod is dies natalis urbis erat, sed quod nuntius de hac victoria Cæsaris pridie ejus diei sub vesperam fuerat allatus.

καὶ διὰ τὴν πόλιν, ὅτι ἐν αὐλοῖς ἔκλισε, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Καίσαρος νίκην, ὅτι ἡ ἀγγελία αὐτῆς τῇ προτεραίᾳ πρὸς ἑσπέραν ἀφίκετο, ἐτιμήθη.

43. Hæc urbi Cæsar dedit, ipse ex senatusconsulto vestem triumphalem omnibus ludis gestavit, semperque & ubique laurea corona fuit ornatus: quod ea factum specie, quia recalvaster esset: præbuit tamen hoc nomine obtrectationi materiam, quod licet majore jam natu, formæ adhuc studeret. Nam & fluxiori semper veste luxuriabatur, quin & postea interdum calceamentis altioribus & coloris rubri utebatur, more regum, qui Albæ quondam regnarunt, ut qui propter Iulum ipsos genere contingeret: Venerem vero omnino totus colebat, a qua se etiam formæ quandam venustatem habere, persuadere omnibus conabatur. Igitur Venerem armatam annulo insculptam gestabat, eaque tessera in summis plerumque periculis utebatur. Certe fluxam ejus cincturam Sylla quoque suspectam habuit, ita

Τοῦτο μὲν δὴ τῇ Ῥώμῃ ἔδωκεν· αὐλὸς δὲ [207] τήν τε στολὴν τὴν [r] ἐπινίκιον ἐν πάσαις ταῖς πανηγύρεσι καθ' ὁράσεως ἐνεδύετο, καὶ τῷ στεφάνῳ τῷ [s] δαφνίνῳ ἀεὶ καὶ παντάχοθεν ὁμοίως ἐκοσμεῖτο. καὶ πρόφασιν μὲν ἐποιεῖτο τοῦτο, [208] ὅτι ἀναφαλαντίας ἦν· παρεῖχε δὲ καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐκείνου λόγον τινὰ, [t] καὶ τότε ἔτι, καίπερ [209] παρηβηκὼς, [210] ἐς κάλλος ἤσκει. τῇ τε γὰρ [211] ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο· καὶ τῇ [212] ὑποδέσει " καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ, [213] κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἀλεξ[ά]νδρείᾳ γενομένους, [214] ὡς καὶ προσήκων σφίσι διὰ [x] τὸν Ἰοῦλον, ἐχρῆτο. τό, τε ὅλον [215] τῇ γε Ἀφροδίτῃ πᾶς [y] ἀνέκειτο· καὶ πείθειν πάντας ἤθελεν, ὅτι καὶ ἄνθος τι ὥρας ἀπ' αὐτῆς ἔχει· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ [216] γλύμμα αὐτῆς ἔνοπλον ἐφόρει, καὶ σύνθημα αὐτὴν ἐν τοῖς πλείστοις [217] καὶ [z] μεγίστοις κινδύνοις

ita

[r] στολὴν τὴν ἐπινίκιον. *Basilikèn stolèn* vocat Xiph. [s] δαφνίνῳ. ita & Xiph. sed ap. Robertum male δαφνίῳ. [t] καὶ τότε ἔτι, καίπερ &c. hæc transposita & nonnihil immutata. scribendum: ὅτι καὶ τότε, καίπερ &c. L. [u] καὶ τῇ ὑποδέσει καὶ μετὰ ταῦτα. varie sollicitatus est hic locus. Punctum post ὑποδέσει ponunt editiones Dionis omnes, itemque Casaubonus, & Bynæus. Sed Ferrarius, Salmasius ad Vopisci Aurelianum p. 588. item Nilantus ad Balduinum, post ἐνηβρύνετο comma ponunt. ego colon malui, quoniam sequentia proprium habent verbum ἐχρῆτο. sed mutat etiam Salmasius: καὶ τῇ ὑποδέσει κεχλιδῇ, ἐνίοτε &c. quod ut nimis recedit a μετὰ ταῦτα, ita propius Bynæus: τῇ ὑποδέσει. καὶ μὲν ταύτῃ ἐνίοτε &c. sed nihil mutandum. τότε ἔτι & καὶ μετὰ ταῦτα opponuntur. Marcilius apud F. καὶ τῇ ὑποδέσει καὶ ταύτῃ μὲν ἐνίοτε. [x] τὸν Ἰοῦλον. sic X. Casaub. F. vulgo Ἰούλιον. ceterum προσήκων, pro προσῆκον scribendum recte judicavit T. & Casaub. quos secuti sumus. [y] ἀνέκειτο. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. & ni fallor etiam V. a. sed ἀνεκινᾶτο cum V. b. habet RS. male. [z] καὶ μεγίστοις κινδύνοις ἐποιεῖτο. vox κινδύνοις vulgo desideratur, hic restituta ex cod. Med. ap. Gronov. p. 85. & V. a.

sis simulacra Deorum θεᾶς ἀγάλματα, infra p. 236. B. præferebantur. Vide Pitiscum in *Palilia & Ludi.* & Dionem infra XLV. p. 273. A. Geminum autem est quod Caligulæ a senatu decretum refert Suetonius c. 16. *ut dies quo cœpisset imperium Palilia vocaretur, velut argumentum rursus conditæ urbis.*

ἱπποδρόμια ἀθανάτων quidvis aliud potius esse videmus, quam *ut diis immortalibus sacra fierent*, quemadmodum interpres loquitur. Ceterum ἱπποδρόμια, *ludi Circenses* sunt, etiam Eclogæ librorum Basilicorum de jure Romano nostræ, ἀθάνατος ἱπποδρομία, *ludi Circenses perennes & immortales*, hoc est perpetuo celebrandi. Sic etiam ἀθάνατος πρόσοδος Dioni nostro LII. p. 483. f. *reditus* est *immortalis* h. e. perpetuus & perennis. Alibi dixit ἱερομηνίαν ἀΐδιον, eodem sensu, quo ἀθάνατον ἱερομηνίαν, pro *supplicatione perenni* lib. XLIX. p. 400. f. quo loco Xylander *anniversariam* reddidit. Item βουλὴ ἀΐδιος lib. LIV. p. 526. p. Recentiori denique historico Græco non ineleganti, Cedrino, quem ipsum quoque Xylander interpretatus est, quidam Græcorum Imperatorum στρατιῶται sunt ἀθάνατοι, *milites immortales*; quos ego quinam essent, quum ex interprete non adgnoscerem, interrogare Cpoli Theodosium Zygomalam Patriarchicum Protonotarium, memini, virum inter hujus ævi Græcos facile doctrina principem: isque mihi sic eos interpretabatur, quibus decedentibus alii semper ita sufficerentur, ut numerus idem maneret, atque ipsi eadem ratione viderentur esse immortales; uti fieret in Turcicis legionibus *Genitzgrorum*, qui vere propterea dici possent ἀθάνατοι. Hæc eo commemoranda duxi, quod etiam apud Dionem nostrum lib. LII. p. 482. f. in consultatione Mæcenatis ad Augustum, & lib. LVI. p. 595. lin. ult. στρατιῶται ἀθάνατοι reperiantur, prorsus eadem ex causa sic appellati. Referebat etiam Zygomalas idem, Turcos instituisse στρατιώτας ἀθανάτους, exemplo Macedonis illius Alexandri M. sed ipse potius eos in hoc Romanos & Græcos Imperatores sub Romanorum nomine, velut decessores in eodem Imperio suos, crediderim æmulatos, ut etiam in aliis rebus plurimis quas sparsim *Pandectes Turcicus* noster indicat. LEUNCL.

§ 207. (l. 65.) τήν τε στολὴν τὴν ἐπινίκιον] Vestis triumphalis, erat toga purpurea, palmata, sive picta, intextis ex auro palmæ ramis, clavisque sive lineis aureis distincta. Hoc ornatu triumphali uti etiam extra triumphum, Cæsari decretum ex SCto. καὶ θύειν μὲν αὐτὸν ἀεὶ τριαμβικῶς ἠμφιεσμένον, inquit Appianus II. civil. p. 494. Dio infra XLIV. p. 242. B. 275. E. περιπόρφυρα ἱμάτια vocantur p. 357. C. Iconem referunt numi Augusti. vide Pricæum ad Apologiam Apuleji p. 71.

§ 208. (l. 68.) ὅτι ἀναφαλαντίας ἦν] Suetonius c. 45. cum dixisset *calvitii deformitatem* iniquissime tulisse Cæsarem, quod sæpe obtrectatorum jocis obnoxiam fuisset expertus, subjungit, ex omnibus decretis sibi a senatu populoque honoribus non aliud aut recepisse aut usurpasse libentius, quam *jus laureæ perpetuo gestandæ.* Quanti autem illud fuerit honoris, conjecturam facere licet ex eo quod Pompejo illud datum diebus festis p. 39. Augusto in aliorum triumphis hoc licere p. 366. B. & deinde διὰ πασῶν πανηγύρεων p. 457. C. Ad illos porro obtrectatorum in Cæsarem jocos pertinet quod in Gallico triumpho acclamatum a militibus narrat idem Suetonius c. 51.

Urbani servate uxores, mœchum calvum adducimus.

Nimirum capillos ex Veneris intemperantia defluere ajunt medicorum filii, & Romæ per publicum incedentes pileo vel alio capitis tegmine non utebantur, igitur Caligula incedente per publicum, qui itidem circa verticem calvus erat, prospicere ex superiore parte criminosum & exitiale habebatur, teste eodem Suetonio Caligula c. 50.

§ 209. (l. 70.) παρηβηκὼς] Infra p. 235. C. γέρων ἤδη ὤν. ubi dicta si placet vide.

§ 210. (l. 71.) ἐς κάλλος ἤσκει] Huc refer quod Suetonius c. 45. de Cæsare: *circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiam.* Quod vero παρηβηκότα, atque infra p. 235. C. γέροντα Cæsarem Dio appellat, ad ætatem ejus pertinet, qui cum bellum gereret Hispaniense, annos jam habebat quinque & quinquaginta, natus A. U. C. 653. Juniores autem apud Romanos usque ad annum quadragesimum sextum computabantur vel quinquagesimum. vide quæ viri docti ad Gellium lib. X. c. 28.

§ 211. (l. 71.) ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ] Suetonius c. 45. Etiam cultu notabilem ferunt. Usum enim lato clavo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. infra p. 235. A. τὸ χαῦνον τοῦ ζώματος. vide Albertum Rubenium lib. II. de re vestiaria Rom. c. 13.

§ 212. (l. 72.) ὑποδέσει ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ] Hujus loci sensum pulchre vidit Casaubonus ad laudatum Suetonii locum, quem in versione sum secutus. Calceamentis altiusculis ita usus Augustus, eodem Suetonio c. 73. teste, *ut procerior quam erat videretur.* vide quæ viri docti ad hæc Vopisci in Aureliano

κινδύνοις ἐποιεῖτο. [218] τὸ δ' οὖν χαῦνον [a] τοῦ ζώμαλος αὐτοῦ ὁ μὲν Σύλλας ὑπελόπησεν, ὥστε καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἐθελῆσαι, τοῖς τε ἐξαιτησαμένοις [b] εἶπεν ὅτι, "Ἐγὼ μὲν χαριοῦμαι τοῦτον ὑμῖν, ὑμεῖς μέντοι καὶ "πάνυ τοῦτον τὸν κακῶς ζωννύμενον φυλάττεσθε. „ [219] ὁ δὲ Κικέρων οὐ συνενόησεν, ἀλλὰ καὶ σφαλεὶς ἔφη ὅτι, "Οὐκ ἄν ποτε προσεδόκησα τὸν κακῶς οὕτω ζων- "νύμενον Πομπηίου κρατήσειν. „ τοῦτο μὲν οὖν ἐν ἐκβολῇ τοῦ λόγου, ὥστε μηδένα μηδὲν τῶν περὶ τοῦ Καίσαρος λεγομένων ἀγνοῆσαι, διέγραψα.

ita ut neci etiam Cæsarem destinaverit, deprecantibus autem pro eo responderit; se quidem hunc ipsis concedere, verum ipsi a male præcincto isthoc sibi caverent. Quod quum Cicero non induceret in animum, deceptus opinione sua; "Nunquam, „ inquit, "putabam fore, ut ab hoc, ita male cincto, Pompejus vinceretur. „ Id per digressionem quandam commemorandum duxi, ne quid eorum, quæ de Cæsare feruntur, ignoraretur. A.U.C.708 Cæsare Dict. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

Ἐπὶ δὲ δὴ τῇ νίκῃ ἐκείνᾳ τε, ὅσα εἶπον, ἡ γερουσία ἔγνω, καὶ προσέτι αὐτόν τε [220] ἐλευθερωτὴν [c] καὶ ἐκάλουν καὶ ἐς τὰ γραμματεῖα ἀνέγραφον, καὶ [221] νεὼν Ἐλευθερίας δημοσίᾳ ἐψηφίσαντο. [222] τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐ καθὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, [223] ὥσπερ ἄλλοι τε [d] καὶ ἐκεῖνος ὡς πολλάκις ἐκ τῶν πολέμων ἐπεκλήθησαν, οὐδ' ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες, ὠνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δή, τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος [e] ἔχουσι διδόμενον, ἐκείνῳ

44. Porro senatus non hæc modo, quæ demonstravi, propter victoriam Cæsaris decrevit, sed Liberatorem & vocavit, & in fastis perscripsit: censuit etiam Libertati ædem publice exstruendam. Iam & Imperatoris nomine appellarunt; non antiqua tantum pro consuetudine, qua id cum alii, tum ipse quoque sæpius, ex bello reportaverant; neque ea ratione, qua illi, qui summam rei gerendæ administrationem aut aliam quandam potestatem accipiebant, imperatores dicti sunt; sed eo modo, quo nunc iis, qui summum imperium

a χαῦνον τοῦ ζώμαλος. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. sed apud RS. Xiph. V. a. b. male σώμαλος legitur. *b* ἔπεν. εἶπεν Xiph. recte, L. cohæret cum ὑπελόπησεν. *c* καὶ ἐκάλουν. inducatur illud καί, nam abundat, X. minime vero: nam opponitur καὶ ἐς τὰ γραμματεῖα ἀνέγραφον, & alioquin admodum liberalis est hac in particula Dio. *d* καὶ ἐκεῖνος ὡς πολλάκις. hæc transponenda, καὶ ὡς ἐκεῖνος πολλάκις, L. non opus videtur hac transpositione. ὡς πολλάκις dicitur ut ὡς πλήθει, ὡς ἐπίπαν &c. *e* τὸ κράτος ἔχουσι. τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσι, Xiph. quod satis Dioneum est.

no c. 49. *Calceos mulleos & cereos & albos & hederacios viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.* Mullei iidem sunt punicei a colore mulli pisces ita dicti, de quibus Vossius lib. IV. theologiæ gentilis c. 5. vide sis etiam Albertum Rubenium lib. II. de re vestiaria c. 1. Antonium Bynæum lib. I. de calceis Hebræorum, c. 3. n. 10. & Joh. Fridericum Nilant ad Benedictum Balduinum de calceo c. 10. p. 76. sq. Theodorus Marcilius apud Dionem legit καὶ τῇ ὑποδέσει καὶ ταύτῃ μὲν ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ &c.

§ 213. (l. 74.) καθὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν Ἄλβῃ] Festus: *Mulleos genus calceorum ajunt esse, quibus Reges Albanorum primi, deinde patricii usi sunt.* Regum itaque Albanorum, ut notat Casaubonus, insigne quondam fuere calcei punicei, ut Imperatorum novæ Romæ πέδιλον ἐρυθρὸν sive φοινικοβαφές, quod ex Zonara, Niceta aliisque constat. vide Theodorum Marcilium ad hæc Persii V. 169. *solea puer objurgabere rubra.*

§ 214. (l. 75.) ὡς καὶ προσῆκων σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον] Sic locum Dionis emendandum pulchre idem Casaubonus monuit. Ab Iulo Æneæ filio Alba condita, ut ex Livio aliisque tralaticium. Ad Æneam & Iulum genus Cæsar suum referebat, ut dictum ad lib XLI. p. 169. B.

§ 215. (l. 76.) τῆγε Ἀφροδίτη] Æneas Veneris & Anchisæ filius, Iulus nepos. Quantum Veneri tribuerit Cæsar passim ostendit, etiam templo ei condito, de quo p. 225. A.

§ 216. (l. 79.) γλύμμα αὐτῆς ἔνοπλον] De Venere armata videndus eruditissimus Burmannus ad Quintiliani lib. II. c. 4. p. 143. de Venere victrice Paulus Petrusi T. II. numism. p. 366. sq. Cæsaris annulo postea usus Augustus. infra p. 351. E.

§ 217. (l. 80.) καὶ μεγίστοις κινδύνοις] Narrat Appianus, Cæsari in pugna Pharsalica tesseræ militaris loco fuisse Venerem victricem II. civil. p. 475. nec non in prælio ad Mundam pag. 493.

§ 218. (l. 81.) τὸ χαῦνον τοῦ ζώμαλος] Suetonius c. 45. ait, a fluxiore Cæsaris cinctura emanasse Sullæ dictum, optimates sæpius admonentis, *ut male præcinctum puerum caverent.* Idem c. 1. refert, Sullam cum deprecantibus amicissimis & ornatissimis viris aliquamdiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse, *vincerent ac sibi haberent, dummodo scirent, cum quem incolumem tantopere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum: nam Cæsari multos Marios inesse.*

§ 219. (l. 86.) ὁ δὲ Κικέρων] Macrobius lib. II. Saturnal. c. 3. *in Cæsarem quoque mordacitas Ciceronis dentes suos strinxit. Nam primum post victoriam interrogatus cur in electione partis errasset, respondit: præcinctura me decepit, jocatus in Cæsarem, qui ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam velut mollis incederet.*

§ 220. (l. 92.) ἐλευθερωτὴν] Adeo vera rerum vocabula amiserant, ut quem auctorem servitutis, & eversorem reipublicæ noverant omnes, appellarent nomine Liberatoris. Sic triumviris post immanem proscriptionem tributum nomen σωτήρων atque εὐεργετῶν. infra p. 334. D. Sic postea frequens in Imperatorum numis *Libertas publica. Libertas restituta. Libertas populi Romani.* Et Augustus *Libertatis P. R. vindex.* Vespasianus *Adsertor libertatis publicæ*, apud Ezech. Spanhemium Diss. 13. de usu numismatum T. II. p. 528. Refert Appianus, effigies Cæsaris propositas querna corona civica ornatas ὡς σωτῆρι τῆς πατρίδος tanquam servatori patriæ II. civil. p. 494. sed brevi tempore interjecto jam interfectoribus ejus datum Liberatorum nomen, infra p. 257. E.

§ 221. (l. 94.) νεὼν Ἐλευθερίας] Templum Libertatis condi etiam fecerat Clodius supra XXXVIII. p. 70. C. & XXXIX. p. 97. A. Aliam ædem Libertatis, quam T. Gracchi pater ex multatitia pecunia faciendam curaverat, Livius XXIV. 16. memorat. Libertatis effigies in foro posita post Seiani supplicium. infra p. 629. B.

§ 222. (l. 95.) τό, τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα] Insignis hic locus de Imperatoris appellatione ejusque sensu triplici, qua 1) pro duce exercitus, 2) pro cognomine ejus qui victoriam insignem ab hoste reportavit, ut p. 48. A. 341. D. 514. E. 567. E. 582. B. 657. A. 670. D. in quolibet bello non nisi semel, infra LX. p. 679. C. totiesque Imperator est ex quot bellis victor rediit: & 3) pro summæ in omnes copias Romanas potestatis Principis prænomine accipitur. vide quæ viri docti ad Sueton. c. 76. Raphael Fabrettum ad columnam Trajanam p. 89. Dionem infra p. 508. A. 544. E. 552. B. Erhardum Reuschium tribus de Imperatoris titulo Dissertationibus Helmst. 1728. Ezech. Spanhemium ad Juliani Orationem I. p. 150.

§ 223. (l. 96.) ὥσπερ ἄλλοι καὶ ἐκεῖνος ὡς πολλάκις] Sic de C. Antonio notaverat Dio XXXVII. p. 48. A. & de Pompejo M. XLI. p. 177. E. & de M. Antonio L. p. 434. B. atque de Augusto quem semel atque vicies Imperatorem dictum refert LIII. p. 494. A. M. Antonius septimum Imperator p. 806. E. Etiam Cæsar in bello Hispaniensi Corduba potitus Imperator est appellatus, teste Hirtio c. 19. Idem sæpius actum in bellis superioribus, & in numis Imperatorem quartum, quintum & sextum appellari, jam notavit Illustris Spanhemius T. II. Dissert. 12. de usu numismat. p. 404. Tribus in uno bello tributum imperatoris nomen, infra XLVI. p. 316. B.

A.U.C. 708 Cæsare Dictat. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

rium obtinent, id nomen tum Cæsari primo, & quidem cæteris præmissum, tanquam nomen aliquod ipsi proprium, tribuerunt. Eo etiam adulationis progressi sunt, ut filios quoque ejus, nepotesque, ita nominari juberent, quum neque filium ipse ullum haberet, & jam senex esset. Id vero nomen imperatoris a Julio, quemadmodum etiam Cæsaris nomen, tanquam peculiare summi imperii cognomentum, ad omnes deinceps imperatores dimanavit: non tamen sublata antiqua hujus nominis ratione, sed utraque integra. Itaque iterum imperatoris nomen eis tribuitur, qui victoriam eo dignam obtinuere. Imperatoris igitur appellatione, sicut reliquis, omnes imperatores eodem semper modo, & hac quidem primo loco, utuntur; qui vero in bello rem eo cognomento dignam gessit, is pariter ex antiqua consuetudine imperatoris titulum adsciscit: unde fit, ut quis secundo, tertio, ac toties omnino quoties id mereatur, imperator cognominetur. Præter jam dicta, ædes præterea publicæ Cæsari ex decreto habitandæ concessæ sunt: & quoties victoria reportaretur, ut singularis supplicatio, & in ea sacrificium fieret: ac, ne quis militiæ imperium una cum Cæsare habere, aut rei confectæ partem sibi vendicare auderet.

ἐκείνῳ τότε πρώτῳ τε καὶ πρῶτον, [224] ὥσπερ τι κύριον, *f* προσέθεσαν. καὶ τοσαύτῃ γε ὑπερβολῇ κολακείας ἐχρήσαντο, ὥστε καὶ τοὺς παῖδας τούς τε *g* ἐγγόνους αὐτοῦ ὅλῳ καλεῖσθαι ψηφίσασθαι, [225] μήτε τέκνον τι αὐτοῦ ἔχοντος, καὶ [226] γέροντος ἤδη ὄντος. ὅθεν περ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορας *h* τῇ ἐπικλήσει αὐτῇ, ὥσπερ τις ἰδίαν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν οὖσαν, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος, ἀφίκετο. οὐ μέντοι καὶ τὸ ἀρχαῖον ἐκ τούτου κατελύθη, ἀλλ' ἔστιν ἑκάτερον· καὶ διὰ τοῦτο καὶ δεύτερον ἐπ' αὐτῶν ἐπάγεται, [227] ὅταν νίκην τινὰ τοιαύτην ἀνέλωνται. [228] οἱ μὲν γὰρ *i* αὐτὸ τοῦτο αὐτοκράτορες, ἅπαξ τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ, ὥσπερ *ii* ἐν ταῖς ἄλλαις, καὶ πρώτῃ γε χρῶνται· οἷς δ' ἂν καὶ διὰ πολέμων ἄξιόν τι αὐτῆς *k* καλορθωθῇ, ὗτοι δὴ καὶ ἐκείνην τὴν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου προσλαμβάνουσι. κἂν τούτου καὶ δεύτερον τις καὶ τρίτον, πλεονάκις τε, ὁσάκις ἂν παράσχῃ οἷ, αὐτοκράτωρ ἐπονομάζεται. ταῦτά τε οὖν τότε τῷ Καίσαρι, καὶ οἰκίαν, ὥστε [229] ἐν τῷ δημοσίῳ οἰκεῖν, ἱερομηνίαν τε ἐξαίρετον, [230] ὁσάκις ἂν νίκη τέ τις συμβῇ, *l* καὶ θυσίαν ἐπ' αὐτῇ γίγνεσθαι· καὶ μήτε συστρατεῦσαί τινα, μήθ' ὅλως ἐπικοινωνῆσαι τῶν καταπραχθέντων, ἔδοσαν.

45. Enimvero hæc omnia, etsi nimia ac insolentia ipsis esse videbantur, tamen cum statu populari reipublicæ poterant consistere: alia autem decreta sunt ei, quibus solum rerum dominum palam eum declaravere. Quippe omnes magistratus ejus potestati, etiam tributis comitiis creari solitos, permiserunt; ipsumque consulem ad decennium

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν εἰ καὶ ὑπέρογκα ἔξω τε τοῦ καθεστηκότος σφίσιν ἐδόκει εἶναι, οὔτιγε καὶ ἀδημοκράτητα ἦν· ἕτερα δὲ δὴ τοιάδε ἐψηφίσαντο, δι' ὧν καὶ μόναρχον αὐτὸν ἄντικρυς ἀπέδειξαν. τάς τε γὰρ ἀρχὰς αὐτῷ [231] καὶ τὰς τοῦ πλήθους ἀνέθεσαν, καὶ [232] ὕπατον αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἔτη, *ll* ὥστε καὶ δικτάτωρα πρότερον, προεχειρίσαντο ἀεί-

236

D

E

f προσέθεσαν. προέθεσαν, Casaub. vid. F. § 224. statim τοσαύτῃ γε, HS. L. τοσαύτῃ τε, RS. & sic sæpius. *g* ἐγγόνους. ἐκγόνους, L. marg. sic p. 494. A. *h* τῇ ἐπικλήσει αὐτῇ. ἡ ἐπίκλησις αὕτη, L. *i* αὐτὸ τοῦτο. suspectum mihi est. an μετὰ ταῦτα, ut paulo ante? vel ἄχρι τούτου? *ii* ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις. ὥσπερ ἂν ταῖς ἄλλαις, L. *k* καλορθωθῇ, ὗτοι δή. pro his tribus, unum καλορθώσωσι est in Med. *l* καὶ θυσίαν ἐπ' αὐτῇ γίγνεσθαι. καὶ θυσίαν ἐπ' αὐτῇ γίγνωνται, V. a. & Med. quasi cohæreat. *ll* ὥστε. forte ὡς.

§ 224. (l. 2.) ὥσπερ τι κύριον προσέθεσαν] Propemodum assentior Casaubono προέθεσαν scribenti ad Sueton. c. 76. ubi *prænomen Imperatoris* Cæsari datum testatur. Non tamen necessarium existimavi vulgatam scripturam mutare.

§ 225. (l. 6.) μήτε τέκνον τι αὐτοῦ] Non meminit Dio, vel non memorandum putavit Cæsarionem, quem ex Cæsare Cleopatra concepisse prædicabat, interemtum postea ab Augusto. Sueton. c. 17. Præterit etiam quod adoptari a Cæsare possent, & in eos quoque decretum valebat, ut colligas ex lib. XLIV. p. 243. A.

§ 226. (l. 7.) γέροντος ἤδη ὄντος] γέροντα appellat Dio, ut supra p. 234. E. παρηβηκότα, nondum natum ultra annos quinquaginta quinque: sed ex Gellii X. 28. constat, ad annum quadragesimum sextum juniores, supraque eum annum seniores nuncupatos esse. πενηκοντούτης Cæsar infra p. 243. E.

§ 227. (l. 13.) ὅταν νίκην τινὰ τοιαύτην] Victoria debebat esse ejusmodi in qua sex millia amplius hostium vel decem millia cæsa essent. Diodorus Siculus lib. XXXVII. apud Photium cod. 244. p. 638. (vel 1183.) ὅτι ἔθος ἦν τοῖς Ῥωμαίοις στρατιώτας, ἡνίκα ὁ στρατηγὸς αὐτῶν σὺν αὐτοῖς μάχῃ πρός τινας τῶν πολεμίων συμπλακεὶς, ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους τῶν ἐχθρῶν ἐφάνετο ἀνελὼν, ἀυτοκράτωρα αὐτὸν ἀναγορεύειν καὶ ἀποκαλεῖν, ὅ ἐστι βασιλέα. Appianus II. civil. p. 455. τήνδε τὴν τιμὴν οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο, νῦν δ' ὅρον εἶναι τῇδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι, τὸ μυρίους πεσεῖν. Minore tamen etiam numero hostium cæso, titulum Imperatoris duci tributum notavit Dio supra XXXVII. p. 48. A. & Raphaël Fabrettus ad Columnam Trajanam observat ex Ciceronis Philippica XIV. c. 4. & 5. Similiter cum receptum esset, ex uno bello, sicut unum triumphum, ita cognomentum Imperatoris semel tantum tribui: tamen Dio, sive ex illo Xiphilinus LX. p. 679. C. testatur Claudium ex uno bello aliquoties Imperatorem appellari se passum esse.

§ 228. (l. 14.) οἱ μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο αὐτοκράτορες] Frequens hoc in Imperatorum numis, ut in Claudii, Imperator XXVII. in Theodosii junioris, Imperator XXXXII. nec minores numeros passim in aliis Cæsaribus obvios referam, quos apud Mediobarbum licet videre. Augustus Imperator XXI. infra LIII. p. 494. A.

§ 229. (l. 23.) ἐν τῷ δημοσίῳ οἰκεῖν] Hoc jam ei ut Pontifici Maximo competebat, unde Suetonius c. 46. habitavit primo in Subura modicis ædibus, post autem pontificatum maximum, in sacra via, domo publica. Conf. infra LIV. p. 541. A. Fastigium in domo decretum Cæsari memorat Florus IV. 2. 91. de quo Grævius ad Philippicam II. c. 43.

§ 230. (l. 24.) ὁσάκις ἂν νίκη τέ τις συμβῇ] Quotannis recolendos esse jusserunt tanquam festos, non qualescunque sed ἐξαιρέτους & insigniores dies illos, quibus Cæsar ambitioni suæ, vel sanguine civium Romanorum, vel aliarum gentium clade litavisset. Appianus II. civil. p. 494. θύειν δὲ τὴν πόλιν αὐτὰ ἔτος ἕκαστον ἐς αὐτὸς ἡμέρας ἐν παραλήξεσιν ἐνίκα. Simile quid Augusto deinde decretum commemorat V. civil. pag. 745.

§ 231. (l. 32.) καὶ τὰς τοῦ πλήθους] Magistratus qui comitiis tributis creabantur, ut tribuni plebis, ædiles, quæstores. Suetonius c. 41. *Comitia cum populo partitus est, ut exceptis consulatus petitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia quos populus vellet, pronunciarentur; pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per libellos circum tribus missos scriptura brevi: Cæsar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant.* Conf. infra p. 237. B. & 239. B.

§ 232. (l. 33.) ὕπατον ἐπὶ δέκα ἔτη] Continuum consulatum

[233] στρατιώτας τε μόνον ἔχειν, καὶ τὰ δημόσια χρήματα μόνον διοικεῖν ἐκέλευσαν· ὥστε μηδενὶ ἄλλῳ μηδετέρῳ αὐτῶν, ὅτῳ μηδὲ ἐκεῖνος ἐπιτρέψειεν, ἐξεῖναι χρῆσθαι. καὶ τότε μὲν [234] ἀνδριάντα αὐτοῦ ἐλεφάντινον, ὕστερον δὲ καὶ [235] ἅρμα ὅλον, ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις μετὰ τῶν θείων ἀγαλμάτων πέμπεσθαι ἔγνωσαν. ἄλλην τέ τινα εἰκόνα ἐς τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν [236] θεῷ ἀνικήτῳ ἐπιγράψαντες, καὶ ἄλλην ἐς τὸ Καπιτώλιον [237] παρὰ τοὺς [m] βασιλεύσαντάς ποτε ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἀνέθεσαν. καί μοι θαυμάσαι τῆς συντυχίας ἐπέρχεται. ὀκτὼ γὰρ ἅμα αὐτῶν (ἐπτὰ μὲν ἐκείνοις, ὀγδόῳ δὲ τῷ γε Βρούτῳ τῷ τοὺς Ταρκυνίους καταλύσαντι) οὐσῶν, παρὰ ταύτην τότε τὴν τοῦ Καίσαρος ἔστησαν. καὶ δῆτα [238] καὶ ἐκ τούτου ὀτιμάλισα ὁ Βροῦτος ὁ Μάρκος κινηθεὶς ἐπεβούλευσεν αὐτῷ.

decennium continuum, sicut ante dictatorem, constituerunt: utque solus milites haberet, solus publicas pecunias administraret, jusserunt: ac, ne cui alterutro horum injussu ejus uti liceret. Statuam quoque tunc eburneam Cæsaris, ac posteathensam integram, in Circensibus pompis cum deorum simulacris vehi jusserunt: aliamque imaginem, cum inscriptione Dei invicti, in fano Quirini posuerunt: aliam iterum in Capitolio, juxta reges, qui quondam Romæ regnaverant. Ac mihi fortuitum istum casum admirari subit, quod quum essent octo statuæ, septem, regibus positæ, & una Bruto ei, qui Tarquinios evertit, juxta Bruti hujus statuam, Cæsaris tunc statua reposita sit: nimirum hæc quoque res in primis M. Brutum ad insidias Cæsari faciendas incitavit. A.U.C. 708 Cæsare Dict. III. & COS. III. & Lepido Mag. Equ. COS. III.

Ταῦτ' ἐπὶ νίκῃ (λέγω δὲ οὐ πάντα, ἀλλ' ὅσα ἀξιόλογα εἶναί μοι ἔδοξεν,) οὐκ ἐν μιᾷ γε ἡμέρᾳ, ἀλλ', ὡς που καὶ ἔτυχεν, ἄλλο ἄλλῃ ἐκυρώθη· καὶ σφῶν ὁ Καῖσαρ τοῖς μὲν χρῆσθαι ἤρξατο, τοῖς δὲ ἔμελλεν· εἰ καὶ ταμάλισά τινα αὐτῶν παρήκατο. τὴν δ' οὖν ἀρχὴν τὴν ὕπατον παραχρῆμα μὲν, καὶ πρὶν ἐς τὴν πόλιν ἐσελθεῖν, ἀνέλαβεν· οὐ μέντοι καὶ διὰ τέλους ἔσχεν, ἀλλ' ἐν τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, ἀπεῖπέ τε αὐτὴν, καὶ [239] τῷ Φαβίῳ τῷ Κυΐντῳ, τῷ τε Τρεβωνίῳ τῷ Γαΐῳ [n] ἐνεχείρισε. καὶ ἐπειδή γε ὁ Φάβιος τῇ τελευταίᾳ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπέθανεν, εὐθὺς ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον [240] πρὸς τὰς περιλοίπους ὥρας Γάϊον [o] Κανίνιον ἀνθείλετο. πρῶτον μὲν δὴ τότε τοῦτο παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐγένετο, τὸ μήτε ἐτησίαν μήτε ἐς πάντα τὸν λοιπὸν χρόνον τοῦ ἔτους τὴν ἀρχὴν ἐκείνην τὸν αὐτὸν ἔχειν· ἀλλὰ ζῶντά τινα αὐτῆς, καὶ μὴ ἀναγκαθέντα, μήτε

46. Hæc igitur (neque tamen omnia, sed quæ digna relatu videbantur, enumeravi) ob victoriam Cæsaris, non quidem una die, sed aliis alia diebus decreta sunt: quorum Cæsar aliis statim uti cœpit, aliis in posterum usurus erat, quantumvis nonnulla eorum omitteret. Consulatum quidem continuo, ante etiam, quam urbem intraret, occepit: non autem toto anno gessit: sed postquam in urbem venit, eo se abdicavit, eundemque Q. Fabio, ac C. Trebonio tradidit: Fabioque extrema magistratus sui die mortuo, statim in residuas horas C. Caninium substituit. Qua in re primo hoc factum est contra instituta majorum: quod consulatus non toto anno, neque omni reliquo anni tempore ab uno eodemque gestus est, sed ipse Cæsar vivus, ac neque legibus patriæ, neque culpa coactus eo se abdicavit, aliumque subrogavit: deinde, A.U.C. 709 Cæsare Dict. IV. & COS. IV. sine Coll.

[m] βασιλεύσαντας. ita HS. & L. ex emendatione scilicet ipsius Roberti, qui in notis putavit, se exhibuisse in textu βασιλεύσοντας. sed inspicienti occurrit βασιλεύοντας, quod forte emendatione non indigebat. neque tamen id revocandum censui, quia codices V. a. b. & Med. Henrici lectionem, βασιλεύσαντας, non refellunt, quantum ex variis meis lectionibus judicare possum. [n] ἐνεχάρισε. ἐνεχάρησε, Med. [o] Γάϊον Κανίνιον. Γάϊον Κάννιον Ῥήβιον, V. a. Med.

tum vocat Suetonius c. 76. uti dictaturam, quam in decennium decretam dixit Dio, p. 220. A. idem Suetonius & Florus IV. 2. 91. perpetuam appellat, quod Plutarchus in Cæsare p. 734. ait διηλάτωρα διὰ βίου. τοῦτο δὲ ἦν ὁμολογουμένη μὲν τυραννὶς, τῷ ἀνυπευθύνῳ τῆς μοναρχίας τὸ ἀκαλάπαυστον προσλαβούσης. *Erat vero ea tyrannis, quum ad potestatem absolutam accessisset perpetuitas.* Consulatus in decennium meminit etiam Appianus II. civil. p. 494. Dictaturæ perpetuæ Dio p. 244. D. 302. E.

§ 233. (l. 35.) στρατιώτας καὶ χρήματα] Duo nervi ac fulcra imperii, quibus Cæsari concessis jam omnium pace belloque potestas tributa erat, ut esset ipse πολέμων καὶ εἰρήνης κύριος, ut dicitur supra XLII. p. 194. C.

§ 234. (l. 38.) ἀνδριάντα ἐλεφάντινον] De aliis ejus statuis publice dedicatis infra XLIV. p. 242. C. Hoc loco autem intelligitur imago Cæsaris sublimis gestanda in ferculo pompæ Circensis vel militaris, cui thensæ major honor mox succedit. Conf. Scheferum lib. II. de re vehiculari c. 3. & quæ notavi infra p. 351. D. 650. B.

§ 235. (l. 39.) ἅρμα ὅλον ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις] Thensam & ferculum in Circensi pompa. Sueton. c. 76. infra p. 243. C. De more illo, præter viros doctos ad Suetonium, vide Ezech. Spanhemium ad Callimachi hymnos p. 721. ἅρμα ὅλον dicitur thensa integra, ut opponatur ferculo. vide laudati Scheferi lib. II. c. 17. p. 116. & c. 3. p. 46.

§ 236. (l. 42.) θεῷ ἀνικήτῳ] Simulacra juxta Deos posita Cæsari refert Suetonius c. 76. sed de hac inscriptione tacet. De templo Romuli in colle Quirinali, Famianus Nardinus IV. 6. de urbe Roma T. IV. Thesauri Græviani p. 1094. sq. De *invicti* elogio, quod Imperatoribus quibusdam tribuitur in numis, vide Ezech. Spanhemium T. I. de usu numismatum, pag. 414.

§ 237. (l. 43.) παρὰ τοὺς βασιλεύσαντας] Statuam inter Reges. Sueton. c. 76. Regum statuæ in Capitolio togatæ sine tunicis, teste Asconio in Oration. pro M. Scauro p. 1017. factæ ex ære, ut ex Plutarcho cognoscimus, qui statuæ L. Bruti inter regias conspicuæ meminit his verbis in limine vitæ M. Bruti p. 984. Μάρκου Βρούτου πρόγονος ἦν Ἰούνιος Βροῦτος, ὃν ἀνέστησαν ἐν Καπιτωλίῳ χαλκοῦν οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, μέσον τῶν βασιλέων ἐσπασμένον ξίφος, ὡς βεβασιλεύκαλα καλαλύσαντα Ταρκυνίους.

§ 238. (l. 49.) καὶ ἐκ τούτου ὀτιμάλισα] De aliis rebus quæ M. Brutum ad facinus illud permoverunt, dicetur infra XLIV. p. 246.

§ 239. (l. 59.) τῷ Φαβίῳ τῷ Κυΐντῳ, τῷ τε Τρεβωνίῳ τῷ Γαΐῳ] Factum hoc sub initia mensis Septembris. Q. Fabius Maximus iste fuit, quo legato in Hispania usus Cæsar fuerat, & cui triumphum inde permiserat, ut dictum p. 229. A. & 234. C. Trebonii autem, cujus opera itidem in Hispania Cæsar erat usus, mentio fuit p. 228. A. Quoniam autem a more Romano tunc abhorrebat vivum quenquam sibi Consulem sufficere, quod deinde Cæsaris exemplo frequentissime est factum, hinc Suetonius c. 80. scribit. Q. Maximo suffecto, trimestri Consule theatrum introeunte, cum lictor animum adverti ex more jussisset, ab universis conclamatum fuisse, *non esse consulem eum.*

§ 240. (l. 62.) πρὸς τὰς περιλοίπους ὥρας] C. Caninius Rebilus, cujus præter fragmentum Colotianum meminere etiam Plinius VII. 53. Tacitus III. 37. Hist. Sueton. c. 76. Plutarch. in Cæsare p. 735. Præcipue adeundus Cicero lib. VII. Epist. 30. ad Curium, ubi post totam rem narratam addit per jocum, ita Caninio Consule scito neminem prandisse. Nihil tamen eo Consule mali factum est, fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit. Addit Macrobius lib. II. Saturnal. c. 3. Ciceronem, cum Caninius rostra ascendens honorem consulatus iniisset pariter & ejurasset,

A.U.C.709 Cæsare Dict. IV. & COS. IV. sine Coll.

deinde, quod aliquis una die & consul creatus est, & suscepit magistratum, & deposuit. Unde Cicero per jocum tanta virtute ac vigilantia consulem eum in suo magistratu usum dixit, ut ne brevissimum quidem in eo somnum admiserit. Verum ab eo tempore cœptum est, ut perpauci toto anno consulatum gererent, sed alii pauciores, alii plures menses diesque, prout casus tulisset, eo magistratu fungerentur. Ac nostro quidem tempore nemo neque ad integrum annum, neque amplius ut plurimum duobus mensibus, cum collega aliquo consul est. Ubi quidem consules in cæteris æquales sunt inter se, annorum autem numerus ab iis, qui initio cujusque anni consules fuerunt, denotatur. Atque equidem ex cæteris eos nominabo, quorum mentio faciunda necessario propter res ipsas erit: ad historiæ vero seriem explicandam, consules illos ponam, qui primi magistratum obtinuerunt, tametsi nihil ad res gestas conferant.

τε ἐκ παλρῴων, μήτε ἐξ ἐπηγορίας τινὸς, ἐκσῆναι, καὶ ἕτερον ἀντ' αὐλοῦ ἀνλικαλασῆναι. δεύτερον δὲ, ὅτι p ἀπεδείχθη τε ἅμα ὕπαλος, καὶ ὑπάτευσε, καὶ ἐπαύσαλο. ὅπερ καὶ ὁ Κικέρων διασκώπλων, τοσαύτῃ ἔφη τὸν ὕπαλον καὶ ἀνδρίᾳ καὶ Φρονήσει ἐν τῇ ἀρχῇ κεχρῆσθαι, ὥσε μηδὲ τὸ βραχύταλον ἐν αὐλῇ κεκοιμῆσθαι. ἐκ δ' οὖν τοῦ χρόνου ἐκείνου οὐκέτι οἱ αὐλοὶ διὰ παντὸς τοῦ ἔτους, πλὴν ὀλίγων πάνυ γε, ὑπάτευσαν· ἀλλ' ὡς που καὶ ἔτυχον, οἱ μὲν ἐπὶ πλείους, οἱ δ' ἐπ' ἐλάτ]ους, οἱ μὲν μῆνας, οἱ δὲ ἡμέρας. ἐπεὶ [241] νῦν γε οὐδεὶς ἄν]ε ἐπ' ἐνιαυτὸν, οὐδὲ ἐς πλείω διμήνου χρόνον ὡς πλήθει, σὺν ἑτέρῳ τινὶ ἄρχει. καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐδὲν διαΦέρομεν ἀλλήλων· τὴν δὲ ἐξαριθμησιν τῶν ἐτῶν οἱ κατὰ πρώτας αὐτῶν ὑπατεύοντες καρποῦνται. καὶ ἐγὼ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τοὺς τοῖς πράγμασιν ἀναγκαίους ὀνομάσω· πρὸς δὲ δὴ τὴν τῶν ἀεὶ πραττομένων δήλωσιν, τοὺς πρώτους q ἄρξαντας, κἂν μηδὲν ἔργον ἐς αὐτὰ παράχωνται.

237

47. De consulibus igitur quid factum sit, diximus: reliqui magistratus in speciem quidem a plebe & populo secundum instituta majorum deligebantur, recusante Cæsare id muneris, ut ipse eos constitueret: attamen re vera per ipsum creabantur, ac sine sorte in provincias ibant. Numerus magistratuum in reliquis idem, qui ante, observabatur: sed prætores quatuordecim, quadraginta quæstores facti sunt. Id instituit Cæsar, quia aliam rationem præstandi ea, quæ multis multa promiserat, nullam habebat: adscripsit etiam complures in senatum, nullo in discrimine ponens, sive quis miles esset, sive libertinus: adeo,

Περὶ μὲν οὖν τοὺς ὑπάτους ταῦθ' οὕτως ἐγένετο. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι ἄρχοντες, λόγῳ μὲν, [242] ὑπό τε τοῦ πλήθους καὶ [243] ὑπὸ τοῦ δήμου, κατὰ τὰ πάτρια, (τὴν γὰρ ἀπόδειξιν αὐτῶν ὁ Καῖσαρ οὐκ ἐδέξατο,) ἔργῳ δὲ ὑπ' ἐκείνου κατέσησαν, καὶ ἐς γε τὰ ἔθνη [244] ἀκληρωτὶ ἐξεπέμΦθησαν. ἀριθμὸν δὲ οἱ μὲν ἄλλοι ὅσοιπερ καὶ πρότερον, [245] στρατηγοὶ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα, [246] ταμίαι τε τεσσαράκοντα ἀπεδείχθησαν. πολλοῖς γὰρ δὴ πολλὰ ὑπεσχημένος, οὐκ εἶχεν ὅπως σΦᾶς ἄλλως ἀμείψεται· καὶ διὰ τοῦτο ταῦτ' ἐποίει. καὶ προσέτι παμπληθεῖς μὲν [247] ἐπὶ τὴν γερουσίαν, μηδὲν διακρίνων, μήτ' εἴ τις στρατιώτης, μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς

p ὅτι ἀπεδάχθη. ὅτι ὁ Κάννιος ἀπεδάχθη, V. a. Med. quæ nescio annon glossematis nomine suspecta esse debeant.
q τοὺς πρώτους πραξαντας. sic vulgo. opinor Dionem scripsisse, τοὺς πρῶτον ἄρξαντας, X. illud πρῶτον non probo: intelligit Dio primos cujusque anni consules, L. ἄρξαντας recepi.

ejurasset, dixisse λογοθεώρητος est *Caninius Consul.* Et deinde: *hoc consecutus est Revilius, ut quæreretur quibus Consulibus Consul fuerit.* Simile exemplum Ædilis postrema anni die suffecti infra p. 376. C.

§ 241. (l. 78.) νῦν γε οὐδεὶς] Nemo ex Imperatoribus, Lucanus V. 398.

tantum careat ne nomine tempus,
Menstruus in fastos distinguit secula Consul.

Sed nec ex aliis, ut antea factum, infra p. 378. B. 587. A. 633. D.

§ 242. (l. 89.) ὑπό τε τοῦ πλήθους] In comitiis tributis creabantur tribuni plebis, ædiles, quæstores &c. Confer quæ ad p. 236. A. ubi ex Suetonii c. 41. notavi, qua ratione comitia cum populo sit partitus, sibi ut omnem potestatem vindicaverit.

§ 243. (l. 90.) ὑπὸ τοῦ δήμου] In comitiis centuriatis, creabantur Consules, Prætores, Censores &c. πλῆθος est plebs: δῆμος plebs cum equitibus & patriciis.

§ 244. (l. 93.) ἀκληρωτὶ ἐξεπέμΦθησαν] Ex veteri more Reipub. mittendus pro consule vel pro prætore provinciam sortiebatur: sed Cæsar spreto patriæ more non modo magistratus urbicos in quinque annos ordinavit, ut tradit Suetonius c. 76. verum etiam τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διελάξατο, provinciarum administrationes & imperia in annos totidem constituit, teste Appiano II. civil. p. 495.

§ 245. (l. 94.) στρατηγοὶ τεσσαρεσκαίδεκα] Suetonius c. 41. *Prætorum, ædilium, quæstorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit.* Prætores cum octo antea essent, Cæsar decem nuper esse jusserat, uti dixit Dio XLII. p. 209. B. nunc etiam istum numerum ampliavit quaternario, aliaque hujusmodi fecit, ut plures beneficiis sibi obstringeret, & *belli civilis præmia festinaret*, quod ait Tacitus III. 37. Hist. Proxime insecuto anno Prætores sedecim constitutos, dicet Dio infra p. 238. B. vid. 383. A. 586. D. E. 634. B.

§ 246. (l. 95.) ταμίαι τεσσαράκοντα] Ex eodem Tacito constat, ante Cæsarem Quæstores ex lege Syllæ fuisse viginti, quem adeo numerum Cæsar duplicavit. Locus insignis non est prætereundus XI. 22. Annal. *Quæstores Regibus etiam tum imperantibus instituti sunt, quod lex curiata ostendit ab L. Bruto repetita. Mansitque Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret. Creatique primum Valerius Potitus & Æmilius Mamercus XXIII. anno post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis, duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus, stipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus: post lege Syllæ, viginti creati supplendo senatui, cui judicia tradiderat.* Plura ad hunc locum Taciti illustrandum notarunt viri docti ad Alexandrum ab Alex. qui de quæstoribus erudite disputat lib. II. genialium dierum c. 2. Superiore proximo anno nullum Quæstorem creatum fuisse, notabit mox Dio infra E.

§ 247. (l. 99.) ἐπὶ τὴν γερουσίαν] Supra p. 227. C. Suetonius c. 41. *Senatum supplevit, patricios adlegit, prætorum, ædilium, quæstorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit.* Seneca controversia XIIX. *multos tunc in senatum legerat Cæsar, & ut repleret exhaustum bello ordinem, & ut his qui bene de partibus meruerant, gratiam referret.* Cicero in novum senatum jocatus, cujus numerum supra fas, ut ait Macrobius lib. II. c. 111. Saturnal. auxerat, misit ad Laberium transeuntem: *recepissem te, nisi anguste sederem.* Et lib. VI. Epist. 18. ad Leptam: *neque erat ferendum, cum qui hodie haruspicinam facerent in Senatu Romæ legerentur, eos qui aliquando præconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere.* Suetonius c. 76. *Civitate donatos & quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in curiam.* & c. 80. *Peregrinis in senatum*

πωῖς ἦν, ἐσέγραψεν, ὥστε καὶ [248] ἐννακοσίους τὸ κεφάλαιον αὐτῶν γενέσθαι. πολλοὺς δὲ καὶ [249] ἐς τοὺς εὐπατρίδας, [250] τούς τε ὑπατευκότας, ἢ καὶ ἀρχήν τινα ἄρξαντας, ἐγκατέλεξεν. [251] εὐθυνομένους τε ἐπὶ δώροις τινὰς καὶ ἐξελεγχομένους γε ἀπέλυσεν, ὥστε καὶ αἰτίαν δωροδοκίας ἔχειν. προσσυνελάβετο γὰρ τοῦ λόγου τούτου, ὅτι καὶ τοὺς χώρους [r] τοὺς δημοσίους, οὐχ ὅτι τοὺς βεβήλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς πάντας [s] τε * [252] πραιτήριον, καὶ ἀπεκήρυξε τοὺς πλείονας. συχνὰ δ' οὖν ὅμως καὶ ἐν ἀργυρίῳ τῇ τε πράσει τῶν χωρίων ἔστιν οἷς ἔνειμε· καὶ [253] Λουκίῳ τινὶ [t] Βακίλῳ ἡγεμονίαν μὲν ἔθνους οὐδεμίαν, καίτοι στρατηγοῦντι, ἐπέτρεψε, χρήματα δὲ ἀντ' αὐτῆς πάμπολλα ἐχαρίσατο· ὥστε καὶ ἐπιβόητον αὐτὸν ἔν γε τούτῳ γενέσθαι, καὶ ὅτι προπηλακισθεὶς ἐν τῇ στρατηγίᾳ ὑπ' αὐτοῦ, ἀπεκαρτέρησε. ταῦτα δὴ πάντα τοῖς μὲν λαμβάνουσί τι, ἢ καὶ προσδοκῶσι λήψεσθαι, ἀρεστὰ ἐγίγνετο, μηδὲν τοῦ κοινοῦ προτιμῶσι πρὸς τὸ ἀεὶ δι' αὐτῶν αὔξεσθαι· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι [u] πάντες δεινῶς ἔφερον, καὶ πολλά γε ἐλογοποιοῦν πρός τε ἀλλήλους, καὶ ὅσοις γε ἀσφάλειά τις ἦν, παῤῥησιαζόμενοι, καὶ [254] βιβλία τε ἀνώνυμα ἐκτιθέντες.

1 adeo, ut ſumma ſenatorum DCCCC. fuerit. Multos quoque in patriciorum, conſularium, eorumque, qui alios magiſtratus geſſiſſent, numerum retulit: quin etiam quosdam, ambitus accuſatos convictosque, abſoluit; non ſine ſuſpicione acceptæ pecuniæ. Quam ſuſpicionem auxit, quod agros publicos, nec profanos modo, ſed ſacros etiam omnes, ſub haſta propoſuit, ac plerosque vendidit. Amicis tamen ſuis partim pecunia donanda, partim vendendis prædiis, multa largitus eſt. L. cuidam Bacillo', præturam tum gerenti, nullam provinciam conceſſit, magnam autem pecuniam ejus loco donavit: Bacillusque & eo nomine, & quod propter contumeliam, qua prætor a Cæſare affectus fuerat, inedia ſibi mortem conſciviſſet, in ore omnium habitus eſt. Erant hujusmodi Cæſaris actiones iis, qui vel accipiebant, vel exſpectabant munera, gratæ quidem, quod ſua incrementa reipublicæ utilitati anteferrent: cæteri omnes ægre eas ferebant, & cum variis inter ſe ſermonibus, tum, quibus id tuto licebat, libera voce libellisque ſine autore divulgatis reprehendebant.

A.U.C. 708 Cæſare Dict. IV. & COS. IV. ſine Coll.

Ἐν δ' οὖν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐκεῖνά τε ἐπράχθη, καὶ ἐπὶ τῆς [x] διοικήσεως [255] δύο τῶν πολιανομούντων, ἐπειδὴ [256] ταμίας οὐδεὶς [x] προκεχειροτόνητο, ἐγένοντο. ὥσπερ γάρ ποτε πρότερον, καὶ τότε ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος, οἱ πολιανόμοι πάντα τὰ ἐν τῷ ἄστει πράγματα μετὰ τοῦ Λεπίδου ἱππαρχοῦντος εἶχον· καὶ αἰτιαθέντες, ὅτι καὶ ῥαβδούχοις, καὶ τῇ ἐδρᾳ τῇ ἐλεφαντίνῃ, τῷ τε δίφρῳ, τοῖς ἀρχικοῖς, ὥσπερ καὶ ὁ ἵππαρχος, ἐκέχρηντο, ἀφείθησαν· νόμον τινὰ προβαλλόμενοι, δι' οὗ πᾶσι τοῖς παρὰ

48. Hæc eo anno geſta, ærariique procuratio a duobus præfectis urbis adminiſtrata eſt, quia nullus quæſtor creatus fuerat. Nam ſicut interdum ante, ita & tunc per abſentiam Cæſaris, præfecti urbis, cum Lepido magiſtro equitum, omnium rerum in urbe curam geſſerunt: accuſatique, quod lictoribus, veſteque, ac ſella curuli, velut inſignibus ſummi magiſtratus, haud aliter atque magiſter equitum, uſi eſſent, lege ſe defenderunt, qua uſus earum rerum iis permittitur, quibus

r ἐγχωρίους τοὺς δημοσίους. ſic vulgo. veram lectionem, quam ex cod. Med. ſumſimus, non aſſecuti ſunt conjecturis viri docti, præter unum Palmerium. illud ἐγχωρίους ſuſpectum eſt, RS. ad adjectivum ἐπιχωρίους deſideratur τόπους aut ἀγρούς, X. τοὺς in τόπους muto, L. paulo ante προσσυνελάβετο, HS. L. προσυνελάβετο, male, RS. *s* πάντας τε * πραιτήριον. ſupple ἐς τὸ πραιτήριον ἐσήνεγκε, ut p. 681. C. vel ἐξέθηκε ut p. 301. A. ſic RS. & X. reſtituo, πάντας τέθεικεν ἐπὶ τὸ πραιτήριον, ut veſtigium ſit amiſſi verbi, L. forte ὑπὸ τὸ πραιτήριον ἦγε, vel ἤγαγε. Od. totum locum ſic reſtituit Palmerius: ὅτε καὶ τοὺς χώρους τοὺς δημοσίους, οὐχ ὅτι τοὺς βεβήλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς πάντας τε ἐς πραιτήριον εἰσῆγε, καὶ ἀπεκήρυξε τοὺς πλείονας. *t* Βακίλῳ. Βασίλῳ, V. a. Med. vid. §. 253. *u* ἄλλοι πάντες. vox πάντες addita ex utroque cod. V. a. b. & Med. *x* διοικήσεως. ταμιῶν addit in margine Od. ſed & abſolute interdum διοίκησις pro œconomia publica, ſi fas eſt ita loqui, ſeu ærarii adminiſtratione v. p. 238. A. ſtatim προεκεχειροτόνητο eſt in Med. ſed retinui προκεχ. nam augmentum ſæpe deeſt.

ſenatum allectis libellus propoſitus eſt: bonum factum: ne quis ſenatori novo curiam monſtrare velit. *Et illa vulgo canebantur:*

Gallos Cæſar in triumphum ducit, idem in curiam:
Galli braccas depoſuerunt, latum clavum ſumſerunt.

De militibus in ſenatum lectis mentio infra p. 370. E.

§ 248. (l. 1.) ἐννακοσίους] His poſtea plures etiam addidit M. Antonius poſt Cæſaris mortem, ita ut mille jam in ſenatu eſſent. infra LIII. p. 494. A. Suetonius Auguſto c. 35. *Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba, erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi* &c.

§ 249. (l. 2.) ἐς τοὺς εὐπατρίδας] Vide Caſaubonum ad verba Suetonii c. 41. *patricios allegit.*

§ 250. (l. 3.) τούς τε ὑπατευκότας] Idem Suetonius c. 76. *decem prætoriis viris conſularia ornamenta tribuit.*

§ 251. (l. 4.) εὐθυνομένους ἐπὶ δώροις] Sueton. c. 41. *Nudatos opere cenſorio, aut ſententia judicum de ambitu condemnatos, reſtituit.* Supra p. 227. C.

§ 252. (l. 9.) πραιτήριον] Huc pertinet quod eſt apud Suetonium c. 50. *Bello civili, ſuper alias donationes, ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ, minimo, Serviliæ Bruti matri addixit.* Macrob. lib. II. Saturn. c. 2. *Mater M. Bruti Servilia, cum precioſum ære parvo fundum abſtuliſſet a Cæſare, ſubjiciente haſtæ bona civium, non effugit dictum Ciceronis* &c.

§ 253. (l. 12.) Λουκίῳ Βακίλῳ] Videndum idem ne ſit Babillius quem mortuum narrat Cicero XIII. 48. ad Atticum. Apud Pighium quidem T. III. Annal. p. 459. Dioni tradi-tur ſermo eſſe de Minucio Bacillo, quem inter conjuratos Cæſaris memorat Appianus. Sed Βάσιλλος ille, Oroſio etiam VI. 18. memoratus, a Minucio apud Appianum II. Iciv. p. 499. diſtinguitur. Et male ἀπεκαρτέρησε a Pighio ita exponitur, *tam ægre tulit, ut fere mortem ſibi attulerit.* Nam ἀποκαρτερεῖν eſt perimere ſe inedia, ut ex multis Græcorum plurium ſcriptorum locis conſtat. Qui itaque ἀπεκαρτέρησε, poſtea inter conjuratos adverſus Cæſarem eſſe non potuit. Omitto quod Pighius dubitat, Præturamne an præfecturam Babillius ille geſſerit, quod Dio utatur vocabulo ἡγεμονίας. Nam diſerte vocat στρατηγοῦντα, ſed noluiſſe Cæſarem ipſi dare ἡγεμονίαν, hoc eſt provinciam.

§ 254. (l. 23.) βιβλία ἀνώνυμα] *Sine auctore libellos* vocat Plinius X. 97. Epiſt. quos nullo crimine locum habere debere reſcribit Trajanus Imp. Plinio reſpondens. Talis fuit quem peregrinis a Cæſare in ſenatum allectis propoſitum refert Suetonius c. 80. *bonum factum: ne quis ſenatori novo curiam monſtrare velit.*

§ 255. (l. 25.) δύο τῶν πολιανομούντων] Octo Præfectos pro prætoribus Cæſar conſtituerat, ut dictum p. 228. A. Ex his duos intellige, non ut Xylandro viſum, ædiles, qui ἀγορανόμοι vocantur infra p. 238. B.

§ 256. (l. 26.) ταμίας οὐδεὶς] Quandoquidem Lepido & Præfectis illis quos dixi urbem regendam commiſit Dictator Cæſar ad bellum proficiſcens Hiſpanienſe, neque Quæſtores neque Prætores, aut alios curules magiſtratus in illum annum creandos eſſe duxit. Quæſtorum autem ex recepto Reipub. more

A.U.C.709 Cæsare Dict. IV. & COS. IV. sine Coll.

quibus magistratus a dictatore est commissus: atque ita absoluti sunt. Cæterum publicæ pecuniæ administratio ex eo tempore ob indicatas causas a quæstoribus translata, postmodo non amplius cujusque temporis quæstoribus, sed tandem prætoriis viris mandata est. Sed, ut dixi, eo anno duo urbis præfecti thesauros publicos administrarunt: alterque horum Cæsaris sumptibus ludos Apollinares fecit: atque ex senatusconsulto Megalenses ludi ab ædilibus plebis celebrati sunt. Præterea præfectus urbis feriis latinis constitutus, alium in suum locum postridie subrogavit, isque rursus alium: quod neque ante, neque post id tempus unquam factum est.

παρὰ δικ]άτωρος ἀρχήν τινα λαβοῦσι χρῆσθαι αὐτοῖς ἐδίδο]ο. τὸ δ' οὖν κα]ὰ τὴν διοίκησιν, ἐξ ἐκείνου δι' ἅπερ εἶπον παρα]ραπὲν, οὐκέτι [257] τοῖς ταμίαις ἀεὶ ἐπε]ράπη, ἀλλὰ τὸ τελευ]αῖον [258] τοῖς ἐσρα]ηγηκόσι προσε]άχθη. τούς τε οὖν θησαυροὺς τοὺς δημοσίους δύο τότε τῶν πολιανομούν]ων διῴκησαν, καὶ [259] τὰ γ' Ἀπολλώνεια ὁ ἕτερος αὐ]ῶν τῇ τοῦ Καίσαρος παρασκευῇ ἐπε]έλεσε. καὶ οἱ ἀγορανόμοι οἱ ἐκ τοῦ πλήθους [260] τὰ Μεγαλήσια κα]ὰ δόγμα ἐποίησαν. [261] πολίαρχός τέ τις ἐν ταῖς ἀνοχαῖς κα]ασὰς, ἕτερον αὖ]ὸς τῆς ὑσεραίας ἀνθείλε]ο, καὶ ἐκεῖνος ἄλλον· ὃ μήτε πρότερον μήθ' ὕσερόν πο]ε ἐγένε]ο. ταῦτα μὲν τότε ἐπράχθη.

A.U.C.710 Cæsare Dict. V. & COS. V. cum Antonio.

49. Anno sequenti Cæsar & dictator quintum fuit, Magistro equitum dicto Lepido, & Consul quintum, collega assumpto M. Antonio. Fuerunt & sexdecim prætores; idque per multos annos factum: tum tribunal quoque, quum ante medio in foro positum esset, in eum, quo nunc est, locum translatum est: restitutæque sunt juxta illud Syllæ ac Pompeji statuæ. Qua re laudem Cæsar invenit: perinde ac eo, quod gloriam hujus operis, inscriptionemque Antonio concessit. Theatrum quoque exemplo Pompeji ædificare instituit: ac fundamenta quidem ejus jecit, sed non absolvit. Augustus vero postea perfecit, ac

Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει, ἐν ᾧ ὁ Καῖσαρ ἐδικ]ατώρευσέ τε ἅμα τὸ πέμπτον, [262] ἵππαρχον τὸν Λέπιδον προσλαβών, καὶ ὑπάτευσε τὸ πέμπτον, συνάρχοντα τὸν Ἀντώνιον προσελόμενος· [263] στρατηγοί τε ἑκκαίδεκα [a] ἦσαν, καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη· [264] καὶ τὸ βῆμα, ἐν μέσῳ που πρότερον τῆς ἀγορᾶς ὄν, ἐς τὸν νῦν τόπον ἀνεχωρίσθη, καὶ αὐ]ῷ [b] ἡ τοῦ [265] Σύλλου τοῦ τε Πομπηίου εἰκὼν ἀπεδόθη. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἔυκλειαν ὁ Καῖσαρ ἔσχε· καὶ ὅτι τῷ Ἀντωνίῳ καὶ τῆς δόξης [c] τοῦ ἔργου, καὶ τῆς ἐπ' αὐ]ῷ [266] ἐπιγρα]ῆς παρεχώρησε. [267] θέα]ρόν τέ τι [d] κα]ὰ τὸν Πομπήϊον οἰκοδομῆσαι ἐθελήσας, προκα]εβάλε]ο μὲν, οὐκ ἐξε]έλεσε δέ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν

ac

y Ἀπολλώνεια. ita L. ad marg. ita Dio ipse p. 368. D. 337. E. vulgo Ἀπολλώνια. *z* τὸ πέμπτον. quæ sequuntur, usque ad τὸ πέμπτον, saltu librariis consueto neglecta erant & omissa in editis, restituta hic ex cod. Med. ap. Gronov. p. 87. & V. a. καὶ ὑπάτευσε supplendum esse, viderat N. *a* ἦσαν. ἦρξαν, V. a. *b* ἡ τοῦ Σύλλου εἰκών. omnes editiones habent ὁ τοῦ Σύλλου εἰκών, nec quisquam editorum vitium deprehendit. animadvertit tamen T. & emendatior hic est V. a. *c* τῆς δόξης τοῦ ἔργου. sic laudatus modo cod. V. a. sic & scribendum monuerat L. vulgo, τὸ ἔργον. *d* κα]ὰ τὸν Πομπήϊον. κα]ὰ τὸ Πομπήϊον sive Πομπήιον, F. *e* προκα]εβάλε]ο. ita confidenter scripsi pro κα]ελάβε]ο, auctore L. nihil enim frequentius, quam horum verborum confusio.

more curam hanc fuisse ut ærarium & publicos reditus administrarent, notum est. vide Christianum Fridericum Franckensteinium de ærario populi Romani, observat. XVI. in Syntagmate Græviano p. 673.

§ 257. (l. 36.) τοῖς ταμίαις ἀεὶ] τοῖς ἀεὶ ταμίαις cujusque temporis quæstoribus, ut ὁι ἀεὶ ὕπαλοι p. 220. B.

§ 258. (l. 37.) τοῖς στρατηγικόσι] Dio infra LIII. p. 497. A. Sed reddita procuratio ærarii Quæstoribus a Claudio p. 680. E.

§ 259. (l. 40.) τὰ Ἀπολλώνια] Apollinares ludos prætor urbanus facere solebat, ut Agrippa infra p. 368. D. & C. Antonius p. 338. E. vide Livium XXV. 12. XXVI. 23. Ciceronem Philippica X. 3. Apollinarium ludorum incredibili M. Bruti Prætoris honore celebratorum idem meminit II. Philippica c. 13. Celebrabantur III. Idus Quintil. ut testantur vetera Calendaria Romana. vide Norisium ad Cenotaphia Pisana p. 137. Idem dies Julii Cæsaris natalis infra, p. 337. E.

§ 260. (l. 42.) τὰ Μεγαλήσια] Megalensis ludi prid. Non. April. celebrabantur in honorem τῆς μεγάλης Θεοῦ, Magnæ Matris. vide Livium XXIX. 14. & Pitiscum in *Ludi*. Quos hoc loco ἀγορανόμους τοὺς ἐκ τοῦ πλήθους, ædiles plebejos Dio, eosdem infra LIII. p. 519. vocat κα]αδεεσ]έρους, Plutarchus in Mario p. 408. δημο]ικούς. Idem ædiles curules, ἀγορανόμους ἀπὸ τῶν δίφρων appellat, Dio τοὺς ἀμάξονας. Ludorum autem & speciatim Megalensium procurationem etiam pertinuisse ad ædiles, constat ex Livii XXXIV. 54. ad A. U. C. 559. Megalesia, ludos scenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt. Quoniam autem ædiles curules jam nulli, ideo per SCtum ab ædilibus plebejis factos ludos esse Dio annotat. Conf. quæ de ædilibus curatoribus ludorum observavit vir eruditissimus Everhardus Otto, lib. de ædilibus coloniarum & Municipiorum c. 10. Megalensium iterum mentio infra p. 648. C.

§ 261. (l. 43.) πολίαρχός τις ἐν τοῖς ἀνοχαῖς] De præfecto urbis feriarum Latinarum caussa solito institui, dixi ad XLI. p. 160. Fallitur enim iterum Xylander qui πολίαρχον ædilem præsenti loco interpretatur. Conf. Valesium ad excerpta Peiresciana, p. 72.

§ 262. (l. 49.) ἵππαρχον τὸν Λέπιδον προσλαβών, καὶ ὑπάτευσε τὸ πέμπτον συνάρχοντα τὸν Ἀντώνιον προσλαβόμενος] Ita supplendum hunc locum esse ex MS. codice Mediceo docet V. C. Jac. Gronovius p. 87. Quod autem quintam Dictaturam Cæsari hoc loco tribuit Dio, & Consulatum quintum, eique magistrum equitum Lepidum, & collegam in Consulatu M. Antonium adjungit, in eo hactenus consentit tabula Consulum Colotiana apud Onufrium A. U. C. 708. p. 167. & Pighium T. III. annalium p. 458. ut Cæsarem hoc anno quintum pariter Consulem cum M. Antonio, & quartum Dictatorem, magistro equitum Lepido adscito ponat. Dio autem cum quarto Consulatu Cæsaris quartam dictaturam conjungit supra p. 230. B. ubi etiam dixi de eo, quod contra leges Romanas datus fuit Consulibus locus, ubi esset Dictator & Magister equitum: atque his ubi essent Consules.

§ 263. (l. 51.) στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα] Ita duos Cæsar addidit Prætorum numero, quos quatuordecim esse superiore anno jusserat, p. 237. B.

§ 264. (l. 53.) καὶ τὸ βῆμα] Suggestum in rostris, quæ tribunali præfixa fori decus fuisse testatur Plinius XVI. 4. Vetera rostra fuere in foro, non accurate quidem medio, sed ad comitium, prope juncta curiæ, ut notat Asconius in Oratione pro Milone c. 5. *ante curiam* teste Varrone 4. de latina lingua. Tamen Appianus quoque ἐν ἀγορᾷ μέσῃ fuisse scribit I. civil. p. 408. & Nicolaus Damascenus in excerptis Peirescianis p. 477. Cæsar autem transtulit propius ad palatium, ubi ædes postea Cæsaris fuit, ad angulum fori prospiciens australem. Hæc rostra Julia vocat Dio infra LVI. p. 592. A. vide quæ viri docti ad Sueton. Augustum c. 101. & Pitiscum in *Rostra*.

§ 265. (l. 55.) Σύλλου τοῦ τε Πομπηίου εἰκὼν ἀπεδόθη] Plutarchus Cæsare p. 734. καὶ τὰς Πομπηίου κα]αβεβλημένας εἰκόνας οὐ περιεῖδεν ἀλλ' ἀνέσησεν. Inde dictum Ciceronis apud eundem Plutarchum & hoc loco & in Apophthegmatibus p. 205. *Cæsarem, dum Pompeji statuas restituit, stabilisse suas.* ὅτι Καῖσαρ τοὺς Πομπηίου στήσας ἀνδριάν]ας, τοὺς ἰδίους ἔπηξεν. De dejectis Pompeji Syllæque statuis, dictum supra XLII. p. 193.

μὲν ὁ Αὔγουστος μετὰ ταῦτα ἐκποιήσας, [268] ἀπὸ Μάρκου Μαρκέλλου τοῦ ἀδελφιδοῦ ἐπωνόμασε. τὰς δὲ οἰκίας τούς τε ναοὺς τοὺς ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ ὄντας ὁ Καῖσαρ καθελών, αἰτίαν ἔλαβεν, ὅτι τε τὰ ἀγάλματα, ξύλινα, πλὴν ὀλίγων, ὄντα, κατέκαυσε, καὶ θησαυροὺς χρημάτων συχνοὺς εὑρών, πάντας αὐτὸς ἐσφετερίσατο.

ac M. Marcelli ſororis ſuæ filii nomine dedicavit. Cæſari autem hoc vitio datum eſt, quod demolitus domos, templaque quæ in eo loco erant, ſimulacra, quæ fere omnia lignea fuerant, combuſſiſſet; magnosque pecuniæ theſauros ibi repertos ſibi omnes vindicaſſet. A.U.C. 710 Cæſare Dictat. V. & COS. V. cum Antonio.

Ταῦτά τε ἐποίει, καὶ [269] νόμους ἐσέφερε· [270] τό, τε πωμήριον ἐπὶ πλεῖον ἐπεξήγαγε. καὶ ἐν μὲν τούτοις, ἄλλοις τέ τισιν, [271] ὅμοια τῷ Σύλλᾳ πρᾶξαι ἔδοξεν· ἐκ δὲ τοῦ τοῖς τε περιλειφθεῖσι τῶν ἀντιπολεμησάντων οἱ τάς τε αἰτίας ἀφεῖναι, καὶ ἄδειαν ἐπί τε τῇ ἴσῃ καὶ ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ δοῦναι, f καὶ [272] ἐκείνων τε τὰς ἀρχὰς προαγαγεῖν, καὶ ταῖς γυναιξὶ τῶν ἀπολωλότων τὰς προῖκας ἀποδοῦναι, τοῖς τε παισὶν αὐτῶν μέρη τῶν οὐσιῶν χαρίσασθαι, τήν τε [273] τοῦ Σύλλου μιαιφονίαν μεγάλως ἤλεγξε, καὶ αὐτὸς οὐκ ἐπ' ἀνδρείᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χρηστότητι, ἰσχυρῶς εὐδοκίμησε· καίτοι χαλεπὸν ὂν ff ὡς πλήθει, τὸν αὐτὸν καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν εἰρήνῃ διαπρέψαι. τούτοις τε οὖν ἐσεμνύνετο, καὶ ὅτι καὶ τὴν [274] Καρχηδόνα τήν τε Κόρινθον ἀνέστησε. [275] πολλὰς μὲν γὰρ καὶ ἄλλας ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἔξω πόλεις, τὰς μὲν ἀνῳκοδόμησε, τὰς δὲ καὶ ἐκ καινῆς κατεσήσατο· ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ ἄλλοις τισὶν ἐπέπραπτο. τὴν δὲ Κόρινθον τήν τε Καρχηδόνα, πόλεις

50. Leges præterea Cæſar tulit, pomœriumque ampliavit. In his, & aliis id genus actionibus, Syllam videbatur imitari: ſed quod omnem culpam ſuperſtitibus iis, qui contra ſe in bello ſtetiſſent, remittebat; impunitatemque eadem & ſimili omnibus conditione concedebat, quod honores eorum promovebat, quod mortuorum viduis dotes reddebat, quod liberis denique partem patrimonii donabat: in eo quidem Syllæ crudelitatem mirifice coarguit, ut ipſe non virtutis tantum, ſed etiam clementiæ ſummam gloriam reportaret: quoniam arduum plerumque eſt, eundem & belli & pacis laudibus clarere. Addidit etiam ſuis præclaris factis, quod Carthaginem Corinthumque inſtauravit. Nam quod multas alias urbes per Italiam, atque extra eam, partim refecit, partim novas condidit, id cum aliis quibusdam ei fuit commune: Corinthum vero, Carthaginemque, urbes antiquas, ſplendidas, illuſtres, quæ jam perierant, Cæſar unus, partim jure coloniarum Romanarum donatas, deductis

f δοῦναι. quæ ſequuntur usque ad ἀποδοῦναι deerant in editis, eruta ex cod. Med. apud Gronov. p. 92. & V. a.
ff ὡς πλήθει. ſic Med. unde phraſin Dioni familiarem, quod & Suidas annotavit, prætuli vulgato ἐν πλήθει. nec enim erat ratio, cur Dio arduum id diceret tantum *apud populum*, ut interpres, vel *apud plebem*.

p. 193. D. Suetonius Cæſare c. 75. *ſed & ſtatuas Syllæ atque Pompeji a plebe disjectas repoſuit.*

§ 266. (l. 58.) τῆς ἐπιγραφῆς] Ut reſtitutis ſtatuis, præter titulum eorum quorum eſſent ſtatuæ, etiam velut inſtauratoris nomen M. Antonii, non Cæſaris, inſcriberetur.

§ 267. (l. 58.) θέατρον τέ τι καλὸ τὸν Πομπήϊον] Malim καλὸ τὸ Πομπήϊον, ſive Πομπήιον, quanquam & alterum ferri poteſt, καλὸ τὸν Πομπήϊον, *Pompeji exemplo.* De Theatro Pompeji dictum ad lib. XXXIX. p. 107. ſq. De hoc altero theatro, quod Auguſtus perfecit ac dedicavit, infra LIV. p. 539. E. ubi etiam A. de theatro tertio Cornelii Balbi. Suetonius Cæſare c. 44. Deſtinabat exſtruere *theatrum ſummæ magnitudinis, Tarpejo monti accubans.*

§ 268. (l. 61.) ἀπὸ Μάρκου Μαρκέλλου] Suetonius Auguſto c. 29. *Quædam etiam opera ſub nomine alieno, neputum ſcilicet & uxoris ſororisque, fecit, ut porticum baſilicamque Lucii & Caji, item porticus Liviæ & Octaviæ, theatrumque Marcelli.*

§ 269. (l. 67.) νόμους ἐσέφερε] Leges quasdam Cæſaris tangit idem Suetonius, c. 42. 43. & Dio ſupra p. 226. C.

§ 270. (l. 68.) τό τε πωμήριον] Vide Lipſium ad hæc Taciti XII. 23. *Et pomœrium urbis auxit Cæſar* (Claudius) *more priſco, quo iis, qui protulere Imperium, etiam terminos urbis propagare datur. Nec tamen duces Romani, quanquam magnis nationibus ſubactis, uſurpaverant, niſi L. Sylla & divus Auguſtus.* infra p. 552. C. Mentio prolati a Julio Cæſare pomœrii infra XLIV. p. 266. C. & apud Gellium XIII. 14. Suetonius non aliter meminit, niſi quod c. 44. de ornanda inſtruendaque urbe, item de tuendo ampliandoque imperio plura ait ac majora Cæſarem indies deſtinaſſe. De urbe augenda a Cæſare, mentionem facit etiam Cicero XIII. ad Atticum Epiſt. 20. 33. & 35.

§ 271. (l. 69.) ὅμοια τῷ Σύλλᾳ] Apud Senecam de brevitate vitæ c. 14. legas: *Sullam ultimum Romanum* (ſtante republica) *protuliſſe pomœrium, quod nunquam provinciali, ſed Italico agro acquiſito, mos proferre apud antiquos fuit*, uti e contrario poſtea, ſi Vopiſco credimus in Aureliano c. 21. *pomœrio nemini principum licebat addere, niſi ei, qui agri Barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletaverit.* Feſtus in *Proſimurium: antiquiſſimum Romuli pomœrium, Palatini montis radicibus terminabatur. Protulit id Servius Tullius Rex. Item Lucius Cornelius Sulla Dictator, imitatus, ut videtur, Tullium Regem, proferre temptavit.*

§ 272. (l. 73.) ἐκείνων τε τὰς ἀρχὰς προαγαγεῖν &c. De mira Cæſaris in victos clementia & moderatione ſæpius alibi fecit Dio noſter mentionem, & plura notarunt viri docti ad Cic. Oration. pro Marcello, & ad Suetonii c. 75. *Penſatum clementia bellum*, inquit Florus IV. 2. 90.

§ 273. (l. 76.) τοῦ Σύλλου μιαιφονίαν] Vide quæ de effuſa hac L. Syllæ etiam poſt victoriam reportatam crudelitate, viri docti ad Florum III. 21. 24. ſq.

§ 274. (l. 82.) Καρχηδόνα τήν τε Κόρινθον ἀνέστησε] Plutarchus p. 734. auctor eſt, delinitum a Cæſare populum epulis & teſſeris annonariis, (ſupra p. 224. D.) milites vero ἀποικίαις ſive Coloniis deducendis, ἐν ἐπιφανέσταις Καρχηδὼν καὶ Κόρινθος ἦσαν, *quarum fuerunt clariſſimæ Corinthus & Carthago.* Somnio monitum, quo viſus ipſi magnus exercitus appellans ſe ſtensque, de inſtauranda Carthagine ac Corintho apud ſe ſtatuiſſe, & memoriali libello conſilium hoc conſignaſſe, narrat Appianus in extremo Punicorum p. 85. qui ab Auguſto deinde hoc perfectum addit anno poſt Carthaginem a Scipione (A. U. C. 608.) everſam centeſimo ſecundo. vide infra p. 494. E. Quia autem Scipio Carthaginem ut Mummius Corinthum devoverat, teſte Macrobio III. 9. Saturnal. hinc ad devotiones illas declinandas, civitates illæ inſtauratæ ſunt non eodem ſed proxime vicino ſolo, ut ex eodem Appiano cognoſcimus, qui de Carthagine Auguſti colonia hoc diſerte teſtatur, licet Plinius lib. V. c. 3. coloniam Carthaginem magnæ in veſtigiis Carthaginis conditam ſcripſit, atque idem Appianus I. civil. p. 364. devotionem illam Scipionis contemtam refert a C. Graccho, cum coloniam Carthaginem deduceret, cujus præter Plutarchum in Gracchis meminit & Solinus c. 30. Oroſius V. 12. Corinthus Colonia Julia, in numo Trajani apud illuſtrem virum Jacobum de Wilde tabula CXXVI. Eſt etiam inter colonias Auguſtas Carthago nova Hiſpaniæ, apud Harduinum in numis urbium illuſtratis p. 117. qui Carthaginem Africæ ab Auguſto deductam coloniam male ibi negat, atque ipſe errorem videtur agnoviſſe in operibus ſelectis p. 43. ubi illud omiſit. De miſſis a Julio Cæſare ad Carthaginem & Corinthum frequentandam Romanis colonis, videndus & Strabo XVII. p. 833. ac Pauſanias II. Corinthiac. p. 111. & 116. qui ait id contigiſſe CCXVII. antequam ipſe ſcriberet anno, Eliac. I. p. 375.

§ 275. (l. 83.) πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας] Octoginta civium millia

A.U.C. 710 Cæsare Dictat. V. & COS. V. cum Antonio.

ductis eo colonis, condidit: partim antiquis nominibus honoratas, eorum restituit memoriæ qui olim eas habitaverant: ut ostenderet, se nullum adversus loca, nihil de Romanis male merita, ob inimicitias priscorum habitatorum, odium exercere. Ita Carthago & Corinthus, quæ urbes prius uno tempore deletæ fuerant, tunc simul quasi revivisce cœperunt, & postea claræ rursus evaserunt.

πόλεις ἀρχαίας, λαμπρὰς, ἐπισήμους, ἀποικίας, ἢ μὲν ἀποικίας g Ῥωμαίων ἐνόμισεν, ἀπώκισεν· ἢ δὲ τοῖς ἀρχαίοις ἐτίμησεν ὀνόμασιν, ἀπέδωκε τῇ μνήμῃ τῶν ἐνοικησάντων ποτὲ αὐτὰς, μηδὲν διὰ τὴν ἐκείνων ἔχθραν τοῖς χωρίοις τοῖς μηδὲν σφᾶς ἀδικήσασι μνησικακήσας. καὶ αἱ μὲν, ὥσπερ ἅμα πρότερον καθηρέθησαν, οὕτω καὶ τότε ἅμα ἀνεβιώσκοντο, καὶ ἔμελλον καὶ ἄυθις ἀνθήσειν. 239

51. Hæc Cæsare peragente, magna populum R. cupiditas, Crassum amissumque cum eo exercitum ulciscendi; spesque, quanta unquam, debellandi Parthos, incessit. Id igitur bellum Cæsari unanimi consensu decreverunt, summoque ad id studio sese comparaverunt. Ac præter cætera, quæ ejus belli causa agebant, ut & administrorum copia Cæsari esset, & eo absente neque sine magistratibus civitas esset, neque si ipsa eos delegisset, res ad motus intestinos rediret, magistratus jam ante ad totum triennium (tantum enim temporis Parthicæ expeditioni impendendum existimabant) constituere decreverunt: qui tamen non omnes tunc designati sunt. Horum dimidiam tantum, ut ferebatur, partem Cæsar, quod lege quadam ei concessum fuerat, re ipsa autem omnes designabat. In primum quidem annum quæstores quadraginta creati sunt, prout antea; ædiles vero tunc primum sunt constituti duo patricii, & plebeji quatuor, e quibus duo Cereales ædiles vocarentur: isque mos ad nostram usque ætatem exinde perductus est. Prætores autem creati sunt sexdecim: quot quidem nec ante fuerant. Inter hos prætura P. Ventidio etiam obtigit. Is Ventidius, ut supra demonstravi, prisco genere ex agro Piceno oriundus erat, inque bello, quod a sociis contra Romanos gestum est, ipse

Πράττοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα, ἐπιθυμία τε πᾶσι τοῖς Ῥωμαίοις ὁμοίως ἐσῆλθε, τιμωρῆσαι [276] τῷ τε Κράσσῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ φθαρεῖσι, [b] καὶ ἤλπισό τε, εἴπερ ποτὲ, τοὺς Πάρθους καταστρέψασθαι. τόν τε οὖν πόλεμον τῷ Καίσαρι ὁμοθυμαδὸν ἐψηφίσαντο, καὶ τὴν [i] κατασκευὴν αὐτοῦ πολλὴν ἐποιοῦντο. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ὅπως ἐκεῖνος πλείοσιν ὑπηρέταις χρῆσθαι ἔχῃ, καὶ ἥ τε πόλις μήτ' ἄνευ ἀρχόντων ἐν τῇ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ γένηται, μήτ' ἂν καθ' ἑαυτὴν αἱρουμένη τινὰς σασιάσῃ, διενοοῦντο μὲν καὶ ἐς τρία ἔτη αὐτοὺς προκαταστῆσαι· (τοσούτου γὰρ χρόνου πρὸς τὴν στρατείαν χρήζειν ἐδόκουν·) οὐ μέντοι καὶ πάντας προαπέδειξαν. ἠρεῖτο μὲν γὰρ τῷ λόγῳ [277] τοὺς ἡμίσεις ὁ Καῖσαρ, (ἐν νόμῳ δή τινι τοῦτο ποιησάμενος) ἔργῳ δὲ, πάντας. καὶ ἐς μὲν τὸ πρῶτον ἔτος [k] ταμίας [278] τεσσαράκοντα προεχειρίσθησαν, ὥσπερ καὶ πρότερον· καὶ ἀγορανόμοι, τότε πρῶτον, δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν, [279] τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους· ὧν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς Δήμητρος ἐπίκλησιν φέρουσιν· (ὅπερ που καὶ ἐς τόδε ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν ἐμμεμένηκε·) [280] στρατηγοὶ δὲ ἀπεδείχθησαν μὲν ἑκκαίδεκα· ἀλλ' οὐ τοῦτο * [l] γράφω. καὶ πρόσθεν ἐγεγόνεισαν. ἄλλοι τε, καὶ ὁ Πούπλιος ὁ Οὐεντίδιος ἐν αὐτοῖς ἠρέθη. οὗτος γὰρ τὸ μὲν ἀρχαῖον ἐκ τοῦ Πικήνου, [ll] ὡς [281] εἴρηταί μοι, ἦν· ἀνθιπολεμήσας δὲ τοῖς Ῥωμαίοις, ὅτε οἱ σύμμαχοι σφίσιν ἐπολε- B C D

g Ῥωμαίων ἐνόμισεν. secuti sumus codicem Med. respondet enim sequenti ἐτίμησεν. vulgo, Ῥωμαίων ἐνόμισε δεῖν. pro quo Ῥωμαίων ἐνόμισε δεῖν εἶναι, L. ἀποικίαν νομίζειν, est jus coloniæ tribuere. v. p. 233. D. *b* καὶ ἤλπισό τε. forte, καὶ ἐλπὶς, τότε. *i* κατασκευὴν. verba αὐτοῦ ποιεῖν addita sunt ex Med. sine quibus pendet oratio. scripseram hæc, cum video, erratum tantum esse editionis Leunc. verba hæc omittentis. *k* πρῶτον ἔτος. quæ sequuntur usque ad πρότερον, desiderata adhuc in editis, restituta Dioni sunt ex cod. Med. apud Gronov. & V. a. pro sequenti καὶ ἀγορανόμοι, ἐξ ἀγορανόμοι, L. sed supplementum lacunæ docet, hanc conjecturam nullam esse. *l* οὐ τοῦτο * γράφω. καὶ πρόσθεν ἐγεγόνεισαν. οὐ τοῦτο γράφω, ὅτι καὶ πρόσθεν &c. L. οὐ τοῦτον τρόπον ὃν πρόσθεν, N. non multum hic juvat V. a. aut Med. qui nihil aliud docent, quam καὶ γὰρ πρόσθεν scribendum esse. *ll* ὡς εἴρηται. ὥσπερ εἴρηται, Med.

millia in transmarinas colonias distribuisse refert Suetonius c. 42. De aliis coloniis a Cæsare deductis videndus Onufrius Panvinius in Imperio Romano T. I. Thesauri Græviani p. 380. sq. Mentio & infra XLIV. p. 259. D.

§ 276. (l. 98.) τῷ τε Κράσσῳ] De clade Romanis per Parthos illata, & Crasso interfecto, dixit Dio supra XL. p. 133. Ut autem narrat Suetonius c. 44. Cæsaris consilium fuit, *Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coërcere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi ante expertos, aggredi prælio.* Atque, ut p. 735. addit Plutarchus, longe majora etiam præcepit animo, cupiens στρατεύειν ἐπὶ Πάρθους, καταστρεψαμένῳ δὲ τούτους &c. Parthos bello petere, hisque subactis per Hyrcaniam secundum mare Caspium & Caucasum circumito Ponto Scythiam invadere, & adjacentia Germaniæ loca ipsamque Germaniam persequi, & per Galliam regredi in Italiam, atque hunc imperii orbem oceano undique circumscripti conjungere. Et jam ante bellum Africanum & Hispaniense consilium fuisse Cæsaris, Parthos oppugnare, leges infra XLIV. p. 264. D. Mentio iterum XLV. p. 280. B.

§ 277. (l. 10.) τοὺς ἡμίσεας] Huc spectant dicta ad p. 236. A. & 237. B. & quod apud Suetonium c. 41. legas: *comitia cum populo esse partitum, ut exceptis Consulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidia quos populus vellet pronunciarentur, pro parte altera quos ipse edidisset.*

§ 278. (l. 12.) ταμίας τεσσαράκοντα] De quadraginta Quæstoribus a Cæsare contra receptum morem constitutis superiore anno, dictum ad p. 237. B.

§ 279. (l. 15.) τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους] Cum duo antea ædiles essent plebeji, patriciique totidem, duos plebejos addidit Cæsar, quos Cereales appellavit, quod peculiariter illis annonæ curam tribuendam esse duxit. Injuriam faciunt Pomponio, qui duos prætores Cereales ajunt eum a Cæsare constitutos scribere. Nec minus falluntur, qui cum Politiano c. 85. Misc. & Xylandro Dionis verba quodammodo ambigua sic acceperunt, ac si duo ædiles patritii sive Curules iidem sint cum Cerealibus. Nihil enim certius, quam verum id esse de duobus plebejis, ut docuerunt Fulvius Ursinus in Familiis Rom. p. 110. editionis Patini, & Ezech. Spanhemius in Diss. X. de usu mumismatum, T. II. edit. novæ p. 154. Eosdem solitos Cereri ludos Circenses equestres facere, docebit Dio infra XLVII. p. 351. C.

§ 280. (l. 18.) στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα] Duos iterum addidit Cæsar, cum Prætores quatuordecim esse voluisset anno superiore p. 237. B. ubi dicta si placet vide, & Pighium T. III. Annal. p. 464.

§ 281. (l. 22.) ὡς εἴρηταί μοι] Hæc de P. Ventidio Basso dixerat Dio in librorum aliquo qui interciderunt. Licebit interim de eo consulere Pighium p. 230. & 475. & Joh. Glandorpium in Onomastico Rom. p. 888. sq.

ἐπολεμώθησαν, ἦλω τε ὑπὸ τοῦ [282] Πομπηΐου τοῦ Στράβωνος, καὶ ἐν τοῖς νικητηρίοις αὐτοῦ δεδεμένος ἐπόμπευσε· καὶ μετὰ τοῦτο ἀφεθεὶς, ἔς τε τὸ συνέδριον χρόνῳ ὕστερον ἐνεγράφη, καὶ στρατηγὸς τότε ἐπὶ τοῦ Καίσαρος ἀπεδείχθη. καὶ ἐς τοσοῦτόν γε προϊὼν ἐπηυξήθη, ὥστε καὶ [283] τοὺς Πάρθους νικῆσαι, καὶ ἐπινίκια αὐτῶν πέμψαι. οἱ μὲν οὖν τῷ πρώτῳ μετ' ἐκεῖνο ἔτει [m] ἄρξαντες, πάντες προκαλέσησαν· ἐς δὲ δὴ τὸ δεύτερον, οἵ τε ὕπατοι καὶ οἱ δήμαρχοι μόνοι· τοσοῦτον ἐδέησε καὶ ἐς τὸ τρίτον τινὰ ἀποδειχθῆναι. καὶ ἔμελλε καὶ αὐτὸς δικτάτωρ ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς ἄρξειν. [n] τοῦ τε ἱππαρχήσαντος [284] ἄλλον τινὰ, [285] καὶ τὸν Ὀκταούϊον, καίπερ μειράκιον ἔτι καὶ τότε ὄντα, προεχειρίσατο. ἔς τε τὸ παρὸν, ἐν ᾧ ταῦτα ἐγίγνετο, ὕπατόν τε αὐθ' ἑαυτοῦ [286] τὸν [o] Δολοβέλλαν ἀντικαθέστησε, καίτοι τοῦ Ἀντωνίου πάντα τὸν ἐνιαυτὸν μέλλοντος ἄρξειν· καὶ τῷ Λεπίδῳ τήν τε Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, [287] καὶ τὴν Ἰβηρίαν τὴν πλησιόχωρον προσέταξας, δύο ἀντ' αὐτῶν ἑτέρους, ἰδίᾳ γε ἑκάτερον, ἱππαρχῆσαι ἐποίησεν. [p] ὡς [288] γὰρ εἴρηται, πολλοῖς [q] εὐεργεσίαν ὀφείλων, διά τε τῶν τοιούτων ἀρχῶν, καὶ [289] διὰ τῶν ἐρωσυνῶν ἀπέδιδου· ἔς τε τοὺς πεντεκαίδεκα ἕνα, καὶ ἐς τοὺς ἑπτὰ οὓς καλουμένους, τρεῖς ἑτέρους προσαποδείξας.

ipse quoque adversus eos arma tulerat: eumque captum Pompejus Strabo in triumpho vinctum duxerat. Post dimissus, successu temporis in senatum allectus, ac tum a Cæsare prætor creatus est: tantosque progressus fecit, ut Parthos deinde superaverit, & de iis triumphaverit. Ac magistratus quidem, qui primo proximo anno rempublicam administrarent, omnes tum designati sunt: in secundum autem annum consules tantum & tribuni plebis: tantum abfuit, ut tertii quoque anni magistratus designarentur. Cæsar autem his iisdem duobus annis dictator futurus, magistros equitum sibi cum alium quendam, tum Octavium, licet id temporis adhuc adolescentulum, delegit: ipse in præsentem, quo hæc agebantur, annum, Dolabellam pro se consulem esse jussit, Antonio consulatum ad finem usque ejus anni gesturo. Lepido Galliam Narbonensem, Hispaniamque citeriorem mandavit. Ita in Antonii Lepidique locum duos alios magistros equitum suffecit, seorsim magistratu fructuros. Quum enim plurimis beneficia, ut dictum, deberet, his magistratibus ac sacerdotiis collatis, eis satisfecit: itaque & quindecimviris unum, septemviris tres alios adjunxit.

A.U.C. 710 Cæsare Dict. V. & COS. V. cum Antonio.

m ἄρξαντες. ἄρξοντες, L. *n* τοῦ τε ἱππαρχήσαντος ἄλλον τινὰ. τούς τε ἱππαρχήσαντας καὶ ἄλλον τινὰ, L. ἄλλον τε τινὰ, Med. *o* Δολοβέλλαν. rectius Δολαβέλλαν. notum enim, hac voce significari runcinam parvam, a qua Dolabellis cognomen. L. *p* ὡς γὰρ εἴρηται. deest in Med. qui sic pergit πολλοῖς γὰρ ἐυεργ. *q* εὐεργεσίαν ὀφείλων. interpres sic exposuit, acsi scriptum reperisset ἐυεργεσίας ὀφείλων, quod probo, L. eo refer sequens αὐτῶν.

§ 282. (l. 24.) Πομπηΐου τοῦ Στράβωνος] Hic Magni Pompeji pater Cn. Pompejus Strabo de Asculanis Picentibus triumphavit Consul A. U. C. 665. Ventidii ab eo in triumphum ducti meminit Dio iterum XLIX. p. 405. A.

§ 283. (l. 29.) τοὺς Πάρθους νικῆσαι] Inter tempus, quo Ventidius in triumpho a Pompejo Strabone ductus est, & quo Parthos ipse vicit, infra XLVIII. p. 381. E. XLIX. p. 403. sq. ac de Parthis primus triumphavit, p. 405. A. intercedunt anni plus quam quinquaginta: unde non desunt qui hunc Parthorum victorem habent pro filio ejus qui in triumpho ductus fuit. Fert tamen ætas hominis, ut vera esse possit Dionis sententia, qui eosdem fuisse non dubitat.

§ 284. (l. 36.) ἄλλον τινὰ] Cn. Domitium Calvinum, ut constat ex fastis Capitolinis.

§ 285. (l. 36.) καὶ τὸν Ὀκταούϊον] Hic est nepos sororis Cæsaris Juliæ minoris, C. Octavius, qui postea Cæsar Augustus, natus tunc annos duodeviginti. Hic debebat magisterium equitum inire, quum M. Lepidus paludatus exisset. Itaque contra petitionem ejus prælatum ei Lepidum, & repulsam in magisterio equitum apud avunculum, memorat Plinius lib. VII. c. 45. & ex eo Solinus c. 3. De Lepido meminit etiam Appianus II. civil. p. 495.

§ 286. (l. 39.) Δολοβέλλαν] De hujus consulatu dicetur infra XLIV. p. 250. Natus Dolabella tunc erat non plures quam annos quinque ac viginti, teste Appiano II. civil. p. 509. Plutarchus autem in Antonio p. 921. narrat, Cæsari Dolabellam sibi in Consulatu volenti sufficere, idque ad senatum referenti, iterumque pronunciare gestienti, obstitisse M. Antonium, atque obnunciatione rei inauspicatæ feciste, ut id Cæsar tunc omitteret, & Dolabellam indignantem destitueret. Conf. Ciceronis Philippic. II. 32. sq.

§ 287. (l. 41.) καὶ τὴν Ἰβηρίαν] Infra XLV. p. 275. C.

§ 288. (l. 44.) ὡς γὰρ εἴρηται] Pag. 237. B.

§ 289. (l. 45.) διὰ τῶν ἐρωσυνῶν] Vide dicta ad XLII. p. 209. B.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ

LIBER QUADRAGESIMUS QUARTUS.

Hæc insunt Libro XLIV. Romanæ Historiæ Dionis.

De decretis in honorem Cæsaris factis. c. 1 — 11.
De conspiratione in mortem Cæsaris inita. c. 12 — 18.
Ut Cæsar interfectus sit. c. 19 — 22.
Ut senatusconsulto mutuarum injuriarum memoria sit prohibita. c. 23 — 34.
Quomodo Cæsar sepultus fuerit: oratioque in ejus funere habita. c. 35 — 53.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τελάρτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Περὶ τῶν τῷ Καίσαρι ψηφισθέντων.
Περὶ τῆς ἐπιβουλῆς τῆς ἐπ' αὐτὸν συστάσης.
Ὡς Καῖσαρ ἐσφάγη.
Ὡς δόγμα ἐγένετο, μὴ μνησικακεῖν αὐτοὺς ἀλλήλοις.
Περὶ τῆς τοῦ Καίσαρος ταφῆς, καὶ τοῦ λεχθέντος ἐπ' αὐτῷ λόγου.

Χρόνου πλῆθος μέχρι τῆς Ἰουλίου Καίσαρος δικτατωρίας τὸ πέμπτον, μετὰ α Αἰμιλίου Λεπίδου ἱππάρχου, καὶ ὑπατείας τὸ ε'. μετὰ Μάρκου Ἀντωνίου.

Continentur hæc omnia eo adhuc anno, quo Cæsar dictator V. fuit, Æmilio Lepido magistro equitum: & consul V. collega M. Antonio.

A.U.C. 710 Cæsare Dict. V. & COS. V. cum Antonio.

1. Itaque Cæsar ad bellum adversus Parthos se hoc modo parabat. Enimvero pestilens furor certos quosdam homines, qui & invidebant antecellenti se Cæsari, & in honore majori constitutum oderant, invasit, ut eum injusta cæde perimerent, sumto sibi novo impiæ gloriæ nomine, & quæ jam decreta fuerant everterent, iterumque ex concordia seditiones, civiliaque bella Romanis conflarent. Nam verbis quidem illi se percussores Cæsaris, & liberatores populi ferebant: sed re vera impie perniciem ei machinati sunt, & urbem recta jam reipublicæ administratione utentem in seditiones conjecerunt.

2. Popularis enim status, nomen quidem honestum habet, videturque, ex æqualitate juris, non plus uni, quam alteri tribuere: verum ipsa re comprobatur, nihil ei cum sua appellatione convenire. Contra monarchiæ nomen auditu grave est: sed non sine commodis maximis in ejusmodi

Ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ ταῦθ' οὕτως, ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς Πάρθους στρατεύσων, ἔπραξεν· οἵστρος δέ τισιν ἀλιτηριώδης, φθόνῳ τε τοῦ προήκοντος, καὶ μίσει τοῦ προλελιμμένου σφῶν, προσωτέσω, ἐκεῖνόν τε ἀνόμως ἀπέκτεινε, καινὸν ἀνοσίου δόξης ὄνομα προσλαβών, καὶ τὰ ψηφισθέντα διεσκέδασε· στάσεις τε αὖθις ἐξ ὁμονοίας, καὶ πολέμους ἐμφυλίους τοῖς Ῥωμαίοις παρεσκεύασεν. ἔλεγον μὲν γὰρ, καθαιρέται τε τοῦ Καίσαρος καὶ ἐλευθερωταὶ τοῦ δήμου γεγονέναι· τὸ δ' ἀληθὲς, ἐκείνῳ τε ἀσεβῶς ἐπεβούλευσαν, καὶ τὴν πόλιν ὀρθῶς ἤδη πολιτευομένην ἐστασίασαν.

Δημοκρατία γὰρ ὄνομα ἔυχημον ἔχει, καί τινα ἰσομοιρίαν πᾶσιν ἐκ τῆς ἰσονομίας φέρειν δοκεῖ, ἐν δὲ δὴ τοῖς ἔργοις ἐλέγχεται μηδὲν ὁμολογοῦσα τῷ προσρήματι· καὶ τοὐναντίον ἡ μοναρχία, δυσχερὲς μὲν ἀκοῦσαι, χρησιμώτατον δὲ ἐμπολιτεύσασθαί, ἐστι. ῥᾴδιόν τε γὰρ ἕνα τινὰ

a μετὰ Αἰμιλίου & quæ sequuntur, usque ad μετὰ Μάρκου desiderata in editis leguntur apud Gronov. p. 89. ex cod. Mediceo. ceterum paulo ante, pro μέχρι τῆς Ἰουλίου Καίσαρος δικτατωρίας, verius dicendum fuisse videtur, τὰ λοιπὰ τῆς Ἰουλ. Καισ. δικτ. sic in aliis librorum inscriptionibus reperimus: & hujus anni acta jam cœperat Dio narrare libro superiore p. 238. B. sqq. b προήκοντος. nihil hæsitans amplexus sum emendationem Leunclavii, pro προσήκοντος. nam & ipse pluribus exemplis docet, hæc verba a librariis Dionis sæpe confundi.

§ 99. (l. 28.) συγκαλυψάμενον] Sueton. *ut animadvertit, undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.* Cicero Philippica II. 14. *quod nobiles gladiatores faciunt, ut honeste decumbant.*

§ 100. (l. 29.) ταῦτα μὲν τἀληθέστατα] Sueton. *ita tribus & viginti plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito; Etsi tradiderunt quidam M. Bruto irruenti dixisse; & tu in istis? & tu mi fili?* καὶ σὺ ἐκεῖνον; καὶ σὺ τέκνον; sed & hanc Cæsaris vocem refert Plutarchus ad Cascam, primum ei vulnus infligentem, μιαρώτατε Κάσκα, τι ποιεῖς; *scelerate Casca quid agis?* p. 991. & 739. quo posteriore loco concidens interfecti cadaver ad pedes statuæ Pompeji devolutum refert. Casca jugulum petierat, Cassius vulnus inflixit in faciem, Brutus femur suffodit, Bucolianus sauciavit sinciput, teste Appiano II. civil. p. 502. Inter tot vulnera lethale unum ab Antistio Medico repertum est, quod secundo loco in pectore acceperat, ut est apud Suetonium c. 82. Scelus percussorum nuper erudito pinxit stilo scriptor Anglus, Dionysius: *Julius Cæsar acquidtted, and his murderers condemned.* Lond. 1722.

§ 101. (l. 45.) τῶν σφαγέων] Brutus ab optimatibus deductus in forum, verba fecit e rostris veteribus ad populum, vide Plutarchum in Bruto p. 992.

§ 102. (l. 48.) Κικέρωνα συνεχῶς] Tanquam reipubl. ac libertatis amicum omnium confessione maximum summaque auctoritate, & conjurationis tamen haud participem. vide infra ad XLVI. p. 306. D. & Ciceronem II. Philippica c. 12.

§ 103. (l. 66.) καὶ ἄλλοι τινὲς] Nominat eos Appianus II. civil. p. 503. Lentulum Spinterem, Favonium, Aquinum, Dolabellam, Murcum & Petisicum.

§ 104. (l. 77.) ὁ Δολοβέλλας] Dolabellæ consulatum destinasse Cæsarem, dictum est sub extremum libri superioris p. 240. A. Debebat autem illum Cæsaris loco gerere, cum is ad expeditionem in Parthos profectus fuisset. Natus tunc erat Cn. Cornelius Dolabella annos viginti quinque, teste Appiano p. 509. eumque ab Antonio collegam in Consulatu admissum

συμμεταιχόντες, τῆς δὲ ἀπ' αὐτῆς δόξης, ὡς καὶ ἐπαινουμένους σφᾶς ἑώρων, καὶ τῶν ἄθλων τὰ προσεδέχοντο, μεταποιησόμενοι, συνεγένοντο. καὶ συνέβη γε αὐτοῖς ἐς τοὐναντίον τὸ πρᾶγμα δικαιότατα περιστῆναι. οὔτε γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ ἔργου (ἅτε [b] καὶ μηδὲν αὐτοῦ προσκοινωνήσαντες) ἔλαβον, καὶ τοῦ κινδύνου τοῦ τοῖς δράσασιν αὐτὸ συμβάντος, ὡς καὶ [i] ἐπιβουλεύσαντες, σφίσι μετέσχον.

me fuerant, quia tamen laudari id factum videbant, in partem gloriæ & præmiorum, quæ sperabantur, venire cupiebant. Sed justissime evenit, ut in contrarium eis hoc consilium verteret. Nam neque nomen hujus facinoris, in cujus societatem ipsi non venerant, adepti sunt; & in eadem pericula, quæ percussores Cæsaris post ea sustinuerunt, ipsi quoque, non secus ac insidiarum socii, pervenerunt. A.U.C.710 Cæsare Dict. V. & COS.V.cum Antonio.

Ἰδὼν δὲ ταῦτα [104] ὁ Δολοβέλλας, οὐδ' αὐτὸς ἠξίου τὴν ἡσυχίαν ἄγειν· ἀλλ' ἔς τε τὴν ὕπατον ἀρχὴν, καίπερ μηδέπω οἱ προσήκουσαν, ἐσῆλθε, καὶ [105] δημηγορήσας τι περὶ τῶν παρόντων, ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη. τούτων δὲ ἐνταῦθα ὄντων, ὁ Λέπιδος, μαθὼν τὰ γεγενημένα, τήν τε ἀγορὰν μετὰ τῶν στρατιωτῶν τῆς νυκτὸς καθέλαβε, καὶ καθ' ὑπὸ τῶν σφαγέων ἅμα ἕω ἐδημηγόρει. ὁ δ' οὖν Ἀντώνιος, καίτοι παραχρῆμα μετὰ τὸν τοῦ Καίσαρος θάνατον φυγὼν, καὶ [106] τήν τε ἐσθῆτα τὴν ἀρχικὴν, ὅπως διαλάθῃ, ἐνδὺς, καὶ τὴν νύκτα κρυφθεὶς, ὅμως ἐπειδὴ τούς τε σφαγέας [107] ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ [108] τὸν Λέπιδον ἐν τῇ ἀγορᾷ ὄντα ἤσθετο, τήν τε γερουσίαν [109] ἐς τὸ τῆς Γῆς τέμενος ἤθροισε, καὶ γνώμας ὑπὲρ τῶν παρόντων προὐτέθεικε. καὶ εἶπον ἄλλοι τε ἄλλα, ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἐγίνωσκε, καὶ [110] ὁ Κικέρων τάδε· οἷσπερ καὶ ἐπείσθησαν.

22. Hæc cernens Dolabella, ipse quoque cessandum sibi minime ratus, consulatum, quanquam is nondum ad ipsum pertinebat, invasit: habitaque oratione quadam de re præsenti, in Capitolium ipse quoque adscendit. Hoc rerum statu Lepidus, iis quæ acta essent cognitis, noctu forum militibus occupavit, concionemque contra percussores Cæsaris sub auroram habuit. Antonius autem, quanquam statim Cæsare occiso fugerat, projectaque, quo facilius lateret, veste consulari, sese occuluerat ea nocte: tamen ubi percussores in Capitolio, Lepidum in foro esse intellexit, senatu in Telluris templum convocato, de statu rerum præsenti retulit. Ibi quum variæ a variis, ut quisque affectus erat, sententiæ dicerentur; Cicero, cujus etiam autoritati obtemperatum est, in hæc verba disseruit.

" Ἀεὶ μὲν ἔγωγε οἶμαι χρῆναι μηδένα μηδενὸς χάριν μήτε πρὸς φιλονεικίαν λέγειν, " ἀλλ' ὃ βέλτιστον ἕκαστος εἶναι νομίζει, τοῦτ' " ἀποφαίνεσθαι. δεινὸν γὰρ, εἰ τοὺς μὲν στρα" τηγοῦντας τούς θ' ὑπατεύοντας πάντα ἀπ' ὀρ" θῆς τῆς διανοίας ποιεῖν ἀξιώσομεν· κἂν ἄρα " πως σφαλῶσιν, εὐθύνας παρ' αὐτῶν καὶ τῆς " τύχης ἀπαιτήσομεν· ἐν δὲ δὴ τῷ βουλεύεσθαι, " ἐν ᾧ κυριώτατοι τῆς ἡμετέρας αὐτῶν γνώμης " ἐσμὲν, τὰ κοινῇ συμφέροντα τῶν ἰδίων ἕνεκα " πλεονεξιῶν προησόμεθα. ἀεὶ μὲν δὴ διὰ ταῦτα, ὦ πατέρες, πάντα ἁπλῶς καὶ δικαίως ἡγοῦμαι δεῖν ἡμᾶς συμβουλεύειν ὑμῖν· μάλιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασιν, ἐν οἷς, ἂν μηδὲν πολυπραγμονήσαντες ὁμονοήσωμεν, αὐτοί τε σωθησόμεθα, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας

23. " Nunquam ego, P. C. cuiquam in consultationibus neque gratiam ullius spectandam, neque odia esse existimo; sed eam unumquemque sententiam debere dicere, quam ipse optimam esse censeat. Quippe iniquum fuerit, quum prætores consulesque nostros omnia ex præscripto rectæ rationis agere jubeamus, iisque etiam fortuna præstanda sit, si quid adversi accidat; nos in deliberando, ubi suam quilibet sententiam in sua potestate omnino habet, privatarum cupiditatum causa commodum reipublicæ prodere. His ego de causis quum arbitrer, semper nobis in consilio dando sincere justeque agendum esse, id eo magis in præsenti negotio nobis faciendum censeo: in quo video nos, si omissis non necessariis rebus concordiam servemus,

b καὶ. abest a Med. paulo ante μεταποιησάμενοι RS. pro μεταποιησόμενοι, quod ceteri. *i* ἐπιβουλεύσαντες, σφίσι μετέσχον. ego comma post ἐπιβουλεύσαντες posui, ut σφίσι μετέσχον conjungantur; in prioribus editionibus male legitur ἐπιβουλεύσαντες σφίσι, μετέσχον. quod frustra Leunclavio occasionem suppeditavit, ut συνεπιβουλεύσαντες reponendum suaderet. & Oddeyo, ut ἅμα ἐπιβ. recte enim dicitur μετέχειν τινὶ κινδύνου.

admissum, dicetur infra p. 268. C. & testatur Cicero Philippica I. c. 2. Fasces atque insignia corripuisse consularia, ait Vellejus lib. II. c. 28.

§ 105. (l. 80.) δημηγορήσας τι περὶ τῶν παρόντων] Appianus II. civil. p. 505. testatur, Dolabellam in autorem dignitatis suæ Cæsarem multis post Cinnam (prætorem, de cujus interitu infra p. 267. C.) convitiis invectum, facinorisque auctoribus ignoscere se professum fuisse, cui se quoque manus admovisse cuperet: etiam, ut quidam produnt, rogationem tulisse, ut ea dies natalis Urbis haberetur, τὴν ἡμέραν θέσθαι τῇ πόλει γενέθλιον.

§ 106. (l. 86.) τὴν ἐσθῆτα τὴν ἀρχικὴν] Togam ac prætextam consularem servili habitu permutavit, ut scribit Plutarchus in Antonio p. 921. ἐνθὺς μὲν ὁ Ἀντώνιος ἐσθῆτα θεράποντος μεταλαβὼν ἐκρύφη αὐτόν. Cicero Philippica II. c. 35. *quæ tua fuga? quæ formido præclaro illo die?*

§ 107. (l. 88.) ἐν τῷ Καπιτωλίῳ] Supra A. Oratio M. Bruti in templo Jovis Capitolini habita, est apud Appianum II. civil. p. 514.

§ 108. (l. 89.) τὸν Λέπιδον ἐν τῇ ἀγορᾷ] Cum exercitu, ut Appianus p. 507. testatur. Cicero apud Dionem infra p. 254. A. πεπλήρωται μὲν ἡ ἀγορὰ τῶν ὅπλων.

§ 109. (l. 90.) ἐς τὸ τῆς Γῆς τέμενος] Cicero Phippica I. c. 1. *nec a Repub. dejiciebam oculos ex eo die quo in ædem Telluris convocati sumus: in quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamentum pacis, Athenienſiumque renovavi vetus exemplum, Græcum etiam verbum* (ἀμνηστίας) *usurpavi* &c. vide & Phil. II. 35. Nocte adhuc διάγραμμα sive edictum ab M. Antonio Consule propositum, quo senatus in ædem Telluris convocabatur: neque enim curiam adire audebat subjectam Capitolio, in quo gladiatores, (de quibus supra p. 247. E.) erant cum conjuratis. Ita Appianus II. civil. p. 507. De Tellure Dea ejusque templo, quod in quarta urbis regione constat fuisse, vide quæ viri docti ad Florum lib. I. c. 19.

§ 110. (l. 93.) ὁ Κικέρων] Hoc est ἀμνηστίας ἐγκώμιον, quod a Cicerone dictum refert Appianus p. 517. & Vellejus lib. II. c. 58. *illud decreti Athenienſium celeberrimi exemplum, relatum a Cicerone, oblivionis præteritarum rerum, decreto patrum comprobatum est.*

A.U.C.710 Cæsare Dietat. V. & COS.V.cum Antonio.

mus, & saluti nostræ consulere, & alios etiam nolentes nobis conjungere posse: Sin vero accurate omnia examinare voluerimus, vereor, ne male: sed initio orationis nolo quicquam durius dicere. „

24. " Superioribus quidem temporibus aliquamdiu is fuit reipublicæ status, ut eam ii, qui plurimum armis possent, plerumque obtinerent; sic ut illi vobis, quid consulendum esset, præscriberent, non vos, quid illis agendum esset, prospiceretis. Nunc eo res redierunt, ut in vestra sint omnia potestate, penesque vos sit arbitrium, aut concordiam, cumque ea libertatem; aut dissensiones iterum, ac civilia bella, dominumque exinde deligendi. Quod enim hodie facietis senatusconsultum, id omnes etiam alii sequentur. Quæ quum ita sese habeant, (ut mihi certe persuadeo) arbitror, debere nos, omnibus invicem inimicitiis ac contentionibus, aut quocunque tandem nomine eas appellare placeat, omissis, ad pristinam illam pacem, amicitiam, concordiamque redire: atque si nihil aliud, hoc certe nobiscum reputare, nos quamdiu hac ratione rempublicam procuravimus, regiones, divitias, gloriam, sociosque nobis paravisse: postquam ad intestinas clades descendimus, non modo nulla felicitate auctos, sed & in longe deteriorem conditionem prolapsos esse. Tantum vero abest, ut ego aliquid existimem aliud in præsentia salutem urbi afferre posse; ut, nisi nos concordiæ autores hodie, atque adeo jam statim fiamus, restitui rempublicam non posse judicem. „

25. " Ut vera esse, quæ dico, cognoscatis, age, & præsentem conditionem inspicite, & antiquam memoria repetite. Nonne enim videtis, quid agatur? populum iterum dividi, divellique; aliosque alia sentientes, in duas jam divisos partes, bina castra habere? atque hos quidem Capitolium occupasse, quasi terrore a Gallis impendente: alios in foro se ad oppugnandum Capitolium parare, quasi Carthaginienses ipsi, ac non pariter Romani essent? Nonne audistis, ut prius quoque sæpius dissensionibus coortis, alii Aventinum, ac Capitolium, alii Sacrum montem tenuerint?

" τας περιποιήσομεν. [k] ἂν δ' ἀκριβῶς πάντα
" ἐξετάσαι ἐθελήσωμεν, δέδοικα δὲ, μὴ κα-
" κῶς· δυσχερὲς δ' οὐδὲν, ἀρχόμενος τῶν λό- 251
" γων, εἰπεῖν βούλομαι.

" Πρότερον μὲν γὰρ οὐκ ὀλίγος ἐξ οὗ χρόνος
" οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες, καὶ τῆς πολιτείας ἐγκρα-
" τεῖς ὡς τὸ πολὺ ἐγίγνοντο, ὥστ' αὐτοὺς ὅ, τι δεῖ
" βουλεύειν [l] ὑμῖν ἐπιτάττειν, ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς ὅ,
" τι χρὴ πράττειν ἐκείνους, προσκοπεῖν· νῦν δ' ἐς
" τοῦτο καιροῦ πάντ' ὡς εἰπεῖν τὰ πράγματα
" πάρεστιν, ὥστε ἐφ' ὑμῖν τε αὐτὰ εἶναι, καὶ ἐς
" ὑμᾶς ἀνακεῖσθαι· καὶ παρ' ὑμῶν, ἤτοι τὴν
" ὁμόνοιαν, καὶ μετὰ ταύτης τὴν ἐλευθερίαν, ἢ
" στάσεις καὶ πολέμους ἐμφυλίους αὖθις, καὶ ἀπ' B
" αὐτῶν καὶ δεσπότην λαβεῖν. ὅ, τι γὰρ ἂν
" τήμερον ψηφίσησθε, τοῦτο καὶ οἱ ἄλλοι πάντες
" ἀκολουθήσουσι. τούτων οὖν οὕτως (ὥσγε ἐμαυ-
" τὸν πείθω) ἐχόντων, φημὶ δεῖν ἡμᾶς τὰς μὲν
" πρὸς ἀλλήλους ἔχθρας, ἢ φιλονεικίας, ἢ ὅπως
" ἄν τις αὐτὰς ὀνομάσῃ, καταλύσασθαι, πρὸς
" δὲ δὴ τὴν παλαιὰν ἐκείνην εἰρήνην καὶ φιλίαν
" καὶ ὁμόνοιαν ἐπανελθεῖν· ἐνθυμηθέντας τοῦτό
" γε, εἰ μηδὲν ἄλλο, ὅτι τέως μὲν ἐκείνως C
" ἐπολιτευόμεθα, καὶ χώρας καὶ πλούτους καὶ
" δόξαν καὶ συμμάχους ἐκτησάμεθα· ἀφ' οὗ δὲ
" ἐς τὰ πρὸς ἀλλήλους κακὰ προήχθημεν, οὐχ ὅσον
" οὐκ ἀμείνους, ἀλλὰ καὶ πολὺ χείρους ἐγενόμε-
" θα. καὶ ἔγωγε τοσοῦτον δέω [m] νομίζειν ἄλλο
" τι σῶσαι ἂν ἔν γε τῷ παρόντι τὴν πόλιν, ὥστ'
" ἂν μή τι τήμερον, καὶ ἤδη γε ὀτιοῦν ἀχθέσα προ-
" βουλεύσωμεν, οὐδ' [n] ἀναλαβεῖν δυνησόμεθα.

" Σκοπεῖτε δὲ ὡς ἀληθῆ λέγω, πρός τε τὰ πα-
" ρόντα ἀποδόντες, καὶ τὰ ἀρχαῖα ἀναλογισάμενοι.
" ἢ οὐχ ὁρᾶτε μὲν τὰ γιγνόμενα; καὶ ὅτι διαιρεῖ-
" ταί τε καὶ περισπᾶται ὁ δῆμος αὖθις; καὶ οἱ μὲν D
" ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα προαιρούμενοι, δίχῃ τε ἤδη
" νενέμηνται, καὶ δίχῃ στρατοπεδεύονται; καὶ
" [111] οἱ μὲν τὸ Καπιτώλιον προκαταλήψεσθαι,
" [112] ὥσπερ τινὰς Γαλάτας φοβούμενοι· [113] οἱ δὲ
" ἐκ τῆς ἀγορᾶς πολιορκεῖν αὐτοὺς παρασκευάζον-
" ται, [114] καθάπερ Καρχηδόνιοί τινες, ἀλλ' οὐ
" Ῥωμαῖοι καὶ αὐτοὶ ὄντες; οὐκ ἀκούετε δὲ, ὅτι
" καὶ πρότερον πολλάκις, διχογνωμονησάντων τινῶν,
ὥστε

[k] ἂν δ' ἀκριβῶς πάντα ἐξετάσαι ἐθελήσωμεν. hæc omissa in editis lacunam faciebant, hic expletam ex cod. Med. apud Gronov. p. 108. & V. a. [l] ὑμῖν. ἡμῖν, Med. & sic paulo post, ἡμᾶς, ἡμῶν, pro ὑμᾶς, ὑμῶν. [m] δέω νομίζειν. sic HS. & L. post Xylandrum. male Robertus, δέω ὠνομάζειν. mox σώσειν malim. [n] ἀναλαβεῖν. αὐτὴν addendum judicat Od.

§ 111. (l. 47.) οἱ μὲν τὸ Καπιτώλιον] Cassius & Brutus cum conjuratis. supra p. 250. A. & C.

§ 112. (l. 48.) ὥσπερ τινὰς Γαλάτας] Notum est, Roma a Gallis occupata, juventutem Romanam in Capitolium se recepisse, ut Livius V. 40. Florus lib. I. c. 13. aliique memoriæ prodiderunt. vide Pighii annales ad A. U. C. 363.

§ 113. (l. 48.) οἱ δὲ ἐκ τῆς ἀγορᾶς] Lepidus cum exercitu. supra ad p. 250. C.

§ 114. (l. 50.) καθάπερ Καρχηδόνιοι] Carthaginienses nominat, non quod illi forum Romanum aliquando occupaverint, sed tanquam infestos nomini Romano hostes.

§ 115. (l. 53.) τὸν Ἀουεντῖνον πολὲ] Subintellige λόφον. In illum se recepit C. Gracchus A. U. C. 633. vide Pighium T. III. Annal. p. 67. & quæ viri docti ad Florum III. 15.

§ 116. (l. 53.) καὶ τὸ Καπιτώλιον] In Capitolium fatale familiæ suæ Ti. Gracchus primum, deinde frater ejus C. Gracchus profugerunt. vide Florum III. 14. sq. & Pighium ad A. U. C. 621. Post Gracchos L. Appulejus Saturninus, de quo Florus III. 16. & Pighius ad A. 653.

Non putem secessione in Aventinum & Capitolium Gracchanas turbas designari. Est enim Aventina secessio notissima, nata ex Appii decemviri libidine A. U. C. 305. de qua Livius III. 50. Florus I. 24. Dionysius Hal. XI. p. 723. sq. alii. Secessio in Capitolium ea videtur innui, quæ facta est A. U. C. 283. Volerone & Lætorio tribunis plebis tributa comitia urgentibus, cum plebs, teste Dionysio Hal. IX. p. 604. sq. ἐφρούρει τὸ Καπιτώλιον ἅμα τοῖς δημάρχοις, atque inde Consulis Quintii intercessione pacata rediit, sub eadem fere lege ἀμνηστίας, nempe ὅσα μὲν ἀλλήλοις ἐγκαλοῦσιν οἵ τε δήμαρχοι καὶ ὁ ὕπατος (Ἄππιος) — ἀφεῖσθαι δημοσίᾳ, καὶ μηδεμίαν ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι δίκην. Conf. & Livium II. 58. Florum I. 22. REIM.

§ 117. (l. 54.) καὶ τὸ ἱερὸν ὄρος] De secessione plebis in sacrum montem, Menenii Agrippæ ingeniosa facundia & auctoritate revocata, idem Florus lib. I. c. 23. & Pighius ad A. U. C. 260.

§ 118. (l. 65.) τὸν Οὐαλέριον, τὸν Ὁράτιον] L. Valerium Poplicolam intellige, ejusque collegam T. Horatium Barbatum, de quorum consulatu populari, sine patrum injuria, post

" ὥσε καὶ [115] τὸν Ἀουεντῖνόν ποτε, [116] καὶ τὸ nuerint? utque hi, quoties æquis conditionibus, A.U.C.710
" Καπιτώλιον, ἔστι δ' ὃυς αὐτῶν [117] καὶ τὸ ἱερὸν ὄρος aut cedendo paululum de suo jure, in gratiam in- Cæsare Dict. V. &
" καθαρχεῖν· ὁσάκις μὲν ἐπὶ τοῖς ἴσοις, ἢ καὶ βραχύ vicem rediissent, statim odiorum fine facto, reli- COS. V. cum
E " τι συγχωρήσαντες οἱ ἕτεροι τοῖς ἑτέροις, καθηλάγη- quum temporis in pace & concordia exegerint: Antonio.
" σαν, μισοῦντές τε ἀλλήλους εὐθὺς ἐπαύσαντο, καὶ ἐν ita ut multa magnaque bella communi opera fe-
" εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διήγαγον οὕ- liciter conficerent? quoties autem ad cædes
" τως, ὥσε καὶ πολλοὺς καὶ μεγάλους πολέμους κοι- descendissent, alteri, acceptas injurias ulciscendi
" νῇ καθορθῶσαι; ὁσάκις δὲ δὴ πρὸς φόνους καὶ σφά- cupiditate, alteri, ne qua in re inferiores fuisse
" γας ἐχώρησαν, (οἱ μὲν δικαιώσει τοῦ ἀμύνεσθαι viderentur, contendendi studio decepti: nihil un-
" τοὺς προϋπάρξαντας, οἱ δὲ καὶ φιλονεικίᾳ τοῦ μη- quam boni secutum fuerit? Quorsum enim atti-
252 " δενὸς ἐλασσοῦσθαι δοκεῖν, ἀπαληθέντες) οὐδὲν πώποτε net Valerium, Horatium, tum Saturninum, Glau-
" χρησὸν ἐγένετο; τί γὰρ δεῖ πρὸς οὐδὲν ἧττον ciam, Gracchosque vobis, ex æquo hæc mecum
" ὑμᾶς εἰδότας, [118] τὸν Οὐαλέριον, τὸν Ὁράτιον, noscentibus, pluribus verbis commemorare?
" [119] τὸν Σαλορνῖνον, τὸν [p] Γλαύκιον, τοὺς Γράκχους Quæ quum exempla non peregrina, sed dome-
" λέγοντα διαφθεῖραι; τοιαῦτ' οὖν παραδείγματα, καὶ stica habeatis; ne cunctemini ista quidem imi-
" ταῦτα οὐκ ἀλλότρια, ἀλλ' οἰκεῖα ἔχοντες, μὴ μελ- tari, hæc vero vitare: quumque ex rebus jam
" λήσητε τὰ μὲν ζηλῶσαι, τὰ δὲ φυλάξασθαι· ἀλλ' ipsis experientiam nacti sitis, quem eventum ha-
" ὅτε ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν πεῖραν τῆς ἐκ- obitura sint quæ agitatis consilia, nolite meam am-
" βάσεως, ὧν βουλεύεσθε, παρειληφότες, μηκέτι τοὺς plius orationem pro inanibus habere verbis; sed
" ἐμοὺς λόγους, ὡς καὶ ῥήματα, διασκοπεῖτε, ἀλλὰ
B " τῷ κοινῷ διαφέροντα, ὡς καὶ ἐν τῷ ἔργῳ ἤδη ὄντα, quæ reipublicæ ex usu sint, velut jam præsentia, consideratе. Neque enim spei incertæ aleam
" θεωρεῖτε. οὐδὲ γὰρ ἀσαφεῖ τινι ἐνθυμήσει τἀφανὲς cogitatione quadam dubia jacietis, sed certitudi-
" τῆς ἐλπίδος ἀναῤῥίψετε, ἀλλ' ἐχεγγύῳ πίστει τὸ βέ- nem consiliorum, fidei quodam quasi vadimonio
" βαιον τοῦ λογισμοῦ προνοήσετε. confirmatam, animo præcipietis. „

" Ὑπάρχει μὲν οὖν ἃ ὑμῖν τοῦθ' ὅπερ εἶπον, 26. " Ac tametsi, quid vobis in deliberando
" οἴκοθεν καὶ παρὰ τῶν προγόνων λαβοῦσιν, ὀρ- sit sequendum, a domesticis majorum nostrorum,
" θῶς βουλεύσασθαι· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ξενικοῖς ut dixi, exemplis petere potestis, ut mihi pere-
" παραδείγμασι χρῆσθαι ἠθέλησα, μυρία ἂν εἰπεῖν grinis documentis utendum esse non duxerim,
" ἔχων· ἓν δ' οὖν ὅμως τῆς ἀρίστης καὶ ἀρχαιοτά- cum possem infinita in medium adducere: tamen
" της πόλεως, παρ' ἧς οὐδ' οἱ πατέρες ἡμῶν ἐπα- unum commemorabo optimæ antiquissimæque
" γαγέσθαι τινὰς νόμους ἀπηξίωσαν, παρέξομαι. urbis, a qua etiam petere leges quasdam majores
C " καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἂν εἴη, τοσοῦτον ἡμᾶς [120] καὶ nostri non dedignati sunt: quod turpe utique sit
" τῇ ῥώμῃ καὶ τῇ γνώμῃ τῶν Ἀθηναίων ὑπερέ- futurum, nos, qui tantum viribus atque judicio
" χοντας, χεῖρον αὐτῶν βουλεύεσθαι. ἐκεῖνοι τοίνυν Athenienſibus præstamus, in capiendo consilio
" (λέγω δὲ ὃ πάντες ἴσμεν) [121] στασιάσαντές ποτε, καὶ ab iis superari. Hi vero (de re nota loquor)
" ἐκ τούτου καὶ [122] ἐκ τῶν Λακεδαιμονίων κατα- olim dissidiis civilibus agitati, atque ideo in bello
" πολεμηθέντες, καὶ ὑπὸ τῶν δυναστῶν πο- a Lacedæmoniis attriti, subque civium potentio-
" λλῶν τυραννηθέντες, οὐ πρότερον ἀπηλλάγησαν rum tyrannidem redacti, non ante exitum suis ca-
" τῶν κακῶν, πρὶν συνθέσθαι καὶ διομολογήσα- lamitatibus invenerunt, quam controversias pacifi-
" σθαι, τῶν τε συμβεβηκότων σφίσι, πολλῶν catione componerent, se memoriam omnium ma-
" που καὶ δεινῶν ὄντων, ἐπιλήσεσθαι, καὶ μη- lorum, quæ passi erant plurima a se invicem ac gra-
" δὲν τοπαράπαν ὑπὲρ αὐτῶν μήτε ἐγκαλέσειν vissima, deposituros, ita ut injuriam acceptam non
D " ποτὲ, [r] μήτε [123] μνησικακήσειν τινί. τοι- modo jure persequi, sed ne reminisci quidem ul-
γάρτοι

Ii

o πρὸς οὐδὲν ἧττον ὑμᾶς εἰδότας. transposita sunt hæc, & sic reponenda: πρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδότας ὑμᾶς. sic p. 283. C. in orat. Ciceronis in Antonium, L. *p* τὸν Γλαύκιον. malim Γλαυκίαν, X. *q* ὑμῖν. ἡμῖν, Med. *r* μήτε. vox, male omissa apud RS. restituta a X. HS. L.

post abrogatum decemvirorum imperium, vide Livium III. 55. & Pighium ad A. U. C. 304.

§ 119. (l. 66.) τὸν Σαλορνῖνον, τὸν Γλαύκιον, τοὺς Γράκχους] C. Servilius Glaucia, Prætor, cum satellitem furoris L. Apuleji Saturnini ageret, in seditione cum eo est interfectus. De Saturnino & Gracchis jam dixi.

§ 120. (l. 84.) καὶ τῇ ῥώμῃ καὶ τῇ γνώμῃ τῶν Ἀθηναίων ὑπερέχοντας] Cicero exordio lib. I. Tusculan. *meum semper judicium fuit, omnia nostros aut invenisse per se sapientius quam Græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora, quæ quidem digna statuissent in quibus elaborarent. Nam mores & instituta vitæ, resque domesticas ac familiares, nos profecto & melius tuemur & lautius: rem vero publicam nostri majores certe melioribus temperaverunt & institutis & legibus. Quid loquar de re militari? in qua quum virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina. Jam illa, quæ natura, non litteris assecuti sunt, neque cum Græcia neque ulla cum gente sunt conferenda.*

§ 121. (l. 87.) στασιάσαντες ποτὲ] De Periclis factione adversus Cimonem ac Thucydidem multa Plutarchus in Pericle, face belli Peloponnesiaci.

§ 122. (l. 88.) ἐκ τῶν Λακεδαιμονίων καταπολεμηθέντες] Bellum Peloponnesiacum, de quo sunt præclari Thucydidis alterius libri, inter Athenienses & Peloponnesios sive Lacedæmonios, ruptis tricennalibus fœderibus, quæ post Eubœam captam inter se fecerant, gestum constat acerrime per annos septem ac viginti, hoc exitu, ut Lacedæmonii Lysandro duce victores Athenienſibus triginta Tyrannos imponerent, qui servitute oppressas tenuerunt Athenas, donec Thrasybuli prudentia ac fortitudine liberarentur. Cœpit illud bellum Olympiade LXXXVII. 2. Thrasybulus triginta Tyrannos ejecit Olympiade XCIV. 4.

§ 123. (l. 95.) μήτε μνησικακήσειν τινί] Cornel. Nepos VIII. 3. *Præclarum hoc quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, quum plurimum in civitate posset, legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur, neve mulctaretur: eamque illi legem oblivionis appellarunt.* τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα nppellat Plutarchus in Politicis præceptis, sed formula jurisjurandi erat μὴ μνησικακήσειν, ut ex Xenophonte II. Ἑλληνικῶν, Æschine

A.U.C.710 Cæsare Dictat. V. & COS.V.cum Antonio.

li liceret. Postquam ita resipuerant, non a tyrannide modo & discordiis liberati sunt, sed cæteris etiam rebus secundis usi, urbem suam recuperarunt, Græcorum principatum sibi vindicarunt, ac denique sæpenumero salutem perniciemque ipsorum Lacedæmoniorum, Thebanorumque, in sua manu positam habuerunt. Quod si ii, qui Phylen arcem ceperant, & ex Piræo in urbem venerant, de urbis habitatoribus vindictam sumere voluissent ob acceptas injurias, facinus fortassis causam satis honestam habens perpetrassent, mala tamen & intulissent multa, & accepissent. Nam quemadmodum iis præter suam spem superiores facti fuerant, ita fieri poterat, ut rursus inopinato succumberent. „

" γαῖροι σωφρονήσαντες οὕτως, οὐχ ὅτι τυραννούμενοι καὶ σασιάζοντες ἐπαύσαντο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν εὐθύνησαν· καὶ τὴν πόλιν ἀνεκτήσαντο, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς ἀντεποιήσαντο· καὶ τέλος, κύριοι καὶ σῶσαι καὶ ἀπολέσαι καὶ τοὺς [124] Λακεδαιμονίους αὐτοὺς καὶ τοὺς Θηβαίους πολλάκις [s] ἐγένοντο. καίτοι εἰ ἐτεθελήκεσαν ἐκεῖνοι οἱ τὴν [t] Φυλὴν καταλαβόντες, καὶ [125] ἐκ τοῦ Πειραιῶς καταβάντες, τιμωρήσασθαι τοὺς ἐκ τοῦ ἄστεος ὑπὲρ ὧν ἠδικηντο, " ἔυλογον μὲν ἂν πρᾶγμα πεποιηκέναι ἐδεδόκεσαν, " πολλὰ δ' ἂν καὶ ἐδεδράκεσαν κακὰ, καὶ ἐπέπονθεσαν. ὥσπερ γὰρ κρείττους αὐτῶν παρὰ τὴν " ἐλπίδα ἐγένοντο, τάχ' ἂν τι καὶ ἡλαττώθησαν " ἂὐθις.

27. " Etenim in ejus quidem generis rebus nulla inest constantia: nec qui semel prævaluit ideo victoria semper potitus est: sed multi, quum suis rebus confiderent, in calamitatem inciderunt: multi ulcisci alios cupientes, ipsi una perierunt. Neque enim qui conditione deteriore sunt in aliqua re, propterea quod injuriis aliorum sint expositi, semper iniquam sortem perferunt: neque qui potestate supra cæteros eminent, propterea semper successibus prosperis utuntur, quod alios antecellant: sed ex æquo utrique inopinatæ humanarum rerum vicissitudini, fortunæque inconstantiæ obnoxii, sæpenumero non pro sua spe, sed improvisa harum mutatione, momenta accipiunt. His igitur de causis, atque ex studio contendendi, (vehemens enim est omnis homo, quum vel affectus est injuria, vel affectum se esse putat) quidam supra vires suas audacia efferuntur, & multi multoties etiam, ultra quam robore suo possint, decertandi studio flagrant: aut superaturos se sperantes, aut certe non sine clade inimici perituros. Atque hi quidem modo vincentes, modo victi, alternisque cladem accipientes edentesque, partim penitus pereunt, partim Cadmea tantum victoria potiuntur; tuncque demum sentiunt se male de rebus suis statuisse, quum id nihil jam prodest. „

" Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις βέβαιον 253
" οὐδὲν, οὔτε ἐξ ὧν ἰσχύει τις, προσε-
" πεκράτησεν· ἀλλὰ πάμπολλοι μὲν θαρσοῦν-
" τες ἔπταισαν, πάμπολλοι δὲ ζητοῦντες ἀ-
" μύνασθαί τινα, προσαπώλοντο. οὔτε γὰρ
" τὸ πλεονεκτούμενον ἔν τινι, πάντως " ἀ-
" τυχεῖ, διότι καὶ ἀδικεῖται· οὔτε τὸ δυ-
" νάμει προὔχον, πάντως καθορθοῖ, διότι καὶ
" [x] προήκει. ἀλλ' ἀμφότερα ἀπὸ τῆς ἰ-
" σης καὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ
" τῷ ἀσταθμήτῳ τῆς τύχης ὑποκείμενα, καὶ
" τὴν ἐλπὶν πολλάκις οὐ πρὸς τὸ σφέτερον εὐ-
" ελπι, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀδόκητον ἐκείνων λαμ-
" βάνει. [y] ὅθεν ἔκ τε τούτων καὶ ἐκ τῆς B
" φιλονεικίας, (δεινὸν γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ἀδι-
" κηθεὶς, ἢ νομίσας γε ἀδικεῖσθαι) ὑπὲρ δύ-
" ναμιν θρασύνασθαι· καὶ πολλοὶ πολλάκις καὶ
" παρὰ τὴν ἰσχὺν ἐπαίροντας διακινδυνεύειν, ὡς
" καὶ κρατήσοντες, ἢ οὐκ ἄν γε καὶ ἀναιμωτὶ διο-
" λούμενοι. καὶ οὗτοι τὰ μὲν, νικῶντες, τὰ
" δὲ, ἡττώμενοι, καὶ [z] τοτὲ μὲν ἀνεπικρα-
" τοῦντες, [z] τοτὲ δὲ ἀνιέμενοι, οἱ μὲν
" παντὶ συναπόλλυνται, οἱ δὲ [126] τήν γε
" καδμείαν λεγομένην νίκην νικῶντες τυγχάνου-
" σι· καὶ ἐν τῷ χρόνῳ, ὅτ' οὐδὲν ὄφελός C
" ἐστιν, αἰσθάνονται ὅτι κακῶς ἐβουλεύσαν-
" το.

28. " Quod ita se habere, res ipsa vos etiam docuit. Age enim, considerate: aliquamdiu in civilibus

" Καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ ὑμεῖς ἔργῳ μεμα-
" θήκατε. σκοπεῖτε δέ· ἴσχυσε τινὰ χρόνον ἐν τοῖς σασιω-

s πολλάκις ἐγένοντο. πολλάκις ἠμύναντο, V. b. t τὴν Φυλὴν. vulgo τὴν φυλακὴν. interpres: *custodibus captis.* sed manifestum errorem, qui omnes editiones fœdabat, tollendum tandem putavi. nota res ex Diodoro Sic. XIV. 32. καταλάβετο χωρίον τῆς Ἀττικῆς ὀνομαζόμενον Φυλὴν, ubi & de Piræo per Thrasybulum capto, cap. 33. Xenophon Hist. Græc. lib. II. p. 470. E. de eodem: Φυλὴν χωρίον καταλαμβάνει ἰσχυρόν. Isocrates de Pace p. 181. C. edit. H. Stephani 1593. δημοτικώτεροι γεγόναμεν τῶν Φυλὴν καταλαβόντων. quibus ex locis, Dionem corrigendum esse, dudum indicaverat Franc. Fabricius Marcoduranus ad Oros. II. 17. ad quem locum Havercampius quoque apposite Aristophanem ejusque Scholiasten laudat in Pluto. v. 1147. μὴ μνησικακήσῃς εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες. suppeditabat eundem versum Stephanus Byz. in Φυλή. qui & Phyles meminit in ἄρμα, ut Harpocrationem, Suidam, Strabonem IX. p. 404. alios, fileam. adde de Thrasybulo Justinum V. 10. & Nepotem Thrasyb. II. 1. ἐπὶ Φυλὴν καὶ ἐν Παραιᾷ, Lysias p. 263. edit. Cl. Taylorii. u πάντως ἀτυχεῖ. ita HS. L. ex emendatione Xyl. ἐυτυχεῖ quod est apud RS. quanquam confirmatum codice V. a. locum habere propter opposita nequit. sequitur enim οὔτε τὸ προὔχον πάντως καθορθοῖ. x προήκει. non προσήκει, quod est apud HS. scribendum, ut recte monuit L. neque dubitavi illam lectionem admittere, velut proximam literis RS. qui habet πρόηκες, quanquam L. hanc editionem non consuluit. a quibus longius abit Oddeyi προέχει vel ὑπερέχει. y ὅθεν ἔκ τε &c. forte ὥστε ἔκ τε &c. Od. respexit ad sequens verbum θρασύνασθαι. malit tamen aliquis, intacta particula ὅθεν, scribere θρασύνονται, ut conveniat cum sequenti ἐπαίρονται. z τοτὲ, τοτὲ. ποτὲ, πότε, L. sed utrumque dicitur. ceterum voci præcedenti ἀνεπικρατοῦντες, cod. V. a. & Med. addit ἄλλων. mox pro τήν γε καδμ. RS. habet τήν τε καδμ.

Æschine de corona, Aristophane Pluto V. 147. & Andocidis Oratione de mysteriis notavit elegantissimus Muretus lib. II. Var. lect. c. 15. Apud Andocidem quidem formula integra ita se habet: commune quidem jusjurandum Civitatis: οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενὶ, πλὴν τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἕνδεκα, οὐδὲ τούτων ὃς ἂν ἐθέλοι ἐυθύνας διδόναι τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρξεν. Alterum Senatus: οὐ δέξομαι ἔνδεξιν οὐδὲ ἀπαγωγὴν, ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων, πλὴν τῶν φευγόντων. Tertium eorum qui res judicabant: οὐ μνησικακήσω οὐδὲ ἄλλο πείσομαι, ψηφιοῦμαι δὲ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους. Sed hæc uberius viri docti ad laudatum Nepotis locum, Matthias Berneggerus Oratione quarta & Joh. Henricus Bœclerus, cujus Dissertatio

" σασιωτικοῖς ὁ Μάριος, εἴτ' ἐκπεσών, καὶ δύναμιν civilibus seditionibus Marius prævaluit: deinde A.U.C.710
" ἀθροίσας, ἴσε οἷα εἰργάσατο. ὁμοίως ὁ Σύλλας (ἵνα pulsus, copiis iterum coactis quid egerit, satis vo- Cæsare Dict. V. &
" μὴ τὸν Κίνναν, μηδὲ τὸν [a] Κάρβωνα, μηδὲ τοὺς bis constat. Similiter Sylla, (ut Cinnam, Carbo- COS. V. cum
" ἄλλους τοὺς διὰ μέσου καταλέγω) δυνηθεὶς τὴν πρώ- nemque, & reliquos, qui interea temporis fue- Antonio.
" την, εἴτ' [b] ἐλαττώθη· ἔπειτα δυναστεύσας, οὐδὲν ὅ, runt, præteream) quum primo potentia præsta-
" τι οὐχὶ τῶν δεινοτάτων ἔπραξε. τί γὰρ δεῖ τὸν Μά- oret, post superatus, iterum dominatione potitus,
" ριον τὸν δεύτερον, ἢ τὸν Κίνναν [c] αὖτον, ἢ τὸν nihil crudelitatis sibi reliquum fecit: ne quid jam
D " Κάρβωνα ὀνομάζειν; [127] μετὰ ταῦτα Λέπιδος ἰδίαν de Mario juniore, Cinna, Carboneve dicam.
" τέ τινα, ὡς δὴ καὶ τούτοις ἐπεξιών, σάσιν ἤγειρε, Post hos Lepidus, quasi vindictam de his sumptu-
" καὶ πᾶσαν ὀλίγου τὴν Ἰταλίαν ἐτάραξεν. ὡς δ' ἀ- rus, peculiarem ipse factionem excitavit, univer-
" πηλλάγημέν ποτε καὶ τούτου, μέμνησθε ὅσα ἂν καὶ samque propemodum Italiam conturbavit. Post-
" οἷα [d] πρός τε τοῦ Σερτωρίου, καὶ πρὸς τῶν ἄλλων quam hoc quoque liberati sumus, nostis quot
" τῶν μετ' αὐτοῦ φυγόντων ἐπάθομεν. τί δ' ὁ Πομπή- quantisque nos incommodis Sertorius, reliquique
" ιος, τί δ' ὁ Καῖσαρ αὐτὸς οὗτος; (ἵνα μηδὲν ἐνταῦθα exules cum eo affecerint. Jam, ut Catilinam
" [128] μήτε τοῦ [e] Κατιλίνου, μήτε τοῦ Κλωδίου μνη- Clodiumque taceam, nonne Pompejus, ipseque
" μονεύσω) οὐ πρότερον ἐπολέμησαν ἀλλήλοις, καὶ Cæsar, primo bellum alter alteri fecerunt, ne affi-
" ταῦτα συγγενεῖς ὄντες; ἔπειτα μυρίων κακῶν οὐ μό- nitate quidem eos inhibente? deinde innumeris
E " νον τὴν πόλιν ἡμῶν, ἢ καὶ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν, ἀλ- miseriis non urbem modo, reliquamve Italiam,
" λὰ καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν οἰκουμένην ἐνέπλη- sed totum fere orbem terrarum impleverunt?
" σαν; ἆρ' οὖν μετά τε τὸν Πομπηΐου θάνατον, καὶ Mortemne igitur Pompeji, ingentemque civium
" τὸν πολὺν ἐκεῖνον τῶν πολιτῶν ὄλεθρον, ἡσυχία τις istam cladem, quies excepit? minime vero:
" ἐγένετο; πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. οἵδε δὲ [129] ἡ quum & Africa, & Hispania conscia sint
" Ἀφρικὴ, οἶδεν ἡ Ἰβηρία τὸ πλῆθος τῶν ἐκαλέρωθι multitudinis eorum, qui utrinque occubue-
254 " ἀπολομένων. τί οὖν; ἐπί γε τούτοις εἰρηνήσαμεν; runt. Quid igitur? pacemne hoc pacto
" καὶ πῶς; ὁπότε κεῖται μὲν αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ὅλῳ consecuti sumus? pacem autem? cum ja-
" σφαγείς· [130] καταέχεται δὲ τὸ Καπιτώλιον, καὶ πε- ceat Cæsar ita interfectus, occupatum sit Ca-
" πλήρωται μὲν [131] ἡ ἀγορὰ τῶν ὅπλων, πεπλήρωται pitolium, forum armis repletum, terror ur-
" δὲ καὶ πᾶσα ἡ πόλις τοῦ φόβου. bem occuparit. "

" Οὕτω ἐπειδὰν ἄρξωνταί τινες σασιάζειν, καὶ 29. " Ira ubi cives seditiones movere ince-
" τὰ βίαια ἀεὶ τοῖς βιαίοις ἀμύνεσθαι ζητῶσι, καὶ perunt, vimque vi ulcisci studeant, neque æquita-
" τὰς τιμωρίας μήτε πρὸς τὸ ἐπιεικὲς, μήτε πρὸς te humanitateve vindictam, sed cupiditate armo-
" τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ πρός τε τὴν ἐπιθυμίαν καὶ rumque licentia metiuntur, necessario calamita-
" τὴν ἐξουσίαν τὴν ἐκ τῶν ὅπλων ποιῶνται, tes quasi orbe quodam semper revolvuntur, con-
" [132] κύκλος τις ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ τῶν κακῶν γί- tinentique successione mala malis redduntur.
B " γνεται, καὶ ἀνταπόδοσις ἐκ διαδοχῆς τῶν δεινῶν Nam qui secundis usi sunt rebus, nimis insolen-
" συμβαίνει. τό, τε γὰρ εὐτυχήσαν ὕβρει τε ter injurii sunt, nec ullum cupiditati modum sta-
" πλεονάζει, καὶ οὐδένα ὅρον τῆς πλεονεξίας ποιεῖ- tuunt: contra, fortunam expertos adversam, si non
" ται, καὶ τὸ παῖσαν, ὀργῇ τῆς συμφορᾶς, ἄν- illico pereant, concepta de miseriis ira sic exagitat,
" γε μὴ παραχρῆμα ἀπόληται, ἀνταμωρήσασθαι ut ulcisci eos, a quibus afflicti sunt, concupiscant,
" τὸν ἀδικήσαντα ἐπιθυμεῖ, μέχρις ἂν τὸν θυμὸν donec animum suum exsatiarint. Reliqua mul-
" ἐκπλήσῃ· καὶ αὐτοῖς καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος, titudo, licet extra contentiones constituta, tamen
" κἂν μὴ συμμεταάσχῃ τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ [f] τῷ & inferioris commiseratione, & erga victorem
" τε ἐλέῳ τοῦ νενικημένου, καὶ τῷ φθόνῳ τοῦ κε- invidia, metuque ferendæ sortis ejusdem, & ea-
" κρατηκότος, δεῖσάν τε ἅμα μὴ καὶ τὰ αὐτὰ dem perpetrandi spe, afflictis opitulatur. Ira
ἐκείνῳ fit,

a τὸν Κάρβωνα. τὸν Στράβωνα, V.a. Med. *b* ἐλαττώθη. ἐλαττωθεὶς, Med. *c* τὸν Κίνναν. addit ἐκεῖνον, V.a. Med. quod admitterem, si αὐτὸν expungere liceret. *d* πρὸς. ex Med. imo ex RS. male deerat apud HS. & L. *e* Κατιλίνου. Καυλίνου, RS. sed illo modo nomen alias apud Dionem scribitur. *f* τῷ τε. τότε γε τῷ τε, Med.

sertatio de amnestia Vellejo subjicitur. ἄδεια καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων ζῆλον vocat Dio infra LX. p. 666. D.

§ 124. (l. 1.) *Λακεδαιμονίους αὐτοὺς καὶ τοὺς Θηβαίους*] Lacedæmonii cum duce Lysandro Athenas cepissent, Thebani erant ab illorum partibus, & Athenas diruendas censebant. Postea & maris imperium amisere Lacedæmonii, variisque affecti cladibus, Athenienssium etiam opem adversus Thebanos imploraverunt, ut ex Diodoro, Nepote & aliis est memoriæ proditum.

§ 125. (l. 9.) *ἐκ τοῦ Πειραιῶς καταβάντες*] Thrasybulum, & qui cum eo fuerunt intelligit, hos enim in Piræum primum transiisse, Munichiamque muniviss̀e, vicinos Athenis portus, testantur Xenophon, Nepos, atque Diodorus. De Piræeo notus eruditissimi Meursii liber, quem V. C. Jac. Gronovius tomo V. Thesauri antiquitatt. Græcarum iterum edidit.

§ 126. (l. 38.) *τήν γε Καδμείαν νίκην*] Cadmei sive Thebani, Eteocles ac Polynices, duello congressi, ambo perierunt. vide A. Schottum ad Zenobii proverbia IV. 45. & Suidæ VIII. 14. Erasmum adagio Cadmea victoria, & Barthium ad Zachariam scholasticum p. 252.

§ 127. (l. 52.) *μετὰ ταῦτα Λέπιδος*] Marcum Lepidum intellige, qui cum Q. Catulo Consul fuit, A. U. C. 676. de quo ad Florum III. 23. viri docti. Nam de Mario utroque & duce illarum partium Cn. Papirio Carbone, nec non de adversariis Sylla ac Cornelio Cinna, idem Florus III. 21. & de Sertorio c. 22. Lepidi istius iterum mentio infra p. 265. C. & crudelitatis Syllæ in victos p. 594. C.

§ 128. (l. 59.) *μήτε τοῦ Κατιλίνου μήτε τοῦ Κλωδίου*] Hæc satis copiose Dio ipse supra, de Catilina quidem XXXVII. p. 43. sq. & de Clodio p. 53. & XXXVIII. p. 65. sq. & XXXIX. p. 99. sq.

§ 129. (l. 66.) *ἡ Ἀφρικὴ*] De bello Africano post Pompeji necem gesto a Cæsare, supra XLIII. p. 214. sq. de Hispaniensi p. 229. sq.

§ 130. (l. 70.) *καταέχεται τὸ Καπιτώλιον*] A Bruto & conjuratis.

§ 131. (l. 71.) *ἡ ἀγορὰ τῶν ὅπλων*] A Lepido, cum exercitu. vide ad p. 250. C.

§ 132. (l. 78.) *κύκλος τις τῶν κακῶν*] Infra *ἐγκύκλιον πρᾶγμα.*

A.U.C.710 Cæſare Dict. V. & COS.V.cum Antonio.

fit, ut ii quoque cives, qui neutram partem ante ſequebantur, in ſeditionis partem ipſi quoque alliciantur; aliique poſt alios hoc malum, ſub prætextu ultionis eorum, qui ſingulis temporibus opprimuntur, ceu rem legitimam & uſitatam, vindicandorum aliorum cauſa excipiant. Et ipſi quidem ſinguli pereunt, rem vero publicam modis omnibus evertunt. „

30. " Annon videtis, quanto nos temporis ſpacio invicem bello civili attriverimus, quot & quanta mala perpeſſi ſimus? immo, quod gravius eſt, perpetraverimus? Et quis numerum inire poſſit ejus pecuniæ, quam, cum ea ſocios exuiſſemus, deos deſpoliaſſemus, cum ipſi ſupra quam facultates noſtræ ferrent, contuliſſemus, contra nos invicem impendimus? Quis rationem ſubducere queat ejus virorum multitudinis, quæ periit, non quidem reliquorum iſtorum, quorum ſumma inveſtigari nequit, ſed equitum ſenatorumque, quorum unusquisque bellis externis vel vivens vel moriens univerſam civitatem ſervare potuiſſet? Quot enim Curtii, Decii, Fabii, Gracchi, Marcelli, Scipiones occubuerunt? non profecto ut Samnites, Latinos, Hiſpanos, Carthaginienſesve profligarent, ſed ut ipſi cum aliis interirent. Ac quamvis vel maxime lugendi ſunt nobis ii, qui in armis ceciderunt; tamen eſt, cur æquiore animo eorum ſit ferendus interitus. Volentes enim (ſi quidem is velle dici debet, qui metu cogitur) in pugnam progreſſi ſunt: mortemque injuſtam quidem, ſed fortiter oppetierunt; & in certamine æquali, inter ſpem vitæ ac victoriæ, ſine ſenſu mortis, occubuerunt. Qui vero per vim in domibus, in viis, in foro, in ipſa curia, Capitolioque, nec viri tantum, ſed mulieres, neque validæ ætate ſolum, ſed ſenes etiam puerique, miſere ſunt trucidati; eorum exitium quis ſatis digne deploret? Quæ quum ejusmodi ſint, ut neque nos unquam ab univerſis hoſtibus noſtris tantam perniciem acceperimus, neque illis intulerimus, quanta nos invicem affecimus: tamen non modo non moleſte ea ferimus, nec ut viros decebat, iis aliquando liberari volumus; ſed etiam gaudemus, & feſtos agimus dies, & auctores eorum bene de nobis meritos dicimus. Atqui ego non hominum nos vitam hanc, ſed ferarum quarundam, quæ perdere ſe invicem ſolent, vixiſſe arbitror. „

31. " Verum enim vero, quid præterita luctu proſequi amplius attinet, quæ infecta quidem nunquam reddemus? quin futuris potius rebus proſpici-

" ἐκείνῳ πάθῃ, καὶ ἐλπίσαν τὰ αὐτὰ τούτῳ δρά- C
" σειν, συναίρεται. καὶ οὕτω καὶ τὰ μέσα τῶν
" πολιτῶν σασιάζειν προάγεται· καὶ ἄλλοι τε ἐπ'
" ἄλλοις τὸ κακὸν, προφάσει τιμωρίας τῶν ἀεὶ
" ἐλαττουμένων, ὥσπερ τι ἔννομον καὶ ἐγκύκλιον
" πρᾶγμα, ἀναμυνόμενοι διαδέχονται. καὶ αὐτοὶ
μὲν ὡς ἕκαστοι ἀπαλλάσσουσι, τὸ δὲ δὴ g κοινὸν
" ἐξ ἅπαντος τρόπου φθείρουσιν.

" Ἦ οὐχ ὁρᾶτε, ὡσόν μὲν χρόνον καταλελειμ-
" μεθα πολεμοῦντες ἀλλήλοις, ὅσα δὲ καὶ οἷα ἐν
" αὐτῷ πεπόνθαμεν; h καίτοι τί τούτου δεινότε- D
" ρόν ἐστι, καὶ δεδράκαμεν; i καὶ τίς ἀναριθμῆ-
" σαι δύναιτο τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων, ἃ τούς
" τε συμμάχους περιδύοντες, καὶ τοὺς θεοὺς πε-
" ριστυλοῦντες, καὶ προσέτι καὶ αὐτοὶ ἐξ ὧν οὐκ εἶ-
" χομεν συνεσφέροντες, ἐπ' ἀλλήλοις δεδαπανήμεθα;
" τίς τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀπολωλότων,
" οὐχ ὅτι τῶν ἄλλων (ἐπεὶ τοῦτό γ' ἀνεξεύρετόν
" ἐστιν) ἀλλὰ καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν,
" ὧν εἷς ἕκαστος καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐν τοῖς
" ὀθνείοις πολέμοις σῶσαι καὶ ζῶν καὶ ἀποθανὼν
" ἐδύνατο; πόσοι μὲν γὰρ Κούρλιοι, πόσοι δὲ Δέ- E
" κιοι, Φάβιοι, [133] Γράκχοι, Μάρκελλοι, Σκιπίω-
" νες τεθνήκασιν; οὐ μὰ Δί' οὐχ ἵνα k Σαυνίτας,
" ἢ Λατίνους, ἢ Ἴβηρας, ἢ Καρχηδονίους ἀμύνων-
" ται, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοὶ l προσαπόλωνται. καὶ
" τῶν μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις τελευτηκότων (εἰ καὶ
" τὰ μάλιστα καὶ ἐκείνων m ὠδύρετο ἄν τις) ἀλλ'
" ἧττόν γε ἄξιόν ἐστιν ὀλοφύρασθαι. ἔς τε γὰρ
" τὰς μάχας ἐθελοντὰς (εἴγε ἐθελοντὰς τοὺς ἀναγ- 255
" καζομένους φόβῳ καλεῖν δεῖ) ἦλθον, καὶ θάνατον
" εἰ καὶ ἄδικον, ἀλλὰ ἀνδρεῖόν γε ὑπέμειναν· ἔν
" τε ἀγῶνι ἰσοπαλεῖ, καὶ ἐν ἐλπίδι τοῦ κρῆν περι-
" γενέσθαι καὶ κρατῆσαι, n ἔπαιον ἀναιθήτως.
" τοὺς δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς, τῇ τε ἀγο-
" ρᾷ, τῷ τε βουλευτηρίῳ αὐτῷ, τῷ τε Καπιτωλίῳ αὐ-
" τῷ βιαίως, οὐχ ὅπως ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας,
" οὐχ ὅπως ἀκμάζοντας, ἀλλὰ καὶ γέροντας καὶ
" παῖδας, οἰκτρῶς ἐξολωλότας, πῶς ἄν τις κατ'
" ἀξίαν θρηνήσειε; καὶ ταῦτα μέντοι τοιαῦτα, οἷα
" καὶ ὅσα οὔτ' αὐτοί ποτε πρὸς πάντων ἅμα τῶν πολε- B
" μίων ἐπάθομεν, οὔτε ἐκείνους ἐδράσαμεν, o διατε-
" θέντες ἀλλήλους, οὐχ ὅσον οὐκ ἀχθόμεθα, οὔτ'
" ἀπαλλαγῆναί ποτε αὐτῶν ἀνδρικῶς ἐθέλομεν, ἀλλὰ
" καὶ χαίρομεν, καὶ [134] ἑορτάζομεν, [135] καὶ εὐεργέ-
" τας τοὺς ποιοῦντας αὐτὰ ὀνομάζομεν. Καίτοι ἔγωγε
" οὐδ' ἀνθρώπινόν τινα βίον ἡγοῦμαι τοῦτον ἡμᾶς βεβιω-
" κέναι, ἀλλά τινων θηρίων, ἃ δι' ἀλλήλων φθείρεται.

" Καὶ τὰ μὲν ἤδη συμβεβηκότα τί ἂν ἐπὶ
" πλέον ὀδυραίμεθα (οὐ γάρ που καὶ ἀγένητα
" τὰ αὐτὰ ποιησαίμεθα) τῶν δὲ δὴ μελλόν- C
των

g τὸ δὲ δὴ κοινὸν. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. τὸ δὲ δὴ κακὸν, RS. & V. b. ſine ſenſu. h καίτοι τί τούτου. καίτοι, ὃ τούτου, L. τὸ τούτου, Od. i καὶ τίς ἀναριθμῆσαι. καὶ τίς ἂν ἀριθμῆσαι, L. melius ἀναριθμῆσαι. k Σαυνίτας. Σαμνίτας, X. ſed vide dicta ad p. 83. D. l ἵνα καὶ αὐτοὶ προσαπόλωνται. videtur aliquid deeſſe. v. g. ἵνα καὶ τὴν πόλιν ἀπολέσωσι, καὶ αὐτοὶ προσαπόλωνται. m ὠδύρετο ἄν τις. forte ὠδύροιτο. ὀδύρεται, Med. n ἔπαιον. haud dubie ἔπλαιον, X. forte ἔπτεσον, Od. vel ἐπαίοντο. o διαθέντες, Med. & RS. διαθέντες, HS. L.

§ 133. (l. 11.) Γράκχοι] Nomen hoc loco alienum eſſe ac corruptum ratus Xylander illud omiſit, ſolos eos cum videret a Tullio commemorari, qui patriam vel ſervarunt vivi, ut *Fabius Cunctator*, & *Scipio*, qui Carthaginem & Hiſpaniæ decus Numantiam evertit: vel pro patria mortem fortiter oppetierunt, ut *M. Curtius*, de quo Livius VII. 6. *Decius* uterque, quorum alter contra Latinos, alter contra Samnites pugnans ſe devovit. Florus lib. I. c. 14. & 17. & *M. Claudius Marcellus*, qui primus Hannibalem vincere docuit, de cujus nece Livius XXVII. 27. His inepte ſane jungentur Gracchi, infames ſeditionibus, quibus uterque periit: ſed non male jungetur Gracchus horum pater, qui Celtiberos centum & quinquaginta urbium everſione multavit. De hoc viri docti ad Florum II. 17. 9.

§ 134. (l. 33.) ἑορτάζομεν] Ita Cæſari decretum a Senatu, ſupra XLIII. p. 220. A. 235. E.

" των προϊδώμεθα. διὰ γὰρ ταῦτα καὶ ἐκεί-
" νων ἐμνημόνευσα, οὐχ ἵνα τὰς κοινὰς συμ-
" φορὰς, ἃς γε μηδὲ γενέσθαι ὤφελε, κα-
" ταλέξω, ἀλλ' ἵνα ὑμᾶς ἐξ αὐτῶν ἀναπεί-
" σω, τὰ γοῦν λοιπὰ διασῶσαι. p τοῦτο γάρ
" τις μόνον τῶν κακῶν ἀπόναιτο, τὸ μηδὲν ἄν-
" θις ὅμοιον σφίσι παθεῖν φυλάξασθαι. ἔξε-
" σι δὲ τοῦθ' ὑμῖν ἐν τῷ παρόντι μάλισα ποιῆ-
" σαι, ἕως ἔτι τὸ δεινὸν ἄρχεται, καὶ οὔ-
" τε πολλοί που συνεσήκασιν, [136] οἵτε κεκινη-
" μένοι q οὔτε πεπλεονεκτήκασιν ἀπ' ἀλλήλων
" οὔτ' ἠλάττωνται, ὡς τῇ ἐλπίδι τοῦ κρείττο-
" νος, r ὀργῇ τοῦ καταδεεστέρου, καὶ παρὰ
" τὸ συμφέρον σφίσιν, ἀπερισκέπτως κινδυνεῦ-
" σαι προαχθῆναι. καὶ τοῦτο μέντοι τηλικοῦ-
" τον καλορθώσετε, μήτε πόνον τινὰ πονήσαν-
" τες, μήτε κινδυνεύσαντες, μήτε χρήματα ανα-
" λώσαντες, μὴ σφαγὰς ποιήσαντες· ἀλλ' αὐ-
" τὸ τοῦτο μόνον ψηφισάμενοι, μὴ μνησικα-
" κεῖν ἀλλήλοις.

" Εἰ γάρ τοί τινα καὶ ἡμάρτηταί τισιν, ἀλλ' οὐ νῦν γε
" καιρός ἐστιν οὔτε πολυπραγμονῆσαι αὐτὰ, οὔτε ἐξε-
" λέγξαι, οὔτε τιμωρήσασθαι. οὐδὲ γὰρ s δικάζεσέ
" τισιν ἂν ἐν τῷ παρόντι, ὡς τό τε πάνυ ἀκριβὲς
" δίκαιον ζητηθῆναι δεῖν, ἀλλὰ s βουλεύεσθε περὶ τῶν
" ἐνεστηκότων, ὅπως ὡς ἀσφαλέσατα καταστῇ. τοῦτο
" δὲ οὐκ ἂν ὑπάρξειεν t ἡμῖν, εἰ μή τι παριδοιμεν·
" ὥσπερ που καὶ ἐπὶ τῶν παίδων ποιεῖν εἰώθαμεν.
" οὔτε γὰρ πάντα ἀκριβῶς ἐπ' αὐτῶν ἐκλογιζόμεθα,
" καὶ πολλὰ καὶ παρορῶμεν ἀναγκαίως. τῶν γὰρ με-
" τρίων ἁμαρτημάτων ἕνεκα " οὐδὲν ἀνηκέστως δεῖ κολά-
" ζειν, ἀλλὰ πράως σωφρονίζειν. καὶ νῦν οὖν, ἅτε
" καὶ κοινοὶ παντὸς τοῦ δήμου [137] πατέρες ὄντες μόνον
" ὀνομαζόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀληθῶς ὄντες, μὴ καὶ πάν-
" τα x διακριβολογώμεθα, ἵνα μὴ καὶ πάντες ἀπολώ-
" μεθα. ἐπεί τοι πολλὰ μὲν ἄν τις καὶ αὐτῷ τῷ Καί-
" σαρι ἐγκαλέσειεν, ὥστε καὶ δικαίως αὐτὸν πεφονεῦσθαι
" δόξαι· πολλὰ δὲ καὶ τοὺς ἀποκτείναντας αὐτὸν αἰτιά-
" σαιτο, ὥστε καὶ τιμωρίας αὐτοὺς ἀξίους εἶναι νομισθῆ-
" ναι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀνδρῶν ἔργον ἐστὶ σασιάσαι αὖ-
" θις ἐπιθυμούντων. δεῖ δὲ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους,
" μὴ τὸ πάντη δίκαιον ἐξακριβοῦντας βλάπτεσθαι, ἀλ-
" λὰ καὶ τῷ ἐπιεικεῖ προσχρωμένους σώζεσθαι. ὥστε
" τὰ μὲν γεγενημένα ταῦτα [138] χαλάζης τέ τινος καὶ
" καταικλυσμοῦ τρόπον συμβεβηκέναι νομίσαντες, λήθη
" παράδοτε· γνωρίσαντες δὲ νῦν γε ἀλλήλους, ἅτε καὶ
" ὁμόφυλοι, καὶ πολῖται, συγγενεῖς τε ὄντες, ὁμο-
" νοήσατε.

" Καὶ, ὅπως γε μηδεὶς ὑμῶν ὑποπτεύσῃ με
" χαρίσασθαί τι τοῖς τὸν Καίσαρα ἀποκτείνασιν,
" ἵνα μὴ δίκην δῶσιν, ὅτι ποτὲ ἐν τῇ τοῦ Πομ-
πηίου

p τοῦτο γάρ τις μόνον. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. τις omittit RS. & Med. q οὔτε πεπλεονεκτήκασιν ἀπ' ἀλλήλων, οὔτ' ἠλάττωνται. hæc ex cod. Med. apud Gronov. p. 110. & V.a. reddidimus Dioni, cum abessent a prioribus editionibus. quam confidenter hæc Leunclavius sibi sananda sumserit, ex ipso licet cognoscas. r ὀργῇ τοῦ καταδ. deest ἢ, *aut ira.* id enim malim, quam οἱ δὲ ὀργῇ, ut T. s δικάζεσε, βουλεύεσθε. sic Med. & ita scribendum esse, viderat X. pro vulgato δικάζεσθαι, βουλεύεσθαι. Oddeyus censebat: δικάζεσθαι — δέον, (pro δεῖν) ἀλλὰ βουλεύεσθαι. ἂν uncis includerat L. velut abundans. pro ὡς τό τε, ὥστε τὸ mavult X. ὡς τόγε, L. in margine. t ἡμῖν, pro vulgato ὑμῖν, & παριδοιμεν, pro παριδοίτε est ex Med. posterius & confirmat, V.a. u οὐδέν. videtur necessario legendum οὐδένα. homo enim κολάζεσθαι ἕνεκα ἁμαρτήματος, & σωφρονίζεσθαι. x διακριβολογώμεθα. ἀκριβολογώμεθα, Med.

§ 135. (l. 33.) καὶ εὐεργέτας] Cæsari tributum nomen ἐλευθερωτοῦ *Liberatoris* p. 235. B. *Parentis Patriæ* p. 242. C.

§ 136. (l. 49.) οἵ τε κεκινημένοι] Per τοὺς κεκινημένους Cicero intelligit Brutum cum conjuratis ac gladiatoribus in Capitolio, & Lepidum cum exercitu in foro.

§ 137. (l. 72.) πατέρες] Notum est Senatorum Romæ nomen, ut *Patres* dicerentur, jam a Romuli tempore, ut constat ex Livio lib. I. c. 8. Dionysio Halic. lib. II. p. 83. aliisque.

§ 138. (l. 83.) χαλάζης τέ τινος] Vide Lipsium ad hæc Taciti IV. 24. hist. *quomodo sterilitatem, aut nimios imbres & cætera*

1. A.U.C. 710 Cæsare Dict. V. & COS. V. cum Antonio.
2. prospicimus, quarum ego causa præteritorum mentionem feci, non ut communes calamitates, quas quidem nunquam eveniisse optaverim, oratione persequerer, sed ut vobis persuaderem, earum ratione habita, reliqua ut servetis. Ad id enim solum recordatio acceptorum malorum conducit, ut ne quid iterum ejusmodi nobis accidat, caveamus. In præsenti autem re id vobis facere maxime licet, dum ultra initia nondum progressum est malum, nec multorum facta coitio; & ubi neutri eorum, qui se jam commoverunt, ab adversa parte aut viribus aucti sunt, aut detrimentum acceperunt, ut inde vel spe, quam habere fortior solet, vel ira, quæ debiliores incitat, præter ipsorum commodum inconsiderate ad præliandum provocarentur. Ei autem malo occurrere potestis sine labore, sine periculo, sine impensa, sine cædibus: si hoc unum decreveritis, ut injuriarum mutuo omnis aboleatur memoria. „

32. " Non enim id nunc est tempus, ut si quid etiam a certis hominibus peccatum sit, id in disquisitionem vocare, arguere, vindicareque expediat. Neque enim de causa nunc aliqua cognoscitis, ut accurate jus summum quærendum sit: sed deliberatis de rebus præsentibus, ut quam tutissime componantur: quod fieri non potest, nisi ad nonnulla conniveamus, quemadmodum etiam in puerorum vitam non exacte inquirimus, sed multa dissimulare opus habemus. Quippe quum mediocria delicta non extremis sint plectenda suppliciis, sed leniter castiganda: ita nos etiam, qui patres totius populi, non tantum nomine, sed re vera sumus, non expedit in omnia curiose inquirere, ne id nostra stet omnium pernicie. Multa quidem sunt, quæ Cæsari vitio verti possunt, ita ut jure cæsus videri possit: multa etiam crimina objici ejus interfectoribus, ut pœna digni existimari queant. Verum hoc agere, hominum est novas seditiones expetentium: qui autem recte consultum rebus volunt, eos non summum jus persequendo incommodare urbi, sed eam æquitate adhibita conservare decet. Itaque quæ jam facta sunt, eo vobis modo, quo grandines imbresque nimii solent, existimate accidisse, eademque oblivioni mandate; ut jam nunc vos invicem populares, cives, cognatos esse agnoscentes, ad concordiam redeatis. „

33. " Ac ne quis vestrum suspicetur, velle me Cæsaris percussoribus aliquid gratiæ facere, one pœnas dent, idque propterea, quod etiam ipse

Pompeji

A.U.C.710 Cæſare Dictat. V. & COS.V.cum Antonio.

Pompeji partes ſecutus fuerim; unum hoc vobis duntaxat dicam, exiſtimare me, certo perſuaſum vobis eſſe omnibus, me neque amicitiam neque inimicitiam adverſus ullum hominem mea ipſius cauſa ſuſcepiſſe unquam; ſed ſemper in amore odioque, veſtrum omnium commodum, publicamque libertatem concordiamque ſpectaviſſe. Qua propter mittam cætera, pauca quædam in rem veſtram loquar. Ego, tantum abeſt, ut percuſſorum Cæſaris cauſa, ac non cura communis ſalutis hanc ſententiam tulerim; ut etiam reliquis omnibus, qui Cæſare adhuc rerum potiente contra leges inſolenter deliquerunt, pœnam omnem remittendam cenſeam: neque id ſolum, ſed ut honores, magiſtratus, donaque ab eo ſibi data retineant; quanquam in iis ſint, quæ mihi non probentur. Nam ut autor vobis ego nequaquam fuiſſem, hujusmodi aliquid agendi, aut promovendi; ita poſtquam acta hæc jam ſunt, nihil eorum curioſius, examinandum cenſeo. Neque enim tantum ad vos redire detrimentum poteſt, ſi certi quidam, contra leges, indignique ipſi, ea habeant: quantum profuerit, quod iis, qui quondam potentia valebant, nullum metum perturbationemve affertis. Hæc mihi in præſens dicta ſufficiant, quæ res nunc ipſa poſtulavit: poſtmodo rebus conſtitutis, etiam de reliquis conſilium capiemus. „

" πηΐου μεριδι ἐγενόμην, γ βούλεθαι· ἔν τι
" ὑμῖν ἐρῶ. καὶ γάρ[ι]οι καὶ νομίζω πάν[τ]ας ὑμᾶς
" πεπεῖθαι σαφῶς, ὅτι οὔ[τ]ε φιλίαν, οὔ[τ]ε ἔχθραν
" πρὸς οὐδένα πώπο[τ]ε δι' ἐμαυ[τ]ὸν ἀνειλόμην,
" ἀλλ' ἀεὶ πάν[τ]ας ὑμῶν ἕνεκα, καὶ τῆς κοι-
" νῆς καὶ ἐλευθερίας καὶ ὁμονοίας, τοὺς μὲν
" ἐμίσησα, τοὺς δὲ ἠγάπησα. δι' ὃν ταῦ-
" τα, τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω, βραχύ δέ τι
" ὑμῖν μόνον φράσω. τοσούτου γὰρ δέω τοῦ-
" το [a] ποιεῖν, καὶ μὴ τῆς κοινῆς σω[τ]ηρίας
" προσκοπεῖν, ὥσε καὶ τοῖς ἑτέροις οὐχ ὅτι
" τὴν ἄδειαν ἀπάν[τ]ων, ὧν ἐπιπολάσαν[τ]ες ἐπὶ
" τοῦ Καίσαρος ἔξω τοῦ καθεσηκότος ἐποίησαν,
" δοθῆναι φημὶ χρῆναι, [139] ἀλλὰ καὶ τὰς
" τιμὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς δωρεὰς,
" ὅσας ἔλαβον παρ' αὐ[τ]οῦ (καίπερ οὐκ ἀρεσκό-
" μενός τισιν αὐ[τ]ῶν) φυλαχθῆναι. πρᾶξαι μὲν
" γάρ τι, καὶ προχειρίσασθαί τι τοιοῦτον, οὐκ
" ἂν ὑμῖν συμβουλεύσαιμι· ἐπειδὴ δὲ γέγονεν,
" οὐδὲν οὐδὲ ἐκείνων οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ὠολυ-
" πραγμονῆσαι. τί γὰρ ἂν καὶ ζημιωθείη[τ]ε το-
" σοῦτον, ἂν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα ἔξω τοῦ δι-
" καίου καὶ παρὰ τὴν ἀξίαν λαβὼν [a] ἔχῃ,
" ὅσον ὠφεληθείη[τ]ε μήτε φόβον μήτε ταραχὴν
" τοῖς γε δυνηθεῖσι [b] τότε παρασχόν[τ]ες; ταῦ-
" τα μὲν ἐν τῷ παρόν[τ]ι πρὸς τὸ καθεπεῖγον
" [c] ἤδη λέγω· ἐπειδὰν δὲ κατα[σ]ῇ τὰ πράγμα-
" τα, τότε καὶ περὶ τῶν λοιπῶν σκεψόμεθα. „

§ 1. (l. 1.) *ὁ Ὀκταούϊος Καιπίας*] Ita præter Dionis codices etiam Xiphilinus. Sed mirum eſt, hoc *Cæpiæ* cognomen nusquam reperiri, neque apud alios ſcriptores, neque alibi apud Dionem, nec apud Suetonium quidem, qui de Auguſto ejusque gente & nominibus diligenter agit, & de *Thurini* cognomine, quod infanti etiam datum eſt, videndus c. 7. Inſolens eſt lectio codicum MStorum Zonaræ καὶ Πίας ſive Πίους, neque Pium cognominatum ullo teſtimonio conſtat. Durior etiam mihi videtur emendatio eruditiſſimi Viri Jac. Perizonii, qui in animadverſionibus hiſtoricis c. 10. p. 434. legit, ὁ Ὀκταουΐου καὶ Ἀτίας: ſtatim enim ſequitur, οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀτίας. In Chronico autem Alexandrino p. 434. pro Αὔγουστος Καῖσαρ, ὁ Κλαυγινὸς, legendum Ὀκταουϊανὸς, ut notavit Cotelerius III. 608.

§ 2. (l. 2.) *ὁ τῆς Ἀτίας*] De hoc nomine, quod jam duplicato, jam rectius ſimplici T. littera, in veteribus monumentis ſcribitur, conſules Pierium Valerianum, & Nic. Heinſium in notis ad Virgilii Æneidos V. 568. & Aldum Manutium, Pauli F. in Orthographia p. 83. ſq. *Attia* fuit M. Attii Balbi & Juliæ ſororis C. Cæſaris filia, ut teſtatur Suetonius c. 4. unde in Dione ſunt qui ſcribunt ἀδελφιδῆς, quod Robertus Stephanus ἀδελφῆς ediderat. Et licet ἀδελφὴν habent etiam Plutarchi codices in Cic. p. 383. fuit tamen potius ἀδελφιδὴν, ut rectius apud Plutarchum in Bruto p. 994. quod Livii Epitome, lib. 116. Velleji & aliorum teſtimoniis confirmatur. vide & Dionem p. 234. B. Hæc nubſit *C. Octavio*, Auguſti Parenti, de quo Vellejus II. 59. *C. Octavius, ut non Patricia, ita admodum ſpecioſa equeſtri familia, gravis, ſanctus, innocens, dives. Hic prætor inter nobiliſſimos viros creatus primo loco, cum ei dignatio Julia genitam Attiam conciliaſſet uxorem, ex eo honore ſortitus Macedoniam, appellatusque in ea Imperator, decedens ad petitionem Conſulatus obiit, prætextato relicto filio.* (Cajo Octaviano poſtea Auguſto.) De hujus Attiæ obitu dicetur infra XLVII. p. 337. B. de Familia Auguſta exſtat ſingularis commentarius Godefridi de Peſchwitz, auctior editus Jenæ A. 1662. in 12. Thema ſuum natalitium vulgavit Auguſtus in numis argenteis, æreis, aureis, nota ſideris capricorni, de quo adi Carolum Patinum & alios ad Suetonii c. 94. Triſtanum T. I. p. 68. ſq. Sam. Petitum lib. 1. obſ. c. 5.

§ 3. (l. 3.) *ἐξ Οὐελίτρων τῶν Οὐολσκίδων*] Vide quæ viri docti ad Suetonium c. 1. & 6.

f Ὀυελίτρων τῶν g Ὀυολσκίδων· h ὀρφανὸς δὲ ὑπὸ τοῦ Ὀκλαουΐου τοῦ πατρὸς καταλειφθεὶς, ἐτράφη μὲν παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ i τῷ k ἀδελφῷ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ. αὐξηθεὶς δὲ, l συνδιέτριβε τῷ Καίσαρι. ἅπαις τε γὰρ ἐκεῖνος ὢν, καὶ μεγάλας ἐπ' αὐτῷ ἐλπίδας ἔχων, ἠγάπα τε καὶ περιεῖπεν αὐτὸν, ὡς καὶ τοῦ ὀνόματος, καὶ τῆς m οὐσίας, τῆς τε μοναρχίας n διάδοχον καταλείψων. ἄλλως τε καὶ ὅτι ἡ Ἀτία δεινῶς ἰσχυρίζετο o ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτὸν κεκυηκέναι, ὅτι καταδαρθεῖσά ποτε ἐν νεῷ αὐτοῦ, δράκοντί τινι μίγνυσθαι ἐνόμισε, καὶ διὰ τοῦτο p τῷ ἱκνουμένῳ χρόνῳ ἔτεκε. πρίν τε ἢ q εἰς φῶς ἐξιέναι, r ἔδοξεν ὄναρ s τὰ σπλάγχνα ἑαυτῆς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπεκτείνεσθαι· t καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ὁ Ὀκλαούϊος ἐκ τοῦ αἰδοίου αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀναλέλλειν ἐνόμισεν. ἅμα τε ὁ παῖς ἐγεγέννητο, καὶ u Νιγίδιος Φίγουλος βουλευτὴς παραχρῆμα αὐτῷ τὴν αὐταρχίαν ἐμαντεύσατο. ἄρτια v γὰρ τῶν καθ' ἑαυτὸν τήν τε τοῦ κόσμου διακόσμησιν, καὶ τὰς τῶν ἀστέρων διαφορὰς, ὅσα τε καθ' ἑαυτοὺς γιγνόμενοι, καὶ ὅσα συμμιγνύμενα ἀλλήλοις ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διασάσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αἰτίαν, ὡς τινας ἀπορρήτους διατριβὰς ποιούμενος, ἔσχεν. ὁ οὖν τότε τὸν Ὀκλαούϊον βραδύτερον ἐς τὸ συνέδριον, διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον, (ἔτυχε γὰρ βουλὴ οὖσα) w ἀπανήσαντα

orbus autem parente ſuo Octavio relictus, apud matrem, & vitricum ſuum L. Philippum, educatus eſt. Poſtquam adolevit, cum C. Cæſare vixit: qui liberis ipſe carens, magnamque de eo ſpem nactus, ſummo eum amore complexus eſt atque fovit: eumque ſibi nominis, fortunarum, principatusque hæredem relinquere conſtituit. Quod quo magis faceret, Attia eum movit; quæ etiam atque etiam affirmabat, Octavium hunc ex Apolline conceptum fuiſſe: quod quum in ejus dei templo quodam tempore obdormiviſſet, viſa ſibi eſſet cum dracone coire, ac tempore ad eum conceptum competenti Octavium peperiſſet. Præterea, antequam eum partum edidiſſet, per quietem imaginata eſt, inteſtina ſua in cœlum efferri, atque hinc ſupra univerſam explicari terram: eademque nocte Octavius ex conjugis pudendis ſolem exoriri ſomniavit. Infanti recens edito Nigidius Figulus ſenator ſtatim imperium vaticinatus eſt, qui ea tempeſtate omnem cœli deſcriptionem, ſiderumque differentias, & eorum cum proprias effectiones, tum quas junctim, accedentia ad ſe invicem, aut intervallis certis oppoſita præſtant, præ cæteris adeo callebat, ut ideo accuſaretur, infandis quibusdam artibus deditus eſſe. Is Figulus Octavium, ob filii nativitatem tardius in curiam, quia tum forte ſenatus erat, venientem interrogavit, cur cunctatus fuiſſet:

A.U.C. 710 Cæſare Dictat. V. & COS. V. cum Antonio.

f Ὀυελίτρων. ſic HS. L. & Xiph. Βελιτρῶν, Z. Ὀυαιτελίτρων, RS. Med. g Ὀυολσκίδων. Ὀυολούσκων, Xiph. Z. Ὀυολσκούς vocat ipſe Dio. p. 83. D. h τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς. τῷ ἀνδρὶ δευτέρῳ αὐτῆς, L. poſt X. poſſes ἀδελφῷ etiam ſimpliciter in ἀνδρὶ convertere, omiſſo δευτέρῳ. ſic apud Cic. pro Cluentio, cap. 7. Oppianicus *vir matris* ejus dicitur. vide Palmerium. i οὐσίας. ἐξουσίας, Med. quod rejiciendum, propter ſequens μοναρχίας. k εἰς φῶς. εἰς τὸ φῶς, Med. l ὄναρ. ita & Xiph. ſed καθ' ὄναρ, Z. utrumque recte quidem, ſed illo modo Dio alias. m ἄρτια γὰρ τῶν καθ' ἑαυτὸν. ita Xiph. vulgo τῶν omittitur. monuerat tamen L. ad marg. ceterum Φίγουλος, errore librarii, Φίκουλος vocatur a Z. n ἀπανήσαντα. ſic L. marg. pro vulgato ἀπαντήσας. confirmant V. a. Med. & Xiph. quanquam apud Xiph. puto integrum verſum excidiſſe. nec enim dicere poterat, Ὀκλαούϊον ἀπαντήσαντα ἀνεβόησε. quare videntur ſequentia verba ἀνήρετο, usque ad ἀνεβόησε eſſe omiſſa.

§ 4. (l. 4.) ὀρφανὸς] Quadrimum fuiſſe, cum patrem amiſit, teſtatur Suetonius in Auguſto c. 8. Auguſti generis nobilitatem contra Antonii ſcommata defendit Cicero Philippica III. 6.

§ 5. (l. 7.) τῷ (ἀδελφῷ) ἀνδρὶ δευτέρῳ αὐτῆς] In codicibus Dionis, & apud Xiphilinum, vitioſe legitur τῷ ἀδελφῷ. apud Zonaram plane omittitur. Conſtat autem *L. Marcium Philippum*, qui A. U. C. 698. cum Cn. Cornelio Lentulo Marcellino Conſul fuit, (ſupra XXXIX. p. 109. B.) alterum (poſt mortem C. Octavii) maritum Attiæ, atque adeo Auguſti vitricum fuiſſe. Vide quæ viri docti ad Sueton. c. 8. & 29. & Nic. Damaſcenum, de inſtitutione Auguſti, in Excerptis Peireſcianis p. 474.

§ 6. (l. 8.) συνδιέτριβε τῷ Καίσαρι] C. Cæſar, major Auguſti avunculus, de cujus amore & ſtudio in ſororis ſuæ Juliæ nepotem, curaque pro digna ejus educatione geſta, infra p. 271. A.

§ 7. (l. 11.) διάδοχον καταλείψων] Auguſtum teſtamento Cæſaris adoptatum retulit Dio XLIV. p. 257. E. hæredemque ab eo relictum, res nota ex Suetonii Cæſare c. 83. & Auguſto c. 8. & Vellejo II. 59. multisque aliis. Quod autem imperii etiam ſucceſſorem illum exoptaverit, ſatis apparet ex eo, quod in artibus imperitandi eum tam ſollicite inſtituendum curavit, ut dicetur p. 271. A.

§ 8. (l. 13.) ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος] Sueton. c. 94. *In Aſclepiadis Mendetis* Θεολογουμένων *libris lego, Atiam, cum ad ſolenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet, poſita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent* (Græv. *domum irent*) *obdormiviſſe, draconemque repente irrepſiſſe ad eam pauloque poſt egreſſum, illamque expergefactam quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe, & ſtatim in corpore ejus extitiſſe maculam, velut depicti draconis, nec potuiſſe unquam exigi, adeo ut mox publicis balineis perpetuo abſtinuerit: Auguſtum natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtimatum.* Hinc ornatum pro Apolline in famoſa illa cœna narrat Suetonius c. 70. & in numis ſub habitu Apollinis ſedentis cum lyra, & adſcriptis verbis CÆSAR DIVI F. Torrentius jam notavit. Multa alia exempla eorum, quos Apolline ut Platonem, Marte ut Romulum, Venere ut Æneam, vel Jove ut Alexandrum & Scipionem, natos prodiderunt, collegit Huetius Alnetan. Quæſt. lib. II. c. 15. & in Demonſtratione Evangelica p. 771. Joh. Clericus notis ad Heſiodi Theogoniam. p. 135. ſq. &c.

§ 9. (l. 15.) τῷ ἱκνουμένῳ χρόνῳ] *Decimo menſe*, ut eſt in adductis Suetonii verbis.

§ 10. (l. 17.) τὰ σπλάγχνα ἑαυτῆς] Sueton. *Eadem Atia, priusquam pareret, ſomniavit inteſtina ſua ferri ad ſidera, explicarique per omnem terrarum & cœli ambitum.* Meminit & Zonaras X. 13. T. I. p. 494.

§ 11. (l. 19.) καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ] Hoc de eadem nocte non habet Suetonius, ſed tantum rem ipſam narrat his verbis: *ſomniavit & pater Octavius utero Atiæ jubar ſolis exortum.* Ex Dione Zonaras quoque καὶ τὴν αὐτὴν νύκτα.

§ 12. (l. 21.) Νιγίδιος Φίγουλος] Idem Sueton. *Quo natus Auguſtus eſt die, cum de Catilinæ conjuratione ageretur in curia* (A. U. C. 691. IX. Cal. Octobr.) *& Octavius ob uxoris puerperium ſerius adfuiſſet, nota ac vulgata res eſt, P. Nigidium, comperta moræ cauſſa, ut horam quoque partus acceperit, affirmaſſe, Dominum terrarum orbi natum.* Hic eſt P. Nigidius, quem S. Auguſtinus lib. V. de Civ. Dei. c. 3. ideo ait Figulum eſſe cognominatum, quod objicientibus, unde geminorum tam diverſa fata poſſent eſſe, ſi ab aſtrorum illa, quæ utrisque eſſent eadem, ſitu ac motu dependerent, reſpondit, producta figuli rota, quam ille celerrime circumrotatam, bis ſubito junctis ictibus atramento punxit, & propter rotationis celeritatem demonſtravit, longe tamen diſtantibus locis puncta illa exſtare. Itaque & plurimum cœli mutatum interim dum alter geminorum poſt priorem naſceretur. Hujus Nigidii, cui ut ait Lucanus I. 640. *ſecreta cœli noſſe cura fuit*, ſcripta aſtronomica aliaque recenſet, & reliquias ex illis colligit, Janus Rutgerſius lib. III. Variarum lectionum c. 16.

A.U.C.710 Cæſare Dict. V. & COS.V.cum Antonio.

ſet: cognitaque cauſa exclamavit, Dominum nobis genuiſti. Eo ſermone conturbatum Octavium, ac necem infanti molientem, inhibuit, quod ea tamen infanti evenire nequeat. Hæc ea die, qua in lucem editus eſt C. Octavius, dicta ſunt.

2. Quum idem in agro cibum caperet, aquila panem ei e manibus eripuit, ac in ſublime evolavit; poſt ſe iterum demiſit, panemque ei reddidit. Puer adhuc quum Romæ ageret, per quietem Cicero vidit eum aurea catena e cœlo in Capitolium demitti, flagellumque a Jove traditum accepiſſe: quumque ignoraret Cicero, quis eſſet ille quem vidiſſet, poſtridie in eum forte fortuna in ipſo Capitolio incidit, agnovitque, & iis, qui aderant, quæ ſibi viſa eſſent, expoſuit. Catulus autem, qui ipſe quoque Octavium nunquam viderat, ſomniavit, omnes nobiles pueros ad Jovem in Capitolio accedere, eumque imaginem Romæ in Octavii ſinum injeciſſe. Eo inſomnio territus, Capitolium adorandi Jovis cauſa aſcendit: quumque ibi Octavium, qui ipſe quoque forte eodem ſe contulerat, offendiſſet; formam ejus cum ea, quæ in ſomno oblata ſibi fuerat, contulit, veritatemque inſomnii apud ſeſe confirmavit. Poſtquam Octavius, ætate adultior factus, virilem habitum aſſumpſit; accidit ut tunica lati clavi reſuta ex utraque parte, ab humeris ei ad pedes defluereret. Id per ſe non tantum in præſagium bonæ alicujus rei tractum non eſt, ſed dolorem quoque præſentibus attulit, quod id in ſumptione prima veſtis virilis accidiſſet: ſed cum Octavio in mentem veniſſet dicere, ſe ſenatoriam

σαν]α ἀνήρε]ο, διὰ τί ἐβρά̣δυνε· καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἀνεβόησεν ὅτι, Δεσπότην ἡμῖν [o] ἐγέννησας. καὶ αὐ]ὸν ἐκ]αραχθέν]α ἐπὶ τούτῳ, καὶ διαφθεῖραι τὸ ϖαιδίον ἐθελήσαν]α, ἐπέσχεν· εἰπὼν, [13] ὅτι Ἀδύνα]όν ἐσι τοιοῦτόν τι αὐ]ὸ ϖαθεῖν. τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἐλέχθη.

Τρεφομένου δὲ ἐν ἀγρῷ αὐ]οῦ, [14] ἀε]ὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐ]οῦ ἐξαρπάσας ἄρ]ον, ἐμε]εωρίθη· καὶ με]ὰ τοῦτο [p] κα]απ]άμενος, ἀπέδωκεν αὐ]όν. παιδίσκου τε αὐ]οῦ ὄντος, καὶ τὴν διατριβὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ ποιουμένου, [q] ἔδοξέ ποτε [15] ὁ Κικέρων ὄναρ, ἀλύσεσί τε αὐτὸν χρυσαῖς ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ [r] καθιμᾶσθαι, καὶ μάσιγα [16] παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφέναι· καὶ (οὐ γὰρ ἠπίσατο ὅσις ἦν) περιέτυχέ τε αὐτῷ τῆς ὑσεραίας ἐν αὐτῷ τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ γνωρίσας αὐτὸν, διηγήσατο τοῖς παροῦσι τὴν ὄψιν. [17] ὅ, τε [s] Κατοῦλος, οὐδ' αὐτός που ἑωρακὼς τὸν Ὀκταούϊον, ἐνόμισε τοὺς παῖδας ἐν τοῖς ὕπνοις τοὺς εὐγενεῖς πάντας ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πρόσοδον πρὸς τὸν Δία πεποιῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν Θεὸν εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης ἐς τὸν ἐκείνου κόλπον ἐμβεβληκέναι. ἐκπλαγεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἀνῆλθεν ἐς τὸ Καπιτώλιον προσευξόμενος τῷ Θεῷ· καὶ ἐκεῖ τὸν Ὀκταούϊον ἑτέρων ἄλλως ἀναβεβηκότα, τό, τε εἶδος αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐνύπνιον προσήρμοσε, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς ὄψεως ἐβεβαιώσατο. μειρακιωθέντος δὲ μετὰ τοῦτο αὐτοῦ, καὶ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντος, τήν τε ἐσθῆτα τὴν ἀνδρικὴν [t] ἐνδύντος, [18] ὁ χιτὼν περιερράγη τε ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων, καὶ μέχρι τῶν ποδῶν κατερρύη. τοῦτο αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ οὐχ ὅπως τέκμαρσίν τινα, ὡς καὶ ἀγαθόν τι [u] προσημαίνει, ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ ἠνίασε τοὺς παρόντας, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνδρικοῦ χιτῶνος ἐνδύσει συνεβεβήκει· [x] ἐπελθὸν

o ἐγέννησας. sic & Z. ſed Xiph. γεγέννηκας. *p* κα]απ]άμενος. καταπλώμενος, Med. voluit, credo, librarius καταπλώμενος ſcribere. *q* ἔδοξέ ποτε ὁ Κικέρων. forte τῷ Κικέρωνι, Od. neutiquam. ſic & Z. p. 494. C. nominativo jungit Dio frequenter, & alii ſcriptores optimi. Lucianus tomo I. p. 734. Ἄνθιοχος ἔδοξεν ὄναρ ἐπιτίλλοντα οἱ τὸν Ἀλέξανδρον πελεύειν. *r* καθιμᾶσθαι, καὶ μάσιγα. καθαμᾶσθαι, V. a. μάσιγα ſcripſi ex Xiph. ſingulari numero, & ita Sueton. *flagellum*. vulgo μάσιγας. abſurde vero Z. ſiſtit puerum παρὰ τοῦ Διὸς μαστιζόμενον, *flagris cæſum*. *s* Κα]οῦλος. ſic & p. 14. E. & alibi. Κάτουλος, Z. Κάτλος, Xiph. *t* ἐνδύ]ος. ἐνδυθέντος, Xiph. *u* προσημαίνει. προσημαίνειν, Xiph. προσημαίνοι, Med. malim προσημαῖναν. ſic Dio cum ὡς καὶ. *x* ἐπελθὸν. ita HS. L. monitu Xyl. & Xiph. ἐπελθὼν, RS.

§ 13. (l. 35.) ὅτι ἀδύνα]ον] Ita enim perſuaſum Aſtrologis, nulla vi humana poſſe impediri quod ſiderum effectu vel ſignificatione deſtinatum cuique ſit fatum, adeo ut nec precibus nec ſacrificiis poſſit averti aut mutari. Hinc Veſpaſiani fiducia de filiis ſibi ſucceſſuris, infra p. 751. A. Ita Manetho, lib. I. 195.

Τίπ]ε μάτην, ἄνθρωπε, θυηπολέεις μακάρεσσιν;
Quid ſacra nequicquam facis, o vaniſſime, Divis
Atque ſupervacui ſurgunt ad ſidera fumi?
Deſine, nullus enim eſt uſus fructusve ſacrorum,
Nec genituram hominis quisquam inflexiſſe valebit,
Quæ ſimul adgenita eſt teneris ab origine natis,
Protinus immotis involvit legibus omnes
Fatorum, & duris quæ non fas frangere vinclis.

§ 14. (l. 38.) ἀε]ὸς] Sueton. c. 94. *Ad quartum lapidem Campanæ viæ in nemore prandenti, ex improviſo aquila panem ei e manu rapuit: & cum altiſſime volaſſet, rurſus ex improviſo leniter delapſa reddidit.* Meminit & Zonaras.

§ 15. (l. 42.) ὁ Κικέρων ὄναρ] Sueton. *Marcus Cicero Cajum Cæſarem in Capitolium proſecutus, ſomnium priſtinæ noctis familiaribus forte narrabat: puerum facie liberali, demiſſum cœlo catena aurea, ad fores Capitolii conſtitiſſe, eique Jovem flagellum tradidiſſe: deinde repente Auguſto viſo, quem ignotum adhuc plerisque, avunculus Cæſar ad ſacrificandum acciverat, affirmavit ipſum eſſe, cujus imago ſecundum quietem ſibi obverſata ſit.* Aliud ejusdem de Auguſto ſomnium narrat Plutarchus in Cicerone p. 883. C. ſed quod Catulo Suetonius tribuit.

§ 16. (l. 44.) μάσιγα παρὰ τοῦ Διὸς ἀ]λη̣φέναι] Male Zonaras ita accepit Dionis verba, ac ſi παρὰ Διὸς μαστιζόμενος & flagris a Jove conſciſſus Auguſtus fuiſſet. Sed ut apud Suetonium eſt, a Jove flagellum Auguſto traditum Cicero ſomniavit, ſymbolum ſcilicet eripiendæ Romanis libertatis, qui flagris in ſervos tantum utebantur: civem enim Romanum vincire, facinus, ſcelus verberare erat.

§ 17. (l. 48.) ὅ, τε Κα]οῦλος] Sueton. *Quintus Catulus* (princeps hic ſenatus, de quo ſupra XXXVI. p. 14. E.) *poſt dedicatum Capitolium* (quod A. U. C. 671. deflagraverat, & a L. Sylla dictatore inſtauratum, Q. Lutatius Catulus deinde dedicavit, de quo Rycquius c. XI. de Capitolio p. 129. ſq.) *duabus continuis noctibus ſomniavit: prima, Jovem Opt. Max. prætextatis compluribus circum aram ludentibus, unum ſecreviſſe, atque in ejus ſinum ſignum Reipub. quod manu geſtaret, repoſuiſſe: at inſequenti, animadvertiſſe ſe in gremio Capitolini Jovis eundem puerum: quem cum detrahi juſſiſſet, prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Reipub. educaretur. Ac die proximo obvium ſibi Auguſtum, cum incognitum alias haberet, non ſine admiratione contuitus, ſimillimum dixit puero de quo ſomniaſſet.* Addit deinde aliam ſomnii prioris narrationem, quæ propius convenit ſomnio quod Ciceroni tribuit Plutarchus p. 883. *Quidam prius ſomnium Catuli aliter exponunt, quaſi Jupiter, compluribus prætextatis tutorem a ſe poſcentibus, unum ex eis demonſtraſſet, ad quem omnia deſideria ſua referrent, ejusque oſculum delibatum digitis ad os ſuum retuliſſet.*

§ 18. (l. 59.) ὁ χι]ὼν] *Tunicam* interpretare, non cum Xylandro *togam*, ut recte monuit Octavius Ferrarius lib. III. de re veſtiaria c. 13. T. VI. Theſauri Græviani p. 746. Suetonius c. 94. *Sumenti virilem togam, tunica lati clavi, reſuta ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretaren-*

tur

Θὸν δὲ τῷ Ὀκταουίῳ [x] εἰπεῖν, ὅτι, [19] Τὸ ἀξίωμα τὸ βουλευτικὸν πᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου χήσω· ἔνβασιν πρὸς τὸ λεχθὲν ἔλαβεν. ἐξ οὖν τούτων ὁ Καῖσαρ [z] μεγάλα ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσας, [20] ἔς τε τοὺς εὐπατρίδας αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἤσκει, καὶ πάνθ' ὅσα προσήκει, τῷ μέλλοντι καλῶς καὶ καθ' ἀξίαν [a] τηλικοῦτον κράτος διοικήσειν, ὑπάρχειν, [21] ἀκριβῶς ἐξεπαίδευσε. λόγοις τε γὰρ ῥητορικοῖς, οὐχ ὅτι τῇ τῶν Λατίνων, ἀλλὰ [22] καὶ τῇδε τῇ γλώττῃ, ἠσκεῖτο· καὶ ἐν τοῖς στρατείαις ἐῤῥωμένως ἐξεπονεῖτο, τά τε πολιτικὰ καὶ τὰ ἀρχικὰ ἰσχυρῶς ἐδιδάσκετο.

B

Οὗτος οὖν ὁ Ὀκταούϊος ἔτυχε μὲν τότε, ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐσφάγη, [23] ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἔτι πρὸς τῷ Ἰονίῳ ὢν κόλπῳ, ἐπὶ παιδείᾳ· (κατὰ γὰρ τὴν στρατείαν αὐτοῦ τὴν [24] ἐπὶ τοὺς Πάρθους ἐκεῖσε [b] προεπέμπετο·) πυθόμενος δὲ τὸ συμβεβηκὸς, ἤλγησε μὲν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν· οὐ μέντοι καὶ νεωτερίσαί τι εὐθὺς ἐτόλμησεν. οὔτε γὰρ ὅτι ἰσός, οὔθ' ὅτι κληρονόμος κατελέλειπτο, ἠκηκόετο. καὶ προσέτι καὶ ὁ δῆμος ὁμονοῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι ἠγγέλλετο τὴν πρώτην. περαιωθεὶς δὲ [25] ἐς τὸ [c] Βρεντέσιον, καὶ τάς τε διαθήκας ἅμα καὶ [26] τὴν γνώμην τοῦ δήμου τὴν δευτέραν μαθὼν, οὐκέτ' ἀναβολὰς ἐποιήσατο, καὶ μάλιθ' ὅτι καὶ χρήματα πολλὰ καὶ στρατιώτας συχνοὺς συμπροπεμφθέντας εἶχεν· ἀλλὰ τό, τε ὄνομα τοῦ Καίσαρος παραχρῆμα ἀνέλαβε, καὶ [27] τοῦ κλήρου [d] αὐτὸν διεδέξατο, τῶν τε πραγμάτων εἴχετο.

C

Καὶ τότε μὲν προπετῶς τέ τισι τοῦτο καὶ τολμηρῶς πεποιηκέναι ἔδοξεν· ὕστερον δὲ, [28] ἔκ τε τῆς εὐτυχίας καὶ ἐξ ὧν ἐπικατώρθωσε, καὶ ἀνδρείας ὄνομα προσεκτήσατο. πολλὰ γὰρ ἤδη τινὲς

D

toriam dignitatem omnem sub suis pedibus habiturum; id quidem dictum eventus comprobavit. Hæc igitur Cæsarem in magnam de Octavio spem adduxerant, ideoque eum retulerat inter patricios, & ad imperium erudiebat, & in omnibus iis, quæ tantam potestatem recte ac digne administraturo conveniant, accurate instituebat. Oratoria etiam arte, non in Latina tantum, sed Græca quoque lingua, instruebatur: in militiæ laboribus magnopere exercebatur, omnesque reipublicæ gerendæ, magistratuumque administrandorum artes discebat. A.U.C. 710 Cæsare Dict. V. & COS. V. cum Antonio.

3. Proinde is Octavius, quo tempore Cæsar occisus fuit, Apolloniæ (quæ urbs est ad Jonium mare) disciplinæ capiendæ ergo morabatur: præmissus eo a Cæsare, Parthicam expeditionem parante. Cæsaris morte audita, quanquam, ut par erat, ægre eam ferret, tamen novi quicquam conari non audebat: cum quod nondum audierat se filium hæredemque ab eo institutum fuisse, tum quod initio populi consensu ea cædes approbata nuntiaretur. Quum vero Brundusium transmisisset, ibique de testamento Cæsaris, posterioreque populi sententia, certior factus esset: omni mora præcisa, idque eo magis, quod secum magnam vim pecuniæ militumque, a Cæsare præmissam, habebat, statim nomen Cæsaris assumpsit, hæreditatemque ejus adiit, & ad res gerendas se contulit.

4. Videbatur eo tempore præcipitanter nonnullis, nimisque audacter agere: sed post, quia fortuna prospera usus, rem præclare gesserat, fortitudinis laudem invenit. Sæpius enim accidit, ut

y εἰπᾶν, Xiph. melius credo, quam vulgo ἆπεν. annotaverat εἰπᾶν ad marg. L. quanquam non nominato Xiphilino. improbat lectionem Od. *z* μεγάλα. ita & Z. μέγα, Xiph. mox ἐπελπίσας, Med. Coisl. Br. minus recte.
a τηλικοῦτον κράτος. ita more Attico recte dicitur genere neutro, & sic Xiph. quanquam ibi cod. Coisl. habet τηλικοῦτο.
b προεπέμπετο. ita Xiph. melius, quam vulgo προσεπέμπετο. *c* Βρεντέσιον. sic scripsi pro Βρεντήσιον, ita enim Dio semper, p. 39. A. 158. C. 159. A. 160 B. 171. B. 191. A. nec temere inconstantiam librariorum decet admittere. accedit V. b.
d τοῦ κλήρου αὐτὸν. αὐτοῦ τὸν κλῆρον ἐδέξατο, Z. vulgatum præfert Cl. Montfaucon & Od. neque immerito. sic infra p. 294. B. τὸν πατέρα τῆς οὐσίας κληρονομήσας. & postea, ἄλλων χρημάτων πάνυ πολλούς, sc. ἐκληρονόμησε.

tur, non aliud significare, quam ut is Ordo, cujus insigne id esset, quandoque ei subjiceretur.

§ 19. l. 65.) τὸ ἀξίωμα τὸ βουλευτικὸν] Notum est, latum clavum fuisse purpureum amplum segmentum sive lineam, quæ mediam tunicam Senatorum a summo ad imum distinguebat, ut præ cæteris docuit Albertus Rubenius in libris de re vestiaria, recusis T. VI. Thesauri Græv.

§ 20. (l. 68.) ἔς τε τοὺς εὐπατρίδας] Gens Octavia, teste Suetonio c. 2. *a Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allecta in senatum, mox a Servio Tullio in patricias transducta, procedente tempore ad plebem se contulit: ac rursus magno intervallo per divum Julium in Patriciatum rediit.* Conf. Joh. Glandorpii Onomasticon Rom. p. 634. sq.

§ 21. (l. 72.) ἀκριβῶς ἐξεπαίδευσε] Vide Bœclerum ad hæc Velleji II. 59. *C. Cæsar, major ejus avunculus, educatum apud Philippum vitricum dilexit ut suum, natumque annos XVIII. Hispaniensis militiæ, adsecutum se, postea comitem habuit, nunquam aut alio usum hospitio quam suo, aut alio vectum vehiculo; pontificatusque sacerdotio puerum honoravit. Et pacatis bellis civilibus, ad erudiendum liberalibus disciplinis singularis indolem juvenis, Apolloniam eum in studia miserat, mox belli Getici, ac deinde Parthici habiturus commilitonem.*

§ 22. (l. 73.) καὶ τῇδε τῇ γλώττῃ] Eloquentiæ Græcæ etiam Græcisque disciplinis operam datam ab Augusto, notat Suetonius c. 89. qui de Latinis ejus studiis copiose c. 84. sq.

§ 23. (l. 78.) ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ] Meminit præter Vellejum II. 59. Suetonius c. 8. *Cæsare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos & inde in Parthos destinante, præmissus Apolloniam studiis vacavit.* Et c. 89. *Magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem jam grandem natu, Apolloniam quoque secum ab Urbe juvenis adhuc eduxerat.* Sexto jam mense Apolloniæ versatum, cum de cæde Cæsaris comperit, testatur Appianus III. civil. p. 531. Ex Apollonia cum reversus in Urbem est, circa solem visus varii coloris circulus, ut narrant Seneca lib. I. c. 2. Nat. Quæst. Plinius II. 28. &c. Prima hæc est Apollonia, inter civitates quatuor & viginti hoc nomine, quas Stephanus Byz nominat, Apollonia, Corinthiorum colonia. De illa dictum ad lib. XLI. p. 174. C. vide & p. 274. D.

§ 24. (l. 80.) ἐπὶ τοὺς Πάρθους] De hoc consilio supra XLIV. pag. 239.

§ 25. (l. 86.) ἐς τὸ Βρεντέσιον] Vellejus II. 59. *Festinans pervenire in Urbem, omnem ordinationem, & necis & testamenti, Brundisii comperit.* Julius Obsequens c. 128. *C. Octavius testamento Cæsaris patris Brundisii se in Juliam gentem adscivit.*

§ 26. (l. 87.) τὴν γνώμην τοῦ δήμου τὴν δευτέραν] Cum prius populus percussoribus Cæsaris propemodum ignovisset, & oblivioni actorum a senatu decretæ acquievisset, postea, aperto Cæsaris testamento, & oratione Antonii funebri irritatus, vindicandam necem, & igni ferroque persequendos interfectores summa vi contendit. vide p. 258. & 266. E. sq.

§ 27. (l. 91.) τοῦ κλήρου αὐτὸν διεδέξατο] Sueton. c. 8. *Hereditatem adiit, dubitante matre, vitrico vero Marcio Philippo Consulari multum dissuadente.* Idem testatur Vellejus II. 60. & Appianus III. civil. p. 532. & apud Plutarchum p. 922. M. Antonius Augustum ridet, φορτίῳ ἀδυνάτῳ, oneri, cui ferendo esset impar, humeros instituentem supponere.

§ 28. (l. 95.) ἐκ τῆς εὐτυχίας] Secundum Thracum illud apud Ovidium Heroid. II. 85. *Exitus acta probat.*

A.U.C.710 Cæſare Dictat. V. & COS.V.cum Antonio.

ut qui rem aliquam non recte aggreſſi, tamen feliciter perficiunt, optimo conſilio uſi exiſtimentur: alii contra ſtultitiæ culpentur, quum re optime deliberata, voti compotes facti non ſunt. Sane Octavius quoque rem ancipitem periculoſiſſimamque conatus; quod quum jam primum ex pueris exceſſiſſet, annum agens decimum octavum, quumque videret, ſucceſſionem in hæreditatem ac genus plenam invidiæ criminumque eſſe, tamen ea auſus eſt ſuſcipere, quæ Cæſari cædis inultæ cauſam attuliſſent: idque, neque percuſſores ejus, neque Lepidum, neque Antonium metuens: judicatus tamen eſt, non male conſilia ſecutus fuiſſe, poſtquam rem feliciter confecit. Cæterum divinitus quoque haud obſcure ſignificatum eſt, qui tumultus eam rem eſſent comitaturi. Ingrediente enim Romam Octavio, circulus ingens, isque variegatus inſtar iridis, totum ſolem ambivit.

τινὲς οὐκ ὀρθῶς ἐπιχειρήσαντες, δόξαν, ὅτι ἐπιτυχεῖς αὐτῶν ἐγένοντο, εὐβουλίας ἔχον· καὶ ἕτεροι ἄριστα τινὰ προελόμενοι, μωρίαν, ὅτι μὴ κατέτυχον αὐτῶν, [e] ὤφλον. καὶ ἐκεῖνος σφαλερῶς μὲν καὶ ἐπικινδύνως ἐποίησεν, ὅτι τήν τε ἡλικίαν τὴν ἄρτι ἐκ παίδων ἄγων (ὀκτωκαιδεκέτης γὰρ ἦν) καὶ τὴν διαδοχὴν καὶ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ γένους καὶ ἐπίφθονον καὶ ἐπαίσιον ὁρῶν ὄυσαν, ἔπειτ' ἐπὶ [f] τὰ τοιαῦτα ὥρμησεν, ἐφ' οἷς ὅ; τε Καῖσαρ ἐπεφόνευτο, καὶ τιμωρία οὐδεμία αὐτοῦ ἐγίγνετο· καὶ οὔτε τοὺς σφαγέας, οὔτε τὸν Λέπιδον, τόν τε Ἀντωνίων, ἔδεισεν· οὐ μέντοι καὶ κακῶς [g] βουλεύσασθαι ἔδοξεν, ὅτι καὶ κατώρθωσε. τὸ μέντοι δαιμόνιον πᾶσαν οὐκ ἀσαφῶς τὴν αὐτόθεν μέλλουσαν σφίσι [30] ταραχὴν ἔσεσθαι προεσήμηνεν. ἐς γὰρ τὴν Ῥώμην ἐσιόντος αὐτοῦ, [31] ἵρις πάντα τὸν ἥλιον πολλὴ καὶ ποικίλη περιέχεν.

272

5. Proinde Cæſar, qui ante Octavius, poſt Auguſtus dictus fuit, res gerendas aggreſſus, ita confecit & exſecutus eſt, ut viros omnes audacia, ſenes omnes prudentia ſuperaſſe videatur. Primum in urbem, tanquam ſolius hæreditatis adeundæ cauſa, privatorum habitu, cum paucis, absque omni apparatu, intravit; neque aut minatus eſt ulli, aut ſe ea, quæ acta eſſent, moleſte ferre, pœnasve exacturum, oſtendit: deinde tantum a repetendis ab Antonio, quas ille interceperat, pecuniis abfuit; ut eum demereri contra, quanquam contumeliis ab eo injuriisque affectus, inſtituerit. Antonius enim, præterquam quod re verbisque Octavium alias lædebat, promulgationem legis curiatæ, (ſecundum quam eum in familiam Cæſaris adoptari oportebat) quanquam ſe eam ferre ſimularet, per tribunos plebis quosdam extraxit: ut Octavius, quum nondum ſecundum leges filius Cæſaris eſſet, neque de facultatibus ejus inquirendi poteſtatem haberet, & in reliquis quoque rebus infirmior eſſet.

Οὕτω μὲν ὁ πρότερον Ὀκταούϊος, τότε δὲ ἤδη Καῖσαρ, μετὰ δὲ τοῦτο Αὔγουστος ἐπικληθεὶς, ἥψατο τῶν πραγμάτων· καὶ αὐτὰ καὶ κατέπραξε καὶ κατειργάσατο, παντὸς μὲν ἀνδρὸς νεανικώτερον, παντὸς δὲ [h] πρεσβυτέρου φρονιμώτερον. πρῶτον μὲν γὰρ, ὡς καὶ ἐπὶ μόνῃ τῇ τοῦ κλήρου διαδοχῇ, καὶ ἰδιωτικῶς καὶ μετ' ὀλίγων, ἄνευ ὄγκου τινὸς, ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθεν· ἔπειτ' οὐδ' ἠπείλει οὐδενὶ οὐδὲν, οὔτε ἐνεδείκνυτο ὅτι ἄχθοιτό τε τοῖς γεγονόσι, καὶ τιμωρίαν αὐτῶν ποιήσοιτο. τόν τε Ἀντώνιον οὐχ ὅσον οὐκ ἀπήτει τι τῶν χρημάτων ὧν προπράκει, ἀλλὰ καὶ ἐθεράπευε, καίτοι καὶ προπηλακιζόμενος ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀδικούμενος. τά τε γὰρ ἄλλα ὁ ἐκεῖνος καὶ [32] λόγῳ καὶ ἔργῳ αὐτὸν ἐκάκου, καὶ [33] τὸν νόμον τὸν [i] φραιτριακὸν ἐσφερόμενον, καθ' ὃν τὴν ἐσποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος γενέσθαι ἔδει, αὐτὸς μὲν ἐσπούδαζε δῆθεν ἐσενεγκεῖν, διὰ δὲ δημάρχων τινῶν ἀνεβάλλετο· ὅπως, ὡς μηδέπω παῖς αὐτοῦ ἐκ τῶν νόμων ὢν, μήτε τι τῆς οὐσίας πολυπραγμονοίη, καὶ πρὸς τἄλλα ἀσθενέστερος εἴη.

Ἐπ'

e ὤφλον. sic ſcribendum jam monuit X. attamen vulgo manebat ὤφελον, quod in ejusmodi ſenſu vix locum habet.
f τὰ. abeſt a Med. g βουλεύσασθαι. βεβουλεῦσθαι, Med. melius. h πρεσβυτέρου. γέροντος, Xiph.
i φραιτριακὸν. φρατρικὸν, Med. errore librarii. ut ſupra p. 173. C.

§ 29. (l. 3.) ὀκτωκαιδεκέτης] Natum tunc annos XVIII. teſtatur etiam Vellejus II. 59.

§ 30. (l. 13.) ταραχὴν ἔσεσθαι] Philoſtratus VIII. 9. (edit. novæ 23.) de ejusmodi halone ſolari viſo Domitiani tempore: ὅτι μὲν δὴ ἐς νεώτερον ἢ διοσημία ἔφερε, δῆλα ἦν πᾶσιν. Sic & Dio infra p. 278. D.

§ 31. (l. 14.) ἵρις πάντα τὸν ἥλιον] Julius Obſequens c. 128. *Cum hora diei tertia ingenti circumfuſa multitudine Romam intraret, ſol puri ac ſereni cœli orbe modico incluſus, extremæ lineæ circulo, qualis tendi arcus in nubibus ſolet, eum circumſcripſit.* Vellejus II. 59. *Cum intraret urbem, ſolis orbis ſuper caput ejus curvatus æqualiter rotundatusque in colorem arcus, veluti coronam mox viri capiti imponens, conſpectus eſt.* Meminit & Suetonius c. 95. Seneca lib. I. Natural. Quæſt. c. 2. Plinius lib. II. c. 28. Oroſius VI. 28. Zonaras X. 13. p. 495. &c.

§ 32. (l. 30.) λόγῳ καὶ ἔργῳ αὐτὸν ἐκάκου] Vide Plutarchum Antonio p. 922. Florum IV. 4. & Sueton. c. 10. ubi ait, adverſatum conatibus Auguſti M. Antonium Conſulem, quem vel præcipuum adjutorem ſperaverat, ac ne publicum quidem ac translatitium jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimæ mercedis impertiſſe. *Sed monſtroſa malignitate Antonii multa perpeſſo* Auguſto *generoſa fuit ad reſiſtendum conſtantia*, ut ait Obſequens c. 128.

§ 33. (l. 31.) τὸν νόμον τὸν φραιτριακὸν] Erat quidem Auguſtus (ita enim brevitatis & perſpicuitatis cauſſa ſemper vocabo, licet tunc Cajus Octavius ſive Octavianus, & mox Cæſar appellabatur) teſtamento Julii Cæſaris adoptatus: ſed illam adoptionem ratam oportebat fieri lege curiata, quod factum poſtea ab Auguſto Conſule, infra p. 321. E. ſq. vide Jac. Cujacii Obſervationes lib. VII. c. 7. Auguſtus interim hæreditatem ſe acceptare profeſſus eſt apud Prætorem C. Antonium Conſulis fratrem, teſte Appiano II. civil. p. 534.

§ 34. (l. 45.) διά τε τὴν ἵππαρχίαν] M. Antonius A. U. C. 707. Cæſare ſecundum dictatore, Magiſter equitum ab eo creatus, ſatis inſolenter ſe geſſerat, ut dictum ſupra XLII. p. 197. ſq.

§ 35. (l. 45.) τὴν τῶν σφαγέων δὲ τιμωρίαν] Idem Antonius Lepido, Cæſaris ultionem præ ſe ferenti, reſtiterat, & pacem percuſſoribus, filio etiam obſide dato, tribuerat. ſupra p. 257.

§ 36. (l. 50.) τοῦ Κίννου] De Helvio Cinna, tribuno plebis, per errorem interfecto, XLIV. p. 267. B. Auguſti, tribunatum ejus loco petentis, meminere Appianus III. civil. p. 546. & Suetonius c. 10.

§ 37. (l. 52.) Τιβέριον Καννούτιον] Hic in Ciceronis quoque Philippica III. 9. *Tiberius*, ſed apud Dionem vitioſe infra Τίτος XLVIII. p. 365. D. ubi ab Auguſto deinde, Peruſiæ cum aliis ſenatoribus & equitibus quadringentis ad aram Cæſari ſacram mactatum refert. Jam autem ſexto Nonarum Octobris productum a Canutio in concionem Auguſtum, docet

Ἐπ' οὖν τούτοις ὁ Καῖσαρ ἤχαλε μὲν, οὐ μέντοι καὶ ἀσφαλῶς παρῄρησιάσασθαί τι δυνάμενος, ἠνείχετο· μέχρις οὗ τὸ πλῆθος, ὑφ' οὗ τὸν πατέρα αὐξηθέντα ἤπιστο, προσεποιήσατο. ὀργήν τε γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τῷ ἐκείνου θανάτῳ ἔχοντας εἰδὼς, καὶ ἑαυτὸν ὡς καὶ παῖδα αὐτοῦ σπουδάσειν ἐλπίσας, τόν τε Ἀντώνιον, D [34] διά τε τὴν ἱππαρχίαν, καὶ διὰ [35] τὴν τῶν σφαγέων οὐ τιμωρίαν, μισοῦντας αἰσθόμενος, ἐπεχείρησε μὲν δημαρχῆσαι, πρός τε τὴν τῆς δημαγωγίας ἀφορμὴν, καὶ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς ἐξ αὐτῆς δυνασείας· καὶ διὰ τοῦτο τῆς [36] τοῦ Κίννου χώρας κενῆς οὔσης ἀνταποιήσατο. κωλυθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον, οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλὰ [k] Τιβέριον [37] Καννούτιον δημαρχοῦντα ἀναπείσας, ἔς τε τὸν ὅμιλον ὑπ' αὐτοῦ ἐσήχθη, πρόφασιν [38] τὴν δωρεὰν τὴν καταλειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ποιησάμενος· καὶ δημηγορήσας ὅσα ἤρμοττε, ταύτην τε εὐθὺς ἐκτίσειν E σφίσιν ὑπέσχετο, καὶ ἄλλα αὐτοῦ πολλὰ προσεπήλπισε· καὶ μετὰ τοῦτο [39] τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀφροδισίου ἐκποιήσει καταδειχθεῖσαν, ἣν ὑποδεξάμενοί τινες ζῶντος ἔτι τοῦ Καίσαρος 273 ἐπιτελέσειν, ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὥσπερ που καὶ [40] τὴν τῶν Παριλίων ἱπποδρομίαν, ἐποιοῦντο, αὐτὸς ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ, ὡς καὶ [l] προσήκουσαν διὰ τὸ γένος, τοῖς οἰκείοις τέλεσι διέθηκε. καὶ τότε μὲν οὔτε τὸν δίφρον τὸν τοῦ Καίσαρος τὸν ἐπίχρυσον, οὔτε τὸν στέφανον τὸν διάλιθον, ἐς τὸ θέατρον ἐσήγαγεν, ὥσπερ ἐψήφισο, φοβηθεὶς τὸν Ἀντώνιον.

6. Quæ etsi erant Cæsari molesta, tamen quod tuto sibi libere agere non licebat, tantisper toleravit; donec plebem, cujus opera patrem suum eo incrementi pervenisse noverat, sibi conciliasset. Eam quum iratam esse propter hujus cædem sciret, sibique, ut ejus filio, cupituram speraret, Antonioque propter eam, qua magister equitum usus erat, agendi rationem, quodque in percussores Julii Cæsaris non animadvertisset, infensam cerneret; tribunatum plebis affectavit, ut & populum demulcendi, & hinc dominatum impetrandi, facultatem haberet. Itaque Cinnæ in locum, cui successum nondum erat, ut substitueretur, contendit. Quumque id ne fieret, Antonius effecisset, ne sic quidem quievit, quin Tiberio Cannutio tribuno plebis persuaderet, ut se ad populum produceret, ejus muneris nomine, quod populo Cæsar legaverat. Itaque Octavius, ad populum habita oratione, quæ instituto suo negotio conveniret, numeraturum se statim eam, quam Cæsar jussisset, pecuniam pollicitus est, injecta etiam multorum aliorum donorum spe. Deinde ludos institutos ob perfectionem fani Veneris, quos vivo adhuc Cæsare quidam sese celebraturos receperant, sed tum, sicut & equestre certamen Parilibus, negligebant; ipse suis sumptibus, tanquam ad se ratione generis pertinentia, ad captandam populi gratiam, fecit. Sellam tamen Cæsaris auream, coronamque gemmis ornatam, in theatrum, (quamvis ita constitutum fuerat) Antonii metu, non intulit. A.U.C. 710 Cæsare Dictat. V. & COS. V. cum Antonio.

Ἐπεὶ μέντοι [41] ἄστρον τι παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐκ τῆς ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν [m] ἀνεφάνη· καὶ αὐτὸ κομήτην τε τινῶν καλούντων, καὶ προσημαίνειν οἷά που εἴωθε λεγόντων, οἱ πολλοὶ [n] τοῦτο μὲν οὐκ ἐπίστευον· τῷ δὲ δὴ Καίσαρι αὐτὸ, ὡς καὶ ο ἀπηθανατισμένῳ, καὶ ἐς τὸν τῶν ἄστρων ἀριθμὸν συγκαταλεγμένῳ, ἀνετίθεσαν· θαρσήσας, χαλκοῦν αὐτὸν ἐς τὸ Ἀφροδίσιον, ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, ἔστησεν. B

7. Cæterum stella quædam ex septentrione versus occasum radians, per omnes hos dies apparuit: quam cum cometen vocarent nonnulli, eaque portendere dicerent, quæ alias hujusmodi signum sequi consuevissent, creditum quidem hoc a plebe non est; sed Cæsari eam, immortalitatem nimirum jam adepto, inque siderum numerum allecto, sacram esse dixit. Ea re Octavius animo confirmato, statuam patris æream, cum

k Τιβέριον. Τίτον hic ad marginem scripsit L. forte quod infra sic vocatur p. 365. D. sed vitiose. vide F. §37. *l* προσήκουσαν. adde οἱ. Od. *m* ἀνεφάνη. ἐξεφάνη, Med. *n* τοῦτο μὲν οὐκ ἐπίστευον. non sine ratione mihi videor οὐκ hic inseruisse, primum, quod ipse nexus narrationis hoc requirit. nam οἱ πολλοὶ, de quibus sermo, τῷ Καίσαρι ἀνετίθεσαν. ergo non crediderunt, quod τινὲς quidam dicebant, ordinarium cometen esse, & consueta significare. accedit auctoritas utriusque cod. V. a. b. & Med. eodem spectat Zonaras, utramque opinionem distinguens: οἱ μὲν κομήτην ἔλεγον, οἱ δὲ τῷ Καίσαρι ἀνετίθεσαν. *o* ἀπηθανατισμένῳ. sic scribitur recte secundum grammaticas rationes in V. a. b. & Med. vulgo, ἀπαθανατισμένῳ. Mediceus paulo post ἐγκαταλεγμένῳ, pro vulgato συγκαταλεγμένῳ.

docet Cicero XII. 3. Epistola ad Cassium. vide & infra p. 276. B. & Pighii Annales T. III. p. 468. sq. & quæ viri docti ad Vellejum II. 64. ubi *continua rabie laceraſſe Antonium* Canutius traditur.

§ 38. (l. 54.) τὴν δωρεὰν] De iis, quæ populo Cæsar legaverat, dictum XLIV. p. 258. A. Quantam per hoc gratiam apud plebem inierit Octavius, uberius exponit Appianus III. civil. p. 541.

§ 39. (l. 58.) τὴν πανήγυριν] Sueton. c. 10. *Ludos victoriæ Cæsaris non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit.* Templum dedicatum a Cæsare Veneri Genitrici seu Victoriæ, sive Victrici, de quo dictum ad p. 225. A. De iisdem ludis Matius Epistola ad Ciceronem lib. XI. 28. *At ludos, quos Cæsaris victoriæ Cæsar adolescens fecit, curavi. At id ad privatum officium, non ad statum Reipub. pertinet. Quod tamen munus & hominis amicissimi memoriæ ac honoribus præstare etiam mortui debui, & optimæ spei adolescenti, ac dignissimo Cæsare, petenti negare non potui.* Sed disertissime Appianus III. civil. p. 544. Θέας ὁ Καῖσαρ ἐτέλει ἀναγκαίους ἐκ τοῦ πατρὸς Ἀφροδίτῃ Γενετείρᾳ, ὅτιπερ αὐτῇ καὶ τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ ἅμα αὐτῇ ἀγορᾷ ἀνέθηκε. Suetonius Cæsare c. 88. *Ludis, quos primos consecratos ei heres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit.* Augustus ipse apud Plinium II. 25. *iis ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per septem dies, in regione cæli quæ sub septentrionibus est, conspectum.* Meminit & Seneca VII. 17. Quæst. natural. & Julius Obsequens c. 128. qui Collegium etiam ludis illis faciendis a Julio Cæsare institutum, perinde ut Plinius, commemorat.

§ 40. (l. 61.) τὴν τῶν Παριλίων ἱπποδρομίαν] Solennis Paliliorum dies erat XI. Kal. Maj. non jam urbis conditæ, sed Cæsaris victoriis celebrandis sacratus. Vide si placet dicta ad XLIV. p. 234. D. Facit huc quod Plutarchus in Antonio p. 922. δίφρον χρυσοῦν τοῦ παλροὸς ὥσπερ ἐψήφισο θέλος, ἠπείλησεν εἰς φυλακὴν ἄξειν, ἐὰ μὴ παύσαιλο δημαγωγῶν.

§ 41. (l. 69.) ἄστρον τι] Servius ad hæc Virgilii ecloga IX. 47. *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum, astrum quo segetes gauderent frugibus. Cum Augustus Cæsar ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit: ille eam esse confirmavit Parentis sui. Dionæi autem longe repetitum est a matre Veneris Dione. Bæbius Macer, circa horam octavam, stellam amplissimam, quasi lemniscis ornatam, ortam dicit: quam quidam*

A.U.C.710 Cæſare Dictat. V. & COS. V. cum Antonio.

cum ſtella ſupra caput, in Veneris templo poſuit. Quum id metu plebis nemo prohiberet, alia quoque nonnulla, quæ jam ante in honorem Cæſaris decreta fuerant, facta ſunt. Quippe & menſis ejus natalis ſimili de cauſa Julius nominatus, & in ſupplicationibus ob victoriam, die peculiari, ſacra ejus nomine facta ſunt. Has ob cauſas milites etiam prompte Octavio ſeſe adjunxerunt, præſertim nonnullis pecunia conciliatis: jamque murmura ſuboriebantur, videbanturque novæ res impendere. Quam opinionem vel maxime confirmabat, quod Antonius Octavium, cum is vellet pro tribunali ad ſe, de ſublimi conſpicuoque loco, ut patre ſuperſtite conſueverat, verba facere, non tantum prohibuerat, ſed & detractum per lictores exturbarat.

σεν. ἐπειδή τε ὔυτε τοῦτό τις, φόβῳ τοῦ ὁμίλου, ἐκώλυσεν, ὕυτω δὴ καὶ ἄλλα τινὰ τῶν ὀὲς τὴν τοῦ Καίσαρος τιμὴν προδεδογμένων ἐγένετο. τόν τε γὰρ [42] μῆνα [p] τὸν Ἰούλιον ὁμοίως ἐκάλεσαν, καὶ [43] ἱερομηνίαις τισὶν ἐπινικίοις ἰδίαν ἡμέραν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐβουθύτησαν. καὶ διὰ ταῦτα καὶ οἱ [44] στρατιῶται ἑτοίμως, ἄλλως τε καὶ χρήμασι θεραπευθέντων τινῶν, C συνίσαντο πρὸς τὸν Καίσαρα. θροῦς τε ὖυν ἐγίγνετο, καὶ ἐδόκει τι νέον ἔσεσθαι· καὶ μάλιστα ὅτι ὁ Ἀντώνιος αὐτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ [45] ἀπὸ μετεώρου καὶ ἀπὸ περιόπτου τινὸς, καθάπερ ἐπὶ τοῦ πατρὸς εἰώθει ποιεῖν, ἐντυχεῖν τι ἐθελήσαντα οὐ προσεδέξατο, ἀλλὰ καὶ κατέσπασε καὶ ἐξήλασε διὰ τῶν ῥαβδούχων.

8. Id enim factum magnam apud omnes indignationem movit, præcipue, quia ex eo tempore Octavius foro ſe omnino abſtinebat, ut Antonio invidiam augeret, animosque multitudinis ad ſe pertraheret. Quapropter metu correptus Antonius, iis qui aderant aliquando dixit; ſe neque iratum Cæſari eſſe, & benevolentiam adeo ei debere, paratumque eſſe ad omnem ſimultatem abolendam. Quæ quum Cæſari eſſent annuntiata, congreſſus eſt cum Antonio, viſique ſunt ambo in gratiam mutuo rediiſſe. Uterque enim, etſi ſatis certus ſuæ ſententiæ erat, tamen nunc eam exponere intempeſtivuum exiſtimabat; itaque reconciliati alter alteri nonnihil concedebant. Quum aliquot deinde dies quieviſſent, poſt novis ſe invicem ſuſpicionibus onerarunt, inimicitiasque inſtauraverunt; ſive illæ metu verarum inſidiarum, ſive falſis ex calumniis (ut fieri hujusmodi in rebus aſſolet) obortæ fuerint. Qui enim poſt vehementes inimicitias in gratiam redeunt, multa leviuſcula ac temere accidentia in ſuſpicionem rapiunt, atque omnia eadem ratione, tamquam

Δεινῶς γὰρ δὴ πάντες ἠγανάκτησαν, καὶ οὐχ ἥκιστα, ὅτι ὁ Καῖσαρ οὐδὲ ἐς τὴν ἀγορὰν ἔτι, πρός τε τὸ ἐκείνου ἐπίφθονον καὶ πρὸς τὸ τοῦ πλήθους ἐπαγωγὸν, ἐφοίτησε. Φοβηθεὶς οὖν ὁ Ἀντώνιος διελέξατό ποτε τοῖς παροῦσιν, ὅτι οὔτε τινὰ ὀργὴν τῷ Καίσαρι ἔχοι, ἀλλὰ καὶ εὔνοιαν αὐτῷ ὀφείλει, καὶ ἕτοιμος εἴη πᾶσαν τὴν ὑποψίαν ἀπολύσασθαι. ἀγγελθέντων δὲ τούτων ἐκείνῳ, συνῆλθον μὲν ἐς λόγους, καὶ [46] καταλλάχθαι τισὶν ἔδοξαν· (τάς τε γὰρ γνώμας σφῶν ἀκριβῶς εἰδότες, καὶ ἐξελέγξαι τότε αὐτὰς ἄκαιρον εἶναι νομίσαντες, ἀνθυπεξάν τινα [r] ἀλλήλοις συμβιβαζόμενοι·) καὶ ἡμέρας μέν τινας ἡσύχασαν, ἔπειτα δὲ ἀνθυποπτεύσαντες ἀλλήλους, εἴτ' ἐξ ἀληθοῦς ἐπιβουλῆς, εἴτε καὶ ἐκ ψευδοῦς διαβολῆς (οἷα ἐν τῷ τοιούτῳ φιλεῖ γίγνεσθαι) διηνέχθησαν αὖθις. ὅταν γάρ τινες ἐκ μεγάλης ἔχθρας συνενεχθῶσι, πολλὰ μὲν μηδὲν δεινὸν ἔχοντα, πολλὰ δὲ καὶ ἐκ συντυχίας λαμβάνοντες ὑπολοποῦσι. πᾶν γὰρ ἑνὶ λόγῳ ὡς καὶ ἐξεπίτηδες καὶ ἐπὶ κακῷ τινι γιγνόμενον, [s] πρὸς τὸ προϋπάρξαν ἔχθος λαμβάνου- 274

[p] τόν τε γὰρ μῆνα τὸν Ἰούλιον ὁμοίως ἐκάλεσαν. quoniam Ἰούλιον ad ἐκάλεσαν ſpectat, videtur ad vocem μῆνα aliquid deeſſe, v. g. τόν τε γὰρ μῆνα τὸν γενέθλιον, Ἰούλιον ὁμοίως ἐκάλεσαν. ſicut ſupra p. 242. E. dicitur: τόν τε μῆνα ἐν ᾧ ἐγεγέννητο Ἰούλιον ἐπεκάλεσαν. ſane inconcinne dicerentur ſola verba, ὁμοίως ἐκάλεσαν, totum prædicatum, quod vocant, abſolvere. [q] καὶ ἕτοιμος. καὶ ὅτι ἕτοιμος, Med. [r] ἀνθυπεξάν τινα ἀλλήλοις. ita ſcripſi, pro ἀλλήλους, quod in omnibus editionibus habetur; certus, tale vitium virorum doctorum diligentiam effugere non potuiſſe, niſi parum diſcriminis eſſet inter utramque terminationem præſertim per compendium ſcriptam. [s] πρὸς τὸ προϋπάρξαν ἔχθος. ita V. a. & Med. quod aptius eſſe mihi perſuadeo, quam vulgatum ὑπάρξαν.

quidam ad illuſtrandam gloriam Cæſaris juvenis pertinere exiſtimabant, ipſe animam patris ſui eſſe voluit, eique in Capitolio ſtatuam, ſuper caput auream ſtellam habentem poſuit. Inſcriptum in baſi fuit: Cæſari Emitheo (ſupra XLIII. p. 220. B.) *Sed Vulcatius aruſpex in concione dixit, cometam eſſe, qui ſinita oratione in ipſa concione concidit. Hoc etiam Auguſtus in libro ſecundo de memoria vitæ ſuæ complexus eſt.* Suetonius c. 88. de eadem ſtella crinita, quam ait per ſeptem dies continuos fulſiſſe, exortamque circa undecimam horam: *creditum eſt, animum eſſe Cæſaris in cœlum recepti, & hac de cauſſa ſimulacro ejus in vertice additur ſtella.* Plinius lib. II. c. 25. *Eo ſidere ſignificari vulgus credidit, Cæſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam, quo nomine id inſigne ſimulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt.* Stellæ meminere etiam Seneca VII. 17. Natural. Quæſt. & Julius Obſeq. c. 128. Vetus epigramma lib. V. Anthолog. c. 1. p. 524. Καῖσαρ δ' ἐγγὺς ἔλαμψεν Ἰούλιος. Horat. lib. I. Od. XII. 46. *micat inter omnis Julium ſidus, velut inter ignes luna minores.* Statuæ æneæ cum ſtella in templo Veneris dedicatæ mentionem facit ex Dione etiam Zonaras T. I. p. 495. in numis Cæſaris pariter & Auguſti, Cæſarumque Caji ac Lucii, idem ſidus ſignatum videre licet apud Triſtanum I. p. 33. 89. Carol. Patinum ad Sueton. p. 11. aliosque & H. Noriſium ad Cenotaphia Piſana p. 93. & 94.

§ 42. (l. 81.) μῆνα τὸν Ἰούλιον] Supra XLIV. p. 242. E. Vide ſi placet quæ viri docti ad verba Ciceronis XVI. 1. ad Atticum: *Itane Nonis Juliis?*

§ 43. (l. 82.) ἱερομηνίαις τισὶν ἐπινικίοις] Ut ad hunc locum annotat Uſſerius T. II. Annalium ad annum 44. ante CHRISTUM p. 371. Cum prius decretum fuiſſe teſtentur Dio XLIII. p. 235. E. & Appianus II. civil. p. 494. ut publice ſolennibus ſacris celebrarentur dies, quibus victorias Cæſar adeptus fuerat, in unum hunc diem, ſacris ipſius ἐπινικίοις dicatum, omnium ſimul victoriarum ab eo reportatarum conjecta videtur fuiſſe commemoratio. Pharſalicæ certe, reliquarum omnium celeberrimæ, diem in faſtis non fuiſſe peculiariter ſignatum, Lucanus VII. 410. indicat.

Tempora ſignavit leviorum Roma malorum,
Hunc voluit neſcire diem —— ——

Sed & infra XLVII. p. 337. D. teſtatur Dio, ſi qua etiam poſtea Triumvirorum armis reportata victoria fuiſſet, ſupplicationes & recens victori, & defuncto Cæſari dicatas. χωρὶς μὲν τῷ κρατήσαντι, χωρὶς δὲ ἐκείνῳ καὶ τεθνεῶτι τιμὴν ἱερομηνίας ἔνεμον.

§ 44. (l. 84.) στρατιῶται] Veterani maxime, quos in ſuum ac Reipub. auxilium quanta potuit largitione contraxiſſe Auguſtum, refert Suetonius c. 10. Plura infra p. 276. A.

λαμβάνουσι. καὶ αὐτοῖς ἐν τούτῳ καὶ οἱ διὰ μέσου ὄντες συνεπιτίθενται. διαγγέλλοντες γάρ τινα, προσποιήσει εὐνοίας, ἐπιπαροξύνουσιν αὐτούς. πλεῖσόν τε γάρ ἐστι τὸ βουλόμενον πάντας [t] τοὺς δυναμένους ἀλλήλοις διαφέρεσθαι, καὶ διὰ ταὺς ἐπιχαίροντας ἐπὶ τῇ ἔχθρᾳ αὐτῶν, καὶ [u] συνεπιβουλεῦον σφίσι· καὶ ῥᾷον ἀπατηθῆναι λόγοις ἐπιτετηδευμένοις ἐκ φιλίας ἀνυπόπτου τὸ προδιαβεβλημένον. ἐκ μὲν οὖν τούτου καὶ ἐκεῖνοι, οὐδὲ ἐν τῷ πρὶν πιστεύοντες ἀλλήλοις, ἐπὶ πλέον ἠλλοτριώθησαν.

tanquam consulto & malo consilio facta, propter conceptum ante odium interpretantur. Hanc ad rem illi, qui cum utrisque versantur, haud parum conferunt; dum sub specie benevolentiæ quædam nuntiando, animos jam ante irritatos magis exasperant. Nam plurimi sunt, qui cupiunt omnes potentes inter se discordes esse: aut propter eos, qui inimicitiis illorum gaudent, simul illis insidiantur. Contra animi jam ante calumniis exacerbati, facillime verbis ad hoc ipsum, velut ex amicitia suspicionis experte, comparatis, decipiuntur. Hoc modo & illi, ne ante quidem sibi fidentes, magis a se invicem abalienati sunt. A.U.C. 710 Cæsare Dict. V. & COS. V. cum Antonio.

Ὁρῶν οὖν ὁ Ἀντώνιος τὸν Καίσαρα αὐξανόμενον, ἐπεχείρησε δελεάσας τὸ πλῆθος, εἴ πως ἐκείνου τε αὐτοὺς ἀποσπάσειε, καὶ ἑαυτῷ προσποιήσειε. καὶ χώραν ἄλλην τε πολλὴν, καὶ τὴν [47] ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς [x] Πομπτίνοις, ὡς κεχωσμένοις ἤδη, καίτοι γεωργεῖσθαι δυναμένοις, κληρουχηθῆναι διὰ [48] Λουκίου Ἀντωνίου ἀδελφοῦ δημαρχοῦντος, ἐσηγήσατο. τρεῖς γὰρ οἱ ἀδελφοὶ οἱ Ἀντώνιοι ὄντες, ἀρχὰς ἅμα πάντες ἔσχον· ὁ μὲν [y] Μάρκος ὑπατεύων· ὁ δὲ Λούκιος, δημαρχῶν· ὁ δὲ Γάϊος, στρατηγῶν. ὅθεν οὐχ ἥκιστα ἐδυνήθησαν τοὺς μὲν τότε τῶν συμμάχων καὶ τῶν ὑπηκόων ἄρχοντας, πλὴν τῶν σφαγέων τῶν πλειόνων, ἄλλων τέ τινων οὓς πιστοὺς σφίσιν εἶναι ἐνόμιζον, παῦσαι, ἑτέρους δὲ ἀντ' αὐτῶν ἀνθελέσθαι· καί τισιν ἐπὶ μακρότερον, παρὰ τὰ νενομοθετημένα παρὰ τοῦ Καίσαρος, ἄρχειν ἐπιτρέψαι· [49] καὶ [z] τὴν μὲν Μακεδονίαν τὴν τῷ Μάρκῳ ἐκ τοῦ κλήρου δεδομένην, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γάϊος σφετερίσασθαι· [50] τὴν δὲ Γαλατίαν τὴν ἐντὸς τῶν [a] Ἄλπεων, ἣ ὁ Βροῦτος ὁ [a] Δέκιμος προσετέτακτο, αὐτὸς ἐκεῖνος, μετὰ τῶν στρατευμάτων ἐς τὴν Ἀπολλωνίαν προπεμφθέντων (ὡς καὶ ἰσχυροτάτην καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς χρήμασιν οὖσαν) ἀντιλαβεῖν. ταῦτά τε οὖν ἐψηφίσθη· καὶ [51] τῷ Πομπηίῳ τῷ [b] Σέξτῳ, δύναμιν ἤδη πολλὴν ἔχοντι, ἥ τε ἄδεια, καίτοι ὑπὸ τοῦ Καίσαρος,

9. Antonius ergo, quum augeri potentiam Octavii perspiceret, ad inescandam plebem, si qua eam ratione ab Octavio avellere, sibique adjungere posset, animum adjecit. Igitur per L. Antonium, fratrem suum, tribunum plebis, rogationem tulit de multis agris, iisque etiam, qui essent in paludibus Pontinis, veluti jam complanatis, atque agriculturæ aptis, populo dividendis. Erant eo tempore tres fratres Antonii, gerebatque quilibet eorum aliquem magistratum: Marcus consulatum, Lucius tribunatum plebis, Cajus præturam. Itaque facile etiam poterant eos, qui sociis subditisque P. R. præerant, exceptis quidem plurimis percussoribus Cæsaris cæterisque qui iis fidi erant, magistratu movere, & alios in eorum locum substituere; aliis contra imperium ultra, quam Julius Cæsar constituisset, prorogare. Proinde hoc agebant, ut Macedoniam, quæ Martio sorte obtigerat provincia, frater C. Antonius sibi vindicaret: Galliam vero Cisalpinam, Decimo Bruto assignatam, quod & militibus & pecuniis instructissima esset, ipse M. Antonius, cum eo exercitu, qui Apolloniam fuerat præmissus, vicissim acciperet. Hæc igitur decernebantur. Præterea Sexto Pompejo, qui jam magnas copias contraxerat, impunitas, quæ ei a Cæsare cum multis aliis

t τοὺς. τούς τε, Med. *u* συνεπιβουλεῦον. συνεπιβουλεύοντας, V. b. minus bene. *x* Ποντίνοις. sic p. 242. D. & 777. D. Πομπτίνοις hic RS. Med. postea pro καίτοι γεωργεῖσθαι, malim καὶ. *y* vulgatum γὰρ ante Μάρκος, rectius abest a Med. *z* τὴν μὲν. addidi μὲν ex Med. mox ad τὴν τῷ Μάρκῳ, τῷ Βρούτῳ addit L. ad marg. quasi ex Xyl. nempe ex versione. etiam Xiph: ἐπαρχίας ἃς ἐλαχέτην, ὁ μὲν ἐν Μακεδονίᾳ ὁ Βροῦτος. sed vide § 49. *a* Δέκιμος scripsi, pro Δέκιος, ut supra. quanquam & hic Δέκιος RS. *b* Σέξτῳ. Σέξτῳ, L. marg.

§ 45. (l. 89.) ἀπὸ μελεώρου καὶ περιόπτου τινὸς] Honoris caussa Augusto Julius Cæsar permiserat, ut magistratibus assidere posset. Erant autem tribunalia Consulum sublimia, sellæque curules μελέωροι ac περιόπτοι, unde Xiphilinus infra p. 668. D. τῶν ὑπάτων καθεζόντων πολὺ ἀπὸ τῶν δίφρων ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ. Habens itaque Augustus aliquid, quod Antonio Consuli jus dicenti vellet significare, more illo suo pristino uti constituerat, atque prope Antonium, loco æque conspicuo, pro tribunali assidere: quod ille non ferendum ratus, consulari auctoritate per lictores suos Augustum prohibuit.

§ 46. (l. 3.) καὶ ἠλλάχθαι ἔδοξαν] De simulata hac reconciliatione meminit Plutarchus in Antonio, p. 922. testatus, eos convenisse in Capitolio, atque ibi in gratiam male fidam rediisse.

§ 47. (l. 30.) ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς Ποντίνοις] De paludibus Pontinis, quas complanandas Cæsar in se susceperat, dictum XLIV. p. 242. D. De Italia per septemviros dividunda legem L. Antonii tribuni, quam contra auspicia auctore fratre Consule tulit, memorat Cicero Philippica V. c. 3. & 7. & 12. VI. 5. & XI. c. 5. 6. XII. 9. XIII. 12. 18.

§ 149. (l. 66.) οἱ τοὺς Ταρκυνίους ἐξελάσαντες] Idem Cicero: *ideone L. Tarquinius exactus, Spurii, Cassius, Melius, M. Manlius necati, ut multis post sæculis a M. Antonio, quod fas non est, Rex Romæ constitueretur?* & c. 44. *Tarquinium Brutus bello est persecutus, qui tum Rex fuit, cum esse Romæ Regem liceret. Spurii, Cassius, Melius, M. Manlius, propter suspicionem regni appetendi sunt necati.* De Spurio utroque vide Livium lib. II. c. 41. & lib. IV. c. 14.

§ 150. (l. 71.) ἐπάρατον ποιησάμενοι] Lege enim cautum, ut quicunque dictaturæ mentionem faceret, eum veluti execrabilem liceret νηποινεὶ impune a quovis occidi, ut testatur Appianus III. civil. p. 542. Execrationum additarum mentio etiam supra p. 267. D.

§ 151. (l. 73.) οἳ τὸν Πύρρον] De Pyrrho bis exuto castris, bis saucio, & in Græciam suam trans mare ac terras fugato, vide quæ ad Flori lib. I. c. 18. viri docti.

§ 152. (l. 74.) ὑπὲρ τὸν Ταῦρον] Cicero pro Dejotaro c. 13. *Antiochus magnus ille, rex Asiæ, cum, postea quam a Scipione devictus, Taurotenus regnare jussus esset, omniemque hanc Asiam, quæ est nunc nostra provincia, amisisset, dicere est solitus, benigne sibi a Populo Rom. esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur.* Scipio ad Antiochi

" δήμου, πάσης δὲ τῆς βουλῆς παρούσης, ἀνειπεῖν, " καὶ τό, τε διάδημα εὐθὺς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ " ἐπιθεῖναι, καὶ προσκαταψεύσασθαι πάντων ἡμῶν " ἀκουόντων, [148] ὅτι αὐτοὶ ταῦτα αὐτῷ καὶ εἰπεῖν καὶ " πρᾶξαι ἐπεσκήψαμεν· τί μὲν οὐκ ἂν τῶν δεινοτάτων " τολμήσειε; τίνος δ' ἂν τῶν χαλεπωτάτων ἀπόσχοιτο; nominare, diademaque capiti ejus ſtatim impo- A.U.C.711
onere, addereque hoc nobis omnibus exaudienti- Hirtio & Panſa COSS.
bus mendacium, a nobis ſibi injunctum eſſe, ut hæc diceret faceretque: qui inquam is non extrema quævis auſit? aut a qua re, etiam graviſſima, ſe continere poſſit? "

" Ἡμεῖς, ὦ Ἀντώνιε, ἡμεῖς σοὶ ταῦτ' ἐνετειλά- " μεθα, [149] οἱ τοὺς Ταρκυνίους ἐξελάσαντες, οἱ τὸν " Βροῦτον ἀγαπήσαντες, οἱ τὸν Καπιτωλῖνον κατα- " κρημνίσαντες, οἱ τὸν Σπούριον ἀποκτείναντες; ἡμεῖς " βασιλέα τινὰ ἀσπάσασθαί σε προσετάξαμεν, οἱ " καὶ αὐτὴν τὴν ἐπωνυμίαν αὐτοῦ, καὶ προσέτι καὶ " τὴν τοῦ δικτάτωρος δι' ἐκείνην, [150] ἐπάρατον ποιη- " σάμενοι; ἡμεῖς τύραννον τινὰ ἀποδεῖξαί σοι ἐκε- " λεύσαμεν, [151] οἱ τὸν Πύρρον ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκ- " βαλόντες, οἱ τὸν Ἀντίοχον [152] ὑπὲρ τὸν Ταῦρον " ἀπελάσαντες; ° οἱ [153] καὶ Μακεδονίαν τυραννου- " μένην παύσαντες; [154] οὐ μὰ τὰς ῥάβδους τὰς " Οὐαλερίου, [155] καὶ τὸν νόμον τοῦ Πορκίου· οὐ " μὰ [156] τὸ σκέλος τὸ Ὁρατίου, καὶ [157] τὴν χεῖρα " τοῦ Μουκίου· οὐ μὰ [158] τὸ δόρυ τὸ Δεκίου, καὶ " [159] τὸ ξίφος τὸ Βρούτου. σὺ δὲ, ὦ πανκάκιστε, " καὶ ἐδέου καὶ ἱκέτευες, ἵνα δουλεύσῃς· [160] ὡς Πο- " στούμιος, ὅπως Σαυνίταις ἐκδοθῇς· [161] ὡς Ῥηγοῦλος, " ὅπως Καρχηδονίοις ᵖ ἀποδοθῇς· [162] ὡς Κούρτιος, ἵνα ἐς " τὸ χάσμα ἐμπέσῃς. καὶ ποῦ τοῦτο γεγραμμένον ἔυ- " ρες; ὥσπερ καὶ τὸ [163] τοὺς Κρῆτας ἐλευθέρους μετὰ " τὴν τοῦ Βρούτου ἀρχὴν γενέσθαι, ὧν ἡμεῖς ᵠ ἐκεῖνον " μετὰ τὸν τοῦ Καίσαρος θάνατον ἄρξαι ἐψηφισάμεθα.

32. " Noſne igitur tibi, M. Antoni, nos hæc mandavimus? qui Tarquinios ejecimus, Brutum dileximus, Manlium Capitolinum de ſaxo dejecimus, Spurium occidimus? nos te regem aliquem ſalutare juſſimus, qui illud nomen, atque
C
ohujus cauſa etiam dictatoris appellationem, diris execrationibus devovimus? nos tibi tyranni alicujus conſtituendi poteſtatem dedimus, qui Pyrrhum ex Italia profligavimus, Antiochum ultra Taurum montem repulimus, qui Macedoniam tyrannide preſſam liberavimus? non ita, non per faſces Valerii, per legem Porcii, per crus Horatii, per manum Mucii, per haſtam Decii, per gladium Bruti. Tu autem, homínum ſceleratiſſime, ſupplex adeo factus oraviſti, uti ſervires: ſcilicet exemplo Poſtumii, ut Samnitibus dederere: Regulive, ut Carthaginienſibus reddereris. aut Curtii, ut in hiatum præcipitare tibi liceret
D
Ubi vero id ſcriptum inveniſti? quemadmodum hoc quoque, ut Crerenſes poſt Bruti præfecturam liberi forent? quibus uti imperaret, nos poſt Cæſaris mortem decrevimus. "

" Εἶτ' ἐν τοσούτοις καὶ τηλικούτοις πράγμασι " τὴν ἀλιτηριώδη γνώμην αὐτοῦ πεφωρακότες, οὐ τι- " μωρήσεσθε αὐτὸν, ἀλλὰ ἀναμένετε καὶ τῷ ἔργῳ μα- " θεῖν, τί ἂν δράσειεν ὑμᾶς ὡπλισμένος, ὁ τοι- " αῦτα γυμνὸς εἰργασμένος; ἢ οἴεσθε ὅτι οὐκ ἐπι- " θυμεῖ τῆς τυραννίδος, ὅτι οὐκ εὔχεταί ποτε αὐ- τῆς

33. " Proinde quum in tot tantisque rebus ſceleratam ejus ſententiam deprehenderitis; non-
9one pœnas ab eo exigetis, ſed exſpectabitis, dum re ipſa quoque experiamini, quidnam hic armatus ſit acturus, qui nudus hæc patravit? Putatisne autem hunc ad tyrannidem non adſpirare,
E
non

o οἱ καὶ Μακεδονίαν τυραννουμένην παύσαντες. hæc deſiderabantur in editionibus Dionis, addita nunc ex cod. Med. ap. Gronov. p. 114. & V. a. *p* ἀποδοθῇς. παραδοθῇς, V. a. *q* ἐκεῖνον. acceſſit ex Med. & vix abeſſe poſſe videtur.

Antiochi legatos apud Livium XXXVII. 45. *Europa abſtinete, Aſiaque omni quæ cis Taurum montem eſt, diſcedite.* Conf. quæ ad Florum lib. II. c. 8.

§ 153. (l. 75.) οἱ καὶ Μακεδονίαν τυραννουμένην παύσαντες] De populi Romani rebus geſtis adverſus Macedonas, quos in Rege Philippo primo vicit, deinde in Perſe debellavit, triumphavitque & in provinciam redegit, denique iterum vindicavit ſibi in victo pſeudo-Philippo, vide ad eundem Florum lib. II. c. 7. & 12. & 14.

§ 154. (l. 76.) οὐ μὰ τὰς ῥάβδους τὰς Οὐαλερίου] Publius Valerius Poplicola, conſul, vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionem deſcendit, atque ita confeſſus eſt, populi quam conſulis majeſtatem vimque majorem eſſe, ut narrat Livius lib. II. c. 7.

§ 155. (l. 77.) καὶ τὸν νόμον τοῦ Πορκίου] M. Porcius Lecca gravem pœnam conſtituit ei, qui civem Romanum verberaſſet vel necaſſet. vide Livium X. 4. Ciceronem pro C. Rabirio perduellionis reo, c. 4. & Antonii Auguſtini de legibus librum, T. II. Theſ. Græviani p. 1252.

§ 156. (l. 78.) τὸ σκέλος τὸ Ὁρατίου] Horatium Coclitem, dum armatus poſt ruptum pontem, quem unus contra Cluſinos defenderat, deſiliit in Tiberim, incolumem ad ſuos tranaſſe ſcribit Livius lib. II. c. 10. Sed ex Dionyſio Halicarnaſſeo lib. V. p. 296. conſtat pede debilitatum, & διὰ τὴν πήρωσιν τῆς βάσεως, licet in ſummo ob virtutem honore eſſet, neque ad Conſulatum neque ad aliud imperium militare potuiſſe adſpirare. Mentio iterum infra p. 304. D.

§ 157. (l. 78.) τὴν χεῖρα τοῦ Μουκίου] Res notiſſima de C. Mucio Scævola, qui in Porſennæ caſtris dextram ſuam, qua occiſurus Regem aberraverat, foco ardenti injecit, torruitque, ut narrat Livius lib. II. c. 12. ne alios jam commemorem.

§ 158. (l. 79.) τὸ δόρυ τὸ Δεκίου] P. Decius Mus, Conſul, in bello adverſus Latinos, antequam medios ſe in hoſtes immitteret, devotionis carmen peregit, *ſtans ſuper telum ſubjectum pedibus*, ut eſt apud eundem Livium lib. VIII. c. 9. eodemque habitu & eadem precatione filium deinde Decium adverſus Gallos pugnantem ſe pro patria Telluri ac Diis Manibus devoviſſe, refert lib. X. c. 28. Mentio iterum infra p. 304. D.

§ 159. (l. 80.) τὸ ξίφος τὸ Βρούτου] L. Brutus, eodem Livio lib. I. c. 59. teſte, *cultrum* ex vulnere Lucretiæ extractum, manantem cruore præ ſe tenens, juraverat ſe Tarquinium Superbum cum conjuge omnique ſtirpe, ferro, igni & quacunque vi poſſet executurum. ξιφίδιον vocat Dionyſ. Halic. lib. IV. p. 263. & 266. Hoc autem potius puto ſignari a Cicerone, quam pugionem, quo M. Brutus percuſſit Cæſarem, & quem duplicem cum pileo conſpicimus in junioris hujus Bruti numis, ut dicetur infra ad p. 341. E.

§ 160. (l. 81.) ὡς Ποστούμιος] Spurius Poſtumius, Conſul, deformem ac fœdam pacem Caudinam cum Samnitibus inierat, quam probare Senatus Romanus cum nollet, Poſtumium per feciales hoſtibus dedere non dubitavit, illisque accipere eum nolentibus, acerrime inſtauravit bellum, ut multis refert Livius lib. IX.

§ 161. (l. 82.) ὡς Ῥηγοῦλος] M. Attilius Regulus, de quo ad Florum lib. II. c. 2.

§ 162. (l. 83.) ὡς Κούρτιος] De M. Curtio, qui in foro Romano armatum ſe equo exornato inſidens in voraginem immiſit, videndus Livius lib. VII. c. 6. & Suidas in Λίβερνος.

§ 163. (l. 85.) τοὺς Κρῆτας ἐλευθέρους] Philippica II. 38. *Nuper fixa tabula eſt, qua civitates locupletiſſimæ Cretenſium vectigalibus liberantur, ſtatuiturque ne poſt M. Brutum Proconſulem ſit Creta provincia. Tu mentis es compos? tu non conſtringendus? an Cæſaris decreto Creta poſt M. Bruti deceſ-*

A.U.C.711 Hirtio & Pansa COSS.

non optare, ut aliquando ea potiatur; sed eam cupiditatem ex animo suo ejecturum, quæ semel insedit? aut eum spem regni depositurum, cujus causa tot dictis factisque rempublicam violavit impune? Aut quisnam hominum est, qui in quibus rebus obtinendis alium voce sua (quam solam in sua potestate habebat) adjuverit, easdem non ipse sibi, si facultas offerretur, sit paraturus? Quis, quum alium quendam, tyrannum patriæ sibique ipsi imponere ausus fuerit, non ipse eandem dominationem expetat? „

" τῆς τυχεῖν, ἀλλ' ἐκβαλεῖ ποτε ἐκ τῆς διανοίας τὴν
" ἔφεσιν ταύτην, ἣν ἅπαξ ἐς τὸν νοῦν ἐγκατέθετο,
" καὶ καταβαλεῖ ποτε τὴν ἐλπίδα τῆς μοναρχίας,
" ὑπὲρ ἧς τοιαῦτα καὶ εἰπὼν καὶ ποιήσας, ἀτιμώ-
" ρητος ἐγένετο; καὶ τίς [r] ἀνθρώπων ἄλλῳ τῳ
" συμπράξαι, τῆς φωνῆς τῆς αὐτοῦ μόνης κυριεύων,
" ἐπιχειρήσειε, [s] ταῦτ' οὐκ ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ δυνη- 287
" θεὶς [t] κατεργάσαιτο; τίς δ' ἂν ἕτερον, τύραν-
" νον, καὶ ἐπὶ τὴν πατρίδα καὶ ἐφ' ἑαυτὸν ἅμα,
" ἀποδεῖξαι τολμήσας, οὐκ ἂν αὐτὸς μοναρχῆσαι
" θελήσειεν;

34. " Quare si tum ei pepercistis, at nunc certe ob ista facinora odio ipsum habere debetis; neque exspectare, quid confectis iis, quæ cupit, conaturus sit: verum consideratis iis, quæ jam ante ausus est, providere, ne quid in posterum damni accipiatis. Quare enim dixerit quis, recte tunc fecisse Cæsarem, qui neque nomen regis, neque diadema acceperit? Nonne ergo constat, hunc ei male obtulisse, quæ Cæsar ipse non probarit? Quare dixeris quis, in eo peccasse Cæsarem, quod prorsus aliquid ejusmodi seu audire, seu videre sustinuerit? Nonne ergo, si Cæsari justam necis hæc causam adtulerunt, Antonius quoque, qui confessus quodammodo est se tyrannidem expetere, optimo jure peribit? Tentatam vero ab Antonio esse tyrannidem, satis quidem ex his, quæ commemoravi, liquet; sed evidentissime ex illis, quas postea edidit, actionibus arguitur. Cujus enim rei causa, quum tuto posset quiescere, turbas movere, atque rerum novarum occasiones captare aggressus est? Cur exercitum educere, ac bellum gerere statuit, quum citra periculum domi posset manere? Cur, quum multi ne in suas quidem provincias exire voluerint, ipse non modo Galliam nullo jure ad se pertinentem invadit, sed invitam etiam armis cogit? Cur, Decimo Bruto se militesque & urbes nobis dedente, ipse non modo hoc ejus factum non imitatur, sed eum obsidione cinctum oppugnat? Sane hæc omnia alio consilio nullo, quam contra nos, ille molitur. „

" Ὥσε [x] καὶ τότε αὐτοῦ ἐφείσασθε, ἀλλὰ νῦν
" δὲ καὶ δι' ἐκεῖνα αὐτὸν μισήσατε· μηδ' ἐθελήσητε
" [u] μαθεῖν, τί καλορθώσας οἷα βούλεται δράσειν.
" ἀλλ' ἐκ τῶν ἤδη προβεβολμημένων αὐτῷ, τὸ μη-
" δὲν ἔτι παθεῖν δεινὸν προνοήσατε. [x] καὶ γάρ τοι
" τί καὶ φήσειεν ἄν τις, ὀρθῶς τότε τὸν Καίσαρα B
" ποιῆσαι, μὴ προσδεξάμενον μήτε τὸ ὄνομα τοῦ
" βασιλέως, μήτε τὸ διάδημα· οὐκοῦν ὅτως κα-
" κῶς ταῦτα αὐτῷ προὔτεινεν, ἃ μηδὲ ἐκεῖνον ἤρε-
" σεν; ἀλλ' [y] ἁμαρτεῖν, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τοιοῦ-
" τόν τι ἀκούσας καὶ ἰδών, ἠνέσχετο. οὐκοῦν εἴ-
" περ ἐκεῖνος [164] εἰκότως ἐπὶ τούτοις τέθνηκε, πῶς
" οὐ καὶ οὗτος, ὁμολογῶν τρόπον τινὰ τυραννῆσαι ἐπι-
" θυμεῖν, δικαιότατός ἐστιν ἀπολέσθαι; ὅτι γὰρ ταῦθ'
" οὕτως ἔχει, δῆλον μέν ἐστι καὶ ἐκ τούτων ὧν προεί-
" ρηκα, φανερώτατα δὲ ἐξ αὐτῶν ὧν μετὰ ταῦτ' C
" ἔπραξεν, ἐλέγχεται. τίνος μὲν γὰρ ἄλλου ἕνεκα
" (ἐξὸν αὐτῷ τὴν ἡσυχίαν ἀσφαλῶς ἄγειν) ταράτ-
" τειν τὰ πράγματα, καὶ πολυπραγμονεῖν ἐπιχε-
" χείρηκε· τίνος δὲ, (παρὸν αὐτῷ ἀκινδύνως οἴκοι μέ-
" νειν) [165] στρατεύεσθαι καὶ πολεμεῖν ἐπανήρηται;
" διὰ τί πολλῶν μηδὲ ἐς τὰς ἐπιβαλλούσας αὐτοῖς
" ἀρχὰς βουληθέντων ἐξελθεῖν, ὅστις οὐχ ὅτι τῆς Γα-
" λατίας οὐδὲν αὐτῷ προσηκούσης ἀνθιποιεῖται, ἀλ-
" λὰ καὶ ἄκουσαν αὐτὴν βιάζεται; διὰ τί, τοῦ Βρού-
" του τοῦ Δεκίμου καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς στρατιώτας D
" καὶ τὰς πόλεις ἡμῖν παραδιδόντος, ὅστις οὐχ
" ὅπως οὐκ ἐμιμήσατο αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ [166] πολιορ-
" κεῖ καλακλείσας; οὐκ ἔστιν ὅπως [z] οὐκ ἐπ' ἄλ-
" λο τι, καὶ ἐφ' ἡμᾶς κἀκεῖνα καὶ τἆλλα πάν-
" τα παρασκευάζεται.

35. " Hæc nos cernentes, tamen cunctamur, & ignavia nostra tantum adversus nos tyrannum armamus? Quomodo vero cum summa turpitudine non conjunctum sit, quum majores nostri in servitute educati, libertatem affectaverint, nos qui in libera adhuc republica viximus, sponta-

" Ταῦτ' οὖν ὁρῶντες, μέλλομεν καὶ μαλακι-
" ζόμεθα, καὶ τηλικοῦτον ἐφ' ἡμᾶς αὐτὸν τύ-
" ραννον ἀσκοῦμεν; καὶ πῶς οὐκ αἰσχρὸν, τοὺς
" μὲν προγόνους ἡμῶν [167] ἐν δουλείᾳ τραφέντας,
" ἐπιθυμῆσαι ἐλευθερίας· ἡμᾶς δὲ ἐν αὐτονομίᾳ
" πολιτευθέντας, ἐθελοδουλῆσαι, καὶ τῆς μὲν
μοναρχίας

[r] ἀνθρώπων ἄλλῳ. ἀνθρώπων ἂν ἄλλῳ, L. potius inserendum duxerim ἃ ἄλλῳ — ταῦτ' οὐκ ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ &c.
[s] ταῦτ' οὐκ. ταῦτα οὐκ, L. ad marg. sed quidni ταῦτ' æque bonum sit? [t] κατεργάσαιτο. sic scribendum esse viderat L. confirmat V.a. vulgo: κατεργάσαιτο. [u] μαθεῖν, τί καλ. &c. μαθεῖν τι, καλορθώσας, οἷα βούλεται, δράσει. Od. vel δράσειεν. [x] καὶ γάρ τοι τί καὶ φήσειεν. rectius ita hæc scribentur: καὶ γάρ τοι εἰ καὶ φήσειεν, L. versio nostra docebit, nullam esse mutandi causam. [y] ἀλλ' ἁμαρτεῖν. asteriscum subjunxit RS. ἀλλ' ἡμαρτεν, idem in notis. forte οὐχ ἁμαρτεῖν, Od. neutra interpolatione opus est. pendet a superioribus τί καὶ φήσειεν ἄν τις, τὸν Καίσαρα ἁμαρτεῖν. [z] ὅπως οὐκ ἐπ' ἄλλο τι, καὶ ἐφ' ἡμᾶς. οὐκ ἔστιν ὅπως ἐπ' ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμᾶς, X. malim ἢ ἐφ' ἡμᾶς. ὑμᾶς & paulo ante ὑμῖν, RS.

sum potuit liberari, cum Creta nihil ad Brutum Cæsare vivo pertineret. At hujus venditione decreti, ne nihil actum putetis, provinciam Cretam perdidistis. Cæsar M. Bruto Macedoniam sorte designaverat, sed hanc ei eripuit Antonius, & per Senatus decretum tribuit Cretam, quam ideo Bruti provinciam vocat Cicero Philippica XI. 12. De Macedonia autem Dio supra p. 274. D. conf. & p. 307. C.

§ 164. (l. 15.) εἰκότως ἐπὶ τούτοις τέθνηκε] Philippica II. 34. *Quid indignius, quam vivere eum qui imposuerit diadema, cum omnes fateantur jure interfectum esse qui abjecerit?* Adde infra p. 291. A. 303. A.

§ 165. (l. 24.) στρατεύεσθαι καὶ πολεμεῖν] Supra p. 281. A. & C.

§ 166. (l. 31.) πολιορκεῖ καλακλείσας] D. Brutum Gallia citeriore

" μοναρχίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἡδέως, [a] καὶ-
E " περ πολλὰ καὶ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀγαθὰ προ-
" παθόντας, ἀπαλλαγῆναι τοῦτον δὲ δεσπό-
" την αὐθαίρετον ἀνθελέσθαι, ὃς τοσοῦτον ἐκεί-
" νου χείρων ἐστίν, ὅσον ὁ μὲν ἐν τοῖς πολέ-
" μοις κρατήσας, [168] πολλῶν ἐφείσατο· οὗτος
" δὲ, πρὶν καὶ δυνηθῆναί τι, [169] τριακοσίους
" στρατιώτας, καὶ ἐν αὐτοῖς καὶ ἑκατοντάρχους
" τινὰς μηδὲν ἀδικήσαντας, οἴκοι παρ' ἑαυτῷ,
288 " παρούσης τῆς γυναικὸς καὶ βλεπούσης, ἐφό-
" νευσεν, ὥστε καὶ τοῦ αἵματος αὐτὴν ἀναπλῆ-
" σαι. καίτοι τὸν οὕτως ὠμῶς ἐκείνοις, ὅτε
" καὶ θεραπεύειν αὐτοὺς ὤφειλε, χρησάμενον,
" τί οὐκ οἴεσθε τῶν δεινοτάτων πάντας ἡμᾶς,
" ἂν καὶ νικήσῃ, ποιήσειν; καὶ τὸν ἀσελγῶς
" οὕτω μέχρι νῦν βεβιωκότα, πῶς οὐκ ἐπὶ
" πᾶν ὕβρεως, ἂν καὶ τὴν ἐκ τῶν ὅπλων ἐξου-
" σίαν προσλάβῃ, χωρήσειν νομίζετε;

" Μὴ τοίνυν ἀναμένητε, παθόντες τι τοιοῦ-
" τον, μεταγνῶναι· ἀλλὰ, πρὶν παθεῖν, φυ-
B " λάξασθε. κέτλιον γὰρ, ἐξὸν προκαταλα-
" βεῖν τὰ δεινὰ, εἶτα περιϊδόντας αὐτὰ γε-
" νόμενα, μετανοῆσαι. μηδὲ ἐθελήσητε, προέ-
" μενοι τὰ παρόντα, [170] Κασσίου τινὸς ἄνθις
" ἄλλου καὶ Βρούτων τινῶν ἄλλων δεηθῆναι.
" γελοῖον γὰρ, ἐξὸν αὐτοὺς ἑαυτοῖς τὰ κα-
" τὰ καιρὸν βοηθῆσαι, ζητεῖν μετὰ ταῦτα
" τοὺς ἐλευθεροῦντας ἡμᾶς. οὓς ἴσως οὐδὲ
" εὑρήσομεν, ἄλλως τε κἂν οὕτω τοῖς παροῦ-
" σι χρησώμεθα. τίς γὰρ ἂν ἰδίᾳ ὑπὲρ τῆς
" δημοκρατίας κινδυνεῦσαι ἐθελήσειεν, ὁρῶν
C " ἡμᾶς δημοσίᾳ πρὸς τὴν δουλείαν [b] ἑτοίμως
" ἔχοντας; καὶ μὴν ὅτι γε οὐ στήσεταί πο-
" τε ταῦτα ποιῶν, ἀλλ' ἐν τοῖς πόρρῳ καὶ
" ἐλάττοσιν ἐφ' ἡμᾶς αὐξάνεται, παντὶ δῆλόν
" ἐστιν. οὐ γάρ που Δεκίμῳ δι' ἄλλο τι
" πολεμεῖ, καὶ [171] Μουτίναν πολιορκεῖ, ἢ
" ἵνα νικήσας αὐτοὺς καὶ λαβὼν, ἐφ' ἡμᾶς
" συσκευάσηται. οὔτε γὰρ ἠδίκηταί τι ὑπ'
" αὐτῶν, ὥστ' ἀμύνεσθαι δοκεῖν· [c] οὔτ' ἂν
" τῶν μὲν ἀγαθῶν τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιθυ-
" μεῖ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πόνους καὶ κινδύ-
" νους ὑπομένει, τῶν δ' ἡμετέρων, οἷ καὶ
" ἐκεῖνα καὶ ἄλλα πολλὰ κεκτήμεθα, ἐθελον-
D " τὴς ἀφέξεται. τοῦτ' οὖν ἀναμενοῦμεν, ἵνα
" καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα ἅττα προσλαβὼν,
" δυσπολέμητος γένηται; καὶ πιστεύσομεν ἐξα-
" πατῶντι αὐτῷ, καὶ λέγοντι οὐ πολεμεῖν
" τῇ πόλει;

Καὶ

taneam servitutem subire? quumque magno no- A.U.C.711
stro cum gaudio regno Cæsaris liberati fueri- Hirtio&Pan-
mus, cujus tamen in nos multa constabant be- sa COSS.
neficia, nunc Antonium ultro dominum nobis
adscisсere? qui quanto deterior Cæsare sit, satis
vel ex hoc uno constat, quod Cæsar multis a se
bello victis pepercit: Antonius, quum nihil
etiamnum potentiæ adeptus esset, trecentos mili-
tes, inque iis centuriones aliquot, insontes omnes,
domi suæ trucidavit, præsente & spectante uxore
sua, ita ut illa cruore oppleta fuerit. Qui quum
tanta in hos crudelitate usus sit, eo ipso tempore,
quo demerendi ipsi potius fuerant; quid sævi-
tiæ putatis eum in nos sibi reliquum, siquidem
vicerit, facturum? aut, quum adhuc summa cum
lascivia vitam suam traxerit, quam tandem libidi-
nem tantam esse judicatis, a qua is, potestate ar-
mis parta, sit sibi temperaturus? "

36. " Non igitur exspectate, dum aliquid tale
perpessi, sententiam mutetis: sed ante, quam acci-
dat, vobis ipsi cavete. Miserum enim est, quum an-
tevertere incommodum possitis, admittere illud
per incuriam, ac deinde pœnitentia corripi. Neque
vero rem eo deduci sinite, ut neglectis præsentibus,
alio demum Cassio, Brutis aliis indigeatis. Ridicu-
lum enim fuerit, quum possimus jam ipsi nobis ma-
ture opem ferre, velle postmodo eos quærere, qui
libertatem nobis restituant. Quanquam periculum
est, ut ii inveniri queant, præsertim ubi nos hoc mo-
do de præsentibus rebus statuerimus. Quis enim
pro populari civitatis statu privatam salutem in dis-
crimen conjiciendam existimet, quum publice ani-
mos nostros ad serviendum propensos videat? Ve-
rum enimvero Antonium nullum posthac suis cœ-
ptis finem facturum esse, sed in remotis locis, ac mi-
noribus in rebus, sibi adversum nos vires parare, sa-
tis in promptu omnibus est. Non enim aliam ob
rem Decimo Bruto bellum facit, Mutinamque op-
pugnat, quam ut iis victis, & in potestatem redactis,
contra nos parare se possit. Neque enim ulla ab ipsis
est affectus injuria, ut eam ulcisci videri possit: ne-
que adeo istorum bona appetit, ut eorum causa
pericula laboresque perferat, a nostris autem
facultatibus, quibus & istorum res, & aliæ plu-
rimæ continentur, ultro sibi abstinendum putet.
Idne igitur operiemur, dum iis aliisque suam
in potestatem redactis, gravis nobis hostis eva-
dat? fidemque ei habebimus decipienti nos, ac
neganti se contra urbem bellum gerere? "

Καὶ

37. Quan-

a καίπερ. καὶ, Med. male. sequens καὶ, superfluum judicat X. possis & invertere: καὶ πολλὰ *b* ἑτοίμως. additum ex cod. Med. apud Gronov. p. 150. & V. a. b. paulo ante ὑμᾶς pro ἡμᾶς, RS. *c* οὔτ' ἄν. οὔτ' ἄν, T. non probo.

citeriore nolentem ipsi cedere Antonius obsedit Mutinæ. Philippica V. 9. *At ille, cujus ne pacatam quidem nequitiam quisquam ferre posset, bellum intulit provinciæ Galliæ: circumsedit Mutinam firmissimam & splendidissimam populi Rom. coloniam: oppugnat D. Brutum Imperatorem, Consulem designatum, civem non sibi sed nobis & reipub. natum.*

§ 167. (l. 38.) ἐν δουλείᾳ τραφέντας] De temporibus Tarquinii Superbi esse sermonem, patet.

§ 168. (l. 46.) πολλῶν ἐφείσατο] De hac clementia Cæsaris sæpe Dio supra, ut p. 183. A. 238. D. Cicero Philippica II. 45. ad Antonium: *nisi vero aut majoribus habes beneficiis obligatos, quam Cæsar quosdam habuit ex iis, a quibus est interfectus: aut tu es ulla re cum eo comparandus. Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteræ, cura, cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quamvis reipublicæ calamitosas, attamen magnas: multos annos regnare meditatus, magno labore, multis periculis, quod cogitarat effecerat: muneribus, monumentis, congiariis, epulis, multitudinem imperitam lenierat: suos præmiis, adversarios clementiæ specie devinxerat.*

§ 169. (l. 47.) τριακοσίους στρατιώτας] Factum hoc Brundisii. vid. ad p. 276. D. Appianum III. civil. p. 555. & 561. 563.

§ 170. (l. 64.) Κασσίου ἄλλου, Βρούτων τινῶν ἄλλων] Qui Antonium rerum potitum interficiant.

§ 171. (l. 77.) Μουτίναν πολιορκεῖ] Conferendus Appianus III. civil. p. 558. & quæ ad Florum IV. 4. viri docti.

A.U.C.711 Hirtio&Pansa COSS.

37. " Quanquam quis eo ſtultitiæ pervenit, ut ex verbis potius, quam actis ejus judicandum putet, an id bellum contra nos geratur, nec ne? Ego ſane non nunc primum, ex quo ex urbe profugit, bellum ſociis intulit, Brutum oppugnat, urbesque obſidet, mala eum conſilia agitare cœpiſſe ſtatuo, ſed ex iis jam, quæ prius non modo poſt exitum Cæſaris, ſed vivo etiam tum eo, improbe ac flagitioſe egit, hoſtem inſidiatoremque reipublicæ, libertatisque noſtræ, eum eſſe definio. Quis enim unquam patriæ amans, aut tyrannidi infenſus, eorum quicquam egit, quæ hic multa ac varia perpetravit? Igitur, quoniam jamdudum omni ex parte Antonius hoſtis noſter eſſe convincitur, ita res habet, ut ſi ſtatim in eum vindicemus, etiam eorum, quæ prius negleximus, recuperandorum locum ſimus habituri; ſin hac occaſione prætermiſſa præſtolati fuerimus, dum is inſidias ſe nobis facere fateatur ipſemet, omnia perdemus. Nam ne ſi ad ipſam quidem urbem exercitum adducat, hoſtile ſe quid meditari cofitebitur: ſicut neque Marius, neque Cinna, neque Sylla fecerunt: ſed ubi rempublicam in ſua poteſtate habuerit, omnia eorum crudelia facta aut æquabit aut ſuperabit. Nam alia ſolent dicere, qui rem aliquam perficere cupiunt, alia, qui feliciter perfecerunt, agere. Ejus enim rei conſequendæ cauſa, nihil nonſimulant: conſecuti, nihil quod libido ſuaſerit, omittunt. Accedit huc, quod ſemper poſteriores priorum conatus ſuperare cupiunt, ac ſimilia priorum facinoribus facinora, vilia jam, propterea quod ante patrata ſint, eſſe cenſent: inaudita autem, tanquam ſola ipſis digna, propter novitatem ſibi proponunt. "

" Καὶ τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν, ὥστε [172] τοῖς ῥήμασι μᾶλλον, ἢ τοῖς ἔργοις, τὸν πολεμοῦντα ἡμῖν, ἢ μὴ, σκοπεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ νῦν πρῶτον, ὅτε ἐκ τῆς πόλεως ἐκδέδρακε, καὶ ἐπὶ τοὺς συμμάχους ἐστράτευκε, καὶ Βρούτῳ προσβάλλει, καὶ τὰς πόλεις πολιορκεῖ, [d] κακόνουν αὐτὸν ἡμῖν εἶναι φημί· ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν πρότερόν πω, οὐχ ὅτι τελευτήσαντος τοῦ Καίσαρος, ἀλλὰ καὶ ζῶντος ἔτι, καὶ κακῶς καὶ ἀσελγῶς ἔπραξε, καὶ ἐχθρὸν καὶ ἐπίβουλον καὶ τῆς πολιτείας καὶ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γεγονέναι διορίζομαι. τίς γὰρ ἂν τὴν παρίδα φιλῶν, ἢ τίς τυραννίδα μισῶν ἕν γέ τι τούτων ἐποίησεν, ἃ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ οὗτος δέδρακε; πολέμιος μὲν δὴ πάλαι καὶ πανταχόθεν ὢν ἡμῖν ἐλέγχεται. ἔχει δὲ οὕτως· ἂν μὲν ἤδη καὶ τὴν ταχίστην ἀμυνώμεθα αὐτὸν, πάντα καὶ τὰ [e] προειμένα ἀναλήψόμεθα· ἂν δ' ἀμελήσαντες τοῦτο ποιεῖν, περιμένωμεν ἕως ἂν ἡμῖν αὐτὸς ἐκεῖνος ἐπιβουλεύειν ὁμολογήσῃ, πάντων ἀμαρτησόμεθα. τοῦτο μὲν γὰρ, οὐδ' ἂν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν προσελαύνῃ, ποιήσει· ὥσπερ οὐδ' [173] ὁ Μάριος, οὐδ' ὁ Κίννας, οὐδ' ὁ Σύλλας· ἂν δὲ ἐν τῷ κράτει τῶν πραγμάτων γένηται, οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐ δράσει τῶν αὐτῶν ἐκείνοις, ἢ καὶ χαλεπώτερον. [f] ἅμα τε γὰρ λέγειν οἱ πρᾶξαι γλιχόμενοι, καὶ ἅμα ποιεῖν οἱ καλορθώσαντες εἰώθασι. πρὸς μὲν γὰρ τὸ κρατῆσαι τούτου, πάντα πλάττονται· τυχόντες δὲ αὐτοῦ, οὐδενὸς ὧν ἐπιθυμοῦσιν ἀπέχονται. καὶ προσέτι καὶ τὰ τετολμημένα τισὶν οἱ ἐπιγιγνόμενοι νικᾶν ἀεὶ ἐθέλουσι· τὸ μὲν ὅμοιον, ὡς καὶ σμικρὸν, ἐκ τοῦ προπεπρᾶχθαι, νομίζοντες· τὸ δὲ ἄτοπον, ὡς καὶ [ff] μόνων σφῶν ἄξιον, ἐκ τοῦ παραδόξου προαιρούμενοι.

38. " Quæ quum perſpiciamus, P. C. agedum cunctandi finem faciamus: nec tranquillitate præſenti ineſcemur potius, quam vitæ in poſterum quoque tuto agendæ proſpiciamus. Qui enim turpe non ſit, cum Cæſar, qui nuper admodum ex pueris exceſſit, interque puberes adſcriptus eſt, tantam reipublicæ curam gerat, ut & ſaluti ejus pecunias impenderit, & miltes contraxerit: nos neque ipſos agere quicquam, quod noſtri officii ſit, neque eum adiuvandum nobis ducere; cujus tamen ſtudii erga nos re ipſa experimentum jam cepimus? Quis enim ignorat futurum fuiſſe, ut niſi is cum militibus ex Campania

" Ταῦτ' οὖν ὁρῶντες, ὦ πατέρες, μηκέτι μέλλωμεν, μηδ' ὑπὸ τῆς ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίας δελεαζώμεθα, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ μέλλον ἀσφαλείας προϊδώμεθα. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, Καίσαρα μὲν, [g] ἄρτι δὲ [174] ἐκ παίδων προεληλυθότα, καὶ οὐ πολὺς ἐξ οὗ χρόνος ἐς τοὺς ἐφήβους ἐγγεγραμμένον, τοσαύτην τοῦ κοινοῦ πρόνοιαν ποιεῖσθαι, ὥστε καὶ τὰ χρήματα ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ ἀναλίσκειν, καὶ στρατιώτας ἀθροίζειν· ἡμᾶς δὲ μήτ' αὐτούς τι τῶν δεόντων πρᾶξαι, μήτε ἐκείνῳ συνάρασθαι προελέσθαι, καίπερ πεῖραν ἔργῳ τῆς εὐνοίας αὐτοῦ εἰληφότας; τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, [h] ὡς εἰ μὴ μετὰ τῶν [175] ἐκ τῆς Καμπανίας στρατιωτῶν ἐνταῦθ' ἀφῖκτο, πάντως Ἀντώνιος [176] ἐκ τοῦ Βρεντεσίου

d κακόνουν αὐτὸν ἡμῖν εἶναι. sic V. a. & Med. ἡμῖν vulgo deeſt. eodem mox ἕως ἂν ἡμῖν. ἂν vulgo deeſt. *e* προειμένα. sic & p. 6. B. προϊέμενα, Med. ex *f* ἅμα τε. ex Med. τε abeſt a vulgatis. *g* ἄρτι δὲ. ἄρτι τε, L. forte ἄρτι τι, Od. ἄρτι γε malim. *ff* μόνων. forte μόνον. *h* ὡς εἰ μὴ. deeſt ὡς in Med.

§ 172. (l. 90.) τοῖς ῥήμασι μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις] Supra p. 280. A. τοῖς λόγοις ἑαυτῶν πείσειν ἡμᾶς μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις τοῖς ἐκείνου. vide & p. 289. B.

§ 173. (l. 12.) ὁ Μάριος, ὁ Κίννας, ὁ Σύλλας] Pluribus locis bella horum civilia cum Antonii molitionibus confert Cicero, ut Philippica II. 42. V. 6. VIII. 2. XI. 1. XIII. 1. XIV. 8.

§ 174. (l. 29.) ἄρτι δὲ ἐκ παίδων προεληλυθότα] Philippica III. 2. *C. Cæſar adoleſcens, pæne potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute, tum cum maxime furor arderet Antonii, cumque ejus a Brundiſio crudelis & peſtifer reditus timeretur, nec poſtulantibus, nec cogitantibus, ne optantibus quidem nobis, quia non poſſe fieri videbatur, firmiſſimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit, patrimoniumque ſuum effudit. —— Quis eſt tam ignarus rerum, tam nihil de repub. cogitans, qui hoc non intelligat: ſi M. Antonius a Brundiſio cum iis copiis, quas ſe habiturum putabat, Romam ut minabatur venire potuiſſet, nullum genus eum crudelitatis præteriturum fuiſſe?* Idem Cicero, capitalem & peſtiferum a Brundiſio M. Antonii reditum, clariſſimi adoleſcentis, vel pueri potius, conſilio impeditum & interceptum celebrat, IV. 1. V. 16. & multis aliis locis.

§ 175. (l. 36.) ἐκ τῆς Καμπανίας] Supra p. 276. A.

§ 176. (l. 37.) ἐκ τοῦ Βρεντεσίου] Philippica IV. 2. *Quis eſt qui hoc non intelligat, niſi Cæſar exercitum paraviſſet, non ſine exitio noſtro Antonii reditum futurum fuiſſe? Ita enim ſe recipiebat ardens odio veſtri, cruentus ſanguine civium Romanorum, quos Sueſſæ, quos Brundiſii occiderat, ut nihil niſi de Reipub. pernicie cogitaret.*

D " Βρενλεσίου εὐθὺς, ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὴν πόλιν ἡμῶν
" μεθ' πάνλων τῶν σρατευμάλων, ὥσπερ ⁱ τις χει-
" μάῤῥους, ἐσεπεπλώκει; καὶ μὴν καὶ ἐκεῖνο δεινὸν,
" τοὺς μὲν πάλαι ἐσρατευμένους, ἐκουσίους ἑαυλοὺς
" ᵏ ἡμῖν πρὸς τὰ παρόνλα πράγμαλα ἐπιδεδωκέναι,
" μήτε τὴν ἡλικίαν, μήτε τὰ τραύμαλα, ἃ πρότερόν
" ποθ' πολεμοῦντες ὑπὲρ ἡμῶν ἔλαβον, ὑπολογισαμέ-
" νους· ἡμᾶς δὲ μηδὲ ἐπικυρῶσαι τὸν πόλεμον ἐθελῆ-
" σαι, τὸν ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων προκεχειροτονημένον·
" ἀλλὰ τοσούτῳ χείρους καὶ τῶν κινδυνευόντων αὐτῶν
E " γίγνεσθαι, ὥσε ἐπαινεῖν μὲν τοὺς σρατιώτας τοὺς τήν
" τε μιαρίαν τοῦ Ἀντωνίου κατιδόντας, καὶ ἐκείνου
" μὲν καὶ [177] ὑπατεύοντος ἀποσάντας, τῷ δὲ δὴ Καί-
" σαρι, τοῦτ' ἔσιν ἡμῖν δι' αὐλοῦ, προσθεμένους· ἃ δ'
" ὀρθῶς αὐλοὺς ποιηκέναι φαθὲ, ταῦτ' ˡ ὀκνῆσαι
" ψηφίσασθαι. καὶ μέντοι καὶ τῷ Βρούτῳ χάριν ἴσ-
290 " μεν, ὅτι μήτε τὸ κατ' ἀρχὰς ἐσεδέξαθο τὸν Ἀντώ-
" νιον [178] ἐς τὴν Γαλαθίαν, καὶ νῦν ἐπισρατεύσαντα
" ἀπωθεῖται. τί ποτ' οὖν οὐχὶ καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτὰ
" ποιοῦμεν; ᵐ τί δὲ οὐ τοὺς ἄλλους, οὓς ὀρθῶς φρο-
" νοῦντας ἐπαινοῦμεν, οὐ μιμούμεθα;

" Καίτοι δυοῖν ἡμᾶς ἀνάγκη θάτερον, ⁿ ἢ τού-
" τους πάντας, τὸν Καίσαρα λέγω, τὸν Βροῦτον,
" τοὺς πάλαι σρατιώτας, τὰ σρατόπεδα ἂν κακῶς
" τε βεβουλεῦθαι φάναι, καὶ [179] τιμωρίαν δεῖν ὑπο-
" σχεῖν, ὅτι μήθ' ἡμῶν μήτε τοῦ δήμου ψηφισαμέ-
" νων, ἐτόλμησαν οἱ μὲν, τὸν ὕπαλον σφῶν καθα-
" λιπόντες, οἱ δὲ, ἐπ' αὐλὸν ἀθροισθέντες, προσπο-
B " λεμῆσαι αὐλῷ· ἢ τὸν Ἀντώνιον πάλαι τε καὶ ὑφ'
" ὑμῶν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πολέμιον ὁμολογεῖν εἶναι
" κεκρίσθαι, καὶ χρῆναι καὶ κοινῇ γνώμῃ πρὸς πάν-
" των ᵐⁿ ἡμῶν κολασθῆναι. καὶ μὴν ὅτι τοῦτο οὐ
" μόνον δικαιότερον, ἀλλὰ καὶ λυσιτελέσερον ὑμῖν
" ἐσιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ὁ μέν γε οὔτ' αὐτὸς χρή-
" σαθαι πράγμασιν ἐπισαθαι, (πῶς γὰρ, ἢ πό-
" θεν, ἄνθρωπος ἐν μέθαις καὶ κύβοις ζῶν;) οὔ-
" τε τῶν συνόντων οὐδένα οἷον ἄξιον εἶναι λόγου ἔχει.
" τοὺς γάρ τοι ὁμοίους ἑαυτῷ μόνους καὶ ἀγαπᾷ, καὶ
" κοινωνοὺς ἁπάντων καὶ ἑητῶν καὶ ἀποῤῥήτων
" ᵒ ποιεῖται. καὶ μέντοι καὶ δειλόταθος ἐν τοῖς με-
" γίσοις τῶν κινδύνων, καὶ ἀπισόταθος καὶ πρὸς τοὺς
C " πάνυ φίλους ἐσὶν· ὧν οὐδέτερον σρατηγίᾳ καὶ πο-
" λέμῳ προσήκει.

" Τίς μὲν γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι αὐτὸς ἡμῖν πάν-
" τα τὰ ἐμφύλια κακὰ παρασκευάσας, ἔπειτ' ἐπ'
" ἐλάχισον τῶν κινδύνων μεθέσχεν; ἐπὶ πολὺ μὲν ᵖ ἐν
" τῷ [180] Βρενλεσίῳ καθαμείνας ὑπὸ δειλίας, ὥσ' ὀλί-
" γου τὸν Καίσαρα μονωθέντα δι' αὐτὸν παθεῖσαι-
πάντας

Campania collectis huc adveniſſet, procul dubio Antonius recta quam celerrime cum omnibus copiis a Brunduſio torrentis inſtar in urbem irruiſſet? Jam id quoque indignum eſt, veteranos milites, neque ætatis ſuæ, neque vulnerum pro patria ante in bellis acceptorum, ratione habita, ultro ſeſe nobis ad præſentem rem gerendam obtuliſſe; nos bellum, jam ipſorum ſuffragiis decretum, nolle comprobare. Tanto enim inferiores iis, qui periculo ſe belli exponunt, ſumus virtute; ut quum milites collaudaverimus, quod flagitiis Antonii cognitis, ab eo quantumvis conſule ad Cæſarem, id eſt, per eum ad nos ſigna transtulerint: tamen ea, quæ recte ab ipſis facta dicimus, decreto confirmare trepidemus. Bruto pariter gratias habemus, quod Antonium neque admiſit initio in Galliam, & nunc bellum inferentem repellit: cur igitur non idem nos agimus? cur non, quos tanquam recte de rebus ſtatuentes laudamus, eos imitamur? „ A.U.C. 711 Hirtio & Panſa COSS.

39. " Quanquam alterutrum horum faciamus oportet: aut omnes hos, Cæſarem inquam, Brutum, veteranos, legionesque, malum iniiſſe conſilium dicamus, ſupplicioque afficiendos, quod injuſſu noſtro populique auſi quidem ſunt hi a conſule deſciſcere, illi vero ad ſigna confluentes bellum contra ipſum gerere: aut fateamur, Antonium jam dudum a nobis re ipſa hoſtem eſſe judicatum, ac de communi ſententia eſſe in ipſum exemplum ſtatuendum. Quod poſterius, cum juſtius, tum magis e re veſtra fore, nemo eſt qui ignoret. Antonius enim neque ipſe rebus gerendis idoneus eſt, (qua enim ratione aut unde poſſit, homo per ebrietatem aleamque omnem vitam ducens?) neque ullum ſecum habet, qui in aliquo ſit numero habendus. Sui enim ſimiles is tantum diligit, & participes omnium manifeſtorum occultorumque conſiliorum facit. In magnis autem periculis timidiſſimus eſt: idemque anguſtiſſimæ fidei in ſummos ſuos amicos: quorum neutrum imperatori beloque convenit. „

40. " Quis enim ignorat, ipſum, quum omnia civilia mala vobis conflaſſet, fere in nullam periculi partem veniſſe? qui Brunduſii tanto temporis ſpatio ob timiditatem ſubſtitit, ut parum abfuerit, quin Cæſar deſertus ab eo periiſſet:

ⁱ τὶς καμάῤῥους. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. apud RS. eſt τῆς καμάῤῥους, quod forte librarius imperitus ſubſtantivum genitivi eſſe caſus exiſtimaret. ᵏ ἡμῖν. ita HS. L. ſed ὑμῖν, RS. ſic & infra ὑμῶν, ὑμῖν.
ˡ ὀκνῆσαι. ſic Med. & V. a pro vulgato ὀκνεῖτε. recte quidem: nam reſpondet ſuperioribus ὥσε ἐπαινεῖν μὲν. odoratus hoc erat Cl. Oddey, qui pro ὀκνεῖτε, forte ὀκνεῖν τε ſcribendum, annotavit. equidem, ſi membranæ accederent, pro φαθὲ, vellem etiam φαμὲν reponere, propter præcedens ἡμᾶς δὲ. ᵐ τί δὲ οὐ τοὺς ἄλλους. expungatur οὐ, X. niſi præſtat hoc relinquere, & ſtatim otioſe ſequens ante μιμούμεθα expungere; vel pro priori legere καὶ.
ⁿ ἢ τούτους πάντας. veriſſima lectio, ex Med. vulgo, ἢ τοὺς πάλαι. ᵐⁿ ἡμῶν. HS. L. ſic & paulo ante velim. ὑμῶν, RS.
ᵒ ποιεῖται. ita V. a. vulgo ἔχα, quod verbum ſcribentis librarii animo ex fine prioris periodi forte adhuc oberrans, ex calamo imprudentis fluxit. ᵖ ἐν τῷ Βρενλ. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. ἐν deſideratur apud RS. a præcedenti μὲν abſorptum.

§ 177. (l. 50.) ὑπαλεύονλος ἀποσάνλας] Legio Martia & Quarta a Conſule Antonio ad Auguſtum defecerant, ut dictum ſupra p. 276. D.

§ 178. (l. 55.) ἐς τὴν Γαλαλίαν] Conf. ſi placet, dicta ad p. 277. A.

§ 179. (l. 62.) τιμωρίαν δεῖν ὑποχεῖν] Philippica IV. 1. *Neque enim, Quirites, fieri poteſt, ut non aut ii ſint impii, qui contra Conſulem exercitus comparaverunt, aut ille hoſtis, contra quem jure arma ſumta ſunt.* & V. 2. *Primum duces eos laudaviſtis* (Octavium & Brutum) *qui contra illum, bellum privato conſilio ſuſcepiſſent: deinde milites veteranos, qui cum ab Antonio in colonias eſſent deducti, illius beneficio libertatem populi Romani antepoſuerunt. Quid legio Martia? Quid Quarta? cur laudantur? ſi enim Conſulem ſuum reliquerunt, vituperandæ ſunt: ſi inimicum Reipub. jure laudantur.*

§ 180. (l. 84.) ἐν τῷ Βρενλεσίῳ] Philipp. II. 24. *Victor e Theſſalia*

A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

periisset: qui ab omnibus deinde bellis, Ægyptio, Alexandrino, Pharnacio, Africano, Hispano, abfuit. Quis nescit eum, licet Clodium sibi adjunxisset, ejusque tribunitia potestate in rebus pessimis abusus esset, sua tamen manu Clodium occisurum fuisse, siquidem ego, quum id mihi deferret, promissionem eam approbassem? Cæsarem vero, cui & quæstor proprætori in Hispania adfuerat, & cui tribunus plebis contra omnium nostrum sententiam adstipulatus, immensam pecuniæ vim honoresque immoderatos debebat, ad regni adfectationem impellere, eamque ob rem calumniis exponere ausus est: quæ necis causa Cæsari potissimum fuit. „

41. " Tamen ei interfectores a me esse subornatos, aliquando dixit. Adeo nimirum stupidus est, ut falso mihi tribuere tantam laudem non vereatur. Ego vero ipsum Cæsaris parricidam esse haudquaquam dixerim, non quod voluntas, sed quia audacia defuerit: re ipsa tamen Cæsari ab Antonio perniciem esse paratam affirmo. Nam ut jure per insidias interfectus Cæsar videatur, is in causa est, qui regem eum nominavit, qui diadema obtulit, qui eum primus amicis invisum reddidit. Egone autem gaudeo morte Cæsaris, ad quem præter libertatem nihil inde rediit? Antonius autem eam dolet, qui omnes ejus fortunas diripuit, qui multa velut ex ejus commentariis mala fide egit, denique qui succedere ei in potentia contendit? „

42. " Sed, ut eo redeam unde digressus sum, Antonius neque ipse in se imperatoriam ullam laudem, aut victoriæ justam spem positam, neque copias magnas, aut prælio suffecturas habet. Militum enim major ac melior pars eum deseruit, estque elephantis etiam profecto spoliatus: reliqui ad socios maleficiis atque rapinis vexandos, quam ad bellum gerendum, sunt exercitatiores. Quorum & propositi ratio vel ex eo satis intelligi potest, quod etiamnum Antonii signa sequuntur: ignavia autem, quod Mutinam tanto tempore jam a se oppugnatam nondum ceperunt. Hujusmodi status est Antonii, ac eorum,

" πάντας δὲ τοὺς μετὰ ταῦτα πολέμους, τὸν πρὸς
" Αἰγυπτίους, [181] τὸν πρὸς Φαρνάκην, τὸν ἐν Ἀφρι-
" κῇ, τὸν ἐν Ἰβηρίᾳ ἐκτάς. τίς δ' οὐκ οἶδεν, [182] ὅτι
" τόν τε Κλώδιον προσποιησάμενος, καὶ τῇ δημαρ- D
" χίᾳ αὐτοῦ πρὸς πάντα τὰ δεινότατα ἀποχρησά-
" μενος, κἂν ἀπέκτεινεν αὐτοχειρίᾳ, εἴ γε ἐγὼ τὴν
" ὑπόχεσιν αὐτοῦ ταύτην ἐδεδέγμην; καὶ τῷ Καί-
" σαρι τοῦτο μὲν, ταμιεύων στρατηγοῦντι, [183] ἐν Ἰβη-
" ρίᾳ συνεξεταθεὶς, τοῦτο δὲ, ἐν τῇ δημαρχίᾳ πα-
" ρὰ τὴν ἀπάντων ἡ γνώμην προσθέμενος, καὶ μετὰ
" τοῦτο καὶ χρήματα παρ' αὐτοῦ ἀμύθητα καὶ τι-
" μὰς ὑπερόγκους λαβών, ἐπεχείρησεν αὐτὸν [184] ἐς
" τε μοναρχίας ἐπιθυμίαν, καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐς δια-
" βολὴν ἐμβαλεῖν· ὑφ' ὧνπερ καὶ ταμάλιστα ἀπέ-
" θανε.

" Καίτοι εἶπε ποτὲ, [185] ὅτι ἐγὼ τοὺς σφαγέας 1
" ἐπ' αὐτὸν παρεσκεύασα. οὕτω γὰρ ἀνόητός ἐστιν, E
" ὥστε μοῦ καταψεύδεσθαι τολμᾷν τηλικούτους ἐπαί-
" νους. ἐγὼ δὲ αὐτόχειρα μὲν αὐτὸν οὐ λέγω γεγονέ-
" ναι τοῦ Καίσαρος, ([186] οὐχ ὅτι οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ'
" ὅτι καὶ τοῦτο κατέδεισε) τοῖς μέντοι πράγμασιν αὐ- 291
" τοῖς φημὶ ἐκεῖνον ὑπ' αὐτοῦ ἀπολωλέναι. ὁ γὰρ
" τὴν αἰτίαν αὐτῷ τοῦ δικαίως ἐπιβεβουλεῦσθαι δοκεῖν
" παράσχων, οὗτός ἐστιν ὁ βασιλέα αὐτὸν προσαγο-
" ρεύων, ὁ τὸ διάδημα αὐτῷ δούς, ὁ καὶ τοῖς Φιλοῦ-
" σιν αὐτὸν πρότερον διαβαλών. ἢ ἐγὼ μὲν χαίρω τῷ
" θανάτῳ τοῦ Καίσαρος, ὁ μηδὲν, ἔξω τῆς ἐλευθε-
" ρίας, ὑπ' αὐτοῦ ἀπολαύσας; Ἀντώνιος δὲ ἄχθεται,
" ὁ πᾶσαν μὲν τὴν ἐκείνου οὐσίαν διαρπάσας, πάμ-
" πολλα δὲ ἐπὶ [187] τῇ τῶν γραμμάτων [r] αὐτοῦ προ- B
" φάσει κακουργήσας, καὶ τέλος πρὸς τὴν διαδοχὴν
" τῆς δυνασείας αὐτοῦ ἐπειγόμενος.

" Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι, ὅτι οὔτ' αὐτὸς ἀξιοστρα-
" τήγητόν τι ἢ ἀξιόνικον ἔχει, οὔτε στρατεύματα πολ-
" λὰ, ἢ ἀξιόμαχα κέκτηται. [188] οἱ μὲν γὰρ πλεί-
" στοι οἵ τε ἄριστοι τῶν στρατιωτῶν ἐγκαταλελοίπασιν
" αὐτὸν, καὶ νὴ Δία καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐξέρηται·
" οἱ δὲ δὴ λοιποὶ ὑβρίζειν καὶ ἁρπάζειν τὰ τῶν συμ-
" μάχων μᾶλλον, ἢ πολεμεῖν μεμελέτηκασι. τεκ-
" μήριον δὲ τοῦ μὲν τρόπου [s] τῆς προαιρέσεως αὐ-
" τῶν, ὅτι καὶ [t] νῦν ἔτ' αὐτῷ συστρατεύονται· τῆς
" δὲ ἀνανδρίας, ὅτι τὴν Μουτίναν, τοσοῦτον ἤδη χρό- C
" νον πολιορκοῦντες, οὐχ ἡρήκασι. καὶ τὰ μὲν τοῦ
" Ἀντωνίου, τῶν τε συνόντων αὐτῷ, τοιαῦτα ὄντα εὑρί-
" σκεται· [189] τὰ δὲ " δὴ Καίσαρος, τοῦ τε Βρούτου,

[q] τὴν ἁπάντων γνώμην. τὴν ἁπάντων ἡμῶν γνώμην, V. a. Med. quod non adeo necessarium visum. [r] γραμμάτων αὐτοῦ. ex V. a. & Med. additum αὐτοῦ, quod minus commode vulgo abest. [s] τῆς προαιρ. forte, τῆς τε προαιρ. Od. sine necessitate. [t] νῦν ἔτ'. iterum ex V. a. & Med. derivatum est ἔτ' in nostram editionem, qua particula detracta enervatur vis sententiæ. ex Mediceo mox est τὴν Μουτ. cum τὴν vulgo desit. [u] τὰ δὲ δὴ Καίσαρος. τὰ δὲ δὴ τοῦ Καίσ. L. postea ἐσὶν scripsi, pro εἰσὶν, ex Med. nam & antea Attice: τὰ τοῦ Ἀντωνίου —— εὑρίσκεται.

Thessalia (infra p. 301. C. post pugnam Pharsalicam) *Brundisium cum legionibus revertisti.* & 25. *Venisti Brundisium in sinum quidem & in complexum tuæ mimulæ* —— & 29. *cui bello* (Alexandrino) *tum propter timiditatem tuam, tum propter libidines defuisti* —— *quid fuit causse, cur in Africam Cæsarem non sequerere, cum præsertim belli pars tanta restaret?* —— *Proficiscitur in Hispaniam Cæsar, ne tum quidem sequeris.* & 32. *Cæsari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti. Celeriter isti, redisti, ut cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum.*

§ 181. (l. 87.) τὸν πρὸς Φαρνάκην] De hac Cæsaris expeditione, supra XLII. p. 206. sq.

§ 182. (l. 88.) ὅτι τόν τε Κλώδιον] Conferenda Philippica II. 9.

§ 183. (l. 93.) ἐν Ἰβηρίᾳ] De Cæsare proprætore in Hispania dictum supra XXXVII. p. 53. D. De Antonio Quæstore Cæsaris ad p. 283. D.

§ 184. (l. 97.) ἔς τε μοναρχίας ἐπιθυμίαν] Oblato in Lupercalibus diademate. p. 286. B. 245. D.

§ 185. (l. 1.) ὅτι ἐγὼ τοὺς σφαγέας] Cicero lib. XII Epist. 2. ad Cassium. *Me auctorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur Antonius, ut in me veterani incitentur.* & Philippica II. c. 11. *Cæsarem ait meo consilio interfectum. Jam vereor, Patres Conscripti, ne quod turpissimum est, prævaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis.*

§ 186. (l. 5.) οὐχ ὅτι οὐκ ἠθέλησεν] Philippica II. 14. *Si interfici Cæsarem voluisse crimen est, vide quæso, Antoni, quid tibi futurum sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est, & ob ejus consilii societatem, cum interficeretur*

" του, καὶ τῶν συνεξελαζομένων σφίσι, δύσμαχα
" μὲν καὶ καθ' ἑαυτὰ ἐστιν· (ἀμέλει Καῖσαρ μὲν
" καὶ τῶν στρατιωτῶν αὐτοῦ συχνοὺς ἐσφετέρισται,
" Βροῦτος δὲ ἐκ τῆς Γαλατίας αὐτὸν ἐξείργει·) ἂν
" δὲ δὴ καὶ ὑμεῖς ἐπικουρήσητε αὐτοῖς, πρῶτον μὲν
" ἐπαινέσαντες σφᾶς ἐφ' οἷς ἰδιογνωμονήσαντες ἐποίη-
D " σαν, ἔπειτα δὲ τὰ πραχθέντα ὑπ' αὐτῶν βεβαιώ-
" σαντες, πρός τε τὸ μέλλον ἐξουσίαν ἔννομον αὐ-
" τοῖς δόντες, ἔπειτα τοὺς ὑπάτους ἀμφοτέρους ἐπὶ
" τὸν πόλεμον ἐκπέμψαντες, οὐκ ἔστιν ὅπως βοη-
" θήσωσί τινες αὐτῷ τῶν νῦν συνόντων. οὐ μὴν
" οὐδ' ἂν ταμάλιστα συμμείνωσιν, ἀντιοχεῖν γε
" πρὸς πάντας ἅμα τοὺς ἄλλους * δυνήσονται·
" ἀλλ' ἤτοι ἑκὼν, ἐπειδὰν πρῶτον πύθηται ταῦθ'
" ὑμᾶς ἐψηφισμένους, τά τε ὅπλα καταθήσεται,
" καὶ ἐφ' ὑμῖν ἑαυτὸν ποιήσεται, ἢ καὶ ἄκων ἐκ
" μιᾶς μάχης ἁλώσεται. ἐγὼ μὲν δὴ ταῦθ'
" ὑμῖν παραινῶ, καὶ εἴγε ὑπατεύων ἔτυχον, πάν-
E " τως ἂν καὶ ἐποίησα, καθάπερ καὶ πρότερον,
" [190] ὅτε καὶ τὸν Κατιλῖναν, καὶ τὸν Λεντοῦλον
" αὐτῷ τούτῳ προσήκοντα, ἐπιβουλεύσαντας ὑμῖν,
" ἠμυνάμην.

rum, quos ille secum habet. Cæsar autem, & D. Brutus, quique iis adsunt, ea sunt conditione, ut per se quidem vinci haud facile possint; quum Antonianos complures milites Cæsar sibi adjunxerit, Brutus vero Antonium Gallia arceat. Quod si vero vos etiam auxilium iis tuleritis, primum ea collaudando quæ privatis ipsi consiliis egerunt, deinde acta eorum confirmando, ac in posterum legitiman potestaten eis tribuendo, præterea ad bellum utrumque consulem emittendo; nemo jam post hac eorum, qui cum Antonio sunt, ei opem feret: aut, si qui omnino cum eo permanserint, cæterorum tamen omnium vim sustinere non poterit Antonius: sed vel sponte sua, ubi primum de vestro hoc decreto certior factus fuerit, armis depositis potestati sese vestræ permittet, vel invitus certe unico prælio in potestatem vestram veniet. Hæc ego vobis suadeo. Quod si consulatum hoc tempore gererem, utique etiam facerem quod antea, quum in Catilinam, ac Lentulum, Antonii hujus necessarium, vobis insidantes, animadverti. „ A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

" Εἰ δέ τις ὑμῶν ταῦτα μὲν ὀρθῶς ἡγεῖται λέ-
" γεσθαι, [191] πρέσβεις δὲ πρότερον ἡμᾶς πρὸς αὐτὸν
" ἀποστεῖλαι δεῖν οἴεται, καὶ ἔπειτα μαθόντας τὴν γνώ-
" μην αὐτοῦ, ἂν μὲν ἑκὼν ἀπαλλάττηται τῶν ὅπλων,
292 " καὶ ὑμῖν αὐτὸν ἐπιτρέπῃ, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν·
" ἂν δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐπιμένῃ, τότε καὶ τὸν πό-
" λεμον αὐτῷ ψηφισθῆναι· (ταῦτα γὰρ πυνθάνο-
" μαί τινας παραινέσαι ὑμῖν ἐθέλειν·) λόγῳ μὲν
" * εὐπρεπέστατον, τῷ δὲ ἔργῳ καὶ αἰσχρὸν καὶ ἐπι-
" κίνδυνον τῇ πόλει πρᾶγμα ποιεῖ. πῶς μὲν γὰρ
" οὐκ αἰσχρὸν, κήρυξιν [a] ὑμᾶς καὶ πρεσβείαις [192] πρὸς
" τοὺς πολίτας χρῆσθαι; τοῖς μὲν γὰρ ἀλλοφύλοις καὶ
" ἐπικηρυκεύεσθαι καὶ διαπρεσβεύεσθαι δεῖ πρότερον,
" καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ πολίταις τοῖς ἀδικοῦ-
B " σί τι, παραχρῆμα τὴν τιμωρίαν ἐπάγειν, ἂν μὲν
" ὑπὸ ταῖς ψήφοις αὐτοὺς λάβητε, δικάζοντας· ἂν
" δὲ τοῖς ὅπλοις, πολεμοῦντας. δοῦλοι γὰρ εἰσὶ
" πάντες οἱ τοιοῦτοι καὶ ὑμῶν καὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν
" νόμων, ἄν τε ἐθέλωσιν, ἄν τε καὶ μή· καὶ οὔτε
" θρύπτειν αὐτοὺς, οὔτε ἐξ ἴσου τοῖς ἐλευθερωτάτοις
" ἄγειν προσῆκόν ἐστιν, ἀλλ' ὥσπερ τοὺς οἰκέτας
" τοὺς ἀποδιδράσκοντας, καὶ μετιέναι καὶ κολάζειν
" [b] ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος.

43. " Quod si quis vestrum recte quidem hæc dici existimet, legatos tamen prius nobis ad eum mittendos censeat, ac deinde cognita ejus sententia vel quiescendum, si is quidem sponte sua ab armis discedat, ac se vestræ potestati permittat; sin in cœpto perseveret, tum bellum contra eum decernendum esse: (audio autem, esse quosdam, qui vos id hortari velint:) is oppido speciosam verbis, re autem & turpem & periculosam urbi actionem suadet. Est enim omnino turpe, præconibus vos & legatis uti ad cives. Nam cum extraneis quidem rectum ac necessarium est, prius per internuntios & legatos agi: civibus autem injuriam inferentibus supplicia confestim infligenda sunt: vel judicio, si sententias de eis ferre liceat: vel bello, si ad arma confugerint. Hujusmodi enim homines omnes servi sunt vestri, & populi, & legum, sive velint, sive nolint; neque blandiri eis, aut cum hominibus summa in libertate constitutis eosdem coæquare decet; sed in eos, tanquam in fugitivos servos inquirendum est, animadvertendumque pro imperio. „

Πῶς

44. Quomodo

* δυνήσονται. videtur omnino legendum δυνήσεται, ut referatur ad Antonium, de quo statim: ἀλλ' ἑκὼν τὰ ὅπλα καταθήσεται, καὶ ἁλώσεται. idem video in mentem venisse doctiss. Oddeyo. *y* καὶ ὑμῖν. καὶ abest a Med. sed male.
* εὐπρεπέστατον. ausus sum recipere emendationem Xyl. pro vulgato εὐπρεπεστάτῳ. cum illud necessario, hoc neutiquam admittendum videatur. *a* ὑμᾶς. sic Med. optime. vulgo ὑμῶν, quod stare neutiquam potest, & nemo tamen reprehendit. *b* ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος. præpositionem ἐκ ut supervacaneam tollo, X. etiam L. uncis incluserat. Oddey neutiquam abest a vero, reddendum existimans *pro imperio*. phrasis est Thucydidis II. 62. p. 137, 3. τὴν τόλμαν ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ἐχυροτέραν παρέχεσθαι, ubi redditur *animi celsitudo*.

interficeretur Cæsar, tum te a Trebonio vidimus sevocari. Ego autem, (vide quam tecum agam non inimice) quod bene cogitasti aliquando, laudo: quod non indicasti, gratias ago: quod non feceris, ignosco: virum res illa requirebat. & c. 29. *quin his ipsis temporibus, domi Cæsaris percussor ab isto missus, deprehensus dicebatur esse cum sica: de quo Cæsar in senatu aperte in te invehens questus est.*

§ 187. (l. 15.) τῇ τῶν γραμμάτων προφάσει] Supra XLIV. p. 268. C.

§ 188. (l. 20.) οἱ πλεῖστοι οἵ τε ἄριστοι τῶν στρατιωτῶν] Legio Martia præcipue & Quarta. vide p. 276. E. ubi etiam de elephantis Antonii a D. Bruto interceptis.

§ 189. (l. 30.) τὰ δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος τοῦ τε Βρούτου] Philippica III. 13. *Dii immortales nobis hæc præsidia dederunt, urbi Cæsarem, Brutum Galliæ.*

§ 190. (l. 50.) ὅτε καὶ τὸν Κατιλῖναν] Supra XXXVII. p. 43. sq.

§ 191. (l. 54.) πρέσβεις δὲ πρότερον] Legatos ad Antonium mittendos vehementer dissuadet Cicero Philippica V. 2. sq. & 10. missi tamen sunt, sed nullo fructu, res Consulares ac principes civitatis, L. Piso, L. Philippus, & in legatione mortuus Ser. Sulpicius juris scientia clarissimus, de quo Philippica IX. 1. sq. & VIII. 6. 7. 10. XIII. 9. infra p. 311. A.

§ 192. (l. 63.) πρὸς τοὺς πολίτας] Philippica V. 10. *Non ad Hannibalem mittimus ut a Sagunto recedat, —— ad nostrum civem mittimus, ne Imperatorem, ne coloniam populi Romani oppugnet. Itane vero? hoc per legatos rogandum est?*

A.U.C.711 Hirtio & Pansa COSS.

44. Quomodo autem inique comparatum non sit, eum in exercendis contra vos injuriis haud cunctari, vos autem ultionem differre? ipsum arma in manibus jamdudum habentem, hostiliter omnia agere, vos decretis faciendis ac legatis mittendis tempus consumere? cujusque injurias longe ante re ipsa comperimus, eum solis voculis ac verbis a nobis tractari? Quanam spe? forte ut aliquando verecundia correptus vobis obtemperet? at quomodo hoc? quum eo jam progressus sit, ut ne, si velit quidem, populari in statu reipublicæ vobiscum degere possit. Qui si communi & æquo sibi jure nobiscum vivendum statuisset, ne initio quidem eas res fuisset conatus; aut si eas errore quodam animi, vel per præcipitantiam tentasset, certe ab iisdem ultro statim destitisset. Nunc postquam semel sua sponte legum & reipublicæ limites egressus est, potentiamque inde & licentiam sibi aliquam paravit, næ is nunquam volens institutum mutabit, decretaque vestra observabit: sed necesse est eum iis ipsis armis puniri, quibus vos lædere ausus fuit. „

45. " Ac nunc mihi hoc aliquando dictum ab eo cum primis velim memoria repetatis, salvos vos esse, nisi victores, non posse. Ideo qui legatos mitti jubent, nihil aliud hi volunt, nisi ut vobis moras nectentibus, socii vestri remissiores ac timidiores fiant: iste autem per otium omnia, quæ instituit, conficere, Decimum capere, Mutinam expugnare, Galliam universam occupare possit: ut nos, quum rationem amplius nullam ei resistendi invenire possimus, fracti animis, demereri eum, ac adorare cogamur. Unum hoc de legatis mittendis addam, post dicendi finem faciam. Antonius nihil de iis, quæ acturus fuerat, ad vos retulit: itaque ne vobis quidem id faciendum est. His aliisque omnibus de causis suadeo vobis ego, ne cunctemini, aut rem extrahatis, sed bellum ei quamprimum inferatis; id cogitantes, plura negotia opportunitate occasionum, quam viribus esse recte confecta: utque omnino vel hinc intelligatis, me nunquam pace (si quidem vere pax esset) neglecta, in qua & plurimum valeo, & honores divitiasque summ adeptus, belli suscipiendi auctorem vobis futurum fuisse, nisi id vobis ex usu fore censuissem. „

" Πῶς δὲ οὐ δεινὸν, ἐκεῖνον μὲν μὴ μελλῆσαι
" ς ὑμᾶς ἀδικεῖν, ὑμᾶς δὲ δὴ μέλλειν ἀμύνασθαι;
" καὶ ἐκεῖνον μὲν, ἐκ πολλοῦ τὰ ὅπλα ἐν χερσὶν
" ἔχοντα, πάντα τὰ τοῦ πολέμου πράττειν, ὑμᾶς
" δ' ἐν ψηφίσμασι καὶ πρεσβείαις τοὺς χρόνους C
" καταβαλλειν; καὶ ὃν ἐκ τῶν ἔργων ἀδικοῦντα
" πάλαι πεφωράκαμεν, τοῦτον συλλαβαῖς καὶ ξύ-
" μασι μόνοις μεταχειρίζεσθαι; τί προσδοκῶντας;
" ἢ ὅτι ὑπακούσει ποτὲ ὑμῖν, καὶ αἰδεσθήσεται
" ποτε ὑμᾶς; καὶ πῶς; ὅσγε ἐς τοῦτ' ἤδη
" προκεχώρηκεν, ὥστε μηδ' ἂν βούλησθαι, δύνασθαι
" δημοκρατικῶς ὑμῖν συμπολιτεῦσαι. εἰ μὲν γὰρ
" ἴσως καὶ κοινῶς ζῆν ἠβούλετο, οὐδ' ἂν ἀπ' ἀρ-
" χῆς τοιούτοις πράγμασιν ἐπεχείρησεν· εἴτε καὶ
" ὑπ' ἀνοίας, ἢ καὶ προπετείας τοῦτ' ἐποίησε, D
" πάντως ἂν ἑκὼν εὐθὺς [d] τούτων ἀπηλλάγη. νῦν
" δ' ἅπαξ ἐκ τῶν νόμων καὶ ἐκ τῆς πολιτείας ἐκ-
" βὰς, καί τινα καὶ δύναμιν ἐκ τούτου καὶ ἐξου-
" σίαν προσλαβὼν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἐθελούσιος
" μεταβάλοιτο, καὶ τῶν δογμάτων τι τῶν ὑμετέρων
" προτιμήσειεν· ἀλλ' ἀνάγκη τὸν τοιοῦτον αὐτοῖς
" τοῖς ὅπλοις, οἷσπερ ὑμᾶς ἀδικεῖν ἐτόλμησε, καὶ
" κολασθῆναι.
" Καί μοι νῦν μάλιστα τὸ λεχθέν ποτε ὑπ' αὐτοῦ
" ἐκείνου μνημονεύσατε, ὅτι [193] οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ὑμῖν, E
" ἂν μὴ κρατήσητε, σωθῆναι. οὐδὲν οὖν ἄλλο ποιοῦ-
" σιν οἱ κελεύοντες ὑμᾶς πρεσβεύσασθαι, ἢ ὅπως ὑμεῖς
" μὲν βραδύνητε, κἀκ τούτου καὶ τὰ τῶν συμμα-
" χούντων ὑμῖν ἀργότερα [e] καὶ [194] ἀθυμότερα γένη-
" ται· ἐκεῖνος δ' [f] ἐν τούτῳ καθ' ἡσυχίαν πάνθ',
" ὅσ' ἂν βούληται πράξῃ, καὶ τόν τε Δέκιμον ἐξέ-
" λῃ, καὶ τὴν Μουτίναν ἐκπολιορκήσῃ, [195] τήν τε 293
" Γαλατίαν πᾶσαν λάβῃ· ὥστε μηκέθ' ἡμᾶς ὅπως
" αὐτῷ χρησώμεθα εὑρεῖν δυνηθῆναι, ἀλλ' ὑποδεδιέ-
" ναι τε, καὶ θεραπεύειν αὐτὸν, καὶ προσκυνεῖν
" ἀνάγκην ἔχειν. ἐν δὲ ἔτι τοῦτο περὶ τῆς πρεσ-
" βείας εἰπὼν, παύσομαι· ὅτι οὐδὲ ὁ Ἀντώνιος λό-
" γον τινὰ ὑμῖν ἔδωκε περὶ ὧν πράττειν ἔμελλεν, ἵνα
" καὶ ὑμεῖς τοῦτο ποιήσητε. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ διὰ
" ταῦτα, καὶ διὰ τἄλλα πάντα, συμβουλεύω ὑμῖν
" μὴ μέλλειν, μηδὲ διατρίβειν, ἀλλ' ὅτι τάχιστα αὐ-
" τῷ πολεμῆσαι· λογισαμένους, ὅτι τὰ πλείω τῶν B
" πραγμάτων τοῖς καιροῖς, ἢ ταῖς δυνάμεσι [g] κα-
" τορθοῦται· καὶ πάντως που καὶ ἐκ τούτου συ-
" ιέναι, ὅτι οὐκ ἄν ποτε τὴν εἰρήνην, ἐν ᾗ καὶ πλεῖ-
" στον ἰσχύω, καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν ἐκτησάμην,
" ἀφεὶς (εἴγε καὶ τῷ ἔργῳ εἰρήνην) πολεμεῖν ὑμῖν,
" εἰ μή γε καὶ συμφέρειν ἡγούμην, παραινέσαιμι.

Καὶ

46. Tibi

c ὑμᾶς. sic HS. L. & sic deinceps. ἡμᾶς, & sic deinceps quoque, legit Dio, L. at enim liberum erat Ciceroni, interdum per communicationem loqui, nec tamen ideo semper & necessario ita loqui debuit. d τούτων. αὐτῶν, V. b. & Med. qui mox: ἅπαξ καὶ ἐκ τῶν νόμων. e ἀργότερα καὶ ἀθυμότερα. reponendum videtur ῥᾳθυμότερα, præsertim ob illud ἀργότερα, sed prius etiam locum habere potest. L. illud ἀργότερα me potius moveret, ut diversum quid & majus dicere voluisse Dionem voce sequenti existimarem. vide F. f ἐν τούτῳ. ἐκ τούτων, V. b. g καλορθοῦνται. melius καλορθοῦται.

§ 193. (l. 100.) οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ὑμῖν] Antonii vox, *nisi victorem, victurum neminem.* Philippica III. 11. & V. 8.

§ 194. (l. 4.) καὶ ἀθυμότερα] Philippica V. 10. *Nomen ipsum legationis ultro missæ, timoris esse signum videbitur.* & c. 2. *Senatus decernit legatos ad Antonium. Utrum hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem?* Ex his patet, non esse sollicitandam apud Dionem lectionem, neque pro ἀθυμότερα legendum ῥᾳθυμότερα.

§ 195. (l. 7.) τήν τε Γαλατίαν πᾶσαν] Non hanc citeriorem tantum, quam tenebat D. Brutus, sed cui imprimis Antonius inhiabat, illam ultimam quoque, cui L. Plancus præerat, ut fortissimas legiones, ut maximum equitatum & peditatum Gallorum posset invadere, & illorum ope Remp. opprimere. vid. Philippica XIII. 20.

§ 196. (l. 24.) ὦ Καλῆνε] Hic est Q. Fufius Calenus, quem Antonii procuratorem vocat Cicero Philippica XII. 7. & ad quem VIII. 4 sq. *Sed quæso, Calene, quid? tu servitutem pacem vocas?* & X. 1. sq. *Quæ est ista tua ratio, Calene, quæ mens, qui nunquam post Kalendas Januarias idem senseris, quod is qui te sententiam primus rogat?* Hujus Caleni acerbam invectivam, qua Ciceroni respondet, affert Dio infra libro proximo p. 295. sq. vide etiam p. 312. C.

§ 197. (l. 34.) τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν] Philippica I. c. ult. *Mihi satis est quod vixi vel ad ætatem vel ad gloriam.* & II. c. ult.

" Καὶ σοὶ δὲ, [196] ὦ Καλῆνε, τοῖς τε ἄλ-
" λοις τοῖς ταυτά σοι φρονοῦσι, συμβουλεύω καθ'
" ἡσυχίαν ἐπιτρέψαι τῇ τε γερουσίᾳ τὰ προσή-
C " κοντα ψηφίσασθαι, καὶ μὴ τῆς ἰδίας ὑμῶν
" πρὸς Ἀντώνιον χάριτος εἵνεκα τὰ κοινῇ πᾶ-
" σιν ἡμῖν συμφέροντα καταπροδοῦναι. ὡς ἔγω-
" γε οὕτω γνώμης, ὦ πατέρες, ἔχω, ὥστ',
" ἂν μὲν πειθῆτέ μοι, καὶ " πάντα ἂν
" ἡδέως καὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς σωτηρίας
" μεθ' ὑμῶν ἀπολαῦσαι· ἂν δ' ἄλλο τι ψη-
" φίσησθε, [197] τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν ἑλέσθαι.
" οὔτε γὰρ ἄλλως τὸν θάνατόν ποτε τὸν ἐκ
" τῆς παῤῥησίας ἐφοβήθην· (καὶ διὰ τοῦτο
" καὶ κατώρθωσα πλεῖστον· τεκμήριον δὲ, ὅτι
" καὶ [198] θῦσαι καὶ ἑορτάσαι ἐφ' οἷς ὑπατεύων
D " ἐποίησα, ἐψηφίσασθε· ὅπερ οὐδενὶ πώποτε ἄλ-
" λῳ μὴ οὐκ ἐν πολέμῳ γέ τι καταπράξαν-
" τι ἐγένετο·) νῦν δὲ καὶ ἥκιστα. καὶ ὁ μὲν
" γὰρ θάνατος οὐκ ἂν ἄωρος, ἄλλως τε καὶ
" πρὸ τοσούτων ἐτῶν ὑπατευκότι μοι, γένοιτο. καί-
" τοι μνημονεύετε, ὅτι τοῦτο καὶ [199] ἐν αὐ-
" τῇ τῇ ὑπατείᾳ ὑμῖν εἶπον, ἵνα μοι πρὸς πάντα
" ὡς ἰ καταφρονοῦντι αὐτοῦ προσέχητε· τὸ δὲ δὴ
" φοβηθῆναί τινα καθ' ὑμῶν, καὶ τὸ δουλεῦσαί
" τινι μεθ' ὑμῶν, καὶ πάνυ ἄν μοι δεινότατον
E " συμβαίη. ὅθεν k περ τοῦτο μὲν καὶ συμφο-
" ρὰν καὶ ὄλεθρον, οὐ τοῦ σώματος μόνον, ἀλλὰ
" καὶ τῆς ψυχῆς, τῆς τε δόξης, ὑφ' ἧς που
" καὶ μόνης ἀΐδιοι τρόπον τινὰ γιγνόμεθα, εἶναι νο-
" μίζω· τὸ δὲ δὴ λέγοντά τε καὶ πράττοντα ὑπὲρ
" ὑμῶν ἀποθανεῖν, ἰσοστάσιον l ἀθανασίαν ἄγω.

46. " Tibi vero, Calene, reliquisque, qui idem quod tu sentiunt, suaserim; ut quieti ea, quæ oportet, decreta faciendi facultatem senatui concedatis; neque ob vestram privatam gratiam, qua Antonium prosequimini, communem omnium nostrum utilitatem prodatis. Ego quidem, P. C. ita sum animo affectus, ut, si meam sententiam secuti fueritis, fructus libertatis incolumitatisque vobiscum libentissime percepturus; sin diversum statueritis, mortem vitæ prælaturus sim. Nam in libertate dicendi servanda nunquam mortem reformidavi; unde factum est, ut res præclarissimas gererem, vel inde manifestas, quod ob acta consulatus mei sacrificia ac ferias decrevistis: id quod ante me nemini, qui quidem togatus rem gessisset, contigit. Nunc autem minime omnium mortem extimesco, non immaturam mihi, cum jam ante tot annos consulatum gesserim, futuram. Quanquam memoria tenetis, me hoc vobis in ipso meo consulatu dixisse, ut mihi mortem contemnenti, eo facilius in omnibus obsequeremini. Nulla vero mihi gravior accidere res possit, quam si hostes vestri mihi timendi, serviendumque vobiscum alicui sit. Quorum ego hoc quidem calamitatem esse perniciemque, non corporis tantum, sed animi quoque, gloriæque, quæ sola nos aliquo modo sempiternos efficit, esse judico: verum si dicens agensque pro vobis omnia mori debeam, id demum cum immortalitate coæquandum puto. "

A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

294 " Καὶ εἴγε καὶ Ἀντώνιος ταῦτ' ἐγίνωσκεν, οὐκ
" ἂν ποτε ἐς τοιαῦτα πράγματα παρώρμησεν,
" ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ἂν, [200] ὥσπερ ὁ πάπ-
" πος αὐτοῦ, μᾶλλον ἢ τι τῶν ὁμοίων τῷ Κίννᾳ,
" τῷ ἐκείνου ἀποκτείναντι, ποιῆσαι προείλετο.
" πρὸς γὰρ ἂν τοῖς ἄλλοις ὁ μὲν Κίννας [201] οὐ
" πολλῷ ὕστερον ἀνῃρέθη διά τε τοῦτο, καὶ
" διὰ τἄλλα ἃ κακῶς ἔπραττε. διόπερ καὶ
" τοῦτο τοῦ Ἀντωνίου τεθαύμακα, ὅτι τὰ ἔρ-
" γα αὐτοῦ μιμούμενος, οὐ φοβεῖται μή ποτε
" ὁμοίαν καταστροφὴν περιπέσῃ. ἐκεῖνος δὲ καὶ
B " αὐτῷ τούτῳ m τὸ δοκεῖν τινι καθέλιπεν· ἀλλ'
" οὔτι γε καὶ σώζεσθαι διὰ τοὺς συγγενεῖς ἔτι δί-
" καιός ἐστι, μήτε τὸν πάππον n αὐτοῦ ζηλώσας,
" [202] μήτε τὸν πατέρα τῆς οὐσίας κληρονομήσας.
" τίς γὰρ οὐκ οἶδε ταῦθ', ὅτι πολλοὺς φεύγον-
τας

47. " Quæ si Antonius sentiret, nunquam hujusmodi ad res sese contulisset; sed mori, quemadmodum avus ipsius, maluisset; quam quicquam facinoribus Cinnæ, a quo is interfectus est, simile perpetrare: quum quidem Cinna paulo post ab aliis ipse quoque, hujus aliorumque flagitiorum causa, vicissim occisus fuerit. Quare hoc quoque in Antonio demiror, quod ejus acta imitatus, non eundem metuit exitum. Nam quamvis existimationem aliquam hæreditario ab avo suo acceperit; tamen jam indignus est, qui propter cognatos suos conservetur, quum neque avum imitatus fuerit, neque patris sui hæreditatem adierit. Id vero neminem latet, quod quum multos in exilium missos, non Cæsare modo superstite, sed defuncto etiam, ex

b πάντα. tolerari quodammodo potest; sed præstiterit πάνυ ἂν ἡδέως. *i* καταφρονοῦντι. καταφρονοῦντί μοι, V. a. abundanter, ut p. 290. A. particula ἂν in eadem sententia bis posita reperiebatur. *k* ὅθεν περ. ὅλεν περὶ, V. a. Med. in qua particula frequens lapsus est librariorum. *l* ἀθανασίαν. ἀθανασίας rectius, L. *m* τὸ δοκεῖν τινὶ καθέλιπεν. τὸ δοκεῖν τινὶ εἶναι καθελ. V. a. b. Med. quod quid sit, non video, nisi vero legas τινὰ εἶναι, vel τὶ εἶναι. *n* αὐτοῦ. abest a Med.

c. ult. *Quin etiam corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas civitatis potest.* & III. c. 14. *Quod si jam, quod Dii omen avertant, fatum extremum Reipub. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeste decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum gentiumque omnium, ut cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia serviamus.*

§ 198. (l. 38.) θῦσαι καὶ ἑορτάσαι] De supplicationibus Cicerone Consule decretis, dictum supra XXXVII. p. 46. C.

§ 199. (l. 44.) ἐν αὐτῇ τῇ ὑπατείᾳ] Catilinaria IV. 2. *Si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar. Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura Consulari, nec misera sapienti.* Quæ verba respiciens Philipp. II. c. ult. *Etenim*, inquit, *si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo* (Concordiæ) *negavi posse mortem immaturam esse Consulari, quanto verius nunc negabo seni?*

§ 200. (l. 57.) ὥσπερ ὁ πάππος αὐτοῦ] Avus Antonii M. Antonius, princeps civitatis atque eloquentiæ, gladiis militum, quos ipsos facundia sua moratus fuerat, jussu Marii & Cinnæ confossus occubuit. A. U. C. 667. vide Vellejum II. 22. & Appianum I. civil. p. 394. Tangit etiam Cicero V. Tusculanarum c. 19. Lucanus II. 122. &c. Plura de hoc Antonio Oratore Jo. Glandorpius in Onomastico Rom. p. 67.

§ 201. (l. 60.) οὐ πολλῷ ὕστερον] A. U. C. 672. Cinna, ante adventum Syllæ in urbem, seditione orta, ab exercitu interemtus est, ut præter alios narrat Vellejus II. 21.

§ 202. (l. 69.) μήτε τὸν πατέρα] Pater Antonii M. Antonius

A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

ex libellis scilicet ejus, in urbem reduxerit, patruo suo non subvenerit, sed Lenticulum, quicum alea ludere solebat, propter vitæ nequitiam patria exterminatum, restituerit: Bambalionem, etiam ipsius cognomenti ratione infamem, diligit: sed erga proximos genere talem se gerit, ceu dictum, quasi illis si succenseat, quod ejusmodi natalibus sit ortus. Itaque patris facultatum quidem hæres factus non est, in aliorum autem permultorum bona, quorum partim neque viderat faciem, neque nomen audierat, & qui partim adhuc vivunt, hæres involavit. Hos enim ita omnibus rebus exuit ac deprædatus est, ut a mortuis nihil differant.

" τας καὶ ἐπὶ τοῦ Καίσαρος, καὶ μετὰ ταῦτα,
" ἐκ τῶν γραμμάτων δὴ τῶν ἐκείνου ° ἀγαγὼν,
" [203] οὐκ ἐπεκούρησε τῷ θείῳ, ἀλλὰ τὸν μὲν
" [204] συγκυβευτὴν τὸν Λεντίκουλον, τὸν ἐπὶ τῇ
" τοῦ βίου ῥᾳδιουργίᾳ φυγόντα, ἐπανήγαγε; καὶ
" [205] τὸν Βαμβαλίωνα, τὸν καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπω- C
" νυμίας ἐπιβόητον, ἀγαπᾷ, τοῖς δὲ δὴ συγγενεσί-
" τοις οὕτως ὡς προεῖπον κέχρηται, καθάπερ τινὰ
" ὀργὴν αὐτοῖς ἔχων, ὅτι τοιοῦτος ἐγεννήθη; τοιγαροῦν
" τῶν μὲν [p] ἐκείνου χρημάτων οὐκ ἐκληρονόμησεν,
" [206] ἄλλων δὲ δὴ [q] καὶ πάνυ πολλοὺς, τοὺς μὲν
" μήτ' ἰδὼν μήτ' ἀκούσας πώποτε, τοὺς δὲ καὶ νῦν
" ἔτι ζῶντας. οὕτω γὰρ αὐτοὺς ἀποδέδυκε καὶ σε-
" σύληκεν, ὥστε μηδὲ σφᾶς νεκρῶν διαφέρειν. "

° ἀγαγών. scribendum ἀνάγων, X. malim ἀναγαγών, L. infra p. 301. C. hæc repetens Calenus adhibet verbum κατήγαγε.

[p] τῶν μὲν ἐκείνου. scil. πατρὸς. ita V. a. melius quam vulgo, ἐκείνων.

[q] ἄλλων δὲ δὴ καὶ πάνυ πολλοὺς. deest verbum διεδέχετο, X. sed equidem scripsisse Dionem arbitror ἄλλων δὲ δὴ καὶ πάνυ πολλῶν, L. phrasis Dionis est, ut supra vidimus, τὸν πατέρα τῆς οὐσίας κληρονομήσας. itaque hoc loco, πάνυ πολλοὺς (scil. ἐκληρονόμησεν) ἄλλων, (scil. χρημάτων) quanquam non ἐκάνων vel ἐκάνου (scil. πατρὸς) χρημάτων. plana ergo sunt omnia, nihilque mutandum.

nius Creticus. Hujus hereditati renunciabat filius, qui debita patris nolebat exsolvere. Inde Cicero Philippica II. 18. *tenesne memoria, prætextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est. Concedo, etenim est pietatis plena defensio.* & c. 16. *Quanquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, cum ipse hereditatem patris non adisses.* Integrum autem fuisse filio non adire hereditatem, atque ita paternis creditoribus haud obligatum, neque ad actiones eorum suscipiendas potuisse cogi, notum est l. 20. D. de acquirenda vel omittenda hereditate lib. XXIX. tit. 2.

§. 203. (l. 73.) οὐκ ἐπεκούρησε τῷ θείῳ] Philippica II. 23. *Restituebat multos calamitosos: in his patrui* (C. Antonii) *nulla mentio. Si severus, cur non in omnes? si misericors, cur non in suos?* ita enim legendum, quod typographi vitio in Græviana editione expressum *in vos.* & c. 38. *Nescio cur reliquis idem non tribuas, neque enim plus quam tres aut quatuor reliqui sunt —— cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti.* Defendit hoc Antonii factum Calenus infra p. 301. C.

§ 204. (l. 74.) συγκυβευτὴν Λεντίκουλον] *Licinium Lenticulum* (al. Denticulam) *de alea condemnatum, colluforem suum, restituit.* Philippica II. 23.

§ 205. (l. 76.) τὸν Βαμβαλίωνα] Philippica III. 6. *Tuæ conjugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemtius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.* & II. 36. *Pacem haberemus quæ erat facta per obsidem puerum nobilem, M. Bambalionis nepotem,* Bambalio sive Bambalo, in Adamantii Martyrii eclogis, apud Cassiodorum de orthographia, & in veteri glossario, exponitur ψελλισής. vide Petrum Victorium XVII. 14. Var. Lect. Cœlium Rhodiginum Antiquarum Lectionum XIII. 2. Ludov. Carrionem lib. II. c. 2. T. III. Thesauri Critici Gruteriani, & Hadrianum Turnebum XVII. 19. Adverss. & Caleni orationem infra p. 297. D. 310. A.

§ 206. (l. 81.) ἄλλων δὲ δὴ] Philippica II. 18. *In multas pecunias alienissimorum hominum, ejectis veris heredibus, tanquam heres esset, invasit.*

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ΕΚΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUADRAGESIMUS SEXTUS.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἕκτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς Καλῆνος ὑπὲρ Ἀντωνίου Κικέρωνι ἀντεῖπεν.

Ὡς Ἀντώνιος ὑπὸ Καίσαρος καὶ τῶν ὑπάτων περὶ Μουτίναν ἡττήθη.

Ὡς Καῖσαρ ἐς Ῥώμην ἦλθε καὶ ὕπατος ἀπεδείχθη.

Ὡς Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος καὶ Λέπιδος συνώμοσαν.

Hæc inſunt Libro XLVI. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Quæ pro Antonio Ciceroni Q. Fufius Calenus reſponderit. c. 1 — 28.

Ut Antonium Cæſar & conſules apud Mutinam vicerint. c. 29 — 38.

Quomodo Cæſar Romam venerit, ac conſul creatus fuerit. c. 39 — 49.

De conjuratione Cæſaris, Antonii, & Lepidi. c. 50 — 56.

295 Χρόνου πλῆθος, ἔτος ἕν, ἐν ᾧ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο· Γ. Οὐίβιος ὁ Πάνσας Καπρωνιανὸς, καὶ Ἄυλος Ἵρτιος, Ἄυλου υἱός.

Unico anno hæc geſta ſunt, quo hi conſules recenſentur.

ante C.N. U.C.
43. 711. C. Vibius Panſa Capronianus, & Aulus Hirtius A. F.

Τοιαῦτα μὲν τοῦ Κικέρωνος εἰπόντος, ὁ Καλῆνος ὁ Κόϊντος [a] Φούφιος ἀνέστη, καὶ ἔλεξεν.

1. Poſtquam finem orationi ſuæ Cicero impoſuit, Q. Fufius Calenus ſurrexit, & in hæc verba locutus eſt. A.U.C. 711 Hirtio & Panſa COSS.

B "Ἄλλως μὲν οὐδὲν οὔθ' ὑπὲρ Ἀντωνίου τι ἀπολογήσασθαι, οὔτε Κικέρωνος καθάψασθαι ἐδεόμην. οὐδὲ γὰρ ἡγοῦμαι δεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις σκέψεσιν, οἷα ἡ παροῦσά ἐστιν, ὁτέρου αὐτῶν ποιεῖν, ἀλλ' ἁπλῶς ἃ τις φρονεῖ ἀποφαίνεσθαι. ἐκεῖνα μὲν γὰρ [1] δικαστηρίου, ταῦτα δὲ συμβουλίας ἔργα ἐστίν. ἐπειδὴ δὲ οὗτος τόν τε Ἀντώνιον κακῶς, [2] διὰ τὴν ἔχθραν τὴν ὑπάρχουσαν σφίσι, λέγειν ἐπεχείρησεν, οὐ χρῆν, εἴπερ τι ἠδικήκει, εἰσηγγελκέναι· καὶ προσέτι καὶ [3] ἐμοῦ διαβόλως

"Equidem hac oratione mea nec Antonii cauſam agere, nec Ciceronem tangere debebam: quod in ejusmodi deliberationibus, qualis hæc eſt, exiſtimo neutrum illorum faciundum eſſe, ſed ſuam cuique ſententiam ſimpliciter exponendam. Ut enim ad tribunal illa pertinent, ita poſterius hoc in conſultatione requiritur. Sed quoniam Antonium Cicero, mutua inimicitia impulſus, maledictis inceſſit, (qui, ſi quid deliquiſſet, in jus potius erat vocandus;) ac præterea

a Φούφιος. male RS. & V. b. Ῥούφιος. in titulo libri conſulum quoque nomina corrupta ſunt apud RS. Λύβιος Ὕπαλος ὁ σπάνσας καπρωνιανὸς. Ἄυλος Ὕρλιος, καὶ Ἄυλου υἱός. quem errorem tangens Palmerius male corrigit K. Οὐίβιος, id enim eſſet Κόϊντος. ſed *Cajus*, non *Quintus*, Panſa vocabatur. emendatius jam ediderunt HS. & L. niſi quod Ὕπαλος relinquunt, quod tamen uncis incluſit L. velut rejiciendum.

§ 1. (l. 9.) δικαστηρίου] In judicialibus cauſſis ſolenne eſt in adverſarium verba facere, ſe vero ſuamque cauſſam tueri.

§ 2. (l. 11.) διὰ τὴν ἔχθραν] Negabat Cicero ſibi cum Antonio eſſe inimicitias, niſi reipub. cauſſa. Itaque Philippica I. c. 4. *Pauca querar de heſterna M. Antonii injuria, cui ſum amicus: idque me nonnullo ejus officio* (quod Brundiſii eum non occidiſſet) *debere eſſe, præ me ſemper tuli.* & c. 11. *Quod ſi, ut mihi a quibusdam ejus familiaribus dictum eſt, omnis eum, quæ habetur contra voluntatem ejus, oratio graviter offendit, etiamſi nulla ineſt contumelia, feremus amici naturam.* infra p. 296. B. τὸν Ἀντώνιον ὃν τέως ἀγαπῶν ἔλεγεν. & p. 310. μεθ' οὗ ποθ' ἁμὰ δὴ ποθ' ἑκάτερος φιλικὰ ἔπραξας.

§ 3. (l. 13.) ἐμοῦ διαβόλως ἐμνημόνευσεν] Supra p. 293. B. ubi dicta ſi placet vide, & quæ de hoc Caleno Glandorpius p. 372. Onomaſtici, ubi Fuſium non Fufium appellat, cum Fufius ſit in Dionis non modo, ſed Ciceronis etiam, & Aſconii Pediani Codicibus, ut notatum Malaſpinæ ad lib. XV. Epiſtolar. ad Atticum epiſt. 4. Tribunus plebis fuit A. U. C. 693. & Conſul A. 707. vide Pighii Annales T. III. p. 339. & 448. ſq. Orationem autem hanc Caleni nomine non dubito

A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

terea me quoque calumnioſe perſtrinxit, quaſi ſuam in dicendo vim aliter, quam impudenter aliis traducendis, oſtendere non poſſet: mearum quoque partium eſſe exiſtimo, ut partim ab eo objecta crimina diſſolvam, partim ſua viciſſim ipſi objiciam; ne audacia ei ſua, neminis reſponſo inhibita, ſilentiumque meum malæ conſcientiæ ſuſpicionem incurrens, proſint: neve vos ejus oratione decepti, odium ejus in Antonium pro communi utilitate ſuſcipientes, deterius quicquam ſtatuatis. „

" διαβόλως ἐμνημόνευσεν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως τὴν ἑαυτοῦ δεινότητα διαδείξας, εἰ μή τινας ἀναίδην C
" προπηλακίσειε· προσήκει καὶ ἐμοὶ τὰ μὲν
" ἀπολύσασθαι, τὰ δὲ ἀνταιτιάσασθαι· ἵνα μήτε
" τοῦτον ἥ τε οἰκεία θρασύτης, ἀνταιτιάσασα ἀμαρ-
" τοῦσα, καὶ ἡ ἐμὴ σιωπὴ, πονηροῦ συνειδότος
" ὑποψίαν λαβοῦσα, ὠφελήσῃ· μήθ' ὑμεῖς ἀπα-
" τηθέντες ὑφ' ὧν εἶπε, χεῖρον βουλεύσησθε, τὴν
" ἰδίαν αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἀντώνιον ὀργὴν ἀντὶ τῶν
" κοινῇ συμφερόντων ἀντικαταλλαξάμενοι.

2. " Neque vero aliud hac oratione vult efficere, quam ut nos, omiſſa cura de incolumitate reipublicæ proſpiciendi, iterum ſeditionibus agitemur. Neque id nunc primum agit, ſed ab eo tempore, quo rempublicam attigit, omnia ſurſum deorſumque conturbare non deſtitit. Nonne enim is eſt, qui Cæſarem Pompejo commiſit? qui Pompejum ne in gratiam cum Cæſare rediret, impedivit? qui vobis perſuaſit, ut in Antonium ea ſtatueretis, quibus Cæſarem irritaret? qui Pompejo conſilium dedit Italia excedendi, ac in Macedoniam commigrandi? (quæ omnium eorum malorum, quibus deinceps afflicti ſumus, unica cauſa fuit.) Nonne is eſt, qui Milonis opera Clodium occidit? qui Bruti manu Cæſarem interfecit? qui Catilinam ad bellum contra nos gerendum adegit? qui Lentulum indemnatum necavit? „

" Οὐδὲ γὰρ ἄλλο γε οὐδὲν διαπραξαι βούλεται, ἢ ἵνα ἡμεῖς, τὸ τὰ ἀσφαλέσταται τῷ κοινῷ ἀφέντες προϊδεῖν, σασιάσωμεν αὖθις. τοῦτο D
" γὰρ οὐ νῦν πρῶτον ποιεῖ, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς, ἀφ'
" ὑπερ πρὸς τὴν πολιτείαν προσῆλθεν, ἄνω καὶ
" κάτω ταράττων διαλελέλεκεν. ἢ γὰρ οὐχ οὗτός
" ἐστιν, ὁ [4] τόν τε Καίσαρα τῷ Πομπηίῳ συγκρού-
" σας, καὶ τὸν Πομπήϊον τῷ Καίσαρι καταλλαγῆ-
" ναι κωλύσας; ὁ πείσας μὲν ὑμᾶς ἐκεῖνα [5] κα-
" τὰ Ἀντωνίου ψηφίσασθαι, δι' ὧν παρώξυνε τὸν
" Καίσαρα; πείσας δὲ [6] τὸν Πομπήϊον τήν τε
" Ἰταλίαν ἐκλιπεῖν, καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν μετοι- E
" κῆσαι; ὅπερ που αἰτιώτατον πάντων τῶν μετὰ
" ταῦτα συμβάντων ἡμῖν κακῶν ἐγένετο. οὐχ οὗ-
" τός ἐστιν ὁ [7] τόν τε Κλώδιον διὰ Μίλωνος ἀπο-
" κτείνας, καὶ τὸν Καίσαρα [8] διὰ Βρούτου φονεύ-
" σας; [b] ὅ, τε [9] τὸν Κατιλῖναν ἐκπολεμώσας
" ἡμῖν, καὶ [10] τὸν Λέντλον ἄκριτον ἀπολέσας;

3. " Quare magnopere mirum mihi videbitur, ſi quem ante, pœnitentia factorum correpti, pœna affeciſtis, ei nunc ſimilia dicenti agentique parebitis. Viderisne, ut poſt Cæſaris obitum, rebus ab Antonio (quod ne ipſe quidem negare

" Ὅθεν ἔγωγε καὶ πάνυ ἂν ὑμῶν θαυμάσαιμι, 296
" εἰ τότε ἐπ' ἐκείνοις μεταγνόντες, καὶ [11] δίκην παρ'
" αὐτοῦ λαβόντες, εἶτα καὶ νῦν ὅμοια αὐτῷ καὶ λέ-
" γοντι καὶ πράττοντι πειθήσεσθε. ἢ οὐχ ὁρᾶτε,
" ὅτι καὶ μετὰ τὸν τοῦ Καίσαρος θάνατον, ὅτε μὲν τὰ

b ὅ, τε τὸν. ὁ τόν τε, Med.

to Dionem ex ſuo ingenio effinxiſſe, licet argumentum & materiam ipſi vel Calenus, vel Antonius ipſe, cujus ἀντιγραφαὶ πρὸς τοὺς φιλιππικοὺς Plutarcho p. 882. memorantur, ſuppeditaſſent. Nam ita & Ciceronis in Antonium orationem efformavit ex iis, quæ in Philippicis Ciceronis legerat.

Addere his licet viri doctiſſimi Conyers Middletoni argumenta in eleganti Hiſtoria Vitæ Ciceronis Vol. I. præf. p. XXV. ſq. quod nunquam auſus eſſet Calenus ejusmodi fœdas calumnias in Ciceronem effundere coram ſenatu eo tempore, quo maxima in ſenatu auctoritate Cicero valebat: & quod Calenum Cicero, quanqam reprehenderit ſæpius, ſalva tamen amicitia reprehenderit. Phil. VIII. 5. 6. XI. 6 Interim ſatis videtur Fabricius noſter demonſtraſſe, non ſic conficta eſſe omnia, quin materiam ſuppeditarint Antonii ἀντιγραφαὶ, vel etiam orationes in ſenatu habitæ; quæ proinde in Ciceronem iniquior Dio, ſub Caleni perſona, gaudet, quam fieri poteſt virulentiſſimo ſtilo ornata, proferre; forte quod Calenum Ciceroni acerbius reſpondiſſe hiſtoria prodebat. REIM.

§ 4. (l. 30.) *τόν τε Καίσαρα τῷ Πομπηίῳ συγκρούσας*] Philippica II. 9. ad Antonium Cicero: *Quod dicere auſus es, idque multis verbis, opera mea Pompejum a Cæſaris amicitia eſſe disjunctum, ob eamque cauſſam mea culpa civile bellum eſſe natum: in eo non tu quidem tota re, ſed quod maximum eſt, temporibus erraſti. Ego M. Bibulo, præſtantiſſimo civi, Conſule, nihil prætermiſi, quantum facere nitique potui, quin Pompejum a Cæſaris conjunctione avocarem. In quo Cæſar felicior fuit. Ipſe enim Pompejum a mea familiaritate disjunxit. Poſtea vero quam ſe totum Pompejus Cæſari tradidit, quid ego illum ab eo diſtrahere conarer? ſtulti erat ſperare, ſuadere impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompejo ſuaſerim. Ea velim reprehendas, ſi potes: Unum, ne quinquennii imperium Cæſari prorogaret: alterum, ne pateretur ferri, ut abſentis ejus ratio haberetur. Quorum ſi utrumvis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſemus.*

§ 5. (l. 32.) *καὶ τὰ Ἀντωνίου ψηφίσασθαι*] Supra p. 284. A. 153. C. D.

§ 6. (l. 34.) *τὸν Πομπήϊον*] Supra p. 155. ſq. Ciceronis autem ſuaſione hoc magis factum eſſe, quam Pompeji metu, ut Roma Italiaque relicta, Macedoniam peteret, nullo certo & explorato teſtimonio puto conſtare.

§ 7. (l. 38.) *τόν τε Κλώδιον*] Refellit hoc Cicero Philippica II. 20. licet Milonem, qui Clodium interfecit, defendit notiſſima illa, quæ extat, oratione.

§ 8. (l. 39.) *διὰ Βρούτου φονεύσας*] Hoc quoque confutat Philippicæ ſecundæ capite undecimo ac duodecimo, licet iterum a Caleno objicitur p. 306. D. vide quæ ſupra p. 290. D. 249. D.

§ 9. (l. 40.) *τὸν Κατιλῖναν ἐκπολεμώσας ἡμῖν*] Ex urbe ejiciendo. p. 44. E.

§ 10. (l. 41.) *τὸν Λέντλον*] Pag. 45. B. 46. C. 67. E.

§ 11. (l. 43.) *δίκην παρ' αὐτοῦ λαβόντες*] His verbis exilium Ciceroni objicitur, quod Clodii lege illi irrogatum fuit, de quo ſupra p. 70.

§ 12. (l. 48.) *ἀπεδήμησε*] De profectionis ſuæ & reditus cauſſa ac conſilio audiendus Cicero ipſe Philippica I. c. 2. ſq. & quæ notata ad ſuperiorem librum p. 279. B. nec non quæ viri docti ad hæc Ciceronis XVI. 3. ad Attic. *relinquimus enim pacem, ut ad bellum revertamur.*

§ 13. (l. 52.) *τῷ τε υἱεῖ καὶ ταῖς Ἀθήναις*] Ciceronis filium Athenis ſtudiorum cauſſa verſatum cum Cratippo, notum eſt vel ex iis, quæ ad eum ſcribit in limine primi de officiis libri. Pater autem Athenas, quo tendebat, tunc non venit, ſed in Sicilia excitatus ſermone eorum, qui Roma venientes Antonium nunciabant ſignum ad præclare de Repub. ſperandum ſuſtuliſſe, in urbem revertere, quam proficiſci in Græciam, maluit.

§ 14. (l. 53.) *ὃν τέως ἀγαπᾷν ἔλεγεν*] Vide ſi placet notata ad p. 295. B.

§ 15. (l. 54.) *ὑβρίζει καὶ λοιδορεῖ*] Non uno loco teſtatur Cicero,

" τὰ πράγμαθ' ὑμῶν δι' [c] Ἀντώνιον ὅτι μάλιστα (ὡς
" οὐδ' αὐτὸς [d] ἀρνεῖσθαι δύναται) καλέσῃ, [12] ἀπε-
" δήμησε, καὶ ἀλλότριον καὶ ἐπικίνδυνον ἑαυτῷ τὸν
" τῆς ὁμονοίας ἡμῶν βίον εἶναι νομίζων· ἐπεὶ δὲ
" τεταραγμένα αὖθις αὐτὰ ἤθελο, μακρὰν χαίρειν
B " [13] τῷ τε ὑεῖ καὶ ταῖς Ἀθήναις φράσας, ἐπα-
" νῆλθε; καὶ τὸν μὲν Ἀντώνιον, [14] ὃν τέως ἀγα-
" πᾶν ἔλεγεν, [15] ὑβρίζει καὶ λοιδορεῖ· τῷ δὲ δὴ Καί-
" σαρι, [16] ὃν καὶ τὸν πατέρα ἀπέκτεινε, συναίρει·
" κἂν οὕτω τύχῃ, κἀκείνῳ οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιθήσεται;
" ἄπιστός τε γὰρ φύσει καὶ ταραχώδης ἐστὶ, καὶ οὔτε
" τι ἔρμα ἐν τῇ ψυχῇ ἔχει, καὶ πάντα ἀεὶ κυκᾷ καὶ
" στρέφει, πλείονας μὲν τροπὰς τρεπόμενος [17] τοῦ
" πορθμοῦ, πρὸς ὃν ἔφυγεν, (ἐφ' ᾧπερ καὶ [18] αὐ-
" τόμολος ἐπωνομάσθη) πάντας δὲ [e] ὑμᾶς ἀξιῶν καὶ
" φίλον καὶ ἐχθρὸν νομίζειν, ὃν ἂν αὐτὸς κελεύσῃ.

" Διὰ μὲν δὴ ταῦτα φυλάττεσθε τὸν ἄνθρωπον.
C " [19] γόης γάρ ἐστι, καὶ μάγος, καὶ [20] ἐκ μὲν τῶν
" κακῶν τῶν ἀλλοτρίων καὶ πλουτεῖ καὶ ἄυξει, συ-
" κοφαντῶν, ἕλκων, σπαράττων τοὺς μηδὲν ἀδικοῦν-
" τας, ὥσπερ οἱ κύνες· ἐν δὲ δὴ τῇ κοινῇ ὁμονοίᾳ
" ἀποῤῥεῖ καὶ φθίνει. οὔτε γὰρ ἡ φιλία, οὔθ' ἡ
" εὔνοια ἡμῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους τοιοῦτον δύναται τρέ-
" φειν ῥήτορα. ἐπεὶ πόθεν ἄλλοθεν πεπλουτηκέναι αὐ-
" τὸν οἴεσθε; πόθεν μέγαν γεγονέναι; οὐ γάρ που καὶ
" [21] ὁ πατὴρ αὐτῷ κναφεὺς, ὁ τάς τε σαφύλας καὶ
" τὰς ἐλαίας ἀεί ποτε ἐργολαβῶν, ἢ γένος ἢ πλοῦτον
" καὶ ἔλιπεν, ἄνθρωπος ἀγαπητῶς ἔκ τε τούτων καὶ ἐκ
D " τῶν πλυνῶν διατρεφόμενος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν
" καὶ νύκτα τῶν αἰσχίστων ἀναπιμπλάμενος. ἐν οἷς
" αὐτὸς τραφεὶς, οὐκ ἀπεικότως τοὺς κρείττονας αὐτοῦ
" [22] καὶ παῖει καὶ πλύνει, λοιδορίαις τισὶν ἐξ ἐργαση-
" ρίων καὶ τριόδων [f] ἐπιτηδευμέναις χρώμενος.

Ἔτα

negare potest) potissimum constitutis, perege abierit, vitam nostram concordem alienam ac periculosam sibi fore existimans? mox ubi conturbatas iterum res intellexit, multa salute filio Athenisque dicta, redierit? Atque is Antonium, quem amaviſſe hactenus dicit, contumeliis opprobriisque incessit: Cæsaris vero, cujus patrem quoque interemit, partes fovet, ipsi pariter per occasionem paulo post insidiaturus: homo natura infidelis ac turbulentus, cujusque animus nullis repagulis continetur: qui omnia semper miscet ac conturbat, pluribus ipse vicibus, quam is, ad quem confugit, Euripus, versatilis: ut recte nomen transfugæ inde invenerit: isque suo ex arbitrio quosvis vos vel amicos vel hostes judicare jubet. „ A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

4. " Eum hominem vobis cavendum has ob causas existimo. Est enim impostor ac præstigiator, qui ex malis aliorum divitias remque suam auget, calumniando, trahendo, ac more canum lacerando innoxios: idemque communi in concordia diffluit ac tabescit. Neque enim hujusmodi orator amicitia benevolentiaque nostrum mutua alere se potest: nam quibus aliis artibus eum ad divitias, præstantiamque istam perveniſſe censetis? Neque enim pater ei genus opesve reliquit, fullo, operasque in calcandis uvis ac olivis premendis locans: eoque quæstu, & eluendis pannis, vitam sustentare contentus: sordidissimo victu interdiu noctuque se explens. Inter quæ noster hic educatus, haud absurde ad meliores se conculcandos & eluendos accedit; convitiis ex officinis sedentariis triviisque depromptis instructus.

5. Ergo

[c] δι' Ἀντώνιον ὅτι μάλιστα. sic vulgo. emenda, ὅτι μάλιστα, X. forte ἐς τὰ μάλιστα. Od. illud prætuli propter frequentem confusionem particularum ἔτι & ὅτι. possit addi, δι' Ἀντωνίου. sed scio, etiam cum accusativo interdum *per* significare præpositionem διὰ, ut infra p. 299. A. &c. [d] ἀρνᾶσθαι. ἀρνήσασθαι, Med. [e] ὑμᾶς. sic HS. L. ἡμᾶς, RS. [f] ἐπιτηδευμέναις. sic V. a. & Med. quod præfero vulgato ἐπιτηδευμένως.

Cicero, provocatum se injuriis, & contumeliis in se jactis ab Antonio lacessitum. Philippica V. 7. *At ille homo vehemens & violentus —— inimicitias mihi denunciavit: adesse in senatu jussit ad diem XIII. Kal. Octobr. ipse interea septendecim dies de me in Tiburtino Scipionis declamavit.* & Philippica II. 17. *Hæc at colligeres, homo amentissime, tot dies in aliena villa declamasti?* & c. 1. *Nemo illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes a me reipub. caussa lacessiti. Tu ne verbo quidem violatus —— ultro me maledictis lacessisti, tuamque a me alienationem, commendationem tibi ad cives impios fore putavisti.* & c. 18. *Hæc tu cum per me acta meminisses, nisi illis quos videmus gladiis confideres, maledictis me provocare ausus esses?* & c. 24. *Licuitne mihi per tuas contumelias hoc beneficium sic tueri, ut tuebar, præsertim cum te hæc auditurum videres?* & XIII. 8. *Sed quomodo aspiciam mihi uni crudelissimum hostem, ut declarant ejus de me acerbissimæ conciones.*

§ 16. (l. 55.) ὃν καὶ τὸν πατέρα ἀπέκτεινε] Julium Cæsarem, qui Augustum adoptavit, interfectum a Cicerone, Calenus jam calumniatus est supra p. 295. E.

§ 17. (l. 59.) τοῦ πορθμοῦ] Fretum Siculum, quod vivis coloribus depingit Justinus IV. 1. *nusquam alias tam torrens fretum, nec solum citato impetu, verum etiam sævo, neque experientibus modo terribile, verum etiam procul videntibus. Undarum porro inter se concurrentium tanta pugna est, ut alias veluti terga dantes in imum desidere, alias quasi victrices in sublime ferri videas: nunc hic fremitum ferventis æstus, nunc illic gemitum in voraginem desidentis exaudias.*

Quanquam non ultra fretum Siculum progressus est Cicero; tamen videtur hic Dio eundem Athenas usque cum filio profectum fingere. vide § 13. Igitur Dio non ad historiæ fidem, sed fictioni vel errori suo congruenter exponendus erit, ut intelligamus Euripum non procul Athenis, fretum nempe inter Eubœam & Bœotiam, quod constat versatile fuisse ad proverbium usque. Seneca Herc. Oet. 778.

Euripus undas flectit instabiles vagus
Septemque cursus flectit, & totidem refert.

Claudianus in Rufin. lib. I. v. 92.

Euripi restuis incertius undis.

Plura dabit Eruditiss. Cellarius Geogr. antiqua, tomo I. p. 1136. Reim.

§ 18. (l. 60.) αὐτόμολος] Supra p. 21. C. & 120. B. 306. B.

§ 19. (l. 64.) γόης καὶ μάγος] Qui dicendi arte potest caussas in omnem partem vetere, & τὸν λόγον κρείττονα, ἥττονα ποιεῖν.

§ 20. (l. 64.) ἐκ κακῶν τῶν ἀλλοτρίων] Conf. p. 297. B.

§ 21. (l. 72.) ὁ πατὴρ αὐτῷ κναφεύς] Plutarchus p. 861. auctor est, fuisse qui patrem Ciceronis ἐν κναφείῳ τινὶ καὶ γενέσθαι καὶ τραφῆναι, *in officina fullonia & natum* affirmaverint, & *educatum*: aliis ad Appium Tullium Volscorum regem genus ejus referentibus. Neque vero necesse est, fullones esse omnes, qui in κναφείῳ nascuntur, nec qui ruri, agricolas, ut recte in Quæstura Corradus, qui patrem Ciceronis excultum litteris, & virum optimum ac prudentissimum a filio lib. II. de Oratore c. 66. appellari observat p. 37. Cæterum ipse adeo se non parentum nobilitate efferebat Cicero, ut subinde præ se ferret, honores datos *moribus suis, non majoribus*, in Pisonem c. 1. sq. *hominem per se cognitum*, Catilin. I. c. 11. *a se ortum* Philippica VI. 6. *vir novitatis nobilissimæ, qui omnia incrementa sua sibi debuit.* Vellej. II 34.

§ 22. (l. 78.) καὶ παῖει καὶ πλύνει] Pollux VII. Sect. 37. τοῦ κναφέως ἡγεῖται τὸ συμπαίειν. Idem mox Sect. 38. τὸ λοιδορεῖν πλύνειν.

A.U.C.711 Hirtio&Pansa COSS.

5. "Ergo talis quum sis, qui nudus inter nudos adoleveris, sordes ovium, simumque suum, & merdam humanam colligens, ausus es, homo impurissime, primum Antonii adolescentiam calumniari, qui pædagogis præceptoribusque, ut suo genere dignum erat, usus est? deinde id vitio vertere, quod Lupercalia, festum a majoribus ad nos deductum, faciens, nudus in forum venit? Sed heus tu, qui semper secundum paternum artificium vestibus alienis usus, atque ab obviis, eas agnoscentibus, iisdem exutus es, quid faceret aliud homo non modo sacerdos, sed & collegii ejus princeps? nonne ducenda ea pompa, peragendum id festum, sacrificandum ritu a majoribus instituto fuit? nonne denudandum corpus? nonne inungendum? Non hæc, inquis, criminor: sed quod nudus in foro conspectus est, quod concionem talem habuit. Quippe in fullonia officina ita accurate, quid quemque deceret, didicit; ut quid peccatum esset, vere intelligere, ejusque causa objurgare Antonium jure posset. „

6. "Verum ego pro his omnia, quæ ad rem pertinent, deinceps commemorabo, nunc percontari ab eo quædam libet. Nonne tu inter aliorum damna educatus, inter vicinorum calamitates institutus es, ideoque liberalem disciplinam tenes nullam? hoc vero loco collegium paravisti, ubi meretricis in morem semper eum, qui det aliquid, exspectas: ac quasi lenones tuorum emolumentorum certos semper habens, curiose inquiris, quis quem injuria affecerit, aut affecisse videatur; quis quem odio habeat; quis cui insidias struat? His ades, hinc te alis, his spem fortunæ obnoxiam venditas, his in suffragiis judicum obtinendis mercede conductus operam navas. Amicum hunc solum habes, qui plurimum quovis tempore dat: inimicos vero omnes, quibus nihil est negotiorum, aut qui alium quam te patronum deligunt: quos jam in manibus tuis habes, quasi ignorans negligis, imo in

"Εἶτα τοιοῦτος αὐλὸς ὢν, καὶ γυμνὸς ἐν γυμνοῖς ἀυξηθεὶς, καὶ ς οἰσπώτας [23] καὶ ὑσπελέθους καὶ σπαλίλας συλλέγων, ἐτόλμησας, ὦ μιαρώταλε, πρῶτον μὲν τὴν [24] Ἀνλωνίου ὥραν διαβαλεῖν, ἀνθρώπου καὶ παιδαγωγοῖς καὶ διδασκάλοις καλὰ τὴν τοῦ γένους ἀξίαν κεχρημένου; ἔπειλα δὲ καληγορῆσαι, ὅτι [25] τὰ Λυκαῖα τὴν πάτριον ἑορλὴν ποιῶν, γυμνὸς ἐς τὴν ἀγορὰν ἐσῆλθεν; ἀλλὰ τί (ὦ [26] πάσαις μὲν ταῖς ἀλλοδαπαῖς ἐσθῆσι, διὰ τὴν παλρῴαν τέχνην ἀεὶ χρησάμενος, ὑφ' ἁπάνλων δὲ τῶν ἀπανλώνλων καὶ γνωριζόνλων αὐλὰς ἀποδυθεὶς) ἐχρῆν ποιῆσαι ἄνθρωπον μὴ μόνον ἱερέα, ἀλλὰ καὶ [27] ἡγεμόνα τῶν συνιερέων ὄνλα; μὴ πέμψαι τὴν πομπήν; μὴ ἑορλάσαι τὴν ἑορλήν; μὴ θῦσαι καλὰ τὰ πάτρια; [28] μὴ γυμνωθῆναι; μὴ ἀλεῖψαι; ἀλλ' οὐ τοῦτ' αὐλῷ (φησὶν) ἐγκαλῶ, ἀλλ' ὅτι τε γυμνὸς ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ ὅτι τοιαῦτα ἐδημηγόρησε. πάνυ γὰρ πάνλα τὰ προσήκονλα ἀκριβῶς [29] ἐν τῷ κναφείῳ μεμάθηκεν, ἵνα καὶ ἀμαρλήμαλός τινος ἀληθινοῦ αἰσθάνηλαι, καὶ ἐπλιμᾷν αὐλῷ δικαίως δύνηλαι.

"Ἐγὼ δὲ ὑπὲρ μὲν ἐκείνων μελὰ ταῦτα ἃ προσήκει πάνλα ἐρῶ· τοῦτον δὲ ἐν τῷ παρόνλι ἀνερέσθαί τι βούλομαι. οὐ σὺ μένλοι ἔν τε τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐνλέθραψαι, καὶ ἐν ταῖς τῶν πέλας συμφοραῖς ἐκπεπαίδευσαι; καὶ διὰ τοῦτο ἐλευθέριον μὲν μάθημα οὐδὲν ἐπίσασαι, [30] συνέδριον δέ τι καλασκευάσας ἐνταῦθα, ὥσπερ αἱ πόρναι, τὸν δώσονλά τι ἀεὶ ἀναμένεις; καὶ προαγωγέας τῶν λημμάτων ἀεὶ ἔχων [b] πολυπραγμονεῖς τίς τίνα ἠδίκηκεν, ἢ δοκεῖ γε ἠδικηκέναι; τίς τίνα μισεῖ; τίς τίνι ἐπιβουλεύει; καὶ τούτοις συναίρῃ, καὶ διὰ τούτων τρέφῃ· πωλῶν μὲν αὐτοῖς τὰς παρὰ τῆς τύχης ἐλπίδας, ἐργολαβῶν δὲ καὶ τὰς τῶν δικασῶν ἀποφάσεις· καὶ φίλον μὲν μόνον τὸν τὸ πλέον ἀεὶ δόνλα, ἐχθροὺς δὲ δὴ πάνλας τοὺς ἀπραγμονας, ἢ καὶ ἄλλῳ τινὶ συνηγόρῳ χρωμένους νομίζων, καὶ τοὺς μὲν ἐν χερσὶν ἤδη ὄνλας οὐδ'

g οἰσπώτας. sic rectius scribi, quam οἰσπότας, quod editiones Dionis exhibent, docebit F. cui præiverat Lamb. Bos Animadvers. ad Scriptt. Gr. p. 29. & Henr. Stephanus, in οἰσπώτη hunc locum adducens, qui tamen addit: *sed est aut* οἰσπώτη aut οἰσπάτη *scribendum.* hoc nempe ex Hesychio. οἰσπάτας & ὑσπελέθους, Od. b προαγωγέας τῶν λημμάτων ἀεὶ ἔχων. Hic Dionis locus a Basilio, scholiaste Gregorii Nazianzeni, ad Orat. XXIV. p. 327. edit. Morelli, a verbis ὥσπερ αἱ πόρναι — διὰ τούτων τρέφῃ, adducitur: ubi loco προαγωγέας, est προσαγωγοὺς, loco ἀεὶ ἔχων, est πολλοὺς ἔχων (quod posterius confirmat & V. a. & Med.) pro ἠδίκηκεν, est ἠδίκησεν. omittitur autem τίς τίνα μισεῖ.

§ 23. (l. 81.) οἰσπώτας καὶ ὑσπελέθους καὶ σπαλίλας] Hesychius σπαλίλην interpretatur retrimentum, sive merdam fluxæ alvi, τὸ ὑγρὸν διαχώρημα. Scholia Aristophanis ad pacem v. 48. ὡς κᾆνος ἀναιδῶς τὴν σπατίλην ἐθίει] σπάλιλη, ἡ ἀνθρωπίνη κόπρος. Ut vero σπαλίλη hominis, ita ὑσπέλεθος fimus porci, teste Polluce lib. V. Sect. 91. οἰσπώτη ovis, sive sordes lanarum. Hesychio οἰσπάτη. Suidas οἰσπώτη, ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων. Ita & Etymologicum magnum & scholia Aristophanis ad Lysistratam, v. 575. Apud Pollucem mendose pro οἰσπώτην, in editis fuit οἴπλωλον, ut in nova editione est annotatum.

§ 24. (l. 83.) τὴν Ἀνλωνίου ὥραν] ὥραν ἡλικίας, sive florem adolescentiæ ætatisque juvenilis in Antonio perstringit & exagitat Cicero Philippica II. 17. sq.

§ 25. (l. 86.) τὰ Λυκαῖα] Supra ad p. 285. C. sq.

§ 26. (l. 88.) πάσαις μὲν ταῖς ἀλλοδαπαῖς ἐσθῆσι] Frigidum scomma, petitum a fullone, vestimentis quæ purganda ipsi data sunt utente pro suis.

§ 27. (l. 92.) ἡγεμόνα τῶν συνιερέων] Antonius flamen Julii & novi ordinis Lupercorum Juliorum præcipuus. De illo collegio ac de Lupercalibus, dictum p. 243. B. & de Antonii facto p. 245. D. 285. C. D.

§ 28. (l. 95.) μὴ γυμνωθῆναι; μὴ ἀλεῖψαι;] Antonius ab Appiano II. civil. p. 496. describitur διαθέων, ut mos lupercis, γυμνὸς ἀλειλιμμένος. Et Plutarchus in Antonio p. 921. annotat, Lupercos discurrere solitos ἀλειλεμμένους λίπα. Mentio iterum infra p. 302. D.

§ 29. (l. 99.) ἐν τῷ κναφείῳ] *Fullonium* vocat Ammianus Marcellinus XIV. ult. *Hæc* (fortuna) *Adramytenum Audriscum in fullonio natum ad pseudo-Philippi nomen evexit.* Adsentitur autem Calenus iis, qui Ciceronem, sicut patrem, natum educatumque in κναφείῳ dictitabant, ut ex Plutarcho notavi ad p. 296. C.

§ 30. (l. 8.) συνέδριόν τι καλασκευάσας ἐνλαῦθα] His verbis reprehendit Ciceronis actiones forenses, quas ad lucrum comparatas, & expositam plus danti venalem eloquentiam criminatur.

§ 31. (l. 24.) Βαμβαλίωνα] Balbum, minimeque disertum, vide dicta ad p. 294. C.

" οὐδ' εἰδέναι δοκῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ὄχλου ποιούμε-
" νος, τοὺς δ' ἄλλοι προσιόντας σαίνων καὶ γε-
" λῶν, ὥσπερ αἱ πανδοκεύτριαι;

in majores moleſtias conjicis: qui vero jam primum ad te accedunt, eis ablandiris ac arrides, quemadmodum cauponæ ſolent. „ A.U.C.711 Hirtio&Pansa COSS.

D " Καὶ πόσῳ κρεῖττον ἦν καὶ σὲ [31] Βαμ-
" βαλίωνα γεγονέναι, (εἴγε τις ὁ Βαμβα-
" λίων ὅλος ἐστὶν) ἢ τοιοῦτον ἐπαινῆσθαι βίον,
" ἐν ᾧ πᾶσα ἀνάγκη ἦτοι τὸν ὑπὲρ τοῦ δι-
" καίου λόγον πωλεῖν, ἢ καὶ τοὺς ἀδικοῦντας
" σώζειν; καίτοι σύγε οὐδὲ ταῦτα καλῶς ποιεῖς,
" καίπερ [32] τρία ἐν Ἀθήναις ἔτη καταβρίψας.
" δύνασαί που; πόθεν; ὅστις [33] ὑποβρέμων
" αἰεὶ πρὸς τὰ δικαστήρια προσέρχῃ, καθάπερ
" ὁπλομαχεῖν ἰ μέλλων, καὶ φθεγξάμενος τα-
" πεινόν τι καὶ τεθνηκὸς, ἀπαλλάττῃ μήθ'
" ὧν οἴκοθεν ἐσκεμμένος ἥκεις μνημονεύων, μή-
E " τε ἐκ τοῦ παραχρῆμά τι εἰπεῖν εὑρίσκων.
" ἐς μὲν γὰρ τὸ φῆσαι καὶ ὑποσχέσθαί τι, θρα-
" σύτητι πάντας ἀνθρώπους ὑπερβάλλεις, ἐν δὲ
" δὴ τοῖς ἀγῶσιν αὐτοῖς, ἔξω τοῦ λοιδορῆσαί
" τινα καὶ κακῶς εἰπεῖν, καὶ ἀσθενέστατος καὶ
" δειλότατος εἶ. ἢ οἴει τινὰ ἀγνοεῖν, [34] ὅτι
" μηδένα τῶν θαυμασῶν σου τούτων λόγων, οὓς
298 " ἐκδέδωκας, εἴρηκας, ἀλλὰ πάντας αὐτοὺς με-
" τὰ ταῦτα συγγέγραφας, ὥσπερ οἱ τοὺς τε
" στρατηγοὺς καὶ τοὺς ἱππάρχους τοὺς πηλίνους
" πλάττοντες; εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἀναμνήσθητι [35] πῶς
" μὲν τοῦ Ὀυέρρου κατηγόρησας, καίπερ καὶ
" ἐκ τῆς τέχνης τι τῆς πατρῴας αὐτῷ παραχών,
" [36] ὅτε ἐνούρησας. ἀλλὰ γὰρ οἶκτῳ, μὴ τὰ
" [k] προσήκοντά σοι ἀκριβῶς λέγων, αὐτὸς οὐ-
" προσήκοντας ἐμαυτῷ λόγους ποιεῖσθαι δόξω.

7. " Quanto autem melius fuerat tecum actum, ſi Bambalio ipſe fuiſſes; (modo quis omnino eſt Bambalio) quam id vitæ genus aſſumpſiſſe, in quo neceſſarium omnino eſt, aut ſermonem pro juſta cauſa venalem habere, aut injuſtos tueri? Quanquam ne hæc quidem recte præſtas, licet triennium totum Athenis commoratus. Ubi enim, aut unde illa tua in dicendo vis? qui ita tremebundus ad tribunal accedere ſoles, ac ſi de vita dimicaturus ſis: locutusque humile quid, & exanimum, diſcedis; neque eorum memor, quæ domi præmeditatus fueras; neque quod ex tempore dicas, inveniens quicquam. Enimvero audacia in affirmando, & promittendo, omnes homines excedis: in ipſis autem certaminibus, ſi convitia ac maledicta ſejungo, infirmiſſimus es timidiſſimusque. Putaſne eſſe quenquam, qui ignoret, nullam admirabilium earum orationum tuarum, quas edidiſti, a te dictam eſſe; ſed omnes deinde conſcriptas, eo modo, ut qui duces ac magiſtros equitum ex luto fingunt? Quod ſi negas, recordare, quomodo Verrem accuſaveris; licet etiam ex arte paterna nonnihil adhibueris, qui temet permingeres. At enim metuo, ne, dum quæ in te conveniunt, accurate dixero, videar orationem ipſi mihi parum convenientem habere. „

" Ταῦτα μὲν οὖν ἐάσω, καὶ νὴ Δία καὶ [37] τὸν
" Γαουΐνιον, ᾧ τοὺς κατηγόρους παρασκευάσας, ἔπει-
B " τα οὕτω συνεῖπες, ὥστ' αὐτὸν καταδικασθῆναι· τά
" τε συγγράμματα, ἃ [38] καὶ τῶν φίλων συγγρά-
" φεις, ἐφ' οἷς οὕτως αὐτῷ ἀδικοῦντι σύνοισθα, ὥσ-
" τε μηδὲ δημοσιεύειν αὐτὰ τολμᾷν. καίτοι καὶ
" χειλιώτατον καὶ ἐλεεινότατόν ἐστι, μὴ δύνασθαι ταῦ-
" τα ἀρνήσασθαι ἃ πάντων αἴσχιστόν ἐστιν ὁμολογῆ-
" σαι. ἀλλ' ἐγὼ ταῦτα μὲν παραλείψω, τὰ δὲ δὴ
" λοιπὰ ἐπεξάξω. ἡμεῖς μὲν γὰρ, καίπερ διχίλια
τῷ

8. " Itaque ea miſſa faciam, ac Gabinii quoque mehercle cauſam: cui quum accuſatores ſubornaſſes, deinde ita pro eo dixiſti, ut damnatus fuerit. Omittam etiam libros, quos contra amicos conſcribis; in quibus adeo tibi ipſi improbitatis conſcius es, ut in publicum emittere eos non audeas. Certe miſerrimum eſt, ea non poſſe negare, quæ fateri ſit turpiſſimum. Sed his miſſis, reliqua producam. Nos ſane, qui bis mille jugera agri Leontini (quod tu dicis) magiſtro

i μέλλων. θέλων, V. b. *k* προσήκοντά σοι. ita V. b. quod opponitur ſequenti προσήκοντας ἐμαυτῷ λόγους. quare vix credo quenquam fore, quin hanc lectionem præferat vulgatæ προσόντα σοι.

§ 32. (l. 30.) τρία ἐν Ἀθήναις ἔτη καταβρίψας] Euſebius in Chronico: *Roſcio contra Chryſogonum defenſo, Cicero Athenas ſecedit, & inde poſt triennium Romam regreditur.* Adde Franciſcum Fabricium in Ciceronis vita ad A. U. C. 673. ſq. Ciceronis 27. 28. 29.

§ 33. (l. 31.) ὑποβρέμων αἰεὶ] Plutarchus in Cicerone p. 878. οὐ μόνον ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ὅπλοις ἀθαρσὴς, ἀλλὰ καὶ τῷ λέγειν μετὰ φόβου προσῄει, καὶ μόλις ἐπαύσατο παλλόμενος καὶ τρέμων, ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων ἄκμην τοῦ λόγου καὶ χάριν λαβόντος. Timoris ſui & perturbationis ſuæ meminit ipſe in exordio Milonianæ. Sed & in limine orationis pro A. Cæcina, negat tantum in foro & judiciis valere impudentiam, quantum audacia poteſt in agro locisque deſertis.

§ 34. (l. 41.) ὅτι μηδένα — ἔρηκας] Orationes quasdam aliter habuiſſe Ciceronem, atque elaboratiores deinde ediditſe, negari non poteſt. Ita de Miloniana notavit Dio ſupra, p. 146. A. & apud Hieronymum adverſus errores Johannis Hieroſolym. velut ſingulare refert Cornelius Nepos, ſe præſente iisdem pœne verbis quibus edita eſt, eam pro Cornelio, ſeditioſo tribuno, defenſionem a Tullio peroratam. Sic Plinius longe diligentius ſcripſit panegyricum, quam in ſenatu dixerat, & Apulejus Apologiam.

§ 35. (l. 46.) πῶς μὲν τοῦ Ὀυέρρου] Actio in Verrem prima tantummodo dicta eſt a Cicerone in judicio, cæteræ orationes poſtea ſcriptæ ſunt, ut teſtatur vetus anonymus ſcholiaſtes, & firmat Aſconius, narrans, Ciceronem ſicut victoriæ conſuluerat brevitate dicendi, ita laudem eloquentiæ tanquam repetita accuſatione eſſe conſecutum reliquorum in Verrem conſcriptione librorum.

§ 36. (l. 49.) ὅτε ἐνούρησας] Objicit hoc Calenus, ut patrem fullonem Ciceroni exprobret; nam urina fullones ad eluendos pannos utebantur, unde Galenus de urina tractandum ait fulloni potius quam Medico lib. III. ὑγιεινῶν. Inde a fullonibus pendendum fuiſſe putant vectigal, quo urinam oneravit Veſpaſianus, de quo infra p. 751. E. & viri docti ad Suetonii Veſpaſianum c. 7.

§ 37. (l. 52.) τὸν Γαουΐνιον] A. Gabinio adverſarius primum, deinde in Pompeji gratiam defenſor Cicero, ut dictum lib. XXXIX. p. 118. A. & 119. B. ubi etiam de Gabinii damnatione.

§ 38. (l. 55.) καὶ τῶν φίλων συγγράφεις] Non dubitaſſet Calenus, vel Dio, nominetenus illos amicos appellare, ſi criminationem hanc ſuam probatam dare potuiſſet. [Reſpicit librum ἀποῤῥήτων contra Cæſarem, Craſſum & alios, de quo Dio p. 96. D. E.]

A.U.C.711 Hirtio & Panſa COSS.

giſtro dedimus, nihil iis dignum didicimus: tuas vero artes quis non miretur? Quæ ſunt autem eæ? ſemper meliori invidere, excellentioribus æmulari, calumniari eos qui honore præſtant, obtrectare potentibus, omnes ex æquo bonos odiſſe, amorem erga eos tantum præ te ferre, per quos malum aliquod facinus editurum te ſperes: ejusque rei cauſa ſubinde minores adverſus ſeniores concitare: fidem tibi habentes, poſtquam in periculum adduxeris, deſerere. „

9. " Quod ita eſſe, ſatis ex hoc conſtat, quod nullam illuſtri viro dignam rem neque in pace, neque in bello, unquam confeciſti. Quo enim in bello vicimus te duce, aut quam regionem conſule te populus Romanus acquiſivit? Verum tu primores ſemper fraude circumveniens, ac tibi adjungens, clam per eos rempublicam regis, & ex animi tui ſententia omnia perficis: publice autem temere vociferaris, jactans putidas haſce voces: Ego ſolus vos amo, & (ſi ita fortuna ferat) unus itemque alter, reliqui omnes vos odio habent: Ego ſolus bene vobis cupio, reliqui omnes inſidiantur. His & hujusmodi aliis verbis nonnullos a te elatos inflatosque prodis, alios territos tibi adjungis. Tum ſi quid boni usquam aliquis peregit, id tibi ſumis, tuumque adſcribis nomen, dictitans: Ego dixi, ego ſubſcripſi, per me ſic illa geſta ſunt. Sin aliquid ſequius cecidit, te ipſum eximis, reliquos omnes culpas: Egone vero, inquis, prætor, aut legatus, aut conſul fui? Ita ubique omnibus convitia facere ſoles, pluris eam vim orationis æſtimans, ut ex audacia liber in dicendo videaris, quam ut aliquid eorum, quæ ex uſu ſint, proferas; nec ſpecimen ullum oratoris exhibes, quod aliquo haberi numero poſſit. „

10. " Quæ enim res a te publica conſervata, aut reſtituta eſt? quem in patriam vere injurium in jus pertraxiſti? quem re vera nobis inſidiantem indicaviſti? Nam ut reliqua prætereram, ea ipſa, quorum nunc Antonium accuſas, talia & tanta ſunt, ut nulla eis ſatis digna ſtatui pœna poſſit. Quid igitur cauſæ fuit, cur, quum ab initio videres nos ab eo injuriis premi, (id enim tu affirmas) non ſtatim eum vindicandum duceres, aut accuſares? Nunc nobis recenſes, quæ is tribunus plebis contra leges fecerit, quæ magiſter equitum peccata admiſerit, quæ conſul maleficia perpetrarit: quum in promptu fuerit tibi, ſtatim de ſingulis pœnam meritam ab eo jure

" τῷ διδασκάλῳ [39] πλέθρα τῆς Λεοντίνων γῆς, ὡς φὴς, δεδωκότες, οὐδὲν ἄξιον αὐτῶν ἐμάθομεν· τὰ δὲ δὴ σὰ παιδεύματα τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε; τίνα δ' ἐστὶ ταῦτα; φθονεῖς ἀεὶ τῷ κρείττονι, βασκαίνεις ἀεὶ τὸν [1] προήκοντα, διαβάλλεις τὸν προτετιμημένον, συκοφαντεῖς τὸν δεδυνημένον, καὶ μισεῖς μὲν τοὺς ἀγαθοὺς ὁμοίως πάντας, προσποιῇ δὲ δὴ φιλεῖν ἐκείνους μόνους, δι' ὧν ἂν κακουργήσειν τι [m] προσδοκήσῃς. καὶ διὰ τοῦτο τούς τε νεωτέρους ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀεὶ παροξύνεις, καὶ τοὺς πιστεύοντάς σοι καὶ ὁτιοῦν, ἐς κινδύνους προάγων, προλείπεις.

" Τεκμήριον δέ· [40] πρᾶξιν μὲν οὐδεμίαν πώποτε ἐλλογίμου ἀνδρὸς ἀξίαν, οὔτ' ἐν πολέμῳ, οὔτ' ἐν εἰρήνῃ, πέπραχας. ποίους μὲν γὰρ πολέμους ἐνίκησαμεν σοῦ στρατηγοῦντος; ποίαν δὲ χώραν ἐκτησάμεθα σοῦ ὑπατεύοντος; ἐξαπατῶν δὲ ἀεί τινας τῶν πρώτων καὶ σφετεριζόμενος, ἰδίᾳ μὲν διὰ τούτων πολιτεύῃ, καὶ πάνθ' ὅσα βούλει διοικεῖς, δημοσίᾳ δὲ βοᾷς ἄλλως, κεκραγὼς τοὺς μιαροὺς ἐκείνους λόγους· Ἐγὼ μόνος ὑμᾶς φιλῶ, (καὶ, εἰ οὕτω τύχοι) καὶ ὁ δεῖνα, οἱ δ' ἄλλοι πάντες μισοῦσι· καὶ, Ἐγὼ μόνος εὐνοῶ ὑμῖν, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἐπιβουλεύουσι· καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἐξ ὧν τοὺς μὲν ἐπαίρων καὶ Φυσῶν προδήλως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκπλήττων προσλήθεσαι. κἂν μέν τι χρηστὸν ὑφ' ὁτουδὴ τῶν πάντων γένηται, ἀνταποιῇ τε αὐτοῦ, καὶ σεαυτὸν ἐπ' αὐτὸ ἐπιγράφεις, θρυλλῶν· Ἐγὼ γὰρ εἶπον, ἐγὼ γὰρ ἐπέγραψα, καὶ δι' ἐμὲ ταῦτα πέπρακται οὕτω. ἂν δέ τι συμβῇ οἷον οὐκ ἔδει, σαυτὸν μὲν ἐξαίρεις, τοὺς δὲ δὴ ἄλλους πάντας αἰτιᾷ, λέγων· Μὴ γὰρ ἐστρατήγουν ἐγὼ; μὴ γὰρ ἐπρέσβευον; μὴ γὰρ ὑπάτευον; καὶ λοιδορεῖς μὲν ἀεὶ πάντας πανταχοῦ, [n] τὴν ἐκ τοῦ θρασέως παῤῥησιάζεσθαι δοκεῖν δύναμιν [o] περὶ πλείονος τἱ τῶν δεόντων εἰπεῖν ποιούμενος, ἔργον δὲ δὴ ῥήτορος οὐδὲν ἄξιον λόγου παρέχῃ.

" [p] Τί μὲν γὰρ τῶν κοινῶν ἢ σέσωσαι ἢ ἐπηνώρθωταί σου διά; τίνα δὲ ἀδικοῦντα [q] ὅλως τὴν πόλιν ἐσήγγελκας; τίνα ἐπιβουλεύοντα ἀληθῶς ἡμῖν ἐπιδέδειχας; ἵνα γὰρ τἆλλα ἐάσω, αὐτὰ ταῦθ' ἃ τῷ Ἀντωνίῳ νῦν ἐγκαλεῖς, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε μηδένα ἂν δίκην ἀξίαν αὐτῶν ὑποσχεῖν. τί ποτ' οὖν, ὁρῶν ἡμᾶς ἀπ' ἀρχῆς ὑπ' αὐτοῦ (ὥσπερ καὶ φὴς) ἀδικουμένους, οὐδέποτε ἐπεξῆλθες αὐτῷ παραχρῆμα, [41] οὐδὲ καταγόρησας; ἀλλὰ νῦν ἡμῖν λέγεις ὅσα δημαρχήσας παρηνόμησε, καὶ ὅσα ἱππαρχήσας ἐπλημμέλησε, καὶ ὅσα ὑπατεύσας ἐκακούργησεν, ἐξόν σοι τότε εὐθὺς καθ' ἕκαστον αὐτῶν τὴν προσήκουσαν παρ' αὐτοῦ δίκην εἰληφέναι,

l προήκοντα. sic ſcripſi pro προσήκοντα, monitu Xyl. frequentia erroris librariorum in hoc genere addit nobis fiduciam. propius etiam eſt lectioni vulgatæ quam Oddeyi προέχοντα. *m* προδοκήσῃς. sic HS. & L. προσδοκήσοις, RS. *n* τὴν ἐκ τοῦ θρασέως παῤῥησιάζεσθαι. τὴν τοῦ θρασέως παῤῥ. L. Od. ſed meminimus, ſupra quoque p. 292. B. dictum fuiſſe a Dione κολάζειν ἐκ τοῦ ὑπερφρονος. quæ locutio bene græca eſt, nec temere mutanda videtur. *o* περὶ πλείονος τἱ τῶν δεόντων. περὶ πλείονος ἢ τἱ τῶν δεόντων, L. poterat etiam dici τοῦ τἱ τῶν δεόντων εἰπεῖν. *p* τί μὲν γάρ. ſic Med. ſequitur τίνα δὲ. minus recte igitur vulgo μὲν omittitur. *q* ἀδικοῦντα ὅλως τὴν πόλιν. hæc lectio debetur codicibus V. a b. & Med. & confirmatur ſequentibus ἐπιβουλεύοντα ἀληθῶς ἡμῖν. vulgo ὅλως pro ὅντως ſcriptum erat.

§ 39. (l. 62.) πλέθρα τῆς Λεοντίνων γῆς] Supra p. 285. C.

§ 40. (l. 73.) πρᾶξιν μὲν οὐδεμίαν] Hoc iniquius dictum, quam verius, vel ſola Conſulatus ejus geſta convincunt, de quibus ipſe c. 2. in Piſonem.

§ 41. (l. 7.) οὐδὲ καταγόρησας] Quaſi vero intermiſiſſet Cicero reſiſtere Antonio tribuno, quem a ſenatu tunc condemnatum & urbe ejectum conſtat; vel quaſi deinde Cæſare rerum potito potuiſſet certamen adverſus Antonium Magiſtrum equitum, Conſule etiam cedente, ſuſcipere.

" Φέναμ, ἵνα αὐτός τε Φιλόπολις ὡς ἀληθῶς ὢν
" ἐπεφήνεις, καὶ ἡμεῖς καὶ ἀβλαβῆ καὶ ἀσφα-
" λῆ τὴν τιμωρίαν παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα ἐπε-
" ποιήμεθα. καὶ μὴν ἀνάγκη δυοῖν θάτερον,
C " ἢ πεπισευκόται σε τότε ταῦθ' οὕτως ἔχειν, καθ-
" υφεικέναμ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγῶνας, ἢ μὴ δυ-
" νηθέντα τινὰ αὐτῶν ἐξελέγξαμ, μάτην νῦν συ-
" κοφαντεῖν.

jure exigere: ita certe & tu re vera te amantem patriæ civem declarasses, & nos citra damnum ac periculum in ejus facinora animadvertere potuissemus. Profecto alterutrum horum necessario constat, aut te, cum Antonii acta tum jam pro sceleratis haberes, certamina pro nobis suscipere noluisse: aut, quum nullius eum malefi-
ocii convincere potueris, nunc frustra cavillari. " A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

" Ὅτι γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καθ' ἕκαστον ὑμῖν,
" ὦ πατέρες, διεξιὼν ἐπιδείξω. ἔλεγέ τινα [42] ἐν
" τῇ δημαρχίᾳ Ἀντώνιος ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος. καὶ
" γὰρ Κικέρων καὶ ἄλλοι τινὲς ὑπὲρ τοῦ Πομπηίου.
" τί ποτ' οὖν τοῦτον μὲν αἰτιᾶται, ὅτι τὴν φιλίαν
" τὴν ἐκείνου προείλετο, ἑαυτὸν δὲ, καὶ τοὺς ἄλ-
" λους τοὺς τἀναντία αὐτῷ σπουδάσαντας, ἀφίησιν;
D " ἐκώλυσέ τινα ἐκεῖνος ψηφισθῆναι τότε παρὰ τοῦ
" Καίσαρος. καὶ γὰρ ὅλος πάνθ', ὡς εἰπεῖν, ὅσα
" ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος ἐγινώσκετο. ἀλλ' ἐμποδὼν (φη-
" σὶν) ἐγίγνετο τῇ κοινῇ τῆς βουλῆς γνώμῃ. καὶ πρῶ-
" τον μὲν, [43] πῶς ἂν εἷς ἀνὴρ τοσοῦτον ἴσχυσεν;
" ἔπειτα δὲ, εἰ καὶ καλεφηφίσθη διὰ τοῦθ', ὥσ-
" περ λέγει, πῶς οὐκ ἂν καὶ ἐκολάσθη; ἔφυγε
" γὰρ, ἔφυγε πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπελθών. οὐκ-
" οὖν καὶ σὺ, ὦ Κικέρων, [44] οὐκ ἀπεδήμησας νῦν,
" ἀλλ' ἔφυγες, [45] ὥσπερ καὶ πρότερον. ἀλλὰ μή-
" τοιγε καὶ ἐπὶ πάντας [r] ἡμᾶς τὰ σεαυτοῦ ὀνείδη
E " προπετῶς οὕτως ἄγε. φυγεῖν μὲν γάρ ἐστι τοῦ-
" το, ὃ σὺ πεποίηκας, τό, τε δικαστήριον φοβη-
" θεὶς, καὶ τὴν τιμωρίαν αὐτὸς ἑαυτοῦ προκαταγνούς.
" ἀμέλει καὶ [46] ἐγράφη σοι κάθοδος· πῶς μὲν,
" καὶ διὰ τίνα, οὐ λέγω, ἐγράφη δ' οὖν· καὶ οὐ
" πρίν γε ἐπέβης τῆς Ἰταλίας, πρὶν ἐκείνην σοι δο-
" θῆναι. Ἀντώνιος δὲ καὶ ἀπῆλθε πρὸς τὸν Καίσαρα,
300 " μηνύσων αὐτῷ τὰ πεπραγμένα, καὶ ἐπανῆλθε, μη-
" δενὸς ψηφίσματος δεηθείς. καὶ τέλος τήν τε εἰρήνην,
" τήν τε φιλίαν τὴν πρὸς αὐτὸν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Ἰτα-
" λίᾳ τότε εὑρεθεῖσιν ἐπρυτάνευσεν· ἧς καὶ οἱ λοιποὶ
" ἂν μετεσχήκεσαν, εἰ μή σοι πειθέντες ἐπεφεύγεσαν.

II. " Quod ita esse, singula Antonii persequendo facta, vobis, P. C. ostendam: Dixit in tribunatu suo quædam pro Cæsare Antonius? nimirum dicentibus Cicerone & aliis pro Pompejo. Quorsum ergo huic vitio dat, quod Cæsaris amicitiam observavit, ac se & alios, qui contrariæ parti faverunt, non attingit? Obstitit tum Antonius quibusdam decretis, quæ contra Cæsarem parabantur? nempe Cicero omnia, quæ pro eo decernebantur, impediebat. Atqui communi, inquit, sententiæ senatus repugnavit. Qui vero tantum potuit unus vir? aut si ejus rei causa damnatus fuit, ut hic refert, cur non & pœnas dedit? scilicet, quia fugit, aufugit ad Cæsarem. Atqui & tu Cicero nuper, non peregre abiisti, sed sicut prius quoque, profugisti. Noli vero tua ipsius probra ita temere in nos omnes torquere. Fuga enim ea est, qualem tu fecisti, quum judicium metueres, ac ipse te supplicio dignum esse præjudicavisses. Quin & reditus decretus est tibi; quo modo, aut cujus opera, omitto dicere, decretus est tamen: neque tu prius, quam id consecutus es, pedem in Italia posuisti. Antonius autem & abiit ad Cæsarem, quæ acta essent, annunciaturus; & rediit, nullo ad id opus habens decreto: denique etiam pacem amicitiamque cum Cæsare omnibus, quos in Italia tum offendisset, ipse confecit; cujus reliqui quoque participes facti
oessent, nisi te autore profugissent. "

" Εἶτα τούτων οὕτως ἐχόντων, τολμᾷς λέγειν,
" ὅτι τόν τε Καίσαρα ἐπὶ τὴν πατρίδα ἐπήγαγε,
" καὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐκίνησε, καὶ τῶν με-
" τὰ ταῦτα κακῶν αἰτιώτατος ἡμῖν ἐγένετο; οὐ-
" μενοῦν· ἀλλὰ σὺ, ὅστις Πομπηίῳ μὲν καὶ
B " [47] στρατεύματα ἀλλότρια καὶ ἡγεμονίαν ἔδωκας,
" Καίσαρα δὲ καὶ τῶν δεδομένων ἀποστερῆσαι ἐπε-
" χείρησας· ὅστις τῷ τε Πομπηίῳ καὶ τοῖς
" ὑπάτοις συνεβούλευσας, τὰ μὲν προτεινόμενα ὑπὸ
" τοῦ Καίσαρος μὴ προσίεσθαι, τὴν δὲ δὴ [48] πό-
" λιν τήν τε Ἰταλίαν ὅλην ἐκλιπεῖν· ὅστις Καί-
" σαρα οὐδὲ ἐς Ῥώμην ἐλθόντα εἶδες, πρὸς δὲ τὸν
" Πομπήϊον καὶ [49] ἐς τὴν Μακεδονίαν ἀπέδρας·

12. " Quæ quum ita sint, tamen audes dicere, Cæsarem ab Antonio contra patriam adductum, ab eo bellum civile excitatum, eum unicam omnium, quæ subsecuta sunt, causam malorum nobis fuisse? Nequaquam ille quidem, sed tu, qui Pompejo alienas legiones & imperium tribuisti, Cæsari ea, quæ ipsi fuerant concessa, adimere aggressus es: qui consilium Pompejo & consulibus dedisti, ne conditiones a Cæsare oblatas acciperent, urbem Italiamque omnem uti relinquerent: qui Cæsarem, ne quidem Romam venientem, adspexisti, sed in Macedoniam ad Pompejum transfugisti: neque ei quidem auxilium

r ἡμᾶς. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. sed ὑμᾶς RS.

§ 42. (l. 22.) ἐν τῇ δημαρχίᾳ] Pag. 283. E. 153. C.

§ 43. (l. 32.) πῶς ἂν εἷς ἀνὴρ] Atqui hæc erat tribuni plebis potestas, ut posset SCtis unus intercedere.

§ 44. (l. 36.) οὐκ ἀπεδήμησας νῦν] Profectionem hujus anni intelligit, quam susceperat Cicero post Kalendas Junias, quod Antonio Consule prævalente, Romæ securus & cum dignitate vivere se posse diffideret, rediturus ad Kalendas Januarias. Habebat autem jus legationis liberum ut testatur Philippica I. c. 2. itaque longe alia ejus erat proficiscentis conditio, quam Antonii tribuni, cui per leges ne quidem per unum diem abesse urbe licebat.

§ 45. (l. 37.) ὥσπερ καὶ πρότερον] Cum in exilium iret Cicero, persequente Clodio. supra p. 70.

§ 46. (l. 42.) ἐγράφη σοι κάθοδος] Hoc non de proximo reditu, sed de priore est post exilium intelligendum, de quo p. 96. B.

§ 47. (l. 56.) στρατεύματα ἀλλότρια] Duas legiones, de quibus supra p. 151.

§ 48. (l. 60.) πόλιν τήν τε Ἰταλίαν ὅλην ἐκλιπεῖν] De hac fuga p. 155.

§ 49. (l. 63.) ἐς τὴν Μακεδονίαν ἀπέδρας] Vide Franciscum Fabricium in vita Ciceronis ad annum LVIII.

A.U.C.711 Hirtio&Pansa COSS.

auxilium tuliſti, ſed nihil curans quæ agebantur, adverſa uſum fortuna deſeruiſti. Itaque ne initio quidem ei tanquam juſtiorem cauſam agenti opitulatus es, ſed poſtquam tumultum hunc concitaſſes resque conturbaſſes, ex tuto loco certamen eorum ſpectaviſti: ab eo, qui ſuccubuit, quaſi inique aliquid ideo egiſſet, ſtatim diſceſſiſti; ad victorem, tanquam juſtiorem, inclinaſti. Accedit ad reliqua tua vitia animus tam ingratus, ut non contentus ſalute ab eo donata, indigne etiam feras, te non eſſe magiſtrum equitum factum. „

13. " Horum tibi conſcius, tamen audes dicere, non fuiſſe Antonio magiſterium equitum toto anno gerendum. At neque Cæſarem toto anno dictaturam gerere oportebat. Sed hæc ſive recte, ſive neceſſario ita acta ſunt, certe utrumque ita decretum fuit, placuitque vobis, placuit populo. Hi tibi accuſandi ſunt, Cicero, ſi quid contra leges admiſere; non ii profecto quibus ab his honor habitus eſt, quod tales ſe geſſiſſent, ut tantis præmiis digni haberentur. Quapropter ſi is tum rerum ſtatus fuit, ut etiam contra, quam alias deceret, ea facere coacti fueritis; cur nunc in Antonium ea confers? cur non tum potius (ſi quidem poteras) contradixiſti? Quia mehercle metuebas. Ergo tuæ timiditati ignoſcendum eſt, quod tum tacuiſti: Antonio, qui tibi prælatus fuit, crimini ſua virtus danda eſt? Quonam loco hoc jus didiciſti? ubi leges has legiſti? „

14. " At vero abuſus eſt magiſterio equitum. Quid ita? Quia, inquit, bona Pompeji emit. Quot præter eum ſunt, qui aliorum facultates emerint: neque ulli horum vitio id vertitur? In hunc enim finem proſcribuntur ea, haſtæ ſubjiciuntur, publicique præconis voce proclamantur, ut quis ea emat. Atqui Pompeji bona venire non debuerunt. Nos igitur peccavimus, & male egimus, qui ea proſtituimus, aut (ut nos ac te culpa levemus) Cæſar utique deliquit, qui id fieri juſſit, quem tamen tu non incuſaviſti. Sed ſtultitiæ in hac re palam coargui poteſt Cicero, qui duo inter ſe pugnantia crimina Antonio objecerit: unum, quod quum Cæſarem in pleriſque rebus adjuviſſet, multaque idcirco ab eo accepiſſet, tamen deinde eorum pretium ab ipſo Cæſar vi exegerit: alterum, quod quum ne in paternas quidem poſſeſſiones ſucceſſerit Antonius, omniaque quæ emerat bona abſumſerit, Charybdis inſtar, (ſemper enim aliquid Sicilienſe nobis Cicero temere profert, quaſi memoria nobis exciderit, exulem

καὶ οὐδὲ ἐκείνῳ μέντοι οὐδὲν συνήρω, ἀλλὰ περιῶν τὰ γιγνόμενα, ἔπειτ' ἐπειδὴ ἐδυστύχησεν, ἐγκαταλέλιπες αὐτόν. οὕτως οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς ὡς δικαιότερα αὐτῷ πράττοντι ἐβοήθησας· ἀλλὰ τήν τε φάσιν κινήσας, καὶ τὰ πράγματα ταράξας, εἶτ' ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς αὐτοῖς ἐφήδρευσας· καὶ τοῦ μὲν πταίσαντος, ὡς καὶ ἀδικοῦντός τι διὰ τοῦτ', εὐθὺς ἀπέστης· πρὸς δὲ τὸν κρατήσαντα, ὡς καὶ δικαιότερον, ἀπέκλινας. καὶ οὕτω γε, πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ ἀχάριστος εἶ, ὥστε οὐ μόνον οὐκ ἀγαπᾷς, ὅτι [s] ἐσώθης ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀγανακτεῖς, ὅτι μὴ καὶ [50] ἱππάρχησας.

"Εἶτα ταῦτα σαυτῷ συνειδὼς, τολμᾷς λέγειν, ὅτι οὐκ ἐχρῆν τὸν Ἀντώνιον δι' ἔτους ἱππαρχῆσαι; οὐδὲ γὰρ τὸν Καίσαρα δι' ἔτους διεῖλω- D
ρεῦσαι. ἀλλ' εἴτε καλῶς, εἴτε καὶ ἀναγκαίως ταῦτ' ἐγένετο, ἐψηφίσθη τε ὁμοίως ἀμφότερα, καὶ ἤρεσε καὶ ὑμῖν καὶ τῷ δήμῳ. τούτοις οὖν, ὦ Κικέρων, ἐγκάλει, εἴ τι παρηνόμησαν, μὴ μὰ Δία, μὴ τοῖς ὑπ' αὐτῶν τετιμημένοις, ὅτι ἀξίους ἑαυτοὺς καὶ τῶν τηλικούτων παρέσχον τυχεῖν· ὡς εἴ γε ὑπὸ τῶν πραγμάτων τῶν τότε ἡμᾶς περισώντων ἠναγκάσθητε αὐτὰ οὕτω καὶ παρὰ τὸ προσῆκον ποιῆσαι, τί τοῦτο Ἀντωνίῳ νῦν ἐπιφέρεις, ἀλλ' οὐ τότε ἀνέλεγες, εἴπερ ἐδύνασο; ὅτι ἐφοβοῦ, μὰ Δία. εἶτα, σὺ μὲν τότε σιωπήσας, συγγνώμης διὰ τὴν δειλίαν E
τεύξῃ, ὅστις δὲ [t] ὅστις σοῦ προετιμήθη, δίκην διὰ τὴν ἀρετὴν ὑφέξει; καὶ ποῦ ταῦτα τὰ δίκαια ἔμαθες; ἢ ποῦ ταῦτα τὰ νόμιμα ἀνέγνως;

"Ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς τῇ ἱππαρχίᾳ ἐχρήσαθε. διὰ τί; ὅτι τὰ ὑπάρχοντα (φησὶ) [51] τὰ τοῦ Πομπηΐου ἠγόρασε. πόσοι δὲ ἄλλοι πόσα ἄλλα ἐπρίαντο, ὧν οὐδεὶς αἰτίαν ἔχει; καὶ γάρ που διὰ τοῦτο καὶ ἐδημεύθη τινὰ, καὶ ἐς τὸ 301
πραιτώριον ἐξετέθη, καὶ τῇ τοῦ κοινοῦ κήρυκος φωνῇ ἀπεκηρύχθη, ἵνα τις αὐτὰ ἀγοράσῃ. ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν τὰ τοῦ Πομπηΐου κτήματα πεπρᾶσθαι. οὐκοῦν ἡμεῖς ἡμάρτομεν, καὶ κακῶς ἐποιήσαμεν, δημεύσαντες αὐτά· ἢ, ἵνα σὲ καὶ ἡμᾶς τις ἀπολύσῃ, πάντως που ὁ Καῖσαρ ἐπεμελήσεν, ὁ τοῦτο γενέσθαι κελεύσας· ᾧ οὐδὲν ἐπεκάλεσας. ἀλλ' ἐν μὲν τούτῳ καὶ πάνυ μωραίνων ἐξελέγχεται. δύο γοῦν ἐναντιώτατα τοῦ Ἀντωνίου κατηγόρηκεν· ἓν μέν, ὅτι πολλὰ τῷ Καίσαρι συμπράξας, καὶ πάμπολλα διὰ τοῦτο παρ' B
αὐτοῦ λαβών, ἔπειτα [52] τὴν τιμὴν αὐτῶν βιαίως ἀπῄτήθη· ἕτερον δὲ, ὅτι μήτε τοῦ πατρὸς [u] αὐτοῦ κληρονομήσας, καὶ πάνθ' [x] ὅσα ἐκτήσατο κατανα λώσας, [53] ὥσπερ ἡ Χάρυβδις, (ἀεὶ γάρ τι ἡμῖν ἐκ τῆς Σικελίας, καθάπερ ἐπιλελησμένοις ὅτι

[s] ὅτι ἐσώθης ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀγανακτεῖς. olim apud RS. legebamus: ὅτι ἐσώθης ἀπ' αὐτοῦ. ſic & Med. pro quo ὑπ' αὐτοῦ ſcribendum eſſe monuerat X. atque ita edidere HS. & L. deinde omnes editiones ἀλλὰ καὶ omiſerant, quæ verba ſupplenda eſſe docuit L. utrumque recte, & auctore etiam cod. V. a. & Med. qui mox ὅτι καὶ μὴ pro ὅτι μὴ καὶ.
[t] ὅστις. ὅτι, V. a. minus bene. [u] αὐτοῦ. abeſt a Med. [x] πάνθ' ὅσα ἐκτήσατο. ita V. a. & Med. ita Cicero ſupra p. 284. D. πάνθ' ὅσαπερ ἐκτήσατο κατακεκύβευκε. ut veram hanc eſſe emendationem vulgati illius, ὅσα ἐβούλετο, facile intelligas, non illam, quam L. ex ingenio ſubſtituit, ὡς ἐβούλετο.

§ 50. (l. 75.) ἱππαρχῆσας] Supra p. 284. C. & 195. A.
§ 51. (l. 96.) τὰ τοῦ Πομπηΐου ἠγόρασε] Pag. 284. D.
§ 52. (l. 11.) τὴν τιμὴν βιαίως] Pag. 208. E.
§ 53. (l. 14.) ὥσπερ ἡ Χάρυβδις] Pag. 284. D.
§ 54. (l. 16.) ὅτι ἐς αὐτὴν ἔφυγε] Proxima profectione cum Roma diſceſſiſſet Cicero, Athenas petiturus, ut iter tritum vitaret inſidiasque effugeret, contulit ſe in Siciliam, ut narrat Philippica I. c. 3. Sed & exul Siciliam adire voluit, ſed C. Virginius prætor ſcripſit ne veniret, ut teſtatur Plutarchus pag. 877.

" 54 ὅτι ἐς αὐλὴν ἔφυγε, παραφέρει) τὴν τιμὴν
" πάντων ὧν ἐπρίατο ἀπέδωκεν.

" Ἐν μὲν οὖν τούτοις γ ὕλῳ τὰ ἐναντιώτατα αὐ-
" τὸς ἑαυτῷ λέγων ὁ θαυμασὸς ὗλος [z] ἐλέγχεται,
C " καὶ νὴ Δία καὶ ἐν ἐκείνοις, ὅτι τοὺς μὲν, πάν-
" τα [a] αὐλὸν τὰ τῷ Καίσαρι πραχθέντα [b] συνά-
" ραθαι, καὶ πάντων διὰ τοῦτο τῶν ἐμφυλίων κα-
" κῶν αἰτιώτατον γεγονέναι λέγει· τοὺς δὲ ἐγκα-
" λεῖ αὐτῷ, δειλίαν ὀνειδίζων, ὅτι μηδενὸς ἄλλου
" 55 πλὴν τῶν ἐν τῇ Θετταλίᾳ πραχθέντων μετέ-
" σχε. καὶ ἐν ἐγκλήμασι αὐτοῦ ποιεῖται, λέγων,
" ὅτι τῶν Φευγόντων τινὰς καθήγαγε· καὶ μέμφε-
" ται αὐτὸν, ὅτι μὴ καὶ 56 τῷ θεῷ τὴν κάθοδον
" ἔδωκεν. ὥσπερ τινὸς πιστεύοντος, ὅτι οὐκ ἂν ἐκεῖ-
D " νον πρῶτον, εἴπερ γε καὶ ὀλίγου ἐδυνήθη κατα-
" γαγεῖν, ἐπανήγαγε· μήτε τι ἐγκαλῶν αὐτῷ, μή-
" τε ἐγκαλούμενος, ὡς καὶ αὐτὸς ὗλος οἶδεν. ἀμέ-
" λει πολλάκις ψέυδια αὐτοῦ καταψευσάμενος, οὐ-
" δὲν τοιοῦτον εἰπεῖν ἐτόλμησεν. ὕλῳ μὲν οὖν οὐδ'
" ὁτιοῦν αὐτῷ διαφέρει πᾶν ὅ, τι ποτ' ἂν ἐπὶ
" τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐπέλθῃ, καθάπερ τι πνεῦ-
" μα, ἐκχέαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί ἂν τις ἐπὶ
" πλεῖον ἐπεξίοι;

" Ἐπεὶ δὲ τραγῳδεῖ περιὼν, καὶ νῦν γε εἴ-
" πέ που λέγων, ὅτι βαρυτάτην τὴν τῆς ἱπ-
" παρχίας ὄψιν παρέχετο, παντοχοῦ καὶ διὰ
E " πάντων 57 τῷ τε ξίφει ἅμα καὶ τῇ πορφύρᾳ,
" τοῖς τε ῥαβδούχοις καὶ τοῖς στρατιώταις χρώμε-
" νος· εἰπάτω μοι σαφῶς, καὶ τί ἐκ τούτων
" ἠδικήμεθα. ἀλλ' οὐδὲν ἂν εἰπεῖν ἔχοι. εἰ
" γὰρ εἶχεν, οὐδὲν ἂν τούτου πρότερον ἐξελάλη-
" σε. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, οἱ μὲν σασιάσαν-
" τες τότε, καὶ πάντα τὰ κακὰ ἐργασάμενοι,
" 58 Τρεβέλλιός τε καὶ Δολοβέλλας ἦσαν· Ἀντώ-
" νιος δὲ καὶ ὅλως ὅλε τι ἠδίκησε, καὶ πάνθ'
302 " ὑπὲρ ἡμῶν ἔπραττεν, ὥστε καὶ 59 τὴν φυ-
" λακὴν τῆς πόλεως παρ' ὑμῶν ἐπ' αὐτοὺς ἐκεί-
" νους, οὐχ ὅπως ἀντιλέγοντος τοῦ θαυμασοῦ
" τούτου ῥήτορος, (παρῆν γὰρ) ἀλλὰ καὶ συν-
" αινοῦντος, ἐπεβεβαίου. ἢ δειξάτω, τίνα φωνὴν
" ἔῤῥηξεν, ὁρῶν τὸν ἀσελγῆ καὶ μιαρὸν (ὡς
" αὐτὸς λοιδορεῖ) [c] πρὸς τῷ μηδὲν αὐτὸν τῶν
" δεόντων ποιεῖν, καὶ ἐξουσίαν τοσαύτην παρ'
" ὑμῶν προσλαμβάνοντα. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι δεῖ-
" ξαι. οὕτω που ὁ μέγας ὗλος καὶ φιλόπολις
" ῥήτωρ, ὁ παντοχοῦ καὶ ἀεὶ θρυλῶν καὶ λέ-
" γων, Ἐγὼ μόνος ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνί-
" ζομαι, [d] ἐγὼ μόνος ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας παῤ-
B " ῥησιάζομαι· Ἐμὲ ὄυτε χάρις φίλων, ὄυτε
" φόβος ἐχθρῶν ἀπείργει τοῦ μὴ οὐ τὰ συμφέ-
" ροντα ὑμῖν προσκοπεῖν, Ἐγὼ, κἂν ἀποθα-
" νεῖν ἐν τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν λόγοις δέῃ, καὶ μάλα

lem ipsum eo profugisse) nihilominus emtorum omnium pretium persolverit. „ A.U.C.711 Hirtio & Pansa COSS.

15. " Neque hic tantum admirabilis ille orator quam maxime contraria invicem locutus deprehenditur: sed, per Jovem, in hoc etiam, quod modo eum omnes Cæsaris actiones adjuvisse, ideoque omnium intestinorum malorum potissimam causam fuisse dicit: modo timiditatem exprobrat, qui nulli rei, præter quæ in Thessalia gesta sunt, adfuerit. Id quoque est inter objecta Antonio crimina, reductos esse ab eo exules nonnullos: culpaturque, quod non patruo pariter suo redeundi potestatem dederit. Quasi vero quispiam credat, si ullius restituendi potestatem habuisset Antonius, non primo omnium hunc fuisse restituturum, quum nullæ inter ipsos unquam intercesserint lites; quod ipse Cicero novit. Nam quanquam sæpius misere mendaciis eum traduxerit; nunquam tamen hoc dicere est ausus. Adeo in nullo jam discrimine hic ponit omne id, quod in buccam venerit, velut flatum eructare. Sed quid attinet ista pluribus persequi? „

16. " Jam quoniam hoc quoque & circumiens verbis exaggerat, & nunc inter cætera objectat, quod Antonius gravissimum aspectu reddiderit magisterium equitum; ubique scilicet & semper gladio simul ac purpura, lictoribusque juxta & militibus usus: respondeat mihi diserte velim, quidnam ad nos inde damni redierit? Certe nullum dicere poterit: quod si potuisset, nihil prius sibi dicendum putasset. Secus habent omnia. Trebellius erat & Dolabella, qui seditiones excitarent, ac omnium malorum essent auctores: Antonius vero ne sic quidem egit quicquam injuste, quin omnia egit pro nobis: adeo, ut custodia quoque urbis ei contra hos ipsos mandata fuerit: non modo non contradicente hoc admirabili oratore, (aderat enim) sed etiam adstipulante. Aut ostendat, quam vocem ediderit, quum videret impurum istum ac flagitiosum (sic enim Antonium nominat per convicium) non tantum nihil recte agere, sed etiam hanc insuper potestatem a vobis accipere. At nullum ostendere verbum potest. Ergo orator ille magnus & amans reipublicæ, qui nunquam non id in ore suo habet, Ego solus pro libertate certo: Ego solus pro populari statu libere loquor: Me neque amicorum gratia, neque inimicorum terror, a commodis vestris providendis depellit: Ego, si mihi pro vobis verba facienti moriendum sit, eum ipsum vitæ exitum gratissimum habuero:

γ ὕλῳ. ad marginem L. addit: *Xyl.* ὕπῳ, *male.* & in notis conferri jubet Xylandri interpretationem, quasi ex ea colligens, Xylandrum ita legisse. ego autem injuriam fieri puto Xylandro, neque vel in notis ejus vel interpretatione quicquam tale reperio; quemadmodum & ὕπῳ prorsus alienum ab hoc loco est, quod viro docto in mentem venire non poterat.
z ἐλέγχεται. ἐξελέγχεται, V. a. Med. *a* πάντα αὐτὸν (scil. Ἀντώνιον) τὰ &c. addidi αὐτὸν ex V. a. quod abesse ab hac sententia vix poterat. *b* συνάραθαι. συναίρεσθαι, V. a. perperam. *c* πρὸς τῷ ita recte HS. & L. ex emendatione RS. pro πρὸς τὸ. quanquam hoc genuinum, illud minus necessarium censet X. *d* ἐγὼ μόνος ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας παῤῥησιάζομαι. hæc desiderabantur in editis, addita nunc ex cod. Med. apud Gronov. p. 115. & V. a.

§ 55. (l. 25.) πλὴν τῶν ἐν τῇ Θετταλίᾳ] Vide si placet notata supra ad p. 290. C.
§ 56. (l. 28.) τῷ θεῷ] Pag. 294. B.
§ 57. (l. 42.) τῷ τε ξίφει ἅμα καὶ τῇ πορφύρᾳ] Pag. 285. A. 302. B.
§ 58. (l. 49.) Τρεβέλλιός τε καὶ Δολοβέλλας] Supra p. 198. sq.
§ 59. (l. 51.) τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως] Pag. 199. D. Hoc ita intelligendum, ut quando Consulibus committebatur, viderent ne quid detrimenti respub. caperet: hoc ipso permittebatur

A.U.C.711 Hirtio&Pansa COSS.

habuero: is inquam tum nihil horum, quæ nunc magna voce jactat, muſſare auſus eſt. Neque id injuria. Reputabat enim ſecum, adeſſe ex inſtituto majorum, magiſtro equitum Antonio, lictores & veſtem purpura prætextam: eundem neceſſario contra ſeditioſos & gladio, & militibus uti. Nam quid tandem extremorum illi facinorum ſibi reliquum facturi erant, niſi is munitus fuiſſet militibus; quando vel ſic nonnulli eum contemptui habuerunt? „

λα ἡδέως τελευτήσω· οὐδ' ὁτιοῦν τούτων ὧν νῦν βοᾷ, τότε εἰπεῖν ἐτόλμησε. καὶ μάλα εἰκότως. λογίζεσθαι γὰρ αὐτῷ ἐπῆει τοῦτο, ὅτι τοὺς μὲν [60] ῥαδδούχους καὶ τὸ ἔθημα τὸ περιπόρφυρον, καὶ τὰ πάτρια τὰ περὶ τῶν ἱππάρχων νενομισμένα, εἶχε, τῷ δὲ δὴ ξίφει καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ τῶν στασιαζόντων ἀναγκαίως ἐχρῆτο. τί γὰρ οὐκ ἂν τῶν δεινοτάτων ἐποίησαν, εἰ μὴ τούτοις ἐκεῖνος ἐπέφρακτο, ὁπότε καὶ οὕτως αὐτοῦ καταφρόνησαν τινές;

17. " Hæc vero non ſolum, ſed & reliqua omnia recte, ac omnino ex ſententia Cæſaris, acta eſſe, res ipſæ oſtendunt. Nam neque ſeditio ulterius progreſſa eſt, & Antonius non modo eorum cauſa mulctatus non eſt, ſed conſul quoque deinde creatus. Quem magiſtratum ut geſſerit, agedum mecum conſiderate. Invenietis enim, ſi attente inſpexeritis, eum urbi magnopere utilem fuiſſe. Quod quum ipſe Cicero perſpectum haberet, livore victus, ea reprehendere auſus eſt in Antonio, quæ vellet a ſe ipſo acta fuiſſe. Itaque denudationem, unctionem, ac veteres illas fabulas protulit; non quod iis nunc eſſet opus, ſed ut ſolers Antonii ac præclarum facinus aliena criminatione obſcuraret: ejus viri, qui proh Tellus & Dii, (altius enim, quam tu exclamabo; ac juſtiori de cauſa eos obteſtabor:) quum tyrannide captam urbem re ipſa eſſe videret, quod & Cæſari legiones omnes parebant, & S. P. Q. R. cedebant, ita ut præter cætera ei, quamdiu in vivis eſſet, dictaturam darent, utque apparatu regio uti poſſet permitterent; ipſe & ſapientiſſime eam tyrannidem detexit, & tutiſſima ratione inhibuit: ita ut Cæſar verecundia correptus, ac territus, neque nomen regis, neque diadema (quæ erat ſibi ipſi nobis vel invitis daturus) acciperet. Si quis alius id feciſſet, quod tum Antonius fecit, juſſum ſe a Cæſare hoc feciſſe diceret, neceſſitatemque prætenderet, & veniam

" Ὅτι τοίνυν καὶ ταῦτα καὶ τἆλλα πάντα ὀρθῶς καὶ κατὰ τὴν γνώμην ὁτιμάλισα τὴν τοῦ Καίσαρος ἐγένετο, δηλοῖ τὰ ἔργα. ἥ τε γὰρ στάσις οὐ περαιτέρω προεχώρησε, καὶ ὁ Ἀντώνιος οὐχ ὅσον οὐ δίκην ἐπ' αὐτοῖς ἔδωκεν, [61] ἀλλὰ καὶ ὕπατος μετὰ ταῦτα ἀπεδείχθη. καί μοι καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν θεάσασθε ὡς διέθετο. εὑρήσετε γὰρ αὐτὴν, ἂν τἀκριβὲς σκοπῆτε, πάνυ πολλοῦ ἀξίαν ἐν τῇ πόλει γεγενημένην. ὅπερ που καὶ αὐτὸς εἰδὼς, οὐκ ἤνεγκε τὸν φθόνον, ἀλλ' ἐτόλμησεν ἐπὶ τούτοις αὐτὸν διαβαλεῖν, ἃ καὶ αὐτὸς ἂν πεποιηκέναι ηὔξατο. καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ [62] τὴν γύμνωσιν αὐτοῦ, τήν τε ἀλοιφὴν, τούς τε μύθους τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους ἐπεισήγαγεν, οὐχ ὅτι τι προσέδει νῦν [g] αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα τήν τε ἐπιβλέχνησιν αὐτοῦ καὶ σὴν κατόρθωσιν τοῖς ἔξωθεν [h] ψόφοις συσκιάσῃ. ὅστις, ὦ γῆ καὶ θεοί, (μεῖζον γὰρ σοῦ βοήσομαι, καὶ δικαιότερον αὐτοὺς ἐπικαλέσομαι) τυραννουμένην ἤδη τῷ ἔργῳ τὴν πόλιν ἰδὼν, τῷ πάντα μὲν τὰ στρατόπεδα ἀκούειν τοῦ Καίσαρος, πάντα δὲ αὐτῷ τὸν δῆμον μετὰ τῆς βουλῆς εἶκειν, ἔτυχε ὥστε τά τε ἄλλα καὶ [63] δικτάτωρα αὐτὸν διὰ βίου εἶναι, [64] τῇ τε σκευῇ τῇ τῶν βασιλέων χρῆσθαι, [i] καὶ ἐξήλεγξε σοφώτατα, καὶ ἐπέσχεν ἀσφαλέστατα· ὥστε καὶ ἀϊδεσθέντα καὶ φοβηθέντα μήτε τὸ ὄνομα τὸ τοῦ βασιλέως, [65] μήτε τὸ διάδημα (ἃ καὶ ἀκόντων ἡμῶν αὐτὸς ἑαυτῷ δώσειν ἔμελλε) λαβεῖν. [k] ἄλλος μὲν γάρ τις ὑπό τε ἐκείνου ταῦτ' ἔφη ποιῆσαι κεκελεῦσθαι, καὶ

e μάλα εἰκότως. πάνυ εἰκότως, V. a. Med. *f* ἐν τῇ πόλει Xyl. *urbi*, quaſi τῇ πόλει legiſſet. & forte hæc melior fuerit lectio. *g* αὐτῷ, vulgo. ſcribendum αὐτῶν, ſcil. μύθων, L. recte. *h* ψόφοις συσκιάσῃ. lege, ψόγοις, X. ego nec ψόγοις admitto, nec ψόφοις, cum neque *vituperiis obſcurare*, neque *clamoribus & ſtrepitu obſcurare*, tam proprie dicatur, ac ζόφοις συσκιάσαι, *nebulis obſcurare*. quapropter reſtituenda hæc genuina lectio. L. equidem ψόγοις multum prætulerim, quoniam nebulæ illæ Leunclavii, id quod clare exprimi debebat, metaphora iſtac minus commode lumine ſuo privant.
i καὶ ἐξήλεγξε. τοῦτο καὶ ἐξήλ. Od. poſſumus verba, τὴν πόλιν τυραννουμένην, commode ad utrumque verbum, ἰδὼν & ἐξήλεγξε, referre. *k* ἄλλος μὲν γάρ. ἢ μὲν γὰρ ἄλλος, T. non probo.

tebatur illis exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios ac cives, ut dictum p. 44. A.

§ 60. (l. 71.) ῥαδδούχους, καὶ τὸ ἔθημα τὸ περιπόρφυρον — τῷ δὲ ξίφει] Pag. 197. C. D. 285. A. 301. E.

§ 61. (l. 82.) ἀλλὰ καὶ ὕπατος] Pag. 238. B.

§ 62. (l. 89.) τὴν γύμνωσιν αὐτοῦ τήν τε ἀλοιφὴν] In Lupercalibus p. 245. D. 285. C. ſq. 297. A. ὁ γυμνὸς, ὁ μεμυρισμένος. p. 303. B.

§ 63. (l. 99.) δικτάτωρα διὰ βίου] Pag. 244. D.

§ 64. (l. 100.) τῇ σκευῇ τῇ τῶν βασιλέων] Pag. 242. B. 243. A. C.

§ 65. (l. 3.) μήτε τὸ διάδημα] Pag. 245. D. 287. B. & infra p. 304. B. C.

§ 66. (l. 15.) κοινῶς καὶ ἀφυλάκτως] Pag. 244. A.

§ 67. (l. 18.) ὦ Κικέρων ἢ Κικέρκουλε] Frigidum ſcomma in Ciceronis nomen, quod ab habitu faciei primus qui geſſit, illum egregium virum fuiſſe & ἄξιον λόγου, Plutarchus p. 861. exiſtimat, indeque factum, ut nec poſteri illud ſint aſpernati, καίπερ ὑπὸ ποικῶν χλευαζόμενον, licet vulgi ludibrio expoſitum. Habuit primus ille in extremo naſi in modum ciceris cœcam inciſuram, unde cognomen accepit. Tullius vero naſter, cum petiturum honores monerent amici, ut Ciceronis nomen abjiceret, reſpondit ſe eniſurum ut Scauris Catulisque illud redderet ἐνδοξότερον, & illuſtrius.

Aliter Plinius XVIII. 3. *Jam Fabiorum* (nomen) *Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime* (leguminis) *ſereret.* Eam denominandi rationem pluribus defendit Doctiſſ. Middletonus Vitæ Cic. T. I. p. 6. ſq. Nævus certe cicerculi in facie, M. T. Ciceroni in veteribus quibusdam monumentis (nam in plerisque non comparet) perperam affingi videtur, cum a primo gentis auctore hereditarium fuiſſe non ſit probabile. REIM.

§ 68. (l. 21.) ὁ γυμνὸς ὁ μεμυρισμένος] Supra p. 297. A.

§ 69. (l. 23.) πλέοντι τῷ ἐλαίῳ τοῦ οἴνου] Dictum hoc de Demoſthene, qui erat abſtemius & ὑδροπότης, & cujus orationes τὸν λύχνον ἀπόζειν dicebantur, quod ad oleum lucernæ eas elucubraverat. vide Erasmum adagio: *olet lucernam.*

τὰ αἴσχη τοῦ τῶν σκελῶν] Ergo varicas in cruribus habebat. Atqui id neſciebam prius. ODDEY.

§ 70. (l. 33.) τὴν γυναῖκα τὴν προῖξαν] *Terentiam.* vide Plutarchum in Ciceronis vita p. 881. ubi de malis uxoris moribus, & Franciſcum Fabricium ad annum Ciceronis LXII.

" καὶ τήν τε ἀνάγκην ἂν προὐτείνατο, καὶ συγγνώ-
" μης ἐπ' αὐτῇ ἔτυχε. πῶς γὰρ οὔ; τοιαῦτά τε
" ἡμῶν τότε ἐψηφισμένων, καὶ τοσοῦτον τῶν στρατιω-
" τῶν δεδυνημένων. Ἀντώνιος δὲ, ἅτε καὶ τῆς δια-
" νοίας τῆς τοῦ Καίσαρος διαπεφοιτηκὼς, καὶ πάντα
" ἀκριβῶς ὅσα παρεσκευάζετο συννοῶν, φρονιμώτα-
B " τα αὐτὸν καὶ [m] ἀπέστρεψεν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀπέ-
" στευσε. τεκμήριον δὲ, ὅτι οὐδὲν ἔτι τὸ παράπαν
" ὡς καὶ δυνασεύων ἔπραξε, καὶ προσέτι καὶ [66] κοι-
" νῶς καὶ ἀφυλάκτως πᾶσιν ἡμῖν συνῆν. ἀφ' ὑπερ
" καὶ τὰ μάλισα ἠδυνήθη παθεῖν ἃ ἔπαθε.

veniam haud dubie consequeretur, factis jam a nobis ejus generis decretis, & in tanta militum potentia: sed Antonius, cui animus Cæsaris exploratus penitus erat, quique omnia, quæ is parabat, cognita habebat, prudentissime eum avertit ab instituto, & retinuit. Cui rei argumento est, quod Cæsar prorsus nihil deinde pro potentia egit, sed populariter præterea, ac sine satellitio inter nos omnes versatus est. Quo factum est præcipue, ut ea, quæ pertulit, accidere ipsi possent. „ A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS

" Ταῦθ' οὕτως, [67] ὦ Κικέρων, ἢ Κικέρκουλε,
" ἢ [n] Κικεράκιε, ἢ Κικέριθε, ἢ Γραίκουλε, ἢ ὅ,
" τί σοι καὶ χαίρεις ὀνομαζόμενος, ἔπραξεν ὁ
" ἀπαίδευτος, [68] ὁ γυμνὸς, ὁ μεμυρισμένος· ὧν οὐ-
" δὲν σὺ ἐποίησας, ὁ δεινὸς, ὁ σοφὸς, ὁ πολὺ
C " [69] πλείονι τῷ ἐλαίῳ τοῦ οἴνου χρώμενος· ὁ
" καὶ μέχρι τῶν σφυρῶν τὴν ἐσθῆτα σύρων, οὐ
" μὰ Δί' οὐχ ὥσπερ οἱ ὀρχησαί, οἱ τὰς τοιαυ-
" λίας τῶν ἐνθυμημάτων διδάσκοντές σε τοῖς χή-
" μασιν, ἀλλ' ἵνα τὰ αἴσχη σου τῶν σκελῶν
" συγκρύπτῃς. οὐ γάρ που καὶ ὑπὸ σωφροσύ-
" νης [o] τοῦτο ποιεῖς, ὁ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα περὶ
" τῆς τοῦ Ἀντωνίου διαίτης εἰρηκώς. τίς μὲν γὰρ
" οὐχ ὁρᾷ σου τὰ λεπτὰ ταῦτα χλανίδια; τίς
" δ' οὐκ ὀσφραίνεται τῶν μύρων σου τῶν καταπε-
" νισμένων; τίς δ' οὐκ οἶδεν ὅτι [70] τὴν μὲν γυ-
D " ναῖκα τὴν πρώτεραν [71] τὴν τεκοῦσάν σοι δύο
" τέκνα ἐξέβαλες, [72] ἑτέραν δὲ ἐπεισηγάγου παρ-
" θένον, [73] ὑπέργηρως ὤν, ἵν' ἐκ τῆς οὐσίας αὐ-
" τῆς τὰ δανείσματα ἀπολίσῃς; καὶ [74] οὐδ' ἐκεί-
" νην μέντοι κατέσχες, [75] ἵνα [p] Κερελλίαν ἐπ' ἀδείας
" ἔχῃς, ἣν τοσούτῳ πρεσβυτέραν σαυτοῦ οὖσαν ἐμοι-
" χευσας, ὅσῳ νεωτέραν τὴν κόρην ἔγημας. πρὸς
" ἣν καὶ αὐτὴν τοιαύτας ἐπιστολὰς γράφεις, οἵας ἂν
" γράψειεν [76] ἀνὴρ [q] σκωπτόλης, ἀθυρόγλωσσος,
" πρὸς γυναῖκα ἑβδομηκονταετῆ πληκτιζόμενος. καὶ
" ταῦτα μὲν ἄλλως ἐξήχθην, ὦ πατέρες, εἰπεῖν, ἵνα
" μηδὲ ἐν τούτοις ἔλαττόν τι ἔχων ἀπέλθῃ. καί-
τοι

18. " Hæc ita egit, o Cicero, (sive tu Cicerculus, aut Ciceracius, aut Cicerithus, aut Græculus, aut quocunque tandem nomine gaudes) ille male institutus, nudus, & unctus: quorum nihil tu præstitisti, qui disertus, qui sapiens es, qui plus olei, quam vini usurpas: qui vestem usque ad talos dependentem trahis, non quidem profecto histrionum more, qui suis te personis varietatem motuum animi docent; sed ut turpitudinem tuorum crurum tegas. Certe id studio pudicitiæ neutiquam a te fit, qui tam multa de Antonii vitæ genere dixisti. Quis enim non videt tenues istas tuas lænulas? Quis non canorum tuorum pectinibus comptorum odorem percipit? Quis nescit, quemadmodum priore tua conjuge, quæ duos tibi natos pepererat, ejecta, aliam adhuc, eamque virginem duxeris, ipse ætate decrepita, ut ex ejus facultatibus æs alienum dissolvere posses? Sed ne eam quidem retinuisti, nimirum ut libere Cerelliam habere posses, quam tanto te ætate superiorem, quanto inferior ea puella fuit, quam duxeras, adulterio polluisti: ad quam ipsam ejusmodi literas scribis, quales scribi par est a scurra, linguæque incontinentis viro, cum muliere septuagenaria lascivis jocis decertans. Hæc ut dicerem, P. C. evagatus sum obiter, quo nec in libidine vinci a quoquam Ciceronem appareat. Convivium

l παρεσκευάζετο. παρεσκεύασο, V. a. *m* ἀπέστρεψεν ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀπέσπευσε. quanquam non multum discriminis fuerit, si legas ἀπέτρεψεν, tamen videri possit locus Thucydidis a Dione expressus esse VI. 29. p. 396, 95. ἀπέτρεπον καὶ ἀπέσπευδον, ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες. ἀποτρέπει deinde adhibet Dio ipse p. 304. A. *n* Κικεράκιε. dixisse puto Calenum, scripsisse Dionem, Κικερόκιε. ut hodie *Ciceroccio*. L. *o* τοῦτο. additum ex cod. V. a. & Med. non sine necessitate, ut mihi persuadeo. *p* Κερελλίαν. ita HS. & L. ex emendatione RS. in cujus textu est Κερεαλίαν. Κελεαρίαν, V. b. *q* σκωπτόλης. vulgo σκωπτώλης. sed illud rectius. vid. F.

§ 71. (l. 34.) τὴν τεκοῦσάν σοι δύο τέκνα] Tulliam (majorem natu, quæ Pisoni primum, deinde P. Lentulo Dolabellæ nupsit, atque non diu post matris repudium in partu obiit) & M. Tullium Ciceronem.

§ 72. (l. 35.) ἑτέραν ἐπεισηγάγου παρθένον] Quintilianus VI. 3. *Cicero objurgantibus, quod sexagenarius Publiliam virginem duxisset, cras mulier erit, inquit.* Et in Epistola IV. 14. ad Cn. Plancium, non diffitetur, se in suo reditu nihilo meliores res domesticas quam Rempub. offendisse: itaque novarum necessitudinum fidelitate putasse se contra veterum perfidiam muniendum. Etiam Tiro Ciceronis libertus in libris de vita Ciceronis, apud Plutarchum p. 881. tradidit, Ciceronem heredem fiduciarium institutum a novæ nuptæ parente, facultatibus illius æs suum alienum dispunxisse. vide quæ viri docti in XII. 32. ad Atticum & 7. ubi Publilii soceri mentio.

§ 73. (l. 36.) ὑπέργηρως ὤν] Anno ætatis 62. Cæterum Antonium in suis adversus Ciceronis Philippicas orationibus, ἐν ταῖς πρὸς τοὺς Φιλιππικοὺς ἀντιγραφαῖς, hoc malignius etiam expresserat, quando ait, ipsum ἐκβαλεῖν γυναῖκα παρ' ἣν ἐγήρασε, *uxorem repudiasse, apud quam consenuerat.* χαριέντως ἅμα τὴν οἰκουρίαν ὡς ἀπράκτου καὶ ἀστρατεύτου παρασκώπτων τοῦ Κικέρωνος, *simul festive domi* (cum uxore) *residem, ut ignavum & imbellem, mordens.*

§ 74. (l. 37.) οὐδ' ἐκείνην κατέσχες] Plutarchus p. 882. Publiliam refert repudiatam a Cicerone eam ob caussam, quod Tulliæ morte gaudere & exultare visa esset, qua pater acerbissime dolebat.

§ 75. (l. 38.) ἵνα Κερελλίαν] Ex Epistola Ciceronis ad hanc Cerelliam, Quintilianus VI. 3. extremo: *Etiam illud quod Cicero Cerelliæ scripsit, reddens rationem, cur illa C. Cæsaris tempora tam patienter toleraret:* Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. *Stomachus enim ille habet aliquid joco simile*, (qui scilicet dura etiam & ingrata concoquere possit.) Cerellia illa, sive Cærellia, ad Ciceronem missa fuit a Publilia, ut de reconciliatione cum eo ageret. vide quæ viri docti in Epistolas ad Atticum XIV. 19. Studio philosophiæ flagrantem laudat XIII. 21. necessariam suam vocat Epist. ad diversos XIII. 72.

§ 76. (l. 42.) ἀνὴρ σκωπτόλης] In Philostrati, Photii, & Suidæ codicibus, hoc vocabulum σκωπτόλης scribitur. vide D. Godofridum Olearium τὸν μακαρίτην ad hæc Philostrati p. 8. σκωπτόλαι καὶ ὑβρισταὶ πάλαι, & Ludolphum Kusterum ad Suidam in Εὐθύδημος.

A.U.C.711 Hirtio&Pansa COSS.

Convivium etiam quoddam exprobrare Antonio ausus fuit, ipse aquam, ut quidem refert, bibens, ut orationes contra nos elucubrare possit: filium vero in tanta temulentia educat, ut sobrius neque interdiu sit, neque noctu. Os etiam Antonii turpitudinis insimulare instituit, ipse per omnem vitam tanta libidine ac impuritate usus, ut ne a propinquissimis quidem abstinuerit, uxorem prostituerit, cum filia incestum commiserit. „

19. " Sed his missis, ad institutum revertar. Antonius hic, quem ille infectatus est, quum videret Cæsarem sese supra rempublicam efferre; ea ipsa re, qua maxime gratiam Cæsaris captare visus est, effecit, ne is ea, quæ animo jam destinaverat, perageret. Qui enim rem aliquam haud juste consequi cupiunt, eos nihil magis ab instituto revocat, quam si ii, qui metuunt, ne id ferendum sibi sit, sponte se illud suscepturos præ se ferant. Quod illi conscientia suæ injustitiæ nequaquam credunt, & propositum suum innotuisse opinantes, verecundia metuque corripiuntur; & verba quidem hominum aliter, velut adsentationem, cum reprehensione accipiunt; quæ vero ex iis eventura essent, in suspicionem insidiarum cum pudore adducunt. Quæ quum probe perspecta essent Antonio, primum Lupercalium pompam sibi delegit, ut Cæsar inter hilaritatem ac ludicram actionem absque periculo posset castigari: deinde forum, rostraque, ut ipsa loca verecundiam Cæsari objicerent: assinxit etiam populi mandatum, ut Cæsar eo audito reputaret, non quid diceret Antonius, sed quid populus Romanus eum dicere jussurus fuisset. Qui enim crederet populi hoc esse mandatum, quum sciret, neque decretum ab eo tale quicquam esse, nec acclamare populum sentiret? Enimvero debuit hæc audire Cæsar in foro Romano; ubi sæpenumero capta pro libertate a nobis erant consilia: apud rostra, unde infinita pro reipublicæ statu populari acta erant a nobis: Lupercalibus, ut Romuli recordaretur: a consule, ut in memoriam priscorum consulum acta revocaret: sub nomine populi, ut ei in mentem veniret, non in Afros ipsum, neque Gallos, Ægyptiosve, sed in Romanos tyrannidem moliri.

" τοι καὶ [77] συμπόσιόν τι ἐτόλμησε τῷ Ἀντωνίῳ
" προσενεγκεῖν, αὐτὸς μὲν ὕδωρ (ὥς φησι) πίνων,
" ἵνα τοὺς καθ' ἡμῶν λόγους νυκτερεύων συγγράφῃ·
" [78] τὸν δὲ υἱὸν ἐν τοσαύτῃ μέθῃ τρέφων, ὥστε μήτε νύκτωρ μήτε μεθ' ἡμέραν σωφρονεῖν. καὶ προσ-
" έτι [79] καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ διαβάλλειν ἐπεχείρη-
" σε, τοσαύτῃ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ παρὰ πάν-
" τα τὸν βίον χρώμενος, ὥστε μηδὲ τῶν συγγενε-
" σάτων ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ τήν τε γυναῖκα προαγω-
" γεύειν, καὶ τὴν θυγατέρα μοιχεύειν.

" Ταῦτα μὲν οὖν ἐάσω, ἐπάνειμι δὲ ὅθεν ἐξέ-
" βην. ὁ γὰρ Ἀντώνιος ἐκεῖνος, ὃν ὗλος καταδε-
" δράμηκεν, ἰδὼν τὸν Καίσαρα ὑπὲρ τὴν πολιτείαν
" ἡμῶν αἰρόμενον, [80] ἐπαίσησεν αὐτὸν μηδὲν ὧν ἐνε-
" νόει πρᾶξαι, δι' αὐτῶν ὧν χαρίζεσθαι αὐτῷ ἐδό-
" κει. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀποτρέπει τινὰς ὧν ἂν
" μὴ ὀρθῶς ἐπιθυμοῦντες τυχεῖν διαπράσωνται, ὡς
" τὸ τοὺς φοβουμένους αὐτὰ μὴ πάθωσιν, ἐθε-
" λοντὰς δὴ δοκεῖν ὑπομένειν. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐξ
" ὧν ἀδικοῦσιν [r] ἑαυτοῖς συνίσασιν, οὐ πιστεύουσι·
" πεφωρᾶσθαι δὲ νομίζοντες, καὶ αἰσχύνονται καὶ
" φοβοῦνται, τὰ μὲν λεγόμενα ἄλλως, ὡς καὶ κο-
" λακείαν, μετ' ἐλέγχου λαμβάνοντες, τὰ δ' ἐξ
" αὐτῶν ἀποβησόμενα, ὡς καὶ ἐπιβουλὴν, μετ'
" αἰσχύνης ὑποπτεύοντες. ἅπερ που καὶ ὁ Ἀντώ-
" νιος ἀκριβῶς εἰδὼς, πρῶτον μὲν τά τε Λυκαῖα
" τὴν πομπὴν ἐκείνην ἐπελέξατο, ἵν' ὁ Καῖσαρ ἔν
" τε τῷ ἀνειμένῳ τῆς γνώμης, καὶ ἐν τῷ παιγνιώ-
" δει τῶν γιγνομένων, ἀσφαλῶς σωφρονισθῇ· ἔπει-
" τα δὲ καὶ τὴν ἀγοράν, καὶ τὸ βῆμα, ἵνα ἐξ
" αὐτῶν τῶν χωρίων αἰσχυνθῇ· τάς τε ἐνδολὰς
" τὰς παρὰ τοῦ δήμου συνέπλασεν, ἵν' αὐτὰς λο-
" γίσηται ἀκούσας, οὐχ ὅσα τότε Ἀντώνιος ἔλεγεν,
" ἀλλ' ὅσα ἂν ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων εἰπεῖν τινι ἐνεῖλα-
" το. πόθεν γὰρ ἂν ἐπίστευσε τὸν δῆμον ταῦτ' ἐπεσαλ-
" κέναι, [s] μήτε ἐψηφισμένον τι τοιοῦτον αὐτὸν εἰδώς,
" μήτε ἐπιβοῶντα αἰσθόμενος; ἀλλ' ἔδει γὰρ αὐτὸν καὶ
" ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ, ἐν ᾗ πολλὰ πολλάκις ὑπὲρ
" τῆς ἐλευθερίας ἐβουλευσάμεθα· καὶ παρὰ τῷ βήματι,
" ἀφ' οὗ μυρία ἐπὶ μυρίοις ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας ἐπο-
" λιτευσάμεθα· ἔν τε τῇ ἑορτῇ τῶν Λυκαίων, [81] ἵνα
" ἀναμνησθῇ τοῦ Ῥωμύλου· καὶ ὑπὸ τοῦ ὑπάτου, ἵνα
" ἐννοήσῃ τὰ τῶν ἀρχαίων ὑπάτων ἔργα· καὶ ἐπὶ τῷ
" τοῦ δήμου ὀνόματι, ταῦτα ἀκοῦσαι, ἵν' ἐνθυμηθῇ
" τοῦθ' ὅτι [82] οὐκ Ἄφροις, οὐδὲ Γαλάταις, οὐδὲ Αἰ-
" γυπτίοις, ἀλλ' αὐτοῖς Ῥωμαίοις τυραννεῖν ἐπεχείρει.
ταῦτα

[r] ἑαυτοῖς συνίσασιν. ita HS. & L. secuti emendationem RS. in cujus textu est ἑαυτοὺς συνίασιν. [s] μήτε ἐψηφισμένον. τῷ μήτε ἐψ. Med. nullo sensu.

§77. (l. 46.) συμπόσιον] Ita vocat, quod ex Ciceronis sensu κώμους & μέθας dixerat supra p. 283. D. Ita Plutarchus de dignoscendo adulatore p. 56. ait, nomina rerum amissa Romæ, ut Antonii τρυφαὶ, ἀκολασίαι, πανηγυρισμοὶ, fuerint ἱλαρὰ πράγματα καὶ φιλάνθρωπα, χρωμένης ἀφθόνως αὐτῷ δυνάμεως καὶ τύχης.

§78. (l. 49.) τὸν υἱὸν ἐν τοσαύτῃ μέθῃ] Plin. XIV. ult. *Tergilla Ciceroni Marci filio binos congios simul haurire solitum ipsi objicit, Marcoque Agrippæ a temulento scyphum impactum; et enim hæc sunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui M. Antonio. Is enim ante eum avidissime apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate, quod exiguo tempore ante pugnam Actiacam evomuit.* Seneca pater Suasoria VII. *M. Tullio filio Ciceronis & natura memoriam dempserat, & ebrietas, si quid ex ea supererat, subducebat.*

§79. (l. 51.) καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ διαβάλλειν] Vide Rigaltium ad Phædri lib. IV. c. 11.

§80. (l. 59.) ἐπαίσησεν αὐτὸν] Callida hæc & ingeniosa, sed parum credibilis, facti Antonii, quod Cicero supra p. 386. perstringit, excusatio & intentionis ejus interpretatio.

§81. (l. 86.) ἵνα ἀναμνησθῇ τοῦ Ῥωμύλου] Lupercal, ut ex Ovidii II. Fastor. 421. constat, vocatum est antrum, in quod lupa, quæ Romulum Remumque lactabat, se recepit. Et lupercalium morem a Romulo & Remo inchoatum notat Valer. Maximus II. 2. 9.

§82. (l. 90.) οὐκ Ἄφροις, οὐδὲ Γαλάταις, οὐδὲ Αἰγυπτίοις] Quos bellis, Gallico, Africano & Alexandrino Cæsar devicerat.

§83. (l. 93.) καὶ τάχα ἂν τὸ διάδημα, — καὶ καλέσασε] Horum verborum, quæ Xylander interpretari omisit, & in quibus βαλὼν puto perperam scriptum pro λαβὼν, hunc puto esse sensum: *Ita qui fortasse diadema ab alio ipsi oblatum susceptisset, jam inde propter ista,* (quæ fecit Antonius) *& correptus animo exhorruit sibique metuit.*

§84. (l. 96.) ὁ σκέλος] Instar Horatii Coclitis, de quo supra ad p. 286. C.

" ταῦτα αὐτὸν τὰ ῥήματα ἐπέστρεψε, ταῦτ' ἐταπείνω-
" σε. [t] καὶ [83] τάχα ἂν τὸ διάδημα, εἴπερ τις ἄλ-
" λος αὐτῷ προσήνεγκε, [u] λαβὼν, ἔπειτα [x] δι' ἐκεῖνα
" καὶ ἐκολούσθη, καὶ ἔφριξε καὶ καλέδεισε. τὰ μὲν
" ὂυν Ἀντωνίου ἔργα σοι ταῦτά ἐστιν, [84] οὐ σκέλος
" γ' ἄλλως καλάξαντος, ἵνα αὐτὸς φύγῃ, [85] οὐδὲ χεῖ-
" ρα καλακαύσαντος, ἵνα Πορσέναν φοβήσῃ· ἀλλὰ τὴν
" τυραννίδα τὴν τοῦ Καίσαρος, σοφίᾳ καὶ περιτεχνή-
" σει, καὶ [86] ὑπὲρ τὸ δόρυ τὸ [z] Δεκίου, καὶ ὑπὲρ
" τὸ ξίφος [a] τὸ Βρούτου, παύσαντος.

ri. Hæ voces illum correxerunt, hæ depreſſerunt. Ita, qui oblatum ſibi ab alio diadema facile accepiſſet, jam propter iſta correptus eſt animo, exhorruit, ſibique metuit. Habes Antonii facinora, Cicero; ejus, qui non forte crus fregit, ut ipſe aufugeret; non manum exuſſit, ut Porſennæ terrorem injiceret: ſed tyrannidem Cæſaris ſapientia compeſcuit, & artificio, ſupra haſtam Decii, & ſupra gladium Bruti, laudando. " A.U.C. 711 Hirtio & Panſa COSS.

E " Σὺ δ', ὦ Κικέρων, τί ἐν τῇ ὑπατείᾳ σου
" οὐχ ὅτι σοφὸν, ἢ ἀγαθὸν, [b] ἀλλ' οὐ καὶ τιμω-
" ρίας τῆς μεγίστης ἄξιον ἔπραξας; οὐχ ἡσυχά-
" ζουσαν μὲν καὶ ὁμονοοῦσαν [c] τὴν πόλιν ἡμῖν
" καὶ ἐτάραξας καὶ ἐσασίασας, τὴν ἀγορὰν καὶ
" τὸ Καπιτώλιον ἄλλων τέ τινων, [87] καὶ δούλων
305 " παρακλήτων πληρώσας; οὐ τὸν Κατιλῖναν,
" στουδαρχήσαντα μόνον, ἄλλο δὲ μηδὲν δεινὸν
" ποιήσαντα, κακῶς ἀπώλεσας; οὐ [88] τὸν Λεν-
" τοῦλον, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, μήτ' ἀδικήσαντάς
" τι, μήτε κριθέντας, μήτε ἐλεγχθέντας, οἰκτρῶς
" διέφθειρας; καίτοι πολλὰ μὲν περὶ τῶν νόμων,
" πολλὰ δὲ καὶ περὶ τῶν δικαστηρίων ἀεὶ καὶ παν-
" ταχοῦ θρυλλῶν· ἃ εἴ τις ἀφέλοιτο τῶν σῶν
" λόγων, τὸ λοιπὸν οὐδέν ἐστι. [89] Πομπηίῳ μὲν
" γὰρ ἐνεκάλεις, ὅτι τῷ Μίλωνι παρὰ τὰ νενο-
B " μισμένα τὴν κρίσιν ἐποίησε· σὺ δὲ οὔτε μικρὸν
" οὔτε μεῖζον οὐδὲν ἐκ τῶν περὶ ταῦτα τεταγμένων
" Λεντούλῳ παρέσχες, ἀλλ' ἄνευ λόγου καὶ κρίσεως
" ἐνέβαλες ἐς τὸ δεσμωτήριον ἄνδρα ἐπιεικῆ, γέ-
" ροντα, πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα πρὸς τὴν πατρίδα
" ἐκ προγόνων ἐνέχυρα φιλίας ἔχοντα· μηδὲν δὲ
" μήθ' ὑπὸ τῆς ἡλικίας, μήθ' ὑπὸ τῶν τρόπων
" νεωτερίσαι δυνάμενον. τί μὲν γὰρ αὐτῷ κακὸν
" παρῆν, ὃ τῇ μεταβολῇ ἂν τῶν πραγμάτων ἐξιά-
" σατο; τί δ' οὐκ ἀγαθὸν εἶχε, περὶ οὗ πάντως
" ἂν νεοχμώσας τι ἐκινδύνευσε; ποῖα ὅπλα ἠθροί-
C " κει; ποίους συμμάχους παρεσκευάσατο; ἵν' οὕ-
" τως οἰκτρῶς καὶ ἀνοσίως, ἀνὴρ ὑπατευκὼς, στρα-
" τηγῶν, μήτε τι εἰπὼν, μήτ' ἀκούσας, ἐς τε τὸ
" οἴκημα ἐμπέσῃ, καὶ ἐκεῖ ὥσπερ οἱ κακουργότα-
" τοι φθαρῇ; τοῦτο γάρ ἐστιν, ὃ μάλιστα ὁ κα-
" λὸς οὗτος [d] Τούλλιος ἐπεθύμησεν, ἵν' ἐν τῷ ὁμω-
" νύμῳ αὐτοῦ χωρίῳ [90] τῷ [d] Τουλλείῳ τὸν ἔσχα-
" τον τοῦ Λεντούλου ἐκείνου, τοῦ πρωτίστου ποτὲ τῆς
" βουλῆς γενομένου, ἀποκτείνῃ.

20. " Tu vero, Cicero, quid in tuo conſulatu, non dico ſapienter, aut bene; ſed quid egiſti, quod non extremum meruerit ſupplicium? Nonne tu nobis urbem quietam ac concordem perturbaviſti, ac ſeditionibus agitaviſti? forum & Capitolium cum aliis hominibus, tum ſervis etiam evocatis repleviſti? nonne Catilinam, magiſtratum tantum ambientem, nihil præterea mali agentem, impie perdidiſti? nonne Lentulum, ejusque ſocios, nullo ipſorum facinore extante, neque accuſatos in judicio, neque convictos, miſeranda morte affeciſti? quanquam ſemper & ubique leges ac judicia multum habes in ore, ut ſi quis ea orationibus tuis ſubtrahat, reliquum ſit futurum nihil. Tu quidem Pompejo vitio dediſti, quod Milonis judicium præter inſtituta majorum feciſſet: ipſe autem ne minimum quidem eorum, quæ legibus conſtituta ſunt, in cauſa Lentuli obſervaſti; ſed citra defenſionem ac judicium virum bonum ac ſenem in vincula condidiſti, qui a majoribus ſuis multa ac magna amoris in patriam pignora habebat, & cui neque per ætatem, neque per mores licebat quicquam novi moliri. Quod enim eum premebat incommodum, quod rerum mutatione ſanaret? quo autem gaudebat bono, de quo, ſi quid novi aggredi voluiſſet, in periculum non veniret? Quæ arma collegerat? quos ſocios paraverat? ut ita miſere ac impie homo conſularis, prætorque, indicta cauſa, & ne accuſatus quidem, in carcerem conjiceretur; ibique, tanquam flagitioſiſſimus aliquis, capite plecteretur? Hoc enim potiſſimum egregius iſte Tullius expetiit, ut in Tulliano, loco ſibi cognomini, Lentuli iſtius, qui quondam princeps ſenatus fuerat, nepotem occideret. "

Καίτοι 21. Quid

[t] καὶ τάχα ἂν. καὶ ὁ τάχα ἄν, L. [u] λαβὼν. emendatio Fabricii, quæ & Oddeyo in mentem venit, confirmata cod. V. a. pro βαλὼν, quod ſæpius cum altero verbo a librariis confunditur. [x] δι' ἐκεῖνα. δι' ἐκεῖνο, ſcil. διάδημα, L. vel potius δι' ἐκεῖνα, ſcil. ῥήματα, verba Antonii, quorum modo mentionem fecerat; aut generatim, ſi mavis, propter iſta quæ fecit Antonius, quod in foro Romano, quod apud roſtra, quod Lupercalibus, quod nomine populi diadema obtulit. [y] ἄλλως. ἄλλῳ, L. ad marg. cujus mutationis fateor me rationem non perſpicere. alludit ad Horatium Coclitem, p. 286. C.
[z] Δεκίου. Μουκίου, T. ſed fruſtra eſt, quisquis eſt hujus mutationis auctor. vide ſupra, p. 286. C.
[a] τὸ Βρούτου. ſic Med. melius quam vulgo τοῦ Βρ. nam & τὸ Δεκίου dixerat. [b] ἀλλὰ καὶ τιμωρίας τῆς μεγίστης ὄντα ἄξιον. ſic emendatum dedit HS. & L. ἀλλ' οὐ καὶ τιμωρίας τῆς μεγίστης ἄξιον, Med. οὐ vel οὐκ plane omiſſum apud RS.
[c] τὴν πόλιν ἡμῖν καὶ ἐτάραξας. τὴν πόλιν ἡμῶν ἐξελάραξας, V. a. ita & Med. niſi quod retinet καὶ. ſed ἡμῖν elegantius.
[d] Τούλλιος, Τουλλείῳ. ita ex emendatione Xyl. jam expreſſerunt HS. & L. cum apud RS. legatur Τούλιος, Τουλιείῳ.

§ 85. (l. 97.) οὐδὲ χεῖρα] Ut Mutius Scævola.

§ 86. (l. 100.) ὑπὲρ τὸ δόρυ καὶ ὑπὲρ τὸ ξίφος] Et horum Cicero p. 286. C. mentionem fecerat.

§ 87. (l. 7.) καὶ δούλων παρακλήτων] Huic criminationi Antonii, qui Cicerone Conſule clivum Capitolinum plenum ſervorum armatorum fuiſſe arguebat, reſpondet Philipp. II. 7.

§ 88. (l. 10.) οὐ τὸν Λεντοῦλον] Supra p. 45. B. 46. C.

§ 89. (l. 16.) Πομπηίῳ ἐνεκάλεις] In oratione pro Milone c. 1. *hæc novi judicii nova forma terret oculos: qui quocunque inciderunt, veterem conſuetudinem fori, & priſtinum morem judiciorum requirunt.* Armatis enim forum & omnia templa circa forum Pompejus obſepſerat.

§ 90. (l. 35.) τῷ Τουλλείῳ] Tullianum, carcer foro imminens, in quod rei poſt habitam quæſtionem ad ultimum ſupplicium mittebantur, teſte Servio in VI. Æneid. 573. Dictum autem eſt non ab aliquo ex gente Ciceronis Tullia, ſed a Tullo Hoſtilio, a quo ædificatum media urbe ſcribit P. Victor. vide Pitiſcum in Lexico Antiquitatum Romanarum.

A.U.C.711 - Hirtio & Pansa COSS.

21. " Quid vero acturum fuisse eum censemus, si armatam potestatem adeptus fuisset, qui hæc talia & tanta, vi sola orationis, perfecit? Scilicet hæc tua sunt splendida ista facinora, hæ magnæ illæ tuæ artes imperatoriæ, propter quas non ab aliis tantum damnatus es; sed ipse ita sententiam contra te tulisti, ut ante quam de re cognosceretur, profugeris. Quæ vero alia major tui parricidii potest adduci demonstratio, quam quod fere ab his ipsis pereundum tibi fuit, pro quibus ea fecisse videri volebas? metuistique illos ipsos, quos beneficio ea re affectos dicebas? neque vel audire eorum accusationem, vel aliquid ipsis respondere sustinuisti, homo tanta facultate & copia dicendi, qui alios adeo potuisti defendere; sed fuga salutem tanquam ex prælio quæsivisti. Tamen eo impudentiæ processisti, ut hæc talia literis prodere institueris, quæ ne ab ullo alio memoriæ traderentur, optare debebas: quo hoc saltem commodi ad te rediret, ut tecum res tuæ gestæ perirent, neve ulla eorum ad posteritatem mentio transmitteretur. Sed, ut ridere possitis, attendite hominis sapientiam. Quum proposuisset sibi omnium hujus urbis rerum historiam scribere, (nam & Rhetorem, & poëtam, & philosophum, & oratorem, & historicum se profitetur) non ab urbe condita initium duxit, quod alii historiæ scriptores fecerunt, sed a consulatu suo: ut retro cedendo, initium commentarii sui, consulatum eum; finem vero, regnum Romuli faceret. „

" Καίτοι τί ποτ' ἂν ἐποίησεν ἐνοπλίου ἐξουσίας λαβόμενος, ὁ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἐκ μόνων τῶν λόγων εἰργασμένος; ταῦτα γὰρ σοῦ τὰ λαμπρὰ ἔργα ἐστί, ταῦτα τὰ μεγάλα στρατηγήματα· ἐφ' οἷς οὕτως οὐχ ὅπως ὑπὸ τῶν ἄλλων καταγνώσθης, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ καταψηφίσω, ὥστε [e] καὶ πρὶν κριθῆναι φυγεῖν. καίτοι τίς ἂν ἑτέρα μείζων ἀπόδειξις τῆς σῆς μιαιφονίας γένοιτο, ἢ ὅτι καὶ ἐκινδύνευσας ἀποκτανθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων, ὑπὲρ ὧν ἐσκήπτου ταῦτα πεποιηκέναι; καὶ ἐφοβήθης αὐτοὺς ἐκείνους, [f] οὓς ἔλεγες ἐκ τούτων εὐεργετηκέναι; καὶ οὐχ ὑπέμεινας οὔτ' ἀκοῦσαί τι αὐτῶν, οὔτ' εἰπεῖν τι αὐτοῖς, ὁ δεινὸς, ὁ περιττὸς, ὁ καὶ τοῖς ἄλλοις βοηθῶν, ἀλλὰ φυγῇ τὴν σωτηρίαν, ὥσπερ ἐκ μάχης, ἐπορίσω. καὶ οὕτω γε ἀναίσχυντος εἶ, ὥστε καὶ συγγράψαι ταῦτα τοιαῦτα ὄντα ἐπεχείρησας· ὃν ἐχρῆν εὔχεσθαι μηδὲ τῶν ἄλλων τινὰ αὐτὰ συνθεῖναι· ἵνα [ff] ἀλλὰ τοῦτό γε κερδάνῃς, τὸ συναπολέσθαι σοι τὰ πεπραγμένα, καὶ μηδεμίαν αὐτῶν μνήμην τοῖς ἔπειτα παραδοθῆναι. καὶ ὅπως γε καὶ γελάσητε, ἀκούσατε τὴν σοφίαν αὐτοῦ. προθέμενος γὰρ πάντα [g] τὰ τῇ πόλει πεπραγμένα συγγράψαι, (καὶ γὰρ [92] σοφιστὴς, καὶ ποιητὴς, καὶ φιλόσοφος, καὶ ῥήτωρ, καὶ συγγραφεὺς εἶναι πλάττεται) ἔπειτ' οὐκ ἀπὸ τῆς κτίσεως αὐτῆς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ [93] ἀπὸ τῆς ὑπατείας τῆς ἑαυτοῦ ἤρξατο· ἵνα ἀναπαλιν προχωρῶν, ἀρχὴν μὲν τοῦ λόγου ἐκείνην, τελευτὴν δὲ τὴν τοῦ Ῥωμύλου βασιλείαν ποιήσηται.

22. " I nunc, qui talia scribis, & agis talia, & dic, quid viro bono seu verbis ad alios dissendum, seu facto præstandum sit. Melius enim aliis aliquid præcipis, quam ipse, quæ recta sunt, agis: plusque reprehendendis aliis, quam te ipso corrigendo, vales. Sed quanto præstabat, te ipsum tui animi corporisque molliciem deponere, quam Antonio timiditatem objicere? temet neque infidum quid facere, neque transfugam esse, quam ei infiditatem exprobrare? temet bene de te meritos potius non afficere injuria, quam eum ingrati animi accusare? Est enim hoc ex insitis ejus vitiis

" Λέγε τοίνυν, [b] τοιαῦτα γράφων καὶ τοιαῦτα πράττων, οἷα δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ λόγῳ δημηγορεῖν, καὶ ἔργῳ ποιεῖν. ἀμείνων γὰρ εἶ ἑτέροις τισὶν ὁτιοῦν παραινεῖν, ἢ αὐτὸς τὰ προσήκοντα πράττειν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμᾷν, ἢ σεαυτὸν ἐπανορθοῦν. καίτοι πόσῳ σε κρεῖττον ἦν, ἀντὶ μὲν τῆς δειλίας, ἣν Ἀντωνίῳ ὀνειδίζεις, αὐτὸν τὴν μαλακίαν καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀποθέσθαι· ἀντὶ δὲ τῆς ἀπιστίας, ἣν ἐκείνῳ προφέρεις, αὐτὸν μήτ' ἄπιστόν τι ποιεῖν, [94] μήτ' αὐτομολεῖν· ἀντὶ δὲ τῆς ἀχαριστίας, ἣν ἐκείνου κατηγορεῖς, αὐτὸν μὴ [95] ἀδικεῖν τοὺς εὐεργέτας; ἓν

[e] καὶ πρὶν. πρὶν καὶ, Med. [f] οὓς ἔλεγες. ὃυς λέγεις, V. b. [ff] ἀλλὰ. forte ἄλλα τε καὶ. [g] πάντα τὰ τῇ πόλει. τὰ additum ex Med. deerat in vulgatis, obliteratum scilicet præcedenti πάντα. [b] τοιαῦτα γράφων, καὶ τοιαῦτα πράττων. ὁ τοιαῦτα γράφων, L. καὶ τοιαῦτα προστάττων, *præcipis*, X. ego hoc non admitto, πράττων vitio caret, L.

§ 91. (l. 44.) *πρὶν κριθῆναι φυγεῖν*] Supra p. 70. B.

§ 92. (l. 61.) *σοφιστὴς*] Qui præcepta tradit artis Rhetoricæ.

§ 93. (l. 65.) *ἀπὸ τῆς ὑπατείας τῆς ἑαυτοῦ*] Ciceronem *ἐν τῷ περὶ τῆς ὑπατείας*, laudat Plutarchus in Cæsare p. 711. illum ni fallor Commentarium ejus designans, quem Græce scriptum in epistolis ad Atticum commemorat lib. II. Epist. 1. Sed & Latino carmine hexametro libros tres de Consulatu suo composuit, de quibus Franciscus Fabricius ad annum Ciceronis XLVII. Totum autem corpus historiæ Romanæ scribere aggressum, quod hoc loco affirmat Calenus, confirmat etiam Plutarchus p. 881.

§ 94. (l. 78.) *μήτ' αὐτομολεῖν*] Pag. 21. C. 120. B. 296. B.

§ 95. (l. 80.) *ἀδικεῖν τοὺς εὐεργέτας*] Cæsarem innuere se mox docet infra, cum ait: *ἐκεῖνον οὖν εὐεργέτην ὄντα ἐφόνευσε.* Adde p. 300. C.

§ 96. (l. 86.) *ἐς τοὺς εὐπατρίδας ἐγγραφείς*] Cicero equestri ortus familia, ad nobilitatem patriciam jam pridem Consulatu, summisque quæ in Repub. gesserat muneribus, adspiraverat. Pompeji interim partes secutus, a Cæsare postea victore veniam hactenus impetravit, ut salva nobilitate ac dignitate esset idem qui fuisset.

§ 97. (l. 86.) *ἀπέθανεν*] Idem Ciceroni impingit p. 296. B.

§ 98. (l. 88.) *γύννις*] De hoc vocabulo vide si placet Pollucem VI. 30. Sect. 127. Eustathium ad Iliadem γ. p. 287. & Odysseam λ. p. 429. Philostratum in Æliani vita p. 624. ubi Gynnidis, hoc est effœminati Heliogabali accusationem ab eo compositam scribit. Heliogabalum enim innui, docet Dio infra p. 905. ubi bis male *γάννυς* pro *γύννις*. Suidas in *ἄῤῥεν* testatur, *γύννιδας* dici semiviros habentes aliquid *ἀνδρόμορφον*. Hesych. *γύννις, δειλὸς, ἀνανδρος, γυναικώδης. Ἀριστοφάνης γύννιδας μαλακούς.* Scholiastes Aristoph. Thesmophoriaz. v. 143. *γύννις μαλακὸς καὶ ἁβρὸς ἐκλυτός τε.* Apud Etymologum *γύνις* a *γυνή*. Dio de Cajo, Chæreæ tanquam effœminato convitium faciente, infra p. 662. E. *γύννιν τε γὰρ αὐτὸν, καίπερ ἐρρωμενέστατον ἀνδρῶν ὄντα, ὁ Γάϊος ἐπεκάλει.* Theodoritus lib. III. *Θεραπευτ.* p. 50. notat, Bacchum a sculptoribus effingi *λυσιμελῆ τε καὶ γύννιν.*

§ 99. (l. 93.) *ὦ Κικέρων*] Vide si placet, dicta ad p. 249. D. Antonius apud Ciceronem Philippica II. 12. *Cæsare interfecto, inquit, statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamavit, atque ei recuperatam libertatem*

C " ἓν γάρτοι καὶ τοῦτο τῶν κακῶν τῶν ἐμφύτων αὐ-
" τῷ ἐστιν, ὅτι μισεῖ μάλιστα πάντων τούς τι αὐ-
" τὸν ἓυ πεποιηκότας· καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀεί τι-
" νας θεραπεύει, τούτοις δὲ ἐπιβουλεύει. ἵνα γοῦν
" τἆλλα ἐάσω, ἐλεηθεὶς ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, καὶ σω-
" θεὶς, [96] ἔς τε τοὺς εὐπατρίδας ἐγγραφεὶς, [97] ἀπέ-
" κτεινεν, οὐκ αὐτοχειρίᾳ, (πόθεν; δειλός τε οὕ-
" τω, καὶ [i] γύννις [98] ὤν;) ἀλλ' ἀναπείσας καὶ
" παρασκευάσας τοὺς τοῦτο ποιήσαντας. καὶ ὅτι
" ταῦτα ἀληθῆ λέγω, αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἐδήλωσαν. ὅτε
D " γοῦν γυμνοῖς τοῖς ξίφεσιν ἐς τὴν ἀγορὰν ἐσέδρα-
" μον, ὀνόμασί αὐτὸν [k] ἀνεκάλεσαν συνεχῶς, εἰπόν-
" τες, [99] ὦ Κικέρων, ὥσπερ [l] που πάντες ἠκούσα-
" τε. ἐκεῖνόν τε οὖν εὐεργέτην ὄντα ἐφόνευσε, καὶ
" παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἀντωνίου [100] καὶ τῆς ἱερωσύνης
" καὶ τῆς σωτηρίας, ὅτ' ἀπολέσθαι [101] ἐν τῷ Βρεν-
" τεσίῳ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐκινδύνευσε, τυχὼν, τοι-
" αύτας αὐτῷ χάριτας ἀνταποδίδωσι, κακηγορῶν τε
§ 148. (l. 2.) νόσον που τὴν ἱερὰν καλουμένην] Comitialis morbus, quod Comitia prohiberet, dictus, idemque *caducus, major, divinus, sonticus, sacer*, ἱερὸς, vide Robertum Keuchenium ad Serenum Sammonicum p. 285. & Scipionem Gentilem ad apologiam Apuleji p. 259. sq. Mali ominis avertendi caussa pro se quisque præsens illum despuebat, ut Theophrasti, Plauti aliorumque testimoniis constat. vide Harduinum ad Plinii XXVIII. 4. p. 568.

§ 149. (l. 4.) ἀνδριὰς αὐτῷ χαλκοῦς] Julius Obsequens c. 129. *C. Pansa Cos. statua equestris Antonii domi corruit.* Inde apud Dionem Scheferus conjicit legendum: ἀνδριὰς Ἀντωνίου. Sed Pansæ, non Antonio id contigisse prodigium, Dio testatur. Neque tamen cum altero viro docto scribere ausim apud Obsequentem: *statua equestris ænea*, quia aliam ille famam secutus videtur fuisse.

§ 150. (l. 7.) τά τε ἱερὰ τὰ προπολέμια] Antequam in bellum proficiscerentur Consules vel Imperatores, ut notum est, vota concepturi sacrificabant, & de belli eventu inde sumebant auspicium ex Aruspicum judicio. Mali autem ominis erat, si cruor abundantius hostiæ prosiliret venis, ut notant viri docti ad Virg. I. Georg. v. 484. *tristibus aut extis fibræ apparere minaces.* vide & Julium Cæsarem Bulengerum lib. II. de sortibus c. 7.

§ 151. (l. 9.) φοίνικα αὐτῷ προσφέρων] φοινικίδα intellexit Xylander, & ad Obsequentem Scheferus, Lipsius milita Rom. II. 12. & Octavius Ferrarius II. 6. de re Vestiar. T. VI. Thesauri Græviani, purpureum paludamentum, sagulum purpureum, quod in prælium exeuntibus Consulibus vel Imperatoribus sumi solebat, de quo Silius IV. 518.

—— —— *humeroque refulget*
Sanguinei patrium saguli decus ——

Uti ἀλουργῶν ἱματίων Cæsaris mentio supra XLII. p. 204. A. Sed verius tamen est, jam paludatum fuisse consulem cum sacra faceret, & φοίνικα hoc loco *palmam* denotare, quam boni

μώμενον, [154] (αἷμά τε γὰρ πολὺ, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ γάλα ἀνῆκε·) καὶ προσέτι καὶ τὸ τοὺς ὑπάτους τὴν ἔξοδον [155] πρὸ τῶν Λατίνων ἀνοχῶν ποιήσασθαι. οὐ γὰρ ἔσιν, ὁπότε τούτου γενομένου, καλῶς ἀπήλλαξαν. ἀμέλει καὶ τότε οἱ ὕπατοι ἀμφότεροι, καὶ ἐκ τοῦ ὁμίλου πάμπολυ πλῆθος, τὸ μὲν ἐν τῷ παρόντι, τὸ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα, τῶν [r] τε ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν πολλοί, καὶ οἱ μάλιστα ἀνὰ τοὺς πρώτους ὄντες, ἀπώλοντο. τοῦτο μὲν γὰρ αἱ μάχαι, τοῦτο δὲ καὶ αἱ οἴκοι [156] σφαγαὶ τὸν Σύλλειον τρόπον αὖθις γενόμεναι, πᾶν ὅ, τι [s] περιῆν ἄνθος αὐτῶν, ἔξω τῶν δρώντων σφᾶς, ἔφθειραν.

of sanguinis, ac deinde lactis effudit. Consules quoque ante ferias Latinas urbe profecti sunt: quod quotiescunque factum fuit, pernicie ipsorum stetit. Enimvero tum quoque ambo consules, ac magna multitudo de plebe, vel illo statim tempore, vel post hæc, & multi equestris senatoriæque dignitatis viri, iique in primis præstantissimi, interierunt: ac partim præliis, partim cædibus Syllano iterum exemplo domi editis, omnis flos populi Romani, qui ad ea tempora superstes manserat, iis, qui peregerunt cædes, exceptis, absumptus est. A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

Ἄλλοι δὲ τῶν κακῶν τούτων αὐτοὶ ἑαυτοῖς οἱ βουλευταὶ ἐγένοντο. [157] δέον γὰρ αὐτοὺς ἕνα τινὰ τὸν τὰ ἀμείνω φρονοῦντα προσήσασθαι, καὶ ἐκείνῳ διαπαντὸς συναίρεσθαι, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησαν· ὑπολαβόντες δὲ δή τινας, καὶ ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ἐπαυξήσαντες, ἔπειτα καὶ ἐκείνους ἀνταναιρεῖν ἐπεχείρησαν. κἀκ τούτου φίλον μὲν οὐδένα, ἐχθροὺς δὲ πάντας ἔχον. οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν τρόπον [158] πρός τε τοὺς λυπήσαντάς τινες, καὶ πρὸς τοὺς εὐεργετήσαντας διατίθενται, ἀλλὰ τῆς μὲν ὀργῆς καὶ ἄκοντες μνημονεύουσι, τῆς δὲ δὴ χάριτος καὶ ἑκόντες ἐπιλανθάνονται· τὸ μέν τι ἀπαξιοῦντες εὖ πεπονθέναι δοκεῖν ὑπό τινων, ὡς καὶ ἀσθενέστεροι σφῶν δόξαντες εἶναι· τὸ δὲ, ἀγανακτοῦντες, εἴπερ [t] ἀντικακῶσθαι νομισθήσονταί πρός τινος, ὡς καὶ [u] ἀνανδρείαν ὀφλήσοντες. καὶ ἐκεῖνοι οὖν ἕνα μὲν μηδένα προσδεξάμενοι, ἄλλῳ δὲ καὶ ἄλλῳ ἐν μέρει προστιθέμενοι, καὶ τὰ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν, τὰ δὲ καὶ κατ' αὐτῶν ψηφισάμενοι καὶ πράξαντες, πολλὰ μὲν δι' αὐτοὺς, πολλὰ δὲ καὶ ὑπ' αὐτῶν ἔπαθον. ἡ μὲν γὰρ ὑπόθεσις τοῦ πολέμου μία πᾶσι σφίσιν ἦν, [159] τόν τε δῆμον καταλυθῆναι, καὶ δυναστείαν τινὰ γενέσθαι. μαχόμενοι δὲ, οἱ μὲν, ὅτῳ δουλεύσουσιν, οἱ δὲ, ὅστις αὐτῶν δεσπόσει, τὰ μὲν

34. Ejus calamitatis autores sibi ipsi senatores fuerunt: qui quum unum aliquem, qui optime de republica sentiret, præficere rebus, eumque per omnia adjuvare deberent; hoc omisso, quosdam obnoxios sibi reddiderunt, & auctos viribus in alios armarunt, ac deinde hos quoque vicissim evertere aggressi sunt: quo factum est, ut amicum neminem, inimicos omnes haberent. Diverso enim modo a plerisque mortalium injuriæ atque beneficia accipiuntur. Nam iræ quidem vel inviti memoriam retinent, memoriam autem beneficiorum ultro projiciunt: hoc, quod ii videri nolunt, qui tanquam imbecilliores ab aliis sint adjuti: illud, quia suspicionem sibi timiditatis conciliari ægre ferunt, siquidem injurias a quoquam sibi illatas non ulciscantur. Igitur & senatores Romani, quum neminem unum foverent, sed modo hunc, modo alterum alternis vicibus adjuvarent, ac modo pro eis, mox adversus eos decernerent agerentque, multa propter eos mala tolerarunt, multa quoque ab iis ipsis perpessi sunt. Erat enim istis omnibus unus hic belli scopus, ut populi potestate deleta, regnum constitueretur. Dum vero pugnabatur ab his, utri serviendum esset; ab illis, uter dominus esset futurus: ambo rempublicam æque perditum iverunt,

[q] αἷμά τε γὰρ. γὰρ est ex Med. sic & supra πρὸς γὰρ τοι &c. sunt enim parentheses, quarum signa adjeci, ut ceterorum nexus, ὥσπερ τὸ τῆς — καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς — καὶ προσέτι καὶ τὸ &c. manifestior esset. [r] τῶν τε ἱππέων. τε addit. ex Med. RS. HS. omissum apud L. [s] ὅ, τι, περιῆν ἄνθος αὐτῶν, ἔξω τῶν δρώντων σφᾶς. Cl. Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 171. pro δρώντων, legit διαδρώντων. in prioribus verbis nihil quidem se mutare dicit, sed videri tamen posse ὅ τι περ ἦν, ut p. 428. C. πᾶν ὅ τι περ ἄνθος, in quibus Thucydidis imitationem scite observat. [t] ἀντικακῶσθαι. sic vulgo. lego divisim ἔπερ ἄν τι κακῶσθαι, X. forte ἀνταλ κακῶσθαι, ut p. 70. D. ἀνταλ ἀπόλυσθαι, *impune*. [u] ἀνανδρείαν ὀφλήσοντες. ἀνδρίαν ὀφλήσοντας, V. b. pessime.

ni ominis caussa Consuli aliquis obtulisset. Julius Obsequens c. 129. *Quidam e populo, sanguine victimarum prolapsus, respersam cruore palmam proficiscenti dedit.* Ita accepit Dionem etiam Freinshemius supplemento libri Liviani CXVII. 22. & Cel. Vir. Franciscus Oudendorpius, cui novam Obsequentis editionem in acceptis referimus.

§ 152. (l. 16.) πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου ἀναλολὰς] Oriens, Cœli dextera. Itaque simile prodigium quod observat Julius Obsequens c. 108. *Nursiæ simulacrum Jovis in partem sinistram conversum:* & quod de Minervæ & de alio Victoriæ simulacro Dio infra p. 525. D. p. 536. B.

§ 153. (l. 18.) πρὸς τῇ Μουλίνῃ] Ubi D. Brutum Antonius obsidebat. infra p. 314. A.

§ 154 (l. 20.) αἷμά τε πολὺ, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ γάλα ἀνῆκε] De simulacro Minervæ ita loco laudato p. 525. D. αἷμα ἀπέπτυσεν, *sanguinem exspuit.* Atque ita hoc etiam loco accipiendum duxerim, licet sanguinem sudantia simulacra alibi legas, ut apud Appianum IV. civil. p. 591.

§ 155. (l. 22.) πρὸ τῶν Λατίνων ἀνοχῶν] Inter Consularia impedimenta, quibus Consules profecturi in urbe retinebantur, Latinarum feriarum moram memorat Livius XXI. 63. & C. Flaminium Consulem hoc spernentem, male deinde ad Trasimenum lacum cum Hannibale pugnasse refert XXII. 4. sq. De quatriduano Latinarum feriarum sacro, quod tempore quotannis, quo Consulibus placuisset, in Albano monte fiebat, dixi ad p. 105. & 160. A. 242. C. 351. B.

§ 156. (l. 29.) σφαγαὶ τὸν Σύλλειον τρόπον αὖθις γενόμεναι] In proscriptione triumvirali, de qua p. 329. sq.

§ 157. (l. 33.) δέον γὰρ αὐτοὺς ἕνα τινὰ] Ponit Dio unius imperium utique Aristocratiæ vel Democratiæ præferendum, & Romanæ Reipub. tunc inprimis necessarium. vide si placet dicta ad p. 241.

§ 158. (l. 40.) πρός τε τοὺς λυπήσαντάς] Idem vere monuerat Dio supra XXXVIII. p. 66. B. XXXVII. p. 55. C.

§ 159. (l. 55.) τὸν δῆμον] Forma liberæ Reipub. & æquo jure democratiæ, majestateque Populi Rom. eversa atque oppressa, volebant inducere imperium, regnumque ac dominationem unius, qui plus posset quam respub. Hanc Monarchiam Dio δυναστείαν vocat, uti pro δήμῳ dixerat δημοκρατίαν, supra XXXVI. p. 15. C. δημοτικὴν ἰσηγορίαν Xiphilinus appellat. Est autem ἰσηγορεῖσθαι cum altero loqui & agere tanquam cum pari, ut Sirach. XIII. 14.

A.U.C.711 Hirtio & Pansa COSS.

runt, nisi quod pro diversa fortuna, diversam utrique mortalium opinionem de se retulere. Nam qui fortuna sunt usi prospera, tum recti homines consilii, tum reipublicæ amantes habiti fuere: quibus adversa evenisset, ii non hostes modo patriæ, sed pestes etiam fuere nominati. Ad eum statum res tum Romanæ redierant.

μὲν πράγματα ˣ ἀμφότεροι ὁμοίως ἔφθειρον, πρὸς δὲ δὴ τὴν τύχην, διάφορον ἑκάτεροι δόξαν ἐκτήσαντο. οἱ μὲν γὰρ εὖ πράξαντες, καὶ εὐβουλοι καὶ φιλοπόλιδες ἐνομίσθησαν· οἱ δὲ δὴ πταίσαντες, ʸ καὶ πολέμιοι τῆς πατρίδος, καὶ ἀλιτήριοι ὠνομάσθησαν. ἐς τοῦτο μὲν δὴ τότε τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα προὐχώρησε.

35. Sed jam singula, uti acta fuerint, explicabo. Id enim ad instituendam vitam apprime conducere judico, si quis actionibus consilia adjungens, illarum rationem ex his demonstret, & hæc ex illarum documentis confirmet. Antonius Mutinæ Decimum Brutum obsidebat, ideo quidem, si veram volumus causam indicare, quod Gallia ei nolebat cedere; sed ut ipse præ se ferebat, quod is unus ex percussoribus Cæsaris esset. Nam quia veram belli causam parum honestam sibi esse intelligebat, contra ea videbat studia populi in Octavium, velut cædem patris ulturum, ferri; eum belli, quem diximus, prætextum obtendebat. Quod autem obtinendæ Galliæ causa id in speciem sit commentus, ipse ostendit, quum peteret, uti Cassius & M. Brutus consules designarentur: sui commodi causa res inter se duas diversissimas simulans. Cæsar quidem ante etiam, quam ei id bellum mandatum esset, arma moverat adversus Antonium; neque tamen ullam rem memoratu dignam gesserat. Ubi quæ decreta essent comperit, honores oblatos accepit, & gavisus est: idque eo magis, quod quum habitum ac potestatem prætoris susciperet, sacrificanti omnium hostiarum (erant autem duodecim) jecinora replicata inveniebantur. Quod vero simul legati & mandata ad Antonium mittebantur, ac non potius recta ei bellum, sine tentata per internuncios pacificatione, indicebatur, male eum habuit: idque adhuc magis, quod animadverterat, consules seorsum ad Antonium de concordia scripsisse, literasque ejus ad senatores quosdam missas, interceptasque, a consulibus, clam se, illis redditas

Λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων. καὶ γὰρ καὶ παίδευσις ἐν τούτῳ ταμάλιστα εἶναί μοι δοκεῖ, ὅταν τις [160] τὰ ἔργα τοῖς λογισμοῖς ᶻ ὑπολέγων, τήν τε ἐκείνων φύσιν ἐκ τούτων ἐλέγχῃ, καὶ τούτους ἐκ τῆς ἐκείνων ὁμολογίας στεκμηριοῖ. ἐπολιόρκει μὲν ὁ Ἀντώνιος [161] τὸν Δέκιμον ἐν τῇ Μουτίνῃ ὄντα, ὡς μὲν τἀκριβὲς εἰπεῖν, [162] ὅτι οὐ παρῆκεν αὐτῷ τὴν Γαλατίαν· ὡς δ' αὐτὸς ἐπλάττετο, ὅτι τῶν τοῦ Καίσαρος σφαγέων ἐγεγόνει. ἐπειδὴ γὰρ ὅλως κόσμον ᵃ οἱ ἢ ἀληθὴς τοῦ πολέμου αἰτία ἔφερε, καὶ ἅμα καὶ τὰ τοῦ δήμου πρὸς τὸν Καίσαρα, ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τιμωρίᾳ, ἀποβλέποντα ᵇ ἐθεώρει, τοῦτο πρόσχημα τοῦ πολέμου προεβάλετο. ὅτι γὰρ ἐσκήπτετο αὐτὸ, ἵνα τὴν Γαλατίαν καταίσχῃ, καὶ αὐτὸς ἐδήλωσε, τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον τὸν Μάρκον [163] ὑπάτους ἀποδειχθῆναι αἰτήσας. πρὸς γάρ τοι ᶜ τὰ ἑαυτοῦ συμφέροντα, ἑκάτερον ἐκ τοῦ ἐναντιωτάτου προσεποιεῖτο. Καῖσαρ δὲ ἐστρατεύετο μὲν ἐπ' αὐτὸν, πρὶν καὶ ψηφισθῆναι οἱ τὸν πόλεμον, οὐ μὴν καὶ ἐπεποιήκει λόγου ἄξιον οὐδέν. μαθὼν δὲ δὴ ᵈ τὰ δεδογμένα, [164] τὰς μὲν τιμὰς ἀπεδέχετο, καὶ ἔχαιρεν, ἅμα τε καὶ ὅτι θύοντι αὐτῷ, ὅτε τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ στρατηγοῦ ἔλαβε, [165] διττὰ τὰ ἥπατα ἐν πᾶσι τοῖς ἱερείοις, δώδεκα ὄντων, εὑρέθη. τῷ δὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀντώνιον [166] καὶ πρέσβεις καὶ λόγους πεμφθῆναι, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἀκήρυκτον εὐθὺς αὐτῷ τὸν πόλεμον ἐπαγγελθῆναι, ἤχαλλε· καὶ μάλιθ', ὅτι καὶ τοὺς ὑπάτους ἐκείνῳ τε ἰδίᾳ τι περὶ τῆς ὁμονοίας ἐπεσαλκότας, καὶ γράμματα παρ' αὐτοῦ πρός τινας τῶν βουλευτῶν πεμφθέντα καὶ ἁλόντα, τούτοις τε ἀποδόντας, καὶ ἑαυτὸν ἀποκρυψα-

ˣ ἀμφότεροι, V. a. & Xiph. quod præfero vulgato αὐτῶν. reperitur tamen in Coisl. & Br. ᶻ ὑπολέγων. ita & Xiph. ᵃ οἱ. non frustra additum ex Med. ᵇ ἐθεώρει, τοῦτο πρόσχημα τοῦ πολέμου προεβάλετο. ἐώρα, τοῦτο τὸ πρόσχ. τ. π. προτελλόμενο. Med. vulgo προσεβάλετο. ego tamen προεβάλετο scripsi, hortante L. nec placet adeo προσελάβετο, quod est etiam in V. a. ᶜ τὰ ἑαυτοῦ συμφέροντα. forte melius ἑαυτῷ. ʸ καὶ πολέμιοι. deest καὶ apud Xiph. in editis. reperitur tamen in Coisl. & Br. ᵈ τὰ δεδ. καὶ τὰ δεδ. Med.

§ 160. (l. 67.) τὰ ἔργα τοῖς λογισμοῖς] Præclare etiam hoc Dio noster, non modo in eventibus ac rebus gestis explicandis historicum versari oportere, sed si lectoribus fructum afferre velit & utilitatem, debere etiam in causas inquirere & consilia, sive ut ait in exordio Historiæ suæ Polybius, exponere diligenter singula quæ describit, πότε καὶ πόθεν ὡρμήθη, καὶ πῶς ἔσχε τὴν συντέλειαν, *quando & a quibus principiis quæque sint profecta, quove modo eventum tandem nacta fuerint.* vide Vossii artem historicam c. 15.

§ 161. (l. 70.) τὸν Δέκιμον ἐν τῇ Μουτίνῃ] Supra p. 288. C. 291. B. 292. E. Sueton. Augusto, c. 10.

§ 162. (l. 72.) ὅτι οὐ παρῆκεν αὐτῷ τὴν Γαλατίαν] Livii Epitome lib. 117. *D. Brutus, ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret, Mutinam cum exercitu occupavit.* vide Appianum III. civil. p. 558.

§ 163. (l. 81.) ὑπάτους ἀποδειχθῆναι αἰτήσας] Supra p. 311. D.

§ 164. (l. 87.) τὰς μὲν τιμὰς] De his honoribus Augusto decretis dictum ad p. 310. C.

§ 165. (l. 90.) διττὰ τὰ ἥπατα] Sueton. Augusto c. 95. *immolanti, omnium victimarum jecinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt, nemine peritorum aliter conjectante, quam læta per hæc & magna portendi.* Plinius XI. 37. *Divo Augusto Spoleti sacrificanti, primo potestatis suæ die, sex victimarum jecinora* (Dio duodecim) *replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt, responsumque, duplicaturum intra annum imperium.*

§ 166. (l. 92.) καὶ πρέσβεις καὶ λόγους] Supra p. 311. A.

§ 167. (l. 4.) ἐν τῇ Κορνηλίου ἀγορᾷ] Forum Cornelii, Cispadana Italiæ Colonia, quæ nomen habet a Cornelio Sylla conditore, hodie Imola. Ad eam fuisse Augustum cum firmo exercitu, testis etiam Cicero XII. 5. Epist. ad C. Cassium.

§ 168. (l. 5.) μέχρις οὗ περὶ τῷ Δεκίμῳ] Voculam περὶ ex MS. Mediceo restituit Vir Clariss. Jac. Gronovius p. 148. Sic supra p. 128. A. περὶ τῇ οἰκίᾳ δεδιὼς. & p. 341. C. δέσασα περί τε τῷ Κασσίῳ καὶ περὶ τῷ υἱῷ. Cicero Philippica XIV. 2. *Cæsar, quum exercitu per se comparato primis pestibus Rempub. liberasset, ne quid postea sceleris oriretur, profectus est ad D. Brutum liberandum, vicitque dolorem aliquem domesticum Patriæ charitate.*

§ 169. (l. 19.) τὸν Ἵρτιον] Idem Cicero: *D. Bruti conservandi gratia Consul sortitu ad bellum profectus, A. Hirtius, cujus imbecillitatem valetudinis animi virtus & spes victoriæ confirmavit.* Et VIII. 2. *Antonii præsidium Claterna dejecit Hirtius.*

κρυψαμένους, τόν τε πόλεμον μήτε σπουδῇ μήτε παραχρῆμα, τῇ τοῦ χειμῶνος προφάσει, ποιουμένους ἤθελε. οὐ μέντοι ἔχων ὅπως ἐκφήνειεν αὐτὰ, (οὔτε γὰρ ἀλλοτριῶσαι σφᾶς ἤθελεν, οὔτ' ἂν πεῖσαί τι ἢ καὶ βιάσασθαι ἐδύναστο) ἡσυχίαν καὶ αὐτὸς [167] ἐν τῇ Κορνηλίου ἀγορᾷ χειμάζων ἦγε, [168] μέχρις οὗ περὶ τῷ Δεκίμῳ ἐφοβήθη.

redditas esse; quodque hiemis prætextu bellum neque serio, neque statim a consulibus gerebatur. Quæ quum proferendi nullam rationem haberet, quia neque alienos eorum a se animos reddere volebat, nec vel persuasione vel vi adigere ad rem gerendam poterat: ipse quoque Foro Cornelii in otio hiemavit, donec Decimo cœpit metuere. A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

Ἐκεῖνος γὰρ ἰσχυρῶς πρότερον μὲν τὸν Ἀντώνιον ἠμύνετο, καί ποτε ὑποτοπήσας τινὰς ἐς τὴν πόλιν ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ διαφθορᾷ τῶν στρατιωτῶν ἐσπεπέμφθαι, συνεκάλεσε μὲν τοὺς παρόντας, καὶ βραχέα εἰπὼν, ἐκήρυξεν (δείξας τι χωρίον) τοὺς μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τάδε, τοὺς δὲ ἰδιώτας ἐπὶ θάτερα αὐτοῦ ἀπελθεῖν. καὶ οὕτως ἀπορήσαντας τοὺς τοῦ Ἀντωνίου ὅπη τραπῶνται, καὶ μονωθέντας, καθεφώρασε καὶ συνέλαβεν. ἔπειτα πανδημεὶ ἀπειρχίθη. δείσας οὖν ὁ Καῖσαρ, μὴ [g] καὶ βίᾳ ἁλῷ, ἢ καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ὁμολογήσῃ, ἠνάγκασε [169] τὸν [h] Ἴρτιον συνεπιστρατεῦσαι. [170] ὁ γὰρ [i] Οὐϊούϊος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔτι τούς τε καταλόγους ἐποιεῖτο, καὶ τοὺς νόμους [k] τῶν Ἀντωνίων κατέλυεν. ὁρμήσαντες οὖν, [171] Βονωνίαν μὲν, ἐκλειφθεῖσαν ὑπὸ τῶν Φρουρῶν, ἀμαχεὶ παρέλαβον, καὶ τοὺς ἱππέας τοὺς μετὰ τοῦτο ἀπαντήσαντας σφίσιν ἐτρέψαντο· ὑπὸ δὲ [172] τοῦ πρὸς τῇ Μουτίνῃ ποταμοῦ, τῆς τε ἐπ' αὐτῷ Φυλακῆς, οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο περαιτέρω [l] προχωρῆσαι. βουλόμενοι οὖν καὶ ὡς τήν τε παρουσίαν σφῶν τῷ Δεκίμῳ, μὴ καί φθάσῃ τι συμβάς, δηλῶσαι, τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων δένδρων ἐφρυκτώρουν· ἐπεὶ δὲ οὐ συνῆκεν, [173] ἐς ἐλασμὸν μολίβδου λεπτὸν ἐγγράψαντές τινα, [m] ἀπείλιξαν αὐτὸν, ὥσπερ τι χαρτίον, καὶ [174] κολυμβητῇ νυκτὸς ὑφύδρῳ διενεγκεῖν ἔδωκαν. καὶ οὕτως ὁ Δέκιμος τήν τε παρουσίαν ἅμα αὐτῶν καὶ τὴν ὑπόχεσιν τῆς ἐπικουρίας μαθὼν, ἀνταπέστειλε σφίσι τὸν αὐτὸν τρόπον· καὶ τούτου συνεχῶς ἤδη πάντα ἀλλήλοις διεδήλουν.

36. Decimus enim, quum prius Antonium fortiter repulisset, post suspicatus, nonnullos in urbem submissos esse ad corrumpendos milites, convocavit omnes, qui intra muros aderant: paucisque verbis factis, locum commonstravit, ad cujus alteram partem milites, ad alteram oppidanos secedere per præconem jussit; eaque ratione eos, qui ab Antonio venerant, dubios utram in partem se reciperent, solosque in medio relictos, deprehendit, ac in vincula conjecit. Secundum hoc factum undiquaque munitionibus circumdatus ab Antonio fuit. Itaque metuens Cæsar, ne aut vi expugnaretur, aut annonæ penuria ad deditionem compelleretur: Hirtium, ut secum Antonium aggrederetur, compulit. Nam Vibius adhuc Romæ delectus habebat, & leges Antoniorum abrogabat. Itaque profecti Cæsar & Hirtius, Bononiam a præsidio destitutam, citra certamen receperunt, equitesque obviam postea factos in fugam dederunt: sed a fluvio, qui Mutinam præterfluit, custodiaque ad eum posita, progredi ulterius prohibiti sunt. Ut tamen de præsentia sua Decimum certiorem redderent, ne eis prius quam ipsi subvenissent, pacisceretur, primum a celsissimis arboribus ignes ediderunt: postquam id Brutus non intellexit, in tenuem ex plumbo ductam laminam quædam verba inscripserunt: eam chartæ instar convolutam urinatori cuidam noctu ad Decimum perferendam tradiderunt. Ita Brutus præsentia eorum, auxiliique promissione cognita, ad eundem modum rescripsit: ac deinde continenter mutuis literis, omnia invicem significabant.

Ὁ οὖν

37. Anto-

e περὶ τῷ Δεκίμῳ ἐφοβήθη. περὶ additum ex cod. Med. apud Gronov. p. 148. ita enim Dio p. 128. A. 341. C. verbo hoc ἐφοβήθη utitur, quod temere hoc loco Xyl. mutandum censuit in ἐβοήθει, sicut jam monuit L. sane infra Dio, p. 315. A. δείσας οὖν ὁ Καῖσαρ μὴ καὶ βίᾳ ἁλῷ. *f* μὲν τοὺς παρόντας. πάντας παρόντας, V. a. πάντας τοὺς παρόντας, Med. *g* καὶ βίᾳ. καὶ deest in Med. *h* τὸν Ἴρτιον. τὸν Ἕρτιον, V. a. *i* Οὐϊούϊος. vide supra ad p. 312. apud Xiph. hic est Ἰούνιος, quod ex corrupto Βιούνιος, in cod. Coisl. adhuc magis corruptum est. nam Βιούνιος, scribi debuisse Βιούϊος recte judicat cel. Montefalconius. *k* vulgo: τῷ Ἀντωνίῳ. legendum est (nisi quid desit) τοῦ Ἀντωνίου, X. sed τῶν Ἀντωνίων, V. a. Med. quæ unice vera est lectio, nec exigui momenti, nunc Dioni restituta. respicit enim tres fratres Antonios, Marcum consulem, Cajum prætorem, & Lucium tribunum plebis, qui cum omnia possent, multa legibus suis innovaverant, ut retulit Dio p. 274. C. D. *l* περαιτέρω προχωρῆσαι. sic alibi Dio. p. 105. B. &c. sic ego & hic scribere malui auctoritate cod. V. a. & Med. quam simplex χωρῆσαι, quod vulgo legitur. statim γοῦν, pro οὖν, & τήν γε, pro τήν τε, Med. *m* ἀπείλιξαν. ἐπείλιξαν, F. ex Oudendorpio. apud Z. est verbum simplex, ὡς χάρτην τοῦτο εἴλιξαντες.

§ 170. (l. 19.) ὁ γὰρ Οὐϊούϊος] De altero Consule C. Vibio Pansa, idem Cicero Philippica XIV. 2. *Quid C. Pansa egit aliud, delectibus habendis, pecuniis comparandis, SCtis faciendis gravissimis in Antonium, nobis cohortandis, Populo Rom. ad causam libertatis vocando, nisi ut D. Brutus liberaretur?*

§ 171. (l. 22.) Βονωνίαν μὲν] Bononiam magno præsidio tenebat Antonius, teste Cicerone XII. 5. Epist. ad Cassium, quod appropinquantibus ad D. Brutum liberandum exercitibus deduxit.

§ 172. (l. 25.) τοῦ πρὸς τῇ Μουτίνῃ ποταμοῦ] Scultennam intellige.

§ 173. (l. 32.) ἐς ἐλασμὸν μολίβδου λεπτὸν ἐγγράψαντές τινα ἐπείλιξαν αὐτὸν] Ita leg. pro ἀπείλιξαν docet V. C. Franciscus Oudendorpus, ad hæc Frontini III. 13. 7. *Hirtius Consul ad Dec. Brutum, qui Mutinæ obsidebatur, litteras misit plumbo scriptas, quibus ad brachium religatis milites Scultennam amnem transnabant.* vide & Casaubonum ad Æneam Tacticum. p. 1778. sq. De usu lamellarum plumbearum ad scriptionem, v. Bonanni museum Kircherianum p. 180. & 230. sq. Suid. in ἔλασμὸς. Etiam glandibus plumbeis inscripta quædam, & per fundam immissa in civitatem vel castra, memorat Appianus in Mithridatico, p. 191. 192. 193. Chartas autem a Cæsare, ne aquis corrumperentur, custoditas retulit Dio supra p. 204. B.

§ 174. (l. 34.) κολυμβητῇ νυκτὸς ὑφύδρῳ] Commentum idoneum & sollers, per urinatores, clam de nocte fluvio trajecto, quæ velis perferre ad tuos. De aliis urinatorum aquas subeuntium in bello usibus plura notarunt viri docti ad Curtium IV. 3. 10. & Xiphilinus infra p. 846. A.

A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

37. Antonius quum deditionem a Bruto jam non amplius speraret, ei obsidendo L. Antonium fratrem reliquit, ipse in Cæsarem & Hirtium profectus est. Quum castra castris essent opposita, per aliquot dies equestria prælia levia ancipiti victoria commissa sunt; donec equites Celtæ, quos cum elephantis Cæsar adeptus fuerat, iterum ad Antonium defecerunt: egressique castris cum reliquis Cæsarianis, & progressi ante reliquos, tanquam soli cum hostibus occursuris conflicturi, mox conversi in Cæsarianos, qui nihil sinistri suspicantes, eos subsequebantur, magnam stragem ediderunt. Post hæc, quum utriusque partis pabulatores congressi essent, ac auxilia suis utrinque venirent, acri coorto prælio, Antonius superior discessit. Quibus rebus elatus, quum appropinquare Pansam sentiret, hostium castra oppugnare aggressus est, sperans se iis ante captis facilius dein bellum posse conficere. Quum Cæsar Hirtiusque partim memoria acceptæ cladis, partim spe auxilii a Pansa, castris suos continerent, eaque custodirent: Antonius, relicta ibi parte suarum copiarum, qui castra oppugnarent, ut & ipse adesse omnino crederetur, & nemo eum a tergo adoriri posset, clam de nocte in Pansam Bononia tum procedentem profectus est: eumque insidiis exceptum vulneravit, milites ejus occidit, nonnullos intra vallum inclusit: expugnasset que eos, si obsidionem vel minimo temporis spatio ducendam putasset: nunc, postquam prima oppugnatione nihil profecisset, veritus ne tempus traheret, atque interim a Cæsare & reliquis aliquid detrimenti acciperet, adversum eos rursus signa convertit. Ei Hirtius ex itinere utroque & pugna defatigato, cum neutiquam sibi persuaderet fore, ut quisquam se cum victoria redeuntem aggrederetur, occurrit, eumque insigni

Ὁ οὖν Ἀντώνιος, ἰδὼν ὅτι ὁ Δέκιμος οὐκ ᾱ ἐνδώσειεν, ἐκείνῳ μὲν [175] Λούκιον τὸν ἀδελφὸν παρακατέλιπεν, αὐτὸς δὲ ἐπί τε τὸν Καίσαρα καὶ ἐπὶ τὸν Ἵρτιον ἐχώρησε. καὶ αὐτῶν ἀντισρατοπεδευομένων, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας [176] ἱππομαχίαι τινὲς βραχεῖαι καὶ ἰσοπαλεῖς ἐγίγνοντο· μέχρις οὗ [177] οἱ Κελτοὶ ἱππεῖς, οὓς μετὰ τῶν ἐλεφάντων ὁ Καῖσαρ προσεπεποίητο, πρός τε τὸν Ἀντώνιον αὖθις ἀπέκλιναν, κἀκ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελθόντες, προεξώρμησαν μὲν ὡς καθ' ἑαυτοὺς τοῖς ἀντιπροσελαύνουσι προσμίξοντες, ὑπέστρεψαν δὲ δι' ὀλίγου, καὶ παρὰ δόξαν μὴ προσδεχομένοις τοῖς ἑφεπομένοις σφίσι προσπεσόντες, συχνοὺς αὐτῶν ἀπέκτειναν. καὶ μετὰ ταῦτα προνομεύοντές τινες ἀπ' ἀμφοτέρων, ἐς χεῖρας ἦλθον. κἀκ τούτου καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιβοηθησάντων ἑκατέροις, ᵒ μάχη τε ὀξεῖα ἐγένετο, καὶ ἐκράτησεν ὁ Ἀντώνιος. τούτοις τε οὖν ἐπαιρόμενος, καὶ τὸν Οὐϊβίδιον πλησιάζοντα αἰσθόμενος, προσέβαλε πρὸς τὸ ἔρυμα τῶν ἀντικαθεζομένων, εἴ πως προεξελὼν αὐτὸ ῥᾴδιον τοῦ λοιποῦ πολεμήσειε. καὶ ἐπειδὴ τά τε ἄλλα, πρός τε τὰς συμφορὰς καὶ πρὸς τὴν ἐλπίδα τὴν παρὰ τοῦ Οὐϊβιδίου, διὰ φυλακῆς ἐποιοῦντο, καὶ οὐκ ἀντεπεξῆγον, καταλίπε καὶ ἐκεῖ μέρος τι τοῦ στρατοῦ, ᵖ καὶ προσμιγνύναι τε σφίσι κελεύσας, ὅπως καὶ αὐτὸς ὀτιμάλισα παρεῖναι δοκοίη, καὶ ᵠ φυλάττειν ἅμα μή τινες καταγνῶσι οἱ προσπέσωσι. διαλάξας τε ταῦτα, ἀπῆρε νυκτὸς λαθὼν ἐπὶ τὸν ʳ Οὐϊβίδιον ἀπὸ Βονωνίας προσιόντα· καὶ [178] αὐτόν τε ἐνεδρεύσας καταστρωσε, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέκτεινε, ˢ τινὰς δὲ καὶ ἐς τὰ ταφρεύματα κατέκλεισε. καὶ ἂν ἐξεῖλεν αὐτοὺς, εἰ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν προσηδρεύκει σφίσι. νῦν δ' ἐπειδὴ τῇ πρώτῃ προσβολῇ οὐδὲν ἐπέραινεν, ἐφοβήθη μὴ καὶ χρονίσῃ, καί τι ἐν τούτῳ πρὸς τοῦ Καίσαρος καὶ πρὸς τῶν ἄλλων πλεονεκτηθῇ· καὶ ἐπ' ἐκείνους αὖθις ἐτράπετο. καὶ αὐτῷ ὁ Ἵρτιος ἔκ τε τῆς πορείας ἑκατέρας καὶ ἐκ τῆς μάχης πεπονηκότι, ᵗ καὶ προσέτι καὶ ἐν ἀνελπίστῳ ὄντι, μή ποτ' ἂν πολέμιόν τινα νενικηκότι οἱ προσμίξαι, ἀπαντήσας,

ᵃ ὀυκ ἐνδώσειεν, ἐκείνῳ — παρακαλέλιπεν. vulgo ὀυκ ἐνδώσα, ἐν ἐκείνῳ —— παρακαλέλιπεν, vel ut RS. παρακαλέλαπεν. (qui sic & infra. lin. ult.) inepte. nam quorsum illud ἐν ἐκείνῳ referas? & quomodo παρακαλαλείπειν cum ἐν conjungi possit? igitur ne literula quidem mutata, conjunxi male divulsa, & disjunxi male copulata: nec potui lenius curare vulnus. ἐκείνῳ τὸν ἀδελφὸν καλέλιπε, Z. p. 497. A. ᵒ μάχη τε. addit V. a. & Med. σφῶν. ᵖ καὶ. abest a Med. ᵠ φυλάττειν. ἐπιφυλάττειν, V. a. Med. ʳ Οὐϊβίδιον. Οὐίβιον, L. ad marg. ˢ τινὰς δὲ καὶ. τοὺς δὲ λοιποὺς, Med. quæ licet apud Z. p. 497. A. pariter legantur, tamen hic perperam repetita sunt ex antecedentibus. nisi dixeris, pro antecedenti τοὺς λοιποὺς legendum esse, ut apud Z. τοὺς πλέους. ᵗ ὁποσονοῦν, Med. RS. HS. ὁσονοῦν, L. ᵘ καὶ προσέτι καὶ &c. usque ad προσμίξαι, verba sunt, Dioni adhuc per injuriam detracta, nunc restituta ex cod. Med. ap. Gronov. p. 118. & V. a. nisi quod hic, posterius καὶ delet. ceterum ἐν ἀνελπίστῳ ὄντι non existimavi cum Gronovio reddendum, *& insuper etiam timenti*, sed eodem sensu quo aliquid ἀπροσδόκητον dicimus, quod sensum plane contrarium gignit, *non timenti*. unde Z. καὶ οἱ ὁ Ἵρτιος, κἀκ τῆς πορείας καὶ τῆς μάχης πεπονηκότι, ἀνελπίστως ἀπαντήσας πολὺ ἐκράτησε.

§ 175. (l. 41.) *Λούκιον τὸν ἀδελφὸν*] De hujus L. Antonii in Parmenses crudelitate Cicero Philippica XIV. 3. Eum cum parte equitatus præmisit Marcus Antonius frater, testibus Planco & M. Lepido Epist. ad Ciceron. X. 15. & 34.

§ 176. (l. 44.) *ἱππομαχίαι τινὲς*] Meminit Appianus, quem si placet vide III. civilium p. 569.

§ 177. (l. 45.) *οἱ Κελτοὶ ἱππεῖς, οὓς μετὰ τῶν ἐλεφάντων*] De elephantis dictum p. 276. E. & 291. B. Equites vero, quos sagittariis atque elephantis jungit Cicero Philippica V. 17. de Gallis potius quam Germanis intellexerim: atque de utrisque nomen Κελτῶν dici, notatum supra ad p. 114. A.

§ 178. (l. 67.) *αὐτόν τε ἐνεδρεύσας κατέστρωσε*] Hoc prælium uberius narrans Appianus, Consulem Pansam veruto sauciatum per ilia, & ex pugna elatum Bononiam, testatur III. civil. p. 571. In hac Augustum fugisse, ac sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse, scripsit Antonius apud Sueton. c. 10. Alia de isto, insecutoque prælio, quo victus est Antonius, refert Galba Epistola ad Ciceronem X. 30.

§ 179. (l. 80.) *ἡττηθέντος δὲ αὐτοῦ*] Victoriæ hujus, præter Appianum loco laudato, ac Ciceronem Philippica XIV. meminit Plutarchus in Antonio p. 923. ut alios jam omittam. Antonii fugæ mentio in epistola Galbæ ad Ciceronem X. 30. & Ciceronis ipsius X. 14. XI. 14. & apud Vellejum II. 61. Suetonium Augusto c. 11. Macrobius II. 5. Saturnalium: *post Mutinensem fugam, quærentibus quid ageret Antonius, respondisse familiaris ejus ferebatur: quod canis in Ægypto, bibit & fugit.* Aliud autem egisse quam bibisse, viresque suas ut instauraret ex fuga, nihil reliquisse intentatum, docet D. Brutus Epist. ad Cic. XI. 10. & 13. unde οὐκ ἄτολμος ἐν τοῖς κινδύνοις ἀνὴρ, Appiano III. civil. p. 573. & Plutarchus p. 923. φύσει παρὰ τὰς κακοπραγίας βέλτιστος ἑαυτοῦ, καὶ δυσπραγιῶν ὑμοιόταλος ἦν ἀγαθῷ.

§ 180. (l. 80.) *αὐτοκράτορες*] Philippica XIV. 14. vide supra ad lib. XLIV. p. 235. C.

§ 181. (l. 82.) *καίτοι μηδὲ μαχεσάμενος*] In priore quidem prælio, quo Pansa victus est, Augustum fugisse, sed in posteriore, quo reportata est per Hirtium victoria, non modo Ducis sed & militis functum munere, atque in media dimicatione, aquilifero legionis suæ graviter saucio, aquilam humeris subiisse, diuque portasse, auctor est Suetonius c. 10. Atque egregie partes suas implesse Augustum memoriæ prodidit etiam Appianus III. civil. p. 572. sq.

§ 182. (l. 84.) *τοῖς τε συναγωνισαμένοις σφίσι*] Philippica XIV. ult. *Senatui placere, ut C. Pansa, A. Hirtius, Consules, Imperatores,*

τήσας, πολὺ ἐκράτησεν. ὡς γὰρ ἔγνωσαν τὸ γιγνόμενον, Καῖσαρ μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ στρατοπέδου φυλακῇ κατέμεινεν, ἐκεῖνος δὲ ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ὥρμησεν.

signi victoria superavit. Cognita enim re, Cæsar, ad tuenda castra, loco suo manserat: Hirtius in Antonium duxerat. A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

[179] Ἡττηθέντος δὲ αὐτοῦ, [180] αὐτοκράτορες, οὐ μόνον ὁ Ἵρτιος, ἀλλὰ καὶ ὁ [γ] Οὐϊούϊος, καίπερ κακῶς ἀπαλλάξας, ὅ, τε Καῖσαρ, [181] καίτοι μηδὲ μαχεσάμενος, καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν καὶ ὑπὸ τῆς βουλῆς ὠνομάσθησαν. [182] τοῖς τε συναγωνισαμένοις σφίσι καὶ τελευτήσασι, ταφή τε δημοσία, [183] καὶ τὸ τοῖς παισὶ τοῖς τε πατράσιν αὐτῶν πάντα τὰ γέρα, ὅσα ἂν αὐτοὶ ἐκεῖνοι ζήσαντες ἔλαβον, ἀποδοθῆναι ἐψηφίσθη. ὡς οὖν ταῦτ' ἐγένετο, καὶ [184] Πόντιος Ἀκύλας, ἔκ τε τῶν σφαγέων ὤν, καὶ τῷ Δεκίμῳ ὑποστρατηγῶν, [185] Τίτον Μουνάτιον Πλάγκον ἀντιπολεμοῦντα αὐτῷ * μάχαις ἐνίκησεν· ὅ, τε Δέκιμος, βουλευτοῦ τινος αὐτομολήσαντος πρὸς τὸν Ἀντώνιον, οὐχ ὅσον οὐκ ὀργὴν αὐτῷ ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ τὰ σκεύη τά τε ἄλλα, ὅσα ἐν τῇ Μουτίνῃ ὑπελέλειπτο, πάντα ἀπέπεμψε· καὶ τούτου οἵ τε στρατιῶται οἱ Ἀντωνίου ἠλλοτριοῦντο, καὶ τοῦ δήμου τινὲς τῶν ὁμοφρονούντων οἱ πρότερον, ἐσασίαζον· ὁ μὲν Καῖσαρ ὅ, τε Ἵρτιος ἐπήροντό τε ἐπὶ τούτοις, καὶ πρὸς [γ] τὸ ἔρυμα τὸ τοῦ Ἀντωνίου προσιόντες προεκαλοῦντο αὐτὸν ἐς χεῖρας. ἐκεῖνος δὲ τέως μὲν, καίπερ ἐπλήκτο καὶ ἡσύχαζεν· ἔπειτα ἐπειδὴ δύναμίς γε αὐτῷ [186] παρὰ τοῦ Λεπίδου πεμφθεῖσα ἦλθεν, ἀνεθάρσησεν. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Λέπιδος οὐκ ἀπεσάφησεν, ὁπότερόις τὸ στράτευμα πέμψειε. [187] τόν τε γὰρ Ἀντώνιον συγγενῆ ὄντα ἠγάπα, καὶ ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπ' αὐτὸν ἐκέκλητο· καὶ διά τε ταῦτα, [z] καὶ ἅμα καὶ ἀναχωρήσιν ἑαυτῷ πρὸς ἀμφοτέρους σφᾶς [a] προκαταskευάζων, οὐδὲν σαφὲς [188] Μάρκῳ Σιλανῷ τῷ στρατιάρχῳ ἐνετείλατο. ἐκεῖνος δὲ, ἀκριβῶς που τὴν γνώμην αὐτοῦ εἰδὼς, πρὸς τὸν Ἀντώνιον αὐτοκέλευστος ἀφίκετο. τούτου οὖν ἐπικουρήσαντος αὐτῷ, θαρσήσας, ἐπεκδρομὴν αἰφνιδίαν ἐποιήσατο, καὶ φόνου παρ' ἀμφοτέρων πολλοῦ γενομένου, τραπεὶς ἔφυγε.

38. Victo Antonio, non Hirtius tantum, sed Pansa quoque, licet adversum prælium fecerat, & Cæsar, quamvis pugnæ non interfuerat, a militibus senatuque imperatores nominati sunt: decretumque ut ii, qui eo in prælio ex consulum parte cecidissent, publice sepelirentur: liberisque & parentibus eorum ea præmia darentur, quæ ipsi, si vixissent, accepturi fuerant. Eodem fere tempore Pontius Aquila, ipse quoque unus ex percussoribus Cæsaris, legatus tum Bruti, T. Munatium Plancum, arma contra illum moventem, præliis aliquot vicit. Brutus senatorem quendam, qui ad Antonium transfugerat, non modo ira nulla prosecutus est, sed omnem etiam ei supellectilem, quam Mutinæ reliquerat, submisit. Quo facto animi militum Antonianorum a duce suo abalienati sunt: etiam e populo nonnulli, qui cum Antonio prius senserant, ab eo dissentire cœperunt. His successibus Cæsari Hirtioque animus accessit, ita ut ad castra Antonii progressi eum ad pugnam provocarent. Antonius aliquamdiu metu perculsus quievit, sed copiis a Lepido sibi auxilio missis auctus, animum recepit. Clare quidem Lepidus ipse non expresserat, utri parti militem mitteret. Antonium sane necessarium suum, diligebat: & adversus hunc tamen a senatu arcessitus fuerat. Igitur cum has ob causas, tum ut receptum ad utrosque sibi pararet, nihil expresse M. Silano tribuno militum in mandatis dederat. Sed Silanus, qui mentem ejus accurate norat, ad Antonium suomet se jussu contulit. His suppetiis confisus Antonius, quum subito eruptionem fecisset, magna utrinque edita cæde, suis fusis aufugit.

Μέχρι

39. Huc

[x] μάχαις ἐνίκησεν. μάχαις τισὶν ἐνίκησεν, Od. sed non magis in hac constructione additamento opus, quam quando accusativo jungitur. frequens autem μάχας & νίκας νικᾶν. [y] τὸ ἔρυμα τὸ τοῦ Ἀντ. sic Med. posterius τὸ vulgo desideratur. mox καὶ ἐπλήκτο, HS. & L. καὶ ἐπλήττετο, RS. [z] καὶ ἅμα καὶ. sic iterum Med. Dionis stilo congruenter, cum posterius καὶ non agnoscant vulgati. [a] προκαταskευάζων. sequimur cod. Med. id enim significantius quam vulgatum παρασκευάζων.

Imperatores, alter ambove, si eis videatur, iis qui sanguinem pro vita, libertate, fortunisque populi Romani, pro Urbe templisque Deorum immortalium, profudissent, monumentum quam amplissimum locandum, faciundum curent: quæstores urbis ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solvere jubeant, ut exstet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque divinam virtutem.

§ 183. (l. 85.) καὶ τὸ τοῖς παισί] Sequitur in eadem Philippica: *utque quæ præmia senatus militibus ante constituit, ea solvantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, conjugibus, fratribus: eaque tribuantur, quæ militibus ipsis tribui oporteret, si illi vixissent qui morte vicerunt.*

§ 184. (l. 88.) Πόντιος Ἀκύλας] De victoria Pontii Aquilæ, quam a T. Munatio Planco retulit, mentio etiam apud Zonaram X. 15. T. I. p. 497. Hic est Aquila, quem tribunum indignationem Cæsaris incurrisse, cui prætervehenti non assurrexit, narrat Suetonius in Cæsare c. 78. eumque inter conjuratos numerat Appianus II. civil. p. 499. In prælio hoc Mutinensi occisum statua deinde honoravit senatus, ut legas apud Dionem infra p. 317. D.

§ 185. (l. 90.) Τίτον Μουνάτιον Πλάγκον] Diversus hic a L. Munatio Planco Consule designato, qui Galliam Comatam cum quinque legionibus tenebat, cujus mentio fuit supra p. 311. B. & cui post prælium Mutinense perinde ut D. Bruto decretos honores testatur Cicero Epist. 19. ad M. Brutum. & epistola 18. *D. Brutum præclare cum Planco conjunctum habemus.* Quanquam vero ex mutuis L. Planci & Ciceronis literis, quæ libro X. ad diversos leguntur, & ex Philipp. XIII. 7. & 19. apparet, quantam spem in hoc respub. adversus Antonium posuerit; tamen cum sentiret L. Plancus, Augustum & Lepidum inclinare ad Antonium, etiam ipse postea non difficulter Reipublicæ partes deseruit. In Augusto autem præcipuam causam fuisse tam sinistri successus, diserte tradit lib. X. epist. 24. *Quod vivit Antonius hodie, quod Lepidus una est, quod exercitus habent non contemnendos, quod sperant, quod audent, omne Cæsari acceptum referre possunt.*

§ 186. (l. 1.) παρὰ τοῦ Λεπίδου] Hæ per M. Silanum missæ a M. Lepido suppetiæ fidem Antonio fecerunt, postquam victus prælio erat, apud eundem Lepidum se inventurum perfugium, uti etiam contigit. infra p. 318. E. 323. D. vehementer indignante Cicerone. Epist. 16. sq. scelus hoc Lepidi & amentiam appellat. Excusavit deinde factum hoc Lepidus senatui, inter Ciceronianas epistolas X. 35. Circumstantias quasdam singulares exponit Plutarchus in Antonio p. 923.

§ 187. (l. 4.) τόν τε Ἀντώνιον συγγενῆ ὄντα] Hinc neptis Antonii ex filia Antonia minore, nominata est Domitia Lepida. vide quæ viri docti ad Tacit. XII. 64. Annal. Lepidus φίλος ἦναι δοκῶν Ἀντωνίου, Plutarch. p. 923. Dio infra p. 319. E. & 324. E. ubi συγγενέας eorum iterum mentio. Nam filiam suam Lepido nuptum dedit Antonius p. 269. A.

§ 188. (l. 8.) Μάρκῳ Σιλανῷ] Hic est M. Junius Silanus, Julii Cæsaris pridem legatus, de quo meminit VI. 1. de bello Gallico, & Dio infra p. 324. A. Plura de eo & de aliis Silanis Jo. Glandorpius in Onomastico Rom. p. 505.

A.U.C.711 Hirtio&Pansa COSS.

39. Huc usque Cæsar a populo senatuque auctus fuit, ita ut cum alios sibi honores, tum consulatum proxime conferendum polliceretur. Nam Hirtius, in capiendis Antonii castris, Pansa non multo post, ex vulneribus, perierat: ita ut eorum mortis culpa Cæsari, tanquam successionis cupido, impingeretur. Senatus, quum nondum constaret, ad utram partem victoria esset inclinatura, omnem potestatem, quæ superioribus temporibus certis quibusdam hominibus erat præter majorum instituta concessa, antiquarat. Quæ etsi adversus utrosque statuebantur, ut victoris cupiditas ea ratione anteverteretur: tamen culpam decreti in eum collaturi erant, qui succubuisset. Itaque edixerant, partim, ne quis diutius anno cum imperio esset; partim, ne quis solus annonæ procurator, reive frumentariæ præfectus esset. Sed postquam, quæ gesta essent, acceperunt; Antonii clade læti, togas resumserunt, supplicationesque dierum LX. habuerunt: omnes, qui cum eo militassent, hostes judicarunt: eorumque bona, sicut & ipsius Antonii, proscripserunt.

Μέχρι μὲν οὖν τούτων ὁ Καῖσαρ καὶ πρὸς τοῦ δήμου καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ἤυξετο· καὶκ τούτου τά τε ἄλλα τιμηθήσεσθαι, [189] καὶ ὕπατος ὁ ἐυθὺς ἀποδειχθήσεσθαι προσεδόκα. συνέβη γὰρ, [190] τόν τε Ἵρτιον ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου στρατοπέδου καταλήψει, καὶ τὸν Οὐϊβούϊον ἐκ τῶν τραυμάτων, [c] οὐ πολλῷ ὕστερον φθαρῆναι· ὅθεν [191] αἰτίαν τοῦ θανάτου αὐτῶν πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς διαδοχὴν ἔσχεν. ἡ δὲ γερουσία πρῶτον μὲν, ἕως ἔτι ἄδηλον ἦν, ὁπότερος σφῶν κρατήσει, πάνθ' ὅσα ἐν τῷ πρὶν δυναστείας τισὶν ἔξω τῶν πατρίων δοθέντα παρεσκευάκει, [d] προσκατέλυσαν· ἐπ' ἀμφοτέροις μέν που ταῦτα ψηφισάμενοι, ὡς καὶ προκαταληψόμενοι δι' αὐτῶν τὸν [e] νικήσοντα, τὴν δὲ αἰτίαν ἐς τὸν ἕτερον τὸν ἡττηθησόμενον μέλλοντες ἀναφέρειν. τοῦτο μὲν γὰρ, ἀπεῖπον, μηδένα ἐπὶ πλείω χρόνον ἐνιαυτοῦ ἄρχειν· τοῦτο δὲ, ἀπηγόρευσαν, μήτε τινὰ σίτου ἐπιμεληθῆναι, μήτε τροφῶν ἐπιστάτην, ἕνα αἱρεῖσθαι· ἐπειδὴ δὲ τὰ πραχθέντα ἔμαθον, τῇ μὲν τοῦ Ἀντωνίου ἥττῃ ἔχαιρον, καὶ [192] τάς τε στολὰς μεταενέδυσαν, καὶ ἱερομηνίας [193] ἐπὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἤγαγον· τούς τε συνεξεταθέντας αὐτῷ πάντας ἔν τε πολεμίων μοίρᾳ ἐνόμισαν, καὶ τὰς οὐσίας, ὥσπερ που καὶ τὴν αὐτοῦ ἐκείνου, ἀφείλοντο.

40. Cæsari vero tantum aberat ut magnum aliquid jam præterea tribuerent; ut potius eum deprimere conarentur, omniaque quæ is se accepturum speraverat, Decimo tribuerent: cui non sacrificia tantum pro re bene gesta, sed triumphum etiam decreverunt: eidem belli reliquias, & legiones quum alias, tum etiam Vibii commiserunt: militibus, qui obsessi cum eo fuerant, & laudes, & reliqua præmia, quæ ante Cæsaris militibus promissa fuerant, tribuerunt: quum tamen ii nihil ad victoriam contulissent, sed prælium de muro spectavissent. Aquilam, qui in pugna perierat, statua honoraverunt; pecuniamque, quam is ex suis facultatibus, conducendis Decimi Bruti militibus, impenderat, hæredibus ejus reddiderunt. Denique omnia, quæ prius contra Antonium

[194] Τὸν δὲ δὴ Καίσαρα οὐχ ὅτι μεγάλου τινὸς ἔτ' ἠξίωσαν, ἀλλὰ καὶ καθαλύειν ἐπεχείρησαν, πάνθ' ὅσα ἐκεῖνος ἤλπιζε λήψεσθαι, τῷ Δεκίμῳ δόντες. οὐ γὰρ ὅτι βουθυσίας, [195] ἀλλὰ καὶ ἐπινίκια αὐτῷ ἐψηφίσαντο. [196] τά τε λοιπὰ τοῦ πολέμου, καὶ τὰ στρατόπεδα, ἄλλα τε καὶ τὰ [f] τοῦ Οὐϊβουΐου προσέταξαν· τοῖς στρατιώταις τοῖς [g] συμπολιορκηθεῖσίν οἱ, καὶ ἐπαίνους, καὶ [h] τἆλλα ὅσα τοῖς τοῦ Καίσαρος πρότερον προεπήγγελτο, καίπερ μηδὲν ἐς τὴν νίκην συμβαλομένοις, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τειχῶν αὐτὴν ἰδοῦσι, δοθῆναι ἔγνωσαν. [197] καὶ τὸν Ἀκύλαν ἀποθανόντα ἐν τῇ μάχῃ εἰκόνι ἐτίμησαν· τά τε χρήματα, ἃ ἐς τὴν παρασκευὴν τῶν τοῦ Δεκίμου στρατιωτῶν οἴκοθεν ἀνάλωκε, τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ ἀπέδωκαν. [i] τό, τε σύμπαν, ὡς εἰπεῖν, ὅσα τῷ Καίσαρι ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἐγεγόνει, ταῦτα ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον [k] ἄλλοις ἐψηφίσθη.

b ἐυθὺς. vox addita ex cod. V. a. & Med. cujus veritatem ipse nexus narrationis evincit. *c* οὐ πολλῷ. μὴ πολλῷ, Med. *d* προσκατέλυσαν. videtur προσκατέλυσεν scribendum fuisse, vel potius προκατέλυσεν. *e* νικήσοντα. ita V. a. melius quam vulgo νικήσαντα. *f* τοῦ. additum ex Med. *g* συμπολιορκηθεῖσιν οἱ, καὶ ἐπαίνους. ita HS. & L. συμπολιορκηθεῖσιν, οἳ καὶ ἐπαίνους, RS. pro qua lectione Xyl. vel illam censet substituendam, vel οἷς καὶ ἐπαίνους legendum. atque hoc ipsum alteri (sed immerito) præfert. *h* τἆλλα. additum nunc ex V. a. *i* τό, τε σύμπαν, ὡς εἰπεῖν. vix dubito, expungendum esse ὡς, ut maneat notissima formula, τό, τε σύμπαν εἰπεῖν. *k* ἄλλοις ἐψηφίσθη. hanc esse veram lectionem, quæ debetur codici V. a. & Med. vix dubitabit quisquam. ἄλλις ἐψηφίσθη, vulgo. ἄυθις ἐψηφίσθη, emendat L. quod non satisfacit.

§ 189. (l. 16.) καὶ ὕπατος] M. Brutus ad Ciceronem epist. 8. *Timeo de Consulatu, ne Cæsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quam inde, si Consul factus sit, descensurum.* Cicero ipse epist. 14. *Cæsarem meis consiliis adhuc gubernatum, præclara ipsum indole, admirabilique constantia, improbissimis litteris quidam, fallacibusque interpretibus ac nunciis impulerunt in spem certissimam consulatus. Quod simul atque sensi, neque ego illum absentem litteris monere destiti, nec accusare præsentes ejus necessarios &c.* Certe eventus docuit, ut Cæsarem nuper Pompejus (supra p. 102. E.) ita Augustum Cicero tam sublimem ad potentiam evexit decretis suis contra se & contra rempub. licet in Philippica V. 18. ausus est obligare fidem, promittereque, recipere ac spondere, *ipsum talem semper fore civem, qualis tunc erat, & qualem eum maxime esse, velle omnes & optare deberent.* Et delusum ab Augusto Ciceronem statim apud amicos male audisse, libertatemque populi & se ipsum (infra p. 319. D.) perdidisse, notat Plutarchus p. 884.

§ 190. (l. 17.) τόν τε Ἵρτιον καὶ τὸν Οὐϊβούϊον] De Hirtii & Pansæ nece ita Cicero epist. 7. ad M. Brutum: *Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos, amisimus. Hirtius quidem* (circa prætorium Antonii castrorum pugnans, teste Appiano III. civil. p. 572.) *in ipsa victoria occidit, quum paucis diebus magno prælio ante vicisset. Nam Pansa fugerat, vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit.* De hoc supra p. 316. A. vide & de utroque Pighium T. III. Annalium p. 471.

§ 191. (l. 20.) αἰτίαν τοῦ θανάτου αὐτῶν] Apud Tacitum I. Annal. c. 10. de Augusto: *mox ubi decreto Patrum fasces & jus Prætoris invaserit, cæsis Hirtio & Pansa, sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum, sui milites Hirtium, & machinator doli Cæsar abstulerant, utriusque copias occupavisse.* Disertius Suetonius c. 10. *cum Hirtius in acie, Pansaque paulo post ex vulnere periissent, rumor increbuit, ambos opera ejus occisos, ut Antonio fugato, repub. Consulibus orbata, solus victores exercitus occuparet. Pansæ quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Adjicit his Aquilius Niger, alterum e consulibus Hirtium in pugnæ tumultu ab ipso interemtum.*

§ 192. (l. 32.) τάς τε στολὰς μεταενέδυσαν] Positis sagis, de quibus p. 212. A. togas resumserunt. Confer infra p. 324. C. & Philippicam XIV. 1.

ἐψηφίσθη. καὶ ὅπως γε ἂν, μηδ' ἂν ταμάλισα βουληθῇ [l] τι κακὸν δρᾶσαι, καὶ δυνηθῇ, πάντας αὐτῷ
E τοὺς ἐχθροὺς ἐπήσκησαν. τῷ τε γὰρ Πομπηΐῳ τῷ [m] Σέξτῳ [198] τὸ ναυτικὸν, καὶ τῷ Βρούτῳ τῷ Μάρκῳ τὴν Μακεδονίαν, τῷ τε Κασσίῳ τήν τε Συρίαν καὶ τὸν πόλεμον τὸν [n] πρὸς τὸν Δολοβέλλαν ἐνεχείρισαν· πάντως δ' ἂν καὶ τὰς δυνάμεις ἃς εἶχε [o] προσπαρείλοντο, εἰ μήπερ ἐφοβήθησαν φανερῶς [p] αὐτὸ ψηφίσασθαι, διὰ τὸ εὔνους οἱ τοὺς στρατιώτας ἐπίστασθαι ὄντας. στασιάσαι δ' οὖν σφᾶς καὶ ὡς καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐπεχείρησαν. οὔτε
318 γὰρ ἐπαινέσαι τε καὶ τιμῆσαι πάντας αὐτοὺς ἠθέλησαν, μὴ καὶ τὸ φρόνημα αὐτῶν ἐπὶ μεῖζον ἄρωσιν· οὔτ' ἀτιμάσαι καὶ παριδεῖν πάντας, μὴ καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἀλλοτριώσωσι, καὶ καὶ ἀπὸ τοῦτο καὶ συμφρονεῖν ἀναγκάσωσι. διὰ μέσου οὖν ἐποίησαν, καὶ τοὺς μὲν ἐπαινέσαντες αὐτῶν, τοὺς δ' οὔ· καὶ τοῖς μὲν [199] στέφανον ἐλαίας ἐν ταῖς πανηγύρεσι φορεῖν δόντες, τοῖς δ' οὔ· καὶ προσέτι καὶ χρήματα, τοῖς μὲν [200] διχιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς, τοῖς δὲ οὐδὲ χαλκοῦν ψηφισάμενοι· συγκρούσειν τε αὐτοὺς ἀλλήλοις, κἀκ τούτου καὶ ἀσθενώσειν ἤλπισαν.

nium Cæsari dederant, tunc adversus hunc ipsum aliis decreverunt: ac, ne is ulla ratione posset, si vel maxime vellet, mali aliquid facere, omnes inimicos in eum armarunt, re navali Sexto Pompejo commissa, M. Bruto Macedonia, Cassio Syria & bello contra Dolabellam. Haud dubie legiones quoque ipsi, quas habebat, ademissent; nisi veriti fuissent de hoc palam statuere, quod studia militum in Cæsarem non ignorarent. Nihilominus efficere conati sunt, ut milites & inter se ipsos, & a Cæsare dissentirent. Neque enim omnes laudibus honoribusque volebant afficere, veriti ne animis magis adhuc erigerentur: neque rursus omnes præterire ac inhonoratos relinquere, ne eos a se abalienatos, ad mutuam inter sese concordiam compellerent. Itaque mediam viam ingressi, quosdam collaudarunt, quosdam præterierunt; quibusdam oleaginam coronam ludis gestandam dederunt, quibusdam negaverunt: aliis dena sestertia, aliis ne æreolum quidem dari decreverunt: ea ratione ipsos inter se commissum iri, eoque infirmiores futuros, sperantes. A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

B Καὶ τούς γε διαγγελοῦντας σφίσι ταῦτα, οὐ πρὸς τὸν Καίσαρα, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἔπεμψαν. [q] περιαλγὴς οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις γενόμενος, ἐπέτρεψε μὲν τῷ λόγῳ τοῖς πρεσβευταῖς ἄνευ ἑαυτοῦ τῷ στρατεύματι συμμίξαι, προπαραγγείλας μήτ' ἀπόκρισίν τινα αὐτοῖς δοθῆναι, καὶ ἑαυτὸν παραχρῆμα μεταπεμφθῆναι· ἐλθὼν δὲ ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ συνακούσας σφίσι τὰ ἐπεσταλμένα, πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ᾠκειώσατο. οἵ τε γὰρ προλελιμμένοι, οὐ τοσοῦτον τῇ πλεονεξίᾳ ἔχαιρον, ὅσον ὑπώπτευον τὸ γιγνόμενον, τοῦ Καίσαρος σφᾶς ὀτιμάλισα ἀνάγον-
C τος· καὶ οἱ ἠτιμασμένοι ἐκείνοις μὲν οὐδὲν ὠργίζοντο, προσδιαβάλλοντες δὲ τὴν διάνοιαν τῶν ἐψηφισμένων, τήν τε ἀτιμίαν σφῶν ἐπὶ πάντας ἦγον, καὶ τὴν ὀργὴν αὐτοῖς ἐκινοῦντο. μαθόντες οὖν ταῦτ' οἱ ἐν τῇ πόλει, καὶ φοβηθέντες, ὕπαυλον μὲν οὐδ' ὡς αὐτὸν ἀπέδειξαν (ὑπέρ που [r] ταμάλισα

41. Hæc etiam qui militibus annuntiarent, non ad Cæsarem, sed ad ipsos milites miserunt. Cæsar id ferens ægerrime, permisit quidem legatis ad speciem, ut se absente cum exercitu loquerentur: sed ante suis denuntiavit, ne responsum aliquod eis darent, & se confestim arcesserent. Ita postquam ad exercitum venit, ac una cum militibus percepit, quæ ad ipsos mandata missa essent, longe adhuc arctius sibi per hæc ipsa militum suorum animos devinxit. Nam quibus præ religuis honor habebatur, ii non tam ea prærogativa gaudebant, quam suspicabantur, quorsum id ageretur, Cæsare præsertim instigante: contra, quibus nullus honor habitus, ii cæteris quidem non succensebant, sed decreti sententiam crominati, ignominiam eam ad universos pertinere ostendebant, omnesque ad iram concitabant. Quod

l τι κακὸν δρᾶσαι καὶ. hæc verba exciderant, restituta ex cod. Med. apud Gronov. p. 120. & V. a. sic & fere Z. ἵνα δὲ μὴ δυνηθῇ τι δρᾶσαι κακὸν. *m* Σέξτῳ. Σέξτῃ, L. marg. *n* πρὸς τὸν Δολ. sic Med. πρὸς Δολ. vulgo. *o* προσπαρείλοντο. sic vulgo. προσπαρέλοντο, X. quod recepi. *p* φανερῶς ψηφίσασθαι. sic vulgo. φανερῶς αὐτῷ ψηφίσασθαι, V. a. Med. quod corruptum, ex φαν. αὐτὸ ψηφίσ. *q* περιαλγὴς. περιοργὴς, V. a. sensu eodem. *r* ταμάλισα. ex Med. μάλιστα, vulgo. paulo ante, pro ἐκινοῦντο, posses etiam ἐκινοῦντο legere.

§ 193. (l. 33.) ἐπὶ ἑξήκοντα ἡμέρας] *Quinquaginta*, Cicero Philippica XIV. 11. & 14. Appian. III. civil. p. 574. De supplicationibus ob victorias decretis dictum supra ad p. 94. D.

§ 194. (l. 37.) τὸν δὲ δὴ Καίσαρα] Etiam Appianus III. civil. p. 574. testatur, Augusti in SCto ne mentionem quidem factam esse, nedum decretum quicquam de majoribus ejus honoribus. Et Vellejus II. 62. *Cæsaris adeo nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum ejus missi erant, juberentur, summoto eo milites alloqui. Non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat senatus. Nam cum eam injuriam dissimulando Cæsar ferret, negavere milites, sine imperatore ulla se audituros mandata.* Livii Epitome 119. *Adversus Cæsarem parum gratus senatus fuit, qui D. Bruto obsidione Mutinensi ab Cæsare liberato, honore triumphi decreto, Cæsaris militumque ejus mentionem non satis gratam habuit.* Cicero tamen Epist. 19. ad M. Brutum ait, se decrevisse, *ut ovanti introire Cæsari liceret.* Id autem improbasse alios, optimos illos viros quidem, sed in Repub. rudes. Etiam apud Appianum p. 577. legas, Augusto triumphum petenti a senatu hoc negatum, velut qui ampliora conciperet animo, quam ætas ipsius ferret, πρεσβύτερα τῆς ἡλικίας ἐπινοῶν.

§ 195. (l. 40.) ἀπὸ καὶ ἐπινίκια] Vellej. II. 62. *D. Bruto, quod alieno beneficio viveret, decretus triumphus.*

§ 196. (l. 41.) τά τε λοιπὰ τοῦ πολέμου] Ad Augustum in ordinem redigendum. infra p. 321. E.

§ 197. (l. 47.) καὶ τὸν Ἀκύλαν] De hoc Pontio Aquila supra p. 316. C. quem in prælio periisse ad Ciceronem scribit Asinius Pollio lib. X. epist. 33. Cicero ad M. Brutum epist. 19. *effudi, si ita vis, honores in mortuos Hirtium & Pansam: Aquilam etiam.*

§ 198. (l. 56.) τὸ ναυτικὸν] Vide Laurent. Begerum T. II. Thesauri Brandenb. p. 564. Jac. Oiselium ad numum hujus Sexti Pompeji, in quo præfectus classis & oræ maritimæ ex SCto appellatur, LXXVI. 10. Thesauri numismatum. Mentio hujus rei iterum infra p. 366. D. 334. A.

§ 199. (l. 70.) στέφανον ἐλαίας] Infra XLIX. p. 400. B. Appianus III. civil. p. 574. στέφανον αὐτοὺς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀεὶ θαλλοῦ περιτίθεσθαι. vide Car. Paschalium de Coronis VI. 18. sq.

§ 200. (l. 72.) διχιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς] Decem millia sestertium, infra p. 321. C. Equidem πεντακισχιλίας δραχμὰς, alterum tantum, habent Appiani codices duobus locis, p. 574. & 581. Sed διχιλίας καὶ πεντακοσίας ibi reponendum esse certum est, ex p. 583. ubi ait, Augusto cum exercitu ad urbem accedente, numeratas non duabus legionibus tantum, sed toti exercitui, nec 2500. tantum, sed 5000. Drachmas, hoc est viginti Sestertia.

A.U.C. 711 Hirtio & Pansa COSS.

virtutis. In hac mora, nonnulli Germanorum ad Brutum ab iis perfugerunt: viciſſimque ad eos tranſiit a Bruto Amyntas Dejotari dux, & Rhaſcyporis: quanquam eum domum continuo abiiſſe quidam autores ſunt. Hæc pavorem majoris defectionis Bruto objecerunt: itaque committere prœlium cum ipſis ſtatuit. Quum autem in caſtris ſuis multos captivos haberet, ac neque quonam modo eos prœlii tempore cuſtodiret, neque qua ratione fidem ipſis haberet, nullum eos maleficium eſſe perpetraturos, inveniret; majori eos ex parte interemit, neceſſitati etiam præter animi ſententiam ſerviens: eoque id facilius, quia captivi ex ſuo exercitu ab hoſtibus erant occiſi. Quo facto, in aciem ſuos eduxit: jamque ordinibus utrinque inſtructis, aquilæ duæ, ſupra utrosque volantes, inter ſe certavere: & illis prœlii qui finis eſſet futurus, oſtendere. Quemadmodum enim aquila, quæ a parte Bruti erat, victa fugit: ita legiones ejus, quum diu admodum ancipiti eventu pugnaſſent, tandem ſuperatæ ſunt: multisque occiſis, equitatus etiam, quanquam fortiter eo usque pugnans, conceſſit. Eos fugientes in diverſas partes victores inſecuti, neque occiderunt quenquam neque ceperunt: ſed tantum noctu circumſeſſis ſingulis, iterum coëundi inter ſe facultatem ademerunt.

A.U.C. 712 Lepido II. & Planco COSS.

49. Brutus in locum quendam natura tutum effugerat: conatusque in caſtra pervenire, quum nulla ratione id efficere valeret, audito etiam militum nonnullos victoribus ſe dedidiſſe: rebus omnibus ſaluteque deſperata, vivum ſe in hoſtium pervenire poteſtatem indignum judicans, ipſe etiam ad mortem confugit: altaque voce recitato Herculis iſto dicto,

Ah! miſera virtus, vox eras: ego te interim
Pro re colebam, domina cum tibi fors foret.

ſuorum

o ὁ Ῥασκύπορις. ſic ſcripſi pro Θρασκύπορις, quod exhibent HS. & L. vel Θρασκύπολις, quod RS. videtur enim illud Θ, ex articulo ὁ, natum eſſe. de nomine ipſo viri vide ſupra ad p. 341. E. Ῥασκούπολις ſemper Appiano, quod & hic ad marginem poſuit L. p ὑπερπλώμενοι. ὑπεριπτάμενοι, Xiph. q ἄλλους ἄλλῃ ἐπεδίωξαν. non dubitavi ita ſcribere, pro ἄλλος, ex mente non tantum Xylandri, ſed & Xiphilini, qui ſic habet: ἄλλων ἄλλῃ φευγόντων, ἐπεδίωξαν μὲν οἱ κεκρατηκότες. r Ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦθα ἄλλως, ἐγὼ δέ σε, Xiph. ſic & RS. paulo aliter Plutarchus: ὦ τλῆμον ἀρετὴ λόγος ἄρα ἦθα, ἐγὼ δὲ ὡς ἔργον σε ἤσκουν. emendatius Xyl. quem ſecuti HS. L. ex incerto Tragico eſt, legiturque apud Grotium p. 466. ſq. Excerptorum; cujus verſionem exhibemus. expreſſit & Alciatus in Emblematis.

p. 411. A. Sed & Camulatum quendam fortem virum a Bruto ad hoſtes defeciſſe, atque per hoc magno eum metu perculiſſe ac dolore, narrat Plutarchus p. 1007.

§ 230. (l. 16.) ἐξωπλίσατο] Coactum & invitum ſe in aciem procedere ſatis ſuperque queſtus eſt Brutus, ſed perinde ut Pompejus ſupra p. 180. D. ceſſit militibus, dubiam fortunam tutæ certæque victoriæ præferentibus, ἀμφίβολον καὶ ἐξὸν αὐτὸν τύχην προλιθῶσι νίκης ἀκινδύνου. Appian. IV. civil. p. 661. Valerius tamen Maximus VI. 4. 5. hanc Bruto vocem tribuit: *Fidenter in aciem deſcendo, hodie enim aut recte erit, aut nihil curabo.*

§ 231. (l. 17.) ἀετοὶ δύο] Appianus p. 647. & 663. Valerius Max. lib. I. c. 4. n. 6. Plutarchus in Bruto p. 1001. & 1007. Simile omen ſupra p. 328. A. 171. D. &c. aliud oſtentum ſpectri ex Plutarcho Zonaras refert.

§ 232. (l. 30.) ὁ οὖν Βροῦτος] Plutarchus p. 1008. ex Volumnii fide refert, Brutum illo tempore hunc ingeminaſſe verſiculum ex Euripidis Medea v. 332.

Ζεῦ μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν.

Idem confirmat Appianus p. 665. & Zonaras X. 20. p. 508.

§ 233. (l. 38.) ὦ τλῆμον ἀρετὴ] Hunc puto eſſe alterum illum verſum, quem Volumnius apud Plutarchum ait pronunciarum a Bruto, ſed ſibi excidiſſe memoria, fortaſſe quod illum Bruto indignum putabat. Certe neſcio quid in mentem venerit Victorio, ut hoc totum a Dione confictum ſuſpicaretur XXIII. 2. Var. lect. aut Tanaquillo Fabro, ut vel Bruto vel Herculi usquam illud in ore fuiſſe dubitaret p. 92. ad Plutarchi libellum de Superſtitione, Gallica lingua a ſe donatum, in cujus exordio iidem verſus p. 165. edit. Græco Lat. afferuntur. Florus quoque IV. 7. 11. Brutum ait morientem efflaſſe, *non in re, ſed in verbo tantum, eſſe virtutem.* Apud Zonaram X. 20. p. 508. ὦ τλᾶμον ἀρετὰ, ἄλλως ἄρ' ἦθα λόγος, ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν, σύ δ' ἄν ἐδούλευες τύχῃ. vide & Claudium Minoëm ad Alciati emblemata 119. & Chriſtophori Adami Ruperti Orationem ſextam, in qua disquirit, cur e Brutis Lucius potuerit, Marcus non potuerit libertatem recuperare?

§ 234. (l. 38.) λόγος ἄρ' ἦθα] Horatius lib. I. Epiſt. VI. 32. *virtutem verba putas, & lucum ligna?* & VII. 41.

——— *aut virtus nomen inane eſt,*
Aut decus & pretium recte petit experiens vir.

Chorus apud Senecam Hippolyt. v. 988. *O vane pudor, falſumque decus!* Lucianus in Deorum concilio T. II. p. 714. ποῦ γάρ ἐστιν ἡ πολυθρύλητος ἀρετὴ, καὶ φύσις καὶ εἱμαρμένη, καὶ τύχη, ἀνυπόστατα καὶ κενὰ πραγμάτων ὀνόματα; Tacitus de moribus Germanorum c. 36. *ubi manu agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperiori* (h. e. ex victoris judicio) *ſunt.* Ita enim illum locum legit Nic. Heinſius, quem vide ad Velleji II. 30. 4. Si autem parricida Brutus exiſtimavit virtute ea ſe pollere,

A.U.C.712 Lepido II. & Planco COSS.

suorum quendam sibi manus afferre jussit. Ejus corpus Antonius humandum tradidit: caput autem Romam missum, in transmissione a Dyrrhachio tempestate coorta, in mare abjectum est. Mortuo Bruto, gregarii milites, impunitate sibi proposita, signa illico ad victores transtulere. Porcia autem, pruna ardenti deglutita, mortem sibi consciv it. Virorum autem primariorum, qui vel aliquem magistratum gessissent, vel ex percussoribus Cæsaris, aut proscriptorum in numero erant, plerique confestim manus sibi ipsis attulerunt, aut capti (inter quos Favonius fuit) perierunt: reliqui tunc ad mare profugerunt, ac deinde Sexto se Pompejo conjunxerunt.

quæ domina campi, omniumque casuum & errorum humanorum esset, vel quam Deus deberet perpetua in his terris prosperitate sine exceptione remunerari, maximopere eum ratio fefellit, ac propemodum laudandus mihi videtur artifex Florentinus, quem ajunt Bruti imaginem sculpere aggressum in marmore, imperfectam illam reliquisse ea de caussa quam hoc disticho expressit:

Dum Bruti effigiem sculptor de marmore fingit
In mentem sceleris venit, & abstinuit.

Sed longe pejus etiam concluſit Brutus, & falsius argumentatus est, si patriæ & libertatis amore tanquam summa virtute inflatus, ex sinistro hoc successu suo voluit colligere, virtutem ipsam esse cassum quoddam & inani vocis sono decoratum nomen sine re, quia potest esse res omni laude dignissima, utilissimaque (neque adhuc de certiorum futuræ & immortalis vitæ promissorum divinorum fide loquor) quæ tamen una ad meritum adversus omnes fortunæ casus atque errores vitæ, vel etiam Dei latens homines consilium, neutiquam sufficit.

§ 235. (l. 40.) *παρεκάλεσέ τινα τῶν συνόντων*] Strabonem Ægeatem sive Epirotam vocant, præter Aurelium Victorem cap. 82. de viris illustribus, Vellejus II. 70. Epitome Livii lib. 124. Plutarchus p. 1009. & Appianus p. 666. Florus IV. 7. 14. *Brutus cum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret, ita enim pariter superesse bello convenerat,* (vide Plutarchum p. 1002. 1003.) *ipse quoque uni comitum suorum confodiendum præbuit latus!*

§ 236. (l. 41.) *τὸ μὲν σῶμα*] Appianus p. 668. *Βροῦτον Ἀντώνιος ἀνευρὼν περιέβαλέ τε ἁρίστῃ φοινικίδι ἐνδὺς, καὶ κάυσας, τὰ λείψανα τῇ μητρὶ Σερουιλίᾳ ἐπεμψεν*, ex Plutarchi Bruto p. 1009. & Antonio p. 925. Brutum tunc annorum circiter quadraginta fuisse, legas in Livii Epitome lib. 124. annum XXXVII. habet Vellejus II. 72.

§ 237. (l. 42.) *ἡ δὲ δὴ κεφαλὴ*] Caput Bruti Romam missum, ut statuæ Cæsaris submitteretur, narrat Suetonius Augusto, c. 13.

[235] *παρεκάλεσέ τινα τῶν συνόντων, ἵνα αὐτὸν ἀποκτείνῃ. καὶ αὐτοῦ* [236] *τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ταφῆς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἔτυχεν·* [237] *ἡ δὲ δὴ κεφαλὴ ἐπέμφθη μὲν ἐς τὴν Ῥώμην, χειμῶνι δὲ ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ Δυῤῥαχίου διάπλῳ περιπεσοῦσα, ἐς τὴν θάλασσαν ἐρρίφη. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, τὸ μὲν πλῆθος τῶν στρατιωτῶν αὐτίκα, ἀδείας σφίσι κηρυχθείσης, μετέστη·* [238] *ἡ δὲ δὴ Πορκία ἄνθρακα διάπυρον καταπιοῦσα ἀπέθανε. τῶν δὲ ἀνδρῶν τῶν πρώτων τῶν ἀρχάς τινας σχόντων, ἢ καὶ ἐκ τῶν σφαγέων τῶν τε ἐπικεκηρυγμένων ἔτι ὄντων, οἱ μὲν πλείους* [239] *ἑαυτοὺς παραχρῆμα ἀπέκτειναν, ἢ ἁλόντες, ὥσπερ* [240] *ὁ Φαβώνιος, ἐφθάρησαν· οἱ δὲ λοιποὶ τότε ἐπὶ τὴν θάλασσαν διέφυγον, καὶ μετὰ τοῦτο* [241] *τῷ Σέξτῳ προσέθεντο.*

§ 238. (l. 47.) *ἡ δὲ δὴ Πορκία*] Martialis de hac filia Catonis, Bruti conjuge, lib. I. 43. *ardentes avido bibit ore favillas.* Hoc est cineribus ardentibus deglutitis sese suffocavit. Idem referunt Plutarchus p. 1009. Appianus IV. civil. p. 669. & ex Dione Zonaras X. 20. p. 508. vide & quæ de constantia hujus Porciæ supra p. 246. C. D. Eundem in modum Servilia, Lepidi filii ex Junia Bruti sorore nati uxor, *vivo igni devorato præmaturam mortem immortali nominis sui pensavit memoria.* Vellej. lib. II. c. 88. Catulus apud Florum III. 21. 15. *ignis hausto se ludibrio hostium exemit.* De hoc mortis genere consulendus Francisc. Carpentarius in Carpentarianis p. 159. sq. Tamen idem ab agyrtis impune & sine noxa susceptum. Carolus Patinus Epistola ad Joh. Fabrum, Medicum Hailbrunnensem data Patavii 1677, 20. Dec. *Homines ignivoros nuper vidimus, carbones ipsos devorantes, ceram Hispanicam accensam, una cum sulphure ac bitumine liquefactam, ferrum insuper candens linguæ imponebant.*

§ 239. (l. 50.) *ἑαυτοὺς παραχρῆμα ἀπέκτειναν*] Ut Livius Drusus, de quo p. 383. D. idem de Quintilio Varo Vellejus II. 71. infinitam nobilitatem cum M. Bruto periisse auctor Eutropius VII. 2.

§ 240. (l. 51.) *ὁ Φαβώνιος*] Ille Catonis æmulus, Bruti familiaris, de quo ad p. 62. B. Catenatum coram Cæsare & Antonio productum, & hoc honorifice salutato, illum ob sævitiam & contumeliam verborum fœdissimo convicio coram proscidisse, refert Suetonius Augusto c. 13.

§ 241. (l. 53.) *τῷ Σέξτῳ*] Sextus Pompejus Magni filius cum valida classe Siciliam tenebat, & jam antea magno proscriptis perfugio fuerat ac solatio, ut dictum p. 334. A. Sed de hujus rebus gestis & clade uberius Dio utroque proximo libro. Ad hunc Sextum Statius etiam Murcus cum omni commissa sibi a Bruto parte exercitus navium que confugit, ut narrat Vellejus II. 72. & Appianus V. civil. p. 685.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ΟΓΔΟΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ὀγδόῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Hæc insunt Libro XLVIII. Romanæ Historiæ Dionis.

Ὡς Καῖσαρ Φουλουίᾳ καὶ Λουκίῳ Ἀντωνίῳ ἐπολέμησεν.
Bellum, quod contra Fulviam & L. Antonium Cæsar gessit. c. 1 — 16.

Ὡς Σέξτος Πομπήϊος Σικελίαν κατέσχεν.
Ut Sextus Pompejus Siciliam occupaverit. c. 17 — 23.

Ὡς Πάρθοι τὰ μέχρι τοῦ Ἑλλησπόντου κατέσχον.
Quemadmodum Parthi omnem regionem ad Hellespontum usque obtinuerint. c. 24 — 26.

Ὡς Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος πρὸς Σέξτον συνέθεντο.
De pace, quam cum Sexto Pompejo Cæsar & Antonius fecerunt. c. 27 — 38.

Ὡς Πούπλιος Ὀυεντίδιος Πάρθους ἐνίκησε, καὶ τὴν Ἀσίαν ἐκ-
σέσωσε.
Quomodo P. Ventidius Parthis victis Asiam recuperaverit. c. 39 — 42.

Ὡς Καῖσαρ Σέξτῳ πολεμῆσαι ἤρξατο.
Ut Cæsar bellum contra Sextum Pompejum moliri inceperit. c. 43 — 48.

Περὶ Βαΐων
De Bajis. c. 49 — 54.

357 Χρόνου πλῆθος, ἔτη πέντε, ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Λ. Ἀνλώνιος Μ. υἱ. [a] Πέλας,
Γν. Δομίτιος Μ. υἱ. Καλουῖνος, [b] τὸ β',
Λ. [d] Μάρκιος,
Ἄππιος [e] Κλαύδιος Γ. υἱ. Ποῦλχρος,
Μ. Υ̓ιψάνιος Λ. υἱ. Ἀγρίππας,
καὶ Π. Σερουίλιος Π. υἱ. Ἰσαυρικός. [b]
καὶ Γ. Ἀσίνιος Γ. υἱ. [c] Πωλίων.
καὶ Γ. Καλουίσιος Σαβῖνος.
καὶ [f] Γ. Νωρβανὸς Γ. υἱ. Φλάκκος.
καὶ Λ. Καινίος, Λ. υἱ. Γάλλος.

Annis hæc acta sunt quinque, quibus consules hi fuerunt.

anteC.N.	U. C.		
41.	713.	L. Antonius, M. F.	& P. Servilius P. F. Isauricus.
40.	714.	Cn. Domitius M. F. Calvinus II.	& C. Asinius C. F. Pollio.
39.	715.	L. [d] Marcius,	& C. Calvisius Sabinus.
38.	716.	Ap. Claudius C. F. Pulcher,	& C. Norbanus C. F. Flaccus.
37.	717.	M. Vipsanius L. F. Agrippa,	& L. Caninius L. F. Gallus.

A Ὁ μὲν οὖν Βροῦτος ὅ, τε Κάσσιος οὕτως ἀπώλοντο, [1] τοῖς ξίφεσιν, οἷς τὸν Καίσαρα ἀπεχρήσαντο, σφαγέντες· οἵ τε ἄλλοι οἱ τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐπιβουλῆς μεταχόντες, [2] οἱ μὲν πρότερον, οἱ

1. Ad hunc igitur modum Brutus & Cassius perierunt, iis, quibus Cæsarem interfecerant, gladiis confossi: cæteri, qui earum adversus Cæsarem insidiarum participes fuerant, alii A.U.C. 712 Lepido II. & Planco COSS.

a Πέγας, RS. Πέλας, Dio infra p. 360. B. sic in notis X. & L. quos vide. aliis Pætas. *b* RS. addit Isaurico Ὕπατος τὸ β'. quod Cn. Domitio, sequentis anni consuli additum fuisse, & huc perperam tractum, suspicatur X. utrique vero adjicitur apud RS. *c* Πωλίων. Ποπλίων, Palmer. pro hoc cognomine RS. habet σαβῖνος ὕπατος. ea vero ad sequentis anni consulatum spectant, de quo præter hæc nihil apud RS. *d* Μάρκιος. sic infra eum Dio nominat, X. Πόρκιος Κενσορῖνος, L. Μάρκιος Κενσορῖνος, Palmer. *e* Κλαύδιος. ita scribendum vidit X. pro κ. λ. quod est apud RS. nam conjunctim κλ. Κλαύδιον significat. *f* Νωρβανὸς. pro hoc vitiose RS. γ. μ. Ὡρβανὸς.

§ 1. (l. 2.) τοῖς ξίφεσιν] Cassium & Brutum fortasse notans Suetonius in Cæsare c. ult. *nonnulli*, inquit, *semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violaverant, interemerunt.* Acuti autem viri Petri Bælii objectionibus, qui in Dictionario historico, ubi de Cassio ipsi sermo est, Dionem putat falso hoc adfirmasse, facile respondere licet ex iis quæ notavi ad superiorem librum p. 354. C.

§ 2. (l. 4) οἱ μὲν πρότερον] Ut *Trebonius* de quo p. 344. B. & *D. Brutus* p. 325. C.

A.U.C. 712 Lepido II. & Planco COSS.

alii ante, alii tum, alii poſtea temporis, paucis quibusdam exceptis, interfecti ſunt: ut partim juſtitia, partim deorum numen, eos ad ſupplicium vocabat, qui virum bene de ſe meritum & ad id virtutis ac fortunæ progreſſum occidiſſent. His rebus geſtis, Cæſar & Antonius ſtatim ſe ſupra Lepidum, ejus quidem victoriæ non participem, extulerunt, ipſi quoque paulo poſt ſeſe invicem aggreſſuri. Difficile enim erat tres, aut duos etiam viros, æquali dignitate, quum tantam bello potentiam adepti eſſent, concordiam ſervare. Itaque, quæ adhuc in adverſariis evertendis unanimi conſilio conſecuti fuerant, ea tum præmia ſuæ qua invicem contendebant ambitionis facere cœperunt. Statim enim imperium Cæſar Antoniusque inter ſe partiti ſunt, ac Cæſari quidem Hiſpania & Numidia, Antonio Gallia atque Africa, adſignatæ ſunt: ea conditione, ut ſi id animo iniquo Lepidus ferret, Africa ei cederetur.

2. Has tantum regiones ſortiti ſunt, quod Sardiniam Siciliamque Sextus adhuc tenebat, reliquæ extra Italiam provinciæ pacatæ nondum erant. De Italia autem dicere nihil attinet, quod in ſortitionibus ejusmodi ſemper exemta manſerit, quum id præ ſe ferrent ſermonibus, ſe non de ea, ſed pro ea dimicare. Iis igitur in medio relictis, Antonius id ſibi negotii ſumpſit, ut hoſtes in ordinem cogeret; & pecuniam, quæ militibus promiſſa fuerat, conficeret: Cæſar vero, ut Lepidum, ſi quid is moviſſet, reprimeret: contra Sextum Pompejum bellum gereret: veteranis ſigna ipſorum ſecutis agros promiſſos divideret, quos etiam ſtatim exauctorarunt. Ad hæc convenit, ut duas legiones Cæſar Antonio ſecum abducendas daret, ipſe viciſſim ab eo totidem alias tum in Italia morantes accipe-ret. Hæc ita inter ſe ſolos compoſita, conſcriptaque, & conſignata, alter ab altero accepit: ut uter eorum conventis non ſtetiſſet, is ex ſyngrapha convinci poſſet: hisque actis, Antonius in Aſiam, Cæſar in Italiam curſum convertit.

3. In itinere ac navigatione Cæſarem morbus tanta vi afflixit, ut iis, qui Romæ erant, mortis quoque ſuæ opinionem præberet: ſed plerique exiſtimantes, non tam infirmitate detentum, quam

[3] οἱ δὲ τότε, [4] οἱ δὲ μετὰ ταῦτα, πλὴν πάνυ ὀλίγων, ἐφθάρησαν· ὥς που τό, τε δίκαιον ἔφερε, καὶ τὸ δαιμόνιον ἦγεν, ἄνδρα αὐτοὺς εὐεργέτην σφῶν, ἐς τοσοῦτον καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς τύχης προχωρήσαντα, ἀποκτείναντας παθεῖν. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος τοῦ μὲν Λεπίδου παραχρῆμα, ἅτε μὴ [g] συννικήσαντος σφίσιν, ἐπλεονέκτησαν· ἔμελλον δὲ καὶ ἐπ' ἀλλήλους οὐκ ἐς μακρὰν τρέψεσθαι. χαλεπὸν γὰρ, ἄνδρας τρεῖς, ἢ καὶ δύο, ὁμοτίμους, ἐγκρατεῖς τηλικούτων ἐκ πολέμου πραγμάτων γενομένους, ὁμονοῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο ὅσα τέως ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθισαμένων σφίσι καταλύσει συμφρονήσαντες κατέπραξαν, ταῦτα τότε ἄθλα τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίας ἤρξαντο ποιεῖσθαι. [5] τήν τε γὰρ ἀρχὴν αὐτίκα ἀνεδάσαντο, καὶ Καίσαρι μὲν ἥ τε Ἰβηρία καὶ ἡ Νουμιδία, Ἀντωνίῳ δὲ ἥ τε Γαλατία καὶ ἡ Ἀφρικὴ ἐγένετο· καὶ συνέθεντο, ὡς ἄν τινα ἀγανάκτησιν ὁ Λέπιδος ἐπὶ τούτῳ ποιήσηται, τῆς Ἀφρικῆς αὐτῷ ἐκστῆναι.

Ταῦτα δὲ δὴ μόνα διέλαχον, ὅτι Σαρδὼ μὲν καὶ Σικελίαν [6] ὁ Σέξτος ἔτι κατεῖχε, τὰ δ' ἄλλα τὰ ἔξω τῆς Ἰταλίας ἐν ταραχῇ ἔτι ἦν. ἐκείνης γὰρ δὴ πέρι οὐδὲν δέομαι λέγειν, ὅτι ἐξαίρετος ἀεί ποτε ἐν τοῖς τοιούτοις ἔμενεν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὡς περὶ αὐτῆς ποτε, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνιζόμενοι, τοὺς λόγους ἐποιοῦντο. ἐν κοινῷ οὖν ταῦτα ἀφέντες, Ἀντώνιος μὲν τήν τε καθάρσιον τῶν ἀνθιστησάντων σφίσι, καὶ τὴν ἀργυρολογίαν τὴν ἐς [7] τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις ἐπαγγελθέντα ἀνεδέξατο· Καῖσαρ δὲ τόν τε Λέπιδον, ἄν τι παρακινῇ, [b] κωλῦσαι, καὶ τῷ Σέξτῳ προσπολεμῆσαι, [8] τήν τε χώραν, ἣν τοῖς συστρατευομένοις σφίσιν ὑπέσχητο, καταγεῖμαι τοῖς ἔξω τῆς ἡλικίας αὐτῶν οὖσιν, οὓς καὶ εὐθὺς διῆκαν. καὶ προσέτι οὗτος μὲν δύο τῷ Ἀντωνίῳ στρατόπεδα τῶν συνόντων οἱ συνέπεμψεν· ἐκεῖνος δὲ ἕτερα ἐκ τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τότε ὄντων ἴσα ἀντιδώσειν αὐτῷ ἐπηγγείλατο. ταῦθ' οὕτω καταμόνας συνθέμενοι, καὶ γράψαντες, καὶ κατασημηνάμενοι, τά τε γραμματεῖα ἀλλήλοις ἀντέδοσαν, ἵν', ἄν τι [k] παραβαίνθῃ, ἐξ αὐτῶν ἐλεγχθῇ· καὶ μετὰ τοῦτο Ἀντώνιος μὲν ἐς τὴν Ἀσίαν, Καῖσαρ δὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀφωρμήθη.

[9] Καὶ αὐτὸν ἡ νόσος ἔν τε τῇ πορείᾳ καὶ ἐν τῷ πλῷ ἰσχυρῶς ἐπίεσεν, ὥστε καὶ θανάτου δόξαν τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ παρασχεῖν. οὐ μέντοι καὶ ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας τοσοῦτον, ὅσον ἐπὶ παρασκευῇ ναυ-

g συννικήσαντος. emendatio Xyl. recepta ab HS. & L. συνοικήσαντος RS. *b* κωλῦσαι. ſic Xiph. & Z. pro vulgato κολοῦσαι, quod verbum cum altero ſæpe permutari ſolet. ceterum ἀνιπαρακινεῖ ſcripſerat RS. quod diſcerpendum eſſe in tres voces recte monuit X. quem ſecuti ſunt ceteri, ἄν τι παρακινῇ exhibentes. *i* τότε ὄντων. σότε ἔτι ὄντων, V. b. *k* παραβαίνθῃ. forte παραβαλῇ.

§ 3. (l. 5.) οἱ δὲ τότε] Vide p. 356. B. In his *Petronius*, de quo Appianus V. civil. p. 673.

§ 4. (l. 5.) οἱ δὲ μετὰ ταῦτα] Ut *Caſſius Parmenſis*, de quo Vellejus II. 88. Sueton. Cæſare c. 89. *Percuſſorum autem fere neque triennio quisquam amplius ſupervixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes: alius alio caſu periit, pars naufragio, pars prælio* &c. Cn. Domitius Ænobarbus, morbo, infra p. 427. B.

§ 5. (l. 18.) τὴν ἀρχὴν ἀνεδάσαντο] Eutropius VII. 2. *Sic inter eos diviſa eſt Respub. ut Auguſtus Hiſpanias, Gallias, Italiam teneret: Antonius Aſiam, Pontum, Orientem.* Antonium transmarinas obiturum provincias ſubſtitiſſe, Cæſarem in Italiam ſe recepiſſe, tradit Vellejus II. 74. quod confirmat Plutarchus in Antonio p. 925. & Sueton. Auguſto c. 13. Appianus initio lib. V. teſtatus Lepidum ἐκπεσὼν τοῦ μέρους τῆς ἡγεμονίας, Antoniumque & Auguſtum Lepidi provincias etiam ſibi uſurpaſſe p. 671. & 672. vide & Dionem infra p. 369. A. 370. A.

§ 6. (l. 25.) ὁ Σέξτος] Hic ex Hiſpania revertens Siciliam & Sardiniam armis occupaverat. vide ſupra p. 334. A. & Vellejum II. 72.

§ 7. (l. 32.) τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις ἐπαγγελθέντα] P. 352. C.

§ 8. (l. 35.) τήν τε χώραν] Florus IV. 5. Epitome Livii lib. 125. *C. Cæſar reverſus in Italiam veteranis agros diviſit.* Sueton. Auguſto c. 13. *Partitis poſt victoriam officiis, cum Antonius Orientem ordinandum, ipſe veteranos* (exceptis octo millibus, quos inter exercitus ſuos & cohortes prætorias diviſerunt Auguſtus & Antonius. Appianus V. civil. p. 672.) *in Italiam reducendos & municipalibus agris* (τῶν Ἰταλικῶν πόλεων ὀκτωκαιδέκατα, Appian. V. civil. p. 684. licet ὀκτωκαίδεκα legitur IV. p. 590.) *collocandos recepiſſet: neque veteranorum, neque poſſeſſorum gratiam tenuit, alteris pelli ſe, alteris non pro ſtie*

κοῦ τινος, χρονίζειν αὐτὸν ἐνόμιζον· καὶ τούτου πάνθ', ὅσα ἐνεδέχετο σφᾶς παθεῖν, ὑπετόπουν· καίτοι ἄλλα τε ἐπὶ τῇ νίκῃ πολλὰ αὐτοῖς ἐψηφίσαντο, ἅπερ που καὶ τοῖς ἑτέροις ἂν, εἰ ἐκεκράτησαν, ἐδέδοτο· (ἐν γὰρ δὴ τοῖς τοιούτοις τό, τε ἀπολωλὸς πάντες ἀεὶ καταλέχουσι, καὶ [10] τὸ κρατῆσαν τιμῶσι·) καὶ δὴ καὶ ἱερομηνίας [11] ἐν ἅπαντι, ὡς εἰπεῖν, τῷ ἔτει καὶ ἄκοντες ἄγειν ἔγνωσαν. τοῦτο γὰρ σφίσιν ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ τῶν σφαγέων τιμωρίᾳ ἄνικρυς ποιῆσαι ἐκέλευσε. χρονίζοντος δ' οὖν αὐτοῦ, λόγοι τε παντοδαποὶ ἐθρυλοῦντο, καὶ παθήματα ἀπ' αὐτῶν παντοῖα συνέβαινε. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ οἱ μὲν ὡς τέθνηκε διεθρόουν, καὶ ἡδονὴν πολλοῖς ἐνέβαλλον· οἱ δὲ, ὡς κακόν τι βουλεύοιτο, καὶ φόβον συχνοῖς ἐνεποίουν. καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν τὰ σφέτερα συνέκρυπτον, καὶ ἑαυτοὺς ἐν φυλακῇ ἐποιοῦντο, οἱ δὲ [1] ὅπη ποτὲ ἀποδράσοιντο διεσκόπουν. ἄλλοι, καὶ οἵ γε πλείους, οὐδὲ ἐπινοῆσαί τι ὑπὸ τοῦ σφοδροῦ δέους δυνάμενοι, παρεσκευάζοντο ὡς καὶ πάντως ἀπολούμενοι· βραχύ τέ τι καὶ κομιδῇ σμικρὸν τὸ θαρσοῦν ἦν. ἐκ γὰρ δὴ τῆς πρόσθεν πολλῆς καὶ ποικίλης καὶ τῶν χρημάτων καὶ τῶν ἀνθρώπων φθορᾶς οὐδὲν ὅ, τι οὐχὶ καὶ τῶν ὁμοίων καὶ τῶν χειρόνων, ἅτε καὶ παντελῶς κεκραλημένοι, προσεδέχοντο. ὅθεν περ καὶ ὁ Καῖσαρ, φοβηθεὶς μή τι, ἄλλως τε καὶ τοῦ Λεπίδου παρόντος, νεοχμώσωσιν, ἐπέστειλε τῇ γερουσίᾳ, θαρσεῖν τε αὐτῇ παραινῶν, καὶ προσυπισχνούμενος πάντα καὶ πρᾴως καὶ φιλανθρώπως [m] καὶ τὸν παρόντα ποιήσειν. τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἐγένετο.

quam mali aliquid molientem moras nectere, sibi omnia, quæ possent accidere, mala præsagiebant. Quanquam eis ob victoriam cum alios multos honores tribuerunt, quos adversæ quoque parti, si vicissent, daturi erant; (ita enim in hujusmodi rebus fert consuetudo, ut qui perierunt, in reprehensionibus omnium sint; qui vicerunt, honoribus afficiantur;) tum ut in totum fere annum supplicationes ejus nomine haberentur, vel inviti decreverunt. Ipse enim Cæsar aperte jusserat, ut id, ob supplicium de percussoribus exactum, fieret. Adventum igitur suum proferente Cæsare, varii sermones vulgo jactati, varieque homines inde affecti sunt. Inter alios rumores is quoque spargebatur, eum obiisse, eratque id multis voluptati: alii malum aliquod ipsum machinari ferebant, multisque metum injiciebant: ita ut alii res suas absconderent, suique custodiam agerent: alii de loco, in quem profugerent, sibi prospicerent. Plerique cum præ magnitudine pavoris nullas inire suæ salutis rationes possent, ad interitum sese prorsus comparabant: paucissimi admodum animo fuerunt bono. Nam quum prius tanta & tam varia facultatum jactura esset facta, & tot homines periissent: jam, ut qui prorsus sub dominatum venissent, nihil sibi levius, omnia graviora pollicebantur. Quare Cæsar, metuens ne qui novi tumultus concitarentur, Lepido præcipue præsente, literis ad senatum datis, bono eum esse animo hortatus est, pollicitusque, se omnia in præsentia clementer humaniterque acturum.

A.U.C. 712 Lepido II. & Planco COSS.

Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει, ὀνόματι μὲν ὅ, τε Σερουίλιος ὁ Πούπλιος καὶ [12] ὁ Ἀντώνιος ὁ Λούκιος, ἔργῳ δὲ, δοῦλός τε καὶ ἡ Φουλουία ὑπάτευσαν. τοῦ τε γὰρ [13] Καίσαρος πενθερὰ, καὶ τοῦ Ἀντωνίου γυνὴ οὖσα, [14] τόν τε Λέπιδον ὑπὸ νωθείας παρ' οὐδὲν ἦγε, καὶ αὐτὴ τὰ πράγματα διεχείριζεν· ὥστε μήτε τὴν βουλὴν, μήτε τὸν δῆμον, ἄλλο τι παρὰ τὸ ἐκείνη δοκοῦν χρηματίζειν. τοῦ γοῦν Λουκίου αὐτοῦ σπουδάζοντος [15] ἐπινίκιά τινων ἐν ταῖς Ἄλπεσιν οἰκούντων, ὡς καὶ νικήσαντος σφᾶς, πέμψαι, τέως μὲν ἡ Φουλουία ἀνέλεγεν, οὐδείς οἱ συνεχώρησεν· ἐπεὶ δὲ ἐκείνη θεραπευθεῖσα ἐπέτρεψε, πάντες ἐψηφίσαντο. ὥστε τῷ μὲν λόγῳ τὸν Ἀντώνιον, καθ' ὃν περ κεκραγηκέναι ἔλεγεν, (οὔτε γὰρ ἔπραξέ τι νικητηρίων ἄξιον, οὔθ' ὅλως ἡγεμονείαν ἐν τοῖς χωρίοις

4. Anno sequenti P. Servilius & L. Antonius nomen consulum, consulatum autem Cæsar & Fulvia gesserunt. Hæc Cæsaris socrus, ac M. Antonii uxor, Lepido propter ignaviam contempto, ipsa rempublicam administravit: ita ut neque senatus, neque populus, quicquam præter ejus sententiam statueret. Ipse L. Antonius quum de quibusdam Inalpinis velut a se victis triumphare vellet, quamdiu Fulvia contradixit, ei triumphus is a nemine concessus: ubi ea demulsa concessit, ab omnibus decretus est. Ita ad speciem quidem L. Antonius de iis, quos vicisse ajebat, (neque enim aut triumpho aliquid dignum egerat, aut omnino cum imperio ibi locorum fuerat) trium-

A.U.C. 713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

359

[1] Ὅπη ποτὲ, V. a. & Med. vulgo καὶ ποῖ ποτὲ. pro sequenti ἀποδράσοιντο, minus recte ἀποδράσαν ponit V. b.
[m] καὶτὸν παρόντα. aut τὰ παρόντα legendum est, aut vox καιρὸν addenda, X.

spe meritorum tractari querentibus. Sed de hoc, quemadmodum & de duabus legionibus, infra p. 359. D. sq. De M. Antonii in Asiam profectione p. 371. B.

§ 9. (l. 47.) καὶ αὐτὸν ἡ νόσος] Meminit Plutarchus in Antonio p. 925. Appianus V. civil. p. 672.

§ 10. (l. 57.) τὸ κρατῆσαν τιμῶσι] Non modo quoniam, ut ait Justinus V. 1. *quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat*, sed etiam præ metu ac necessitate.

§ 11. (l. 58.) ἐν ἅπαντι ὡς εἰπεῖν τῷ ἔτει] Xylander vertit: *ut quotannis supplicationes ejus nomine haberentur.* Sed hæc interpretatio propter verba ὡς εἰπεῖν ferri non potest. Itaque rectius sententiam Dionis cepit Pighius qui T. III. Annal. Rom. p. 481. ait, ob hanc de Cassio & Bruto victoriam, *in totum quasi annum supplicationes decretas.* De quadraginta, quinquaginta & sexaginta dierum ob victorias decretis supplicationibus, dixi ad p. 94. D.

§ 12. (l. 84.) ὁ Ἀντώνιος ὁ Λούκιος] M. Antonii triumviri frater minor natu, & solus post C. Antonium a C. Clodio (supra p. 341. B.) interfectum superstes, de quo Joh. Glandorpius in Onomastico Rom. p. 81. sq. uti de Fulvia secunda M. Antonii triumviri conjuge p. 83.

§ 13. (l. 86.) Καίσαρος πενθερὰ] Filiam Fulviæ, Claudiam, quam ex primo marito P. Clodio susceperat, privignam M. Antonii, duxerat Augustus, ut dictum p. 326. D. cum qua deinde intacta adhuc divortium fecit p. 359. E.

§ 14. (l. 87.) τόν τε Λέπιδον ὑπὸ νωθείας] Infra D. & p. 364. D. 399. A.

§ 15. (l. 90.) ἐπινίκιά τινων ἐν ταῖς Ἄλπεσιν οἰκούντων] In fastis Capitolinis triumphasse traditur L. ANTONIUS. M. F. M. N. COS. EX ALPIBUS Kal. JANuariis. De M. Antonio XVII. legiones & decem millia equitum per Alpes ducente in Italiam, meminit Plutarchus p. 923. F.

A.U.C. 713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

triumphavit: re autem, & triumphus iſte, & honor Fulviæ fuit. Proinde & magis eo, & verius, illa ſuperbiit: erat enim majus, triumphi poteſtatem alicui concedere, quam eum conceſſum ab alio ducere. Quin quum habitum triumphalem indueret Lucius, currum conſcenderet, reliqua pro more faceret, ipſa Fulvia eam celebritatem, hoc uſa adminiſtro, viſa eſt exhibere. Triumphus autem ductus eſt Kalendis Januariis, ac ſe Mario parem in eo Lucius jactabat, quod qua die magiſtratum initurus eſſet, triumphaſſet: imo & præferebat ſe Mario, quod ſponte triumphi ornamentis depoſitis, ſenatum togatus convocaſſet; quod Marius non feciſſet niſi invitus: præterea Mario aut nullam, aut unam alteramve omnino coronam datam: ſibi vero & alias, & tributim a populo (quod ante ipſum obtigiſſet nemini) oblatas. Id vero factum erat propter Fulviam, & pecunias clam certis hominibus diviſas.

χωρίοις ἐκείνοις ἔχε) τῇ δ' ἀληθείᾳ [16] τὴν [n] Φουλουΐαν καὶ τιμηθῆναι καὶ πομπεῦσαι. πολὺ γοῦν πλεῖον ἐκείνου, ἅτε καὶ ἀληθέστερον, ἐσεμνύνετο. τὸ γὰρ δοῦναί τινι ἐξουσίαν τῆς τῶν νικητηρίων πέμψεως, μεῖζον τοῦ διεξιέναι αὐτὰ παρ' ἑτέρου λαβόντα ἦν. πλήν γε ὅτι τήν τε σκευὴν τὴν ἐπινίκιον ὁ Λούκιος ἐνεδύσατο, καὶ τοῦ ἅρματος ἐπέβη, τά τε ἄλλα τὰ καθήκοντα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἔπραξεν, [o] ἄυτη ἡ Φουλουΐα τὴν πανήγυριν, ὑπηρέτη ἐκείνῳ χρωμένη, ποιεῖν ἔδοξεν. ἦχθη δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ· καὶ ἐπί τε τούτῳ ὁ Λούκιος [17] ἐξ ἴσου τῷ Μαρίῳ ἐσεμνύνετο, ὅτι ἐν τῇ νουμηνίᾳ αὐτὴν, ἐν ᾗ ὑπατεύειν ἤρξατο, ἐπετέλεσε· καὶ προσέτι καὶ ὑπὲρ ἐκεῖνον ἠγάλλετο, λέγων, αὐτὸς μὲν ἐθελονταὶ τά τε τῆς πομπῆς κοσμήματα ἀποτεθεῖσθαι, καὶ τὴν βουλὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ σολῇ ἠθροικέναι· τὸν δὲ δὴ Μάριον, ἄκοντα αὐτὰ πεποιηκέναι. προσετίθει τε, ὅτι ἐκείνῳ μὲν ἢ τις ἢ οὐδεὶς στέφανος ἐδόθη, [18] αὐτὸς δὲ, ἄλλους τε καὶ παρὰ τοῦ δήμου καὶ φυλὴν, (ὃ μηδενὶ τῶν προτέρων ἐγεγόνει) διά τε τὴν Φουλουΐαν, καὶ διὰ τὰ χρήματα, ἃ λάθρα τισὶν ἀνάλωσεν, ἔλαβεν.

5. Eo anno Cæſar Romam venit, peractisque iis ſacris, quæ ex inſtituto majorum ob victoriam fieri ſolent, ad res conſtituendas expediendasque ſe contulit. Nam Lepidus quidem, partim metu Cæſaris, partim animi infirmitate, a novis rebus agitandis abſtinuit: L. vero Antonius & Fulvia, quia & affinitate cum eo erant conjuncti, & conſortes principatus, primo quieverunt. Sed progreſſu temporis diſſidium inter eos coortum eſt, Antonio & Fulvia cauſantibus, quod in eam diviſionis agrorum partem, quæ ad Antonium pertinebat, recepti non fuiſſent: Cæſare, quod legiones ſibi ab iis redditæ non eſſent. Hoc diſſidio & affinitas direpta eſt, & ad bellum apertum res producta. Cæſar enim, quum inſolentiam ſocrus ſuæ non ferret, (malebat autem videri cum hac, quam cum Antonio ſibi non convenire) cum filia ejus, quam adhuc virginem eſſe ſacramento confirmabat, divortium fecit: nihil curans, fidesne ſibi haberetur, cum tanto eam tempore ſecum illibatam habuiſſe diceret: an vero exiſtimaretur hoc diu ante ſecum ita ſtatuiſſe, quum ſe ad futura præpararet. Poſt hoc repudium nihil inter eos amice actum eſt, ſed L. Antonius cum Fulvia ſtrenue & ſine remiſſione rem agebat, veluti qui id fratris ſui Marci cauſa faceret. Nam Pietatis quoque cognomen

Ἐν δ' οὖν τῷ ἔτει τούτῳ ἔς τε τὴν Ῥώμην ὁ Καῖσαρ ἀφίκετο, καὶ [19] τὰ νομιζόμενα ἐπὶ τῇ νίκῃ ποιήσας, πρός τε τὴν διοίκησιν καὶ πρὸς τὴν διαγωγὴν τῶν πραγμάτων ἐτράπετο. ὅ, τε γὰρ Λέπιδος τὰ μὲν τῷ Φόβῳ αὐτοῦ, τὰ δὲ καὶ τῇ τῆς γνώμης ἀσθενείᾳ, οὐδὲν ἐνεωτέρισε· καὶ ὁ Λούκιος, ἥ τε Φουλουΐα, ὡς καὶ συγγενεῖς καὶ κοινωνοὶ τῆς ἡγεμονείας αὐτῷ ὄντες, ἡσύχασαν τήν γε πρώτην. [p] προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, διηνέχθησαν, οἱ μὲν, ὅτι τοῦ μέρους [20] τῆς τῶν ἀγρῶν νομῆς, τοῦ τῷ Ἀντωνίῳ προσήκοντος, οὐ μετέσχον· ὁ δὲ, [21] ὅτι τὰ στρατεύματα παρ' αὐτῶν οὐκ ἀπέλαβε. καὰκ τούτων [22] ἥ τε συγγένεια αὐτῶν ἡ ἐκ τῆς ἐπιγαμίας διελύθη, καὶ πρὸς πόλεμον ἐμφανὴ [q] προήχθησαν. ὁ γὰρ Καῖσαρ τὴν χαλεπότητα τῆς πενθερᾶς μὴ φέρων, (ἐκείνη γὰρ μᾶλλον ἢ τῷ Ἀντωνίῳ διαφέρεσθαι δοκεῖν ἐβούλετο) τὴν θυγατέρα αὐτῆς, ὡς καὶ παρθένον ἔτι οὖσαν (ὃ καὶ ὅρκῳ ἐπισώσατο) ἀπεπέμψατο, οὐκ ὀκνήσας οὕτε εἰ τοσοῦτον ἄλλως ἡ γυνὴ πεπαρθενεῦσθαι παρ' αὐτῷ χρόνον νομισθείη, οὔτε πρὸς τὴν παρασκευὴν τῶν ἐσομένων, εἰ ἐκ πολλοῦ δόξειεν αὐτὸ προβεβουλευκέναι. γενομένου δὲ τούτου, οὐδὲν ἔτι [r] φίλιον ἐποίουν· ἀλλ' ὅ, τε Λούκιος μετὰ τῆς Φουλουΐας τῶν τε πραγμάτων, ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ Μάρκου τοῦτο δρῶν, ἀντελαμβάνετο, καὶ οὐδενὸς αὐτῶν ὑφίετο. διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν,

men

n Φουλουΐαν. poſt hoc nomen in cod. Med. deſunt tres verſus, deinde pergitur καὶ πομπεῦσαι. ut lacunam eſſe ſuſpiceris, quam alii utcunque expleverint additis verbis καὶ τιμηθῆναι. *o* ἄυτη ἡ Φουλουΐα. αὐτὴ ἡ Φουλ. L. *p* προϊόντος δὲ. προϊόντος γὰρ δὴ, V. a. & Med. *q* προήχθησαν. προσηνέχθησαν, V. a. *r* φίλιον. φίλον, Xiph. certe in vulgatis editionibus. ſed φίλιως, Coisl. & Br.

§ 16. (l. 97.) τὴν Φουλουΐαν] Fulvia eo mulier ingenio, ut ἄρχοντος ἄρχειν καὶ στρατηγοῦντος στρατηγεῖν præoptaret, ut ait Plutarchus in Antonio p. 920. φύσει πολυπράγμων καὶ θρασεῖα p. 929. Florus IV. 5. *ſemper alias Antonii peſſimum ingenium Fulvia, gladio cincta virilis militiæ, uxor agitabat.* Vellejus II. 74. *Uxor Antonii Fulvia nihil muliebre præter corpus gerens, omnia armis tumultuque miſcebat.* Conf. Dionem p. 331. C. D. & infra p. 363. A. & quæ ad Philippicam II. 5. viri docti, ubi Fulviam maritis ſuis tribus fatalem Cicero innuit.

§ 17. (l. 7.) ἐξ ἴσου τῷ Μαρίῳ] De triumpho Marii, quem Calendis Januariis primo ſecundi Conſulatus ſui die de Numidis & Rege Jugurtha celebravit A. U. C. DCL. videndus Plutarchus in Mario p. 412.

§ 18. (l. 14.) αὐτὸς δὲ ἄλλους τε] De coronis aureis, quæ victoribus dono dabantur, dixi ad p. 208. Singulare autem, datas L. Antonio a populo, & quidem tributim, ſicut antea etiam ſtatuam equeſtrem inauratam ei poſuerant cum hac inſcriptione: *Quinque & triginta tribus, Patrono.* quod factum indignatur Cicero, Philippica VI. 5. VII. 6.

§ 19. (l. 19.) τὰ νομιζόμενα ἐπὶ τῇ νίκῃ] Euchariſtica & luſtratoria ſacra, ut apud Dionyſium Halicarnaſſeum, lib. VI. pag. 354.

§ 20. (l. 27.) τῆς τῶν ἀγρῶν νομῆς] Vellejus II. 74. *L. Antonius Coſ. vitiorum fratris ſui conſors, ſed virtutum quæ interdum in illo erant expers, modo apud veteranos criminatus Cæſarem*

σέβειαν, καὶ [33] ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ [s] Πίεταν ἐπέθετο. καὶ ὁ Καῖσαρ τὸν μὲν Μάρκον οὐδὲν δῆθεν ἠτιᾶτο, μὴ καὶ ἐκπολεμώσειεν αὐτὸν, τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη διέχοντα· ἐκείνοις δὲ δὴ καὶ ἐπεκάλει καὶ ἀντέπραττεν, ὡς καὶ παρὰ τὴν γνώμην αὐτοῦ πάντα ποιοῦσι, καὶ δυνασείας ἰδίας ἐπιθυμοῦσιν.

men sibi propter suam in fratrem pietatem sumpserat. Cæsar Marcum scilicet Antonium nihil culpans, ne eum provincias Asianas administrantem, hostem sibi redderet, Lucium & Fulviam incusabat, iisque repugnabat, ut qui ea non ex Marci sententia agerent, sed peculiarem sibi quærerent dominationem. A.U.C. 713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

Ἦν δὲ ἐν τῇ κληρουχίᾳ ἀμφοτέροις ἡ πλείστη τῆς δυνάμεως ἐλπὶς, καὶ διὰ τοῦθ' ὑπὲρ αὐτῆς πρῶτον ἀρξάμενοι διεφέροντο. ὅ, τε γὰρ Καῖσαρ αὐτὸς πᾶσι τοῖς τε ἑαυτῷ καὶ τοῖς τῷ Ἀντωνίῳ συστρατευσαμένοις ἤθελεν αὐτὴν, [24] κατὰ τὰς συνθήκας τὰς μετὰ τὴν νίκην αὐτοῖς γενομένας, ὅπως εἰς εὔνοιαν σφᾶς ὑπαγάγηται, ποιήσασθαι· καὶ ἐκεῖνοι τήν τε ἐπιβάλλουσαν τοῖς σφετέροις κληρουχῆσαι, καὶ τὰς πόλεις αὐτοὶ [tt] ἀποικίσαι ἠξίουν, ἵνα τὴν ἰσχὺν αὐτῶν σφετερίσωνται. καὶ γὰρ ἑτοιμότατον ἀμφοτέροις ἐδόκει εἶναι, τὰ τῶν ἀόπλων τοῖς συμπολεμήσασι χαρίσασθαι. ὡς γοῦν παρὰ τὴν δόξαν αὐτῶν πολλὴ ταραχὴ ἐγίγνετο, καὶ τὸ πρᾶγμα εἰς πόλεμον προήγετο· (πᾶσαν γὰρ κατ' ἀρχὰς τὴν Ἰταλίαν, πλὴν [u] εἴ τις τῶν ἐστρατευμένων ἐν δωρεᾶς μέρει λαβὼν, ἢ καὶ ἐκ τοῦ δημοσίου πριάμενος εἶχε, μετά τε τῆς δουλείας, καὶ μετὰ τῆς ἄλλης καταστάσεως τοὺς δεσπότας ὁ Καῖσαρ ἀφῃρεῖτο, καὶ ἐκείνοις ἐδίδου· καὶ διὰ τοῦτο τῶν κτημάτων ἀποστερούμενοι δεινῶς πρὸς αὐτὸν ἠγανάκτουν·) μεταβάλλονται ἥ τε Φουλουία καὶ ὁ ὕπατος, πλείω δύναμιν ἐν τοῖς ἑτέροις τοῖς ἀδικουμένοις σχήσειν ἐλπίσαντες· καὶ τῶν μὲν ληψομένων τοὺς ἀγροὺς ἠμέλησαν, πρὸς δὲ ἐκείνους, ἅτε καὶ πλείονας ὄντας, καὶ ὀργὴν δικαίαν ὑπὲρ ὧν ἀπεστεροῦντο ποιουμένους, ἐτράποντο. καὶ τοῦτο ὑπολαμβάνοντες αὐτοὺς ὡς ἑκάστους, καὶ συνήρουν καὶ συνίσων· ὥστε καὶ τοὺς ἐν τῷ πρὶν τὸν Καίσαρα φοβουμένους, τότε προσαλῶν ἐπιλαβομένους, ἀναθαρσῆσαι, καὶ μηδενὸς ἔτι τῶν οἰκείων ἀφεῖσθαι· καὶ γὰρ καὶ τῷ Μάρκῳ ταῦτα συνδοκεῖν ἐνόμιζον.

6. Erat autem utrique parti maxima potentiæ spes in divisione agrorum posita, ideoque de ea primum inter se contenderunt. Cæsar secundum pacti, cum Antonio post victoriam initi, conditiones, omnibus suis Antoniique militibus agros dividere volebat, ut eorum sibi animos benevolentia obstringeret: Antonius & Fulvia suis militibus competentem partem ipsi assignare, ipsi colonias deducere volebant, ut eorum vires sibi adjungerent. Videbatur enim utrisque expeditissimum, bona inermium suis militibus largiri. Postquam autem præter ipsorum opinionem magnus tumultus extitit, & res ad bellum spectavit; (Cæsar enim omnes initio per totam Italiam agros, nisi quid miles aliquis emeritus dono accepisset, aut publice emisset, una cum servitiis & apparatu reliquo, dominis adimebat, ac militibus dabat; & hinc eorum, qui suis bonis spoliabantur, vehementia in se concitabat odia:) mutare sententiam Fulvia & Consul Antonius cœperunt. Existimabant enim, plus sibi præsidii in iis, quos Cæsar ea injuria læsisset, quam in iis, qui agros essent accepturi, futurum. Igitur his omissis, ad illos, quorum & numerus erat major, & ira justa, propter ademtas sibi res concepta, se converterunt: eos sibi singulatim obnoxios reddere, eos adjuvare, ac inter se societate copulare: ita ut qui ante Cæsarem metuissent, jam patronos adepti, animum resumerent, ac de suis facultatibus nemini cederent, quum etiam M. Antonio hoc ita putarent videri.

Τούτους τε οὖν ὅ, τε Λούκιος καὶ ἡ Φουλουία προσεποιοῦντο, καὶ τοῖς ἑτέροις τοῖς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα οὐδὲν προσέκρουον. οὐ γὰρ ὡς δέον αὐτοὺς κληρουχῆσαί τινα προσεβάλλοντο, ἀλλὰ ἀρκοῦντα αὐτοῖς τὰ τῶν ἀντιπολεμησάντων σφίσιν ἀπέφαινον· καὶ μάλιθ' ὅτι καὶ χωρία καὶ ἔπιπλα, τὰ μὲν ἔτι τότε ὄντα, [x] καὶ πεπραμένα ἀπεδείκνυσαν· ὧν τὰ μὲν αὐτὰ, τῶν δὲ τὴν τιμὴν ἔφασκον αὐτοῖς δοθῆναι χρῆναι. εἰ δ' οὖν μηδὲ ταῦτα σφίσιν ἀρκέσειε, ταῖς γε ἐκ τῆς Ἀσίας ἐλπίσι πάντας αὐτοὺς ἀνηρτῶντο,

7. Hos igitur Lucius & Fulvia ita sibi adjunxerunt, ut interim in nullam Cæsarianorum militum offensam incurrerent. Ostendebant enim agrorum divisione nulla opus esse, sed hostium superatorum bona eis suffectura indicabant: præsertim quum prædia ac supellex exstarent, vendita partim, partim non vendita. Ea igitur, aut ipsa, aut pretium pro iis solutum, dari eis jubebant: ac, si ne hæc quidem satis forent, ad spem prædæ Asianæ animos eorum erigebant.

361

s Πίεταν. repone Πίστας, L. t διέχοντα. scribendum διέπουσα, L. tt ἀποικίσαι. sic HS. & L. ἀποικῆσαι, RS. u εἴ τις τῶν. εἴ τίς τι τῶν, L. x καὶ πεπραμένα. interpres X. vertit, quasi legendum sit τὰ δὲ καὶ πεπρ. quod valde probo.

Cæsarem, (velut plura accepturos & meliora, si Antonius illis agros assignandos accepisset) *modo eos, qui juste divisione prædiorum, nominatisque colonis agros amiserant, ad arma concitens, magnum exercitum conflaverat.* vide Florum IV. 5. Appian. V. civil. p. 682. sed & nostrum p. 358. A. & præcipue p. 360. C.

§ 21. (l. 30.) *ὅτι τὰ στρατεύματα*] Duas legiones, quas pro aliis duabus Antonio promiserat Augustus. supra p. 358. A. Ab his diversæ duæ legiones, quas Antonio, pro centum rostratis navibus, deinde daturum se Augustus recepit, apud Plutarchum p. 931. F.

§ 22. (l. 31.) *ἡ συγγένεια διελύθη*] Sueton. Augusto c. 62. *simultate cum Fulvia socru exorta*, (Claudiam filiam ejus, quam vix dum nubilem uxorem duxerat) *dimisit intactam adhuc virginem.* De connubio cum hac Antonii privigna dictum p. 326. D.

§ 23. (l. 45.) *ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ Πίεταν*] Cum nemo alius scriptor hoc cognomen L. Antonio tribuat, & a genio linguæ videatur abhorrere, ut cognomen homini non *Pii*, ut in aliis frequenter factum, sed *Pietatis* tribuatur, suspicor Dionem deceptum inspecto numo, in quo *Pietas Consulis* erga fratrem Triumvirum celebratur, quod ipse ita accepit ac si *Pietas Consul* in eo exprimeretur. Ejus ectypon dedit ante Liebium in Gotha numaria p. 22. Clarissimus vir Laurentius Begerus T. II. Thesauri Brandenburgici p. 534. atque in examine dubiorum quorundam p. 5.

§ 24. (l. 56.) *κατὰ τὰς συνθήκας*] Supra p. 358. A.

A.U.C.713 P.Servilio& L. Antonio COSS.

gebant. Ita mox factum est, ut Cæsar, qui possessoribus suas possessiones vi adimebat, laborem-que & pericula pro his impetrandis ex æquo omnibus facessebat, utrosque offenderet. Lucius vero & Fulvia, quia neque quenquam possessionibus spoliabant, & promissa se repræsentaturos sine ullo certamine ex partis jam bonis ostendebant, utrosque sibi devinxerunt. Quamobrem, cum præterea & fame summa premerentur, mare Siculum Sexto Pompejo, Jonium sinum Cn. Domitio Aënobarbo obtinente: qui & ipse unus ex Cæsaris interfectoribus ex Philippensi pugna effugerat, parataque classe aliqua, Jonium sinum aliquamdiu jam tenebat, ac multa rebus hostium damna inferebat: effectum est, ut Cæsar in summis difficultatibus gravibusque molestiis hæreret.

8. Accedebat ad eas, quod in contentionibus, quæ militibus cum senatoribus, aut reliquis qui agros possiderent, intercedebant, (cujusmodi, cum de re maximi momenti controversia esset, accidebant plurimæ) neutris turo poterat adstipulari. Nam utrisque juxta gratificari, non licebat: quum alteri injuriam inferre, alteri eam defendere, alteri aliorum res invadere, alteri suas retinere cuperent. Quoties igitur modo huic modo illi parti, quemadmodum id necessitas postulabat, accederet, in odia alterius statim incurrebat: neque tantum gratiæ ab his, quibus officium quoddam exhibuisset, quantum odii ab his, quibus negasset aliquid, consequebatur. Alteri enim, tanquam si debitum sibi exsolutum esset, accepta nullo in beneficio reputabant: alteri suis se spoliari ægre ferebant. Sic Cæsar perpetuo alterutram partem offendens, ac modo ob populi studium, modo ob militum, male audiens, nihil proficiebat: experiebaturque ipsa re, non posse se armis eorum benevolentiam, quos injuria affecisset, parare: sed posse quidem omnes, qui non obtemperassent ipsi, armis ad interitum adigi: cogi vero armis, ad eum quem nollent amandum, non posse. Igitur invitus etiam ab instituto non nihil discessit, neque jam senatoribus abstulit quicquam. Primo enim horum quoque agros omnes militibus dividere decreverat, interrogans eos: Unde enim alias militibus emeritis præmia persolvemus? Quasi vero aut belligerare eum quisquam, aut

τῶντο· ὥσε ταχὺ ἐκ τούτων συνέβη, Καίσαρα μὲν, ἅτε καὶ βίᾳ τῶν κεκτημένων τι ἀφαιρούμενον, καὶ πόνους ὑπὲρ αὐτῶν καὶ κινδύνους πᾶσιν ὁμοίως προσάγοντα, [25] ἀμφοτέροις αὐτοῖς προσκροῦσαι· ἐκείνους δὲ δὴ, οἷα μήτε τι ἀποσερούντάς γ τινας, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων σφίσι τὴν πλήρωσιν τῶν ἐπαγγελιῶν ἀμαχεὶ τοῖς ληψομένοις αὐτὰς ὑποδεικνύντας, ἑκατέρους προσθέσθαι. ἔκ τε οὖν τούτων, καὶ ἐκ τοῦ λιμοῦ (ὃς τότε, τῆς θαλάσσης, τῆς μὲν κατὰ Σικελίαν, ὑπὸ τοῦ Σέξτου, τῆς δ' ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, [26] ὑπὸ Γναίου Δομιτίου ᶻ Ἀηνοβάρβου κατεχομένης, δεινῶς αὐτοὺς ἐπίεσεν) ἐν πολλῇ ἀμηχανίᾳ ὁ Καῖσαρ ἐγένετο. ὁ γὰρ Δομίτιος ἦν μὲν τῶν σφαγέων, ἐκ δὲ δὴ τῆς μάχης τῆς πρὸς Φιλίππους γενομένης διαφυγών, ναυτικόν τι συνεκρότησε, καὶ τοῦ τε κόλπου χρόνον τινὰ ἐκράτησε, καὶ τὰ τῶν ἐναντίων ἐπὶ πλεῖσον ἔφθειρε.

Ταῦτά τε οὖν τὸν Καίσαρα δεινῶς ἐλύπει, καὶ ὅτι ἐν ταῖς διαφοραῖς, ταῖς πρὸς τοὺς βουλευτὰς καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν πλῆθος τὸ τοὺς ἀγροὺς κεκτημένον τοῖς ἐστρατευμένοις συμβαινούσαις, (πλεῖσα δὲ δὴ, ἅτε καὶ ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἀγωνιζομένοις, σφίσιν ἐγίγνοντο) οὐδετέροις ἀκινδύνως προσετίθετο. ἀμφοτέροις μὲν γὰρ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ χαρίζεσθαι. οἱ μὲν γὰρ, ὑβρίζειν, οἱ δ', ἀπαθεῖς εἶναι, καὶ [a] οἱ μὲν, τὰ ἀλλότρια λαβεῖν, οἱ δὲ, τὰ ἑαυτῶν ἔχειν ἤθελον. ὁσάκις δὲ δὴ τὰ τούτων, ἢ τὰ ἐκείνων, ὡς που καὶ ἠναγκάζετο, προέλοιτο, τοῖς ἑτέροις ἀπήχθετο, καὶ [26] οὐ τοσαύτης γε χάριτος ἐξ ὧν ὑπούργει τισὶν, ὅσης ὀργῆς ἐξ ὧν μὴ συνεχώρει, ἐτύγχανεν. οἱ μὲν γὰρ ὡς καὶ ὀφειλόμενα σφίσι πάντα τὰ [b] γιγνόμενα λαμβάνοντες, ἐν ὀλιγωρίᾳ αὐτὰ εὐεργεσίᾳ ἐτίθεντο· οἱ δὲ, ὡς καὶ τῶν οἰκείων στερισκόμενοι, ἐχαλέπαινον. καὶ ἐκ τούτου διετέλει ἢ τούτοις ἢ ἐκείνοις προσκρούων· καὶ τοτὲ μὲν ὡς Φιλόδημος, τοτὲ δὲ ὡς καὶ Φιλοστρατιώτης ἐγκαλούμενος. καὶ διὰ ταῦτα ἐπειδὴ μήτε τι ὠφέλει, καὶ προσέτι καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ἔμαθεν, ὅτι οὐδὲν τὰ ὅπλα πρὸς τὸ τοὺς ἀδικουμένους εὐνοϊκῶς οἱ ἔχειν ἐδύνατο, ἀλλ' ἀπολέσθαι μὲν ποιῶν τὸ μὴ ὑπεῖκον δι' αὐτῶν οἷόν τε ἦν ἀναγκασθῆναι· τινὰ δὲ φιλεῖν οὐ μὴ βούλεται, ἀδύνατον 362
ὑπάρχοι· οὕτω δὴ καὶ ἄκων [c] ὑποκατέκλινε, καὶ οὐκέτ' οὐδὲ τῶν βουλευτῶν τι ἀφείλετο. πρότερον γὰρ καὶ τὰ ἐκείνων πάντα κατανεῖμαι ἠξίου, διερωτῶν σφᾶς, Πόθεν οὖν τὰ γέρα τοῖς ἐστρατευμένοις ἀποδώσομεν; ὥσπερ τινὸς αὐτῷ πολεμεῖν, ἢ

γ τινας. τινα, Med. ᶻ Ἀηνοβάρβου. Ἠνοβάρβου, V. b. obiter moneo, habere me exemplum Dionis ex editione Leunclavii, ubi prænomen Domitii, nescio quo fato, pro Γναίου, expressum est Γαίου, cum in duobus aliis quæ possideo ex eadem editione, h. l. sicut & p. 419. D. recte Cnejus dicatur. *a* οἱ μὲν τὰ. οἱ μὲν καὶ τὰ, Med. supra l. 13. πλεῖσα. melius πλεῖσαι. infra l. 21. τοσαύτης γε χάριτος, HS. & L. τοσαύτης τε χάριτος, RS. *b* τὰ γιγνόμενα. Petr. Faber Semestr. II. 4. mavult τὰ διδόμενα. quod probabile satis, nec tamen omnino necessarium. *c* ὑποκατέκλινε. dico, scripsisse Dionem ὑποκαλέκλινε, L. sed illud habet etiam Dionis epitomator Xiph. sufficitque ad mentem Dionis exprimendam.

§ 25. (l. 96.) ἀμφοτέροις αὐτοῖς προσκρούσαι] Sueton. Aug. c. 13. *neque veteranorum neque possessorum gratiam tenuit, alteris pelli se, alteris non pro spe meritorum tractari, querentibus.*

§ 26ª. (l. 3.) ὑπὸ Γναίου Δομιτίου Ἀηνοβάρβου] Hic Domitius, L. Domitii, qui ex pugna Pharsalica fugiens periit, filius, Antonii primum partibus addictus p. 366. C. & Cos. cum C. Sossio A. U. C. 722. p. 419. D. denique partibus Augusti accessit, & morbo exstinctus est, infra p. 427. B. Huic Domitio bis impunitatem Augustus donavit, semel post victoriam Perusinam, infra p. 374. C. deinde in Consulatu p. 420. B. Sueton. c. 17. *Remisit tamen hosti judicato* (Antonio) *necessitudines amicosque omnes, atque inter alios C. Sossium & Cn. Domitium tunc adhuc Consules.*

§ 26ᵇ. (l. 21.) οὐ τοσαύτης γε χάριτος] Ex communi hominum vitio, de quo dictum ad p. 66. A. *Si quid benefeceris, levior pluma est gratia: si quid peccaris, plumbeas iras gerunt.*

§ 27. (l. 60.) ὁ δὲ δῆμος ἠγανάκτει] Conf. Appianum lib. V. civil. p. 678. & Epitomen Livii lib. 125. qui seditiones exercitus Augusti commemorant, quas corrupti a Fulvia milites contra imperatorem suum concitaverunt.

§ 28. (l. 71.) τὸ τέταρτον, ἐνιαυτοῦ ἑνὸς] Casaubonus ad Sueton. Cæs. 38. *Puto falli Dionem, & Suetonio potius assentior,*

ἢ καὶ τοσαῦτά τισιν ὑπιοχνεῖσθαι κελευκότος. τῶν τε ἄλλων ὅσα ἢ γυναῖκες ἐς τὰς προῖκας [d] ἐντετιμημένα, ἢ καὶ ἕτεροί τινες ἐλάττω τῆς κατ' ἄνδρα τοῖς ἐστρατευμένοις διδομένης γῆς ἐκέκτηντο, ἀπέχετο.

40 aut tanta ipsis promittere jussisset. Tum vero & iis agris abstinuit, qui vel a mulieribus, velut hypotheca doris, vel ab aliis possidebantur, minores, quam ut promissæ in singulos milites quantitati satisfacerent. A.U.C. 713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

B Πραχθέντος δὲ τούτου, ἡ μὲν γερουσία, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ μηδενὸς στερόμενοι, πράως πως πρὸς αὐτὸν ἔχον· οἱ δὲ ἐστρατευμένοι, τήν τε Φειδὼ καὶ τὴν τιμὴν τὴν ἐς ἐκείνους, ἀτιμίαν τε ἅμα καὶ ζημίαν ἑαυτῶν, ὡς καὶ ἐλάττω ληψομένων, νομίζοντες εἶναι, ἐδυχέραινον, καὶ τῶν τε ἑκατοντάρχων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιτηδείως γε τῷ Καίσαρι ἐχόντων, καὶ θορυβεῖν αὐτοὺς κωλυόντων, συχνοὺς ἀπέκτειναν· αὐτόν τε ἐκεῖνον παρ' ὀλίγον ἦλθον ἀποχρήσασθαι, πᾶσαν αὐτάρκη πρόφασιν τῆς ὀργῆς ποιούμενοι. καὶ οὐ πρότερόν γε ἐπαύσαντο C καλεπαίνοντες, πρίν τοῖς τε συγγενέσι σφῶν, καὶ τοῖς τῶν ἐν ταῖς μάχαις πεσόντων παισί τε καὶ παισὶ τὴν χώραν, ὅσην τινὲς αὐτῶν εἶχον, ἀφεθῆναι. ἐκ δὲ τούτου τὰ μὲν τῶν στρατιωτῶν ἐπιηδειότερά οἱ αὖθις ἐγένετο· [27] ὁ δὲ δῆμος κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο πάλιν ἠγανάκτει· καὶ ἐς τε χεῖρας [e] αὐτοῖς ἦεσαν, καὶ μάχαι σφῶν συνεχεῖς ἐγίγνοντο, ὥστε καὶ τιτρώσκεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν [f] παρ' ἀμφοτέρων ὁμοίως πολλούς. οἱ μὲν γὰρ δὴ τῇ τε τῶν ὅπλων παρασκευῇ, καὶ D τῇ τῶν πολέμων ἐμπειρίᾳ, οἱ δὲ τῷ τε πλήθει καὶ τῷ ἀπὸ τῶν τεγῶν αὐτοὺς βάλλειν, ἐπεκράτουν· ὥστε καὶ οἰκίας διὰ τοῦτο συχνὰς καταπρηθῆναι, καὶ τὸ ἐνοίκιον, τοῖς μὲν ἐν τῷ ἄστει, μέχρι πεντακοσίων δραχμῶν οἰκοῦσι, πᾶν, τοῖς δ' ἐν τῇ λοιπῇ Ἰταλίᾳ, καθὰ [28] τὸ τέταρτον, ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφεθῆναι. ἐν πάσαις γὰρ δὴ ταῖς πόλεσιν ὁμοίως, ὅπη ποτὲ συνέτυχόν ἀλλήλοις, ἐμάχοντο.

9. Hoc facto, & senatus, & quibus præterea nihil eripiebatur, mitius de Cæsare jam sentire cœperunt. Milites autem, quantum illis Cæsar peperciisset, aut honorem habuisset, tantum sibi ignominiæ ac detrimenti illatum, seque minus ipse sibi facta accepturos putantes, indignabantur; multosque centuriones, aliosque Cæsaris amicos, a quibus ne tumultuarentur erant inhibiti, interficiebant: parumque abfuit, quin ipsum quoque necatum irent, ac quamcunque occasionem, velut justam suæ iræ causam arriperent. Nec ante finem indignandi fecere, quam impetraverunt, ut cognatis suis, & eorum, qui in præliis cecidissent, parentibus ac liberis, omnes agri, quos nonnulli ad eos pertinentes possidebant, permitterentur. Hoc rursum milites Cæsari reddidit propensiores, sed & plebis iram concitavit, ut ad manus quoque cum militibus ventum sit: conflictumque creberrime est, ita ut utrinque multi sauciarentur, perirentque; militibus armorum apparatu, ac bellorum usu, plebe numero ac jaculatione de tectis prævalente. Itaque & domus permultæ combustæ sunt, & pretium conductionis annuæ iis, qui Romæ erant, ad bina millia nummum usque, totum, iis vero, qui alibi in Italia habitarent, ad quartam partem ejus pretii remissum est. Pugnabatur enim in omnibus urbibus similiter, ubicunque milites in plebem incidissent.

Ὡς οὖν ταῦτά τε οὕτως ἐγίγνετο, καὶ στρατιῶται, ἐς Ἰβηρίαν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος προπεμφθέντες, θόρυβόν τέ τινα ἐν Πλακεντίᾳ ἐποίησαν, καὶ οὐ πρότερον πρὶν χρήματα παρὰ τῶν ἐπιχωρίων λαβεῖν, καλέσησαν· καὶ προσέτι καὶ ὑπὸ [29] τοῦ Καληνου τοῦ τε Ὀυεντιδίου, τὴν Γαλατίαν τὴν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐχόντων, ἐκωλύθησαν ὑπερβαλεῖν αὐτάς· ἐφοβήθη τε ὁ Καῖσαρ μή καὶ σφαλῇ τι, καὶ [30] καταλλαγῆναι τῇ τε Φουλουΐᾳ καὶ τῷ ὑπάτῳ ἠθέλησεν. ἐπειδή τε οὐδὲν ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν προσπέμπων σφίσιν ἐπέραινεν, ἐπὶ τοὺς ἐστρατευμένους ὥρμησε, καὶ δι' αὐτῶν τὰς συναλλαγὰς ἔπρατεν. ἐκεῖνοι δὲ τούτοις ἐπαιρόμενοι, καὶ τοὺς σπουμένους τῆς χώρας προσποιούμενοι, 363 Λούκιος

10. Interea dum hæc geruntur, milites a Cæsare in Hispaniam præmissi, tumultu Placentiæ concitato, non ante, quam ab incolis ejus regionis pecunias acciperent, conquieverunt; eosdemque Calenus & Ventidius, qui Galliæ Transalpinæ præerant, Alpium transitu prohibuerunt. Qua re territus Cæsar, ne quid gravius pateretur, cum consule & Fulvia pacem componere statuit: & quia ipse per se privatim ad eos mittens nihil efficiebat, ad emeritos confugit, ac per eos de pacificatione egit. At Lucio Fulviæque animus auctus hoc facto erat, adjunxerantque ad suam causam eos, quibus agri adimebantur: quos

[d] ἐντετιμημένα. distinguunt quidem hoc verbum ab ἀποτετιμημένα, Harpocration & Suidas, in ἐνετιμᾶτο, sed hic videtur accipi sicut ἀπολετιμημένα, scilicet λαβοῦσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἐνέχυρον τῆς προικός, χωρίον. vide & Pollucem. nisi malis hic ἀποτετιμημένα scribere; nam permutari hæc verba in codicibus solere, intelliges ex Valesii ad Harpocrationem notis, p. 60. ego tamen potius censeo, frustra hæc duo verba, sicut alia plurima, a Grammaticis distingui. [e] αὐτοῖς. αὐτοὶ, Xiph. sed illud ferri potest. [f] παρ' ἀμφοτέρων. addit, ὁμοίως, V. a. & Med. quod vulgo desideratur. intellige, στρατιῶται.

tior, annuam & in Italia remissam pensionem, sed non ultra quingentos HS. Quia vero in urbe constabant habitationes, propter ea tam diversæ pensionum summæ in hac lege expressæ. Crediderim verba Dionis eundem sensum ferre, quem Suetonii: *annuam habitationem Romæ usque ad bina millia nummum, in Italia non ultra quingentos remisit.* Quingenti nimi sunt τέταρτον μέρος bis millium. Verba ἐνιαυτοῦ ἑνὸς, conjungenda cum ἐνοίκιον, ad urbem pariter ac Italiam spectant. vide p. 335. A. REIM.

§ 29. (l. 78.) τοῦ Καλήνου τοῦ τε Ὀυεντιδίου] Duo hi M. Antonii legati, unus *Q. Fufius Calenus*, de quo p. 368. E. 312. C. & 290. A. ubi ejus oratio adversus Ciceronem integra a Dione affertur. Alter *P. Ventidius* idem qui deinde adversus Parthos rem bene gessit, ut dicetur p. 403. sq. Utriusque, cum Antonianarum partium ducibus Asinio & Planco, meminit etiam Appianus p. 690. Ventidii iterum cum Asinio, Planco, Crasso & Atejo p. 700. ubi etiam de Caleni morte, Planco, Crasso & Atejo p. 700. ubi etiam de Caleni morte, cujus meminit & Dio p. 369. A. Augusti legatus in Hispaniam missus, erat *Salvidienus*, cujus copias a transitu Alpium, ante pacificationem cum Fulvia & L. Antonio initam, per *Asinium Pollionem* impeditas, postea ipso invito trajecisse, narrat idem Appianus p. 683.

§ 30. (l. 81.) καταλλαγῆναι τῇ τε Φουλουΐᾳ καὶ τῷ ὑπάτῳ] Conditiones pacificationis hujus, in conventu apud Teanum Italiæ oppidum habito probatas, habes apud eundem Appianum p. 682. sq.

A.U.C. 713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

quos Lucius undiquaque circumiens, a Cæſare abalienatos in unum cogebat. Fulvia autem, Prænesſte occupato, ac ad ſuam ſocietatem pertracto, ſenatores & equites a ſua parte ſtantes habebat: cum iis de omnibus negotiis conſilia inibat: identidemque edicta, ut ex uſu videbatur, proponebat. Quod quidem mirandum adeo non eſt, quum gladio etiam ſe accinxerit ipſa, reſſeram militibus dederit, ſæpenumero concionem apud eos habuerit. Quare Cæſari hæc etiam officiebant.

11. Attamen cum Fulviam Luciumque non poſſet opprimere; quippe non modo a potentia, ſed a ſtudiis etiam hominum longe inferior, (multos enim lædebat ipſe, illi vero bonam omnibus ſpem faciebant) tentata aliquoties per amicos privatim compoſitione nihil proficiens, tandem legatos ex veteranis ad eos miſit: in eum præcipue finem, ut pace impetrata res in præſentia conſtituere, ac deinde ipſis reſiſtere poſſet: quod ſi eam non eſſet conſecutus, at certe cauſam diſcordiæ non ſibi, ſed ipſis imputatum iri exiſtimans. Neque falſus eſt ſua opinione. Quum enim ne militum quidem actione interpoſita res ſuccederet, ſenatores ad Lucium & Fulviam miſit, eisque pacta inter Antonium & ſe inita expoſuit, & controverſiæ dijudicandæ poteſtatem fecit. Ubi ne ſic quidem effectum quicquam eſt, (nam & multas conditiones ferebant, quibus ſtaturus Cæſar non eſſet, & omnia ſe juſſu Marci Antonii agere perhibebant) ibi demum Cæſar ad veteranos ſe iterum contulit.

12. Hinc illi Romam frequentes, tanquam cum populo ac ſenatu aliquid acturi, advenere: ſed his neglectis, in Capitolium congregati, conventa inter Antonium ac Cæſarem recitari ſibi juſſerunt: iisque approbatis, ſe arbitros litis eorum conſtituerunt. Quæ acta poſtquam in tabulas relata obſignataque Veſtalibus virginibus ſervanda dediſſent, Cæſari quidem præſenti, L. autem Antonio & Fulviæ per legatos, diem dixerunt, ad quam diſceptandæ rei cauſa Gabios venirent. Cæſar promptum ſe ad diſceptandam litem exhibuit; illi polliciti quidem ſunt, ſe adfuturos, nec tamen venerunt, idque vel metu, vel contemptu potius. Certe judicium eorum verbis

Λούκιος μὲν πανταχόσε συνισάς τε αὐτοὺς, καὶ ἀπὸ τοῦ Καίσαρος ἀποστῶν, περιήει· Φουλουία δὲ τό, τε [31] Πραινέστε κατέλαβε, καὶ προσεπαίριστο, τούς βουλευτάς τε καὶ ἱππέας ἔχουσα· τά τε ἄλλα πάντα μετ' αὐτῶν ἐβουλεύετο, καὶ τὰς παραγγέλσεις, ὡς ἑκασαχόσε ἐχρῆν, ἔπεμπε. καὶ τί ταῦτα θαυμάσειεν ἄν τις, ὁπότε [32] καὶ ξίφος παρεζώννυτο, καὶ [33] συνθήματα τοῖς στρατιώταις ἐδίδου, ἐδημηγόρει τε ἐν αὐτοῖς πολλάκις; ὥστε καὶ ἐκεῖνα τῷ Καίσαρι προσίσασθαι.

Οὐ μέντοι ἔχων ὅπως αὐτοὺς καταλύσῃ, (οὐ γὰρ μόνον τῇ δυνάμει, ἀλλὰ καὶ τῇ παρὰ τῶν ἄλλων εὐνοίᾳ πολὺ αὐτῶν ἡττᾶτο· αὐτὸς μὲν γὰρ πολλοὺς ἐλύπει, ἐκεῖνοι δὲ πάντας ἐπήλπιζον) πολλάκις μὲν σφᾶς ἰδίᾳ διὰ τῶν φίλων ἐς τὰς καταλλαγὰς προεκαλέσατο· ὡς δ' οὐδὲν [b] ἤνυτεν, ἐκ τῶν στρατευμένων πρέσβεις πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλε. μάλιστα μὲν γὰρ τεύξεσθαί τε αὐτῶν, καὶ τὰ παρόντα καταστήσεσθαι, ἔς τε τὸ ἔπειτα [i] ἀντιχύσειν ἐκ τούτου ἤλπισεν· ἂν δὲ δὴ καὶ διαμάρτῃ σφῶν, τὴν γοῦν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς [k] οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ἐκείνους ἔξειν ἐνόμισεν· ὃ καὶ ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν οὐδὲ διὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπέρανε, βουλευτὰς ἔστειλε, τάς τε συνθήκας σφίσι τὰς πρὸς τὸν Ἀντώνιον αὐτῷ γενομένας ἐκφήνας, καὶ δικασὰς τῶν διαφορῶν δῆθεν αὐτοὺς ποιήσας. ὡς δ' οὐδὲν οὐδὲ τότε ἐπράχθη, (καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τοῦτο μέν, πολλὰ καὶ ὅσα ὁ Καῖσαρ οὐκ ἔμελλε ποιήσειν, ἀντιπροεῖνοντο· τοῦτο δὲ, πάνθ' ὅσα ἐποίουν, ἐκ τῆς τοῦ Ἀντωνίου τοῦ Μάρκου ἐντολῆς πράττειν ἔλεγον) οὕτω δὴ πρὸς τοὺς στρατευμένους αὖθις ἀπέκλινε.

Καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὴν Ῥώμην ἐκεῖνοι πλήθει πολλῷ, ὡς καὶ τῷ δήμῳ τῇ τε βουλῇ κοινωσόμενοί τι, συνελθόντες, τούτων μὲν οὐδὲν ἐφρόντισαν· ἀθροισθέντες δὲ ἐς τὸ Καπιτώλιον, τάς τε συνθήκας, ἃς ὅ, τε Ἀντώνιος καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπεποίηντο, ἀναγνωσθῆναι σφίσιν ἐκέλευσαν, καὶ ἐκείνας τε ἐπεκύρωσαν, καὶ περὶ ὧν διεφέροντο ἑαυτοὺς δικασὰς γενέσθαι ἐψηφίσαντο. καὶ ταῦτά τε ἐς δέλτους γράψαντες καὶ καταση μηνάμενοι, [34] ταῖς ἀειπαρθένοις φυλάττειν ἔδοσαν. καὶ τῷ μὲν Καίσαρι, παρόντι, τοῖς δὲ ἑτέροις, διὰ πρεσβείας, [35] ἐς [l] Γαβίους ἐν ἡμέρᾳ τινὶ πρὸς τὴν δίκην ἀπαντήσαι προσέταξαν. ἐπειδή τε ὁ μὲν Καῖσαρ ἕτοιμος διαδικασθῆναι ἐγένετο, ἐκεῖνοι δὲ ὑπέσχοντο μὲν ἀφίξεσθαι, οὐκ ἦλθον δὲ, φοβηθέντες, ἢ καὶ ἀπαξιώσαντες, (διέσκωπτον

b ἤνυτεν. ἤνυεν, V. a. & Z. ſcilicet ſunt qui de verbo ἀνύτω dubitant, ſitne genuinum, quia ἀνύσσω nusquam reperitur, licet ἀνύτω cum ſimplici τ ſcribi poſſe concedant. facit tamen auctoritas Ariſtophanis, Thucydidis & Platonis, ut non omnino rejiculam hanc lectionem arbitrer. *i* ἀντιχύσειν, Med. rectius quam vulgo ἀνθισχήσειν ab ἀντισχέω, quod inuſitatum. *k* οὐκ αὐτὸς ἀλλ' ἐκείνους. contra leges ſermonis Græci. fortaſſe reponendum οὐχ αὑτόν. retineri tamen illud poteſt, obtenta velut ἐλλείψει quadam οὐκ αὐτὸς ἑαυτόν, L. *l* ἐς Γαβίους. emendatio Xylandri jam recepta, pro Γαΐους, quod eſt apud RS.

§ 31. (l. 89.) Πραινέστε καθέλαβε] Vellejus II. 74. de Fulvia: *hæc bellis ſedem Præneſte ceperat*, Appianus p. 683. ait, Lucium quoque Antonium Præneſte ſeceſſiſſe.

§ 32. (l. 94.) καὶ ξίφος παρεζώννυτο] *Gladio cinctam virilis militiæ* ait Florus IV. 5.

§ 33. (l. 95.) συνθήματα] Teſſeram militarem ſive ſignum edere militibus, Conſulis erat ſive Imperatoris: at Fulvia ſibi ſumebat ſcilicet τοῦ ἄρχοντος ἄρχειν καὶ στρατηγοῦντος στρατηγεῖν, ut eſt apud Plutarchum in Antonio p. 920.

§ 34. (l. 27.) ταῖς ἀειπαρθένοις] Notum eſt, teſtamenta, & ſcripta magni momenti alia, quæ ſancte cuſtodiri volebant, virginibus Veſtalibus commendata fuiſſe. vide infra p. 379. A. & quæ viri docti ad Suetonii Cæſarem c. 83. De more teſſeram petendi per tribunum ab imperatore, oblata illi matricula militum præſentis exercitus, vide Appianum p. 697. ſq.

§ 35. (l. 29.) ἐς Γαβίους] Civitatem inter Romam ac Præneſte mediam. Appianus p. 684.

§ 36. (l. 34.) βουλὴν καλίγαν] Benedictus Balduinus lib. de calceo antiquo c. 13. p. 114. legit βουλὴν καλιγάταν. Sane milites manipularii dicti *caligati*, a caligis, calceamenti militaris genere, ut eſt notiſſimum vel ex Sueronii Auguſto c. 25. & Caligula c. 9. βουλὴν καλίγαν habent & Xiphilini codices.

§ 37. (l. 41.) καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν] Appianus lib. V. civil. p. 685. de Cæſare: ἐκ τῶν ἱερῶν ἐδανείζετο σὺν χάριτι, ἀποδώσειν ὑπισχνούμενος, ἀπό τε Ῥώμης ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἀπὸ Ἀνίου καὶ Λανουβίου καὶ Νεμοῦς καὶ Τίβυρος, ἐν αἷς μάλιστα πόλεσι καὶ νῦν εἰσι θησαυροὶ χρημάτων δυψιλεῖς.

σκωπτον γοῦν σφᾶς, ἄλλα τε καὶ [36] βουλὴν [m] καλίγων ἀπὸ τῆς τῶν στρατιωτικῶν ὑποδημάτων χρήσεως ἀποκαλοῦντες·) τοῦ τε Λουκίου καὶ τῆς Φουλουΐας, ὡς καὶ ἀδικούντων τι, καθεψηφίσαντο, καὶ τὰ τοῦ Καίσαρος ἐπρέσβευσαν. κἀκ τούτου πολλάκις αὖθις βουλευσάμενοι, τόν τε πόλεμον αὖθις ἀνείλοντο, καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν οὐχ ἡσυχῇ ἡτοιμάζοντο. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ χρήματα ἀπανταχόθεν, [37] καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ἠθροισαν. τὰ γὰρ ἀναθήματα, ὅσα τε καὶ ἐξαργυρισθῆναι ἐδύνατο, τά τε ἐν τῇ ἄλλῃ Ἰταλίᾳ τῇ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ αὐτῶν οὔσῃ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ἀνακείμενα καθεῖλον, καὶ αὐτοῖς καὶ ἐκ τῆς Γαλατίας τῆς Τογάτης (ἣ καὶ [38] ἐς τὸν τῆς Ἰταλίας ἤδη νομὸν, ὥστε μηδένα [n] ἄλλον προφάσει τῆς ἐναῦθα ἀρχῆς στρατιώτας ἐντὸς τῶν Ἄλπεων τρέφειν, ἐσεγέγραπτο) καὶ χρήματα καὶ στρατιῶται ἦλθον.

bis exagitabant, ac inter alia ſenatum caligatum, ab uſu militarium caligarum, nominabant. Igitur veterani Lucium & Fulviam velut nocentes damnavere, Cæſaris cauſam ſuſcepere. Ac ſæpius deinde conſultatione habita, bellum contra L. & Fulviam inſtituerunt, atque ad id gnaviter ſe paraverunt, pecunia undique, etiam ex templis, collecta. Omnia enim donaria, ex quibus pecunia confici poterat, per totam Italiam, qua in ſua eam poteſtate habebant, ac Romæ etiam in templis dedicata, abſtulerant. Ex Gallia etiam Togata, quæ tum jam ad Italiæ præfecturam relata fuerat, ne quis alius in Cisalpina regione, ejus gubernandæ ſpecie, exercitus aleret, pecunia ipſis militesque adducebantur. A.U.C. 713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

Ὅ, τε οὖν Καῖσαρ παρεσκευάζετο, καὶ ἡ Φουλουΐα καὶ ὁ Λούκιος τά τε πρόσφορα ἐπορίζοντο, καὶ τὰς δυνάμεις συνεκρότουν. κἀν τούτῳ καὶ ἀνθεστρατεύοντο, καὶ διέπεμπον ἑκασαχόσε καὶ στρατιώτας καὶ στρατιάρχους ἑκάτεροι· καὶ τὰ μὲν προκαταλαμβανον, τῶν δ' ἀπεκρούοντο. καὶ αὐτῶν ἐγὼ τὰ μὲν πολλὰ, καὶ ἐν οἷς οὔτε τι μέγα οὔτ' ἀξιόλογον ἐπράχθη, παρήσω· τὰ δὲ δὴ λόγου μάλιστα ἄξια συντόμως διηγήσομαι. ὁ Καῖσαρ [39] ἐπὶ Νουρσίαν ἐς τοὺς Σαβίνους στρατεύσας, τὴν μὲν Φρουραὰν τὴν προκαθημένην σφῶν ἐτρέψατο, τῆς δὲ δὴ πόλεως ὑπὸ [o] Τισιήνου [40] Γάλλου ἀπεκρούσθη. μεταξὺ οὖν ἐς τὴν Ὀμβρικὴν, [41] Σεντινάτας ἐπολιόρκησε μὲν, οὐ μέντοι καὶ εἷλεν αὐτούς. τοῦ γὰρ Λουκίου ἐν τούτῳ τὸ μὲν πρῶτον στρατιώτας λάθρα κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην πρόφασιν ἐς τὴν Ῥώμην πρὸς τοὺς φίλους πέμψαντος, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοῦ ἐξαίφνης ἐπελθόντος, καὶ τό, τε ἱππικὸν ἀπαντῆσάν οἱ κατήσαντος, καὶ τοὺς πεζοὺς ἐς τὸ τεῖχος καταράξαντος, κἀκ τούτου καὶ τὸ ἄστυ, συνεπιθεμένων τοῖς ἔνδοθεν ἀμυνομένοις τῶν προαφιγμένων, λαβόντος (οὔτε γὰρ ὁ Λέπιδος ὁ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ ἐπιτεταγμένος ἀνθέστρατεύσατό τι, ὑπὸ τῆς ἐμφύτου νωθείας, [q] οὔτε ὁ Σερουΐλιος ὁ ὕπατος, ἡσυχαίτερός πως ὤν·) πυθόμενος ταῦθ' ὁ Καῖσαρ, τοῖς μὲν Σεντινάταις [42] Κόϊντον Σαλουϊδιηνὸν Ῥοῦφον παρακατέλιπεν, αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ὥρμησε. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Λούκιος προυπεξῆλθε, διαπραξάμενος ψηφισθῆναί οἱ ὡς ἐπὶ πολέμῳ τινὶ ἐκστρατεῦσαι· καὶ ἔν γε τῇ [43] στρατιωτικῇ σκευῇ ἐδημηγόρησεν, ὃ μηδεὶς ἄλλος ἐπεποιήκει. καὶ οὕτως ὁ Καῖσαρ ἀναχεί τε ἐς τὸ ἄστυ ἐσεδέχθη· καὶ ἐπειδὴ ἐπιδιώξας αὐτὸν οὐ κατέλαβεν, ἀνέστρεψε, καὶ Φρουρὰν τῆς

13. Dum Cæſar hæc adornat, Fulvia etiam ac Lucius iis, quæ in ſuam rem eſſent, parandis, exercituique cogendo intenti erant: utrique autem milites tribunosque legationibus hac illac circummittebant: & civitates alias priores occupabant, ab aliis non recipiebantur. Quorum ego pleraque, ubi nihil magni aut memoratu digni actum fuit, præteribo: quæ autem referre operæ pretium eſſe exiſtimo, ea breviter recenſebo. Nurſia Sabinorum oppidum eſt: eo Cæſar primum cum exercitu acceſſit, fugatoque quod ibi ſtationes agebat præſidio, ab oppido ipſo per Tiſienum Gallum repulſus eſt, & in Umbriam digreſſus, Sentinates irrito pariter conatu oppugnavit. Interim L. Antonius, miſſis primum occulte Romam ad amicos militibus, aliis alio ſub prætextu, ipſe repente ſupervenit: equitatuque qui ſibi occurrerat victo, peditibusque intra muros compulſis, quum præmiſſi intro milites Antonii urbis defenſores adorirentur, urbem cepit: neque Lepido, cui ejus erat mandata cuſtodia, quicquam reſiſtente, (erat enim homo natura ignavus) neque Servilio conſule, ipſo quoque nimis quietis ſtudioſo. Eo cognito Cæſar, relicto ad oppugnationem Sentinatium Q. Salvidieno Rufo, Romam ipſe contendit. Antonius autem, cognito ejus adventu, mature urbe exivit: quum effeciſſet, ut decreto tanquam ad bellum proficiſci juberetur, concionatusque eſſet, militari habitu indutus, quod factum ab alio neminę unquam fuerat. Ita Cæſar

m βουλὴν καλίγαν. ſic ſcripſi pro vulgato *καλίγαν*, monitu non tantum Xyl. ſed & auctoritate cod. Coisl. & Br. quanquam *καλιγάταν* mavult Balduinus & Od. *καλίγων*, Leunclavius. *n μηδένα ἄλλον.* præſtat ſcribi *μηδένα ἄλλως*, L. ſed recte Oddey: *alius præter Triumviros.* *o Τισιήνου.* ſic V. b. ſic L. ad marg. ſic Dio infra p. 396. D. nomen hoc expreſſit, & Appianus. unde *Τιλισήνου*, quod vulgo hic legitur, errore tantum librarii primam ſyllabam geminatam habet. *p προσαφιγμένων*, vulgo. reponendum *προαφιγμένων*, ex cauſa per ſe manifeſta, L. utique tam manifeſta, ut ſine dubitatione receperim. *q οὔτε Σερουΐλιος.* Servilii nomen additum ex Med. imo & ex RS. & HS. ſolus enim L. omiſerat.

§ 38. (l. 46.) *ἐς τὸν τῆς Ἰταλίας ἤδη νομὸν*] De Gallia Togata Romanis moribus & veſtitui jam aſſueta dictum ſupra, p. 326. C.

§ 39. (l. 58.) *ἐπὶ Νουρσίαν*] Infra p. 365. A.

§ 40. (l. 60.) *Τισιήνου Γάλλου*] Ita hoc nomen ſcribitur infra p. 396. D. & apud Appianum p. 732. licet apud eundem p. 689. eſt *Τισίνιος*, & hoc loco in Dionis editis *Τιλισιήνου*.

§ 41. (l. 61.) *Σεντινάτας*] Σεντία hæc Umbriæ civitas vocatur in Appiani codicibus p. 688. apud Frontinum *Sentis opidum* p. 124. de Coloniis. Ptolemæo *Σεντῖνον*. Plinio III. 14. *Sentinates*. Polybio II. 19. *ἡ τῶν Σεντινατῶν χώρα*, Livioque *Sentinas ager* X. 27. 30. 31. apud Gruterum p. CCCCLXVII. 2. *L. Sentinati —— Ordo & plebs Senti ——*

§ 42. (l. 73.) *Κόϊντον Σαλουϊδιηνὸν Ῥοῦφον*] De hoc Salvidieno Cæſaris legato Appianus p. 683. Dio infra p. 367. 376. Laurentio Begero T. II. Theſauri Brandenb. p. 582. idem hic videtur, qui in numo Cæſaris triumviri *Salvius*; ſed parum credibile hoc mihi videtur.

§ 43. (l. 77.) *στρατιωτικῇ σκευῇ ἐδημηγόρησεν*] Idem Appianus p. 688. ubi Lucium Antonium a populo Imperatorem conſalutatum commemorat, *αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ δήμου προσαγορευθεὶς ἐπὶ τὸν Καίσαρα ἐχώρει*. Et tamen Florus IV. 5. *jam non privatis, ſed totius ſenatus ſuffragiis, judicatum hoſtem Cæſar aggreſſus.*

A.U.C.713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

far in urbem citra omne certamen receptus, cum Antonium non deprehendisset, reversus, Romam accuratiori custodia firmavit. Interea dum Cæsar a Sentinatibus discesserat, C. Furnio, (qui ei oppido præerat) insequendi ejus causa ab oppido longius progresso, Salvidienus ex improviso oppidum aggressus cepit, diripuit, incenditque. Nursini vero, facta deditione, nullo erant damno affecti: post autem, quum suos, qui in prælio cum Cæsare ceciderant, sepelivissent, hac addita monumentis inscriptione, pugnantes eos pro libertate occubuisse; tanta ab eis mulctæ nomine exacta est pecunia, ut urbe agroque omni cesserint.

τῆς πόλεως ἀκριβεστέραν ἐποιήσατο· καὶ τούτῳ ὁ Ῥοῦφος, ὡς τάχιστα ἐκεῖνός τε ἀπὸ τῶν Σεντινάτων ἀπεχώρησε, καὶ [44] Γάϊος Φούρνιος, ὁ τὸ τεῖχος φρουρῶν, ἐπεξῆλθεν ἐπὶ πολὺ διώκων αὐτὸν, προσέβαλέ τε ἀπροσδοκήτοις τοῖς ἔνδον οὖσι, καὶ ἑλὼν τὴν πόλιν διήρπασε καὶ κατέκαυσε. Νουρσινοὶ δὲ ἐς μὲν ὁμολογίαν μηδὲν κακὸν παθόντες ἦλθον· ἐπεὶ μέντοι τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς τὸν Καίσαρα σφίσι γενομένῃ [45] πεσόντας θάψαντες, ἐπέγραψαν τοῖς μνημείοις αὐτῶν, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιζόμενοι ἐτελεύτησαν, παμπόλλοις χρήμασιν ἐζημιώθησαν, ὥστε καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἅμα πᾶσαν ἐκλιπεῖν. καὶ οἱ μὲν ταῦτ' ἔπραττον. 365 B

14. L. Antonius Roma tunc profectus, in Galliam ire contendit: sed itinere prohibitus, Perusiam, quæ urbs est Hetruriæ, se convertit, ubi eum intercluſum, primum legati Cæsaris, deinde ipse Cæsar, oppugnaverunt. Durabat interim diutius obsidio: nam & natura munitus est is locus, & satis tum erat a commeatu instructus: emissi etiam ab Antonio equites, antequam operibus urbs omnino clauderetur, multum Cæsarianis damni inferebant, ac multi alii diversis ex locis venientes enixe Antonium defendebant. Itaque multa adversus singulos hosce, multa etiam ad urbis mœnia sunt acta; in quibus quum plerumque Antonius priores tulisset, tamen fame tandem ad deditionem est compulsus. Venia ipsi aliisque nonnullis data, plerique senatores, equitesque, qui cum Antonio fuerant, necati sunt: neque id communi more, sed ut fama fert, quadringenti equites, senatoresque, cum alii, tum Tiberius etiam Cannutius (qui olim tribunus plebis multitudinem Cæsari Octaviano convocaverat) ad aram Cæsari superiori sacratam adducti, ibique hostiarum

Ὁ δὲ δὴ Λούκιος, ὡς τότε ἐκ τῆς Ῥώμης ἀπῆρεν, ὥρμησε μὲν ἐς τὴν Γαλατίαν, εἰρχθεὶς δὲ τῆς ὁδοῦ, πρὸς [46] Περουσίαν Τυρσηνίδα πόλιν ἀπεχώρησε. καὶ αὐτὸν ἐνταῦθα πρότερον μὲν [47] οἱ ὕπαρχοι τοῦ Καίσαρος, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος, ἀπολαβόντες ἐπολιόρκουν. χρονίου δὲ δὴ τῆς προσεδρείας σφίσι γιγνομένης, (τό, τε γὰρ χωρίον τῇ τε φύσει καρτερόν ἐστι, καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις ἱκανῶς παρεσκεύαστο, καὶ ἱππεῖς [r] προεκπεμφθέντες ὑπ' αὐτοῦ, πρὶν παντελῶς περισχοιχισθῆναι, δεινῶς σφᾶς ἐλύπουν· καὶ προσέτι καὶ ἕτεροι πολλοὶ σπουδῇ ἄλλοθεν ἐπήμυνον αὐτῷ) πολλὰ μὲν [rr] πρὸς τούτους ὡς ἑκάστους, πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς τείχεσιν ἐπράχθη· μέχρις οὗ, καίτοι πλεονεκτοῦντες τὰ πλείω οἱ περὶ τὸν Λούκιον, ὅμως [48] ὑπὸ λιμοῦ ἑάλωσαν. καὶ αὐτὸς μὲν, ἄλλοι τέ τινες [49] ἄδειαν εὗρον, οἱ δὲ δὴ πλείους τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἐφθάρησαν. καὶ λόγος γε ἔχει, ὅτι οὐδ' ἁπλῶς τοῦτο ἔπαθον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ ὡσιωμένον ἀχθέντες [50] ἱππεῖς [s] τετρακόσιοι, καὶ βουλευταὶ ἄλλοι τε καὶ ὁ [t] Καννούτιος [51] ὁ Τιβέριος, (ὃς ποτε [52] ἐν τῇ δημαρχίᾳ τὸ πλῆθος τῷ Καίσαρι τῷ Ὀκταουϊανῷ ἤθροισεν) C D

[r] προεκπεμφθέντες. sic emendavit HS. quod apud RS. legebatur προσεκπεμφθέντες. Henricum ut solet sequitur L.

[rr] πρὸς τούτους ὡς ἑκάστους. sic scripsi ex V. a. pro πρὸς τούτοις ὡς ἑκάστους. sane alterutrum, τούτους ὡς ἑκάστους, aut τούτοις ὡς ἑκάστοις scribendum erat, quorum illud præferendum, quia πρὸς non vicinitatem loci significat, ut in sequenti πρὸς τοῖς τείχεσιν, sed adversam & infestam actionem. [s] τετρακόσιοι. τριακόσιοι, Med. quod consentiens est Suetonio. paulo ante λόγος τε ἔχει, RS. λόγος γε ἔχει, HS. & L. [t] Καννούτιος ὁ Τιβέριος. sic scribendum esse docuit F. supra ad p. 272. D. ubi Tiberius a Dione diserte vocatur. unde hic perperam Τῖτος vulgo legitur. eundem enim virum esse, ostendunt addita, quod tribunus plebis multitudinem Cæsari convocarit, quibus verbis Dio ad superiorem locum quasi remittit. idem monet Perizon. An. Hist. p. 53.

§ 44. (l. 83.) Γάϊος Φούρνιος] Hic est C. Furnius, cui Antonianas partes secuto veniam deinde apud Augustum impetravit filius, ut refert Seneca II. 25. de beneficiis. Furnii cum Augusto colloquium ad Perusiam memorat Appianus p. 694. Hic inter Consulares deinde adscitus ab Augusto, infra p. 494. C. Cantabros Asturesque debellavit p. 523. D. Plura de illo Joh. Glandorpius p. 371. Onomastici Romani.

§ 45. (l. 89.) πεσόντας θάψαντες] Suetonius in Augusto c. 12. non in hoc præsenti, sed in Mutinensi prælio (de quo supra p. 314. sq.) affirmat id contigisse, *Nursinos grandi pecunia, & quam pendere nequirent, multatos, extorres egit opido, quod Mutinensi acie interemtorum civium tumulo publice exstructo adscripserant, pro libertate eos occubuisse.* Nursiam in Sabinis Dio p. 364. C. & Plinius III. 12. ac Ptolemæus III. 1. collocant. Alii ob vicinitatem adscribunt Picenis vel Umbriæ.

§ 46. (l. 97.) Περουσίαν] Appianus V. civilium p. 689. sq. Livii Epitome lib. 126. Vellej. II. 74. Suetonius Augusto c. 14. Florus IV. 5. Eutropius VII. 2. &c.

§ 47. (l. 98.) οἱ ὕπαρχοι τοῦ Καίσαρος] Agrippa & Salvidienus. vide Appianum p. 689.

§ 48. (l. 9.) ὑπὸ λιμοῦ] Inde in proverbium abiit *fames Perusina*, perinde ut Saguntina. vide Ausonium Tollii p. 674. Lucanus I. 41. *His, Cæsar, Perusina fames, Mutinæque labores, accedant fatis.* Florus *turpem & nihil non expertam famem* vocat. De illa pluribus Appianus p. 691. 694. sq.

§ 49. (l. 11.) ἄδειαν εὗρον] Appianus p. 699.

§ 50. (l. 15.) ἱππεῖς τετρακόσιοι] Sueton. Aug. c. 15. *Perusia capta, in plurimos animadvertit: orare veniam, vel excusare se conantibus, una voce occurrens, moriendum esse. Scribunt quidam, trecentos ex dedititiis electos utriusque ordinis, ad aram Divo Julio exstructam, Idibus Martiis, hostiarum more mactatos.* Hæ sunt *Perusinæ aræ*, quas respicit Seneca lib. I. de clementia c. 11.

§ 51. (l. 16.) ὁ Καννούτιος ὁ Τιβέριος] Meminit Appianus pag. 700.

§ 52. (l. 16.) ἐν τῇ δημαρχίᾳ] Supra p. 272. D.

§ 53. (l. 20.) πλὴν τοῦ Ἡφαιστείου] Appianus narrat, Augustum voluisse Perusiam militibus diripiendam dare, sed interim Cestium quendam civem Perusinum, non satis sani hominem sincipitis vanumque, qui Macedonici sibi nomen, quod in Macedonia pridem militasset, imposuerat, faces ædibus propriis injecisse, seque in flammam conjecisse, atque ita ventis incendium proferentibus totam urbem excepto Vulcani templo conflagrasse. De Junonis simulacro servato nihil addit, sed testatur, Junonem cultam fuisse ad id temporis a Perusinis, perinde ut ab aliis Tuscis: postea autem qui Perusiam

ἤθροισεν) ἐτύθησαν. τῶν δὲ Περουσινῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκεῖ ἁλόντων, οἱ πλείους ἀπώλοντο· καὶ ἡ πόλις [a] αὐτὴ, [53] πλὴν τοῦ Ἡφαιστείου, τοῦ τε τῆς Ἥρας ἕδους, πᾶσα κατεκαύθη. τοῦτο δὲ (ἐσώθη γάρ πως κατὰ τύχην) ἀνήχθη τε ἐς τὴν Ῥώμην [54] ἐξ ὄψεως ὀνείρου, ἣν ὁ Καῖσαρ εἶδε, καὶ παρέσχε καὶ τῇ πόλει πρὸς τῶν βουλομένων συνοικισθῆναι [x] πλὴν ὅτι τῆς χώρας οὐδὲν ὑπὲρ ἑπτὰ καὶ [y] ἥμισυ σταδίους ἐκτήσαντο.

rum instar jugulati sunt. Perusini, aliique ibi tum capti, plerique trucidati: urbs ipsa tota combusta, fano solum Vulcani servato: simulacrum Junonis, casu pariter ab incendio superstes, Romam advectum est propter somnium Cæsaris quoddam, fecitque, ut urbs iis qui vellent, tanquam colonia habitanda concederetur: agritamen ultra septem stadia cum dimidio non possederunt. A.U.C.713 P. Servilio & L. Antonio COSS.

Ἐκείνης δ' οὖν ἐπί τε Γναίου Καλουΐνου δεύτερον καὶ ἐπ' Ἀσινίου Πωλλίωνος ὑπάτων ἁλούσης, καὶ τἆλλα τὰ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δὲ [z] ἐθελοντῇ, τῷ Καίσαρι προσεχώρησε· καὶ διὰ τοῦθ' [55] ἥ τε Φουλουΐα πρὸς τὸν ἄνδρα μετὰ τῶν τέκνων ἀπέδρα, καὶ τῶν ἄλλων τῶν πρώτων συχνοὶ, οἱ μὲν πρὸς ἐκεῖνον, [a] οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸν Σέξτον ἐς τὴν Σικελίαν ἀπεχώρησαν. [56] ἥ τε Ἰουλία ἡ τῶν Ἀντωνίων μήτηρ τὸ μὲν πρῶτον ἐνταῦθα ἦλθε, καὶ πάνυ φιλικῶς ὑπὸ τοῦ Σέξτου ὑπεδέχθη· ἔπειτα δὲ πρὸς τὸν υἱὸν τὸν Μάρκον ὑπ' αὐτοῦ ἐπέμφθη, λόγους τε οἱ ὑπὲρ φιλίας καὶ πρεσβείας ἄγουσα. μετὰ τούτων τῶν τότε πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκχωρησάντων, [57] καὶ Κλαύδιος Τιβέριος Νέρων ἔφυγε. Φρουραὶ γάρ τινα ἐν τῇ Καμπανίᾳ εἶχε, καὶ ἐπειδὴ καθυπέρτερα τὰ τοῦ Καίσαρος ἐγένετο, ἀπῆρε σύν τε τῇ γυναικὶ Λιουΐᾳ Δρουσίλλῃ, καὶ σὺν τῷ υἱεῖ Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Νέρωνι· ὥστε καὶ τοῦτο [58] ἐν τοῖς παραδοξοτάτοις συμβῆναι. ἥ τε γὰρ Λιουΐα αὖτη, ἡ τὸν Καίσαρα τότε φυγοῦσα, μετὰ ταῦτα αὐτῷ ἐγήματο, καὶ ὁ Τιβέριος ὅστος, ὁ σὺν τοῖς τοκεῦσι τότε ἐκδρὰς, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν αὐτοῦ διεδέξατο. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο.

15. Perusia capta, (quod fuit Cn. Domitio Calvino iterum, & Asinio Pollione Coss.) reliqua etiam Italiæ oppida, partim vi, partim dedi- A.U.C.714 Calvino & Pollione COSS.
tione, recepit Cæsar. Itaque Fulvia cum liberis ad virum aufugit, ac ex primoribus etiam complures, partim ad Antonium, partim ad Sextum Pompejum in Siciliam abierunt: inter quos Julia etiam, Antoniorum mater, ad Sextum venit; ab eoque amicissime excepta, & ad filium Marcum missa est, ut de amicitia cum eo ageret, legatosque secum duceret. Inter eos, qui ex Italia tunc ad Antonium profecti sunt, Tiberius etiam Claudius Nero, præsidio in Campaniæ quodam oppido præfectus, quia Cæsaris res obtinebant, fuga capta, cum uxore sua Livia Drusilla, & filio Tiberio Claudio Nerone, eodem abiit: sed postea temporis præter omnium opinionem evenit, ut Livia, quæ tum Cæsarem fugiebat, ei nuberet: atque is Tiberius, qui cum parentibus tunc suis solum vertebat, imperator post Cæsarem fieret. Sed hæc interlapso temporis spatio evenerunt.

Τότε δὲ τήν τε εἰρηνικὴν ἐθῆτα οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὄντες ἀνέλαβον, (ἐκδεδυκότες γὰρ αὐτὴν [59] ἄνευ ψηφίσματος ἀνάγκῃ τοῦ δήμου ἦσαν) καὶ αὐτοί τε ἐώρταζον, καὶ τὸν Καίσαρα [60] ἔν τε στολῇ ἐπινικίῳ ἐς τὸ ἄστυ ἐσεκόμισαν, καὶ δαφνίνῳ στεφάνῳ ἐτίμησαν, ὥσθ' ὁσάκις οἱ τὰ νικητήρια πέμψαντες εἰώθεισαν

16. Eo tempore ab iis, qui erant in urbe, togæ, quas sine decreto facto, a plebe coacti, posuerant, resumptæ, festique dies acti sunt. Cæsar habitu triumphali in urbem deductus, serto-que laureo honoratus: & decretum, ut quoties triumphans aliquis eo esset usurus, Cæsar quoque

[a] αὐτὴ vulgo. non dubitavi scribendum ἀυτή. [y] ἥμισυ. ἥμισι male ap. RS. quod in erratis ipse annotavit. RS. quod & in titulo libri apud eundem. Καλουΐνου ceteri. [x] πλὴν ὅτι, ex Med. procul dubio rectius vulgato πλὴν ἔτι. emendarunt post Xyl. sequentes. paulo post Καλουήνου, [z] ἐθελοντῇ. ἐθελοντεῖ ad marginem scripsit L. sed non video cur adverbio opus sit pro adjectivo nomine; præsertim cum ἐθελοντεῖ non tam Dionium sit quam ἐθελοντηδὸν p. 500. C. 631. A. præterea rectius ἐθελοντὶ scriberetur. [a] οἱ δὲ καὶ. ita Med. καὶ vulgo neglectum.

am iterum instaurarunt, Vulcani cultum Junoni prætulisse. ἕδος non modo ædem, sed etiam simulacrum notare, ex Pausaniæ lexico notat Eustathius ad Iliad. λ. 647. ὅτι δὲ ἕδος λέγεται καὶ τὸ ἕδρυμα καὶ τὸ ἄγαλμα ὁ Παυσανίας φησὶν.

§ 54. (l. 23.) ἐξ ὄψεως ὀνείρου] Somnia neque sua neque aliena de se neglexisse Augustum, notans c. 91. Suetonius, hujus tamen somnii quale fuerit non meminit; erunt vero qui ex consimili viso conjicient, eum somniasse Junonem queri, cultores sibi abductos vastata Perusia.

§ 55. (l. 30.) ἡ Φουλουΐα πρὸς τὸν ἄνδρα μετὰ τῶν τέκνων] Puteolos atque inde Brundisium. vide Appianum p. 700. Sed Fulviam non diu post Sicyone ex morbo obiisse tradit Plutarchus in Antonio p. 929. & Dio p. 374. A. postquam cum Antonio collocuta esset. p. 373. D.

§ 56. (l. 34.) ἥ τε Ἰουλία] Hæc trium Antoniorum, Marci Triumviri Cajique & Lucii mater, filia L. Cæsaris, qui A. U. C. 664. Consul fuit, memoratus Vellejo lib. II. c. 15. aliisque, M. Antonii Cretici, ac deinde Lentuli (qui in conjuratione Catilinaria periit) uxor, fœmina præcipuæ virtutis, τοῦ Καισάρων οἴκου, ταῖς ἀρίσταις τότε καὶ σωφρονεστάταις ἐνάμιλλος. Plutarchus p. 916. Hæc est, quæ fratrem proscriptum, constantia sua, militibus ad cædem eum quærentibus eripuit, ut narrat idem p. 924. Frater ille L. Cæsar, Consul cum C. Figulo A. U. C. 690. supra p. 32. B. Gratias pro remissa matre egit Sexto M. Antonius, & Augustum ut ei reconciliaret, operam daturum se est pollicitus, teste Appiano V. civil. p. 701. collocutum cum matre in Græcia paullo ante Fulviæ mortem Antonium, narrat Dio p. 373. D.

§ 57. (l. 39.) καὶ Κλαύδιος Τιβέριος Νέρων] Confer Vellejum lib. II. c. 75. & Suetonium Tiberio c. 4. & qui horum narrationes inter se confert Camillum Peregrinum de Campania Felice Diss. IV. p. 535. sq. T. IX. Thesauri Italici P. II.

§ 58. (l. 43.) ἐν τοῖς παραδοξοτάτοις] Vellejus: *Quis fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum casus satis mirari queat? quis non diversa præsentibus, contrariaque exspectatis, aut speret aut timeat? Livia nobilissimi & fortissimi viri Drusi Claudiani filia, genere, probitate, forma, Romanarum eminentissima, quam postea conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad Deos sacerdotem ac filiam: tum fugiens mox futuri sui Cæsaris arma, vix bimum hunc Tiberium Cæsarem, vindicem Romani imperii, futurumque ejusdem Cæsaris filium, gestans sinu, per avia itinerum vitatis militum gladiis, uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, pervenit ad mare, & cum vivo Nerone pervecta in Siciliam est.* Adde quæ Dio infra p. 383. D. Mentio illius fugæ etiam p. 525. C.

§ 59. (l. 50.) ἄνευ ψηφίσματος] Vide quæ ad p. 45. A.

§ 60. (l. 52.) ἔν τε στολῇ ἐπινικίῳ] Sic de Tiberio Sueton. c. 17. *urbem prætextatus & laurea coronatus intravit.* Prætexta triumphi seu veste περιπορφύρῳ indutum accipe. De laurea corona a Julio Cæsare libenter usurpata, dictum ad p. 234. B. ubi etiam de veste triumphali, qualis esset.

A.U.C.714 Calvino & Pollione COSS.

que laurea decoraretur. Is autem Italico negotio confecto, quum mare Ionium etiam liberatum jam esset, (nam Domitius suis viribus ad id tenendum diffidens, ad Antonium avectus erat) ad bellum Sexto Pompejo inferendum se paravit. Sed quum de potentia ejus esset factus certior, eumque cum Antonio per matrem legatosque agere audisset, veritus ne contra utrumque sibi bellum simul esset gerendum, Sextum, velut magis fidum, aut valentiorem adeo Antonio, ut sibi præcipue conciliaret, matrem ei Muciam misit, sororemque Lucii Scribonii Libonis (socer is Sexti erat) ipse duxit; sperans & beneficio, & affinitate se amicum sibi Pompejum redditurum.

εἰώθεισαν αὐτῷ χρῆσθαι, καὶ ἐκεῖνον οἱ κοσμεῖσθαι. Καῖσαρ δὲ, ἐπειδὴ τά τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καθειργάσατο, καὶ ὁ κόλπος ὁ Ἰόνιος ἠλευθέρωτο· (61 ὁ γὰρ Δομίτιος, ἀποσγοὺς μηκέτι καθ' ἑαυτὸν ἰσχύσειν, ἀπέπλευσε πρὸς τὸν Ἀντώνιον·) παρεσκευάζετο ὡς ἐπὶ τὸν Σέξτον ὁρμήσων· αἰσθόμενος δὲ τήν τε δύναμιν αὐτοῦ, καὶ ὅτι τῷ Ἀντωνίῳ διά τε τῆς μητρὸς καὶ διὰ τῶν πρέσβεων ἐκεκοινολόγητο, ἔδεισε μὴ καὶ ἀμφοῖν ἅμα πολεμήσῃ· καὶ τὸν Σέξτον, ὡς καὶ πιστότερον ἢ καὶ ἰσχυρότερον τοῦ Ἀντωνίου προτιμήσας, 62 τήν τε μητέρα αὐτῷ b Μουκίαν ἔπεμψε, καὶ τὴν τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ 63 Λουκίου Σκριβωνίου Λίβωνος ἀδελφὴν ἔγημεν· εἴ πως ἔκ τε τῆς εὐεργεσίας καὶ ἐκ τῆς συγγενείας φίλον αὐτὸν ποιήσαιτο.

17. Pompejus quidem, ex quo secundum pacta cum Lepido inita Hispania excesserat, non multo post classi fuerat præfectus. Quam ei præfecturam Cæsar cum ademisset, nihilominus naves retinens, conatus fuerat in Italiam navigare. Sed quia eam Cæsar jam occupaverat, se autem inter superioris Cæsaris percussores damnatum esse audiebat; a continenti abstinens, insulasque circumvectus, eventum expectarat, victu citra ullius injuriam sibi parato. Nam cum cædis non fuisset particeps, sperabat fore ut ab ipso ejus filio reduceretur. Verum quum se quoque editis tabulis proscriptum esse intellexisset, desperato in patriam per Cæsarem reditu, ad bellum se instruxit: triremes fabricatus est, profugos ad se recepit, prædones maritimos socios sibi adscivit, ejectosque patria suscepit. Ita parvo tempore viribus acquisitis, mari Italiæ vicino potitus, inque portus ejus subvectus, naves abripuit, ac prædas exercuit. Rebus ita succedentibus, ut jam & milites & pecuniam haberet, in Siciliam navigavit, Mylasque & Tyndaridem sine vi cepit: a Messana autem Pompejus eum Bithynicus, Siciliæ ea tempestate prætor, repulit. Quanquam ne sic quidem Sextus omnino ea abstinuit, sed factis in agrum ejus incursionibus, commeatuque intercluso, subvenientes Messanæ, partim metu ejusdem incommodi adductos, partim per insidias damno affectos, sibi adjunxit: quæstorem deinde cum pecuniis, ac tandem & Messanam & Bithynicum, (quum conveniisset,

Ὁ γὰρ Σέξτος, ὡς τότε ἐκ τῆς Ἰβηρίας κατὰ 64 τὰς πρὸς τὸν Λέπιδον συνθήκας ἀπηλλάγη, καὶ μετὰ τοῦτο 65 ναύαρχος οὐ πολλῷ ὕστερον καθέστη, τῆς μὲν ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ Καίσαρος παρελύθη· τοῦ δὲ δὴ ναυτικοῦ καὶ ὡς ἀντέχόμενος, ἐτόλμησε μὲν ἐς τὴν Ἰταλίαν πλεῦσαι. ἐπικρατούντων δὲ ἤδη τῶν ἀμφὶ τὸν Καίσαρα αὐτῆς, μαθὼν ὅτι ἐν τοῖς σφαγεῦσι τοῖς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐάλωκε, τῆς μὲν ἠπείρου ἀπέσχετο, κατὰ δὲ δὴ τὰς νήσους περιέπλεων, τά τε γιγνόμενα ἐκαραδόκει, καὶ τὴν τροφὴν οὐκ ἐξ ἀδικημάτων ἐπορίζετο· (οὐ γὰρ μὴ μελεχθήκως τοῦ φόνου, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἤλπιζε καταχθήσεσθαι·) ἐπεὶ μέντοι καὶ 66 ἐν τῷ λευκώματι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξετέθη, καὶ ἔγνω καὶ ἐπ' αὐτῷ c ἐπικεκηρυγμένον, ἀπέγνω τε τὴν δι' αὐτοῦ κάθοδον, καὶ πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζετο. ναυπηγίαν τε γὰρ τριηρῶν ἐποιεῖτο, καὶ 67 τοὺς αὐτομολοῦντας ἐδέχετο, τούς τε καταπονλισὰς προσπαιρίζετο, καὶ τοὺς ἐκπίπτοντας ὑπελάμβανε. κἀκ τούτων d ἐν ὀλίγῳ τε ἰσχυρὸς ἐγένετο, καὶ τῆς πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ θαλάσσης ἐκράτησεν· ἔς τε τοὺς λιμένας αὐτῆς ἀπέβαινε, καὶ τὰ πλοῖα ἀπέσωσα, ἁρπαγάς τε ἐποιεῖτο. προχωρούντων δὲ αὐτῷ τῶν πραγμάτων, ὥστε καὶ στρατιώτας καὶ χρήματα ἀπ' αὐτῶν πορίζειν, ἐς Σικελίαν ἔπλευσε· καὶ Μύλας μὲν, τήν τε e Τυνδαρίδα ἀμαχεὶ κατέσχε, τῆς δὲ Μεσσήνης 68 ὑπὸ Πομπηΐου Βιθυνικοῦ, τοῦ τότε τῆς Σικελίας ἄρχοντος, ἀπεκρούσθη. οὐ μέντοι καὶ παντελῶς αὐτῆς ἀπέστη, ἀλλὰ τήν τε χώραν κατατρέχων, καὶ τὴν ἐσκομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων κωλύων, τῶν τε προσβοηθησάντων σφίσι, τοὺς μὲν, φόβῳ μὴ καὶ τὰ αὐτὰ πάθωσι, τοὺς δὲ, καὶ ἐξ ἐνέδρας τινὸς κακώσει προσθέμενος, τόν τε f ταμιείαν σὺν τοῖς χρήμασι προσεποιήσατο,

C D E 367 B

b Μουκίαν. Μουτκίαν, V. b. *c* ἐπικεκηρυγμένον. forte ἐπικεκηρυγμένος, Od. nescio quare. *d* ἐν ὀλίγῳ. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. quæ confirmatur etiam a Z. ὀυκ ὀλίγῳ, RS. V. a. b. *e* Τυνδαρίδα. ita HS. & L. pro Τυνδαρίδα, quod est apud RS. & in V. a. b. & Med. sed absurde. Τυνδαρίδα legendum esse erudite ostendit X. quem omnino vide. *f* ταμιείαν. vide dicta ad p. 340. D.

§ 61. (l. 57.) *ὁ γὰρ Δομίτιος*] Cn. Domitius Aënobarbus p. 361. B. vide Vellejum lib. II. c. 76. & 72.

§ 62. (l. 65.) *τὴν μητέρα Μουκίαν*] Mucia, uxor magni Pompeji tertia, ex qua filios Cnejum & Sextum, filiamque Pompejam suscepit, postea tamen compertam libidinis repudiavit, ut narrat Plutarchus p. 641. Hanc minis adactam a plebe pacem unice flagitante, ut legationem ad Sextum filium susciperet, testatur Appianus V. civil. p. 712.

§ 63. (l. 67.) *Λουκίου Σκριβωνίου Λίβωνος ἀδελφὴν*] Scriboniam, conciliante Mæcenate, Appianus V. civil. p. 702. nuptam ante duobus Consularibus, & ex altero Scipione etiam Corneliæ matrem, testis Suetonius Augusto c. 62. repudiatam deinde ab Augusto referet Dio infra p. 377. D.

§ 64. (l. 71.) *τὰς πρὸς τὸν Λέπιδον συνθήκας*] Pag. 275. C.

§ 65. (l. 72.) *ναύαρχος*] Pag. 317. E. & 334. A. ubi etiam additur, Sextum ab Augusto illa præfectura spoliatum.

§ 66. (l. 82.) *ἐν τῷ λευκώματι*] Inter proscriptos fuisse etiam Sextum p. 334. A. traditur.

§ 67. (l. 85.) *τοὺς αὐτομολοῦντας ἐδέχετο*] Pag. 334. A. Appianus V. civil. p. 701. & 685. & IV. p. 610.

§ 68. (l. 94.) *ὑπὸ Πομπηΐου Βιθυνικοῦ*] A. Pompejus Bithynicus, prætor Siciliæ, de quo confer si placet Appianum IV. civil. p. 637. sq. & Epitomen Livii lib. 123. eum a Sexto Pompejo occisum dicet Dio p. 368. A.

§ 69. (l. 8.) *Κόϊντος Κορνουφίκιος*] De Cornificii hujus in Africa clade, quam ei Sextius sive Sestius Augusti legatus intulit, meminit Appianus IV. civil. p. 620. & Dio infra p. 369. E.

§ 70. (l. 10.) *εὐδαιμίαν ἐπισροφὴν*] Idem Appianus p. 637 notat,

σαλο, καὶ τέλος καὶ τὴν Μεσσήνην, τόν τε Βιθυνικὸν, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης οἱ ἄρξοντα, καθ' ὁμολογίαν ἔλαβε. καὶ τοῦτον μὲν οὐδὲν τότε γε κακὸν εἰργάσαντο, ἐκείνους δὲ τά τε ὅπλα καὶ τὰ χρήματα ἀφείλετο. καὶ μετὰ τοῦτο τάς τε Συρακούσας καὶ ἄλλας τινὰς πόλεις ὑπηγάγετο, καὶ στρατιώτας τε ἀπ' αὐτῶν πλείους ἢ καὶ ναυτικὸν ἰσχυρώτατον συνήγαγε, καί τινα αὐτῷ δύναμιν καὶ [g] Κύϊντος Κορνουφίκιος ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἔπεμψε. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἤυξετο.

convenisset, ut insulam æquato imperio regerent) in suam potestatem redegit. Ac tum quidem Bithynico nihil mali attulit, Messanensibus autem arma & pecuniam ademit. Dein Syracusas, & alias nonnullas urbes, subegit: ac milites ex iis plures, classemque validissimam collegit: misit & ex Africa quasdam copias Q. Cornuficius. A.U.C. 714 Calvino & Pollione COSS.

Καῖσαρ δὲ τέως μὲν [70] οὐδεμίαν ἐπισροφὴν αὐτοῦ, τῇ τε ἐκείνου καταφρονήσει, καὶ τῇ τῶν ἐν χερσὶν ἀσχολίᾳ, ἐποιήσατο· ἐπεὶ δ' [71] ὑπό τε τοῦ λιμοῦ φθορὰ πολλὴ ἐν τῷ ἄστει ἐγένετο, καὶ ὁ Σέξτος καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπείρασεν, οὕτω δὴ ναυτικόν τέ τι κατασκευάζεσθαι ἤρξατο, καὶ τὸν [72] Ῥοῦφον τὸν Σαλουϊδιηνὸν σὺν δυνάμει πολλῇ ἐς Ῥήγιον προέπεμψε. καὶ ὃς μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας τὸν Σέξτον ἀπεώσατο· ἀναχωρήσαντος δὲ αὐτοῦ ἐς τὴν Σικελίαν, [73] δερμάτινα πλοῖα, κατὰ τοὺς ἐν τῷ ὠκεανῷ πλέοντας, ἐκποιῆσαι ἐπεχείρησεν· ἔνδοθεν μὲν ῥάβδοις αὐτὰ κούφαις διαλαμβάνων, ἔξωθεν δὲ βοὸς δέρμα ὠμὸν ἐς ἀσπίδος κυκλοτεροῦς τρόπον περιτείνων. ὡς [b] δὲ γέλωτά τε ὠφλίσκανε, καὶ κινδυνεύσειν, εἰ πειραθείη αὐτοῖς διὰ τοῦ πορθμοῦ χρήσασθαι, ἐπίστευσεν· ἐκείνων μὲν ἀφεῖτο, τῷ δὲ δὴ ναυτικῷ τῷ κατασκευασθέντι τε καὶ ἐλθόντι ἐπετόλμησε μὲν διαπλεῦσαι, οὐκ ἠδυνήθη δέ. τό, τε γὰρ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν νεῶν αὐτοῦ πολὺ τῆς τῶν ἐναντίων καὶ ἐμπειρίας καὶ τόλμης ἠλαττώθη. αὐτόπτης οὖν τῆς ναυμαχίας ὁ Καῖσαρ γενόμενος, (κατὰ γὰρ τὴν στρατείαν αὐτοῦ τὴν [74] ἐς τὴν Μακεδονίαν ταῦθ' οὕτως ἐπράχθη) χαλεπῶς ἤνεγκε, καὶ μάλιθ' ὅτι τότε πρῶτον συμβαλὼν ἥττητο. καὶ διὰ τοῦτο κατὰ μὲν τὸ ἰσχυρὸν οὐκέτι (καίτοι τοῦ πλείονος ναυτικοῦ σωθέντος οἱ) περαιωθῆναι ἐτόλμησε· λάθρα δὲ πολλάκις ἐπιχειρήσας, ὡς παντῶς, ἂν τῆς νήσου ἐπιβῇ, πολὺ τῷ πεζῷ κρατήσων· ἔπειθ' ὡς οὐδὲν, ἅτε καὶ ἰσχυρᾶς πανταχόθεν φυλακῆς αὐτοῦ οὔσης, ἐπέραινε, τῇ μὲν Σικελίᾳ ἄλλους τινὰς ἐφεδρεύειν προσέταξεν, αὐτὸς δὲ πρός τε τὸν Ἀντώνιον [75] ἐς τὸ Βρεντέσιον ἀφίκετο, κἀντεῦθεν τῇ τῶν νεῶν βοηθείᾳ τὸν Ἰόνιον διέβαλε.

18. Pompeji ita augescentis aliquamdiu Cæsar nullam coercendi curam habuerat, quod & contemnebat hominem, & instantibus negotiis distinebatur: sed quum fame multi in urbe perirent, ac Italiam quoque Sextus attentaret, ita demum classe parata, Salvidienum Rufum cum magnis copiis Rhegium præmisit. Is Pompejum ab Italia rejecit, regressoque eo in Siciliam naves ex pellibus, ea forma, qua qui Oceanum navigant utuntur, facere instituit; intus baculis levibus distendens, foris autem pellem bovis crudam in formam rotundi clypei obducens. Verum risui habitus, ac periculum, si transfretare naviculis istis conaretur, veritus; eis omissis, classe, quæ jam instructa adverat, trajicere aggressus est: frustra id quidem, quum & multitudo & magnitudo navium ejus, multum peritiæ & audaciæ hostium concederet. Gerebantur hæc eo tempore, quo in Macedoniam Cæsar expeditionem faciebat: isque spectator ipse hujus navalis prælii, ægre admodum tulit, se primo hoc congressu vinci: ac non ausus vi transmissionem posthac tentare, quamvis plerisque navibus suis salvis, sed sæpenumero clanculum facto periculo, quod utique, si in insulam perveniisset, pedestribus copiis multo superiorem se futurum facile speraret: quum nihil proficeret, valida ubique insulam custodia observante, constitutis aliis quibusdam, qui Siciliæ intenti 368 essent, ipse Brundusium ad Antonium perrexit, auxilioque navium, Jonium mare trajecit.

Γενομένου δὲ τούτου, τήν τε νῆσον πᾶσαν ὁ Σέξτος κατέσχε, καὶ [76] τὸν Βιθυνικὸν, ὡς καὶ ἐπιβουλεύσαντα αὐτῷ, ἀπέκτεινε, θέας τε ἐπινικίους ἤγαγε, καὶ ναυμαχίαν τῶν αἰχμαλώτων ἐν τῷ πορθμῷ παρ'

19. His actis, totam insulam Pompejus occupavit: Bithynicum, velut insidiantem sibi, occidit: spectacula, qualia victores solent, edidit: captivorum certamen navale in freto prope Rhegium,

g καὶ ναυτικὸν. hæc verba & quæ sequuntur usque ad καὶ Κύϊντος, omissa adhuc in editis, nunc restituta Dioni sunt ex cod. Med. apud Gronov. p. 132. & V. a. Κύϊντος vulgo hic legitur, & in V. a. atque alias apud Dionem. sed Κόϊντος est in Med. idque rectius scribi, putat L. idem *Cornuficium* potius quam *Cornificium* dicendum, observat. & Græcis scriptoribus orthographiam nominum multum debere, *Abenobarbi*, *Fufii*, *Mæcenatis*, aliorumque exemplis ostendit. ceterum lacunam hic esse odoratus est L. sed sine codicis MS. ope quod eam minus feliciter sanaverit, non est mirandum. *b* δὲ inseruit primus HS. eumque secutus est L. desideratur apud RS. sed comprobari videtur silentio variarum lectionum mearum.

notat, Sextum Pompejum initio contemtum ab Augusto, ὡς οὐδὲν μέγα διὰ νεότητα καὶ ἀπειρίαν ἐργασόμενον, ut qui nihil magni gesturus esset juvenis atque imperitus.

§ 71. (l. 12.) ὑπό τε τοῦ λιμοῦ] Appianus V. civil. p. 710. Livii Epitome lib. 127.

§. 72. (l. 15.) Ῥοῦφον τὸν Σαλουϊδιηνὸν] Suetonius hunc Augusti legatum c. 66. *Salvidienum Rufum* appellat. Dio p. 368. B. simpliciter Ῥοῦφον sed p. 364. integro nomine *Quintum Salvidienum Rufum*. Epitome Livii p. 122. *Quintum Salvidienum*, ubi navali prælio victum deinde a Sexto Pompejo testatur. Appiani codices Σαλβιδιηνὸν V. civil. p. 710. Plura de eo infra p. 376. E.

§ 73. (l. 18.) δερμάτινα πλοῖα] Navium coriacearum usus frequens apud varias gentes, Babylonios, Sabæos, Ægyptios, Britannos, Hispanos, aliosque. vide Herodotum lib. I. c. 194. Cæsarem lib. I. de bello civili c. 54. Plinium IV. 16. & VII. 56. & quæ de hoc argumento collegit Joh. Scheferus lib. I. de militia navali c. 3. p. 26. πλοιάρια βύρσινα infra p. 368. B. διφθερινὰ Straboni lib. III. p. 156. ubi vide Casaubonum.

§ 74. (l. 31.) ἐς τὴν Μακεδονίαν] Adversus Cassium & Brutum, supra p. 347. sq. ait enim Dio se narrare quæ rebus Cassii & Bruti adhuc salvis contigissent.

§ 75. (l. 40.) ἐς τὸ Βρεντέσιον] Pag. 348. D.

§ 76. (l. 44.) τὸν Βιθυνικὸν] Pompejum Bithynicum, de quo p. 367. A.

A.U.C.714 Calvino & Pollione COSS.

gium, ita ut hostium in conspectu esset, exhibuit, commissis inter se ligneis & pelliceis, ad deridendum Salvidienum, naviculis. Deinde naves plures exstruxit, mare circum insulam obtinuit, auctus ea etiam gloria atque fastu, quasi Neptuni filius esset: quod pater quondam ejus imperium mari universo habuerat. Hæc a Sexto Pompejo gesta sunt Cassii adhuc Brutique rebus salvis. Post eorum interitum, cum alii ad eum, tum Lucius etiam Statius, sese receperunt: quem Pompejus initio libenter accepit, quod secum ille copias, quibus præerat, adduceret: deinde autem strenuum esse & magnos spiritus gerere videns, interfecit; proditionis eum insimulans. Atque hinc classe ejus, ac ingenti multitudine servorum, ex Italia venientium, ad se recepta, magnopere crevit. Tantus enim fuit fugitivorum numerus, ut Vestales etiam, quum rem sacram facerent, vota conceperint, ut finis aufugiendi fieret.

παρ' αὐλὸ τὸ Ῥήγιον (ὥστε καὶ τοὺς ἐναυλίους ὁρᾶν) ἐποίησε, πλοιάρια τινα ξύλινα πρὸς ἕτερα βύρσινα, ἐς [77] τὸν τοῦ Ῥούφου καλάγελων, συμβαλών· καὶ μετὰ τοῦτο [i] ναῦς τε πλείους ἐναυπηγήσατο, καὶ τῆς πέριξ θαλάσσης ἐκράτησε, δόξαν τέ τινα καὶ φρόνημα, ὡς καὶ τοῦ [78] Ποσειδῶνος παῖς ὤν, ὅτι πάσης πολὺ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τῆς θαλάσσης ἦρξε, προσέθετο. ταῦτα μὲν, ἕως ἔτι τά τε τοῦ Κασσίου καὶ τὰ τοῦ Βρούτου συνεστήκει, ἔπραξε· φθαρέντων δὲ ἐκείνων, ἄλλοι τε πρὸς αὐτὸν [k] συγκαλέφυγον, καὶ [79] ὁ Στάτιος ὁ Λούκιος. καὶ αὐτὸν τὰ μὲν πρῶτα ἀσμένως ἐδέξατο, (καὶ γὰρ τὴν δύναμιν ἧς ἦρχεν ἐπηγάγετο·) ἔπειτα δὲ καὶ δρασήριον καὶ φρονηματώδη ἰδὼν ὄντα ἀπέκτεινεν, ἔγκλημα αὐτῷ προδοσίας ἐπενεγκών. κἀκ τούτου τό, τε ἐκείνου ναυτικὸν, καὶ τὸ τῶν δούλων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀφικνουμένων πλῆθος [l] προσλαβών, πάμπολυ ηὐξήθη. τοσοῦτοι γὰρ δὴ ἠθροίζοντο, ὥστε καὶ τὰς ἀειπαρθένους καθ' ἱερῶν ἕξεσθαι, ἐπιχεθῆναι σφῶν τὰς αὐλομολίας.

20. His de causis, ac potissimum quod ejectos a Cæsare & Antonio recipiebat, & cum Antonio de jungenda amicitia agebat, & multis in locis Italiam populabatur, Cæsar cum eo pacem inire laboravit. Ubi id non successit; M. Vipsanio Agrippæ bellum contra eum gerendum injunxit, ipse vero in Galliam profectus est. Qua re cognita Pompejus, observato eo tempore, quo Apollinaribus ludis exhibendis occupatus erat Agrippa, qui præturam tum gerens, velut præcipuus amicus Cæsaris, splendide omnia agebat; ludosque inter cætera Circenses biduo præbebat, & Trojam vocatum ludum per nobiles pueros magnifice exercebat; in Italiam transmisit, ac tamdiu in ea prædas agendo commoratus est, donec Agrippa adveniret: sub ejus adventum, relicto in quibusdam locis præsidio, in Siciliam revectus est. Cæsar primo per alios Galliam

Διά τε οὖν ταῦτα, καὶ διὰ τὸ τοὺς φεύγοντας αὐτῶν ὑποδέχεσθαι, τήν τε τοῦ Ἀντωνίου φιλίαν πράττειν, καὶ τῆς Ἰταλίας πολλὰ πορθεῖν, καταλλαγῆναί οἱ ὁ Καῖσαρ ἐπεθύμησε· διαμαχῶν δὲ τούτου, ἐκείνῳ μὲν Μάρκον Ὀυϊψάνιον Ἀγρίππαν πολεμῆσαι ἐκέλευσεν, αὐτὸς δὲ ἐς Γαλατίαν ἀπῆρε. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Σέξτος ἐτήρησε τὸν Ἀγρίππαν περὶ τὰ [80] Ἀπολλώνεια ἔχοντα. ἐστρατήγει γὰρ, καὶ ἄλλα τε πολλὰ, ἅτε καὶ πάνυ φίλος ὢν τῷ Καίσαρι, ἐλαμπρύνατο, καὶ τὴν ἱπποδρομίαν ἐπὶ δύο ἡμέρας ἐποίησε, [81] τῇ τε Τροίᾳ καλουμένῃ διὰ τῶν εὐγενῶν παίδων ἐγαυρώθη. ταῦτ' οὖν αὐτοῦ πράττοντος, ἐπεραιώθη τε ἐς τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἐνέμεινεν ἐν αὐλῇ λεηλατῶν, μέχρι οὗ ἐκεῖνος ἀφίκετο· τότε γὰρ φρουρὰν ἐν χωρίοις τισὶ καταλιπὼν, ἀνέπλευσεν. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ τὴν Γαλατίαν πρότερον μὲν δι' ἑτέρων, ὥσπερ εἴρηται, καταλαβεῖν

[i] ναῦς τε.] ex Med. τε vulgo omissum. [k] verba συγκαλέφυγον, καὶ ὁ Στάτιος ὁ Λούκιος. καὶ αὐτὸν suppeditarunt cod. Med. apud Gronov. p. 133. & V. a. supplendæ, quæ adhuc erat in Dione, lacunæ; quanquam Xylander ex Vellejo & Appiano hæc de Statio Murco deesse, rectissime conjecerat, ad cujus mentem hæc græca video Turnebi exemplari adscripta: * συνῆλθον, (vel κατέφυγον,) καὶ Στάτιος ὁ Μούρκος, ὃν τὰ μὲν &c. quæ propius sane a vera Dionis scriptione absunt. similiter fere Palmerius. [l] προσλαβών. Pet. Faber Semestr. II. 6. p. 83. malit legere προσλαβὸν, ut referatur ad ναυτικὸν. quod incogitanter scriptum arbitror. mox πάμπολυ ηὐξήθη conjungunt, commate præmisso, RS. HS. X. at πλῆθος προσλαβὼν πάμπολυ, *ingentem multitudinem servorum*, L. sed nimis frigidum est illud ηὐξήθη per se solum. [II] Ἀποδλώνεια. sic HS. L. Ἀπολλώνια, RS.

§77. (l. 49.) τὸν τοῦ Ῥούφου καλάγελων] De Q. Salvidieni Rufi, quem prælio navali Sextus Pompejus vicit, subtilibus & coriaceis navibus p. 367. C.

§78. (l. 52.) Ποσειδῶνος παῖς] In Sexti Pompeji numis apud Philippum Parutam & Fulvium Ursinum conspicitur Neptunus, cum verbis: *Magnus Pius Imperator iterum.* Vel etiam cum verbis: *Præfectus Classis & oræ maritimæ ex S. C.* In quibusdam etiam aversa facies habet navem cum nomine SEX POMP. Aurelius Victor, *cum mari feliciter uteretur, Neptuni se filium confessus est, eumque bobus auratis & equo placavit.* vide Ursini familias Romanas, in gente Pompeja p. 207. & Parutæ Siciliam p. 80. edit. Lugd. 1697. & Dionem infra p. 376. A. & 387. B. Horatius Epod. 9. ad Mæcenatem, *nuper actus quum freto Neptunius dux fugit ustis navibus*, quod non de Antonio, sed de hoc Pompejo recte interpretatur vir doctissimus Andr. Dacerius.

§79. (l. 57.) ὁ Στάτιος] Hic est L. Statius Murcus de quo supra p. 343. C. In numo Sexti Pompeji apud eundem Parutam altera facies refert Neptunum, altera tropæum cum verbis *Marcus Imp.*

§80. (l. 75.) ἱστρατήγει γὰρ] De ludis Apollinaribus, & quod Prætoris Urbani esset illos edere III. Non. Quintil. dictum ad p. 238. A. vide etiam p. 377. A.

§81. (l. 78.) τῇ τε Τροίᾳ] De Troja, ludo sacro equestri, quem nobiles pueri filii Senatorum, infra p. 417. C. ἐυπαῖδαι παῖδες, p. 460. A. in circo ludebant. vide Onufrium Panvinium lib. II. de ludis Circensibus c. 9. & 19. T. IX. Thesauri Græviani p. 422. sq. & 463. Licetum in gemmis antiquis p. 309. & Pitiscum in Lexico, atque ad hæc Suetonii Cæsare c. 39. *Trojam lusit turma duplex, majorum minorumque puerorum.* Mentio etiam fuit p. 225. D.

§82. (l. 85.) διά τε τὸν Καλῆνον] Q. Fufius Calenus, Galliæ Transalpinæ præfectus cum Ventidio. vide p. 362. E.

§83. (l. 88.) Καλῆνον τεθνηκότα] De hac Augusti occasione ex Caleni morte, meminit & Appianus V. civil. p. 700.

§84. (l. 90.) τῆς ἀρχῆς τερήσαι] Lepido enim Gallia Narbonensis, quæ Transalpina est, tributa erat provincia. supra p. 326. C.

§85. (l. 95.) δύο μὲν δὴ ἤδη] Duæ in Africa provinciæ, una vetus, proprie Africa, circa Carthaginem: altera nova, Numidia. De hac distinctione, Appianus IV. civil. p. 620. & Dio supra p. 217. D. vide sis etiam p. 656. A. & 326. B. Ubi Λιβύης ἑκάτερας mentio, quæ Augusto utraque ab Antonio & Lepido concessa erat: & 370. A. 357. B. ubi Augustus Numidiam, Antonius Africam sibi vindicat. Sed de utraque jam

καὶ λαβεῖν ἐπεχείρησε· μὴ δυνηθεὶς δὲ, [82] διά- 85 Galliam occupare conatus, ut diximus, quum id A.U.C. 714
τε τὸν Καλῆνον καὶ διὰ τοὺς ἄλλους τοὺς τὰ Ἀν- propter Fufium adhuc, & alios Antonii rebus Calvino &
369 τωνίου πράττοντας, αὐτὸς τότε καθέζε· τόν τε faventes, non potuiſſet, ipſe eo tempore obtinuit, Pollione
[83] Καλῆνον τεθνηκότα νόσῳ εὑρὼν, καὶ τὸ poſtquam morbo abſumptum Fufium inveniſſet, COSS.
στράτευμα αὐτοῦ ἀκονιτὶ προσθέμενος. [m] κἀν ejusque exercitum nullo labore ad ſe tranſtuliſ-
τούτῳ τὸν Λέπιδον ἀγανακτοῦντα τῇ [84] τῆς ἀρ- 90 ſet. Animadvertens interea Lepidum moleſte
χῆς τῆς ἐπιβαλλούσης αὐτῷ στρήσει ἰδὼν, ἐς ferentem, ſe ſua imperii parte ſpoliari, eum in Afri-
τὴν Ἀφρικὴν ἔπεμψεν, ἵν' ὡς παρ' ἑαυτοῦ μό- cam miſit, ut ſibi eundem eo amiciorem haberet,
νου αὐτὴν, ἀλλ' οὐ καὶ παρὰ τοῦ Ἀντωνίου quod a ſe ſolo, ac non etiam ab Antonio, eam pro-
λαβὼν, οἰκειότερόν οἱ προσφέρηται. vinciam accepiſſet.

[85] Δύο μὲν δὴ ἔθνη τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ Λιβύῃ 95 21. Erant in Africa duæ Romanorum, uti ſu-
ἐκείνῃ, ὥσπερ εἶπον, ἦν· ἦρχον δὲ πρὸ τῆς τῶν pra demonſtratum eſt, provinciæ: præerant au-
τριῶν ἀνδρῶν συνωμοσίας, τοῦ μὲν Νομαδικοῦ, [86] Τί- tem ante triumviratum, Numidiæ T. Sextius, al-
B τος [n] Σέξτιος· τοῦ δὲ ἑτέρου, ὅ, τε Κορνουφίκιος, teri Cornuficius ac Decimus Lælius: ille qui-
καὶ Δέκιμος Λαίλιος· ὁ μὲν, [o] τὰ τοῦ Ἀντωνίου, dem Antonii, hi Cæſaris rebus ſtudentes. Sex-
οἱ δὲ, τὰ τοῦ Καίσαρος φρονοῦντες. καὶ τέως μὲν tius primo exſpectans, dum illi, velut longe pa-
ὁ Σέξτιος ἀνέμενεν, ὡς καὶ [p] ἐκείνων (πολὺ γὰρ πλείω 1 ratiores a copiis, in ſuam provinciam irrumpe-
δύναμιν εἶχον) ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ἐσβαλούντων· καὶ rent, ad propulſandam eorum vim ſe paraverat:
παρεσκευάζετο, ὡς καὶ ἐνταῦθα αὐτοὺς ἀμυνούμενος. poſt eos ob cunctationem deſpexit, elatus præ-
ἐπεὶ δὲ διέμελλον, καταφρόνησέ τε αὐτῶν, καὶ προσε- ſertim prodigio, quod vacca, humana voce (ut
§ 132. (l. 88.) Μηνᾷ δὲ ἐξελευθέρῳ οἱ] Hic eſt ſtrenuus ille ſed perfidus Menas, cui deinde Sextus, ut infra p. 392. C. a Dione dicetur, exitium debuit. Menas nomen ὑποκοριστικὸν pro Menodoro, ut Ἀποᾶς pro Apollodoro, Ἀρλεμᾶς pro Artemidoro, Ἡρᾶς pro Herodoro, Ἡρακλᾶς pro Heracleodoro, Ἑρμᾶς pro Hermodoro, Μηλρᾶς pro Metrodoro, Θευδᾶς pro Theodoro, & Ζηνᾶς pro Zenodoro. Vide Richardi Bentleji epiſtolam ad Joh. Millium, ſubjectam Chronico Joannis Malalæ p. 82. Alciati parerga, lib. I. c. 20. Caſaubonum ad Athenæum p. 523. Reineſii Epiſtolas ad Rupertum p. 461. Voſſium in Inſtit. Orat. lib. IV. c. 1. tmemate quinto, Grotium in limine commentarii ad Lucam, Matth. Polum ad Hoſeæ X. 14. Gisbertum Cuperum in Harpocrate p. 2. ſq. &c. De Mena ipſo adi ſi placet Petrum Fabrum lib. II. Semeſtrium p. 64. & lib. III. p. 169. & Pitiſcum ad Suetonii Auguſtum c. 74. Non Sexti Pompeji, ſed *paternos libertos*, Menam & Menecratem vocat Vellejus lib. II. c. 73.

§ 133. (l. 91.) Μάρκον Τίτιον] Alterum hoc exemplum perfidi hominis & ingrati, qui vita donatus a Sexto Pompejo ipſum poſtea jugulavit. C. Titium vocat Glandorpius p. 841. Onomaſtici Rom. Apud Vellejum ſine prænomine Titius, qui ejus ſæpius meminit, lib. II. c. 77. 79. 83. Etiam Antonio deſerto iterum defeciſſe ad Auguſtum, dicet Dio p. 420. C. & p. 427. B. ubi iterum Τίτιος ὁ Μάρκος.

§ 134. (l. 96.) ὄνομα ἐν ταῖς ἀσπίσιν] De hoc more dictum p. 192. D.

§ 135. (l. 99.) καλεφόνευσεν] Infra p. 403. A. B.

§ 136. (l. 1.) Μάρκῳ Λουρίῳ] Hic eſt M. Lurius, cui deinde in pugna navali Actiaca extremum navium cornu commiſſum refert Vellejus lib. II. c. 85.

§ 137. (l. 6.) τὴν δὲ Ἄραδιν] An Κάραλιν? Caralis, urbs Sardiniæ præcipua, Aradis in Africa quidem, ſed in Sardinia nusquam commemoratur.

§ 138. (l. 8.) καὶ Ἕλενον] Appianus p. 709. Ἕλενον δὲ σραληγὸν Καίσαρος σὺν ὁρμῇ καλαχόνλα Σαρδοῦς, ἄνθις ἐξέβαλε τῆς Σαρδοῦς Μηνόδωρος ὁ Πομπηίου. καὶ τῷδε μάλισα χαλεπαίνων ὁ Καῖσαρ, οὐκ ἐδέχελο τὰς πείρας Ἀνλωνίου, συνάγωνίος αὐλῷ Πομπηίου. Huncce Helenum dimiſſum a Mena ægre tulit Sextus Pompejus, infra p. 384. D. In veteri lapide, liberti Cæſaris, C. Julius Hilarus & C. Julius Elainus, quem cum Heleno Dionis eundem eſſe ſuſpicabatur Caſaubonus ad Sueton. Auguſto c. 67.

§ 139. (l. 25.) ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις τισὶν] In Faſtis Capitolinis: *Imp. Cæſar Divi F. C. F. III. Vir R. P. C. Ovans quod pacem cum M. Antonio fecit.* Vide Pitiſcum ad Suetonii Auguſtum

ἀλλ' ὅσον ἐπὶ ταῖς τοῦ Ἀντωνίου καὶ [b] τοῦ Καί-
σαρος καταλλαγαῖς (ὡς καὶ σφεδέρας εἰρήνης τῆς
ἐκείνων ὁμονοίας οὔσης) ἤλπισαν, τοσοῦτον ἢ καὶ
πλεῖον ἐπὶ τῷ πρὸς τὸν Σέξτον σφῶν πολέμῳ
ἠγανάκτουν. ἐν δ' οὖν τῷ τότε ἐπί τε ἵπποων αὐ-
τοὺς, [139] ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις τισὶν, εἰσαγαγόντες,
καὶ [i] τῇ νικητηρίᾳ στολῇ ἐξ ἴσου τοῖς πέμψασιν
αὐτὰ κοσμήσαντες, [k] ἔς τε τὰς πανηγύρεις [140] ἐπὶ
τῶν ἀρχικῶν δίφρων θεωρεῖν ποιήσαντες, καὶ τὴν
Ὀκταουίαν τὴν τοῦ Καίσαρος ἀδελφὴν, γυναῖκα τῷ
Ἀντωνίῳ, ἐπειδὴ [141] ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐτελεύτησεν,
[142] καὶ κύουσαν προμνησευσάμενοι, τοσαύτῃ με-
βολῇ ἐχρήσαντο, ὥστε τὸ μὲν πρῶτον καθ' συσ-
σεις γιγνόμενοι, ἢ καὶ ἐπὶ θέαν τινὰ ἀθροιζόμενοι,
παρεκάλουν σφᾶς εἰρηνῆσαι, καὶ πολλὰ ἐπὶ τούτῳ
ἐπεβόων· ὡς δὲ οὐκ [l] ἔπειθον, ἠλλοτριώθησάν τε
αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὸν Σέξτον ἀπέκλιναν. καὶ ἄλ-
λα τε ἐπὶ θεραπείᾳ αὐτοῦ διεθρόουν, καὶ ἐν ταῖς
ἱπποδρομίαις κρότῳ τε πολλῷ [143] τὸ τοῦ Ποσειδῶ-
νος ἄγαλμα πομπεῦον ἐτίμων, καὶ ἡδονὴν ἐπ' αὐ-
τῷ πολλὴν ἐποιοῦντο. [m] ἐπεί τε [144] ἡμέραις τισὶν
οὐκ ἐσήχθη, τούς τε ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντας λίθοις
ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐξήλασαν, καὶ ἐκείνων τὰς εἰκόνας
καθέβαλον· καὶ τέλος, ἐπειδὴ μηδ' ὣς τι ἐπεραίνε-
το, σπουδῇ ἐπ' αὐτοὺς, ὡς καὶ ἀποκτενοῦντες σφᾶς,
ὥρμησαν. καὶ ὁ μὲν Καῖσαρ, καίτοι τρωθέντων τῶν
ἀμφ' αὐτὸν ὄντων, [145] τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο,
καὶ πρὸς ἱκετείαν αὐτῶν ἐτράπετο· ὁ δ' Ἀντώνιος βιαιό-
τερον σφίσι προσηνέχθη, καὶ διὰ τοῦτο ἔτι μᾶλλον
ὀργισθέντων τε σφῶν, καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ δεινόν τι
πράξειν προσδοκηθέντων, ἠναγκάσθησαν τῷ Σέξτῳ καὶ
ἄκοντες ἐπικηρυκεύσασθαι.

Καὶ τούτῳ τούς τε στρατηγοὺς καὶ τοὺς ὑπάτους,
καίπερ ἐπ' ἐξόδῳ ἤδη τοῦ ἔτους ὄντος, παυσαν-
τες, [n] ἄλλους ἀντικατέστησαν, βραχὺ φρονήσαν-
τες εἰ καὶ ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας ἄρξουσι. καὶ εἷς γε τῶν τότε
ὑπατευσάντων [146] Λούκιος Κορνήλιος Βάλβος ἐγένετο,
Γαδειρεύς τε ὤν, καὶ πλούτῳ καὶ μεγαλονοίᾳ το-
σαύτῃ τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ὑπερενεγκών, ὥστε
καὶ δωρεὰν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνὰ [147] πέντε καὶ εἴ-
κοσι

but as much as they had hoped from the reconciliation of Antonius and Cæsar (for so they called the concord between them) so much, or even more, they were angry at the war against Sextus Pompeius. However, at that time they brought them, as it were in triumph, on horseback, and dressed them in the triumphal robes which they had sent, and caused them to behold the games from the curule chairs, and ordered Octavia, Cæsar's sister, to be married to Antonius, whose husband Marcellus was dead, and though she was pregnant, they made great haste to betroth her, and to celebrate the nuptials, that they might not be compelled to wait till she was delivered. And when they could not prevail upon the people to be reconciled to Sextus, they were estranged from them, and went over to him. They spoke many things in his praise, and honoured the statue of Neptune which was carried in the procession with loud applause, and were much delighted with it. And when the games were not brought in for several days, they threw down the magistrates from the rostra, and pulled down their statues, and at last, when nothing else would appease them, they ran upon them with intent to kill them. Cæsar, though some of his friends were wounded, tore his garments, and betook himself to supplication; but Antonius behaved more roughly to them, and therefore the people were more enraged, and when they expected that he would do something terrible, they were forced, though unwilling, to send heralds to Sextus.

32. Interea temporis, etsi jam in exitu erat annus, abrogato prætoribus & consulibus magistratu, alios iis suffecerunt; nihil curantes, quod ii paucos dies essent cum ea dignitate futuri. Fuit inter eos, qui tum consules facti sunt, L. Cornelius Balbus, Gadibus natus, tantum suæ ætatis homines divitiis & magnificentia superans, ut moriens populo Romano in singula capita vicenos-

A.U.C. 714 Calvino & Pollione COSS.

b καὶ τοῦ K. sic Med. vulgo inserunt ταῖς. *i* τὰ νικητήρια στολῇ, vulgo. τῇ νικητηρίᾳ στολῇ, F. Od. & ita verterat X. recepi auctoritate cod. Med. sic νικητηρίᾳ σκευῇ apud Xiph. alibi p. 254, 11. *k* ἔς τε τὰς πανηγύρεις. deleto ἐς, scribendum τάς τε πανηγύρεις, L. ἐς temere repetitum ex præcedenti κοσμήσαντες. *l* ἔπαθον. ἐπάθοντο, Med. eodem sensu. *m* ἐπά τε. Robertus excudit ἐπί τε. quod monitu Xyl. emendarunt sequentes. *n* ἄλλους. ἀλλήλους, Med. inepte.

gustum c. 22. & Pighii annales T. III. p. 486. Cum autem ovantes pedibus solerent ingredi, & a trabea togaque palmata abstinerent, Augusto, Antonioque datum est, ut equis vehérentur, (sic infra p. 526. A. 544. E.) & τῇ νικητηρίᾳ στολῇ (ita enim legendum pro τὰ νικητήρια στολῇ) essent induti. Hæc στολὴ ἐπινίκιος. p. 234. D.

§ 140. (l. 27.) ἐπὶ τῶν ἀρχικῶν δίφρων] Sellas curules alioqui nefas privatis occupare. Confer Valerium Chimentellum de honore bisellii c. 12. 13. T. VII. Thesauri Græv. De honore e sellis ejusmodi spectandi ludos, Julius Cæsar Bulengerus de Circo c. 35. ibid. T. IX. p. 666. sq.

§ 141. (l. 30.) ὁ ἀνὴρ αὐτῆς] Maritus prior Octaviæ Marcellus. vide Appianum p. 709. & 710. & de filio Marcello, qui deinde Juliam Augusti duxit, Dionem infra p. 515. C.

§ 142. (l. 31.) καὶ κύουσαν] Prægnantes interdum & ducebantur uxores & dimittebantur. Ita Liviam prægnantem duxit Augustus p. 383. C. Cæciliam prægnantem Tiberius dimisit p. 543. C. Cæterum peramatam ab Antonio Octaviam narrat Appianus p. 716. & genitam ex eo filiam p. 727.

§ 143. (l. 38.) τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἄγαλμα] Sextus Pompejus rei maritimæ præfectus, & aliquot potitus victoriis, Neptuni se filium ferebat, ut dictum p. 368. B. Hinc in Neptuni imagine Pompejo plaudebat populus, eum bello ab Antonio & Augusto peti indignatus. De simulacris Deorum Consentum, e quibus Neptunus, in Circensium ludorum pompa circumvehi traducique solitis, res nota ex Onufrio lib. II. de ludis Circensibus c. 2. p. 354. sq. & Julio Cæsare Bulengero c. 38. p. 671. T. IX. Thesauri Græviani. De plausibus clamoribusque Circensibus idem Bulengerus c. 47. p. 691. sq.

§ 144. (l. 40.) ἐπά τε ἡμέραις τισὶν] Per plures enim dies ludi Circenses continuabantur, mense Septembri.

§ 145. (l. 46.) τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο] De more hoc luctum vel indignationem testandi, dictum ad p. 150. D.

§ 146. (l. 56.) Λούκιος Κορνήλιος Βάλβος] Plinius VII. 43. *Fuit & Balbus major Consul, primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum, usus illo honore, quem majores Latio quoque negaverunt.* vide Pighii Annales T. III. p. 484. Casaubonum ad Strabonem III. p. 79. & quæ viri docti ad Vellejum lib. II. c. 51. Porro alterum cum Balbo Consulem suffectum fuisse, constat ex tabulæ Collotianæ fragmento, P. Canidium, de quo Dio infra p. 406. B.

§ 147. (l. 59.) πέντε καὶ εἴκοσι δραχμάς] Drachma sive denarius, octava pars thaleri, ut singuli aurei Romani, in singula capita, sive tres thaleri cum sex obolis sive tribus grossis viritim penderentur. Quam ingens autem hæc summa sit, si quis populi Romani, hoc est civium Romæ habitantium multitudinem cogitet, aliquot centena hominum millia; vide Lipsii magnitudinem Rom. lib. I. c. 7. & lib. II. c. 12-15.

A.U.C.714 Calvino & Pollione COSS.

cenosquinos denarios legaverit. Ædili præter-
ea quodam extrema anni die mortuo, alius qui-
dam in reliquas horas ſuffectus eſt. Eodem
tempore aquæ, quas Julias nominarunt, in ur-
bem canalibus ductæ ſunt: ludosque, quos
pro bello contra Cæſaris percuſſores vove-
rant, conſules exhibuerunt: ac, quia ſeptem-
viri epulonum non aderant, eorum mu-
nus pontifices obierunt, quod alias etiam
ſæpe factum eſt.

33. Hæc eo anno acta: Sphærum etiam Cæ-
ſar, pædagogum & libertum ſuum, publice ſe-
pelivit: ac Salvidienum Rufum, quod ab eo in-
ſidiis peteretur, necavit. Ei Salvidieno, obſcu-
riſſimo genere nato, paſcenti gregem flamma e
capite emicuit; eumque Cæſar ad id dignitatis
evexerat, ut conſul, quum ſenator nunquam fu-
iſſet, deſignaretur: utque frater ejus, qui prior
vita abierat, ponte in Tiberi propter hoc ipſum
facto, ſuper eum efferretur. Sed, ut nihil eſt
in rebus humanis perpetuum, idem in ſenatu
ab ipſo Cæſare accuſatus, ac tanquam Cæſaris &
populi totius hoſtis, jugulatus eſt: ſupplicatio-
nesque ejus rei ergo decretæ, ac triumviris cu-
ſtodia urbis mandata, addito, pro more, Cura-
rent ne quid ea detrimenti caperet. Priore an-
no viri equeſtris ordinis feras equeſtri ludorum
Apollinarium certamine confecerunt: diesque
una intercalata præter conſuetudinem, ne Kalen-
dis Januarii inſequentis anni nundinæ eſſent, (id
enim antiquiſſimis temporibus admodum caveri
ſolebat)

ἐποίησαν, καὶ ἐν [148] τῇ τελευταίᾳ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ
ἀγορανόμου τινὸς ἀποθανόντος, ἕτερον ἐς τὰς λοιπὰς
ὥρας ἀνθείλοντο. καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ [149] τό, D
τε ὕδωρ τὸ Ἰούλιον ὠνομασμένον ἐς τὴν πόλιν ἐπω-
χετεύθη, [150] καὶ ἡ πανήγυρις, ἣ ἐπὶ τῷ πολέμῳ τῷ
πρὸς τοὺς σφαγέας εὐχθεῖσα, [o] ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἐ-
ποιήθη. [151] τά τε τοῖς ἑπτὰ ἀνδράσιν ὠνομασμένοις
προσήκοντα, οἱ ποντίφικες, ἐπειδὴ μηδεὶς ἐκείνων παρῆν,
ἐπετέλεσαν· καὶ τοῦτο καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγένετο.

Ταῦτά τε οὖν οὕτως ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐπράχθη, καὶ
[152] Σφαῖρον ὁ Καῖσαρ παιδαγωγόν τε καὶ ἐξελεύθερον
αὐτοῦ γενόμενον, δημοσίᾳ ἔθαψε. [153] τόν τε Ῥοῦφον
τὸν Σαλουϊδήνον, ὡς καὶ ἐπιβουλεύσαντά οἱ, ἀπέκτει-
νεν. οὗτος δὲ ἦν μὲν ἐξ ἀφανεστάτων, καὶ αὐτῷ [154] ἡ E
κεφαλὴ ποιμαίνοντι φλόγα ἀνέδωκεν· ἐς τοσοῦτον δὲ
ὑπὸ τοῦ Καίσαρος προήχθη, ὥστε αὐτόν τε ὕπατον,
[155] μηδὲ βουλεύοντα, ἀποδειχθῆναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν
αὐτοῦ προαποθανόντα, διὰ τοῦ Τιβέριδος, γεφύρας
ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ποιηθείσης, ἐξενεχθῆναι· ἀλλ' (οὐδὲν
γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιόν ἐστι) κατηγορήθη τε ἐν τῷ
βουλευτηρίῳ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ ὡς πολέμιος 377
ἐκείνου καὶ τοῦ δήμου παντὸς [156] ἐσφάγη· ἱερομηνίαι
τε ἐπ' αὐτῷ ἐγένοντο, καὶ προσέτι καὶ ἡ Φυλακὴ τῆς
πόλεως τοῖς τρισὶν ἀνδράσι, μετὰ τῆς εἰθισμένης προσ-
θήκης, τοῦ μηδὲν ἀπ' αὐτῆς ἀποτριβῆναι, ἐπετράπη. ἔν
τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει θηρία τε [157] ἐν τῇ τῶν P Ἀπολ-
λωνείων ἱπποδρομίᾳ ἄνδρες [158] ἐς τὴν ἱππάδα τελοῦν-
τες κατέβαλον, καὶ ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεσθη-
κότα ἐνεβλήθη, [159] ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου
ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λά-
βῃ.

o ἀπὸ. sic vulgo; nec quisquam in dubium vocavit. videtur utique ὑπὸ ſcribendum, quod cum ἀπὸ frequenter librarii permutant. p τῶν Ἀποδωνείων. perperam vulgo Ἀποδωνισίων. nam Dio alibi Ἀποδώνεια nominat.

§ 148. (l. 61.) τῇ τελευταίᾳ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ] Simile exemplum Conſulis extrema anni die ſuffecti C. Caninius, ſupra p. 236. C. & ædilis p. 417. D.

§ 149. (l. 63.) τό τε ὕδωρ τὸ Ἰούλιον] Frontinus libro de aquæ ductibus, non hoc ſed multis annis poſt, ab Agrippa aquas Julias deductas eſſe teſtatur. Ita enim ſcribit p. 37. edit. accuratiſſimæ Johannis Poleni viri eruditiſſimi: *Poſtea M. Agrippa Ædilis, poſt primum conſulatum, Imperatore Cæſare Auguſto II. L. Volcatio Coſſ. anno poſt urbem conditam DCCXIX. ad milliarium ab urbe XII. via Latina, euntibus ab Roma dextrorſus millium paſſuum duum, alterius proprias vires collegit, & Tepulæ rivum intercepit, acquiſitæque ab inventore nomen Juliæ datum eſt, ita tamen diviſa erogatione, ut maneret Tepulæ appellatio. Ductus Juliæ efficit longitudinem paſſuum XV. millium CCCCXXVI. ſcilicet opere ſupra terram paſſuum VII. millium, ex eo in proximis urbis locis a VII. milliario ſubſtructione paſſuum DXXVIII. reliquo opere arcuato paſſuum VI. millium CCCCLXII. Præter caput Juliæ transfluit aqua, quæ vocatur Crabra; hanc Agrippa omiſit &c.* Mentio iterum infra p. 400. D. ſicut aquarum Martiarum inſtaurataruum ab Agrippa p. 416. E. & aquæ virginis p. 528. E.

§ 150. (l. 65.) καὶ ἡ πανήγυρις] Alii omnino ludi victoriæ Cæſaris, de quibus viri docti ad Velleji II. 27. Sed ſolemnis mos apud Romanos, pro felici ſucceſſu belli, ludos magnos vovere, ut apud Livium VII. 11.

§ 151. (l. 67.) τά τε τοῖς ἑπτὰ ἀνδράσι προσήκοντα] Ad ſeptemviros epulonum pertinebat facere epulare ludorum ſacrificium, cujus mentio apud Ciceronem III. 19. de Oratore. De ſeptemviris vide quæ viri docti ad Plinium lib. X. Epiſt. 8. Pitiſcum in *Epulones*, Burchardum Gothelf Struvium in Antiquitatum Romanarum Syntagmate p. 606.

§ 152. (l. 71.) Σφαῖρον] Suetonius Auguſto c. 89. *Deinde etiam eruditione varia repletus Sphæri.* Inde patet, Sphærum fuiſſe ex iis quos Grammaticos appellabant, diverſum a Sphæro Boryſthenite, Philoſopho Stoico, longe antiquioris ætatis, de quo dixi Bibliothecæ Græcæ lib. III. c. 15. De publico funere ad p. 529. A.

§ 153. (l. 72.) τόν τε Ῥοῦφον τὸν Σαλουϊδήνον] Sueton. c. 66. Appian. V. civil. p. 710.

§ 154. (l. 74.) ἡ κεφαλὴ φλόγα ἀνέδωκεν] Caput ardere viſum ex illo ignis genere, quem lambentem vocant Phyſicorum filii, & quem lucere, non urere, notavit Plato in Timæo. Ejusmodi flammæ innoxiæ ſpeciem caput Servii Tullii amplexam narrant Romanæ Hiſtoriæ ſcriptores, ut caput Julii, Virgilius II. Æneid. 682. aliorum alii, fauſto ſemper, ut hominibus olim perſuaſum, prodigio. vide Freinshemium ad Florum lib. I. c. 6. & e recentioribus naturæ conſultis cauſas phyſicas hujus rei pluraque exempla referentibus Ezechielem a Caſtro proluſione de igne lambente, Veronæ 1642. in 8vo. Thom. Bartholinum de luce hominum & animalium, Jac. Ozanamum in recreationibus Mathemat. T. IV. p. 72. ſq. 195. & Antonii Valisnierii Epiſtolam de ignibus lambentibus, obviam in limine Tomi ſecundi Sylloges, Venetiis 1729. 12. editæ, cui titulus: Raccolta d' opuſculi ſcientifici e filologici.

§ 155. (l. 77.) μηδὲ βουλεύοντα] Sic Pompejus & Auguſtus Conſules prius quam Senatores. Vellejus II. 76. *Per quæ tempora Rufi Salvidieni ſceleſta conſilia patefacta ſunt: qui natus obſcuriſſimis initiis, parum habebat ſumma accepiſſe, & proximus a Cn. Pompejo ipſoque Cæſare ex equeſtri ordine Conſul creatus eſſe, niſi in id aſcendiſſet, e quo infra ſe & Cæſarem videret & Rempublicam.* Creatum conſulem dicit pro deſignato.

§ 156. (l. 82.) ἐσφάγη] Adactus eſt ut ſe ipſe interficeret. Livii Epitome lib. 127. *Q. Salvidienum nefaria conſilia contra Cæſarem molitum, indicio ſuo protraxit, isque damnatus mortem ſibi conſcivit.* Ita Saxam interfectum ſcribit Dio, qui ſe ipſe gladio transverberavit, ſupra p. 372. D.

§ 157. (l. 86.) ἐν τῇ τῶν Ἀποδωνείων ἱπποδρομίᾳ] De his Apollinaribus ludis III. Non. Quintil. ab Agrippa Prætore urbano editis, vide ſi lubet ad p. 238. A.

§ 158. (l. 87.) ἐς τὴν ἱππάδα τελοῦντες] Simile de equeſtribus viris legas p. 225. D. 518. A. Suetonius Augſto c. 43. *ad ſcenicas quoque & gladiatorias operas & equitibus Romanis uſus eſt.*

§ 159. (l. 89.) ἵνα μὴ ἡ νουμηνία] Vide ſi placet notata ad p. 142. D. & 681. C. Erycium Puteanum de Nundinis Romanorum c. 28. Pitiſcum in voce *Nundinæ.*

βῃ· (ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο) καὶ ἡ δηλονότι ἀνθυφηρέθη αὖθις, ὅπως ὁ χρόνος κατὰ τὰ τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ δόξαντα συμβῇ. [160] Κάσορί τέ τινι ἢ τε τοῦ Ἀτταλου καὶ ἡ τοῦ Δηϊοτάρου ἀρχὴ ἐν τῇ Γαλατίᾳ τελευτησάντων ἐδόθη· καὶ [161] ὁ νόμος ὁ Φαλκίδιος ὠνομασμένος (πλείστην καὶ νῦν ἔτι ἰσχὺν ἐς τὰς τῶν κλήρων διαδοχὰς, ὥστε τινὰ [162] τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οἱ οὐσίας, ἂν γέ πῃ βαρύνηται, [r] λαβόντα, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι, ἔχων) ὑπὸ [s] τοῦ Πουπλίου Φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς δύο ἔτεσιν ἐγένετο.

solebat) ac deinde alia exempta dies, ut tempus ad Julii Cæsaris constitutionem competeret. Castori etiam cuidam, Attali & Dejotari, in Gallogræcia defunctorum, ditio tradita est: & lex Falcidia a P. Falcidio tribuno plebis lata, quæ nunc quoque plurimum valet in hæreditatibus adeundis. Ea autem continebatur, vt hæres, testamento damnatus, modo quartam partem hæreditatis acceperit, reliquis cedat. Hæc eo biennio acta. A.U.C.714 Calvino & Pollione COSS.

Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ, ἐν ᾧ Λούκιός τε [t] Μάρκιος καὶ Γάϊος Σαβῖνος ὑπάτευσαν, τά τε ὑπὸ τῶν τριῶν ἀνδρῶν πραχθέντα, ἀφ' οὗ ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν ἐσῆλθον, κῦρος παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε, καὶ τέλη τινὰ ὑπ' αὐτῶν [u] προσκατέστη, διὰ τὸ τὰ ἀναλώματα πολλῷ πλείω, ἢ περ ἐπὶ τοῦ προτέρου Καίσαρος ἐτέτακτο, γίγνεσθαι. πάμπολλα γὰρ αὐτοὶ καὶ μάλιστα ἐς τοὺς στρατιώτας δαπανῶντες, ἠχύνοντο [x] μόνοι παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἀναλίσκοντες. ἀμέλει [163] τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. καὶ [164] ὁ μὲν καὶ ἔπειτα [y] ἐπελεῖτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι· ἤδη γὰρ καὶ τῆς Λιουΐας ἐρᾶν ἤρχετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ [165] τὴν Σκριβωνίαν τεκοῦσάν οἱ θυγάτριον ἀπεπέμψατο αὐθημερόν. τῶν δ' οὖν ἀναλωμάτων πολὺ μειζόνων ἢ πρότερον γιγνομένων, καὶ τῶν προσόδων οὔτ' ἄλλως ἀρκουσῶν, καὶ τότε ἐλαττόνων διὰ τὰς στάσεις προσιουσῶν, [166] καινά τινα

34. Anno sequenti, L. Marcio, C. Sabino Coss. ea quæ triumviri egissent, ex quo ad paucos hos summa rerum redierat, omnia senatus rata esse jussit, & ab ipsis præterea triumviris nova quædam instituta fuere vectigalia: quod longe majores sumptus, quam quos Cæsar superior statuerat, fiebant. Quum enim immodicam pecuniam expenderent præsertim in milites, turpe sibi putabant, quod in hos solos præter modum sumtus facerent. Sane Cæsar, tum primum barbam radens, & ipse splendide diem eum festum egit, & reliquis simul omnibus publicum epulum dedit. (Ab eo autem tempore genas læves servavit, sicut alii solebant: jam enim Liviam amare cœperat, ideoque Scriboniam, quum filiolam sibi peperisset, eadem die repudiaverat.) Igitur quia sumptus longe fiebant quam ante majores, ac reditus, alioquin non sufficientes, minores etiam tum accederent, propter civilia bella: nova vectigalia quædam excogitata ab A.U.C.715 L.Marcio & C. Sabino COSS.

[q] ὅτι, vulgo. δηλονότι, melius, V. a. Med. [r] λαβόντα. λαμβάνοντα, Xiph. [s] τοῦ. abest a Med. [t] Μάρκιος. alii Chronographi *L. Porcium Censorinum* habent, X. [u] προσκατέστη, vulgo. scribendum προσκατέστη, L. recte. [x] μόνοι. forte legendum μόνοις, nempe στρατιώταις. unde & τοῖς ἄλλοις ἅπασιν deinde sumtus impenderunt. παρὰ τὸ καθεστηκὸς Xylander sic reddiderat, quasi κατὰ τὸ καθ. legendum sit: *si præstitutum sumptibus modum servarent.* idque reprehendit mutavitque Leunclavius, quanquam nec satisfacit mihi ejus versio, *quod soli præter modum insumerent.* ceterum vix commemoratione dignum est, pro præcedenti ἠχύνοντο, in Med. legi ἠχύοντο. [y] ἐπελεῖτο. ἐτελοῦτο, Med.

§ 160. (l. 93.) *Κάσορί τέ τινι*] Videtur hic fuisse filius Castoris, quem generum suum (quod ab eo delatus apud Cæsarem fuisset) Dejotarus trucidavit, ut narrat Strabo XII. p. 568. Idem Strabo p. 367. Amyntam, non Castorem, Dejotaro ait successisse. De universa autem familia Dejotari, Galatiæque, ex quibus etiam Attalum necesse est fuisse, regibus ac tetrarchis, consulendus Reinerus Reineccius T. III. historiæ Juliæ p. 233. & 499. sq. [At Norisius in Cenotaph. Pis. p. 209. non *Castori* sed *Dejotaro* putat scribi debuisse a Dione: eum enim Dejotarum Castoris filium, cognomento Philadelphum, ultimum Paphlagoniæ regem fuisse Strabo dicit XII. p. 562.]

§ 161. (l. 95.) *ὁ νόμος ὁ Φαλκίδιος*] Celeberrima in JCtorum scholis lex hæc testamentaria, quam P. Falcidius tribunus plebis tulit A. U. C. 713. libertatemque legibus XII. Tabularum permissam, ita circumscripsit, ut post legem Furiam, quæ plus quam mille aureos legari vetabat, & Voconiam, quæ mulieres hæredes nolebat esse ultra Sestertium viginti millia (infra p. 578. D.) ipse prohibuerit ultra dodrantem bonorum legari, vel ab herede infra quartam partem bonorum accipi. vide Antonium Augustinum T. II. Thesauri Rom. Antiquit. Græviani p. 1198. sq. & quæ JCti ad lib. II. Institut. tit. 22. & Digest. lib. XXXVII. tit. 2. Cod. lib. VI. tit. 49. Basilica lib. XLI. Harmenopuli πρόχειρον juris p. 399. sq. &c. præcipue quæ ad eam legem nuper post Francisc. Balduinum, Claud. Chifletium in Thes. Juris T. V. p. 766. Alciatum lib. V. Parerg. c. 24. & alios viros præclaros, commentatus est insignis JCtus atque Antecessor Frisius Jacobus Voorda.

§ 162. (l. 97.) *τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οὐσίας*] Verba legis Falcidiæ apud Paulum JCtum libro singulari ad legem Falcidiam hæc sunt in laudato digestorum loco: *Quicunque civis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique civi Romano pecuniam jure publico dare legare volet, jus potestasque esto, dum ita detur legatum, ne minus quam partem quartam hereditatis eo testamento heredes capiant. Eis quibus quid ita datum legatumve erit, eam pecuniam sine fraude sua capere liceto: isque heres qui eam pecuniam dare jussus damnatus erit, eam pecuniam debeto dare quam damnatus est.*

§ 163. (l. 11.) *τὸν πώγωνα πρῶτον ξυράμενος*] Agebat Augustus annum ætatis XXIV. quando barbam posuit A. U. C. 715. utpote natus A. 691. IX. Cal. Octob. diemque illum festum celebravit epulis ludisque, ut Nero Juvenalibus suis infra p. 698. C. De illo more Lipsius ad Taciti XIV. 15. & excursu B. ad illum librum, Johannes Savaro, ad Sidonii Carmen XXIII. 310. sq. & 428. A Scipionis Africani usque ætate apud Romanos (intonsos antea) juvenes tondebantur, viri post annum XXI. barbam ponebant, sive ut Petronii verbo p. 363. utar, faciebant barbatoriam, & totam faciem rasitabant. vide Octavium Ferrarium lib. II. Electorum c. 12. Camillum Silvestrum ad Juvenalis IV. 103.

§ 164. (l. 14.) *ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελεῖτο*] Suetonius de Augusto c. 79. *in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam.* Primus barbam iterum cœpit alere Hadrianus, ut dicetur infra p. 777. E.

§ 165. (l. 17.) *τὴν Σκριβωνίαν*] De hac Dio p. 366. C. Suetonius Augusto c. 62. *Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam ante duobus consularibus, & ex altero* (Scipione) *etiam* (filiæ Corneliæ) *matrem. Cum hac etiam divortium fecit, pertæsus, ut scribit,* (in Commentariis de vita sua) *morum perversitatem ejus.* Aliam divortii caussam notat idem c. 69. *quod liberius doluisset nimiam potentiam pellicis.* Hæc Scribonia deinde cum filia Julia in exilium navigavit, in Pandateriam insulam. infra p. 555. B.

§ 166. (l. 21.) *καινά τινα τέλη*] Ita ante factum notat Cæsar III. 32. de bello civili: *acerbissimæ imperatæ pecuniæ — multa generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita singula*

A.U.C.715 L. Martio & C. Sabino COSS.

ab iis sunt: in senatum etiam adscripti permulti, non modo e sociis, militibusve, & libertinis; sed servi etiam. Sane Maximum quendam, quæsturam ambientem, dominus suus cognovit, & abduxit: attamen impune abiit ei qui ausus esset magistratum petere. Alius vero quidam servus inter prætores deprehensus, de rupe Capitolina dejectus est, prius manumissus, ut cum dignitate supplicium in eum statueretur.

τινα τέλη ἐσήγαγον, ἔς τε τὸ βουλευτήριον πλείους ὅσους οὐχ ὅτι [167] τῶν συμμάχων, [168] ἢ καὶ στρατιώτας, παῖδάς τε ἀπελευθέρων, ἀλλὰ καὶ δούλους ἐνέγραψαν. Μάξιμον γοῦν τινα ταμιεύσειν μέλλοντα [169] ἐγνώρισέ τε ὁ δεσπότης καὶ ἀπήγαγε. καὶ τοῦτο μὲν ἀδεὲς ἐγένετο τολμήσαντι τὴν ἀρχὴν αἰτῆσαι· ἕτερος δὲ [170] ἐν τοῖς * στρατευομένοις φωραθεὶς, [171] κατὰ τῶν τοῦ Καπιτωλίου [a] πετρῶν ἐώσθη, προελευθερωθεὶς, ἵνα ἀξίωμα ἡ τιμωρία αὐτοῦ λάβῃ.

35. Ansam autem multitudini eorum, qui in senatum allegerentur, expeditio Antonii, quam in Parthos parabat, præbuit: unde & magistratus alios in plures annos, & consules in ipsos octo annos, tum ordinaverunt: partim gratiam iis referentes, quibus usi erant adjutoribus, partim alios iis honoribus demerentes. Consules autem electi sunt, non, ut moris erat, duo, qui annuum eum magistratum gererent; sed ipsis comitiis tum primum plures designati simul sunt. Jam quidem ante quoque nonnulli post alios magistratum gesserant, nec mortuos, nec infamia notatos, nec alia de causa loco motos: verum hi tamen ipsi ex arbitrio eorum, quibus consulatus in totum annum mandatus fuerat, constituti: tum vero annuus consul nullus est creatus, sed alii in alias partes anni ejus designati: quorum primi nomen consulum per totum annum gerebant, ut nunc quoque fit: cæteros ii, qui Romæ, aut in Italia erant, sui quemque magistratus tempore consules nominabant: (quod ipsum hodie etiam observatur:) vulgus hominum aut omnes istos, aut plerosque ignorabat, quo

Πρόφασιν δὲ σφίσι τοῦ τῶν βουλευσόντων πλήθους ἡ τοῦ [172] Ἀντωνίου στρατεία, ἣν ἐπὶ τοὺς Πάρθους ἡτοιμάζετο, παρέσχεν· ἀφ' ὑπερ καὶ ἀρχὰς ἄλλας τε ἐπὶ πλείω ἔτη, [b] καὶ τὴν τῶν ὑπάτων [173] ἐς ὀκτὼ ὅλα προκαθεσήσαντο, τοὺς μὲν ἀμειβόμενοι τῶν συναραμένων σφίσι, τοὺς δὲ ὑπαγόμενοι. ὑπάτους δὲ οὐδὲ δύο ἐτησίους, ὥσπερ εἴθιστο, ἀλλὰ πλείους τότε πρῶτον εὐθὺς ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις εἵλοντο. καὶ πρότερον μὲν γὰρ μεθ' ἑτέρους τινὲς μήτ' ἀποθανόντας, μήτ' ἐπ' ἀτιμίᾳ, [c] μήτε ἄλλως πως πταυθέντας, [d] ἦρξαν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, ὡς που τοῖς ἐς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν χειροτονηθεῖσιν ἔδοξε, κατέστησαν· τότε δὲ [174] ἐνιαύσιος μὲν οὐδεὶς ἠρέθη, πρὸς δὲ δὴ τὰ τοῦ χρόνου μέρη [e] ἄλλοι καὶ ἄλλοι ἀπεδείχθησαν. καὶ οἱ μὲν πρῶτοι καὶ τὸ ὄνομα τῆς ὑπατείας [f] διὰ παντὸς τοῦ ἔτους (ὥσπερ καὶ νῦν γίγνεται) ἔσχον· τοὺς δ' ἑτέρους αὐτοὶ μὲν οἱ ἐν τῇ πόλει τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ ἐν ἑκάστῳ τῷ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν χρόνῳ ὠνόμαζον· (ὃ καὶ νῦν ποιεῖται·) οἱ δὲ λοιποὶ ἢ τινὰς αὐτῶν ἢ οὐδένας ἤδεσαν, καὶ διὰ τοῦτο σμικροτέρους σφᾶς ὑπάτους

378

B

C

z στρατευομένοις. στρατηγοῖς, legendum putat vir doctus. vide not.
b καὶ τὴν. ex Med. additum τὴν, vel potius restitutum ex RS. & HS.
d ἔρξαν vulgo. ἦρξαν, X. Od. emendatio tam manifesta, cui locum denegare religioni duxi.
a πετρῶν. κρημνῶν, Xiph. eodem sensu.
c μήτε ἄλλως. ἢ καὶ ἄλλως, Med.
e ἄλλοι καὶ ἄλλοι. ἄλλους ἄλλοι, V. b.
f διὰ παντὸς. καθ' ἅπαντος, V. b. Med.

gula servorum ac liberorum tributum imponebatur. Columnaria, ostiaria, h. e. tributa in singulas columnas, in singula ostia &c. *imperabantur.*

§ 167. (l. 23.) τῶν συμμάχων] De peregrinis in senatum allectis adeundus Suetonius Cæsare c. 80. idem c. 76. *civitate donatos & quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in curiam.*

§ 168. (l. 23.) ἢ καὶ στρατιώτας] De militibus in senatum adscitis mentio supra p. 327. B. 494. A. 370. B.

§ 169. (l. 26.) ἐγνώρισέ τε ὁ δεσπότης καὶ ἀπήγαγε] Tanta dominorum in servos erat auctoritas, ut vindicare eos ubicunque reperissent & retrahere fas esset. Servis autem nec civitatem petere licebat injussu domini, ne dum ad honores patebat aditus. Eusebius Chron. *Vibium Maximum designatum Quæstorem agnovit dominus suus & abduxit.* Barbario tamen Philippo nihil servitutem obstitisse, quo minus Prætor fuerit, notatur in Digestis lib. I. tit. 14. leg. 3. nimirum quoniam agnitus a domino magna se pecunia redemit, ut ex Æliano Suidas in Βάρβιος Φιλιππικός.

§ 170. (l. 28.) ἐν τοῖς στρατευομένοις] Ab omni militia servi prohibebantur, puniebanturque capite, si ignorantibus dominis nomen inter milites dedissent. vide quæ viri docti ad Plinium lib. X. epist. 38. & 39.

ἐν τοῖς στρατευομένοις φωραθεὶς. Si sequimur Doctissimum Jo. Guil. Hoffmannum Hist. Prof. Witteb. in singularibus capitibus ex historia triumviratus, p. 46. & in præf. ad Menagii amœnitates Francof. & Lipsi. 1738. illud στρατευομένοις mutandum erit in στρατηγοῖς, ut intelligatur ipse ille Barbarius Philippus, quem Ulpianus & Suidas memorant agnitum & deprehensum a domino cum *prætorem* ageret. Incredibile enim videtur Hoffmanno, rigidam in re militari disciplinam tunc exercitam esse, cum paulo ante Antonius *ergastula solvisset*, teste Cic. Epist. XI. 10. 13. Equidem hoc argumentum non adeo urgendum censeo. Nam si qui unquam e servorum numero inter milites adscripti sunt impune, id factum ab imperatoribus ipsis, postquam ergastula soluta, seu milites ad pileum vocati, hoc est prius manu missi & libertate donati essent, dominis si non consentientibus at certe non ignaris & coactis consentire: iique ipsi manumissi tum non inter civium legiones, sed separatim militabant. vide Pighii Annales T. II. p. 166. At qui se pro libero & cive inter legionarios ingessisset servus, cum antea libertate donatus haud esset, semper pœnam meruit pro stipendio. Ejusmodi autem fuisset hic servus, non sane antea libertate donatus, sed tum demum, postquam militum numero exemptus ad supplicium duci debebat, ut ait Dio: καθὰ τῶν τοῦ Καπιτωλίου πετρῶν ἐώσθη, προελευθερωθεὶς. Mitissima certe ejusmodi servi pœna fuit, ut agnitus a domino rursus in servitutem vindicaretur, sicut Claudio Pacato contigit sub Domitiano p. 765. C. Κλαύδιόν τε Πακάτον τῷ δεσπότῃ καίπερ ἐκατοντάρχηκότα ἀπέδωκεν, ὅτι ἠλέγχθη δοῦλος ὤν. Ceteri in crucem acti. vide de Augusto p. 399. C. Attamen ut dicam quod res est, facit pro Hoffmanni emendatione, quod Dio velit exempla afferre servorum, qui ad civiles honores adspirarunt, qui in *senatum* allecti sunt, qui *quæsturam* ambierunt; quorsum *præturam* aptius referas; quam militis gregarii partes; præsertim cum supplicium servi hujus aliquod ἀξίωμα habere debuerit, ita ut non servili supplicio crucis afficeretur, sed liberi hominis instar de saxo Tarpejo dejiceretur; scilicet quia jam gesserat præturam, fueratque ἐν ἀξιώματι. (num Barbarius fuerit, non disputo.) Miles certe gregarius singulare ἀξίωμα non sustinet, nec ideo necesse erat ut supplicium ejus ἀξίωμα acciperet; plurimique milites passim in crucem acti leguntur. REIM.

§ 171. (l. 29.) κατὰ τῶν τοῦ Καπιτωλίου πετρῶν] Licet antiquis temporibus solenne supplicium ex lege duodecim tabularum constitutum in servos fuit de rupe Tarpeia præcipitari: tamen jam pridem tunc aliter mos obtinere cœperat, ut

τους g ἐπεκάλουν. οἵκοι μὲν δὴ ταῦτ' ἔπρατον. A.U.C.715 L.Marcio & C. Sabino COSS.

55 quo factum est, ut consules minores appellarentur.

Τῷ δὲ δὴ Σέξτῳ πρῶτον μὲν διὰ τῶν ἑταίρων, καὶ ὅπως καὶ ἐφ' οἷς καταλλαγήσοιντο, συνέβησαν· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοὶ [175] πρὸς Μισηνῷ ἐς λόγους ἦλθον. εἰστήκεισαν δὲ οἱ μὲν, ἐν τῇ ἠπείρῳ, [176] ὁ δὲ ἐν χώματί τινι ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο περιῤῥύτῳ, οὐ πόῤῥω σφῶν πρὸς ἀσφάλειαν [b] αὐτῷ πεποιημένῳ. καὶ παρῆν πᾶς μὲν ὁ τούτου ναυτικὸς, πᾶς δὲ ὁ ἐκείνων πεζικὸς ὄχλος· οὐχ ὁπλῶς, ἀλλ' οἱ μὲν, ἐπὶ τῆς γῆς, οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν νεῶν, ἐξωπλισμένοι παρειλήχατο. ὥστε καὶ ἀπ' αὐτοῦ τούτου δῆλον πᾶσι γενέσθαι, ὅτι ἔκ τε τοῦ φόβου τῆς παρασκευῆς σφῶν, καὶ ἐξ ἀνάγκης, οἱ μὲν διὰ τὸν δῆμον, ὁ δὲ διὰ τοὺς συνόντας οἱ, [i] ἐσπείσαντο. [177] αἱ δὲ δὴ συνθῆκαι ἐπὶ τοῖσδε ἐγένοντο· τούς τε αὐτομολήσαντας τῶν δούλων ἐλευθέρους εἶναι, καὶ τοὺς ἐκπεσόντας, πλὴν τῶν σφαγέων, καθελθεῖν. τούτους γὰρ δῆθεν ὑπεξείλοντο, ἐπεὶ τῷ τε ἔργῳ καὶ ἐκείνων τινὲς καθιέναι ἔμελλον. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Σέξτος εἷς ἐξ αὐτῶν γεγονέναι ἐδόκει. ἀλλ' ἐγράφη γε, τοὺς ἄλλους πλὴν τούτων πάντας, ἐπί τε ἀδείᾳ καὶ ἐπὶ τῷ τελάρῳ τῆς δημευθείσης σφῶν οὐσίας ἐπανελθεῖν. καὶ ἐκείνων μέν τισι καὶ δημαρχίας καὶ στρατηγίας, ἱερωσύνας τε [k] εὐθὺς δοθῆναι· αὐτὸν δὲ τὸν Σέξτον, [178] ὕπατόν τε αἱρεθῆναι, καὶ οἰωνιστὴν ἀποδειχθῆναι· ἔκ τε τῆς οὐσίας τῆς πατρῴας χιλίας καὶ [l] ἑπτακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας δραχμῶν κομίσασθαι· καὶ [179] Σικελίας, καὶ Σαρδοῦς, τῆς τε Ἀχαΐας ἐπὶ πέντε ἔτη ἄρξαι· μήτ' αὐτομόλους δεχόμενον, μήτε ναῦς ἐπικτώμενον, μήτε τινὰ φρούρια ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἔχοντα, ἀλλὰ τήν τε εἰρήνην αὐτῇ τὴν ἐκ τῆς θαλάσσης

36. His Romæ gestis, cum Sexto Pompejo primum de modo & conditionibus pacis futuræ per amicos actum est: deinde vero apud Misenum Cæsar & Antonius cum eo ad colloquium venerunt, quum ipsi in continenti starent, Pompejus autem in aggere quodam, mari circumfluo, non procul ab eis, ad hoc ipsum congesto, quo tutior esset. Aderat autem huic universa classis, illis autem pedestres omnes copiæ: ita quidem, ut ordinatim alteri in terra, alteri autem in navibus armati adstarent: ut vel ex hoc perspicuum omnibus esset, eos metu virium adversæ partis, ac coactos, illos quidem a populo, Pompejum vero ab his, quos secum habebat, pacem composuisse. Ejus vero pacis hæ fuerunt conditiones: servis fugitivis dari libertatem, exulibus omnibus, præter Cæsaris percussores, reditum. Hi autem excipiebantur, quia re ipsa quidam eorum redire volebant. Nam & ipse Sextus, unus ex iis fuisse, visus est. Cæteris potestas redeundi facta cum impunitate, & quarta parte bonorum, quæ publicata fuerant, reddenda: utque horum quibusdam tribunatus plebis, præturæ, & sacerdotia statim darentur: convenerat etiam, ipsum Pompejum consulem creari, & augurem, ac ex facultatibus paternis ei reddi septingenties sestertium: quinquennale ei esse imperium in Siciliam, Sardiniam, & Achajam; ita tamen ut neque fugitivos reciperet, neque naves alias pararet, neque castella in Italia obtineret; sed pacem ejus in mari ipse tueretur,

g ὑπεκάλουν, vulgo. conjeceram ἐπεκάλουν. & nunc video confirmari cod. Med. Consules quidem *suffectos* dici constat; *minores* autem ubi Latinis appellentur, adhuc quæro. *Consulem majorem* Festus commemorat, sed alio sensu.
h αὐτῷ. forte αὐτοῦ, Od. non male, si cum vulgatis comma ponas, post αὐτῷ. sed ego sustuli ut cohæreat cum πεποιημένῳ.
i ἐσπέσαντο. ἐσπάσαντο, Med. k εὐθὺς. sic Z. utique rectius quam vulgo αὐτοῖς. l ἑπτακοσίας. corrigendus hinc Zonaras, apud quem p. 512. C. πενταικοσίας legitur, confusione ex sequenti πεντήκοντα procul dubio nata.

ut servis pœna crux, liberis etiam hominibus dejectio de saxo esset. Appianus III. civil. p. 528. οἱ συνωφθίλλες, ἕτεροι ἐκρεμάσθησαν, ὅσοι θεράποντες ἦσαν, οἱ δὲ ἐλευθεροι καθὰ τοῦ κρημνοῦ κατερρίφησαν. Mentio hujus supplicii de civibus sumti supra p. 267. B.

§ 172. (l. 33.) Ἀντωνίου στρατείαν] De hac expeditione in Parthos Plutarchus in M. Antonio p. 932. sq. Appianus in Parthicis p. 156. sq.

§ 173. (l. 36.) ἐς ὀκτὼ ἔτη] Tantum in quatuor annos memorat idem Appianus III. civil. p. 714. Antonium & Libonem, (ut tamen Antonio liceret alium pro se substituere,) Augustum & Sextum Pompejum, (sed cui deinde negatum p. 390. E.) Aenobarbum & Sosium, Augustum & Antonium. Octavum par Consulum destinatorum fuit M. Antonius & Augustus, e quibus itidem prohibitus Antonius, & loco ejus adscitus Valerius Messala p. 424. D. Etiam triumviratus potestatem populo inconsulto prorogasse sibi in aliud quinquennium, idem notat p. 727. cujus rei meminit etiam Dio p. 390. E.

§ 174. (l. 45.) ἐνιαύσιοι μὲν οὐδεὶς] Notat hoc loco Dio originem moris semper deinceps Cæsarum temporibus continuati, ut Consules, qui Calendis Januariis annum aperirent, & nomen fastis darent, post se eodem anno suffectos alios haberent intervallo sex vel quatuor vel duorum etiam mensium. vide dicta p. 236. D. 389. D. Suffecti igitur Dioni σμικρότεροι ὕπατοι *minores Consules*.

§ 175. (l. 59.) πρὸς Μισηνῷ] De hac Misenensi villa in promontorio posita, quæ olim C. Marii, deinde Corneliæ, hinc Luculli fuerat, multa Philippus Cluverius Italiæ illustratæ lib. IV. & viri docti ad hæc Phædri lib. II. Fab. V.

Cæsar Tiberius cum petens Neapolin
In Misenensem villam venisset suam,
Quæ monte summo posita Luculli manu
Prospectat Siculum, & prospicit Tuscum mare.

§ 176. (l. 60.) ὁ δὲ ἐν χώματι] Appianus VII. civil. p. 713. narrat, Libonem Sexto Pompejo adfuisse, disjunctosque modico intervallo ab Antonio & Augusto, ita ut clarius vociferantes utrinque exaudiri possent. Re infecta autem tunc discessum iterum, quoniam Pompejus volebat loco Lepidi admitti in societatem imperii, Antonius autem & Augustus salutem duntaxat & reditum in patriam ei offerebant. Interjecto tempore, urgentibus Murcia Pompeji matre, Juliaque uxore, iterum convenere, ἔνθεν οἱ τρεῖς συνῆλθον ἐς τὸ ἀμφίκλυστον δὴ καὶ ἀρχαῖον χῶμα, περιορμουσῶν τῶν Φυλακίδων νεῶν. Atque hic est congressus de quo præsenti loco Dio, & Plutarchus Antonio p. 930. Vellejus lib. II. c. 77.

§ 177. (l. 70.) αἱ δὲ δὴ συνθῆκαι] Easdem conditiones refert etiam Appianus. Idem addit, iis qui per metum aufugerant, omnia bona immobilia restituenda convenisse, proscriptis reddendam tantum quartam partem. Conditionum utrinque non diu post violatarum mentio p. 384. E.

§ 178. (l. 80.) ὕπατόν τε αἱρεθῆναι καὶ οἰωνιστήν] Apud Appianum p. 713. est, ὑπατεῦσαι δ' ἀπόντα δι' ὅτου κρίνοι τῶν φίλων, καὶ τῆς μεγίστης ἱερωσύνης ἐς τοὺς ἱερέας ἐγγραφῆναι, ut absens Pompejus Consulatum per quem vellet amicorum gereret, & adscriberetur in Collegium Pontificum. Sed utrumque Pompejo ademtum, infra p. 390. E. Summa pecuniæ Pompejo restituendæ respondet Joachimicis 1750000. decima pars summæ, quam filio Pompejo pridem sponsam a senatu testatur Cicero XIII. 5. Philippic. erat enim illa, *septies millies*.

§ 179. (l. 83.) Σικελίας καὶ Σαρδοῦς τῆς τε Ἀχαΐας] Siciliæ, Sardiniæ & Peloponneso, Cyrnum sive Corsicam Appianus adjungit p. 714. & 717. ubi eam refert proditam cum Sardinia a Menodoro.

A.U.C. 715 L. Marcio & C. Sabino COSS.

retur, ac certam ſummam frumenti ad urbem mitteret. Id vero tempus ei præſcriptum fuit, quod ipſi etiam volebant videri, non perpetuam, ſed certo tempore definitam potentiam habere.

37. His compoſitis, ac conſcriptis, inſtrumenta hujus pactionis apud Veſtales virgines depoſuerunt, ac deinde dextras mutuo junxerunt, ſeque invicem oſculati ſunt. Quo facto, immenſus clamor, tam a terra continente, quam a navibus ſublatus eſt. Nam multi milites, multique cives, aderant, qui bellum vehementer exoſi, ac magnopere pacem expetentes, una repente adeo exclamaverunt, ut ſonitum montes reddiderint, horrorque & terror ingens in eis coortus ſit; quo ipſo multi ſtatim exanimati ſunt, multi conculcati & ſuffocati perierunt. Nam qui in navibus erant, non exſpectantes, dum terræ naves appellerent, in mare proſiluerunt; viciſſimque alteri a terra in mare decurrerunt: ibi ſimul natantes, ſeſe mutuo ſalutabant, & amplectebantur: eratque ea res & viſu & auditu varia. Nam alii ſuos cognatos aut amicos ſuperſtites adeſſe videntes, expleri voluptate inde percepta non poterant: alii, quos periiſſe exiſtimaverant dudum, eos tum præter ſuam opinionem ſalvos cernentes, dubii diu hærebant, voce intercluſa, neque fidem oculis ſuis habentes, & id maxime optantes, ne ii fallerent: neque prius ſuos agnoſcebant, quam eos nominatim vocaſſent, ac vocem eorum exaudiſſent. Ibi vero tantum de illis erat gaudium, quaſi ſi ab inferis rediiſſent: quumque neceſſario cumulatiſſimam delectationem ex eo caperent, ea absque lacrymis frui non poterant. Contra alii, quum de eorum, quos chariſſimos habuerant, interitu non cognoviſſent, eosque in vivis etiamnum exſtare ac adeſſe putarent: circuibant quærendo, ac quemlibet obvium de iis percontando: & quamdiu nihil certi cognoſcerent, mente captorum ſimiles, dubii hærebant, & inventuros ſe ipſos ſperantes, & mortuos eſſe verentes: neque eos vel abjicere propoſitum cupiditas, vel animum deſpondere ſpes ſinebat. Ubi vero rem ipſam comperiſſent, tum

σης περιπνεύοντα, καὶ σῖτον τοῖς ἐν τῇ πόλει τακτὸν πέμποντα. τὸν δὲ δὴ χρόνον αὐτῷ τοῦτον προσέγραψαν, ὅτι καὶ αὐτοὶ πρὸς καιρὸν δή τινα τὴν ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐκ ἀΐδιον ἔχειν δοκεῖν ἤθελον.

Ταῦτά τε [m] οὖν συνθέμενοι καὶ συγγραψάμενοι, τά τε γραμματεῖα [180] ταῖς ἱερείαις ταῖς ἀειπαρθένοις παρακατέθεντο, καὶ μετὰ τοῦτο δεξιάς τε σφίσιν ἔδοσαν, καὶ ἐφίλησαν ἀλλήλους. γενομένου δὲ τούτου, πολλὴ καὶ ἄπλετος βοὴ καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου ἅμα καὶ ἐκ τῶν νεῶν ἠγέρθη. [n] πολλοὶ μὲν γὰρ στρατιῶται, πολλοὶ δὲ καὶ ἰδιῶται παρόντες, [o] ἀθρόον καὶ ἐξαπιναίως, ἅτε καὶ τῷ πολέμῳ δεινῶς ἀχθόμενοι, καὶ τῆς εἰρήνης ἰσχυρῶς ἐπιθυμοῦντες, ἐξέκραγον· ὥστε καὶ τὰ ὄρη συνηχῆσαι, κἀκ τούτου καὶ φρίκην σφίσι καὶ ἔκπληξιν μεγάλην ἐγγενέσθαι· καὶ πολλοὺς μὲν ὑπ' αὐτῶν τούτων ἐκθανεῖν, πολλοὺς δὲ καὶ συμπαληθέντας ἢ καὶ ἀποπνιγέντας ἀπολέσθαι. οἵ τε γὰρ ἐν τοῖς σκάφεσιν ὄντες, οὐκ ἀνέμειναν τῇ γῇ αὐτῇ προσελθεῖν, ἀλλ' ἐξεπήδων ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ οἱ ἕτεροι ἐς αὐτὸν [p] τὸν βυθὸν ἐπεισέβαινον. κἀν τούτῳ ἠσπάζοντό τε ἀλλήλους ἅμα νηχόμενοι, καὶ περιέβαλλον κολυμβῶντες· ὥστε [181] ποικίλην μὲν αὐτῶν θέαν, ποικίλην δὲ καὶ ἀκοὴν συμβῆναι. οἱ μὲν γὰρ τούς τε συγγενεῖς καὶ τοὺς ἑταίρους ζῶντας ἰδόντες, καὶ τότε παρόντας ὁρῶντες, ἀπλήστῳ τῇ ἡδονῇ ἐχρῶντο· οἱ δὲ ἀπολωλέναι τε σφᾶς, πρότερον νομίζοντες, καὶ τότε παρὰ δόξαν θεωροῦντες, ἄποροί τε ἐπὶ πολὺ ἐγίγνοντο, καὶ ἀφασίᾳ συνείχοντο, ἀπιστοῦντές τε ἅμα τῇ ὄψει, καὶ εὐχόμενοι ἀληθῆ ταύτην εἶναι· καὶ οὐ πρότερόν γε ἐγνώριζον σφᾶς, πρὶν τά τε ὀνόματα αὐτῶν ἀνακαλέσαι, καὶ φθεγγομένων τι ἀκοῦσαι. οὕτω δὲ ἔχαιρον μέν, ὡς καὶ ἀναβιωσκομένων σφῶν· ἀναλγαζόμενοι δὲ ἀθρόως ἤδεσθαι, οὐκ ἀδακρυτὶ διῆγον. καὶ ἕτεροι, ἀγνοοῦντές τε τοὺς φιλτάτους ἀπολωλότας, καὶ ζῆν, παρεῖναί τε αὐτοὺς ἡγούμενοι, ἐζήτουν τε σφᾶς ἅμα περιφοιτῶντες, καὶ πάντα τὸν προσιόντα χάνοντα περὶ αὐτῶν ἐπηρώτων· καὶ τέως μὲν οὐδὲν [q] ἀκριβὲς ἐμάνθανον, μαινομένοις τε ἐῴκεσαν, καὶ ἐν ἀπόρῳ καθειστήκεσαν, ἐλπίζοντές τε ἅμα αὐτοὺς εὑρήσειν, καὶ φοβούμενοι μὴ τεθνήκασι· καὶ μήτ' ἀπογνῶναι πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, μήτ' [r] ἀπαλγῆσαι πρὸς τὴν ἐλπίδα δυνάμενοι· μαθόντες δὲ τὴν ἀληθειαν,

[m] οὖν. οὐ, RS. in textu, quod ipſe Robertus & deinde X. ſic corrigendum eſſe monuerunt. [n] πολλοὶ μὲν γὰρ στρ. ſic recte edidit L. πολλοὶ μὲν στρατιῶται γάρ, RS. & HS. [o] ἀθρόον, καὶ ἐξαπιναίως &c. usque ad ἐξέκραγον. hæc ex cod. Med. apud Gronov. p. 135. & V. a. exhibemus, ſaniora & integriora quam quæ vulgo leguntur: ἀθρόον, καὶ ἀχθόμενοι, καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες ἰσχυρῶς, ἐξαπιναίως, ἅτε καὶ τῷ πολέμῳ δεινῶς ἔχοντες, ἐξέκραγον. in quibus verbis ἀθρόοι pro ἀθρόον legendum cenſebant X. & L. præter neceſſitatem. Leunclavius, lacunam ſuſpicatus, ἀχθόμενοι τῷ πολέμῳ ſupplevit, quaſi in bregendum cenſebant X. & L. præter neceſſitatem. Leunclavius, lacunam ſuſpicatus, ἀχθόμενοι τῷ πολέμῳ ſupplevit, quaſi in brevi ſententia Dio idem bis dicere potuiſſet, cum ſtatim ſequatur ἅτε καὶ τῷ πολέμῳ δεινῶς ἔχοντες. cum codicibus, quos ſequimur, fere conſentit Xiph. [p] τὸν βυθὸν. ſic poſt Xiph. L. monitu Xyl. pro τὸ βυθὸν, quod eſt apud RS. & HS. [q] ἀκριβὲς. ἀκριβῶς, Med. minus bene. [r] ἀπαλλαγῆσαι, L. male. ἀπαλγῆσαι, RS. & HS. reddidi autem animum deſponere, ex Polyb. apud Suid. Xylander, *ſecuro animo eſſe.*

§ 180. (l. 93.) *ταῖς ἱερείαις ταῖς ἀειπαρθένοις*] Infra p. 379. A. Appianus p. 714. De more hoc, teſtamenta, fœdera & tabulas publicas fidei Veſtalium virginum aſſervandas tradendi, dictum ad p. 363. D.

§ 181. (l. 9.) *ποικίλην μὲν αὐτῶν θέαν*] Eſt hæc diſerta deſcriptio & elegans motuum animorum poſt redditam pacem, quos paucis tangit Appianus p. 715.

§ 182. (l. 31.) *τάς τε τρίχας ἐσπάρατλον*] Ita faciunt homines ex mœrore ac deſperatione, ut apud Ovidium III. amor. 9.

Hinc ſoror in partem miſera cum matre doloris
Venit inornatas dilaniata comas.

§ 183. (l. 31.) *καὶ τὰς ἐσθῆτας περιερρήγνυτο*] Sæpius hujus moris lacerandi veſtes præ luctu vel indignatione mentionem fecit Dio, ut notavi ad p. 150. D.

§ 184. (l. 45.) *πρότερος μὲν ὁ Σέξτος ἐν τῇ νηΐ*] Navem στρατηγίδα, qua convivio Auguſtum Antoniumque Pompejus excepit, ἑξήρη ſexiremem fuiſſe, teſtatur Appianus V. civil. p. 714. & Plutarch. Antonio p. 930.

§ 185. (l. 53.) *ὁ Μηνᾶς*] Menodorus, ſupra p. 375. A. perfidus ille nebulo, qui Pompeji poſtea prodidit claſſem p. 384. & ad Pompejum ab Auguſto iterum transfugit cum VII. navibus, Appianus V. civil. p. 727. ac denique iterato deſcivit ad Auguſtum, Pompejoque auctor fuit exitii. infra p. 392. Non omittendum autem, quod Menodoro ſive Menæ, ſuadenti Auguſtum & Antonium in navi interficere, reſpondiſſe Pompejum narrat idem Appianus p. 714. id ſi voluiſſent, ſe inconſulto debuiſſe exequi, Μηνοδώρῳ γὰρ ἁρμόζειν ἐπιορκεῖν, οὐ Πομπηΐῳ, *illi enim convenire perjurium, non Pompejo.* Idem legas apud Plutarchum Antonio p. 930. cui Menas ille pirata appellatur. Et Florus IV. 8. de Pompejo, *hic ſecum piratas navales agitabat.*

θειαν, [182] τάς τε τρίχας ˢ ἐσπάρατλον, καὶ [183] τὰς ἐσθῆτας περιερρήγνυλο· ὀνομασί τε αὐλοὺς ἀνεκάλουν, ὡς καὶ ἐπακοῦσαί τι δυναμένους, καὶ πένθος, ὡς καὶ τότε τελευλώνλων, αὐλοῦ τέ που κειμένων σφῶν, ἐποιοῦνλο, καὶ, εἴγε τισὶ μηδὲν αὐλοῖς τοιοῦτον παρῆν, ἀλλ' ἐπί γε τοῖς τῶν ἄλλων παθήμασιν ἐταράττονλο. ἢ γὰρ χαίρονλί τινι συνήδονλο, ἢ πενθοῦνλι συνελυποῦνλο. καὶ ὕτως εἰ καὶ ἔξω οἰκείου πάθους ἦσαν, ὅμως οὐκ ἠδύναντο διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμιλίαν ἡσυχάζειν· καὶ ἐκ τούτου ὅλε κόρον, ὅυτ' αἰσχύνην, ἄτε καὶ τοῖς αὐλοῖς συμφερόμενοι, ἐλάμβανον· ἀλλὰ τήν τε ἡμέραν ὅλην καὶ τῆς νυκλὸς τὰ πλείω ἐς ταῦτα καλανάλωσαν.

tum vero crines ſuos vellere, veſtem lacerare, nominatim eos invocare, perinde ac ſi exaudire illi poſſent, & quaſi tum demum mortuos, eoque in loco jacentes, complorare cœperunt. Quod ſi cui ipſi nihil hujusmodi accidiſſet, tamen aliorum caſibus perturbabatur, & vel lætanti cuidam ſocius lætitiæ, vel lugenti doloris fiebat. Itaque cum domeſticam animi commoti cauſam non haberet, tamen quod inter cæteros overſabatur, quieſcere non poterat. Ita & dies ille totus, & noctis pars major, ab eis exacta eſt; quum neque ſatietate, neque pudore, quippe inter ſui ſimiles verſantes, afficerentur. A.U.C. 715 L. Marcio & C. Sabino COSS.

B Μελὰ δὲ ταῦθ' οἵ τε ἄλλοι ὑπεδέχονλο ἀλλήλους, ᵗ καὶ ἀνθεισίων καὶ αὐλοὶ ἐκεῖνοι. [184] πρότερος μὲν ὁ Σέξλος ᵘ ἐν τῇ νηΐ, ἔπειλα δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ ὅ, τε Ἀνλώνιος ἐν τῇ ἠπείρῳ. τοσοῦτον γὰρ ὁ Σέξλος τῇ δυνάμει σφῶν περιῆν, ὥσε μὴ πρότερον αὐλὸν ἐς τὴν ἤπειρον ἐκβῆναι, πρὶν ἐκείνους ἐς τὴν ναῦν ˣ ἐσελθεῖν. καὶ τοῦλο μέν τοι ποιήσας, δυνηθείς τ' ἂν ἀμφολέρους ἐν τῷ σκάφει, σὺν ὀλίγοις πανόλας, ὥσπερ που καὶ [185] ὁ Μηνᾶς αὐλῷ συνεβούλευε, ʸ φονεῦσαι, οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλὰ καίπερ πρὸς τὸν Ἀνλώνιον, ἐπειδὴ τὴν οἰκίαν αὐλοῦ τὴν πατρῴαν τήν ἐν ταῖς Καρίναις καλεῖχε, ([186] τόπος γάρ τις τῆς Ῥωμαίων πόλεως ὅυλω καλούμενός ἐσιν) ἀποσκώψας τρόπον τινὰ ἥδισον, (ταῖς γὰρ τροπίσι τῶν νεῶν τῆς αὐλῆς ὀνομασίας ὄυσης, ἐν ταῖς Καρίναις αὐλοὺς ἑσιᾶν ἔφη) ὅμως ὀυδὲν ὡς καὶ ᵘ μνησικακῶν ἔπραξεν· ἀλλὰ τῇ τε ὑσεραίᾳ ἀνθεισιάθη, καὶ [187] τὴν θυγαλέρα Μάρκῳ Μαρκέλλῳ τῷ τοῦ Καίσαρος ἀδελφιδῷ ἐνηγύησεν. ᵃ ὅλος μὲν ὅυν ὁ πόλεμος ἀνεβέβληλο.

38. Secundum hæc conviviis ſeſe mutuo & alii, & ipſi principes exceperunt: prior quidem Sextus in navi, deinde etiam Cæſar & Antonius in continente. Tantum enim Sextus Pompejus copiis erat inſtructior, ut non ante in terram egrederetur, quam Cæſar & Antonius in navem ad ipſum veniſſent. Poterat ſane utrumque in navi cum paucis quibusdam tenens, interficere, quod ei conſilium Menas tum dedit: ſed id quidem noluit. Ac quamvis Antonium ſcitiſſimo dicto falſe notaret, tamen nihil præterea egit, quo ſe memorem acceptarum injuriarum oſtenderet. Scilicet Carinæ, loci nomen eſt Romæ, quo in loco Pompejus pater ædes habuerat, quas tum temporis Antonius poſſidebat. Porro autem navis quoque aliqua pars, carina dicitur. Ea ambiguitate ludens Sextus, convivium ajebat ſe ipſis in Carinis præbere. Poſtridie iterum convivio exceptus, filiam ſuam M. Marcello, cujus avunculus erat Cæſar, deſpondit. Sic igitur bellum hoc in aliud tempus rejectum eſt.

[188] Τὰ δὲ δὴ τοῦ Λαβιήνου τῶν τε Πάρθων, ὧδε διεπολεμήθη. ὁ Ἀνλώνιος, αὐλὸς μὲν ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπὸ τῆς Ἰλαλίας ἐπανελθὼν, ἐνλαῦθα ἐπὶ πλεῖσον ἐνεχρόνισε, τάς τε ἐπιθυμίας ἅμα ἀποπιμπλὰς, [189] καὶ τὰς πόλεις κακῶν, ἵνα ὅτι ἀδενέσλαλα τῷ Σέξλῳ παραδοθῶσι· καὶ ἄλλα τε ἐν τούτῳ πολλὰ ἔξω τῶν παλρίων ἐξεδιηλήθη, καὶ [190] Διόνυσον ἑαυτὸν νέον αὐλός τε ἐκάλει, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὀνομάζεσθαι

39. Bellum vero Labieni ac Parthorum, hoc modo confectum. Antonius in Græciam ex Italia reverſus, permultum ibi temporis exegit, ſimul ut ſuæ cupiditati ſatisfaceret, ſimul ut urbes vexaret, quo maxime debilis provincia Pompejo traderetur. Ibi inter alia, quæ contra patrium morem agebat, Bacchum ſe alterum nominavit; idque nominis ſibi tribui ab aliis voluit. Quumque

ˢ ἐσπάρατλον. ἐσπαράττλονλο, Med. ᵗ καὶ ἀνθεισίων. ἀντανθεσίων, RS. quod ipſe in notis corrigendum docuit.
ᵘ Quæ a voce Σέξτος usque ad alterum Σέξτος inſeruimus, ἐν τῇ νηΐ &c. ea, ſaltu conſueto librariorum, omiſſa in codice ſuo RS. & poſt eum ceteri editores non exhibuerunt, nec lacunam adeſſe deprehenderunt, cum tamen maximam horum partem ad verbum dederint Xiph. & Z. usque ad vocem ἠπείρῳ. ergo vel hinc confirmatur auctoritas codicum quos ſequimur, Med. apud Gronov. p. 138. & V. a. ˣ ἐσελθεῖν. ἐπελθεῖν, V. b. ʸ φονεῦσαι. addit Z. p. 512. D. τεμεῖν, ἐιπὼν, ἐς βούλοιλο, τὸ πρυμνήσιον, καὶ ἀποπλεῦσαι. leg. ἀποπλεύσειν. dicens, ſe rudentibus, ſi vellet, reſectis, abnavigaturum.
ᶻ μνησικακῶν. V. a. addit σφίσιν. mox pro ἀνθεσιάθη, ἀνθεσιαραίᾳ, V. a. confuſione nata ex præcedenti ὑσεραίᾳ. quod unice obſervo propterea, quoniam ad emendandos auctores neceſſe eſt ſcire, quibus modis corrumpi potuerint. ᵃ ὅυτος. ſcribendum ὅυλως, L. ſane ὅυτω haber Z. ſed bellum hoc opponitur Parthico, & ὅυτος habet etiam Xiph.

§ 186. (l. 56.) τόπος γάρ τις] Pompejanæ domus in Carinis mentio apud Suetonium in Grammaticis c. 15. & Tiberio c. 15. Fuit in quarta regione, ut ex Rufo ac Victore notant viri docti ad Sueton. Auguſt. c. 5. Servius in Æneidum VIII. 361. *Romanoque foro & lautis mugire carinis. Carinæ ſunt ædificia facta in Carinarum modum, quæ erant circa templum Telluris. Lautas autem dixit aut propter elegantiam ædificiorum, aut propter Auguſtum, qui natus eſt in lautis carinis.* Videtur Plutarchus ambiguum vocabuli carinarum non ſatis cepiſſe, dictum ſiquidem Pompeji refert hunc in modum, quod roganti Antonio, ubi cœnaturi eſſent, reſponderit, *in hac navi: nullæ enim aliæ paternæ ædes Pompejo relictæ ſunt.* Vellejus lib. II. c. 77. *in Carinis ſuis ſe cœnam dare, referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio poſſidebatur.*

§ 187. (l. 62.) τὴν θυγαλέρα Μάρκῳ Μαρκέλλῳ] Sexti Pompeji filia Pompeja, neptis L. Scribonii Libonis, deſponſata M. Marcello, nepoti M. Antonii, Auguſti autem ſororis Octaviæ, & C. Marcelli filio, vide Appian. p. 714.

§ 188. (l. 65.) τὰ τοῦ Λαβιήνου τῶν τε Πάρθων] Continuat hoc loco Dio telam narrationis quam abruperat p. 373. B.

§ 189. (l. 69.) καὶ τὰς πόλεις κακῶν] Huc refer quod Sextum Pompejum ægre tuliſſe ſcribit Dio infra p. 385. B. ὅτι ἡ Ἀχαΐα ἐκεκάκωλο.

§ 190. (l. 71.) Διόνυσον ἑαυλὸν] Confer Dionem infra p. 421. E. 434 B. Senecam Suaſoria I. Vellejum II. 82. Plutarchum Antonio p. 926. & de honoribus per Athenienſes ei decretis p. 942.

A.U.C.715 L. Marcio & C. Sabino COSS.

Quumque Athenienſes, propter hoc & alia, ei etiam Minervam deſpondiſſent, probare ſe id matrimonium dixit: dotisque nomine quadragies ſeſtertium exegit. His rebus ipſe occupatus, P. Ventidium in Aſiam præmiſit. Ventidius ante ad Labienum pervenit, quam is id futurum cognoviſſet, territumque repentino adventu, exercituque ſuo, (ſolus enim tum cum collectis ex Aſia militibus Labienus ibi agebat, absque Parthis) inde, ne auſum quidem congredi, ſtatim profligavit: fugientemque in Syriam inſecutus eſt cum expeditiſſimis ſui exercitus militibus: deprehenſumque apud Taurum montem, ulterius progredi prohibuit. Eo igitur loco complures dies oppoſitis invicem caſtris quieverunt, Labieno Parthos, Ventidio legiones exſpectante.

ὀνομάζεσθαι ἠξίου· ἐπειδή τε οἱ Ἀθηναῖοι πρός τε τοῦτο καὶ πρὸς τὰ ἄλλα [191] τὴν Ἀθηνᾶν αὐτῷ κατ- ἠγύησαν, δέχεσθαί τε τὸν γάμον ἔφη, καὶ [192] προῖκα μυριάδας ἑκατὸν παρ' αὐτῶν ἐξέπραξεν. αὐτὸς μὲν οὖν περὶ ταῦτα εἶχε, τὸν δὲ δὴ [193] Ὀυεντίδιον τὸν Πούπλιον ἐς τὴν Ἀσίαν προὔπεμψε. καὶ ὃς ἦλθέ τε ἐπὶ τὸν Λαβιῆνον, πρὶν ἔκπυστος γενέσθαι, καὶ καταπλήξας αὐτὸν τῷ τε αἰφνιδίῳ τῆς ἐφόδου, καὶ τοῖς στρατεύμασιν, (ἄνευ γὰρ τῶν Πάρθων, μετὰ τῶν αὐτόθεν στρατιωτῶν μόνων ἦν) ἐκεῖθέν τε μηδὲ ἐς χεῖρας οἱ [b] ὑπομείναντα εὐθὺς ἐξέωσε, καὶ φεύγοντα ἐς τὴν Συρίαν ἐπεδίωξε, τὸ κουφότατον τοῦ στρατοῦ λαβών· καὶ αὐτὸν πρὸς τῷ Ταύρῳ καταλαβών, οὐκέτι περαιτέρω προχωρῆσαι εἴασεν, ἀλλ' ἐνταῦθα ἐπὶ πλείους ἡμέρας καταστρατοπεδευσάμενοι ἡσύχαζον. Λαβιῆνος μὲν γὰρ τοὺς Πάρθους, Ὀυεντίδιος δὲ τοὺς ὁπλίτας ἀνέμενεν.

381

40. Quum iisdem diebus utraque hæc auxilia adveniſſent; Ventidius, quia equitatum Parthorum metuebat, in ſublimi loco, ubi caſtra poſuerat, perſtitit: Parthi vero ſua multitudine freti, hoſtemque olim a ſe ſuperatum contemnentes, antequam ſe Labieno conjungerent, ſummo mane ad tumulum acceſſerunt: ac, nemine contra exeunte, ſubire ad ipſum collem intenderunt. Quum jam in ſublime evaſiſſent, Romani decurrentes, haud magno labore eos per declive præcipites egerunt: ita Parthi pars a Romanis in primo impetu trucidati, major pars in receptu ſe invicem perdiderunt, quum alteri jam fugerent, alteri tum primum colli ſuccederent: reliqui non ad Labienum, ſed in Ciliciam fugam converterunt, quos Ventidius usque ad caſtra inſecutus eſt, ſed viſo ibi Labieno, ſubſtitit. Labienus autem quum ſe ad pugnam compoſuiſſet, videns militum ſuorum animos fuga barbarorum conſternatos, non auſus tum confligere, ſub noctem aufugere aliquo inſtituit. Ventidius re perfugis præcognita, multos in ipſo diſceſſu per inſidias interfecit, reliquos omnes a Labieno

Ὡς δὲ οὖν καὶ οὗτοι ἐν ταῖς αὐλαῖς ἅμα ἀμφότεροι ἡμέραις ἦλθον, Ὀυεντίδιος μὲν δέει τῆς ἵππου τῶν βαρβάρων ἐν τῷ μετεώρῳ, ὅπερ ἠυλίζετο, κατέμεινεν· οἱ δὲ δὴ Πάρθοι ἔκ τε τοῦ πλήθους σφῶν, καὶ ἐκ τοῦ προνενικηκέναι πολὺ, καταφρονήσαντες, πρός τε τὸν γήλοφον ἅμα τῇ ἕῳ, πρίν καὶ τῷ Λαβιήνῳ συμμῖξαι, προσήλασαν, καὶ ὡς οὐδεὶς σφίσιν ἀντεπεξήει, καὶ πρὸς τὸ ὄρθιον αὐτὸ προσέβαλον· καὶ αὐτοὺς ἐνταῦθα ἤδη ὄντας οἱ Ῥωμαῖοι ἐπιδραμόντες, ῥᾳδίως πρὸς τὸ κάταντες ἐτρέψαντο. καὶ σφῶν πολλοὶ μὲν ἐν χερσὶν ἀπέθανον, τὸ δὲ δὴ πλεῖον ἐν τῇ ἀναστροφῇ περὶ ἀλλήλοις, οἱ μὲν, ἤδη τεθραμμένοι, οἱ δὲ, ἔτι προσιόντες, ἐσφάλησαν. οἵ τε περιλειφθέντες, οὐ πρὸς τὸν Λαβιῆνον, ἀλλ' ἐς Κιλικίαν ἔφυγον. ὁ οὖν Ὀυεντίδιος ἐπεδίωξε μὲν αὐτοὺς μέχρι τοῦ στρατοπέδου, ἰδὼν δὲ ἐνταῦθα τὸν Λαβιῆνον, [c] ἐπέσχε. καὶ ὃς παρελάξατο μὲν ὡς καὶ ἐς χεῖρας αὐτῷ ἥξων, αἰσθόμενος δὲ τοὺς στρατιώτας ἀθύμως, διὰ τὴν τῶν βαρβάρων φυγήν, ἔχοντας, οὔτε τότε ἐθάρσησεν οἱ ἀνταράξαι, καὶ τῆς νυκτὸς ἀποδρᾶναι ποι ἐπεχείρησε. προγνοὺς οὖν τοῦτο ἐξ αὐτομόλων ὁ Ὀυεντίδιος, πολλοὺς μὲν ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἐνεδρεύσας ἔκτεινε, πάντας δὲ τοὺς λοιποὺς ἐγκαταλειφθέντας

b ὑπομείναντα εὐθὺς ἐξέωσε. vel reſtituendum illius εὐθὺς loco, verbum ἐλθᾶν, vel ſcribendum: ὑπομείναντα ἐλθᾶν, εὐθὺς ἐξέωσε, L. *c* ἐπέσχε. ſic Med. pro vulgato ὑπέσχε. idem conjecerat Od.

§ 191. (l. 4.) τὴν Ἀθηνᾶν] Deam Athenienſium πολιοῦχον. Minervæ ſignum in numo Antonii expreſſum, apud Fulvium Urſinum p. 20. de Familiis Rom.

§ 192. (l. 5.) προῖκα μυριάδας ἑκατὸν] Subintellige δραχμῶν, ut additum ſupra p. 378. E. Millena millia autem drachmarum reſpondent quadragies centenis millibus ſeſtertium, Joachimicorum millibus centum, qua pecuniæ ſumma naſum Atticum emunxit Antonius. Majorem longe dotem nominat Seneca Rhetor ſuaſoria I. *Cum Antonius vellet ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi juberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienſes cum conjugibus & liberis, & Διόνυσον ſalutaverunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. Dixerunt deſpondere ipſos in matrimonium Minervam* (*Muſam* addunt alii, vel ex confuſa repetitione ſequentis *ſuam*, ut Lipſius primum, vel *Muſicam*, ut Janus Grotius, quod poſtea magis probat Lipſius Exc. B. ad Tac. Ann. I. ex Plin. XXXIV. 8.) *ſuam, & rogaverunt ut duceret. At Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talenta.*

§ 193. (l. 7.) Ὀυεντίδιον τὸν Πούπλιον] De hujus Ventidii victoria abunde viri docti ad Florum IV. 9. Appian. Parthic. p. 156.

§ 194. (l. 45.) ὑπὸ Δημητρίου] Videtur idem Demetrius, cujus mentio in Cœlii epiſtola inter Ciceronianas VIII. 15. & in Ciceronis XVI. 19. 22. Pompeji ſervus, libertus Julii Cæſaris. Philippic. XIII. 5. Alius ab hoc Demetrius Pompeji libertus, de quo ſupra p. 108. C. ſed præſentem huncce Cæſaris libertum vocat etiam ex Dione noſtro Zonaras.

§ 195. (l. 47.) τῇ Κύπρῳ] Nondum tunc Antonius hanc inſulam Cleopatræ ſubmiſerat, quod non diu poſt fecit, ut ex Strabone, Appiano & Plutarcho notavit Joh. Meurſius lib. II. de Cypro c. 20.

§ 196. (l. 52.) Πουπήδιον δὲ Σίλωνα] Ita recte Valeſius e MS. codice, pro Ὀυπήδιον, quod habebant priores editiones. Alius ex Popedia gente Silo, dux Marſorum, in Epitome Livii lib. 76. ſed hujus apud Dionem memorati Silonis mentio etiam apud Flav. Joſephum XIV. 26. & de bello Judaico lib. I. c. 15. ſq. & Ant. XIV. 15.

§ 197. (l. 52.) πρὸς τὸν Ἀμανὸν] A Tauro monte porrigitur mons Amanus duplicibus anguſtiis nobilis, quarum viciniores mari, *pylæ Amanicæ* ſive *Amanides*, alteræ, de quibus Dio præſenti loco, *portæ Ciliciæ* appellantur, & Ciliciam a Syria dividunt. vide Chriſtophorum Cellarium lib. III. Geographiæ antiquæ c. 6. p. 239. ſq. & Samuelem Petitum lib. I. obſervationum c. 6. [Rob. Stephanus in erratis ſuæ editionis loco τὸν Ἀριανὸν, jubet legi τὸ Ἀμανὺν, nempe ὄρος.]

§ 198. (l. 59.) ὑπὸ Φαρναπάτου] Ita ducem huncce vocat etiam Plutarchus Antonio p. 930. unde & in Appiani codicibus emendandum putem Φαρναπάτην, quod legitur Φραάτην p. 156. Parthic. ubi eum vocat ἡγεμονικώτατον τῶν Ὀρώδου βασιλέως

λειφθέντας ὑπὸ τοῦ Λαβιήνου παρεσήσατο. καὶ ἐκεῖνος δὲ τότε μὲν τὴν ἐσθῆτα μεταβὰς διέφυγε, καὶ χρόνον τινὰ ἐν τῇ Κιλικίᾳ διέλαθεν· ὕστερον δὲ [194] ὑπὸ Δημητρίου ἑάλω. ὄντος γὰρ καὶ ἐξελευθέρος τε ὢν τοῦ Καίσαρος τοῦ πρόσθεν, καὶ τότε [195] τῇ Κύπρῳ πρὸς τοῦ Ἀντωνίου προστεταγμένος, ἀνεζήτησέ τε αὐτὸν, μαθὼν ὅτι κρύπτοιτο, καὶ συνέλαβε.

bieno desertos sibi adjunxit. Labienus tum quidem veste mutata effugit, sed aliquamdiu in Cilicia quum latuisset, a Demetrio captus est. Is enim superioris Cæsaris libertus, ac tum Cypro ab Antonio præfectus, cum eum alicubi delitescere cognovisset, indagatum comprehendit. A.U.C. 715 L. Marcio & C. Sabino COSS.

Μετὰ δὲ δὴ τοῦτο ὁ Ὀυεντίδιος τήν τε Κιλικίαν ἐκομίσατο, καὶ αὐτὸς μὲν ταύτην καθίσατο, [d] Πουπήδιον [196] δὲ Σίλωνα μεθ' ἱππέων [197] πρὸς τὸν Ἀμανὸν προὔπεμψε. τοῦτο δὲ τὸ ὄρος ἔν τε τῇ μεθορίᾳ τῆς τε Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας ἐστὶ, καὶ στενοπορίαν δή τινα τοσαύτην ἔχει, ὥστε καὶ πύλας πρὸ τε ἐν αὐτῇ μετὰ τείχους ἐνοικοδομηθῆναι, καὶ τὸ χωρίον ἀπ' αὐτῶν ἐπονομασθῆναι. οὐ μέντοι καὶ κατασχεῖν αὐτὸ ὁ Σίλων ἠδυνήθη, ἀλλὰ καὶ ἐκινδύνευσεν [198] ὑπὸ [e] Φαρναπάτου, ὑπάρχου τε τοῦ Πακόρου ὄντος καὶ τὴν ὁδὸν φυλάττοντος, ἀπολέσθαι. κἂν ἔπαθε τοῦτο, εἰ μὴ ὁ Ὀυεντίδιος μαχομένῳ αὐτῷ κατὰ τύχην ἐπισὰς ἐπήμυνεν. ἀνελπίστοις τε γὰρ ἅμα καὶ ἐλάττοσι τοῖς βαρβάροις σφῶν ὄυσι προσπεσὼν, τόν τε Φαρναπάτην καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐφόνευσε· καὶ [f] ὄυτω τήν τε Συρίαν ἐκλειφθεῖσαν ὑπὸ τῶν Πάρθων, ἀμαχεὶ, [199] πλὴν τῶν Ἀραδίων, παρέλαβε, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν Παλαισίνην, [200] Ἀντίγονον τὸν βασιλεύοντα αὐτῆς ἐκφοβήσας, καταέχειν ἀπόνως. καὶ ὁ μὲν ταῦτά τε διῆγε, καὶ χρήματα πολλὰ μὲν παρὰ τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστων, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τοῦ Ἀντιγόνου, [201] τοῦ τε Ἀντιόχου, καὶ [202] Μάλχου τοῦ Ναβαταίου, ὅτι τῷ Πακόρῳ συνήραντο, εἰσέπραξε. καὶ αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς παρὰ τῆς βουλῆς, [203] ἅτε οὐκ αὐτοκράτωρ ὢν, ἀλλ' ἑτέρῳ ὑποστρατηγῶν, ἔυρετο· ὁ δὲ Ἀντώνιος [g] ἐπαίνους τε καὶ ἱερομηνίας ἔλαβεν. οἵ γε μὴν Ἀράδιοι, δείσαντες, μὴ καὶ δίκην ὧν ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐτολμήκεσαν ὑπόσχωσιν, ἐκείνῳ μὲν, καίτοι χρόνον ὑπ' αὐτοῦ πολιορκηθέντες, [h] οὐ προσεχώρησαν, ὕστερον δὲ [204] ὑπ' ἄλλων μόλις ποτὲ ἑάλωσαν. καὶ ἐπὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἐγένετο μὲν καὶ [i] Ἐνιαυρίοις [205] τοῖς Παρθινοῖς κίνησις· καὶ αὐτὴν [206] ὁ [k] Πωλίων μάχαις ἔπαυσεν.

41. His ita gestis, Ventidius Ciliciam recepit, ac constituit: Popedium autem Silonem cum equitibus ad Amanum præmisit. Amanus mons est in confinio Ciliciæ & Syriæ, tantæque sunt in ejus transitu angustiæ, ut quondam portæ fuerint in iis cum castello exstructæ, a quibus etiam loco nomen hæsit. Eum tamen locum Silo obtinere non valuit: quinimo a Pharnapate, Pacori legato, qui eum transitum custodiebat, in summum discrimen conjectus periisset, nisi forte fortuna Ventidius pugnantibus superveniens, suos conservasset. Is Parthos & inopinantes, & numero sibi impares, adortus, Pharnapate cum multis aliis cæso, Syriam a Parthis relictam, jam citra prælium recepit, Arado tantum excepta: ac deinde Palæstinam etiam, Antigono ejus rege perterrefacto, nullo negotio occupavit. Quibus perfectis, pecuniam multam a singulis aliis, multam vero in primis ab Antigono, Antiochoque & Malcho Nabatæo Ventidius exegit, quod ii Pacorum auxilio juvissent. Hæc ob facta nullum ei a senatu præmium datum est, quia non imperator ipse, sed alienis auspiciis rem gessisset: Antonius autem laudatus, supplicationesque ejus nomine decretæ sunt. Aradii vero metuentes, ne eorum, quæ contra Antonium ausi fuerant, pœnas dare cogerentur, Ventidio se non dediderunt, quanquam aliquamdiu ab eo oppugnati: ac vix tandem postea temporis ab aliis expugnati sunt. Eodem tempore etiam apud Epidamnum, quæ Parthinorum urbs est, tumultum coortum Pollio, factis aliquot præliis, compescuit.

Ἐγένετο 42. Ceretani

382

d Πουπήδιον. sic recte Vales. conjicit legendum, pro vulgato Ὀυπήδιον, quod est etiam in Peir. & Med. hic vero cod. post sequens δὲ, addit δή. *e* Φαρναπάτου. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. pro Φρανιπάτου, quod hic & deinceps est apud RS. & in V. a. *f* ὄυτω. vera emendatio Xyl. pro ὄυλε apud RS. illud confirmat Z. *g* ἐπαίνους τε. καὶ ἐπαίνους, Med. *h* οὐ προσεχώρησαν. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. οὐ enim omiserat RS. *i* Ἐνιαυρίοις. Ἐπιδαυρίοις, X. ἐνιαύσιος, Palmer. Ἐπιδαμνίοις, F. *k* Πωλίων. Ποπλίων, X.

στιλίως στρατηγῶν, ipsis ut solet Plutarchi verbis usus. Sed vicissim ex Appiano emendare Plutarchum licebit. Nam pro Ἡρώδου legendum Ὀρώδου. Orodes hic Phraatis F. Parthorum Rex, cujus sæpius supra fuit mentio, & quem a filio Phraate, Pacori fratre, deinde interfectum tradet Dio p. 406 B.

§ 199. (l. 66.) πλὴν τῶν Ἀραδίων] Aradus nota Seleucidis insula, a quo τὸ ἐθνικὸν, Stephano observante, Ἀράδιος, quod in numis etiam Titi, Trajani & Helagabili Holstenius observavit.

§ 200. (l. 67.) Ἀντίγονον ἐκφοβήσας] Conferendus Flavius Josephus lib. XIV. Antiqu. c. 26. sq. & de bello Judaico lib. I. c. 12. Hunc Antigonum regni Herodis æmulum Sosius deinde Antonii legatus securi percussit, ut ab eodem Josepho memoriæ proditum est, & a Dione infra p. 405. E.

§ 201. (l. 71.) τοῦ τε Ἀντιόχου] Commagenes regulum intellige, de cujus supplicio infra p. 495. Eundem Samosatis frustra ab Antonio oppugnatum legas p. 405.

§ 202. (l. 72.) Μάλχου τοῦ Ναβαταίου] Hunc Malchum Nabatæorum regem memorat Hirtius de bello Alexandrino c. 1. Sed alius Μάλχος ὁ ἐξ Ἀραβίας, quem Antonio in pugna Actiaca adfuisse tradit Plutarchus p. 944. Nam Malchum Nabatæum cum Lysania Rege Antonius jam ante in Cleopatræ gratiam occiderat, ut narrat Josephus lib. I. de bello Judaico c. 17. p. 750.

§ 203. (l. 74.) ἅτε οὐκ αὐτοκράτωρ ὢν] P. Ventidius Antonii legatus non suis auspiciis bellum gerebat, sed Imperatoris sui Antonii, itaque & illi vincebat, ad eum redundabat fructus belli & gloria. Tamen post pugnam Actiacam Antoniique necem, Ventidius de Parthis primus triumphavit, infra p. 405. A.

§ 204. (l. 79.) ὑπ' ἄλλων μόλις ποτὲ] Aradum expugnavit deinde Sossius Antonii legatus p. 405. C.

§ 205. (l. 81.) Ἐνιαυρίοις τοῖς Παρθινοῖς] Legendum puto Ἐπιδαμνίοις, quos Parthinis Illyriis adscribit Dio p. 176. B.

§ 206. (l. 82.) ὁ Πωλίων] C. Asinius Pollio, cum Calvino Consul anno superiore p. 361. E. vide Lucium Camarram de Teate antiquo lib. III. c. 4. T. IX. Thesauri Italiæ P. V. & quæ viri docti ad Florum IV. 12. 11. & Horatii lib. II. Od. 1. ubi æternos ejus honores Dalmatico partos triumpho commemorat. Triumphum Asinii proconsulis ex Parthicis in tabulis Verrii Flacci Capitolinis annotatum reperio VII. Cal. Novemb.

A.U.C.715 L.Marcio & C. Sabino COSS.

42. Ceretani quoque in Hiſpania rebellionem fecerunt, eosque Domitius Calvinus ſubegit: quum antea legatus ejus rem & bene geſſiſſet contra eos, & infeliciter, a barbaris quippe inſidiis circumventus, & a militibus deſertus. Itaque Domitius hoſtem, non niſi ſumpto prius de militibus ſupplicio, aggreſſurus; convocatis, quaſi aliam ob cauſam, ſontibus, reliquum eis exercitum circumfudit, ac e duabus centuriis decimum quemque ad ſupplicium ſorte delegit, exemplo in centuriones etiam complures, maxime eum qui primi pili fuerat, ſtatuto. His actis, cum & a punito ſic exercitu, perinde ut M. Craſſus, cognomen adeptus eſſet, in hoſtem duxit, eumque haud difficulter debellavit. Triumphus igitur ei conceſſus, quamvis Hiſpania Cæſaris imperio ſubeſſet. Nam honores legatis tribui ſolebant ex ſententia eorum, qui ſummam imperii tenerent. Aurum autem, quod in triumphum conferri ab urbibus ſolet, a ſolis Hiſpaniæ civitatibus accepit: atque ejus aliquam partem in triumphi apparatum inſumpſit, majorem vero in palatium reficiendum. Id enim incendio abſumptum inſtauravit, ac dedicavit, cum aliis rebus ſplendide ornatum, tum imaginibus, quas a Cæſare, quaſi redditurus, perierat, nec reddiderat tamen, quum deinde repoſcerentur, facete eluſo Cæſare. Nam perinde ac ſi ipſe famulorum non haberet copiam: Mitte, inquit Cæſari, qui eas auferant. Cæſar autem locum ſacrum deſpoliare veritus, eas reliquit. Hæc eo tempore geſta ſunt.

Ἐγένετο δὲ καὶ [207] ἐν Ἰβηρίᾳ, [1] Κερητάνων· καὶ αὐτοὺς [208] ὁ Καλουῖνος καὶ ἐξεῤῥέψατο, προκατορθώσας τέ τι καὶ προδυστυχήσας διὰ τοῦ ὑποστρατήγου, λοχισθέντος τε ὑπὸ τῶν βαρβάρων καὶ ἐγκαταλειφθέντος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν· καὶ οὐ πρότερόν γε ἐπεχείρησε τοῖς πολεμίοις, πρὶν ἐκείνους τιμωρήσασθαι. συγκαλέσας γὰρ αὐτοὺς ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι, τῷ λοιπῷ στρατῷ περιέχεε· καὶ δύο τε ἑκατοντάρχας [209] ἐδεκάτευσε, καὶ ἑκατοντάρχους συχνοὺς, ἄλλους τε [210] καὶ τὸν ἐν τῷ πρώτῳ πίλῳ καλουμένῳ στρατευόμενον, ἐκόλασε. ταῦτα δὲ ποιήσας, [211] ὥστε καὶ ὄνομα καὶ τὸν Κράσσον τὸν Μάρκον ἐπὶ τῇ τοῦ στρατοῦ δικαιώσει λαβεῖν, πρός τε τοὺς ἐναντίους ὥρμησε, καὶ οὐ χαλεπῶς αὐτοὺς κατειργάσατο. τυχών τε [212] τῶν ἐπινικίων, καίτοι τῆς Ἰβηρίας τῷ Καίσαρι προστεταγμένης, (πρὸς γὰρ τὰς τῶν κρατούντων βουλήσεις, καὶ αἱ τιμαὶ τοῖς ὑποστρατηγοῦσι σφίσιν ἐγίγνοντο) [213] τό, τε χρυσίον τὸ παρὰ τῶν πόλεων ἐς αὐτὰ εἰωθὸς δίδοσθαι, ἐκ μόνων τῶν Ἰβηρικῶν ἔλαβε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ μέν τι ἐς τὴν ἑορτὴν ἀνάλωσε, τὸ δὲ δὴ πλεῖον ἐς τὸ βασίλειον. καταφθαρὲν γὰρ αὐτὸ ἀνῳκοδόμησε καὶ καθιέρωσεν, ἄλλοις τέ τισι λαμπρῶς κοσμήσας, καὶ εἰκόσιν ἃς παρὰ τοῦ Καίσαρος, ὡς καὶ ἀποδώσων, ᾐτήσατο. καὶ αὐταῖς ἀπαιτηθεὶς ὕστερον οὐκ ἀπέδωκεν, εὐστραπελίᾳ χρησάμενος. ὡς γὰρ οὐκ ἔχων ἱκανοὺς ὑπηρέτας, πέμψον τινὰς, ἔφη, καὶ ἄρον αὐτάς. καὶ οὕτως ἐκεῖνος ὀκνήσας τὴν ἱεροσυλίαν, ἀνακεῖσθαι σφᾶς εἴασε. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἐγένετο.

43. Ap-

Ἐπὶ

[1] Κερητάνων. vide F. ſtatim pro Καλουῖνος, Καλουῆνος eſt apud RS.

§ 207. (l. 83.) ἐν Ἰβηρίᾳ Κερητάνων] Hos notiſſimos ſub Pyrenæis montibus populos etiam in veteri marmore *Ceretanos* appellari notavit ad Silium III. 357. Nic. Heinſius. Aliis ſcriptoribus Κερρῆται, *Cerretani*. Igitur non opus eſt legere Καρπητάνων, vel Ὠρητανῶν, ut conjiciebat Magnus Scaliger V. de emendatione temporum p. 445. ubi ab hac victoria originem æræ Hiſpanicæ repetit. Idem ante eum fecerat Baronius, quem vide ad Martyrologium Rom. XXII. Octob.

§ 208. (l. 84.) ὁ Καλουῖνος] Cn. Domitius Calvinus, ſuperiore anno Conſul cum Pollione p. 365. E.

§ 209. (l. 91.) ἐδεκάτευσε] Similis pœna decimationis infra p. 408. B. & quintationis p. 550. A.

§ 210. (l. 92.) καὶ τὸν ἐν τῷ πρώτῳ πίλῳ] Vellej. lib. II. c. 78. *Eadem tempeſtate Calvinus Domitius, cum ex conſulatu obtineret Hiſpaniam, graviſſimi comparandique antiquis exempli auctor fuit, quippe primipili centurionem nomine Vibillium, ob turpem ex acie fugam, fuſte percuſſit*, hoc eſt fuſtibus juſſit necari, vide Gerardum Sichtermannum de pœnis militaribus Romanorum c. 2. 3. 4. Primipilus eſt primus legionis centurio, proximumque a tribuno locum obtinebat. Vegetius II. 8. *Centurio primi pili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites, in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita conſequebatur & commoda.*

§ 211. (l. 94.) ὥστε καὶ ὄνομα καὶ τὸν Κράσσον] Craſſus in expeditione adverſus Spartacum, quingentos primos, a quibus initium fugæ ortum fuerat, decimavit, ut narrat Plutarchus p. 548. additque illud vetus ſupplicii genus, aſperum & conjunctum cum infamia, Craſſum reduxiſſe a longo intermiſſum tempore. Ab ſimili aſperitate Calvinus perinde ut Craſſus nomen tulit ducis ſeveri rigidique: hoc enim potius indicant Dionis verba, quam quod ſibi perſuaſit eruditus interpres, M. Craſſi cognomen Calvino fuiſſe impoſitum.

§ 212. (l. 98.) τῶν ἐπινικίων] In tabulis Capitolinis ad A. U. C. DCCXVII. Calvinus proconſul traditur ex Hiſpania triumphaſſe XVI. Cal. Sextil.

§ 213. (l. 1.) τὸ χρυσίον] Aureæ coronæ ſolitæ victoribus dono offerri ac triumphaturis, ut dictum ad p. 208. A. 359. C. 417. A. Conf. quæ de auro coronario Lipſius lib. II. de magnitudine Rom. c. 9.

§ 214. (l. 16.) δύο ἑκατέροις ταμίαις] A primis poſt exactos Reges temporibus, duo tantum quæſtores urbani annui erant, ut ſingulis conſulibus ſinguli reſponderent Quæſtores. Deinde A. U. C. 334. relatum, ut præter duos urbanos, duo legerentur alii qui Conſulibus ad miniſteria belli præſto eſſent. Sed tribunis plebis contendentibus, ut pars quæſtorum ex plebe fieret, res illa tunc omiſſa eſt, ut teſtatur Livius IV. 43. idem tamen c. 54. refert, non diu poſt A. U. C. 346. quaternos creatos eſſe, & in his plebejos tres, quorum etiam ponit nomina. Atque ita Tacitus XI. 22. ait, gliſcentibus negotiis duos additos. Mox duplicatus numerus, ut octo eſſent, quod legas etiam in Epitome Livii lib. XV. Poſt lege Syllæ, viginti creati, teſte eodem Tacito, & a Cæſare, A. U. C. 709. quadraginta. ſupra p. 237. B. Quomodo igitur Dio affirmet nunc demum binos ſingulis conſulibus fuiſſe Quæſtores, non ſatis intelligo.

§ 215. (l. 19.) τοῖς ὑπηρέταις τοῖς τε στρατιώταις] De militibus ſtationariis & urbanis, qui ad vim a publicanis arcendam & graſſatores inhibendos, vectigalia exigentibus eorumque miniſtris additi erant, mentio lege 34. tit. 6. Digeſtorum & lib. IV. Codicis tit. 61. lege 5. De illis plura V. C. Petrus Burmannus Diſſ. de vectigalibus Populi Rom. c. IX. p. 176. ſq.

§ 216. (l. 21.) στρατηγοὶ ἔπαλα καὶ ἔξηκοντα] Prætores ſolebant non plures eſſe quam decem. p. 209. B. Julius Cæſar vero quatuordecim creaverat p. 237. B. mox ſedecim p. 239. C. De crebra autem Magiſtratuum mutatione hoc tempore conferendus locus p. 389. D. ubi prodigiis illam Dio annumerat.

§ 217. (l. 26.) μήτε βουλευτὴν μονομαχῆσαι] Vide dicta ad p. 460. A. & 522. B.

§ 218. (l. 27.) μήτε δοῦλον ῥαβδοῦχῆσαι] Lictores & alii magiſtratuum miniſtri, non ſervilis conditionis erant, ſed ex plebe civium & libertis, quique jus etiam togæ habuerunt, ut notavit

383 Ἐπὶ δ' Ἀππίου τε Κλαυδίου καὶ Γαΐου Νωρβανοῦ ὑπάτων, οἷς πρώτοις [214] δύο ἑκαλέροις ταμιεῖαι συνεγένονλο, τό, τέ πλῆθος πρὸς τοὺς τελώνας βαρύταλα σφίσιν ἐγκειμένους [m] ἐσασίασε, καὶ αὐλοῖς τε ἐκείνοις καὶ [215] τοῖς ὑπηρέταις τοῖς τε στραλιώταις τοῖς συνεισπράσσουσι σφίσι τὰ χρήμαλα, ἐς χεῖρας ἦεσαν. καὶ [216] στραληγοὶ ἐπλὰ καὶ ἐξήκονλα ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις ἀποδειχθέντες ἦρξαν. ταμιεῦσαί τέ τις ἐν παισὶν αἱρεθεὶς, ἔπειλα τῆς ὑσεραίας ἐς ἐφήβους ἐσῆλθε, καὶ ἕτερος ἐς τὸ βουλευλικὸν ἐσγραφεὶς μονομαχῆσαι ἠθέλησε. καὶ ἐκεῖνός γε ἐκωλύθη τοῦτο ποιῆσαι, καὶ προσαπηγορεύθη [217] μήτε [n] βουλευλὴν μονομαχεῖν, [218] μήτε δοῦλον ῥαβδουχεῖν, [219] μήτε τὰς καύσεις τῶν νεκρῶν ἐντὸς πενλεκαίδεκα ἀπὸ τῆς πόλεως σαδίων γίγνεσθαι. πολλὰ μὲν δὴ καὶ πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου τερασώδη συνηνέχθη, (ἄλλα τε γὰρ, καὶ [220] ὅτι ἔλαιόν τι παρὰ τῷ Τιβέριδι ἀνέβλυσε) πολλὰ δὲ καὶ τότε. [221] ἥ τε γὰρ σκηνὴ ἡ τοῦ Ῥωμύλου ἐξ ἱερουργίας τινὸς, ἣν οἱ πονλίφικες ἐν αὐλῇ ἐπεποιήκεσαν, ἐκαύθη· καὶ [222] Ἀρελῆς ἄγαλμα [223] πρὸ πυλῶν τινων ἑσὼς, ἐνέπεσεν ἐπὶ σόμα. [224] κάτοχοί τέ τινες ἐκ τῆς τῶν θεῶν μηλρὸς γενόμενοι, ὀργίζεσθαι σφίσι τὴν θεὰν ἔλεγον. καὶ ἀνεγνώσθη μὲν ἐπὶ τούτῳ [225] τὰ Σιβύλλεια ἔπη· ὡς δὲ καὶ ἐκείνων [o] ταὐτά τε εἰπόνλων, καὶ τὸ ἄγαλμα [226] ἐπί τε τὴν θάλασσαν καλαχθῆναι, καὶ τῷ ὕδαλι αὐλῆς καθαρθῆναι προσταξάντων, ἡ θεὸς [227] πλεῖσόν τε ὅσον ἀπὸ τῆς γῆς ἐς τὸν βυθὸν ἐχώρησε, καὶ ἐν αὐλῷ ἐνεχρόνισε, καὶ μόλις ὀψέ πο[p] ἀνεκομίσθη. φόβος [p] ἄν καὶ ἐκ τούτου οὐ σμικρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἔλαβεν· οὐδ' ἀνεθάρσησαν, πρὶν Φοίνικας τέσσαρας [228] περί τε τὸν νεὼν αὐλῆς καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναφῦναι. ταῦτά τε οὖν τότε ἐγένελο, καὶ [229] ὁ Καῖσαρ τὴν Λιουΐαν ἔγημεν.

43. Appio Claudio, C. Norbano consulibus, qui primi binos singuli quæstores habuerunt, plebs seditionem contra publicanos, qui eam gravissime urgebant, movit; ita ut cum iis, ac ministris militibusque, quos ii secum in exigenda pecunia habebant, manus conserverint. Eodem anno sexaginta septem prætores fuerunt, alii subinde in aliorum locum subrogati. Quidam puer quæstor factus, postridie virilem togam sumpsit: alius in senatum adscriptus, gladiatoris loco dimicare voluit. Sed is quidem hoc facere prohibitus est: edictoque præterea cautum fuit, ne quis senator dimicaret ludis gladiatoriis, neve quis servus lictor esset, ac ne mortui intra duo millia passuum ab urbe cremarentur. Multa antea id tempus evenerant prodigia, idque inter alia, quod oleum apud Tiberim flumen scaturierat: multa tunc quoque visa sunt. Casa enim Romuli, igne sacri, quod in ea pontifices fecerant, correpta conflagravit. Simulacrum Virtutis, quæ ante portam quandam stabat, in faciem decidit: ac quidam furore e sacerdotibus matris deum correpti, irasci populo divam dixerunt. Ejus rei causa libri Sibyllini lecti sunt, qui quum eadem dicerent, ipsumque simulacrum ad mare deportari, & aqua maris lustrari juberent: quam longissime a terra in profundum mare progressa est dea, & aliquamdiu ibi morata vix sero tandem rediit. Id pariter prodigium Romanis metum haud exiguum injecit, neque ante animum receperunt, quam palmæ quatuor circa delubrum ejus deæ, ac in foro, enatæ sunt. Eodem tempore Cæsar Liviam duxit.

A.U.C.716 Ap.Claudio & C.Norbano COSS.

Ἦν

44. Fi-

m ἐσασίασε. sic scribere docuit X. pro ἔσιασε, quod est apud RS. poterat etiam provocare ad Z. ubi pariter ἐσασίασε. *n* βουλεύειν. ita RS. in notis, pro δουλεύειν quod est in textu. facilem hanc emendationem receperunt, ut par erat, sequentes. *o* ταῦτα, vulgo. scribe ταύλὰ, *eadem*, L. recte. *p* ἄν. ὄυν, L. marg.

notavit Lipsius lib. I. electorum c. 23. Ex hac lege autem sive Senatus Consulto, quod memorat Dio, constat, fuisse tunc servos, qui lictorum munus non dubitarent ambire, ut illi ausui hac sanctione obviandum fuerit.

§ 219. (l. 27.) *μήτε τὰς καύσεις τῶν νεκρῶν*] Jam contigerat, M. Oppium in campo Martio crematum, quod narrat Dio infra p. 383. B. ægreque illud senatum tulisse. Fortasse igitur hæc causa fuit SCti, quod cadavera in loco suburbano cremari prohiberentur, longiusque amandarentur. Sed minime illud postea observatum.

§ 220 (l. 31.) *ὅτι ἔλαιόν τι παρὰ τῷ Τιβέριδι ἀνέβλυσε*] Eusebius Chron. *E taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione, significans Christi gratiam ex gentibus.* Orosius VI. 18. *His diebus trans Tiberim e taberna meritoria fons olei terra exundavit, ac per totum diem largissimo rivo fluxit.* Nescio an hinc petiere occasionem, qui commenti sunt, simile quid contigisse illa nocte qua natus est optimus salvator noster JESUS CHRISTUS. *Romæ, ut attestatur Orosius & Innocentius Papa tertius, fons aquæ in liquorem olei versus est, & erumpens usque in Tiberim profluxit, & tota illa die largissime emanavit. In quo loco modo est ecclesia S. Mariæ trans Tiberim. Prophetaverat etiam Sibylla, quod quando erumperet fons olei, nasceretur Salvator.* Hæc auctor historiæ Lombardicæ legenda VI.

§ 221. (l. 32.) *ἡ σκηνὴ ἡ τοῦ Ῥωμύλου*] De hac casa Romuli, tecta stramentis, quam victor gentium populus in arce sacrorum sive in Capitolio colebat, videndus Justus Rycquius c. 44. de Capitolio Romano. vide sis & infra p. 542. D.

§ 222. (l. 34.) *Ἀρελῆς ἄγαλμα*] Virtus ut Dea culta a Romanis, qui templa illi & imagines dedicarunt. Imago referebat formam matronæ, lævo cubito innitentis columnæ, dextera autem tenentis serpentem. vide Gerhardi Joh. Vossii Theolog. gentilem VIII. 13. IX. 37.

§ 223. (l. 35.) *πρὸ πυλῶν τινων ἑσώς*] De more, statuas Deorum Dearumve ante fores ædium aut templorum collocandi, res tralatitia. vide Casp. Sagittarium de januis veterum c. 34. T. VI. Thes. Græviani.

§ 224. (l. 35.) *κάτοχοί τινες ἐκ τῆς τῶν Θεῶν μηλρὸς γενόμενοι*] Sacerdotes Cybeles sive Rheæ magnæ matris Deum, *ἐνθουσιαστικοί τινες & βακχικοί*, ut a Strabone describuntur. vide laudatum Vossium lib. I. Theol. c. 20. & lib. II. c. 53. & de Metragyrtis, sive æruscatoribus matris Deum, superstitione animos implentibus & stipem mendicantibus, lib. IV. Instit. Oratoriarum p. 90. sq.

§ 225. (l. 38.) *τὰ Σιβύλλεια ἔπη*] Solenne Romanis, si tetra prodigia nunciata essent, Sibyllinos libros inspicere per quindecimviros sacrorum, ut demonstravi lib. I. Bibliothecæ Græcæ c. 31. Hinc Sibyllæ effigies in numo Quindecimviri gentis Manliæ apud Ezech. Spanhemium T. II. magni Operis de usu numismatum p. 86.

§ 226. (l. 39.) *ἐπί τε τὴν θάλασσαν*] De lotione & lustratione simili simulacrorum Palladis, Rheæ & aliorum idolorum, erudite idem illustris Spanhemius ad Callimachi lavacrum Palladis p. 526. sq. Hoc loco tantummodo monendum, marinis majorem vim purgandi tributam, quam aquis fluviatilibus, propter salsuginem. vide Jo. Lomeieri Epimenidem, sive Syntagma de veterum gentilium lustrationibus c. 17. p. 229. sq.

§ 227. (l. 41.) *πλεῖσόν τε ὅσον ἀπὸ τῆς γῆς*] Facile hoc fieri potuit & naturaliter propter maris altitudinem, vel ex demittentium voluntate, ut in profundo diutius visum fuerit hærere simulacrum, antequam in conspectum hominum iterum reduceretur.

§ 228. (l. 45.) *περί τε τὸν νεὼν αὐλῆς*] Circa templum Virtutis, ædi Honoris ita vicinum ac contiguum, ut in hoc per illud pateret aditus, dedicatum in prima urbis regione pridem a Marcello in bello Gallico. vide Famiani Nardini Romam Veterem III. 2. p. 974. sq. T. IV. Thesauri Græviani.

§ 229. (l. 47.) *ὁ Καῖσαρ τὴν Λιουΐαν*] *Tiberio Claudio Nerone trimo, Livia Drusi Claudiani filia, despondente ei Nerone, cui*

A.U.C.716 Ap.Claudio &C.Norbano COSS.

44. Filia hæc erat Livii Druſi, qui ex proſcriptis unus, ſe ipſum, poſt adverſam in Macedonia pugnam, vita exuerat; conjux vero Neronis, cum quo, ſicuti ſupra oſtenſum eſt, aufugerat, ac tum forte ſextum jam menſem ex eo gravida uterum gerebat. Ambigenti autem Cæſari, ac ſciſcitanti a pontificibus, fasne ſibi eſſet eam prægnantem ducere: reſponſum eſt, ſi an concepiſſet mulier, dubitaretur, opus eſſe, ut nuptiæ differrentur; quia vero de eo conſtaret, nihil impedire, quin ſtatim fierent. Fortaſſe id in jure a majoribus tradito vere invenerant: ſed profecto ita reſponſuri erant, ut maxime non inveniſſent. Deſpondit autem Liviam ipſe maritus, dicta dote patris loco. In convivio forte puellus quidam, quales garrulitate amabiles, matronæ nudos delectationis cauſa plerumque alere ſolent, quum diverſo loco Liviam cum Cæſare, diverſo autem Neronem cum alio quodam accumbentem videret, accedens ad Liviam; " Quid hic, „ inquit, " agis, domina? maritus tuus „ (monſtrabat Neronem) " iſthic accumbit. „ Livia cum Cæſare jam agens, Claudium Druſum Neronem peperit: eumque Cæſar tollens, patri ſuo miſit, ac id ipſum in ſua commentaria ſic inſcripſit: Cæſar filiolum, quem ſua conjunx Livia peperit, Neroni patri reddidit. Is Nero aliquanto poſt moriens, Cæſarem tutorem huic ſuo filio, & Tiberio, reliquit. De hac re vulgo multa dicta ferebantur, idque etiam, fortunatis trimeſtres quoque naſci liberos: quod deinde in proverbium abiit. Hæc Romæ acta.

Ἦν δὲ θυγάτηρ μὲν Λιουίου Δρούσου, ὃς ἔν τε τοῖς ἐκπεθεῖσιν ἐν τῷ λευκώματι ἐγεγόνει, καὶ ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ ἧτταν καταχρήσατο· γυνὴ δὲ τοῦ Νέρωνος, μεθ' οὗ συνδιέφυγεν, [230] ὥσπερ εἰρήκαμεν· καὶ ἐκύει γε ἐξ αὐτοῦ [231] μῆνα ἕκτον. διαζόντος οὖν τοῦ Καίσαρος, καὶ [232] πυθομένου τῶν πολιτικῶν, εἰ οἷόν ἐν γαστρὶ ἔχουσαν αὐτὴν ἀγαγέσθαι εἴη, ἀπεκρίναντο· ὅτι [233] εἰ μὲν ἐν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν, ἀναβληθῆναι τὸν γάμον ἐχρῆν· ὁμολογουμένου δὲ αὐτοῦ, οὐδὲν τὸ κωλύει ἤδη αὐτὸν γενέσθαι. τάχα μέν που καὶ ὄντως ἐν τοῖς παλαιοῖς τοῦτο εὑρόντες, πάντως δ' ἂν, εἰ καὶ μὴ εὗρον αὐτό, εἰπόντες. [234] ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνήρ, ὥσπερ τις πατήρ. καί τι καὶ τοιοῦτον ἐν τῇ ἑστιάσει σφῶν συνηνέχθη· [235] παιδίον τι τῶν ψιθύρων, οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ ὡς πλήθει ἀθύρουσαν τρέφουσιν, [r] ἰδὸν χωρὶς μὲν τὴν Λιουίαν μετὰ τοῦ Καίσαρος, χωρὶς δὲ τὸν Νέρωνα μεθ' ἑτέρου τινὸς καθακείμενον, προσῆλθέ τε αὐτῇ, καὶ ἔφη, [236] τί ποιεῖς ἐνταῦθα, κυρία; ὁ γὰρ ἀνήρ σου (δείξας αὐτὸν) ἐκεῖ κατάκειται. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐπράχθη. [s] συνοικοῦσα δὲ ἤδη ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, τίκτει Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα. καὶ αὐτὸν ὁ Καῖσαρ [t] καὶ ἀνείλετο, καὶ τῷ πατρὶ ἔπεμψεν· αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγράψας, ὅτι Καῖσαρ τὸ γεννηθὲν Λιουίᾳ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ παιδίον Νέρωνι τῷ πατρὶ ἀπέδωκε. καὶ ἐκεῖνος [237] τελευτῶν " οὐ πολλῷ ὕστερον, ἐπίτροπον καὶ τούτῳ καὶ τῷ Τιβερίῳ αὐτὸν τὸν Καίσαρα κατέλιπεν. ὁ δ' οὖν ὅμιλος ἄλλα τε ἐπὶ τούτῳ πολλὰ διεθρύλλει, καὶ [238] τοῖς εὐτυχοῦσι τρίμηνα παιδία γεννᾶσθαι ἔλεγεν· ὥστε καὶ ἐς παροιμίαν τὸ ἔπος [x] προχωρῆσαι. ἐν μὲν δὴ τῇ πόλει ταῦτα ἐγίγνετο.

384

45. Sub idem tempus Bogud, Mauritaniæ rex, in Hiſpaniam, ſive Antonii juſſu, ſive ſuapte voluntate,

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον [239] ὁ Βογούας ὁ Μαῦρος ἐς τὴν Ἰβηρίαν, εἴτ' οὖν κατ' ἐντολὴν τοῦ

η κωλύει. κωλύειν, L. marg. recte ſe habet κωλύει, & ſic etiam Z. *r* ἰδὸν. neutro genere, ut legitur etiam ap. Xiph. non ἰδὼν, ut vulgo. monuit & L. *s* συνοικοῦσα δὲ ἡ γυνὴ, vulgo. συνοικοῦσα δὲ ἤδη, Xiph. & Z. rectius judice L. confirmat Med. *t* καὶ addidi ex Med. *u* οὐ πολλῷ ὕστερον. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. ſeu potius auctoritate Xiph. nam οὐ deeſt in edit. RS. V. a. & Z. & ſane quartus jam agebatur tunc annus. vide F. *x* προχωρῆσαι. χωρῆσαι, Xiph. quod præfero.

cui ante nupta fuerat, Cæſari (Auguſto) *nupſit.* Ita Vellejus II. 94. Cupidine formæ ablatam marito, Tacit. V. 1. Annal.

§ 230. (l. 51.) ὥσπερ εἰρήκαμεν] Pag. 366. A.

§ 231. (l. 52.) μῆνα ἕκτον] Itaque intra menſem tertium natum ex ea Cl. Druſum Neronem, patrem Claudii Cæſaris, narrat Suetonius Claudio c. 1. adde noſtrum infra p. 384. A. & Pitiſcum ad Suetonii Auguſtum c. 62. Similiter prægnantem Octaviam Auguſti ſororem nupſiſſe Antonio tradidit Dio p. 375. E.

§ 232. (l. 53.) πυθομένου τῶν πολιτικῶν] Pontificum fuit de cauſſis matrimonii cognoſcere, definireque quos fas connubio jungi, quos nefas eſſet. vide Nic. Gruchium lib. II. de jure Pontificio c. 7. T. V. Theſauri Græviani.

§ 233. (l. 55.) ἐν μὲν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν] Xylander vertit: *ſiquidem ex quo mulier concepiſſet dubitaretur.* Sed ſenſus eſt, ſi ambiguum eſſet, concepiſſetne Livia an minus, ut pulchre vidit Lipſius ad hæc Taciti lib. I. Annal. c. 10. *Abducta Neroni uxor, & conſulti per ludibrium Pontifices, an concepto nec dum edito partu rite nuberet.*

§ 234. (l. 60.) ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνήρ] Hoc eſt quod ait Vellejus, *deſpondente ei Nerone* II. 94. *incertum an invitam,* Tacitus V. Annalium c. 1. Deſpondit autem dicta dote, ut pater, ſicut Memmius Regulus uxorem ſuam Lolliam Paulinam Cajo Imperatori infra p. 648. E.

§ 235. (l. 62.) παιδίον τι τῶν ψιθύρων] Vide Caſaubonum & Pitiſcum ad hæc Suetonii Auguſto c. 83. *animi laxandi cauſſa modo piſcabatur hamo, modo talis aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat, præcipue Mauros & Syros.*

§ 236. (l. 67.) τί ποιεῖς ἐνταῦθα, κυρία] Ut viri, *Domini* & κύριοι, ita fœminæ κυρίαι *Dominæ,* δέσποιναι. Sic in veteri inſcriptione apud virum eruditiſſimum Raphaëlem Fabrettum, p. 588. τῇ κυρίᾳ καὶ ἀειμνήστῳ συμβίῳ Μαρκίᾳ &c. Plura idem p. 582. & Grotius ad II. Epiſt. Johannis, Gaulminus ad Euſtathii amores p. 29. Guil. Fornerius lib. II. Selector. c. 11. Emundus Merillius lib. I. Obſervat. c. 36. Pitiſcus ad Suetonii Claudium c. 39. Cotelerius ad Hermæ lib. I. Viſion. I. Gregorius Nazianzenus Epiſt. 4. κυρίᾳ τῇ μητρί. Epictetus apud Arrianum Enchiridio c. 62. αἱ γυναῖκες ἐνθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κύριαι καλοῦνται. Moſchopulus in Sylloge MS. vocum Atticarum apud præſtantiſſimum Cangium δέσποινα λέγεται οὐ μόνον ἡ βασιλὶς ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ οἴκου δεσπότις ἦν ἰδιωτικῶς κυρίαν φαμέν. In quæſtionibus Romanis p. 23. Plutarchus, verba *ubi tu Cajus ego Caja,* ait ſignificare ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία καὶ οἰκοδέσποινα. Cleopatra Antonio βασιλὶς καὶ δέσποινα, infra p. 421. D.

§ 237. (l. 74.) τελευτῶν οὐ πολλῷ ὕστερον] Tiberius novem annos natus defunctum patrem pro roſtris laudavit, teſte Suetonio c. 6. Tiber. natus autem fuerat, A. U. C. 711. VI. Cal. Dec. igitur pater ejus Nero obiit A. 720. quarto poſt ductam ab Auguſto Liviam matrem Tiberii anno.

§ 238. (l. 77.) τοῖς εὐτυχοῦσι] Suetonius in Claudio c. 1. ait, *fuiſſe ſuſpicionem, puerum* (licet eum redditum patri ſcribit Dio) *ex vitrico per adulterii conſuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus eſt verſus:* τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

§ 239. (l. 80.) ὁ Βογούας ὁ Μαῦρος] Hic eſt Bogud Mauritaniæ Rex, qui a partibus Julii Cæſaris ſteterat, ut Bocchus filios ſuos miſerat in auxilium magno Pompejo, ſupra p. 231. D.

Mirum

τοῦ Ἀντωνίου, εἴτε καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης πλεύσας, πολλὰ μὲν ἐλυμήνατο, πολλὰ δὲ καὶ ἀντέπαθε. καὶν τούτῳ τῶν οἴκοι [240] τῶν περὶ γ' τὴν Τίγγιν ἐπαναστάντων αὐτῷ, τῆς τε Ἰβηρίας ἐξέσῃ, καὶ τὴν οἰκείαν οὐκ ἐκομίσατο. οἵ τε γὰρ τὰ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ πράσσοντες, καὶ ὁ Βόκχος προσγενόμενος σφίσι, κρείττους [z] αὐτοῦ ἐγένοντο. καὶ ἐκεῖνος μὲν πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀπῆλθεν· ὁ δὲ δὴ Βόκχος τὴν βασιλείαν αὐτοῦ αὐτίκα [a] τε κατέσχε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐβεβαιώσατο· τοῖς τε Τιγγιτάνοις πολιτεία ἐδόθη. ἐν δὲ τούτῳ, καὶ ἔτι πρότερον, καὶ ὁ Σέξτος ὅ, τε Καῖσαρ ἐπολέμησαν. οὔτε γὰρ οὐκ ἐθελονταὶ, οὐδὲ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλὰ [241] ἀναγκασθέντες τὴν ὁμολογίαν πεποιημένοι, χρόνον οὐδένα αὐτῇ (ὡς εἰπεῖν) ἐνέμειναν, ἀλλ' εὐθὺς τὰς σπονδὰς λύσαντες διηνέχθησαν. ἔμελλον μὲν γάρ που καὶ ἄλλως, εἰ καὶ μηδεμίαν σκῆψιν ἔυρον, πολεμήσειν· αἰτίαι δ' οὖν αἵδε αὐτοῖς ἐγένοντο. ὁ Μηνᾶς ἐν τῇ Σαρδοῖ καὶ τότε ἔτι [242] καθάπερ τις στρατηγὸς ὢν, ὑπωπτεύθη τε ὑπὸ τοῦ Σέξτου, διὰ τὴν τοῦ [243] Ἑλένου ἄφεσιν, καὶ ὅτι καὶ τῷ Καίσαρι ἐκεκοινολόγητο· καί πη καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοίων φθόνῳ τῆς δυναστείας διεβλήθη. καὶκ τούτου μεταπεμφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, πρόφασιν ὅπως περί τε τοῦ σίτου καὶ περὶ τῶν χρημάτων ὧν διῳκήκει ἀπολογήσηται, οὐχ ὑπήκουσεν· ἀλλὰ τοὺς [b] μὲν εἰς τοῦτο πεμφθέντας συλλαβὼν ἀπέκτεινε, πρὸς δὲ τὸν Καίσαρα προκηρυκευσάμενος, τήν τε νῆσον αὐτῷ καὶ τὸ ναυτικὸν, τό, τε ἄλλο στράτευμα, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκε. καὶ αὐτὸν ἐκεῖνος ἀσμένως ἰδὼν, ἐπειδὴ καὶ τὸν Σέξτον τούς τε αὐτομολοῦντας [244] παρὰ τὰ συγκείμενα ὑποδέχεσθαι, καὶ ναυπηγίαν τριηρῶν ποιεῖσθαι, ἔν τε τῇ Ἰταλίᾳ φρουρὰς ἔχειν ἔλεγεν, οὔτε ἐξέδωκεν ἐξαιτηθέντα, καὶ προσέτι καὶ [245] ἐν τιμῇ μεγάλῃ ἤγαγε· [246] δακτυλίοις τε χρυσοῖς ἐκόσμησε, καὶ [247] ἐς τὸ τῶν ἱππέων τέλος ἐσέγραψε.

voluntate, navigavit; eique & dedit multum mali, & vicissim accepit. Interim deficientibus ab eo domi Tingitanis, ex Hispania recessit, neque suum regnum recepit. Quippe qui in Hispania Cæsari favebant, a Boccho adjuti, Bogudem vicerunt. Ita Bogud quidem ad Antonium se contulit, Bocchus vero regnum ejus statim occupavit, idque a Cæsare ei confirmatum, ac Tingitanis jus civitatis datum est. Hoc ipso tempore, ac paulo superius, bellum inter Cæsarem & Sextum Pompejum exortum est. Quia enim non sponte sua aut lubentes, sed coacti pacem iniverant, haud diu ejus conditiones servavere, sed statim iis neglectis ad dissidium redierunt. Haud dubie bellum moturi erant, etiamsi prætextum ejus nullum invenissent; interim causæ ipsis belli hæ fuerunt. Menas, quum adhuc in Sardinia prætoris loco esset, in suspicionem Pompejo venerat propterea, quod Helenum dimisisset, ac cum Cæsare colloquutus fuisset. Huc accedebant ejusdem loci hominum, qui ejus potentiæ invidebant, calumniæ. Is igitur evocatus a Pompejo, quasi de administratione frumenti ac pecuniæ sibi rationes redditurus, dicto non tantum audiens non fuit; sed & missos postea ad se comprehendit necavitque, præmissisque ad Cæsarem, qui de pace agerent, se & insulam, cum classe & exercitu, ei tradidit. Cæsar Menam libentissime accepit, (nam Sextum quoque, neglectis pacis conditionibus, fugitivos recipere, triremes struere, castella in Italia obtinere dicebat) neque dedidit Pompejo postulanti, & magno insuper in honore habuit, annulisque aureis decoravit, & in equestrem ordinem adscripsit.

A.U.C. 716 Ap. Claudio & C. Norbano COSS.

y τὴν Ἰτλιν, vulgo. τὴν Τίγγιν, X. potius τὸν Τίγγιν scribendum, & pro sequenti ἐπαναστάντων αὐτῷ, reponendum ἀπαναστάντων αὐτοῦ, L. recte, X. ut puto, meminit Itinerar. Antonini p. 60. & 518. Ftlιν corruptum ex Τίγγιν. videtur enim utique id ipse Dio confirmare, mox Tingitanis ab Augusto civitatis jus datum scribens, nempe in præmium defectionis. *z* αὐτοῦ. αὐλοὶ, V. a. male. *a* τε, ex Med. *b* μὲν εἰς τοῦτο. μετὰ τοῦτο, Med. minus bene.

Mirum vero quod Appianus V. civil. p. 686. scribit, Βόκχον Bocchum legato Augusti, Carinati, in Hispania bellum intulisse, cum Dio h. l. tradat eum favisse Augusto. Et videtur Βόγον apud Appianum legendum esse. Hunc Bogudem sive Βόγον Maurusiorum Regem, qui Antonii partes sequebatur, interfectum ab Agrippa in bello Actiaco, testatur Strabo VIII. p. 359. ubi latinus interpres perperam habet Bocchum, nam de Bogua sive Bogude hoc idem etiam, sed ante pugnam Actiacam, narrat Dio infra p. 425. C.

§ 240. (l. 84.) τῶν περὶ τὴν Ἰτλιν] Leunclavius legit τῶν περὶ τὸν Τίγγιν ἀπαναστάντων αὐλοῦ. Fieri autem potest ut sana sit vetus lectio; nihil enim repugnat illis tractibus fuisse Ἰτλιν nobilem civitatem, cujus cives initium rebellandi Bogudis absentis imperio fecerint: cum Itensis etiam inter Mauritaniæ Cæsariensis Episcopos memoretur in veteri notitia provinciarum & civitatum Africæ apud Sirmondum T. I. Operum p. 439. Quod autem mox infra Tingitanorum fit mentio, quibus Augustus πολιτείαν dederit, intelligendum de Tingi Africana, quam Cæsaream etiam dictam testatur Ptolemæus: hanc Bocchi subtractam imperio jussit Augustus habere proprias leges, & liberæ reipub. gaudere juribus. Id enim significant verba δεδόναι πολιτείαν, & νόμους, πολίτευμα ac χώραν concedere, ut docet Ezech. Spanhemius in Orbe Romano p. 300. Quanquam illustris H. Noris ad Cenotaphia Pisana p. 88. ex hoc Dionis loco civitate Romana donatos Tingitanos ab Augusto concludit. At idem recte ex eodem docet, falsum esse quod coloniam Tingim deductam a Julio Cæsare tradidit Isaacus Vossius ad Melæ II. 6. Quod vero Xylander a Leunclavio reprehenditur τὸν Τίγγιν scribere jubente, non τὴν Τίγγιν, ipse potius est reprehendendus auctore Strabone lib. III. p. 140. Ἦν δὲ καὶ Ζῖλης τῆς Τίγγιος ἀπωκισμένων. De Tingi Africana erudite Humfredus Prideaux ad Marmora Arundeliana p. 138. sq.

§ 241. (l. 94.) ἀναγκασθέντες] Vide p. 376. A.

§ 242. (l. 100.) καθάπερ τις στρατηγὸς] Menæ sive Menodoro Sext. Pompejus Sardiniam, Corsicam & tres legiones commiserat, quæ omnia cum navibus & cætera, quam ipse ex veteri piratica secum habebat, multitudine Augusto prodidit. vide Appianum V. civil. p. 717.

§ 243. (l. 1.) Ἑλένου ἄφεσιν] Helenum Augusti libertum charissimum, exutum Sardinia captumque, gratis remiserat liberum Menas, hoc ipso perfugium sibi, si res ita ferret, paraturus. vide p. 375. C.

§ 244. (l. 11.) παρὰ τὰ συγκείμενα] Vide p. 379. A.

§ 245. (l. 14.) ἐν τιμῇ μεγάλῃ ἤγαγε] Ita ut cœnæ etiam adhiberet. vide Casaubonum & Pitiscum ad hæc Suetonii in Augusto c. 74. *Valerius Messala tradit, neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem, post proditam Sexti Pompeji classem.*

§ 246. (l. 14.) δακτυλίοις τε χρυσοῖς] De jure annulorum aureorum concesso equitibus sensimque apud Romanos ampliata ejus concessione, multis exponunt viri docti ad Tacitum lib. I. Hist. c. 12. Joannes Kirchmannus libro de annulis c. 15. & 16. & Lipsius II. 8. Elector. Francisc. de Corte Syntagmate de annulis c. I. Sect. 6. &c. adde Dionem infra p. 517. C.

§ 247. (l. 15.) ἐς τῶν ἱππέων τέλος] De hoc Mena Horatius indignabundus Epodon libro Oda IV. v. 15.

Sedilibusque magnus imprimis eques
Othone contemto sedet.

A.U.C.716 Ap.Claudio &C.Norbano COSS.

ſcripſit. De annulis res ita habet. Apud antiquos Romanos non modo liberto, ſed ne ingenuo quidem ulli, aureo annulo (ſicuti ſupra oſtendi) licebat uti, niſi ſenator eſſet, aut equeſtris ordinis. Proinde is, qui ſummæ rerum præeſt, libertis, quibus voluerit, etſi aurum alioquin ii geſtent, tamen honoris cauſa, ut qui libertis præſtantiores ſint, ad equeſtris ordinis facultatem, annulorum aureorum uſum largitur.

46. Sextus Pompejus non hoc modo nomine Cæſarem accuſans, ſed propter Achaiam quoque vexatam, ac non repræſentatas vel ſibi, vel iis, qui reſtituti erant, promiſſiones, Menecratem, libertum hunc quoque ſuum, in Italiam miſit; ejusque opera cum alia Campaniæ oppida, tum Vulturnum vaſtavit. Hoc cognito Cæſar, pactorum inſtrumentum a Veſtalibus repetiit, Antonium ac Lepidum arceſſivit: quorum hic quidem non ſtatim paruit, Antonius autem, quum Brunduſium usque acceſſiſſet ex Græcia, in qua adhuc morabatur, antequam ad Cæſarem in Hetruria verſantem perveniret, territus prodigio, quod lupus in prætorium ſuum intraſſet, & milites aliquot laniaſſet, ſpecie Parthici belli urgentis uſus, in Græciam revectus eſt. Cæſar etſi omnino ideo exiſtimabat deſertum ſe ab Antonio eſſe, ut ſolus bellum hoc ſuſtinendum haberet, tamen iram palam non præ ſe tulit. Pompejus vero & rumores vulgavit, Cæſaris cauſam ab Antonio non probari: & majori etiam conatu in rem propoſitam incubuit, ac tandem ad Italiam quoque adnavigavit, ingreſſusque in continentem damna multa adverſariis inflixit, multa ipſe recepit. Eodem tempore navale prœlium apud Cumas inter Menecratem & Calviſium Sabinum commiſſum eſt. In eo etſi a parte Cæſaris naves plures amiſſæ fuerant, quod ei cum hominibus mare ſemper exercentibus res eſſet; tamen Menecrates cum Mena, quem maxime ex æmulatione oderat, congreſſus atque interfectus, parem calamitatem Pompeji effecit, ita ut neque hic victoriam ſibi vendicaret, & Cæſar cladis ſuæ ſolatium haberet.

47. Is tum Rhegii erat: itaque Pompejani, & morte Menecratis nonnihil perculſi, & veriti, ne Cæſar in Siciliam transfretaret, Cumis diſceſſerunt. Sabinus eos inſecutus, usque ad Scyllæum, Italiæ promontorium, tuto pervenit: id vero dum circumveheretur, ventus eum vehemens

ἐγραψε. τὸ δὲ δὴ τῶν δακτυλίων τοιόνδε ἐστίν· οὐδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων, οὐχ ὅτι τῶν δουλευσάντων ποτὲ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν ἐλευθέρῳ γένει τραφέντων, δακτυλίοις χρυσοῖς, πλὴν τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, χρῆσθαι, ὥσπερ εἴρηταί μοι, ἔξεστιν. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐξελευθέροις, οἷς ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἐθελήσῃ, καίτοι καὶ ἄλλως χρυσοφοροῦσιν, ὅμως ἐν τιμῆς μέρει, ὡς καὶ βελτίοσιν ἢ καθ' ἀπελευθερίαν, ἱππεύειν τε δυναμένοις, δίδονται. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτόν ἐστιν.

Ὁ δὲ δὴ Σέξτος ταῦτά τε τῷ Καίσαρι ἐγκαλῶν, καὶ ὅτι [248] ἡ Ἀχαΐα ἐκεκάκωτο, καὶ οὔτε αὐτῷ οὔτε τοῖς καθεληλυθόσι [249] τὰ ὁμολογηθέντα ἐγίγνετο, ἔπεμψε [250] Μενεκράτην ἐς τὴν Ἰταλίαν, ἐξελεύθερον καὶ αὐτὸν ἑαυτοῦ ὄντα, καὶ δι' ἐκείνου ἄλλα τε τῆς Καμπανίας [251] καὶ c Οὐόλτουρνον ἐπόρθησεν. ὁ οὖν Καῖσαρ μαθὼν τοῦτο, τά τε γραμματεῖα τὰ τῆς d συμβάσεως ἀνείλετο [252] παρὰ τῶν ἀειπαρθένων, καὶ τὸν Ἀντώνιον τόν τε Λέπιδον μετεπέμψατο. καὶ αὐτῷ Λέπιδος μὲν οὐκ εὐθὺς ὑπήκουσεν· Ἀντώνιος δὲ ἦλθε μὲν ἐς τὸ Βρεντέσιον, (ἐν γὰρ τῇ Ἑλλάδι ὢν ἐτύγχανεν ἔτι) πρὶν δὲ ἢ συμμῖξαι τῷ Καίσαρι ἐν Τυρσηνίᾳ ὄντι, δείσας, ὅτι [253] λύκος ἔς τε τὸ e στρατήγιον αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ στρατιώτας ἔφθειρεν, ἐς τὴν Ἑλλάδα αὖθις, πρόφασιν [254] τὰ τῶν Πάρθων ὡς καταπεύγοντα f ποιησάμενος, ἀνέπλευσε. πρὸς οὖν τοῦτο ὁ Καῖσαρ, εἰ καὶ ταμάλιστα ἐγκαταλελεῖφθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὅπως μόνος τῷ πολέμῳ συνεχεθῇ, ἐνόμιζεν, ἀλλ' οὔτι γε καὶ φανερῶς ὠργίζετο. ὁ δὲ δὴ Σέξτος ἐθρύλλει τε ὡς μὴ δικαιοῦντος τοῦ Ἀντωνίου αὐτὸν, καὶ προθυμότερον τῶν προκειμένων εἶχετο, καὶ τέλος τῇ τε Ἰταλίᾳ ἐπέπλει, καὶ ἀποβάσεις ποιούμενος, πολλὰ μὲν ἐκάκου, πολλὰ δὲ καὶ ἀνέπαυχε. καὶν τούτῳ ναυμαχία [255] πρὸς Κύμῃ τοῦ τε Μενεκράτους καὶ τοῦ Καλουϊσίου Σαβίνου γίγνεται· καὶ ἐν αὐτῇ νῆες μὲν πλείους τοῦ Καίσαρος, ἅτε πρὸς θαλασσουργοὺς ἀνθρώπους ἀνθηκαθισμένου, ἀπώλοντο· ὁ δὲ δὴ Μενεκράτης, τῷ Μηνᾷ συμπεσὼν ἐκ φιλονεικίας, καὶ φθαρεὶς, ἀνθρώπου τὴν συμφορὰν τῷ Σέξτῳ παρέσχε· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἐκεῖνος προσεποιήσατό τι τῆς νίκης, καὶ ὁ Καῖσαρ παρεμυθεῖτο ἑαυτὸν τῆς ἥττης.

Καὶ (ἔτυχε γὰρ ἐν τῷ Ῥηγίῳ τὸν χρόνον τοῦτον ὤν) δείσαντες οἱ Σέξτειοι μὴ καὶ ἐς τὴν Σικελίαν περαιωθῇ, g καί τι καὶ πρὸς τὸν τοῦ Μενεκράτους θάνατον ἀθυμήσαντες, ἀπῆραν ἐκ τῆς Κύμης. ὁ οὖν Σαβῖνος ἐπιδιώκων αὐτοὺς, [256] μέχρι μὲν Σκυλλαίου τοῦ τῆς Ἰταλίας ἀκρωτηρίου ἀπόνως ἦλθε· περιβαλόντι δ' αὐτῷ ἐκεῖνο, ἄνεμος

c Οὐόλτουρνον. sic Med. quod Dionis ſcriptioni convenientius viſum, quam vulgatum Βόλτουρνον. d συμβάσεως, συμβιβάσεως, V. a. minus bene. e στρατήγιον. ſic ſcripſi ex Z. pro στρατηγικὸν. ad ſequens στρατιώτας, addi vult τινὰς, Od. f ποιησάμενος. ποιησόμενος, V. a. Med. perperam. g καί τι καὶ. ita V. a. & Med. formula plane Dionia. vulgo καὶ ſimpliciter ponitur, quia ſcilicet facile librarius negligentior a priori καὶ ſtatim in alterum deflectere oculos potuit, omiſſis præcedentibus. mox Σέξτειοι, editio RS.

§ 248. (l. 26.) ἡ Ἀχαΐα ἐκεκάκωτο] Achaja male tractata ab Antonio p. 380. D.

§ 249. (l. 27.) τὰ ὁμολογηθέντα] Pag. 378. E.

§ 250. (l. 28.) Μενεκράτην] Hunc Menecratem inter libertos Pompeji maxime infeſtum ex æmulatione, ſive ut Dio infra vocat φιλονεικίᾳ, & ἔχθιστον fuiſſe Menodoro ſive Menæ, teſtatur Appianus p. 718. itaque cum delectum qui cum magna claſſe Menodoro & Calviſio occurreret: Pompejum autem ipſum in Sicilia exſpectaſſe Auguſtum, ut cum eo confligeret Meſſanæ.

§ 251. (l. 30.) καὶ Οὐόλτουρνον] Colonia ad oſtium Vulturni Fluvii. Urbem & caſtellum communitum vocat Livius XXV. 20. Plura de illo eruditiſſimus ſcriptor Camillus Peregrinus, Diſſ. 2. de Campania Felice p. 130. ſq. T. IX. P. II. Theſauri ſplendidi rerum Italicarum in Belgio nuper in lucem editi.

§ 252. (l. 33.) παρὰ τῶν ἀειπαρθένων] Tabulas pactorum apud Virgines Veſtales depoſitas fuiſſe dixerat Dio p. 379. A.

§ 253. (l. 38.) λύκος] Meminit hujus rei etiam Appianus p. 717. ſq. de ſimili prodigio lupi in urbe vel in caſtris viſi ſupra p. 159. D. 327. D.

§ 254. (l. 41.) τὰ τῶν Πάρθων] De Antonii expeditione in Parthos p. 380. ſq.

ἄνεμος μέγας προσπεσών, πολλὰς τῶν νεῶν τὰς μὲν
257 πρὸς τὴν ἄκραν προσήραξε, τὰς δὲ καὶ μεταίρους
καλέδυσε, πάσας δὲ τὰς λοιπὰς διεσκέδασε. πυθόμε-
νος οὖν τοῦτο ὁ Σέξτος, ἔπεμψεν ἐπ' αὐτὰς τὸ ναυτι-
οἱ μὲν, τῷ πλήθει τῶν νεῶν, οἱ δὲ, ταῖς ἐμπει-
ρίαις τῶν ναυτικῶν προφέροντες· καὶ τοῖς μὲν τό,
τε ὕψος τῶν σκαφῶν, καὶ i τὸ πάχος τῶν ἐπωτί-
D δων, k οἵ τε πύργοι συνήροντο· τοὺς δ' ἑτέρους οἵ τε
διέκπλοι ἀνέφερον, πρός τε τὴν ῥώμην τῶν τοῦ Καίσαρος
ἐπιβατῶν ἡ τόλμα αὐτῶν ἀντήρκει. αὐτόμολοι γὰρ οἱ
πλείους ἐκ τῆς Ἰταλίας ὄντες, ἀπονοίᾳ πολλῇ ἐχρῶντο.
καὶ τούτου πλεονεκτοῦντες ἅμα ἀλλήλων καὶ ἐλαττού-
μενοι, οἷς εἶπον, ἴσην τὴν ἰσχὺν ἐκ τοῦ τῶν ὑπαρχόντων
σφίσιν ἀνταίρου εἶχον· καὶ διὰ τοῦτο l χρόνῳ
καὶ ἀγχώμαλα ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο. οἵ τε
E γὰρ Σέξτειοι τοὺς μὲν ἄνδρας τοὺς ἐναντίους m τῷ
ῥοθίῳ ἐξέπλησσον, καί τινας ναῦς, ῥύμῃ τε σφίσι
προσπίπτοντες, καὶ τὰς παρεξειρεσίας αὐτῶν ἀναῤ-
ῥηγνύντες, ἐτίτρωσκον· ἀπὸ δὲ δὴ τῶν πύργων ἐν
τῇ προσμίξει βαλλόμενοι, καὶ n χειρῶν ἐπιβολαῖς
σιδηρῶν προσαρτώμενοι, οὐδὲν ἔλαττον ὧν ἔδρων
ἔπασχον. καὶ οἱ Καισάρειοι ἐς χεῖρας μὲν σφίσιν
ἰόντες, καὶ ἐς τὰς ναῦς σφῶν μεταβαίνοντες, κρείτ-
τους ἐγίγνοντο. ἐκπηδώντων δὲ αὐτῶν ἐς τὴν θά-
394 λασσαν, ὁπότε βαπτίζοιντο, καὶ ἑτέρων σκαφῶν ῥᾳ-
διως, ἔκ τε τοῦ καλῶς νεῖν καὶ ἐκ τοῦ κούφως
ἐσκευάσθαι, ἐπιβαινόντων, ἀντιῤῥόπως ἠλαττοῦντο.
καίτοι τούτῳ καὶ τῶν νεῶν ἥ τε τῆς ναυτιλίας τῶν
ἑτέρων

bebant, nihil causæ erat, cur festinarent) optimis navium acceptis, Mylas cursum instituit, ad explorandam hostium multitudinem: & quia neque universos eos videre poterat, neque quisquam adversus ipsum exibat, contempto hoste, Liparam revectus, ita se paravit, tanquam postridie totam classem Mylas adducturus. Idem hoc Demochari contigit. Nam illas tantum naves Agrippam habere existimans, quæ Mylas advenissent, easque propter molem suam tardissimas esse conspicatus, nocte ad se vocato Pompejo, omnia ad hunc modum composuit, ut qui ad Liparam ipsam accedere statuisset. Orta luce, uterque adversus alterum, tanquam minoribus copiis instructum, provectus est. A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

3. Ubi vero classes invicem sibi appropinquavere, & uterque hostium longe majorem sua opinione numerum conspexit; terror utrisque pariter incidit, neque defuerunt, qui retrorsum naves suas agerent. Sed deinde fugam magis, quam pugnam metuentes, quum in hac utrique spes victoriæ esset reposita, in illa autem extremæ omnium perniciei metus: progressi, navali prælio conflixerunt. Erant multitudine navium alteri, alteri peritia rei nauticæ superiores: atque alteris navium altitudo, crassities epotidum turresque proderant, alteros facultas enavigandi adjuvabat; & contra robur classiariorum Cæsaris, audacia Pompejanorum, quorum plerique ex Italia profugi, desperatione magna incitabantur, sufficiebat. Itaque quum utrique haberent, in quo suis hostibus & præstarent, & inferiores essent, sicut demonstravimus, quasi æquatis viribus congressi sunt, diuque æquo marte pugnatum est. Pompejani enim adversarios suos impetu terrebant, navesque nonnullas vehementius incitatis suis invadentes lædebant, ita ut earum partes quæ sunt extra remigium lacerarent: sed de turribus in conflictu jaculis petiti, & harpagonibus ferreis injectis affixi hostium navibus, non minus damni, quam inferrent, recipiebant. Cæsariani, etsi hostem, comminus pugnantes, & in eorum naves transeuntes, superabant; tamen hoc vicissim Pompejani præstabant, quod navibus suis subsidentibus, facile in mare exsiliebant, & in alias naves se recipiebant: ad quam rem & natandi usus, & levis habitus eis conferebat.

Navium

ff τοῦτο. additum ex Med. g ὑπέφηνε. ἀπέφηνε, V. a. h πολὺ. πολλῷ, Med. i χρόνῳ. defendi potest, sed tamen duriusculam reddit orationem. præstabit scribi χρόνον, vel trajectione vocum mutata χρόνον ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο, L. posteriorem conjecturam roborat Xiph. ἐπὶ πολὺν χρόνον. & Zonaras: ἐπὶ πλεῖστον, omisso vocabulo χρόνον.

ubi & ectypa quædam numorum, in quibus res apertius oculis objicitur.

§ 12. (l. 81.) οἵ τε πύργοι] Etiam de turribus navium, ex quibus tanquam de muro ex superiore loco adversus hostes pugnaretur, idem Scheferus consulendus p. 134. sq. Merito autem hoc loco illarum Dio facit mentionem, quoniam licet Pompejanæ etiam naves turribus essent instructæ, ut constat ex Appiani V. civil. p. 732. ubi utrisque naves in prora & puppi turribus munitas fuisse testatur; & p. 340, ubi refert e diversis turrium coloribus naves utriusque discerni potuisse: tamen *Agrippa primus hoc genus turrium invenerat, ut de tabulis subito erigerentur, simul ac ventum esset in prælium, turresque hostibus improvisæ, in navigando essent occultæ,* Servius ad illud Virgilii VIII. 692.

— — *aut montes concurrere montibus altos,*
Tanta mole viri turritis puppibus instant.

§ 13. (l. 89.) τῷ ῥοθίῳ ἐξέπλησσον] Appianus p. 732. ἐξώρμων ἐπ' ἀλλήλους οἱ μὲν καλὰ μέτωπον, οἱ δ' ἐς περικύκλωσιν σύντε βοῇ καὶ ῥοθίῳ νεῶν καὶ καλαπλήξει ποικίλῃ. ἦν δὲ καὶ τὰ σκάφη Πομπηίῳ μὲν βραχύτερα καὶ κοῦφα καὶ ὀξέα ἐς τὰς ἐφορμήσεις τε καὶ περίπλους.

§ 14. (l. 93.) χειρῶν ἐπιβολαῖς σιδηρῶν] Etiam hoc commentum Agrippæ, si credimus Appiano p. 739. ubi harpagones ita describit, ut non diversas ab illis fuisse manus ferreas, facile crediderim Curtio IV. 2. 12. Livioque XXXVII. 10. licet distinguendas putet Scheferus laudati operis lib. II. c. 7. p. 164. Usum autem harpagonum diu ante Agrippam in militia navali fuisse, tum ex iisdem Livii Curtiique locis constat, tum ex iis quæ Freinshemius indice ad Curtium & ad Flori II. 2. 9.

A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

Navium etiam ab altera parte celeritas, firmitati alterius, & hujus gravitas alterius tenuitati par erat.

ἑτέρων ὀξύτης ἰσοπαλὴς τῇ τῶν ἑναντίων βεβαιότητι, καὶ ἡ τούτων βαρύτης ἰσοσασία [k] τῇ ἐκείνων λεπτότητι ἐγίγνετο.

4. Sero admodum, & jam instante nocte, Cæsariani superiores evaserunt: neque tamen ii hostem insecuti sunt, quod (ut mea quidem fert opinio, & verisimile est) neque assequi eos possent, & vererentur ad terram suas naves appellere, vadorum, quæ ante eam erant, imperiti. Sunt qui dicant, Agrippam, quia non sui ipsius, sed Cæsaris causa pugnabat, satis habuisse fugatis a se hostibus: solitumque dicere ad amicissimos suos, esse hunc morem plerisque principibus, ut nolint quenquam ipsis præstantiorem haberi: ideoque eos plerasque res ipsos gerere, ubi videlicet haud magno labore sit statura victoria; contra, difficiliora incertioraque negotia aliis eos demandare: ac, si cogantur aliquando iis rem aliquam minus periculosam permittere, tum gloriam eos horum iniquissimo animo ferre: atque ut adversam eis fortunam esse non cupiant, ita titulum rei alicujus omnino feliciter confectæ nolle eis adscribi. Proinde eum, qui suæ ipsius incolumitatis curam gerat, hoc observare jubebat, ut negotio præfectus, rerum difficultatibus se ipse expediat; rei autem bene gestæ nomen iisdem reservet. Ego autem vera quidem hæc esse, & Agrippæ cordi fuisse, compertum habeo: attamen quod tunc non insequeretur hostem, factum potius arbitror, quod hostem, si vel maxime voluisset, consectari non potuerit.

Ὀψὲ δ' οὖν πολε καὶ πρὸς νύκτα ἤδη οἱ τοῦ Καίσαρος ἐκράτησαν· οὐ μέντοι καὶ ἐπεδίωξάν τινα, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸ εἰκὸς συμβάλλεται, [15] ὅτι μήτε καταλαβεῖν αὐτοὺς [l] ἐδύναντο, καὶ ἐς τὴν γῆν, βράχη ὢν ἄπειροι ἦσαν B ἔχουσαν, ἐφοβήθησαν ἐξοκεῖλαι. ὡς δέ τινες λέγουσιν, ὁ Ἀγρίππας, ἅτε καὶ ὑπὲρ τοῦ Καίσαρος, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, μαχόμενος, ἐξαρκεῖν οἱ τὸ τρέψαι τοὺς ἀντιπάλους ἡγεῖτο. [16] καὶ γὰρ εἰώθει λέγειν πρὸς τοὺς πάνυ ἑταίρους, ὅτι οἱ πλείους τῶν ἐν ταῖς δυνασείαις ὄντων οὐδένα ἐθέλουσι κρείττω σφῶν εἶναι, ἀλλὰ τὰ μὲν πλείω, ὅσα γε καὶ πρόχειρον τὴν νίκην ἔχει, αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν ποιοῦνται, τὰ δὲ δὴ χείρω καὶ ἀτοπώτερα ἄλλοις προστάττουσι. κἂν ἄρα ποτὲ C τῶν ἀμεινόνων τι ἀναγκαζῶσι σφίσιν ἐπιτρέψαι, βαρύνονται τε καὶ ἄχθονται τῇ εὐδοξίᾳ αὐτῶν. ἠπίστατο μὲν γὰρ σφῶς καὶ κακῶς πράττειν οὐκ ἔνοχον· οὐ μέντοι καὶ πανταχῶς τι καταπράξαντας, τὴν δόξαν αὐτοὺς λαβεῖν αἱροῦνται. [m] δεῖν οὖν παρῆναι τὸν ἄνδρα τὸν σωθησόμενον, τῆς μὲν δυσχερείας [n] αὐτὸν τῶν πραγμάτων ἀπαλλάττειν, τὴν δὲ δὴ καλόρθωσιν σφῶν ἐκείνοις φυλάσσειν. ἐγὼ δ' ὅτι μὲν ταῦθ' οὕτω πέφυκε, καὶ [o] ὅτι ὁ Ἀγρίππας ἐπεμελεῖτο αὐτῶν, οἶδα, οὐ μὴν D ἔν γε τῷ τότε παρόντι τοῦτ' αἴτιον τῆς οὐ διώξεως αὐτοῦ γράφω· οὐδὲ γὰρ οὐδ' εἰ πάνυ ἐβούλετο, οἷός τε ἦν [p] ἐπισπέσθαι σφίσιν.

5. Navalis hujus pugnæ tempore, quum primum Cæsar Sextum Messana abiisse, fretumque præsidio nudatum, intellexit; ea occasione belli haudquaquam neglecta, confestim conscensis Antonianis navibus, Tauromenium transmisit. Verum hoc ei factum secus cecidit. Naviganti quidem ei, ac in terram egredienti, nemo impedimento fuit, quin & castra cum cæteris in summa quiete perfecit: sed peracto navali prælio Pompejus, quum Messanam festinato rediisset, ac de præsentia Cæsaris cognovisset, celeriter integros milites in naves suas, eorum loco, qui in pugna fuerant, imposuit: atque ita & navibus Cæsarem pariter, & militibus armatis terra aggressus

Ἐν ᾧ δ' οὖν ἡ ναυμαχία ἐγίγνετο, ὁ Καῖσαρ, ὡς τάχισα τόν τε Σέξτον ἐκ τῆς Μεσσήνης ἀπελελυθότα, καὶ τὸν πορθμὸν φυλακῆς ἔρημον ὄντα ἤθελο, τὸν μὲν καιρὸν τοῦ πολέμου οὐ παρέλιπεν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπιβὰς [17] τῶν Ἀντωνιείων νεῶν, πρὸς Ταυρομένιον ἐπεραιώθη. οὐ μὴν καὶ ἐν τύχῃ αὐτῷ ἐχρήσατο. πλέοντα μὲν γὰρ, οὐδ' ἀποβαίνοντα αὐτὸν οὐδεὶς ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ καθ' ἡσυχίαν τά τε ἄλλα καὶ τὸ στρατόπεδον ἐποιήσατο· ἐπεὶ δὲ ἥ τε ναυμαχία ἐγένετο, καὶ ὁ Σέξτος ἔς τε τὴν Μεσσήνην σπουδῇ ἀφίκετο, καὶ μαθὼν παρόντα αὐτὸν, ἄλλους τε διὰ ταχέων ἀκραιφνεῖς ἐς τὰς ναῦς ἀντενεβίβασε, καὶ ἐκείνας τε [q] αὐτῷ ἅμα καὶ τοῖς ὁπλίταις

[k] ἰσοσασίᾳ τῇ ἐκείνων λεπτότητι. ἰσοσασία τῆς ἐκείνων λεπτότητος, V. b. sed cum Dativo Dio, p. 261. C. ἰσοστάσιος αὐλαῖς. quanquam p. 293. E. pro ἰσοστάσιον ἀθανασίαν, potius ἰσοστάσιον ἀθανασίας legi vult Leunel. [l] ἐδύναντο, καὶ ἐς τὴν γῆν &c. conferenti mihi Xiphilinum videntur quædam hic Dioni detracta esse, ordoque deinde aliquantulum permutatus. Xiph. enim sic habet: ἐδύναντο, διὰ τὸ ὑπερπαχῆ καὶ ὑπερμεγέθη τὰ πλοῖα σφίσιν εἶναι, καὶ ἐς τὴν γῆν βράχη ἔχουσαν, ὧν ἄπειροι ἦσαν, ἐφοβήθησαν ἐξοκεῖλαι. ultimum verbum ἐξωκεῖλαι male scripserat RS. quod jam monuit X. & emendarunt HS. & L. [m] δεῖν οὖν παρῆνα. non dubitavi sic scribere cum Xiph. & V. a. pro vulgato δυοῖν οὖν παρ. illud quoque præfert L. in notis. sane si numerare Dio monita Agrippæ voluisset, distinctius ea debebat recensere. δυεῖν, Med. [n] αὐτὸν τῶν πραγμάτων. αὐτοὺς καὶ τῶν πραγμάτων, Xiph. *ut rei difficultate principes liberet;* quam lectionem non minus commodam censet X. sed ut non dicam αὐτὸν legi etiam apud Xiph. in Cod. Coisl. & Br. opposita hæc sunt præcedentibus, ἠπίστατο μὲν γὰρ σφῶς καὶ κακῶς πράττειν οὐκ ἔνοχον. igitur voto principis respondet Dux, quando αὐτὸν τῆς δυσχερείας τῶν πραγμάτων ἀπαλλάττει. eadem oppositio est in sequenti membro, ejusque exemplum præbet Joabus Davidem ad expugnandam penitus urbem vocans. [o] καὶ ὅτι. καὶ ὅτι καὶ, Med. [p] ἐπισπέσθαι. ἐπιδέχεσθαι, V. b. [q] αὐτῷ ἅμα. addit Xyl. *mari*, quasi καλὰ θάλασσαν legi voluisset, ut censet Od. sed liberius interdum interpretatur Xylander.

§ 15. (l. 8.) ὅτι μήτε καταλαβεῖν αὐτοὺς ἐδύναντο] Ex Appiano p. 733. constat, Agrippam ægre se a persequendo hoste retro recepisse, monitum a gubernatoribus, ne naves graviores locis vadosis committeret.

§ 16. (l. 14.) καὶ γὰρ εἰώθει λέγειν] Verissimum hoc dictum Agrippæ, & prudens, quodque neglectum multis egregiis ducibus ac ministris honore ac vita stetit, nulla merita tanti æstimante Principe, quibus præ administro suo ipse minor aut obnoxius reddi videatur, ut pluribus exemplis docuit Gruterus Diss. in Tacitum c. XXXII. Verissimum autem illud etiam, cujus rei specimen egregium hoc loco præbet Dio, eos qui rebus gerendis præsunt, sæpe quod necessitate adacti fecerunt, videri ex singulari calliditate feciss. Porro hanc Augusti victoriam notat Suetonius c. 16. quando Pompejum

ταις κατὰ γῆν προσέμιξε· τούτοις μὲν οὐδ' ἐπ-
εξῆλθεν, ἀνταναχθεὶς δὲ, καταφρονήσει τῆς
395 τε ὀλιγότητος τῶν ἐναντίων νεῶν, καὶ ὅτι καὶ
προήττητο, τοῦ τε ναυτικοῦ τὸ πλεῖον ἀπέβα-
λε, καὶ αὐτὸς ὀλίγου προσδιεφθάρη. ὅυκουν
οὐδ' ἠδυνήθη πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ r τοὺς ὅπλας
ἐν Σικελίᾳ διαφυγεῖν, ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐς τὴν
ἤπειρον ἀπεσώθη. καὶ αὐτὸς s μὲν ἐν ἀσφα-
λεῖ ἦν· ὁρῶν δὲ τὸ στράτευμα ἐν τῇ νήσῳ
ἀπειλημμένον, δεινῶς ἤχθετο· καὶ οὐ πρότερον
ἀνεθάρσησε, πρὶν [18] ἰχθύν τινα, ἐκ τῆς θαλάσσης
αὐτόμολον ἀναθορόντα, πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ προσ-
πεσεῖν. ἐκ γὰρ τούτου πιστεύσας τοῖς μάντεσιν,
εἰποῦσίν οἱ ὅτι δουλώσεται αὐτὴν, ἀνερρώσθη.

aggressus est. Cæsar, contra pedestres copias pugnandum sibi non ratus, adversus naves hostium, velut modo superatas, contempta earum paucitate, provectus, majorem suæ classis partem amisit: parumque abfuit quin ipse una periret. Iraque cum ad suos, qui in Sicilia erant, perfugere non posset, satis habuit in continentem evasisse. Ibi quamvis in tuto erat, tamen exercitum in insula intercluſum ægerrime ferebat: neque prius animum recepit, quam piscis quidam sponte sua ex mari prosiliens, ad pedes ejus se projecit. Id quum aruspices imperium ipsi maris portendere dicerent, confirmato animo, Agrippam celeriter, ad opem eis ferendam, vocavit. A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

B Καὶ ὁ μὲν τὸν Ἀγρίππαν σπουδῇ πρὸς τὴν
ἐπικουρίαν αὐτῶν μετεπέμπετο, ἐκεῖνοι δὲ ἐπο-
λιορκοῦντο. καὶ ἐπειδὴ τά τε ἐπιτήδεια ἐπιλεί-
πειν σφᾶς ἤρχετο, καὶ βοήθεια οὐδεμία πω
ἐφαίνετο, φοβηθεὶς [19] ὁ t Κορνουφίκιος (ὅυ-
τος γὰρ αὐτῶν ἦρχε) μὴ καὶ ὑπὸ λιμοῦ τῷ
χρόνῳ καθ' ὡρᾶν μένων ἑκπολιορκηθῇ, καὶ
νομίσας διαρρίβοντι μέν οἱ αὐτοῦ ταύτῃ μηδένα
τῶν πολεμίων ἐς χεῖρας, ἅτε καὶ κρείττοσι τοῖς
ὁπλίταις ὅντι, ἥξειν· ἂν δέ πῃ προχωρῇ,
C δυοῖν θάτερον, ἢ προσμίξαντας σφίσιν αὐτοὺς
καλήσειν, ἢ μὴ βουληθέντων αὐτῶν τοῦτο ποιῆ-
σαι, πρός τε τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρήσειν, καὶ
τῶν ἐπιτηδείων εὐπορήσειν, καί τινα u καὶ ὠφέ-
λειαν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἢ καὶ τοῦ Ἀγρίπ-
που χήσειν· τά τε σκάφη ὅσα ἔκ τε τῆς ναυ-
μαχίας ὑπελέλειπτο, καὶ πρὸς τὸ τάφρευμα
ἐξεπεπλώκει, καθέκαυσε, καὶ αὐτὸς ἄρας ὡς
πρὸς τὰς Μύλας ἐπορεύετο. x καὶ αὐτῷ προσ-
βαλόντες καὶ ἱππεῖς καὶ ψιλοὶ πόρρωθεν, (οὐ
γὰρ δὴ καὶ ὁμόσε χωρῆσαι ἐτόλμων) ἄποροι
D δεινῶς ἐγίγνοντο. αὐτοὶ μὲν γὰρ καὶ ἐπήεσαν,
ὁπότε καιρὸς εἴη, καὶ ἀνεχρέφοντο διὰ βρα-
χέος· οἱ δὲ, ὡς γε ὁπλῖται, οὔτ' ἄλλως ἐπι-
διώκειν σφᾶς ὑπὸ τοῦ βάρους ἐδύναντο, καὶ
τοὺς ἀόπλους τοὺς ἐκ τοῦ ναυτικοῦ σωθέντας
περιέσελλον. καὶ κατ' τούτου ἔπασχον μὲν πολλὰ καὶ
δεινὰ, ἀντέδρων δὲ οὐδέν· εἰ γάρ που καὶ y ἐπά-
ξειαν τισὶν, ἔτρεπον μὲν αὐτοὺς, z πέρα δ' οὐ δυ-
νάμενοι διώκειν, χαλεπωτέρους σφᾶς ἐν τῇ ἀναχω-
φῇ, ἅτε καὶ μονούμενοι ταῖς ἐκδρομαῖς, εἶχον. ἐν
τε οὖν τῇ ἄλλῃ πορείᾳ, καὶ ἐν ταῖς διαβάσεσι τῶν
ποταμῶν

6. Obsidebantur autem jam in Sicilia Cæsaris copiæ: quumque & commeatus eos deficere inciperet, & auxilium nullum appareret; veritus Cornuficius, (nam is exercitui præerat) ne si eo in loco maneret, tandem fame expugnaretur: secumque reputans, neminem hostium, sibi, a militibus instructiori, pugnæ facultatem facturum, si quidem ibi perstitisset: sin alio se conferret, fore, ut vel ad pugnam evocatum hostem vinceret; vel, pugnam detrectante eo, in locum se tutum recipere, & cibariis potiri posset, ac vel a Cæsare vel ab Agrippa subsidium acciperet. His motus causis, naves quæ ex pugna superarant, & ad castra delatæ fuerant, combussit: castrisque relictis, Mylas iter convertit. Quo in itinere eminus ab equitibus & levis armaturæ peditibus infestati Cæsariani, (nam cominus hostes congredi non audebant) in summis difficultatibus versati sunt. Nam Pompejani & incurrebant, quoties id opportunum videbatur, & se statim recipiebant: contra Cæsariani gravis armaturæ usu ab insectandis hostibus detinebantur, præsertim cum & inermes, qui ex classe superstites erant, in medium receptos tegere cogerentur: itaque ulcisci nullo modo poterant damna, quæ ab hostibus non pauca sane nec exigua inferebantur. Ac, si quando in eos impetum feciſſent, in fugam licet conversos insequi ultra non potuerunt: quinimo hi revertentibus, ac facta excursione a suis divulsis, vehementius moleſti erant. Cæterum & reliquo in itinere, & in transeundis præsertim fluminibus summopere affligepejum ab eo inter Mylas & Naulochum scribit superatum fuisse. Epitome Livii lib. 129. *Adversus Sext. Pompejum vario eventu navalibus certaminibus pugnatum est, ita ut ex duabus Cæsaris classibus altera, cui Agrippa præerat, vinceret, altera, quam Cæsar duxerat, deleta, expositi in terram milites in magno periculo essent. Victus deinde Pompejus in Siciliam profugit.*

§ 17. (l. 38.) τῶν Ἀντωνιείων νεῶν] Centum & duas naves intelligit, quos Statilius Taurus Antonii legatus ad Augustum Tarento adduxerat, ut refert Appianus p. 727. *Tauromenium* celeberrima urbs in Tauro monte, quam cum faucibus illis Siciliæ tenebat Sextus, & Augustus in cassum dedi sibi postulabat, ut legas apud eundem Appianum, p. 734.

§ 18. (l. 58.) ἰχθύν τινα] Plinius IX. 16. *Siculo bello, ambulante in littore Augusto, piscis e mari ad pedes ejus exsiliit: quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptante tum sibi Sexto Pompejo,* [vide supra p. 368. B. 376. A. 387. B.] (*tanta erat navalis rei gloria*) *sub pedibus Cæsaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.* Pridie quam Siciliensem pugnam committeret, id accidisse scribit Suetonius c. 96. Meminit hujus rei ex Dione etiam Zonaras, & simile prodigium Plautiano contigisse narrat Xiphilinus infra p. 862. C.

§ 19. (l. 66.) ὁ Κορνουφίκιος] Conferendus Appianus V. civil. p. 736. sq.

r τοὺς ὅπλας ἐν Σικ. τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ ὅπλας, Med. s μὲν. accessio ex Med. non superflua. t Κορνουφίκιος. Κορνιφίκιος, Xiph. melius quidem. X. sed vide dicta ad p. 367. C. Κουρνοφίκιος h. l. Z. qui tantum error est librarii pro Κορνουφίκιος. u καὶ. petitum ex Med. sapit stilum Dionis. x καὶ αὐτῷ προσβαλόντες. hæc non cohærent cum sequentibus ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο, nisi ἄποροι active significat eos qui molestiam afferunt, quod non probo, X. cohærebunt, si emendes: καὶ ὡς αὐτῷ προσέκειντο, L. καὶ αὐτῷ προσβαλόντων καὶ ἱππέων καὶ ψιλῶν πόρρωθεν &c. Od. pro ἄποροι, ceteris omnibus non mutatis βαρεῖς legendum censet N. σφίσιν scr. Od. y ἐπάξειαν. ἐπίξειαν, V. a. pro sequenti τισὶν, forte z πέρα. πόρρω, V. a.

A.U.C.718 L. Gellio & Coccej.Nerva COSS.

affligebantur, circumfusis tum potissimum hostibus, ac (ut ratio itineris exigebat) paucos simul properato & sine ordine euntes, nudatosque, qua vulneribus maxime expositi erant, in limoque lapsos ac detentos, aut rapidiore fluminis cursu abreptos, eminus vulnerantibus.

7. Ita tribus continuis diebus vexati Cæsariani, novissima autem extremis malis affecti sunt, quum Pompejus ipse cum gravis armaturæ militibus supervenit. Itaque jam eorum, qui perirent, nullam habebant rationem: ac potius bene cum iis actum esse censebant, quibus nullum præterea accidere incommodum posset: ipsique superstites, desperatione salutis, eorum sibi conditionem optabant. Sauciorum autem major quam mortuorum erat numerus, quum lapidibus & jaculis eminus impetiti, nullumque comminus ictum sustinentes, varia, nec leralia vulnera, acciperent: unde non ipsi modo in summis erant miseriis, sed reliquis etiam plus quam hostes laboris exhibebant. Nam sive portabantur, hos etiam, qui ferebant, secum perdebant: sive relinquebantur, lamentando totum exercitum in mœrorem conjiciebant. Actumque omnino fuisset de toto exercitu, ni Pompejani, quantumvis inviti, ab iis discedere coacti fuissent. Agrippa enim, victor navali prælio, Liparam quidem repetierat: sed ibi audito, Pompejum Messanam confugisse, Democharem alio discessisse, in Siciliam transmisit: Mylisque & Tyndaride occupatis, Cornuficiano exercitui frumentum & milites misit. Pompejus igitur ipsum quoque ad se venturum putans, territus, tanta celeritate ante ejus adventum discessit; ut vasa quoque, & cibaria nonnulla in castris suis reliquerit: ita Cornuficius cum suis copia alimentorum potitus, ad Agrippam evasit. Hunc exercitum Cæsar laudatum, donis etiam refecit; quamvis eum, post navalem Agrippæ victoriam, quasi jam confecto bello, penitus neglexisset. Ipse Cornuficius tantum sibi ob servatos a se milites tribuit, ut Romæ, quoties foris cœnaret, elephanto domum revectus sit.

8. Cæsari post hæc facta in Siciliam profecto, apud Artemisium Sextus Pompejus castra oppositit: ibi commissis levibus aliquot equitum pugnis, aliquamdiu a justo prælio temperatum est. Interim Gallus Tisienus Pompejo, Cæsari Lepidus cum copiis subvenit. Lepidus enim, cum in eam, quam commemoravi tempestatem, & in Damo-

πολαμῶν μάλιστα ἰσχυρῶς ἐταλαιπώρουν. περισοιχιζόμενοι γὰρ αὐτοὺς οἱ ἐναντίοι, καὶ κατ' ὀλίγους, εἶα ἐν τῷ τοιούτῳ, σπουδῇ ἀτάκτως χωροῦντας, ἔς τε τὰ καίρια παραγυμνουμένους ἔπαιον, καὶ ἐς τὰ πηλώδη τά τε ῥοώδη ἐσπίπτοντας, ὡς καὶ ἐνισχομένους ἢ καὶ παραφερομένους, ἔβαλλον.

Καὶ τοῦτ' ἐπὶ τρεῖς ὅλας ἡμέρας ἐποίησαν· καὶ τῇ γε τελευταίᾳ παντελῶς αὐτοὺς ἐκάκωσαν, ἄλλως τε καὶ τοῦ Σέξτου τῷ ὁπλιτικῷ προσγενομένου σφίσιν. ὥστε τῶν μὲν ἀποθνῃσκόντων οὐδένα ἔτι λόγον ἐποιοῦντο, ἀλλὰ καὶ ἐν κέρδει τὸ μηκέτ' αὐτοὺς κακοπαθεῖν ἐτίθεντο· καὶ ἤθελον καὶ αὐτοὶ τῶν ἤδη τεθνηκότων ὑπὸ τῆς ἀνελπισίας εἶναι. οἱ δὲ δὴ τραυματίαι, πολλοί τε καὶ πλείους τῶν τελευτώντων ὄντες, (ἅτε γὰρ καὶ λίθοις καὶ ἀκοντίοις πόρρωθεν βαλλόμενοι, καὶ μηδεμίαν ἐκ χειρὸς πληγὴν ὑπομένοντες, πολλαχῇ τε καὶ οὐ πάντῃ καιρίαν ἐτιτρώσκοντο) αὐτοί τε δεινῶς ἐταλαιπώρουν, καὶ τοῖς περιλοίποις πολὺ πλείω πόνον ἢ οἱ πολέμιοι παρεῖχον. εἴτε γὰρ φέροιντο, καὶ τοὺς ἀνέχοντας σφᾶς προσαπώλλυσαν, εἴτε καὶ καταλείποιντο, τὸ στράτευμα πᾶν ἐς ἀθυμίαν ὁλοφυρόμενοι καθίσασαν. κἂν παντὶ διεφθάρησαν, εἰ μὴ περ οἱ πολέμιοι καὶ ἄκοντες σφῶν ἀπέσχοντο. ὅ, τε γὰρ Ἀγρίππας, τότε μὲν νικήσας τὴν ναυμαχίαν, πρὸς τὴν Λιπάραν ἀνέπλευσεν· [a] ἔνθα δὴ καὶ μαθὼν τόν τε Σέξτον ἐς τὴν Μεσσήνην πεφευγότα, καὶ τὸν [21] Δημοχάρην ἄλλοσέ [b] πη ἀπεληλυθότα, ἐπεραιώθη ἐς τὴν Σικελίαν· καί καταλαβὼν [22] τάς τε Μύλας καὶ τὴν Τυνδαρίδα, σῖτόν τε σφίσι καὶ στρατιώτας ἔπεμψε. καὶ ὁ Σέξτος, οἰηθεὶς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ἥξειν, ἐφοβήθη, καὶ σπουδῇ προανεχώρησεν· ὥστε καὶ σκευή τινα καὶ ἐπιτήδεια ἐν τῷ ἐρύματι καταλιπεῖν, ἐξ ὧν τὴν τροφὴν ἄφθονον οἱ περὶ τὸν Κορνουφίκιον ἔχοντες, πρὸς τὸν Ἀγρίππαν ἀπεσώθησαν· καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ καὶ ἐπαίνοις καὶ δωρεαῖς ἀνεκτήσατο, καίπερ [c] ὑπεροπτικώτατα σφίσιν ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀγρίππου ναυκρατίᾳ, ὡς καὶ διαπεπολεμηκότος, χρησάμενος. τοσοῦτον γάρ που καὶ ὁ Κορνουφίκιος ἐπὶ τῇ τῶν στρατιωτῶν σωτηρίᾳ ἐφρόνει, ὥστε καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ [23] ἐπὶ ἐλέφαντος, ὁσάκις ἔξω τῆς οἰκίας ἐδείπνει, ἀνακομίζεσθαι.

Τῷ δ' οὖν Καίσαρι ἐς τὴν Σικελίαν μετὰ τοῦτ' ἐλθόντι ὁ Σέξτος [24] περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀντεστρατοπεδεύσατο· καὶ μάχην μὲν οὐδεμίαν εὐθὺς μεγάλην ἐμαχέσαντο, ἱππομαχίας δέ τινας βραχείας ἐποιοῦντο. ἀντικαθημένων δὲ αὐτῶν ἀλλήλοις, τῷ μὲν Σέξτῳ ὁ [d] Γάλλος [25] ὁ Τισιῆνος, τῷ δὲ Καίσαρι ὁ Λέπιδος σὺν ταῖς δυνάμεσι, προσεγένοντο. οὗτός τε γὰρ περι-

a ἔνθα δὴ καὶ μαθὼν. pro his μαθὼν δὲ, Med. ex emendatione Xyl. *b* πη. ποι, Med. *c* ὑπεροπτικώτατα. sic HS. & L. ὑποπτικώτατα, RS. & V. a. *d* Γάλλος ὁ Τισιῆνος. is est qui supra p. 364. C. *Titisienus* nominabatur, utrum rectius, nescio, X. sed vide ibi dicta.

§20. (l. 19.) πρὸς τὴν Λιπάραν ἀνέπλευσεν] In Lipara insula portubus oportuna, Agrippa cum classe substiterat, p. 392. D.

§21. (l. 21.) Δημοχάρην ἄλλοσέ πη] Democharis Sexti legatus Mylas cum classe tenuerat ante prælium cum Agrippa infeliciter commissum. p. 392. E. Sed jam Mylarum fauces a Sexto desertas cum Mylis ipsis occupavit Agrippa. Conf. Appianum p. 738.

§22. (l. 23.) τάς τε Μύλας καὶ τὴν Τυνδαρίδα] Vicina hæc Siciliæ oppida, Mylæ, hodie Milazzo, clade Sexti nobilis, & Tyndaris sive Tyndarium.

§23. (l. 35.) ἐπὶ ἐλέφαντος] Singulare hoc ab Augusto beneficium: nam alioqui elephas ad usque Aureliani fere ætatem, *Cæsaris armentum, nulli servire paratum privato*, ut ait Juvenalis XII. 106. Vide illustris viri Gisberti Cuperi exercitationem secundam de elephantis in numis T. III. thesauri Antiquitatum Sallengriani, p. 238. Solebat autem ducibus ob rem egregie gestam honor etiam insolitus tribui, ut Duillius post victoriam ad Liparas reportatam a Carthaginiensibus, *per vitam*

περιπεσὼν τῷ χειμῶνι ὑπερ ἐμνημόνευσα, καὶ τῷ
E Δημοχάρει, ναῦς τε συχνὰς ἀπέβαλε, [26] καὶ οὐκ
εὐθὺς πρὸς τὸν Καίσαρα ἦλθεν, ἀλλ' εἴτε δὴ διὰ
τὸ πάθος, εἴθ' ὅπως καθ' ἑαυτὸν ἐκεῖνος πονοῖτο, εἴ-
τε καὶ ἀπαγαγεῖν τὸν Σέξτον ἀπ' αὐτοῦ βουληθεὶς,
Λιλυβαίῳ προσέβαλε. καὶ ὁ Γάλλος ἐνταῦθα αὐτῷ,
πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Σέξτου, προσεπολέμει· καὶ οὔ-
των ἐκεῖθεν ἀμφότεροι, ἐπειδὴ μηδὲν ἐπέραινον, πρὸς
τὸ Ἀρτεμίσιον ἀφίκοντο. καὶ ὁ μὲν Γάλλος ἐπέρρω-
σε τὸν Σέξτον· ὁ δὲ δὴ Λέπιδος τῷ τε Καίσαρι
397 διηνέχθη, (αὐτός τε γὰρ ἐκ τοῦ ἴσου πάντα αὐτῷ
διοικεῖν, ὡς καὶ συνάρχων, ἠξίου, καὶ ἐκεῖνος ἐς πάν-
τα αὐτῷ ὡς καὶ ὑποστρατήγῳ οἷ ἐχρῆτο) καὶ τού-
του πρός τε τὸν Σέξτον ἀπέκλινε, καὶ ἐκοινολογεῖ-
το αὐτῷ δι' ἀπορρήτων. ὑποτοπήσας οὖν τοῦτο ὁ Καί-
σαρ, καὶ μήτε ἐκφῆναι τολμῶν, μὴ καὶ ἐκ τοῦ φα-
νεροῦ αὐτὸν πολεμώσηται, μήτ' ἂν ἀποκρύψασθαι
ἀσφαλῶς δυνάμενος, (ὕποπτον μὲν γὰρ ἐνόμιζεν, εἰ
μὴ συμβουλεύοιτό τι αὐτῷ, δεινὸν δ' εἰ πάντα ἀνα-
κοινοῖτο) διακινδυνεῦσαι ὁτιτάχισα, πρὶν νεοχμωθῆναί
B τι, ἔγνω, καίτοι τῶν ἄλλων ἕνεκα ἧκισα ἐπειγόμε-
νος. οὔτε γὰρ σῖτος, οὔτε χρήματα τῷ Σέξτῳ [e] ὑπ-
ῆν· ἐξ ὧν ἤλπιζεν αὐτὸν ἀμαχεὶ οὐ πολλῷ ὕστε-
ρον καταλύσειν. ἐπεὶ δ' οὖν ἔκρινε τοῦτο, αὐτός τε
καθ' ὑγρὰν τὸν στρατὸν ἐξάγων πρὸ τοῦ στρατοπέδου προ-
παρέταξε, καὶ ὁ Ἀγρίππας ἅμα ἐπιπλέων ἀπεσά-
λευεν, (ὁ γὰρ Σέξτος ταῖς δυνάμεσιν αὐτῶν ἐλατ-
τούμενος πολύ, οὐδετέρωσε αὐτεπεξήει) καὶ τοῦτο καὶ
ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἐγένετο· τέλος δὲ δείσας μὴ
καταφρονηθεὶς διὰ ταῦθ' ὑπὸ τῶν συμμάχων
ἐγκαταλειφθῇ, ἀναναχθῆναί πως ταῖς ναυσὶ προσ-
C έταξε· καὶ γάρ τινα ἐλπίδα ἐν ταύταις μᾶλλον
εἶχεν.

Democharem incidisset, amisso navium magno numero, non statim ad Cæsarem perrexerat, sed Lilybæo appulerat; sive ob acceptum damnum, sive ut solus Cæsar belli labore defungeretur, sive ut Pompejum ab eo avelleret. Lepidum ibi missus a Pompejo Gallus oppugnabat: & quum nihil efficeretur, uterque inde ad Artemisium venerunt. Gallus Pompeji vires auxit: Lepidus autem, dissidio inter ipsum ac Cæsarem oborto, (quia ipse, ut collega Cæsaris, omnia æquato imperio administrare, Cæsar autem Lepido in omnibus rebus tantum legati loco uti volebat) ad Sextum Pompejum inclinavit, ac occulte cum eo consilia agitavit. Cæsar, quum id quod res erat suspicaretur, & neque aperire animum suum auderet, ne eum palam hostem sibi redderet; neque tuto occultare posset, quod & suspectum fore arbitrabatur, si nulla de re cum eo communicasset, & periculosum, si omnium participem consiliorum reddidisset: statuit quamprimum prælio decernere, priusquam novi alii motus existerent. Cæterum aliam festinandi causam habebat nullam, quod & alimentis, & pecunia Sextus destituebatur: ita ut spes esset, posse propediem citra prælium eum everti. Proinde Cæsar pedestres copias in aciem ante castra eduxit: pariter adnavigans Agrippa, naves in mari constituit: idque aliquot continuis diebus factum, ita ut Pompejus, a copiis multo imparator, cum neutris congrederetur. Postremo metuens Pompejus, ne contemptus ob hæc, a sociis desereretur: navibus, quibus confidebat magis, occurrere hosti suos jussit.

A.U.C. 718
L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

Ὡς οὖν [27] τό, τε σημεῖον ἤρθη, καὶ ἡ
σάλπιγξ ὑπεσήμηνεν, ἐκεῖναί [f] τε αἱ πᾶσαι
πρὸς τῇ γῇ συνέμιξαν, καὶ ὁ πεζὸς ἀμφο-
τέρων ὁμοίως ἐπ' αὐτῆς τῆς ἠιόνος παρετάξα-
το, ὥστε τὴν θέαν ἀξιολογωτάτην γενέσθαι. ἥ
τε γὰρ θάλασσα ἡ ἐκεῖ πᾶσα τῶν νεῶν ἐπε-
πλήρωτο, (πολλαὶ γὰρ οὖσαι ἐπὶ πλεῖστον ἐπέ-
χον) καὶ ἡ χώρα, ἡ μὲν ἐγγὺς αὐτῆς, ὑπὸ
τῶν ὡπλισμένων, ἡ δ' ἄλλη προσεχὴς, ὑπὸ
D τοῦ λοιποῦ ἑκατέρων ὁμίλου [g] καθείχετο. ὅθεν-
περ καὶ ὁ ἀγὼν ἔδοξε μὲν τῶν ναυμαχούντων
μόνων εἶναι, τῇ δ' ἀληθείᾳ καὶ τῶν ἄλλων ἐγέ-
νετο. [b] οἵ τε γὰρ ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντες προ-
θυμότερον ἐς τὴν τῶν ὁρώντων σφᾶς ἐπίδειξιν
ἠμιλλῶντο, καὶ ἐκεῖνοι, εἰ καὶ ταραλίσα ἀπεί-
χοντο ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ πρός γε τὴν τῶν
δρωμένων

9. Signo elato, postquam classicum concinuisset, omnes naves juxta terram congressæ sunt: simulque pedestres utrinque copiæ ipso in littore in acie collocatæ, sane quam memorabili spectaculo. Omne enim ejus loci mare navibus refertum erat, quæ multæ admodum numero, maximum spatium obtinebant: terra mari vicina, armatis a militibus; proxima deinde, a turba reliquorum utriusque partis hominum erat occupata. Itaque ipsum certamen, quanquam navalium tantum copiarum futurum videbatur, tamen re ipsa ad alios etiam pertinebat. Alacriores enim classiarii pugnam obibant, ut suis inspectantibus sese ostentarent: contraque illi, etsi non confligebant inter se, tamen ob pugnæ illius conspectum, ipsi etiam quodammodo interesse certamini videbantur. Quamdiu enim æquis viribus

e ὑπῆν. ἐπῆν, V. b. πολὺ ὑπῆν, Med.
f τε αἱ πᾶσαι. τ' ἅπασαι, Med. τε vel θ'. scribendum erat.
g καθείχετο. παρεῖχετο, V. a. male.
b εἴ τε γὰρ. εἴτε γὰρ, RS. quod emendavit X. eumque secuti HS. & L.

vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere sibi tibias jussit, quasi quotidie triumpharet, ut est apud Florum II. 2. 10. Idem L. Cornificius deinde Consul, infra p. 403. & 411.

§ 24. (l. 38.) περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον] Appianus p. 738. ὁ Καῖσαρ στενῶν τε καθέσχε καὶ Μυλῶν, καὶ Ἀρτεμισίου, πολίχνης βραχυτάτης, ἐν ᾗ φασι τὰς ἡλίου βοῦς γενέσθαι καὶ τὸν ὕπνον Ὁδυσσεῖ. Vide Eustathium ad Odyss. μ'. p. 491. sq. Phil. Cluverium, libro II. antiquæ Siciliæ c. 5. p. 305. sq.

§ 25. (l. 42.) Γάλλος ὁ Τισιήνος] Appianus p. 731. & 738. 748. Mentio hujus Galli supra p. 364. C.

§ 26. (l. 45.) καὶ οὐκ ἐνθὺς] Invitus Lepidus auxilia Augusto pollicitus fuerat, ut notavit Dio p. 392. A. itaque maligne submittebat illa & tardius, utpote qui ipse sibi summum imperium rapere gestiebat, sed in ordinem non diu post redactus a Cæsare, ut dicetur p. 399. C.

§ 27. (l. 77.) τό, τε σημεῖον ἤρθη] Antequam classicum caneretur, signum pugnæ proponi consuevit tunica coccinea sive vexillum russatum in nave sublatum prætoria. Vide Lipsium lib. IV. de militia Romana, Dialogo 12. & de classico, dialogo 10.

A.U.C.718 L. Gellio & Coccej Nerva COSS.

viribus utrinque certatum est, (erat enim hæc navalis pugna prioris similima) ipsorum quoque spectantium animi in neutram partem commovebantur, & sperabant quidem omnino eam pugnam bello finem imposituram: sin minus, at certe Cæsariani, si hanc quoque victoriam obtinuissent, nullum sibi deinde magnum laborem reliquum fore; Pompejani, si nunc superarent, postea se nunquam succubituros sibi pollicebantur. Hac spe animos utrique confirmabant suos: ideoque silentium tenebant, quo melius pugnam spectare ipsi possent, neve eos, qui decertabant, a contentione averterent. Brevibus etiam clamoribus pugnantes navali prælio acclamabant, aut deos invocabant; suos victores laudabant, victos increpabant. Multis autem & suos utrinque hortabantur, & mutuo alteri contra alteros vociferabantur, ut & sui facilius ab se dicta exaudirent, & hostes vocem suorum minus perciperent.

δρωμένων ὄψιν καὶ αὐτοὶ τρόπον τινὰ ἠγωνίζοντο. ἀνιπάλου γὰρ ἐπὶ πολὺ τῆς μάχης γενομένης, (ὁμοιοτροπώταται γὰρ τοῖς πρόσθεν ἐναυμάχησαν) ἰσορρόπῳ καὶ αὐτοὶ συστάσει τῆς γνώμης συνέχοντο. μάλιστα μὲν γὰρ καὶ τὸν πόλεμον πάντα ἐν αὐτῇ καταλυθήσεσθαι ἤλπιζον· εἰ δὲ μή, οἱ μέν, εἰ καὶ τότε κρατήσειαν, οὐδὲν ἔτι μέγα ἐπιπονήσειν· οἱ δέ, εἰ τότε νικήσειαν, οὐκ ἔθ' ἡττηθήσεσθαι προσδοκῶντες, ἐρρώντο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ σιωπῇ, ὅπως αὐτοί τε πρὸς τὰ γιγνόμενα ἀποβλέπωσι, καὶ τοὺς ἐν τῷ ἔργῳ μὴ ἀποτρίβωσι· καὶ κραυγῇ μικρᾷ ἐχρῶντο, τούς τε ναυμαχοῦντας ἀνακαλοῦντες, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιβοώμενοι· καὶ τοὺς μὲν κρατοῦντας σφῶν ἐπαινοῦντες, τοὺς δ' ἡττωμένους λοιδοροῦντες· καὶ πολλὰ μὲν ἐκείνοις αὐτιπαρακελευόμενοι, πολλὰ δὲ καὶ ἀλλήλοις αὐτιβοῶντες, [k] τοῦ τε τοὺς σφετέρους ῥᾷον τὰ λεγόμενα ἀκούειν, [l] καὶ τοῦ τοὺς ἐναντίους ἧττον τῶν οἰκείων ἐπαΐειν.

E

398

10. Hæc utrinque fiebant, quamdiu dubia victoria pugnatum est: quin etiam motu corporis signa suis dabant, quasi aut videre ea illi, aut intelligere possent. Sed postquam Pompejani in fugam compulsi sunt, tum confertim atque uno impetu, & Cæsariani lætum clamorem, & Pompejani ululatum sustulerunt: atque hi quidem, quasi una cum suis victi, statim Messanam petierunt. Cæsar autem eos, qui victi ad terram effugerant, excepit: ac ipsum in mare progressus, omnes naves, quæ in paludes ejectæ erant, combussit: ut jam neque navigantibus securitas esset, quippe quos Agrippa cædebat: neque ad terram appellentibus, quos Cæsar interficiebat: perpaucis exceptis, qui fuga ante elapsi Messanam sese corripuerant. In hoc prælio captus Democharis se ipse interfecit, Apollophanes navi sua integra etiamnum, quum posset effugere, ad Cæsarem se contulit. Quod idem cum alii non pauci, tum Gallus etiam, omnesque ejus equites, & pedites aliquot fecerunt.

Τέως μὲν οὖν ἰσοπαλεῖς ἦσαν, οὕτω τε ταῦτα παρ' ἀμφοτέρων ὁμοίως ἐγίγνετο, καί τι καὶ τοῖς σώμασιν, ὡς καὶ ἰδεῖν καὶ νοῆσαι δυναμένοις σφίσιν, ἐνεδείκνυντο· ἐπεὶ δὲ ἐτράποντο οἱ τοῦ Σέξτου, ἐνταῦθα ἤδη ἀθρόοι, καὶ [28] ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, [29] οἱ μὲν [m] ἐπαιώνησαν, οἱ δὲ ὠλοφύροντο. καὶ οὗτοι μὲν, ὡς καὶ αὐτοὶ συννενικημένοι, πρὸς τὴν Μεσσήνην εὐθὺς ἀπεχώρησαν· ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ τούς τε ἐκπίπτοντας τῶν ἡττωμένων ἐς τὴν γῆν ἐξεδέχετο, καὶ ἐς αὐτὴν τὴν θάλασσαν ἐπεσβαίνων πάντα τὰ σκάφη, τά τε ἐς τὸ τεναγῶδες ὀκέλλοντα καὶ ἐπίμπρη· ὥστε μήτε τοῖς ἔτι πλέουσιν ἀσφάλειαν εἶναι, (πρὸς γὰρ τοῦ Ἀγρίππου ἐκόπτοντο) μήτε τοῖς [n] προΐσχουσί πη, (πρὸς γὰρ τοῦ Καίσαρος διώλυντο) πλὴν ὀλίγων, ὅσοι ἐς τὴν Μεσσήνην προκατέφυγον. καὶν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ μὲν [30] Δημοχάρης ἁλισκόμενος ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν· ὁ δ' Ἀπολλωφάνης ἄθραυστον τὴν ναῦν ἔχων, καὶ δυνηθεὶς ἂν φυγεῖν, προσεχώρησε τῷ Καίσαρι. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἄλλοι, ὅ, τε Γάλλος, καὶ οἱ ἱππεῖς [o] οἱ σὺν αὐτῷ πάντες, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ πεζοί τινες ἐποίησαν.

C

11. Quæ non minima causa fuit Pompejo, ut desperatis rebus, de fuga cogitaret. Itaque filia, amicisque, & pecuniis, cæterisque rebus pretiosis

Ἀφ' ὑπερ οὐχ ἥκιστα ὁ Σέξτος ἀπογνοὺς τὰ παρόντα, φυγεῖν ἐβουλεύσατο· καὶ παραλαβὼν τήν τε θυγατέρα καὶ ἄλλους, τά τε χρήματα καὶ τὰ λοιπὰ

D

[i] ἐ τότε. ἀ τότε γε, Med. [k] τοῦ τε τοὺς σφετέρους. τούς τε σφετέρους, V. a. minus bene. [l] καὶ τοῦ τοὺς ἐναντίους. vulgo καὶ τοῦτο τοὺς ἐναντ. sed illa est emendatio Xyl. quam non dubitavi recipere, præsertim quod confirmetur lectione, quamvis falsa, cod. V. a. qui τούτους habet, quod procul dubio corruptum ex τοῦ τοὺς. [m] ἐπαιώνησαν. ἐπαιάνισαν, X. vide F. [n] προΐσχουσί πη. vitiatum est dubio procul. putoque scribendum προσχοῦσί πη, L. immo manifestum est, προσίσχουσι scribendum esse, quod *appellere*, *appropinquare* significat. [o] οἱ σὺν αὐτῷ. sic & simpliciter Zonaras. V. b. addit ὄντες.

§ 28. (l. 17.) ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς] infra p. 627. D. πάντες ἀπὸ μιᾶς γλώσσης καλεῖσθων αὐτοῦ. Et p. 258. C. ὁ σύμπας δῆμος ἀπὸ μιᾶς γλώσσης, εἴγε μίαν φωνὴν ἐδυνήθη λαβεῖν. In excerptis Peiresc. p. 674. ἀπὸ κοινῆς γνώμης. Sæpe nudum ponitur ἀπὸ μιᾶς, ubi φωνῆς subintelligunt alii, vel ψυχῆς, vel ψήφου, vel γνώμης denique. Vide Venerandi nostri atque eruditissimi Viri Joh. Christophori Wolfii Curas philol. ad Luc. XIV. 18.

§ 29. (l. 18.) οἱ μὲν ἐπαιώνησαν] Communi dialecto & Attica legendum foret ἐπαιάνισαν, a παιανίζω, unde παιανισμός, vox usurpata Thucydidi, sed ut sæpe notavi, η, & ι, non raro ab exscriptoribus confunduntur, ob inferioris hellenismi jotacismum. Quod si sic ut hic legitur Dio scripsit, βιθυνίζα non ἀτλικίζα. Ita Jac. Palmerius in exercitationibus ad auctores Græcos p. 256.

§ 30. (l. 28.) Δημοχάρης] de hoc Sexti legato supra p. 392. E. uti de Apollophane p. 386. A. de Gallo p. 396. D. cujus deditionem commemorat etiam Appianus V. civil. p. 740. ubi prælium hocce & cladem Sexto illatam uberius describit, cujus XXVIII. naves demersæ, cæteræ omnes exceptis septendecim vel crematæ vel captæ vel allisæ littori fractæque. [Zonaras hic male pro Apollophane Apollodorum nominat p. 517. B.]

§ 31. (l. 41.) Ὁ γὰρ Λέπιδος τῇ τε Μεσσήνῃ] Idem Appianus p. 741. ubi Plennium, Sexti legatum, Messanæ præsidio venisse refert post illius fugam: sed urbem postea sesequetradidisse Lepido, qui hanc exercitui Plennii, suisque legionibus diripiendam permisit.

§ 32. (l. 49.) τῆς Σικελίας ἀνεποιεῖτο] Vellej. II. 80. *Lepidus inflatus amplius XX. legionum numero, in id furoris processerat, ut inutilis in aliena victoria comes, quam diu moratus erat dissidendo in consiliis Cæsari, & semper diversa iis quæ aliis placebant dicendo, totam victoriam ut suam interpretaretur, audebatque denunciare Cæsari, excederet Sicilia.*

λοιπὰ ρ τὰ πλείστου ἄξια, ἐς τὰς ναῦς τὰς ἀρίστας τῶν σωθεισῶν πλεούσας ἐσθέμενος, νυκτὸς ἀπῆρεν· οὐδὲ ἐπεδίωξέ τις αὐτόν. ἐκεῖνός τε γὰρ λάθρα ἐξέπλευσε, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐν μεγάλῃ ταραχῇ παραχρῆμα ἐγένετο. [31] ὁ γὰρ Λέπιδος τῇ τε Μεσσήνῃ προσέπεσε, καὶ ἐσδεχθεὶς ἐς αὐτὴν, τὰ μὲν ἐνεπίμπρη, τὰ δ' ἥρπαζεν. ἐπειδή τε ἐκεῖνος αἰσθόμενος τοῦτ' ἐπῆλθέ τε οἱ διαταχέων, καὶ ἐμποδὼν ἐγένετο, τῆς μὲν πόλεως ὑπεξῆλθε φοβηθείς, ἐπὶ δὲ λόφον τινὰ καρτερὸν ᾗ ἀνασταυροπεδευσάμενος, ἐγκλήματα ἐποιεῖτο, καταλέγων πάνθ' ὅσα ἐλαττοῦσθαι ἐνόμιζε· καὶ τά τε ἄλλα ἀπήτει, ὅσα αὐτῷ κατὰ τὴν πρώτην σφῶν συνωμοσίαν ἐδέδοτο, καὶ [32] τῆς Σικελίας, ὡς καὶ συγκαταστρεψάμενος αὐτήν, ἀνταποιεῖτο. καὶ ὁ μὲν ταῦτά τε τῷ Καίσαρι πέμπων τινὰς ἐπεκάλει, καὶ ἐς δίκην αὐτὸν προὐκαλεῖτο. εἶχε δὲ τάς τε δυνάμεις ἃς ἐκ τῆς Λιβύης ἐπῆκτο, καὶ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν τῇ Μεσσήνῃ πάντας· ἐπειδὴ καὶ πρώτως ς ἐς αὐτὴν ἐσεληλύθει, καί τινα καὶ ἐλπίδα νεωτέρων σφίσι πραγμάτων ὑπεβεβλήκει.

399

Καῖσαρ δὲ πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν ἀντεῖπε· νομίσας δὲ δὴ πάντα τὰ δίκαια παρά τε ἑαυτῷ καὶ παρὰ τοῖς ὅπλοις, ἅτε καὶ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ὤν, ἔχειν, εὐθὺς ἐπ' αὐτὸν μετ' ὀλίγων τινῶν ὥρμησεν· ὡς καὶ ἐκεῖνόν τε ἐκ τοῦ αἰφνιδίου, [33] οἷα μηδὲν δρασήριον ἔχοντα, καταπλήξων, καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ προσποιησόμενος. ἐσῆλθε μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον, δόξας σφίσι διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν τ συνακολουθούντων εἰρηνικόν τι πράξειν· ὡς δ' οὐδὲν κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἔλεγε, παρωξύνθησαν, [34] καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ, καί τινας τῶν ἄλλων καὶ ἀπέκτειναν. ᵗ ἐκεῖνος γὰρ ἐν τάχει βοηθείας τυχὼν ἐσώθη, καὶ μετὰ τοῦτ' ἐπῆλθέ τε αὖθις αὐτοῖς μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ, καὶ κατακλείσας σφᾶς ἐς τὸ τάφρευμα, ἐπολιόρκει. [35] φοβηθέντες οὖν τὴν ἅλωσιν, κοινῇ μὲν οὐδὲν διὰ τὴν τοῦ Λεπίδου αἰδὼ ἐνεόχμωσαν, ἰδίᾳ δὲ κατ' ὀλίγους ὡς ἕκαστοι ἐγκαταλέλιπον αὐτόν, καὶ μεθίσαντο· καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος ἠναγκάσθη " ἐθελοντὴς [36] ἐν ἐσθῆτι φαιᾷ ἱκέτης αὐτοῦ γενέσθαι. καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου [37] τῆς τε ἐξουσίας πάσης παρελύθη, καὶ [38] δίαιταν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ˣ οὐκ ἄνευ φυλακῆς εἶχε· τῶν δὲ δὴ τὰ τοῦ Σέξτου πραξάντων, οἱ μὲν ἱππεύοντες ἢ καὶ βουλεύοντες ἐκολάσθησαν, πλὴν ὀλίγων· τοῦ δὲ ἐν τῷ τεταγμένῳ ὄντος, τὸ μὲν

A.U.C. 718
L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

sis in naves superstites, quæ essent quam maxime agiles, impositis, noctu abiit, nemine insequente: quia & clanculum discedebat, & Cæsarem continuo ingens tumultus exceperat. Lepidus enim Messanam adortus, receptusque, incendio ac direptione urbem vastaverat. Qua re intellecta, Cæsar, cum celeriter, inhibendi ejus causa, superveniisset; Lepidus, urbe relicta, propter metum, & in colle quodam munito castris factis, Cæsarem culpabat, recensitis omnibus ejus injuriis, reposcensque ea omnia, quæ a conjuratione prima sibi data fuerant, & Siciliam velut sua quoque opera subactam sibi vindicans. His Cæsari per internuncios objectis, simul eum ad disceptationem causæ provocabat. Habebat autem secum eas copias, quas ex Africa adduxerat, omnesque eos, qui Messanæ remanserant. Hi enim simul atque Lepidus prior Messanam venit, & spem novarum rerum ostendit, sese ei adjunxerant.

12. Cæsar ad objecta nihil respondens, cum omne jus in se poneret, & in armis, quibus Lepido præstabat, statim cum paucis quibusdam ad Lepidi castra accessit, sperans se eum repentino adventu, hominem alioquin parum strenuum, perterrefacturum, ejusque milites sibi adjecturum. Admissus autem, quod propter suorum paucitatem videbatur pacificum aliquid acturus, quum non ex sententia militum Lepidi esset locutus; ad iram ii concitati, impetum in eum fecerunt; Cæsarianisque aliquot cæsis, ipse Cæsar, suis properato subvenientibus, periculum evasit. Quapropter postea cum universo suo exercitu adversum eos profectus, castris inclusos obsedit. Milites Lepidi, quum metuerent, ne vi caperentur; etsi Lepidum reverentes, publice nihil movebant, tamen privatim exiguis catervis, eo deserto, ad Cæsarem desciverunt. Lepidus igitur eorum defectione adactus est, ut ultro supplex, vestitu pullo, ad Cæsarem veniret: eique potestas omnis prorsus adempta, vitaque in Italia, non sine custodia, concessa est. Equites & senatores, qui Pompejo favissent, supplicio affecti, paucis exceptis. Legionarios milites ingenuos Cæsar in suas

ρ τὰ. sic plenius Med. q ἀνασταυροπεδευσάμενος. ἀνιστραυλοπεδ. V.b. στραυλοπεδευσάμενος, Z. r πρώτως. rectius πρῶτος, L. s συνακολουθούντων. οἱ addit Med. t ἐκεῖνος γὰρ. ita V.a. Med. & Xiph. quam lectionem etiam aptiorem judicat X. & Od. vulgo omittitur γὰρ. u ἐθελοντὴς. δὴ addit. Med. x οὐκ ἄνευ φυλακῆς. οὐκ male omittitur in editionibus Xiph. nam & Coisl. & Br. οὐκ habent, & δίαιταν ἔμφρουρον dicit Z.

§ 33. (l. 61.) οἷα μηδὲν δρασήριον] Ignaviam & ἀργίαν Lepidi, tangit etiam Appianus p. 742. & Vellej. II. 80. *Virum omnium vanissimum* vocans, *neque ulla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritum.* & Dio supra non uno loco p. 359. A. τὴν ναθέαν, & D. τὴν τῆς γνώμης ἀθένειαν, & p. 364. D. iterum τὴν ἔμφυτον ναθέαν. Sane videtur Lepidus, si mens non læva fuisset, facile potuisse locum suum & auctoritatem tueri, cui exercitum Plennii nacto, præter copiosum equitatum jam erant viginti legiones, ut est apud Sueton. vel ut Appianus, viginti duæ, ut Vellejus, amplius XX.

§ 34. (l. 66.) καὶ ἐπέθετό αὐτῷ] Augustus ipse per illum tumultum in thorace percussus telo, sed quod ad vivum non penetravit. Appianus p. 742.

§ 35. (l. 71.) φοβηθέντες οὖν τὴν ἅλωσιν] Non metu adeo quam ab Augusto sollicitatos ac corruptos duces militesque, & pertæsos civilis belli, virtutemque Cæsaris præferentes, defeciisse, idem Appianus testatur. Vellej. II. 80. *Scires quid interesset inter duces, armati inermem secati sunt.*

§ 36. (l. 75.) ἐν ἐσθῆτι φαιᾷ] Idem Vellejus: *Decimo anno quam ad dissimillimam vitæ suæ potentiam pervenerat Lepidus, & a militibus & a fortuna desertus, pulloque velatus amiculo, inter ultimam confluentium ad Cæsarem turbam latens, genibus ejus advolutus est.* τὸ σχῆμα ἀπαύξας, Appian. p. 743.

§ 37. (l. 76.) τῆς τε ἐξουσίας πάσης] Epitome Livii lib. 129. *M. Lepidus, quum bellum Cæsari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit.* Vellejus: *Vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt, spoliata quam tueri non poterat dignitas.* Permissum etiam quoad viveret sacerdotium, infra p. 401. B. p. 531. D. Appianus p. 743. 746.

§ 38. (l. 77.) δίαιταν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ] Sueton. c. 16. *Post Pompeji fugam collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem XX. legionum fiducia, summasque sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu, supplicemque concessa vita Circejos in perpetuum relegavit.* Postea etiam invitum reduxit Romam. vide quæ in-

A.U.C.718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

suas legiones adscripsit, servos dominis reddidit, ut pœnas darent: quorum autem domini non inveniebantur, ii in crucem acti sunt. Urbes, quæ ultro deditionem faciebant, veniam invenerunt: in eas, quæ resistebant, animadversum est.

13. Hæc agentem Cæsarem militum suorum seditio excepit. Hi multitudine sua elati, pericula, & spes ob ea sibi propositas reputantes, præmia immodica petebant, ac congressi inter se, poscebant singuli ea, quæ animo destinaverant. Quum eos sermones frustra serere se viderent, (Cæsar enim eos nihil jam curabat, quia nullus supererat hostis) tumultuati sunt: ac ipsi Cæsari exantlatas a se ærumnas recensuerunt, promissaque ejus commemoraverunt: minis crebro adjectis, vel invitum eum sperantes in ipsorum potestate futurum. Quum nihil obtinerent, ira atque clamore immoderato usi, missionem velut exhausti laboribus postulavere: non quod eam cuperent; (erant enim plerique integra adhuc ætate) sed quod jam bellum contra Antonium futurum prævidentes, nimis sibi tribuebant, existimabantque, si se a signis ejus discessuros minitarentur, fore ut ea impetrarent, quæ alioquin frustra poposcerant. Sed ne hac quidem via res successit. Nam Cæsar, etsi satis compertum habebat de bello futuro, & eorum consilia probe intelligebat, tamen non concessit eis: ita judicans, non debere imperatorem, præter animi sui sententiam, quicquam agere coactum a militibus: quibus si semel morem gessisset, statim eos alia, quæ postularent, inventuros.

14. Proinde simulans, se eorum petitionem æquam judicare & humanam, primum eos exauctoravit, quibus bello Mutinensi contra Antonium usus erat: deinde instantibus aliis, omnes ex eis

μὲν ἐλεύθερον ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος στρατόπεδα καταλέχθη, τὸ δὲ δεδουλευκὸς τοῖς δεσπόταις πρὸς τιμωρίαν ἀπεδόθη· εἰ δέ του μηδεὶς κύριος εὑρίσκετο, ἀνεσκολοπίζετο. τῶν τε πόλεων αἱ μὲν ἑκούσιαι αὐτῷ προσχωρήσασαι, συγγνώμης ἔτυχον· αἱ δ' ἀντάρασαι, ἐδικαιώθησαν.

Πράσσοντι δ' αὐτῷ ταῦτα οἱ στρατιῶται ἐξασίασαν. ἄλλως τε γὰρ οὐκ ὀλίγοι ὄντες, πρὸς τὴν ὄψιν τοῦ πλήθους σφῶν ἐθρασύνοντο, καὶ τοὺς κινδύνους τάς τε ἐλπίδας τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐκλογιζόμενοι, πρός τε τὰ γέρα ἀπλήστως εἶχον, καὶ συλλεγόμενοι κατ' ἀλλήλους ἠτοῦν ὅ, τι τις ἐπόθει. ἐπειδή τε μάτην ἐθρύλλουν, (ὁ γὰρ Καῖσαρ, ἅτε μηδενὸς ἔτι πολεμίου οἱ παρόντος, ἐν ὀλιγωρίᾳ αὐτοὺς ἐποιεῖτο) ἐθορύβουν· καὶ αὐτῷ καὶ προσφέροντες πάνθ', ὅσα ἐτεθαλαπώρηντο, καὶ προβάλλοντες εἴ τι που ὑπέχοιτο σφίσι, πολλὰ ἐπηπείλουν, καὶ ἐνέμιζον καὶ ἄκοντα αὐτὸν καθαδουλώσεσθαι. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐπέραινον, τῆς γοῦν στρατείας, ὡς καὶ κεκμηκότες, ἀφεθῆναι ἠξίουν, θυμῷ καὶ βοῇ ἁπλέτῳ χρώμενοι· οὐχ ὅτι καὶ ἐβούλοντο αὐτῆς ἀπαλλαγῆναι, (καὶ γὰρ ἤκμαζον σφῶν οἱ πλείονες) ἀλλ' ὅτι τὸν μὲν πόλεμον τὸν πρὸς τὸν Ἀντώνιόν οἱ ἐσόμενον ὑπετόπουν, καὶ διὰ τοῦθ' ἑαυτοὺς ἀνετίμων. ὧν γὰρ ἀπαιτοῦντες ἀπεύγχανον, ταῦτ' ἐγκαλεῖψειν αὐτὸν ἀπειλοῦντες, λήψεσθαι προσεδόκων. οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο σφίσι προύχώρησεν· ὁ γὰρ Καῖσαρ, εἰ καὶ ταμάλιστα τὸν πόλεμον ἀκριβῶς ἤδει γενησόμενον, καὶ τὰ ἐκείνων βουλήματα σαφῶς συνίει, ἀλλ' οὖν καὶ ὑπεῖξεν αὐτοῖς· νομίζων μηδὲν δεῖν τὸν ἄρχοντα παρὰ γνώμην ὑπὸ τῆς τῶν στρατιωτῶν βίας ποιεῖν, ὡς καὶ ἄλλο τι αὖθις σφῶν διὰ τοῦτο πλεονεκτήσαι ἐθελησόντων.

Προσποιησάμενος οὖν, εὐλογά τε αὐτοὺς ἀξιοῦν, καὶ ἀνθρωπίνων δεῖσθαι, διῆκε πρώτους μὲν τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον [42] πρὸς τὴν Μουτίναν στρατεύσαντας αὐτῷ, ἔπειτα δὲ ὡς καὶ οἱ ἄλλοι ἐνέκειντο, καὶ ἐξ ἐκείνων

y αὐτῷ. οἱ, Med. z ἀπεύγχανον. οὐκ ἐτύγχανον, Med. a τὸν πόλ. τόν τε πόλ. Med.

fra p. 531. B. eoque pertinet quod ait Appianus p. 743. ἔπεμψεν ἐς Ῥώμην ἐφ' ὅπερ ἦν χήμαλος ἰδιώτην ἀπ' αὐτοκράτορος.

§ 39. (l. 88.) πρὸς τὴν ὄψιν τοῦ πλήθους σφῶν] Vellej. II. 81. *Subita deinde exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam, a disciplina desciscit, & quod cogere se putat posse, rogare non sustinet.* Itaque & Domitianus geminari legionum castra prohibuit, ne ex multitudine fiduciam res novas moliendi caperet, ut recte ad Sueton. Domitian. c. 7. Casaubonus annotavit. Appianus eandem quam Dio seditionem describens p. 744. tradit, Augusti tunc copias fuisse legiones XLV. & equitum viginti quinque millia, levis armaturæ tantundem quantum equitum & dimidium insuper, naves longas sexcentas.

§ 40. (l. 92.) ἠτοῦν ὅ, τί τις ἐπόθει] Ex eodem Appiano constat, exercitum, præsertim Augusti proprium, hac mota seditione flagitasse missionem & præmia, qualia Philippensi prælio victores acceperant, de quibus p. 360. B.

§ 41. (l. 11.) μηδὲν δεῖν ὑπὸ τῆς τῶν στρατιωτῶν βίας ποιεῖν] Hoc præceptum prudentissimum ex Julii Cæsaris disciplina Augustus hausit, qui nunquam cessit tumultuantibus, atque etiam obviam semper iit, ut est apud Sueton. c. 69. Similis constantiæ exemplum adversus seditiosos recurret p. 412. B.

§ 42. (l. 16.) πρὸς τὴν Μουτίναν] De hoc bello supra p. 400 sq. Appianus p. 745. addit, etiam exauctoratos eos, qui Philippensi prælio contra Cassium & Brutum interfuerant, & ad vicies millenos statim ablegatos ex Sicilia, ne cæteros contagione corrumperent. τῶν δ' ἐν Φιλίπποις καὶ Μουτίνῃ στρατευσαμένων, ὡς χρονιωτέρων ἄρα ὄντων, ἐδίδου τοῖς θέλουσιν ἀνιστρατεύεσθαι, καὶ γενομένους ἐς δισμυρίους ἐυθὺς ἀπέλυε, καὶ ἐξέπεμπε τῆς νήσου, μὴ διαφθείρωσιν ἑτέρους.

§ 43. (l. 23.) πλὴν τῶν προτέρων] Idem Appianus: τοσόνδε τοῖς ἐκ Μουτίνης μόνοις ἐπαπὼν, ὅτι σφίσιν ἀποδώσει τά τε ὑπεχημένα, καίπερ οὔπω ἀπολυθέντας.

§ 44. (l. 26.) πενταχοσίας δραχμὰς] Perperam Appiani interpres, p. 745. *quingenos sestertios*, quingenti enim denarii sive quingentæ drachmæ valent sestertios bis mille. Ita seditionem partim severitate, partim liberalitate Augusti discussam fuisse, notat Vellejus lib. II. c. 81.

§ 45. (l. 27.) στέφανον ἐλαίας] Ut supra p. 318. A.

§ 46. (l. 31.) στέφανον χρυσοῦν ἐμβόλοις ἠσκημένον] Livii Epitome 129. *M. Agrippa navali corona ab Cæsare donatus est, qui bonos nemini ante eum habitus erat.* Vellejus *coronam classicam* appellat. Meminit & Seneca III. 32. de benefic. *Agrippa navali corona insignis, unicum adeptus inter dona militaria decus.* Ex Dione constat, auream fuisse & rostrorum navalium imaginibus insignem, unde *rostrata* Plinio XVI. 4. & Servio ad Æneid. VIII. 682. & apud Virgilium VIII. Æneid. 684. *tempora navali fulgent rostrata corona.* Plura Carolus Paschalius de coronis VII. 4. & Joh. Schefferus de militia navali IV. 3. Apud Jo. Valentem in numismatis Græcis p. 7. exstat Agrippæ caput cum corona rostrata, ex adverso habens jugata capita filiorum Caji & Lucii, in numo Alabandensium, quem puto demum cusum postquam Cajus & Lucius ab Augusto essent adoptati. Habes & effigiem Agrippæ in numis apud Schefferum, Fulvium Ursinum, Patinum in Familiis Romanis familia Vipsania, & in Sicilia Parutæ, & apud Tristanum T. I. p. 131. aliosque.

§ 47. (l. 32.) ὃ μὴ πρότερον μήτ' ἄλλῳ τῳ] Ante Agrippam tamen M. Varro corona navali donatus fuit a Pompejo in bello piratico, & post Augusti tempora complures isthoc mactatos fuisse honore, testimoniis haud inficiandis demonstrat Schefferus

γων ἅπαντας τοὺς δέκατον ἔτος ἐν τῇ στρατείᾳ ἔχοντας. καὶ ἵνα γε τοὺς λοιποὺς ἐπισχῇ, προσανεῖπεν ὅτι οὐδενὶ ἔτ' αὐτῶν, οὐδ' ἂν ταμάλισα ἐθελήσῃ, χρήσεται. ἀκούσαντες δὲ τοῦτο, οὐδὲν ἔτ' ἐφθέγξαντο, ἀλλὰ καὶ πάνυ προσέχειν αὐτῷ ἤρξαντο, ὅτι τοῖς τε ἀφειμένοις οὐ πᾶσι, [43] πλὴν τῶν πρωτέρων, ἀλλὰ τοῖς ἀξιωτάτοις τά τε ἄλλα, ὅσα ὑπέσχητο, δώσειν, καὶ χώραν νέμειν ἐπηγγείλατο, καὶ σφίσι πᾶσι μὲν [44] πεντακοσίας δραχμὰς, τοῖς δὲ δὴ ναυκρατήσασι καὶ [45] στέφανον ἐλαίας ἔδωκε. καὶ τούτου τούς τε ἄλλους πολλὰ ὡς ἑκάστους, καὶ τοὺς ἑκατοντάρχους, ὡς καὶ ἐς τὰς βουλὰς αὐτοὺς τὰς ἐν ταῖς πατρίσι καταλέξων, ἐπήλπισε. τοῖς τε ὑποστρατήγοις ἄλλοις τε ἄλλα, καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ [46] στέφανον χρυσοῦν ἐμβόλοις ἠσκημένον ἐδωρήσατο· [47] ὃ μὴ πρότερον, μήτ' ἄλλῳ τῳ ἐγένετο. καὶ ὅπως γε διὰ παντὸς, ὁσάκις οἵ τινα ἐπινίκια πέμψαντες [48] τὸν στέφανον τὸν [b] δάφνινον, ἐκεῖνος τούτῳ τῷ [c] ναυτικῷ χρῷτο, δόγμα τι ὕστερον ἐβεβαιώθη. [d] οὕτω μὲν οὖν τότε τοὺς στρατιώτας κατέστησε· καὶ τὸ μὲν ἀργύριον αὐτίκα, τὴν δὲ χώραν οὐ πολλῷ ὕστερον αὐτοῖς ἔδωκεν. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξήρκεσεν ἡ ἐν τῷ δημοσίῳ [e] τότε οὖσα, προσεξεπρίατο ἄλλην τε [49] καὶ παρὰ Καμπανῶν τῶν ἐν τῇ Καπύῃ οἰκούντων συχνὴν, (καὶ γὰρ ἐποίκων ἡ πόλις πολλῶν ἐδεῖτο) καὶ αὐτοῖς [50] τό, τε ὕδωρ τὸ [f] Ἰούλιον ὠνομασμένον, ὑφ' οὗ καὶ ταμάλισα διὰ πάντων ἀγάλλονται, [51] τήν τε χώραν τὴν Κνωσίαν, ἣν καὶ νῦν ἔτι κατοῦνται, ἀνέδωκε. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο. τότε δὲ τά τε ἐν τῇ Σικελίᾳ [g] διῴκησε, καὶ [52] τὴν Λιβύην ἑκατέραν ἀμαχεὶ [53] διὰ Σταυλίου [b] Ταύρου παρεσήσατο· τῷ τε Ἀντωνίῳ τὸν ἴσον ἀντὶ τῶν ἀπολομένων νεῶν ἀριθμὸν ἀνέπεμψε.

eis etiam illos, qui decennio meruissent: ad inhibendos autem cæteros dixit, se nullo dimissorum posthac usurum, si vel maxime id flagitasset. Quibus auditis, nihil proferebant amplius, sed oppido ei adtendere incipiebant; quod primis exceptis, cæteris exauctoratis militibus, nec omnibus tamen, sed dignissimis quibusque, præstitutum omnia se polliceretur, quæ promisisset, atque agros etiam concessurum. Itaque singulis quingentos denarios, navali prælio victoribus etiam coronam ex olea dedit. Spem quoque singulis multam fecit, cum aliis, tum centurionibus, quasi eos decurionibus suorum quemque municipiorum adscripturus esset. Inter alios etiam honores legatis suis exhibitos, Agrippam aurea corona rostrata donavit: quod neque ante, neque post eum contigit ulli: estque deinde senatusconsulto statutum, ut quoties triumphans aliquis coronam lauream ferret, ipse navali hac uteretur. Ita militibus suis placatis, pecuniam statim, agros paulo post id tempus Cæsar dedit: ac quum ager, qui tum publicus erat, non sufficeret, alios coemit complures a Campanis iis, qui Capuam incolebant, quorum urbs colonis multis indigebat: iisque aquam Juliam, cujus causa maxime gloriantur, & Cnosiam regionem, qua quidem adhuc hodie fruuntur, vicissim dedit. Sed hoc postea temporis factum est: tunc vero Sicilia constituta, per Statilium Taurum utramque Africam citra negotium recepit, Antonioque æqualem navium numerum pro amissis remisit.

A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

Καὶ τούτῳ τά τε τῶν Τυρσηνῶν στασιάσαντα, ἅπερ ἅμα τῷ τῆς νίκης αὐτοῦ πυθέσθαι, κατέστη· καὶ [54] οἱ ἐν τῷ ἄστει ἐπαίνους τε αὐτῷ ὁμοθυμαδὸν, καὶ [55] εἰκόνας, καὶ προεδρίαν, [56] ἀψῖδά τε τροπαιο-

15. Eodem tempore seditio, quæ in Hetruria erat coorta, statim post auditam hanc ejus victoriam, sedata est. Romæ autem Cæsari laudatio unanimi consensu, statuæque, & primus locus in

b τὸν δάφνινον. addit L. *φέροιεν.* & sane hujusmodi quod verbum excidit, vel τῷ στεφάνῳ τῷ δαφνίνῳ scribendum. *c* ναυτικῷ. ναυκρατικῷ, V. a. & Med. quod etsi specie quadam blandiri possit, tamen cum vulgato non commutavi, quod & latine *corona navalis* dicitur, eodem sensu. certe græcum hoc vocabulum non sine emendatione admittendum, ut scribatur ναυκρατηλικῷ. sic de eodem Agrippa Dio p. 458. D. Ἀγρίππαν σημάῳ κυανοειδεῖ ναυκρατηλικῷ προσεπεσήμηνε. *d* οὕτω μὲν οὖν. addidi οὖν, ex V. a. melioris nexus causa. *e* τότε. ἔτι τότε, V. a. & Med. *f* Ἰούλιον. Ἰουλιανὸν, V. b. male. *g* διῴκησε. est ex Med. & Z. διῶκε, vulgo. *b* Ταύρου. Πάυλου, V. a. pessime.

Schefferus loco laudato. Adde Lipsium de Militia Rom. V. 17. T. III. Opp. p. 211. b.

§ 48. (l. 35.) τὸν στέφανον τὸν δάφνινον] De laurea corona triumphantium copiose Paschalius lib. VIII. de coronis.

§ 49. (l. 41.) καὶ παρὰ Καμπανῶν] Vellejus II. 81. *speciosumque per id tempus adjectum supplementum Campanæ coloniæ. Ejus relicti* (agri) *erant publici.* Relictos appellat, qui limites a privatis non acceperant, ut ex Frontino Hyginoque notavit V. C. Pet. Wesselingius, lib. II. c. 20. Variar. Observ.

§ 50. (l. 43.) τό, τε ὕδωρ τὸ Ἰούλιον ὠνομασμένον] Idem Vellejus, *& aqua permissa, quæ hodieque singulare & salubritatis instar, & amœnitatis ornamentum est.* De aqua Julia Romæ vicina dictum ad p. 376. D.

§ 51. (l. 45.) τήν τε χώραν τὴν Κνωσίαν] Apud Cnossios sive Gnossios, Romanorum coloniam, in insula Creta, Strabo, qui Augusti temporibus scripsit, commemorat X. p. 477. νῦν δὲ Κνωσσὸς καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν ἔχει. Idem Vellejus: *ejus* (Campanæ Coloniæ) *relicti* (agri) *erant publici. Pro bis longe uberiores reditus duodecies sestertium in Creta insula rediti.* Non igitur aliam Cnossum a Cretensi intelligere licet, quanquam dubitat Tristanus T. I. p. 94. ubi illustrat numum Augusti a Cnossiis cusum.

§ 52. (l. 47.) τὴν Λιβύην ἑκατέραν] De divisione Africæ in veterem & novam, dictum est ad p. 217. D. Tenuerat autem hactenus utramque Lepidus, quo in ordinem redacto, cum exercitu illius etiam provincias sibi Augustus vindicavit.

§ 53. (l. 48.) διὰ Σταυλίου Ταύρου] Hic est Taurus, qui Antonii naves, de quibus supra p. 392. A. ad Augustum Tarento adduxerat, ut narrat Appianus V. civil. p. 728. qui jam remissas iterum Tarentum tradit, p. 745. Idem egregiam deinde operam Augusto præstitit, magnis etiam opibus & dignitatibus ab illo auctus & ornatus, ut dicet Dio p. 414. E. 427. B. 457. E. De consulatu ejus p. 512. B. & Amphitheatro quod dedicavit, p. 460. E.

§ 54. (l. 53.) οἱ ἐν τῷ ἄστει] Etiam extra urbem, Augustum jam XXVIII. natum annos, opidatim inter Deos tutelares consecratum legas apud eundem Appianum p. 746. qui præterea de honoribus in urbe illi decretis conferendus.

§ 55. (l. 54.) εἰκόνας καὶ προεδρίαν] Ita Julio Cæsari pridem p. 194. A. Dio ait decretas εἰκόνας τε καὶ στεφάνους καὶ προεδρίας. Etiam Octaviæ & Liviæ εἰκόνας p. 414. C.

§ 56. (l. 54.) ἀψῖδά τε τροπαιοφόρον καὶ τὸ ἐφ' ἵππου ἐσελάσαι] Hæc jungenda sunt, atque ita intelligenda, ut sicut p. 526. A. per arcum triumphalem ipsi dicatum, ovantis in morem, equo invehi Augusto liceret. Hæc est altera ejus ovatio, de qua Suetonius c. 22. *bis ovans ingressus est urbem: post Philippense* (supra p. 375. E.) *& rursus post Siculum bellum.* Hanc alteram Idibus Novembris accidisse, constat ex fastis Capitolinis. De tertia vide ad p. 526. sq. Pro ἐφ ἵππους legendum ἐφ ἵππου vel ἔφιππον, quod alibi ἐπὶ κέλητος dixit. Parum siquidem verisimilis, & a Petro Wesselingio p. 152. Var. Observatt. recte rejecta conjectura est, viri eruditissimi, Jac. Palmerii

A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

in conſeſſu, tum ut per arcum triumphalem ovans in urbem equitaret, ſemper corona laurea uteretur, ac die ea, qua viciſſet, qua ſupplicatio perennis eſſet, in æde Jovis Capitolini cum conjuge & liberis epularetur, ſtatim poſt victoriam decretum eſt. Eam victoriam primus annuntiavit miles quidam ex iis, qui tum ad urbem erant, furore alicujus dei correptus ea ipſa die; isque multis aliis & dictis & factis, tandem in Capitolium ſe proripuit, gladiumque, quaſi eo poſthac opus non habiturus, ad pedes Jovis deposuit: deinde alii quoque, qui prælio interfuerant, miſſi Romam a Cæſare. Poſteaquam vero ipſe Cæſar advenit, & advocato in concionem extra pomœrium populo, ſicut moris erat Romani, pro rebus a ſe geſtis verba fecit: eorum, quæ decreta erant, quædam recuſavit: tributum ex cenſu impoſitum, ac ſi qua alia in ærarium conferri ante tempus belli civilis hujus juſſa, adhuc debebantur, remiſit: vectigalia nonnulla abrogavit: pontificatum Lepidi, ſibi oblatum, non accepit: (neque enim licebat eum vivo alicui adimi) tum vero longe plura in ejus honorem decreta facta ſunt. Spargebant ſane nonnulli, Cæſarem tali munificentia tunc uſum propterea fuiſſe, quo Antonium ac Lepidum invidiæ hominum objiceret; & culpam eorum, quæ injuſte prius acta fuerant, in eos ſolos devolveret: alii dictitabant, quia nullo modo ſatisfactum iri ſibi de his debitis ſciret, voluiſſe eum ex inopia civium gratiam ſibi bonam, ſine ullo damno ſuo, captare. Verum hæc ſine fundamento vulgabantur.

55 τροπαιοφόρον, καὶ τὸ [i] ἐφ' ἵππου ἐσελάσαι, 57 τό, τε στεφάνῳ δαφνίνῳ ἀεὶ χρῆσθαι, καὶ τὸ 58 τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐνενικήκει, ἱερομηνίᾳ ἀϊδίῳ οὔσῃ, 59 ἐν τῇ τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου μετά τε τῆς γυναικὸς καὶ μετὰ παίδων ἑστιᾶσθαι, ἔδωκαν. ταῦτα μὲν εὐθὺς σφίσι μετὰ τὴν νίκην ἔδοξεν. ἦλθε δὲ αὐτῷ, πρῶτον μὲν στρατιώτης τις τῶν ἐν τῇ πόλει τότε ὄντων, [60] κάτοχος ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκ [k] θεῶν δή τινος γενόμενος, καὶ ἄλλα τε πολλὰ καὶ εἰπὼν καὶ πράξας, καὶ τέλος ἐς τε τὸ Καπιτώλιον ἀναδραμὼν, καὶ τὸ ξίφος πρὸς τοὺς τοῦ Διὸς πόδας, ὡς μηκέτ' αὐτοῦ χρείας οὔσης, θείς· ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παραγενόμενοι τε [l] αὐτῇ, καὶ περιφθέντες ἐς τὴν Ῥώμην ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἀφίκετο, καὶ σφᾶς συναγαγὼν [61] ἔξω τοῦ πωμηρίου καλὰ τὰ πάτρια, τά τε πεπραγμένα οἱ ἀπελογήσατο, καὶ [62] τῶν ψηφισθέντων τινὰ παρήκατο, τόν τε φόρον τὸν ἐκ τῶν ἀπογραφῶν, καὶ εἴ δή τι ἄλλο ἔτι τῷ δημοσίῳ ἐς τὸν πρὸ τοῦ ἐμφυλίου πολέμου χρόνον ἐπωφείλετο, ἀφῆκε, τέλη τέ τινα κατέλυσε, καὶ [63] τὴν τοῦ Λεπίδου ἱερωσύνην διδομένην οἱ οὐκ ἔλαβεν· οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ζῶντά τινα ἀφελέσθαι· καὶ ἄλλα πολλὰ αὐτῷ προσεψηφίσαντο. ἤδη μὲν γάρ τινες διεθρόησαν, ὅτι ἐπί τε τῇ τοῦ Ἀντωνίου, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Λεπίδου διαβολῇ, καὶ ὥστε τὴν αἰτίαν καὶ τῶν πρότερον ἀδίκως γενομένων ἐς ἐκείνους μόνους ἀπώσασθαι, ταῦθ' οὕτω τότε ἐμεγαλοφρονήσατο· ἄλλοι δὲ, ὅτι ἐπειδὴ μηδένα τρόπον ἀπολαβεῖν τὰ ὀφειλόμενα ἐδύνατο, χάριν τινὰ ἑαυτοῦ ἀζήμιον τὴν ἐκείνων ἀδυναμίαν ἐποιήσατο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄλλως ἐθρυλλεῖτο. τότε δὲ [64] οἰκίαν τε αὐτῷ ἐκ τοῦ δημοσίου

401

B

C

[i] ἐφ' ἵππου. sic V. a. & Med. recte, ut conjectura quoque aſſecutus eſt L. Palmerius, qui p. 257. Exercitt. in ſcriptores Græcos legit ἐξ ἵππους, interpretaturque: *ut curru ſejugi in ipſa urbe uteretur.* Nam Plinio, qui XXXIV. 5. ſejuges Auguſto uſurpatos refert, de triumpho Auguſti ſermo, non de decretis diu ante victum Antonium honoribus. Neque Plinio ſuffragatur noſter, qui infra p. 644. E. primum Caligulam ſejugibus in triumphali pompa uſum teſtatur. De arcubus triumphalibus Tiberio decretis p. 582. B.

§ 57. (l. 55.) τό, τε στεφάνῳ δαφνίνῳ ἀεὶ χρῆσθαι] Jam alio tempore decretum fuerat, ut Auguſto lauream geſtare liceret, quoties triumphans aliquis eo uteretur p. 366. B. nunc autem tribuitur jus laureæ ubique & quandocunque vellet geſtandæ, ut Julio Cæſari p. 234. E.

§ 58. (l. 56.) τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐνενικήκει ἱερομηνίᾳ ἀϊδίῳ οὔσῃ] Etiam hoc Cæſari priori datum p. 235. E. atque inter admiſſos ab Auguſto honores refert Appianus V. civil. p. 745. ἑτήσιον ἱερομηνίαν ἄγειν καθ' ἃς ἡμέρας ἐνίκα.

§ 59. (l. 57.) ἐν τῇ τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίνου] Hoc eſt Jovis epulum, in quo ipſe Jupiter in lectulum, Juno & Minerva in ſellas ad cœnam invitabantur, de quo Valerius Maximus lib. II. c. 1. num. 2. dapes Capitolinæ Martiali XII. 48.

Non Albana mihi ſit comiſſatio tanti,
Nec Capitolinæ Pontificumque dapes.

Ex priſcis Calendariis conſtat, hoc Jovis epulum celebratum fuiſſe quotannis Idibus Novembris. Similiter Antonio decretum, ut in templo convivari liceret, p. 403. C.

§ 60. (l. 62.) κάτοχος ἐκ θεῶν τινος] Accenſendum hoc mirandis ominibus, qualia colligit idem Valerius lib. I. c. 8. Porro κάτοχον, ἔνθεον, Heſychius interpretatur. Ælianus III. 9. Variar. ἐνθουσιῶντα, ἅτε κάτοχον ἐκ θεοῦ, ad quem locum erudite Gisbertus Cuperus III. 12. Var. Obſervationum.

§ 61. (l. 70.) ἔξω τοῦ πωμηρίου καλὰ τὰ πάτρια] Exercitum ducentibus urbem intrare legibus avitis non licebat. vide dicta ad p. 144. A.

§ 62. (l. 71.) τῶν ψηφισθέντων τινὰ παρήκατο] Appianus p. 745. ſq. ubi etiam de remiſſis ab Auguſto tributis ac vectigalibus, quorum præſenti loco noſter meminit.

§ 63. (l. 76.) τὴν τοῦ Λεπίδου ἱερωσύνην] Pontifex Maximus creatus Lepidus, ſupra p. 268. E. Illo igitur mortuo demum transferri in ſe dignitatem hanc Auguſtus eſt paſſus, ut præter Dionem p. 531. C. 540. E. 594. C. Senecam libro de Clementia c. 10. teſtatur Suetonius c. 31. Appianus p. 743. 746. Tantum unus erat Pontifex Max. qui veluti dicatus infulis myſterium perenne cuſtodiebat. Conf. Pitiſc. T. II. p. 469.

§ 64. (l. 86.) οἰκίαν ἐκ τοῦ δημοσίου] Idem honos decretus Julio Cæſari p. 235. E.

§ 65. (l. 87.) ἐν τῷ Στατίῳ] Non dubito legendum Παλατίνῳ, ut recte Xylander & Leunclavius annotaſſe mihi videntur. Nam quod Palmerius Στάτιον recte habere ſe putat, & a Jove Statore ita ſuſpicatur appellatum eſſe, neſcio an cuiquam ſit perſuaſurus. Vellej. II. 81. *Victor deinde Cæſar reverſus in urbem contractas emtionibus complures domos per procuratores, quo laxior fieret ipſius, publicis ſe uſibus deſtinare profeſſus eſt: templumque Apollini, & circa porticus facturum promiſit, quod ab eo ſingulari exſtructum magnificentia eſt.* Sueton. c. 29. *Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam deſiderari a Deo aruſpices pronuntiarant. Addidit porticus cum Bibliotheca Latina Græcaque: quo loco jam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit, decuriasque judicum recognovit.*

§ 66. (l. 91.) τὸ μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ] Ita de Julio Cæſare decretum p. 243. A. ὅπως ἄν τις ἢ ἔργῳ ἢ λόγῳ αὐτὸν ὑβρίσῃ, ἱερόσυλός τε ἐν τῷ ἄγαν ἐνέχηται. Octaviæ etiam & Liviæ datum ab Auguſto, infra p. 414. C. τό, τε ἀδεὲς καὶ τὸ ἀνύβριστον ἐκ τοῦ ὁμοίου τοῖς δημάρχοις. De Tribunis ſacroſanctis vide Livii III. 55. & Dionyſii Halicarnaſſei VI. 410. inde illi ἱεροπρεπεῖς, infra p. 600. C.

§ 67. (l. 94.) ἐπὶ τῶν αὐλῶν βάθρων] Similiter Julio Cæſari hoc datum, ut in ſubſelliis tribunorum plebis ei conſidere liceret, de quibus dictum ad p. 242. B. Appianus quidem p. 747. ſcribit, Auguſto tribunatum perpetuum hoc tempore a populo tributum, ἅλονλο δήμαρχον ἐς ἀεί. Sed illud demum factum diu poſt A. U. C. 731. ut dicetur infra ad p. 518. E. itaque ab illo anno tribunitiam poteſtatem Auguſti etiam in numis computari videas, apud Mediobarbum aliosque.

δημοσίου δαθῆναι ἔγνωσαν. τὸν γὰρ τόπον, ὃν [65] ἐν τῷ [m] Στατίῳ, ὡς οἰκοδομῆσαί τινα, ἐώνητο, ἐδημοσίωσε, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι ἱέρωσεν, ἐπειδὴ κεραυνὸς ἐς αὐτὸν ἐγκατέσκηψε. τήν τε οὖν οἰκίαν αὐτῷ ἐψηφίσαντο, καὶ [66] τὸ μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ τι ὑβρίζεσθαι· εἰ δὲ μή, τοῖς αὐτοῖς τὸν τοιοῦτόν τι δράσαντα ἐνέχεσθαι, οἵπερ ἐπὶ τῷ δημάρχῳ ἐτέτακτο. καὶ γὰρ [67] ἐπὶ τῶν αὐτῶν βάθρων συγκαθέζεσθαι σφίσιν ἔλαβε.

Τῷ μὲν οὖν Καίσαρι ταῦτα παρὰ τῆς βουλῆς ἐδόθη. αὐτὸς δὲ τόν τε [68] Μεσσαλᾶν τὸν Ὀυαλέριον, [n] ὃν πρότερον ἐν ταῖς προγραφαῖς ἐτεθανατώκει, ἐς τοὺς οἰωνισὰς [69] ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν ἐσέγραψε· καὶ τοὺς [70] Ὀυλικησίους, πολίτας ἐποιήσατο· τήν τε [71] ἐσθῆτα τὴν ἁλουργῆ μηδένα ἄλλον, ἔξω [o] τῶν βουλευτῶν τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων, ἐνδύεσθαι ἐκέλευσεν. ἤδη γάρ τινες καὶ τῶν τυχόντων αὐτῇ ἐχρῶντο. καὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ ἔτει οὔτ' ἀγορανόμος τις, [72] ἀπορίᾳ τῶν αἱρεθησομένων, ἐγένετο, ἀλλ' οἱ στρατηγοὶ οἵ τε δήμαρχοι τὰ προσήκοντα αὐτοῖς ἔπραξαν· οὔτε πολίαρχος ἐς τὰς ἀνοχὰς ἀπεδείχθη, ἀλλ' ἐκ τῶν στρατηγῶν τινες τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ διήγαγον. τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ πόλει τῇ τε λοιπῇ Ἰταλίᾳ [73] Γάϊός τις Μαικήνας, ἀνὴρ ἱππεύς, καὶ τότε καὶ ἔπειτα ἐπὶ πολὺ διῴκησεν.

402 Ὁ δὲ δὴ Σέξτος, ἔκ τε τῆς Μεσσήνης ἐξαναχθεὶς, καὶ τὴν δίωξιν φοβηθεὶς, προδοσίαν τέ τινα ἀπὸ τῶν [p] συνακολουθούντων οἱ ὑποτοπήσας, προεῖπε μὲν σφίσιν, ὡς διὰ πελάγους τὸν πλοῦν ποιησόμενος, [74] ἀποσβέσας δὲ τὸ φῶς ὃ ἐν τοῖς νυκτερινοῖς πλοῖς αἱ στρατηγίδες [q] νῆες, ὅπως καὶ αἱ λοιπαὶ καλὰ πόδας αὐτῶν ἐφέπωνται, προδεικνύουσι, παρά τε τὴν Ἰταλίαν παρέπλευσε, καὶ [r] διαβαλὼν [75] ἐπὶ Κέρκυραν, ἐς Κεφαλ-

bantur. Tum autem decretum fuit Cæsari, ut in publico habitaret: (aream enim in Palatino emptam a se, domus sibi ædificandæ causa, quod esset de cœlo tacta, consecraverat, & Apollini dedicaverat:) ut neque verbo eum quisquam, neque re læderet: qui læsisset, obnoxius ei pœnæ esset, quæ tribunum plebis violanti dicta est: utque in subselliis tribunorum plebis Cæsar adsideret. A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

16. Hæc senatus tum Cæsari tribuit. Ipse vero Valerium Messalam, quem ante id tempus in tabulis proscriptorum morti addixerat, inter augures ultra numerum usitatum retulit: Uticensibus civitatem dedit: edixitque, ne quisquam nisi senator, qui cum magistratu esset, purpuram gestaret, quam jam vulgo sumi videbat. Eodem tempore neque ædilis quisquam fuit, ob penuriam candidatorum, sed ipsorum munera prætores & tribuni plebis obivere: neque præfectus urbis ad ferias latinas creatus fuit, sed prætores quidam ejus officium peregerunt: reliquas res, non Romæ modo, sed per totam Italiam, tunc ac diu etiam post, C. Mæcenas, equestris dignitatis vir, administravit.

17. Cæterum Sextus Pompejus, Messana profectus, & insectationem metuens, proditionisque suos comites suspectos habens, quum eis dixisset, se per altum vela daturum, extincto igne, quo naves prætoriæ reliquis prælucere solent, ut subsequi certius possint, oram Italiæ legit: hinc ad Corcyram, ac deinde in Cephalleniam trajecit, ibique alios ad se recepit, forte eo tempestatis

m ὃν ἐν τῷ Στατίῳ. τὸν ἐν τῷ Στ. Med. perperam. pro Στατίῳ scribendum Παλατίῳ, X. immo Παλατιάτῳ, videlicet ὄρει. sic p. 507. B. ἐν τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει. scribe Παλατιάτῳ, vel Παλατίνῳ. p. 515. D. ἐν τῷ Παλατίῳ ὄρει. scribendum Παλατιάτῳ. nam Παλατῖνον ὄρος σύμπαν legitur expresse p. 709. C. & Παλατιᾶον, alibi L. varie apud Dionem scribi solet, legitur tamen Παλατίῳ p. 709. C. in Coisl. vide F. *n* ὃν πρότερον. sic V. a. b. Med. pro vulgato ὃν τρόπον. qua ratione etiam emendandum hunc locum esse, vidit X. rectius quidem quam L. qui scribendum censebat ὃν πρὸ τοῦ. sed idem verius judicat, quam X. nomen ὁ Ἀνλώνιος, quod hic addi volebat, abesse posse. nam licet p. 333. D. Messala ab Antonio morti addictus dicatur, tamen proscriptus ab uno triumvirorum, etiam a reliquis tacito consensu neci destinatus videbatur. *o* τῶν βουλευτῶν τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς. τῶν τε ἐν ταῖς ἀρχαῖς mavult scribere Casaub. ad Sueton. Cæs. c. 43. *p* συνακολουθούντων οἱ. V. a. & Med. addunt ἔσεσθαι. *q* νῆες. V. b. addit χρῶνται, præter rem, cum sequatur προδεικνύουσι. *r* διαλαβὼν, vulgo. scribendum διαβαλὼν. id enim est trajicere. L. probe. frequenter librarii in horum verborum confusione offendunt: unde non dubitavi recipere.

§ 68. (l. 97.) Μεσσαλᾶν τὸν Ὀυαλέριον] Patrem ni fallor Valerii Messalæ, qui Consul fuit A. U. C. 742. De προγραφαῖς atque tabulis proscriptionis dictum est ad p. 328. C.

§ 69. (l. 99.) ὑπὲρ τὸν ἀριθμόν] Ordinarius augurum numerus, tres primum, deinde sex (ut docet Livius X. 6.) hinc novem lege Ogulnia, A. U. C. 452. (id. X. 9.) denique Sylla auctore, augures quindecim, ut est in ejusdem Livii Epitome lib. LXXXIX. Decimum sextum igitur augurem Augustus adlegit.

§ 70. (l. 100.) Ὀυλικησίους] Plinius lib. V. c. 4. *Utica Civium Romanorum, Catonis morte nobilis.* Inter municipia antiqua Uticenses nominat Gellius XVI. 13. & in antiquis numis apud Harduinum in numis urbium p. 519. & Ez. Spanhemium T. II. Numismat. p. 603. & in Orbe Roman. p. 131. & Jo. Vaillant. T. I. de numis Coloniarum p. 124. *Mun. Jul. Uticen. DD. P.* & *M. Mun. Jul. Uticens. P. P.* (Municipes Municipii Julii Uticensis Decreto Decurionum posuerunt.) Juliæ coloniæ passim & Julia municipia dicuntur ab Augusto in Juliam gentem adoptato, ut Juliæ aquæ supra p. 376. D.

§ 71. (l. 100.) ἐσθῆτα τὴν ἁλουργῆ] Usum conchyliatæ vestis, sive purpuræ, jam circumscripserat Julius Cæsar, teste Sueton. c. 43. ad quem locum confer si placet Pitiscum, ex quo disces ἁλουργίδα dici purpuram τὴν ἀπὸ θαλασσίου κόχλου γινομένην, quæ ex marino fit conchylio refertque colorem *austerum in glauco, & irascenti similem mari*, ut est apud Plinium IX. 36. Legis hujus de purpuræ usu prohibito infra mentio p. 610. D.

§ 72. (l. 4.) ἀπορίᾳ τῶν αἱρεθησομένων] ἀπορία hoc loco non est *egestas* qua laborarent eligendi, ut qui ὑπὸ πενίας ædilitate se abdicavit p. 528. B. sed innuitur defectus & inopia, quam sentiebant qui ædiles eligere debebant, neque ullos idoneos Candidatos sibi occurrere experiebantur. Conf. p. 497. A. 565. C. De sumtibus ædilitiis vide ad p. 390. A.

§ 73. (l. 9.) Γάϊός τις Μαικήνας] Nota, voculam τὶς usurpari etiam de minime contemtis aut e vulgo hominibus. De Mæcenate Tacitus VI. 11. Annal. *Augustus bellis civilibus Cilnium Mæcenatem, equestris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præposuit.* Vellej. II. 88. *Tunc urbis custodiis præpositus Cilnius Mæcenas, equestri sed splendido genere natus, vir ubi res vigilium exigeret sane exsomnis, providus & agendi sciens.* Adde si placet Jo. Henric. Meibomium de Mæcenatis vita c. XI. p. 71. sq. Dionem infra p. 444. D. 552. D.

§ 74. (l. 14.) ἀποσβέσας δὲ τὸ φῶς] Interdum in navibus omnibus (supra p. 205. C.) præcipue autem in prætoria, faces prælucere solebant, ut docent viri docti ad illud Virgilii II. Æneidum 256. *Flammas cum regia puppis extulerat*, Jo. Schefferus lib. III. de militia navali, c. 1. & Raphael Fabretti ad columnam Trajanam n. 233. p. 118. vide etiam Appianum II. civil. p. 483. Florus IV. 8. *Non alia post Xerxem miserabilior fuga. Quippe modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum sex septemve fugiebat, extincto prætoriæ navis lumine, anulis in mare abjectis, pavens atque respectans, & tamen non timens ne periret.*

§ 75. (l. 18.) ἐπὶ Κέρκυραν, ἐς Κεφαλληνίαν] Corcyra Adriatici, Cephalenia Jonici maris nobilis insula. Κέρκυρα passim in vetustis scriptoribus, quæ in numis antiquis constanter Κόρκυρα, ut notavit Ez. Spanhemius p. 428. ad Callimachum, & Harduinus

A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

tis vi ejectos. Quibus convocatis, habitu militari depoſito, expoſuit inter alia, fore, ut ſi una omnes manerent, neque ſatis mutuo ſibi prodeſſe, neque latere poſſent: ſin diſſipati hinc inde eſſent, facilius dilapſuros. Ideoque monuit, ut quisque ſeorſum ſalutis rationes iniret. Cui admonitioni quum plerique obtemperantes, alii alio diſceſſiſſent; ipſe cum reliquis in Aſiam transmiſit, eo animo, ut ſe ſtatim Antonio adjungeret. Sed quum in Lesbum veniſſet, ibique audiret, Antonium in Medos expeditionem feciſſe, inter Cæſarem vero & Lepidum bellum extitiſſe: in ea inſula hyemandum ſibi ſtatuit, Lesbiis eum propter patris memoriam libentiſſime & recipientibus & detinentibus. Verum quum percepiſſet, Antonium rem male in Media geſſiſſe, C. vero Furnium, Aſiæ eo tempore præfectum, parum amice erga ſe affectum expertus eſſet: in Lesbo non manſit, ſed ſpe in Antonii imperium ſuccedendi concepta, quum & ex Sicilia, & aliunde multi ad eum venirent, partim paternæ gloriæ opinione, partim victus inopia exciti, & habitum reſumſit imperatorium, & ad occupandam continentem oppoſitam ſe accinxit.

Κεφαλληνίαν ἐκεῖθεν ἦλθε· κἀνταῦθα [s] καὶ οἱ ἄλλοι καθ' τύχην ὑπὸ χειμῶνος ἐκπεσόντες, ἅυθις αὐτῷ συνεγένοντο. συγκαλέσας οὖν αὐτοὺς, τήν τε σκευὴν τὴν [t] στρατιωτικὴν ἀπεδύσατο, καὶ εἰπὼν ἄλλα τε, καὶ ὅτι αὐθρόοι μὲν ὄντες οὔτε ὠφέλειάν τινα ἀλλήλοις διαρκῆ παρέξουσιν, οὔτε λήσουσι, σκεδασθέντες δὲ, ῥᾴω τὴν διάφευξιν ποιήσονται· παρήνεσε σφίσιν ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑκάστῳ τῆς σωτηρίας προσκοπῆσαι. κἀκ τούτου πειθέντων οἱ τῶν πλειόνων, καὶ ἄλλων ἄλλοσε ἀποχωρησάντων, αὐτὸς ἐς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπεραιώθη, γνώμην ἔχων πρὸς τὸν Ἀντώνιον εὐθὺς ὁρμῆσαι. γενόμενος δὲ ἐν Λέσβῳ, καὶ ἐκεῖνόν τε [76] ἐπὶ Μήδους ἐστρατευκέναι, καὶ [77] τὸν Καίσαρα καὶ τὸν Λέπιδον πεπολεμῶσθαι μαθὼν, διενοεῖτο μὲν καὶ χώραν χειμάσαι· τῶν δὲ Λεσβίων προθυμότατα αὐτὸν, [78] διὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μνήμην, καὶ δεξαμένων καὶ καταλεχόντων, ἐπειδὴ [79] τόν τε Ἀντώνιον δυστυχήσαντα ἐν τῇ Μηδίᾳ ἐπύθετο, καὶ [80] Γάϊος [u] Φούρνιος ὁ τῆς Ἀσίας τότε ἄρχων οὐκ εὐνοϊκῶς οἱ ἐχρῆτο· οὐ κατέμεινεν, ἀλλ' ἐλπίσας τὴν τοῦ Ἀντωνίου ἀρχὴν διαδέξασθαι, ὅτι τε ἐκ τῆς Σικελίας συχνοὶ πρὸς αὐτὸν ἀφίκοντο, καὶ ὅτι καὶ ἕτεροι, οἱ μὲν κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ δόξαν, οἱ δὲ καὶ βίου δεόμενοι, συνελέγησαν· τό, τε ὀχήμα τὸ στρατηγικὸν ἀνέλαβε, καὶ παρεσκευάζετο ὡς καὶ τὴν περαίαν καταληψόμενος.

18. Interim Antonius, quum in ſociorum evaſiſſet terram, actis Pompeji cognitis, ei, ſi ab armis diſceſſiſſet, veniam ac amicitiam promiſit. Pompejus, quum ita facturum ſe reſcripſiſſet, non deſtitit tamen; ſed Antonio, propter acceptam calamitatem, & quod is ſtatim in Ægyptum abiret, contempto, in inſtituto ſuo perrexit, & cum Parthis de ſocietate per internuntios egit. Qua re cognita Antonius, ab itinere quidem ſuo non reflexit: M. vero Titium, quem tunc apud ſe habebat, & qui quondam ad ſe a Sexto Pompejo deſciverat, cum claſſe contra ipſum miſit. Pompejus, quum futurum hoc animadverteſſet, ſibique metueret; (neque enim paratus adhuc ſatis erat) diſceſſit, & ea loca petiturus, ubi maxime effugere poſſet, in Nicomediam venit. Ibi deprehenſus, pacem per legatos petiit, ſpem ejus impetrandæ, in beneficio, quo Titium ipſe quondam affecerat, poſitam habens. Titius pacem ſe ei, niſi navibus & copiis omnibus ſibi traditis, conceſſurum negavit. Proinde Pompejus deſperata a mari ſalute, apparatu graviori in

Καὶν τούτῳ τοῦ Ἀντωνίου ἔς τε [x] τὴν Φιλίαν ἀποσωθέντος, καὶ τὰ στρατόμενα ὑπ' αὐτοῦ μαθόντος, τήν τε ἄδειαν αὐτῷ καὶ τὴν ἔυνοιαν, ἂν τὰ ὅπλα καταθῆται, ὑποχομένου δώσειν· ἀνέγραψε μὲν, ὡς καὶ πειθησόμενός οἱ, οὐ μέντοι καὶ ἐποίησε τοῦτο, ἀλλ' ἔκ τε τῶν συμφορῶν αὐτοῦ, καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὴν Αἴγυπτον αὐτίκα ἀπῆρε, καταφρονήσας, τῶν τε παρόντων εἶχετο, καὶ πρὸς τοὺς Πάρθους διεκηρυκεύετο. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ἀντώνιος, οὐκ ἀνέστρεψεν, ἀλλὰ τό, τε ναυτικὸν, [81] καὶ τὸν Τίτιον τὸν Μάρκον, μεταπεμψάμενός τε πρὸς [y] αὐτὸν πρότερον ἀπὸ τοῦ Σέξτου, καὶ τότε συνόντα οἱ, ἐπ' αὐτὸν ἔπεμψε. καὶ ὃς, προαισθόμενός τε τοῦτο, καὶ φοβηθεὶς, (οὐδέπω γὰρ ἱκανῶς παρεσκεύαστο) [z] ἐξήχθη, καὶ προχωρῶν ἧ μάλιστα διαφεύξεσθαι ἐδόκει, ἔς τε Νικομήδειαν ἀφίκετο, κἀνταῦθα καταληφθεὶς, ἐπεκηρυκεύσατο μὲν αὐτῷ, ἅτε καὶ ἐλπίδα αὐτοῦ [82] ἐκ τῆς εὐεργεσίας, ἣν εὐεργέτητο, ἔχων. ὡς δὲ ἐκεῖνος οὐκ ἔφη οἱ πείσεσθαι, ἂν μὴ τάς τε ναῦς καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν αὐτοῦ προπαραλάβῃ, τῆς τε καλῆς θαλάσσης ἀπέγνω, καὶ τὰ σκεύη τὰ βαρύτερα

403

in

[s] καὶ οἱ ἄλλοι, Med. eos deſignans quos Pompejus ſuſpectos ſibi reliquerat. ſic & Z. quod confirmatur ſequentibus, ἅυθις αὐτῷ συνεγένοντο. vulgo οἱ omittitur. [t] στρατιωτικὴν. forte στρατηγικὴν, ut infra τὸ ὀχῆμα τὸ στρατηγικὸν ἀνέλαβε, Od. optime. στρατηγικὸν ἔνδυμα, Z. p. 518. C. [u] Φούρνιος. Furius, N. ſic & p. 403. A. ſed errat vir doctus. Furnium etiam vocat Dio, p. 365. A. & plura de hoc C. Furnio, C. F. videbis apud Glandorp. p. 371. [x] τὴν φιλίαν. legendum Παμφυλίαν, per quam in Ægyptum eſt breviſſimus trajectus. Palmer. ſed Armeniam, credo, deſignat Dio, vid. p. 410. C. [y] αὐτὸν. ἑαυτὸν, V. b. Med. [z] ἐξήχθη. vox addita ex cod. Med. ap. Gronov. p. 150. & V. a. b.

nus in numis illuſtratis, p. 257. Cephalenia *Cefalogna* hodie, Corcyra, *Corfu*. [Vide ad lib. XXXV. § 16.]

§ 76. (l. 30.) ἐπὶ Μήδους] Vide p. 407. A.

§ 77. (l. 31.) τὸν Καίσαρα καὶ τὸν Λέπιδον] Hac de re dictum p. 399.

§ 78. (l. 34.) διὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μνήμην] Vide dicta ad p. 186. B.

§ 79. (l. 35.) τὸν Ἀντώνιον δυστυχήσαντα] Infra p. 407. B. C.

§ 80. (l. 36.) Γάϊος Φούρνιος] Pag. 403. A.

§ 81. (l. 54.) καὶ τὸν Τίτιον τὸν Μάρκον] Conferendus Appianus V. civil. p. 747. 750. ſq.

§ 82. (l. 61.) ἐκ τῆς εὐεργεσίας] De hoc Sexti Pompeji in M. Titium, bello captum, beneficio, quod ingratus homo tam male rependit, dixerat Dio p. 375. B.

§ 83. (l. 69.) ἔν τε Μιδυείῳ Φρυγίας] Nomen opidi ductum a muliere quadam Phrygia Μιδέα, ſi credimus ſcholiaſti Pindari ad Olympionic. Od. 7. ſed quomodo a Μιδέᾳ derivari poſſit Μιδάειον, non video; ita tamen nomen iſtud ſcribitur etiam apud Ptolemæum Stephanumque. Et qui Μιδάϊον vel corrupte Μεδάϊον, aut Μήδαιον ſcribunt, & Patronymicum Μιδαέων in numis, vel quod apud Stephanum eſt Μιδαεὺς vel Μιδαιεὺς, faciunt potius, ut a Mida Rege Phrygiæ nobiliſſimo dictum exiſtimem, a quo etiam Μίδεια. Tzetzes Chiliad. VI. 680.

ρύτερα ἐς τὰς ναῦς ἐμβαλὼν, ταύτας τε καὶ-
καυσε, καὶ ἐς τὴν μεσόγειαν ὥρμησε. καὶ αὐ-
τὸν ἐπιδιώξαντες ὅ, τε Τίτιος καὶ ὁ Φούρνιος,
83 ἔν τε Μιδαείῳ τῆς Φρυγίας καθέλαβον, καὶ πε-
ριεχόντες ἐζώγρησαν. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Ἀντώνιος,
ἐυθὺς μὲν ὑπ' ὀργῆς ἐπέστειλε σφίσιν ἵνα ἀποθάνῃ·
B αὖθις δ' οὐ πολλῷ ὕστερον μεταγνόησας, ἔγραψεν
a ἵνα σωθῇ. τοῦ οὖν δευτέρου γραμματοφόρου τὸν
πρότερον φθάσαντος, ὕστερον τὰ περὶ τοῦ θανά-
του αὐτοῦ γράμματα ὁ Τίτιος λαβὼν, καὶ νομί-
σας ὄντως δεύτερα εἶναι, ἢ καὶ γνοὺς μὲν τὴν
ἀλήθειαν, οὐκ ἐθελήσας δὲ αὐτῇ πιστεῦσαι, τῇ
τάξει τῆς κομιδῆς αὐτῶν, ἀλλ' οὐ τῇ γνώμῃ προσ-
έσχε. καὶ οὕτως ὅ, τε Σέξτος 84 ἐπί τε τοῦ
Κορνουφικίου τοῦ Λουκίου καὶ ἐπὶ Σέξτου τινὸς
Πομπηίου ὑπάτων ἀπέθανε. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ
C Καῖσαρ ἱπποδρομίαν τε ἐποίησε, καὶ τῷ Ἀντωνίῳ
85 ἅρμα τε ἔμπροσθεν τοῦ βήματος, καὶ εἰκόνας ἐν
τῷ Ὁμονοείῳ ἔστησε· τό, τε ἐξουσίαν σύν τε τῇ
γυναικὶ καὶ τοῖς τέκνοις ἑστιᾶσθαι ἐνταῦθα ἔχειν ἔδω-
κεν, ὥσπερ ποτὲ 86 καὶ αὐτῷ ἐψήφισε· φίλος
b τε γὰρ ἔτι οἱ εἶναι ἐπλάττετο. καὶ ἐκείνου τε
87 ἐν ταῖς ἀπὸ τῶν Πάρθων συμφοραῖς παρεμυθεῖτο
δῆθεν, καὶ ἑαυτοῦ τὸ ἐπίφθονον πρός τε τὴν νίκην
καὶ πρὸς τὰ ψηφισθέντα ἐπ' αὐτῇ ἐξηγεῖτο. καὶ ὁ
μὲν ταῦτα ἔπραττε.

Τὰ δὲ δὴ τοῦ Ἀντωνίου τῶν τε βαρβάρων ὧδε ἔσχεν.
D ὁ Ὀυεντίδιος ὁ Πούπλιος τὸν Πάκορον στρατεύμά τε
ἀθροίζειν, καὶ ἐς τὴν Συρίαν ἐμβάλλειν μαθὼν, ἔδει-
σεν, ἐπειδὴ μήτε αἱ πόλεις πω καθειστήκεισαν, καὶ
τὰ στρατόπεδα ἐν τοῖς χειμαδίοις ἔτι διέσπαρτο· καὶ
τοιόνδε τι ἔς τε τὴν διαπρεπῆ αὐτοῦ, καὶ ἐς τὴν βρα-
δυτῆτα τῆς στρατιᾶς ἐποίησε· c Χαυναίόν 88 τινα δυ-
νάσην, γνωρίμως μὲν καὶ αὐτῷ ἔχοντα, τὰ δὲ δὴ τῶν
Πάρθων μᾶλλον φρονοῦντα, εἰδὼς, τά τε ἄλλα ὡς καὶ
πιστόταλόν οἱ ὄντα ἔτιμα, καὶ σύμβουλον ἔσιν ὧν ἐποιεῖ-
το, ἐξ ὧν αὐτὸς μὲν οὐδὲν βλαβήσεσθαι, ἐκείνῳ δὲ
E δὴ πίστιν τοῦ καὶ τὰ ἀποῤῥητότατα δῆθεν αὐτῷ συν-
ειδέναι, παρέξειν ἔμελλεν· ἐπειδή τε ἐνταῦθα ἦν,
φοβεῖσθαί τε ἐπλάσατο μή πως οἱ βάρβαροι τὴν συ-
νήθη σφίσι διάβασιν τοῦ Εὐφράτου, παρ' ἣν 89 τὸ
Ζεῦγμα ἡ πόλις ἐστὶ, παραλιπόντες, ἑτέρᾳ τινὶ ὁδῷ
κάτω τοῦ ποταμοῦ χρήσωνται. τῇ μὲν γὰρ πεδία
τοῖς πολεμίοις ἐπιτήδεια, τῇ δὲ γηλόφους ἑαυτοῖς πρέ-
404 ποντας εἶναι ἔλεγε. καὶ τούτου αὐτὸν ἀνέπεισε
πιστεῦσαι, καὶ τὸν Πάκορον δι' αὐτοῦ προσεξηπάτησε. d τὴν γὰρ πεδιάδα, ἣν προσεποιεῖτο ὁ
Ὀυεντίδιος

in naves conjecto, iisque accensis, in mediterranea contendit: quem insecuti Titius ac Furnius, Midaji, quod Phrygiæ oppidum est, deprehenderunt; circumdatumque ceperunt vivum. Antonius certior ea de re factus, primum iratior per literas eis illico mandavit, ut interficerent Pompejum: paulo post pœnitentia captus, salute eum donari jussit. Aqui quum priorem tabellarium posterior prævenissent, Titio serius eæ literæ sunt redditæ, quibus necare Pompejum jubebatur, easque vel scriptas omnino posterius esse ratus, vel cognita quidem rei veritate, fidem tamen habere nolens; ordinem literarum, ut sibi redditæ erant, non sententiam secutus est. Ita Sextus Pompejus morte affectus est, L. Cornificio, & Sexto alio quodam Pompejo, consulibus. Ejusque mortis causa Cæsar ludos equestres exhibuit, Antonioque currum ante rostra, & statuas in templo Concordiæ posuit, potestatemque dedit ibi cum conjuge & liberis convivandi, sicut ante sibi decretum fuerat. Nam adhuc fingebat, se ejus esse amicum: eumque de Parthica clade consolatus scilicet est, invidiamque adversus se, victoriæ suæ, & honorum ob eam decretorum causa obortam, exposuit. A.U.C.718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

19. Porro autem Antonii, & barbarorum res, ita habent. P. Ventidius, quum Pacorum exercitum colligere, & in Syriam proficisci, audisset; in metum conjectus est, quum neque urbes essent adhuc constitutæ, & exercitus in hybernis etiamnum dispersi: utque & moram Pacoro injiceret, & tarditati suarum copiarum mederetur, regulum quendam Chaunæum, notum quidem sibi familiariter, sed quem certo sciebat Parthis magis cupere, & alioquin tanquam fidissimum sibi in honore habuit, & consilium quoque nonnullis in rebus ab eo petiit, ita ut citra suum tamen detrimentum hanc ei de se opinionem præberet, quasi conscium eum suorum arcanissimorum consiliorum faceret. Eo re deducta, simulavit, metuere se, ne barbari, consueto suo Euphratis transitu, qui est apud urbem Zeugma, omisso, alia via infra eum locum flumen transirent, quod hic campi Parthis, ibi vero colles sibi commodi essent. His fidem fecit Chaunæo, & per eum etiam Pacorum decepit, ita ut campestri

a ἵνα. abest a Med. b τε additum ex Med. c Χαυναίον. sic RS. & L. ediderunt. Χαυνάιον, HS. quod & ad marginem versionis probat L. *Chaunæum* X. Χαυναῖον, V. a. d τὴν γὰρ πεδιάδα. verba hæc, usque ad ἀθροῖσαι, parenthesi includenda censet X. quod non omnino necesse arbitror.

680. Μίδας γὰρ ὁ χρυσομανὴς Μίδειον πόλιν κλίζει. Cæterum non Midaji sed Mileti interfectum Sextum Pompejum a Titio, annum agentem quadragesimum ætatis, tradit Appianus p. 753. & Strabo lib. III. p. 141. adde Franciscum Hesselii notas ad Vibium Sequestrum p. 74. ubi de Pachiso fluvio Siciliæ, ad quem interfectum Sextum Pompejum juvenem scribit.

§ 84. (l. 79.) ἐπί τε τοῦ Κορνουφικίου τοῦ Λουκίου καὶ ἐπὶ Σέξτου τινὸς Πομπηίου] Hi consules fuerunt anno proxime secuto U. C. DCCXIX. infra p. 411. C. Nomen alterius quidem Sextus Pompejus Nepos. At Cornificius, idem ut videtur de quo supra p. 395. B. 396. C.

§ 85. (l. 83.) ἅρμα ἔμπροσθεν τοῦ βήματος] Currum cum sella curuli ante tribunal. Conf. Joh. Schefferum, lib. II. de re vehiculari c. 16.

§ 86. (l. 86.) καὶ αὐτῷ ἐψήφισε.] Vide dicta ad p. 400. E.

§ 87. (l. 88.) ἐν ταῖς ἀπὸ τῶν Πάρθων συμφοραῖς] De hac infelici Antonii in Parthos expeditione mox Dio infra, p. 406. ad 410.

§ 88. (l. 98.) Χαυναίόν τινα δυνάσην] Hic est qui in Frontini codicibus lib. I. Strategem. c. 1. n. 6. *Pharneus*, natione Cyrrhestes (a Cyrrho Syriæ civitate) dicitur. adde Plutarchum Antonio p. 931. & in Parthico Appianum. p. 156.

§ 89. (l. 6.) τὸ Ζεῦγμα] Zeugma transitu Euphratis nobile, Plin. V. 24. vide dicta ad p. 128. D. Frontinus loco laudato: *Sollicitus Ventidius, ne Parthi ante transirent Euphraten, quam sibi superveniret legiones, quas in Cappadocia trans Taurum habebat, studiose cum proditore egit, ut solenni per fidia Parthis suaderet, per Zeugma trajicerent exercitum, qua & brevissimum iter est, & omisso alveo Euphrates decurrit. Namque si illac venirent, asseverabat se opportunitate collium usurum*

A.U.C.718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

campestri itinere (quo Ventidius finxerat se eum nolle venire) eoque longiori delecto, spatium copias suas cogendi Ventidio daret.

20. Igitur Ventidius, ita paratus, Pacorum in Syria Cyrrhestica prælio vicit. Nam quum & passus esset Parthos fluvium transire, neque transeuntes statim adortus esset, in eam ipsos opinionem adduxerat, ut effœminatos ac imbecilles esse Romanos judicantes, castra quoque eorum, quamvis edito loco posita, aggrederentur, spe primo impetu ea capiendi. Verum a Romanis repentina eruptione facta, non magno labore per declive depulsi sunt, quod equites essent: deinde fortiter quidem pugnantes, (quippe cataphracti plerique,) tamen improviso hostium incursu & suo receptu perturbati, a legionibus Romanis, maxime vero a funditoribus, qui eminus violentis ictibus barbaros impetentes summopere affligebant, superati sunt. Pacorus quoque in ea pugna cæsus, maximum attulit suis damnum. Nam simul atque Parthi ducem hunc suum cecidisse viderunt, pauci quidem pro ejus cadavere alacriter certavere: sed his quoque concisis reliqui omnes cesserunt, ac partim per pontem domum confugere conati, & præventi ab hostibus, perierunt; partim in Commagenem ad Antiochum profugerunt. Syri quidem cæteri suspenso adhuc animo eventum belli exspectaverant. Nam justitiæ ac clementiæ nomine Pacorum tanto amore prosequebantur, quanto ullum unquam regem. Verum circum urbes misso Pacori capite, Ventidius, quum Syros facile pacavisset: contra Antiochum duxit, eo obtentu, quod is ei servos non dedidisset: re autem vera, pecuniæ, quam plurimam Antiochus possidebat, spe potiundæ.

21. Hoc agenti Antonius subito supervenit, ac non modo non gavisus est, sed invidit etiam ob rem proprio ductu præclare gestam: & quamvis

Ὀυεντίδιος μὴ βούλεσθαι αὐτὸν ἐλθεῖν, μακροτέραν τῆς ἑτέρας οὖσαν, τραπεὶς, [90] παρέσχεν οἱ καιρὸν τὰς δυνάμεις ἀθροῖσαι.

Καὶ οὕτως ἐν τῇ Συρίᾳ αὐτῷ τῇ [e] Κυρηστικῇ γενομένῳ συμβαλὼν ἐνίκησεν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε τὸν ποταμὸν διαβῆναι σφᾶς ἐκώλυσεν, οὔτ' αὖ [f] διαβᾶσιν εὐθὺς ἐπέθετο, μαλακίαν τέ τινα καὶ ἀῤῥωσίαν τῶν Ῥωμαίων κατέγνωσαν, κἀκ τούτου πρὸς τὸ ἔρυμα αὐτῶν, καίπερ ἐν μετεώρῳ ὂν, προσήλασαν, ὡς καὶ αὐτοβοεὶ σφᾶς αἱρήσοντες. [91] ἐπεκδρομῆς τε αἰφνιδίου γενομένης, κατά τε τοῦ πρανοῦς οὐ χαλεπῶς, ἅτε καὶ ἱππεῖς ὄντες, ἀπεώθησαν. κἀνταῦθα ἀνδρείως μὲν ἀμυνόμενοι ([92] κατάφρακτοι γὰρ οἱ πλείους αὐτῶν ἦσαν) ταραττόμενοι δὲ πρός τε τὸ ἀνέλπιστον, καὶ περὶ ἀλλήλοις, ὑπό τε τῶν ὁπλιτῶν καὶ ὑπὸ τῶν σφενδονητῶν μάλιστα ἠττήθησαν. πόῤῥωθεν γὰρ σφοδραῖς ταῖς βολαῖς ἐξικνούμενοι, χαλεπώτατοι αὐτοῖς ἐγίγνοντο. κἀν τῷ πόνῳ τούτῳ καὶ [93] ὁ Πάκορος πεσὼν, πλεῖστον αὐτοὺς ἔβλαψεν. ὡς γὰρ τάχιστα τὸν ἄρχοντα σφῶν ἀπολωλότα ἤθοντο, ὀλίγοι μὲν περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ προθύμως ἠγωνίσαντο· φθαρέντων δὲ καὶ τούτων, πάντες οἱ λοιποὶ ἐνέδοσαν. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν, διὰ τῆς γεφύρας οἴκαδε διαφυγεῖν ἐθελήσαντες, οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ προκαταληφθέντες ἀπώλοντο· οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀντίοχον [94] ἐς τὴν Κομμαγηνὴν κατέφυγον. Ὀυεντίδιος δὲ τὰ μὲν ἄλλα τὰ ἐν τῇ Συρίᾳ μετέωρα πρὸς τὴν τοῦ πολέμου ἔκβασιν γιγνόμενα (τὸν γὰρ Πάκορον ὅμοια τοῖς μάλιστα τῶν πώποτε βασιλευσάντων καὶ ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἐπὶ πραότητι ὑπερηγάπων) ῥᾳδίως, [95] τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κατὰ τὰς πόλεις περιπέμψας, κατεσήσατο· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ἀντίοχον, πρόφασιν μὲν, ὅτι τοὺς [g] οἰκέτας οἱ οὐκ ἐξέδωκε, τῇ δ' ἀληθείᾳ, διὰ τὰ χρήματα ἃ πάμπολλα εἶχεν, ἐπεστράτευσεν.

Ἐνταῦθα δὲ ἤδη αὐτῷ ὄντι ὁ Ἀντώνιος ἐξαίφνης ἐπισὰς, οὐ μόνον οὐχ ἥσθη, ἀλλὰ καὶ ἐφθόνησεν, ὅτι ἔδοξέ τι [h] καθ' ἑαυτὸν ἠνδραγαθῆσθαι· καὶ

e Κυρηστικῇ. Κυῤῥηστικῇ, sic Græci omnes, X. *f* διαβᾶσιν. emendatio Leunclavii, quam recipere non dubitavi pro vulgato διάβασιν. sane simplicius ita legitur, quam si καλὰ τὴν διάβασιν scribas cum X. cæterum pro αὐλοῖς, quod statim sequitur, αὐθὺς habet V. b. quod corruptum videtur ex εὐθὺς. postquam hæc scripseram, nil temere a me mutatum esse intelligo ex Med. codice, qui distincte διαβᾶσιν εὐθὺς. *g* οἰκέτας. ἑκέτας Med. *h* καθ' ἑαυτὸν. forte καθ' ἑαυτοῦ. nihil autem temere muto. Od. sed hæc ne quidem in mentem venire debebant viro docto.

rum ad eludendos sagittarios; omnia autem vereri, si se in patentes campos projecisset.

§90. (l. 14.) παρέσχεν οἱ καιρόν] Quadraginta amplius dies itineri illi impendisse Parthos, Frontinus annotat, *quo spatio Ventidius, ad contrahendas usus est copias, eisque triduo antequam Parthus adveniret receptis, acie commissa vicit Pacorum & interfecit.*

§91. (l. 22.) ἐπεκδρομῆς] Idem Frontinus lib. II. c. 2. num. 5. *Ventidius adversus Parthos non ante militem eduxit, quam illi quingentis non amplius passibus abessent: atque ita procursione subita adeo se admovit, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, cominus applicitus eluderet.* Idem c. 5. num. 36. *aggressus per obreptionem adeo debellavit, ut destituti Labieno, provincia excederent Parthi.* Tribus præliis a Ventidio fusos Parthos, testis Suetonius apud Gellium XV. 4. & Eutropius VII. 4. tribus bellis maximis, Orosius VI. 18. Hoc autem præcipuum, quo Pacorus interfectus est, ἐν τῇ Κυρηστικῇ, in Syria in agro Cyrestico, commissum esse, notat Appianus Parthicis p. 156. Plutarchus Antonio p. 931.

§92. (l. 25.) καταφρακτοι] Equitibus & equis lorica ferrea munitis. Appian. Parthic. p. 138. Plutarchus Crasso p. 558. D. Leo Imperat. Tacticis c. VI. §. 31. p. 62. Bourdelotius ad Heliodor. p. 119. & quæ dicta a me sunt, ad p. 127. C.

§93. (l. 31.) καὶ ὁ Πάκορος πεσὼν] Pacorus regius juvenis, Orodis Parthorum Regis filius, de quo cæso meminere plurimi scriptores laudati ad Florum IV. 9. & ad Justinum XLII. 4. Vellej. II. 65. & 78. vide & Reinerum Reineccium, T. III. Hist. Juliæ p. 127. Regem Parthorum interemtum a Ventidio legas in Epitome Liviana lib. 128.

§94. (l. 38.) ἐς τὴν Κομμαγηνὴν] Commagene Syriæ regio ad Euphratem fluvium & Taurum montem sita, de qua dictum p. 2. B. Hujus caput Samosata, in qua urbe obsessum ab Antonio Antiochum dicet Dio p. 405. B.

§95. (l. 43.) τὴν κεφαλὴν] Florus IV. 9. *mox circumlata Pacori per urbes quæ desciverant capite, Syria sine bello recepta.* Vide si placet quæ ad hæc verba Freinshemius.

§96. (l. 61.) τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκλέκου τοῦ ἔτους] Eutropius VII. 3. *L. Ventidius Bassus Pacorum regis Orodis filium interfecit eo ipso die, quo olim Orodes Persarum rex per ducem Surenam Crassum occiderat.* De Crasso occiso dictum supra p. 133. C.

§97. (l. 64.) τά τε νικητήρια] In Verrii Flacci fastis sive tabulis triumphalibus. *P. Ventidius P. F. Pro Cos. ex Tauro monte & Partheis V. Kal. Dec.* Conf. Pighii annales T. III. p. 489. & 230.

§98. (l. 69.) μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων] Valer. Max. VI. 9. 9. *Asculo capto Cn. Pompejus Magni pater P. Ventidium ætate puberem in triumpho suo populi oculis subjecit. Hic est Ventidius,*

καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἔπαυσε, καὶ ἐς οὐδὲν ἔτι οὔτ' αὐτίκα οὔθ' ὕστερον αὐτῷ ἐχρήσατο, καίτοι καὶ ἑορτὴν ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς ἔργοις καὶ ἐπινίκια δι' αὐτὸν λαβών. οἵ γε μὴν ἐν τῷ ἄστει Ῥωμαῖοι ἐψηφίσαντο μὲν τῷ Ἀντωνίῳ ταῦτα, πρός τε τὸ προῦχον αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ἡ στρατηγία ἐκείνου ἦν. ἐψηφίσαντο δὲ καὶ τῷ Ὀυεντιδίῳ, ἅτε καὶ τὴν συμφορὰν τὴν ἐπὶ τοῦ Κράσσου σφίσι γενομένην ἱκανώτατα τοῖς Πάρθοις διὰ τοῦ Πακόρου (καὶ μάλιστα ὅτι ἐν [96] τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἑκατέρου τοῦ ἔτους ἀμφότερα συνηνέχθη) νομίζοντες ἀνταποδεδωκέναι. καὶ συνέβη γε τῷ Ὀυεντιδίῳ μόνῳ [97] τά τε νικητήρια ἑορτάσαι, ὥσπερ καὶ μόνος ἐνίκησεν, (ὁ γὰρ Ἀντώνιος προαπώλετο) καὶ δόξαν ἀπό τε τούτου καὶ ἐκ τοῦ παραλόγου ἅμα τῆς τύχης μείζω λαβεῖν· ἐν γὰρ τοῖς τοῦ Πομπηίου τοῦ Στράβωνος ἐπινικίοις πομπεύσας ποτὲ [98] μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων, αὐτὸς ἐπινίκια τῶν Πάρθων πρῶτος Ῥωμαίων ἤγαγε. ταῦτα μὲν χρόνῳ ὕστερον ἐγένετο.

quamvis Antonio propter utrumque factum Ventidii, & decretæ ſupplicationes, & triumphus erant; tamen officio ſuo eum detruſit, & neque tum, neque deinceps ulla in re opera ejus uſus eſt. Romæ autem Antonio hæc decreta ſunt, tum ob ejus eminentiam, tum ſecundum leges, quia bellum ejus auſpiciis geſtum erat. Nihilominus tamen Ventidio quoque eadem conceſſa ſunt, quia videbatur calamitatem in Craſſo acceptam Parthis per Pacorum abunde reddidiſſe: præſertim quum eadem anni die utraque res eveniſſet. Et contigit, ut Ventidius, ſicut ſolus vicerat, ita ſolus quoque triumpharet. (Antonius enim antequam triumphare poſſet, periit.) Eaque res, & inſolita fortunæ felicitas, auxere gloriam Ventidii: quippe olim in triumpho Pompeji Strabonis cum aliis captivis ductus, primus inter Romanos de Parthis triumphum duxit. Verum hæc poſtea temporis contigere. A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

Τότε δὲ ὁ Ἀντώνιος προσέβαλε μὲν τῷ Ἀντιόχῳ, καὶ καθεῖλεν αὐτὸν [99] ἐς Σαμόσατα ἐπολιόρκει· ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινεν, ἀλλ' ὅ, τε χρόνος ἄλλως ἀνηλοῦτο, καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ἀλλοτρίως οἱ διὰ τὴν τοῦ Ὀυεντιδίου ἀτιμίαν ἔχειν ὑπώπτευσε, διεκηρυκεύσατο αὐτῷ κρύφα, καὶ πλάσας πρὸς αὐτὸν συνθήκας, ὅπως εὐπρεπῶς [bb] ἀπανάσῃ, ἐποιήσατο. ἀμέλει αὐτὸς μὲν ὀλίγους ὁμήρους, πλὴν δύο, καὶ τούτων οὐκ ἐπιφανῶν, [100] ὀλίγα τὰ χρήματα ἃ ἤτησεν ἔλαβε. τῷ δ' Ἀντιόχῳ θάνατον Ἀλεξάνδρου τινὸς, αὐτομολήσαντος παρ' αὐτοῦ πρότερον πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ἐχαρίσατο. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα πράξας, ἐς τὴν Ἰταλίαν [i] ἀφωρμήθη. [101] Γάϊος δὲ δὴ [k] Σόσιος τήν ἀρχὴν τῆς τε Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας παρ' αὐτοῦ λαβὼν, [102] τούς τε Ἀραδίους πολιορκηθέντας τε μέχρι τότε, καὶ λιμῷ καὶ νόσῳ ταλαιπωρηθέντας, ἐχειρώσατο, καὶ [103] τὸν Ἀντίγονον, [104] τοὺς φρουροὺς τοὺς παρ' ἑαυτῷ τῶν Ῥωμαίων ὄντας ἀποκτείναντα, μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ καταφυγόντα [l] ἐς Ἱεροσόλυμα, [105] πολιορκίᾳ καθεσρέψατο. πολλὰ

22. Antonius autem tunc Antiochum aggreſſus eſt, Samoſatisque obſeſſum oppugnavit: ſed quum nihil proficeret, & tempus fruſtra conſumeretur, ſuſpicareturque milites, ob affectum ignominia Ventidium, animo a ſe eſſe alieno; clanculum de pace cum Antiocho egit, fictisque conditionibus cum eo pactus eſt, ut recedere honeſte poſſet. Nimirum ipſe non plures duobus obſides, ac ne hos quidem illuſtres, neque eam, quam popoſcerat pecuniam, accepit: Antiocho conceſſit, ut Alexandrum necaret, qui prius ab eo ad Romanos transfugerat. His actis Antonius in Italiam curſum inſtituit. C. autem Soſſius, Syriæ & Ciliciæ ab Antonio præfectus, Aradios, adhuc oppugnationem perpeſſos, fameque & morbo confectos, ſubegit: Antigonum, qui præſidium Romanum, quod apud ſe erat, occiderat, prælio victum, Hieroſolymis, quo confugerat, vi expugnavit. Judæi (ut eſt gens iſta iræ,

bb ἀπανάσῃ. ἀπαναστῇ, RS. *i* ἀφωρμήθη. ἀφωρμίσθη, Med. minus bene. *k* Σόσιος. Σώσιος, Xiph. perperam *l* ἐς Ἱεροσ. ἐς τὰ Ἱεροσ. Med.

tidius, qui poſtea Romæ ex Parthis & per Parthos de Craſſi manibus, in hoſtili ſolo miſerabiliter jacentibus, triumphum duxit. Itaque qui captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit. Idem traditum a Plinio VII. 43. Gellio, Vellejo, aliisque, & Juvenali VII. 201. *Captivis fata triumphum.* Cn. Pompejus Strabo Magni pater de Aſculanis Picentibus triumphavit A. U. C. 664. VI. Cal. Jan. a quo tempore usque ad Ventidii triumphum effluxere anni plus quam quinquaginta.

§ 99. (l. 73.) ἐς Σαμόσατα] Plutarchus Antonio p. 931. & Appian. Parthic. p. 159. Antiochum non ab Antonio ſed a Ventidio obſeſſum referunt. Samoſata regni Commageni, quod Antiochus tenebat, βασίλειον & ſedes, ampla & munita civitas Euphrati vicina, illiusque partis Syriæ, quæ poſtea Euphratenſis dicta eſt, metropolis ac caput. Vide Chriſtoph. Cellarium T. II. notitiæ orbis p. 403. & Johannis Harduini numos urbium, p. 436. Antonii Samoſata obſidentis meminit etiam Fl. Joſephus XIV. 27. (24) & τὴν Σαμοσάτων ἅλωσιν, memorat lib. I. de bello Judaico. c. 13.

§ 100. (l. 80.) ὀλίγα τὰ χρήματα ἃ ἤτησεν] Pro mille talentis, quæ primum Ventidio Antiochus obtulerat, ad pacem redimendam, vix trecenta Antonius recepit, ut a Plutarcho & Appiano eſt memoriæ proditum.

§ 101. (l. 84.) Γάϊος δὴ Σόσσιος] Uti *Ventidium* in Aſiam adverſus Parthos, & *Canidium* in Armeniam, Iberiam, Albaniamque, ita *Soſſium* quem Σόσιον vitioſe appellant quidam Joſephi Codices, ad Syriam, Phœnicen & Ciliciam obtinendam miſit, qui omnes rem tam proſpere geſſerunt, ut firmarent, quod vulgo diceretur, Antonium & Auguſtum felicius per legatos, quam per ſe pugnare, ὡς ἐυτυχέστεροι δι' ἑτέρων ἦσαν ἢ δι' αὐτῶν στρατηγοί. Appian. p. 157.

§ 102. (l. 85) τούς τε Ἀραδίους] Aradus parva Phœnices inſula ſeptem ſtadiorum ambitu, ſed frequentia incolarum, ſtudio rei navalis, & opibus inſignis. Vide Strabonem lib. XVI. p. 753. ſq. Soſium διὰ Φοινίκης, ad juvandum Herodem opprimendumque Antigonum, veniſſe, notavit Joſephus XIV. 28. (26.)

§ 103. (l. 87.) τὸν Ἀντίγονον] Antigonus Ariſtobuli filius, quem Herodes (filius Antipatri) Judæa pepulerat, a Pacoro & Parthorum exercitu in regnum Hieroſolymitanum erat reductus, captis Hyrcano, & Phaſaëlo Herodis fratre, Phaſaëlo etiam occiſo, quem cum Herode tetrarchas Antonius conſtituerat, ut multis narrat Flavius Joſephus lib. XIV. c. 23. (al. 21.) ſq.

§ 104. (l. 88.) τοὺς φρουροὺς ἀποκτείναντα] Idem Joſephus XIV. 24. (al. 22.)

§ 105. (l. 90.) πολιορκίᾳ καθεσρέψατο] De oppugnatis captisque ab Soſſio & Herode Hieroſolymis, idem Joſephus XIV. 28. qui illud factum eſſe teſtatur M. Agrippa & Caninio Gallo Coſſ. A. U. C. 717. triennio poſtquam Herodes ab Antonio Rex eſſet conſtitutus Domitio Calvino II. & Aſinio Pollione Coſſ. A. U. C. 714. Conf. Pet. Allixium de anno & menſe natali Jeſu Chriſti. p. 130. 131.

A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej Nerva COSS.

iræ, si semel eam conceperit, acerbissimæ) multa ac gravia quidem mala Romanis intulerunt; longe tamen plura passi sunt. Capti enim ab his sunt priores quidem illi, qui pro templo dei sui propugnabant: post reliqui etiam, iterum Saturni die, quam tanta religione festam agunt, ut qui prius cum templo erant capti a Sossio, instante rursus ea die, a Sossio veniam exoraverint, ac in templum adscendentes, cum reliquis rem sacram pro more peregerint. Antonius Herodi cuidam regnum Judæorum concessit, Antigonum palo alligatum, virgisque cæsum, (quod in nullo unquam rege a Romanis factum fuerat) obtruncari jussit. Id factum Claudio & Norbano coss.

λὰ μὲν δὴ καὶ δεινὰ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς Ῥωμαίους ἔδρασαν, (τὸ γάρ τοι γένος αὐτῶν [106] θυμωθὲν, πικρόταλόν ἐστι) πολλῷ δὲ δὴ πλείω αὐτοὶ ἔπαθον. ἐάλωσαν μὲν γὰρ, πρότεροι μὲν [m] οἱ ὑπὲρ τοῦ τεμένους τοῦ θεοῦ ἀμυνόμενοι, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι [107] ἐν τῇ τοῦ Κρόνου καὶ τότε ἡμέρᾳ ὠνομασμένῃ. καὶ [108] τοσοῦτόν γε τῆς θρησκείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε τοὺς προλέρους τοὺς μεθ' τοῦ ἱεροῦ χειρωθέντας παραιτήσασθαί τε τὸν Σόσιον, ἐπειδὴ ἡμέρα ἅγυθις ἡ τοῦ Κρόνου ἐνέστη, καὶ ἀνελθόντας ἐς αὐτὸ, πάντα μεθ' τῶν λοιπῶν τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι. [n] ἐκείνους μὲν οὖν [109] Ἡρῴδῃ τινὶ ὁ [o] Ἀντώνιος ἄρχειν ἐπέτρεψε· τὸν δ' Ἀντίγονον [110] ἐμασίγωσε, σταυρῷ προσδήσας, (ὃ μηδεὶς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει) καὶ μεθ' τοῦτο καὶ ἀπέσφαξεν. [111] ἐπὶ μὲν δὴ τοῦ τε [p] Κλαυδίου τοῦ τε Νωρβανοῦ τοῦθ' οὕτως ἐγένετο.

23. Anno insequenti, nihil memoratu dignum a Romanis in Syria actum est. Nam Antonius in Italiam eundo, ac inde revertendo, totum annum contrivit. Sossius Antonii, non suam gloriam aucturus, metu invidiæ iræque ejus, ita id tempus consumpsit, ut non quomodo re aliqua egregie gesta Antonium offenderet, sed quomodo otiatus, ejus gratiam iniret, cogitaverit. At Parthi ipsi, nemine lacessente, novum bellum ingens moverunt: idque hac occasione. Orodes rex Parthorum, quum & senectus eum, & Pacori desiderium, conficeret; vivus adhuc, regnum Phraati, filiorum reliquorum ætate maximo, tradidit. Is regno accepto, omnium se mortalium sceleratissimum gessit. Nam & fratres suos, ex Antiochi filia natos, quod se & virtute & materno

Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ ἔτει, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι οὐδὲν ἐν τῇ Συρίᾳ λόγου ἄξιον ἔπραξαν. Ἀντώνιος μὲν γὰρ ἐς τε τὴν Ἰταλίαν ἀφικνούμενος, καὶ ἐκεῖσε ἅγυθις ἐπανιὼν, πάντα τὸν ἐνιαυτὸν καθέτριψε· Σόσιος δὲ, ἅτε τὰ ἐκείνου, ἀλλ' οὐ τὰ ἑαυτοῦ [q] ἐπαύξων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ [r] τὸν Φθόνον τήν τε ὀργὴν αὐτοῦ φοβούμενος, διεξέλεσε διασκοπῶν οὐχ ὅπως προσκαθορθώσας τι, ἀπεχθήσοιτό οἱ, ἀλλ' ὅπως ἡσυχίαν ἄγων χαρίσαιτο. τὰ δὲ δὴ τῶν Πάρθων ἰσχυρῶς αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ἐκ τοιοῦδέ τινος ἐνεωτερίσθη· ὁ Ὀρώδης, ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἐπειδὴ τῇ τε ἡλικίᾳ καὶ [112] τῷ πένθει τῷ τοῦ Πακόρου ἔκαμνε, [113] Φραάτῃ, [s] τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν λοιπῶν παίδων, τὴν ἀρχὴν ζῶν ἔτι ἐνεχείρισε· καὶ ὃς, παραλαβὼν αὐτὴν, ἀνοσιώτατος ἀνθρώπων ἐγένετο. τούς τε γὰρ ἀδελφοὺς τοὺς [114] ἐκ τῆς τοῦ Ἀντιόχου θυγατρὸς γεγεννημένους ἐδολοφόνησεν, ὅτι καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ γένος τὸ μητρόθεν ἀμείνους αὐτοῦ ἦσαν· [115] καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον δυσ-

ανα-

[m] οἱ. sic Med. & Xiph. vulgo male articulus οἱ omittitur. [n] ἐκείνους. ἐκείνοις, Od. sed bene habet constructio ἐκείνους ἐπέτρεψε Ἡρῴδῃ ἄρχειν, i. e. πρὸς τὸ ἄρχειν. [o] Ἀντώνιος. Σόσσιος, L. ad marg. sed Ἀντώνιος etiam recte legitur apud Xiph. nec enim legatus Sossius, injussu Antonii, de Antiocho statuere poterat. [p] Κλαυδίου τοῦ τε Νωρβανοῦ. Petavius doctr. temp. X. 67. erroris arguit Dionem, ex Josepho existimans, id accidisse Agrippa & Canidio Coss. Petavium vero sic refellit Norisius Cenot. Pis. p. 145. quasi is Dionem a librariorum corruptela corrigendum dixerit; quod secus se habet. cæterum legi merentur, quæ is pro defendenda Dionis & refutanda Josephi chronologia affert. [q] ἐπαύξων. ἐπάξων, V. a. [r] Φθόνον. ita HS. & L. ex emendatione Xyl. pro φόνον, quod est apud RS. [s] τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν λοιπῶν παίδων. sic V. a. & Med. consentiente etiam Z. vulgo τῶν παίδων τῷ πρεσβυτάτῳ, omisso plane λοιπῶν, quod vocabulum hic, ratione Pacori interfecti, omnino necessarium.

§ 106. (l. 92.) θυμωθὲν, πικρόταλον] Testimonium de Judæorum libidine ulciscendi se ac sæviendi in hostes, multis documentis vario tempore comprobatum. vide quæ infra ad p. 794. A.

§ 107. (l. 95.) ἐν τῇ τοῦ Κρόνου καὶ τότε ἡμέρᾳ] Die Saturni captæ Hierosolymæ, ut ante XXVII. annos a Pompejo. supra p. 36. E. Addit Josephus sub libri decimi quarti finem, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, festo magni jejunii die XXVIII. mensis Cisleu: perinde ut Pompejum τηρῆσαι τὴν τῆς νηστείας ἡμέραν, testatur Strabo XVI. p. 763.

§ 108. (l. 96.) τοσοῦτόν γε τῆς θρησκείας] Narrat etiam Josephus, magnis precibus obtinuisse a Romanis & Herode obsessos, ut saltim quotidianas victimas adducere permitterent.

§ 109. (l. 1.) Ἡρῴδῃ τινὶ ὁ Ἀντώνιος] Ab Antonio & Augusto, qui Antigonum Romanorum hostem invisum habebant, regnum Judææ Herodi, Antipatri filio, datum, Domitio Calvino II. & C. Asinio Pollione Coss. (A. U. C. 714.) narrat Josephus IV. 26. (23.)

§ 110. (l. 3.) ἐμασίγωσε σταυρῷ προσδήσας] Non pugnant cum Dione Strabo, cujus verbis laudatis adsentitur Josephus XV. 1. nec Plutarchus in Antonio p. 932. narrantes, securi in conspectu populi percussum Antigonum, quem Antiochiam Antonius adduxerat. Nam, ut recte annotavit Casaubonus Exercit. I. ad Baron. c. 7. eodem pertinet quod Dio subjungit: καὶ μεθ' τοῦτο ἀπέσφαξεν. Igitur quo ignominiosiore supplicio afficeretur, productus deligatusque ad palum & cæsus virgis, denique securi percussus, quod ignominiosius erat, quam caput amputari gladio, ut docent viri docti ad hæc Flori II. 5. *legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant, jure agentes, ne gladio quidem, sed ut victimas securi percutiunt.* Et Gerardus Sichtermannus de pœnis militaribus Romanorum c. 6. Huc refer quod de Antigono est apud Josephum lib. I. de bello Judaic. c. 13. ἄξιος τῆς ἀγεννείας πέλεκυς ἐνδέχεται. Quod autem Strabo & Plutarchus negant, ulli regi factum a Romanis, ut πελεκισθεὶς sive securi percussus periret, Dio ad ignominiam flagellationis & alligationis ad palum refert. Quemadmodum porro crucifigendi prius virgis cædebantur, ut præter eos qui de cruce scripsere, demonstrarunt viri docti ad Matth. XXVII. 26. & Joh. Pearsonius ad Symbolum Apostolicum p. 359. sq. edit. Latinæ, sic etiam ex antiquissimo more securi percutiendos, antequam cervicem illi subjicerent, deligatos ad palum & virgis cæsos constat, ut apparet ex Livii VII. 19. *medio in foro omnes virgis cæsi ac securi percussi.* Sic & Polybius in excerptis lib. XI. p. 902. jungit μαστιγουμένους καὶ πελεκιζομένους, de iisdem loquens de quibus Livius XXVIII. 29. *deligati ad palum virgisque cæsi & securi percussi.* vide Pet. Fabrum Semestr. lib. II. c. 10. p. 123. sq. Quanquam porro vocabulum ἀπέσφαξεν, quo utitur hoc loco Dio, solet frequenter usurpari de jugulatione, tamen ἀποσφάττειν, & ἀποσφάζειν, perinde ut σφάττειν & σφάζειν, de omni genere trucidationis & mactationis, maxime de illo quod præciso capite fit, communi scriptorum usu accipitur. Josephus XX. penult. verbo ἀνεῖλεν usus est de eadem re loquens: Ἀντώνιος δὲ ἀνεῖλεν ἐς τὴν Ἀντιόχειαν ἀναχθέντα.

§ 111. (l. 5.) ἐπὶ μὲν δὴ] Josephus XIV. ult. diserte testatur, Hierosolyma capta non Claudio & Norbano Coss. sed anno post, Coss. M. Agrippa & L. Caninio. A. U. C. 717. Sed Dioni de inchoata obsidione sermo, de illa finita Josepho, unde

ἀναχεῖσθαι ἐπὶ τούτῳ [ss] ἐπαπέλεινε, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων τοὺς γενναιοτάτους ἔφθειρε· καὶ πολλὰ ἕτερα καὶ δεινὰ ἐποίει, ὥστε συχνοὺς τῶν πρώτων ἐγκαταλιπόντας αὐτὸν, τοὺς μὲν ἄλλοσε, τοὺς δὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀποχωρῆσαι, [116] ἐν οἷς καὶ ὁ Μοναίσης ἦν. τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀγρίππου καὶ ἐπὶ τοῦ Γάλλου [t] ὑπατευόντων ἐγένετο.

Ἐν δὲ δὴ τῷ λοιπῷ χειμῶνι, τοῦ τε Γελλίου καὶ τοῦ Νερούα ἀρχόντων, [117] Πούπλιος Κανίδιος Κράσσος [118] ἐπὶ Ἴβηρας τοὺς ταύτῃ στρατεύσας, μάχῃ τε τὸν βασιλέα αὐτῶν Φαρνάβαζον ἐνίκησε, καὶ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο· καὶ μετ' αὐτοῦ ἐς τὴν Ἀλβανίδα τὴν ὅμορον ἐμβαλὼν, καὶ ἐκείνους τόν τε βασιλέα αὐτῶν Ζόβηρα καταλήσας, ὁμοίως αὐτοὺς ᾠκειώσατο. τούτοις τε οὖν ἐπαρθεὶς ὁ Ἀντώνιος, καὶ προσέτι καὶ ἐπὶ τῷ Μοναίσῃ πολλὰ [u] ἐλπίσας, (καὶ γὰρ ὑπέσχητο αὐτῷ τῆς τε στρατιᾶς ἡγήσεσθαι, καὶ τὰ πλείω τῆς Παρθίας ἀκονιτὶ προσποιήσειν) τόν τε πόλεμον τὸν πρὸς αὐτοὺς ἐς χεῖρας ἤγετο τῷ Μοναίσῃ, [x] ἄλλα τε καὶ [119] τρεῖς τῶν Ῥωμαίων πόλεις, μέχρι ἂν διαπολεμήσῃ, νέμεσθαι ἔδωκε, καὶ προσέτι καὶ τὴν τῶν Πάρθων βασιλείαν ὑπέσχετο. πραττόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, δείσας ὁ Φραάτης, ἄλλως τε καὶ τῶν Πάρθων χαλεπῶς ἐπὶ τῇ τοῦ Μοναίσου φυγῇ φερόντων, ἐπεκηρυκεύσατό τε αὐτῷ, οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ἔπεισεν αὐτὸν ἐπαναχωρῆσαι. γνοὺς οὖν τοῦτο ὁ Ἀντώνιος, ὀργὴν μὲν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐποιεῖτο, οὐ μέντοι ἀπέκτεινε τὸν Μοναίσην, καίπερ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπικρατείᾳ ἔτ' ὄντα. οὔτε γὰρ ἄλλον τινὰ τῶν βαρβάρων, ἄν γε τι τοιοῦτον ποιήσῃ, σφετερίσασθαι προσεδόκησε· καί τινα ἀπάτην ἐπ' αὐτοὺς παρεσκευάζετο. ἐκεῖνόν τε οὖν ἀφῆκεν, ὡς καὶ τὰ τῶν Πάρθων οἱ προσποιήσοντα, καὶ πρέσβεις μετ' αὐτοῦ πρὸς τὸν Φραάτην ἔπεμψε. καὶ λόγῳ μὲν

no genere præstantiores essent, dolo necavit, & ac post etiam nobilissimum quemque: ac præterea tam multa flagitiose egit, ut primorum complures ab eo, partim alio, partim ad Antonium (in quibus etiam fuit Monæses) concesserint. Evenit hoc Agrippa & Gallo coss. A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

24. Reliqua hyemis parte, Gellio & Nerva coss. P. Canidius Crassus in Iberos, scilicet Asiaticos, exercitum duxit: victumque pugna regem eorum Pharnabazum ad societatem belli compulit: ac cum eo in Albaniam vicinam progressus, victam eam gentem, & regem eorum Zoberem, similiter sibi adjunxit. His elatus Antonius, & Monæsi fidens, (is enim se ducem belli futurum, ac sine ullo labore pleraque Parthiæ occupaturum promiserat) bellum Parthicum Monæsi gerendum injunxit: atque inter alia præmia, ei tres Romanis subditas urbes possidendas usque ad finem belli concessit, regnumque Parthiæ promisit. Phraates, quum ejus rei causa sibi metueret, præsertim quia exilium Monæsis Parthi molestе ferebant, legatos ad Monæsem misit de pace, summisque pollicitationibus, ut retro cederet, persuasit. Quod cognitum etsi, ut par erat, stomachum Antonio movit, tamen Monæsem, quem in sua adhuc potestate habebat, non occidit: (quia, si id feciisset, neminem barbarum deinceps ad suam amicitiam accessurum putabat) sed fraudem contra hostem struens, eum dimisit, tanquam ejus opera cum Parthis amicitiam facturus: & cum eo legatos misit ad Phraaten, per quos pacem se compositurum simulavit, hac conditione,

ss ἐπαπέλεινε. sic Med. melius quam vulgo ἀπέκτεινε, quanquam hoc & Z.

t ὑπατευόντων. sic, pro vulgato ὑπατευοντος, V. a. b. & Med. sic fere etiam inter alias conjecturas L. quanquam is ὑπάτων ceteris præfert. præcedens Μοναίσῃ duplici σ scribitur in Med.

u ἐλπίσας. ἐπελπίσας, Med. præcedens Μοναίσῃ duplici deyo, qui pro præcedenti τῷ Μοναίσῃ substituit αὐτῷ.

x ἄλλα τε. καὶ ἄλλα τε, L. non assentior autem Cl. Od-

unde etiam repetendum regni Herodis initium. Confer si placet Dubia Evangelica eruditissimi Viri Frid. Spanhemii T. II. dubio 2.

§ 112. (l. 17.) τῷ πένθει τοῦ Πακόρου] Justinus XLII. 4. *Orodes pater Pacori —— repente filii morte* (supra p. 404. C.) *& exercitus clade audita, ex dolore in furorem vertitur. Multis diebus non alloqui quenquam, non cibum sumere, non vocem mittere, ita ut etiam mutus factus videretur. Post multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud quam Pacorum vocabat: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur, cum illo loqui, cum illo consistere, interdum quasi amissum flebiliter dolebat.*

§ 113. (l. 18.) Φραάτῃ τῶν παίδων τῷ πρεσβυτάτῳ] Tertius hic inter Parthorum reges Phraates, post primum Mithridatis filium, & secundum filium Sinatrucis, sive Sintrici, Orodis patrem. Phraatem autem vocant præter Justinum & Dionem etiam Horatii codices lib. II. od. 2. v. 17. *redditum Cyri solio Phraatem*, & Strabonis, pluribus locis, & Appiani aliorumque; unde emendandus Plutarchus in Antonio p. 932. 933. 934. 939. ubi Φραώτης identidem scribitur, sicut Phraates secundus in Memnonis eclogis apud Photium cod. 224. p. 393. minus emendate Φραάτης. Utrum autem filiorum ætate maximus Orodi hic Phraates fuerit, quod Dionis vestigiis insistens tradit etiam Zonaras, dubium possit videri, quia Justinus testatur, sollicitum fuisse miserandum senem, quem ex numero triginta filiorum in locum Pacori regem destinaret —— *sed fatum Parthiæ fecit, ut scelerati[ssimus] omnium Phraates rex statueretur.*

§ 114. (l. 21.) ἐκ τῆς τοῦ Ἀντιόχου θυγατρός] Antiochum Commagenes regem intellige, cujus p. 405. B. fuit mentio. Quos autem ex Antiochi filia natos Phraatis fratres Dio refert, Justinus testatur ex pluribus pellicibus susceptos fuisse. *Multæ pellices, ex quibus generata tanta juventus erat, pro suis quæque sollicitæ, animum senis obsidebant.*

§ 115. (l. 23.) καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον δυσαναχείτητα] Imo primum patrem a Phraate interfectum, idem Justinus ex Trogo Pompejo refert XLII. 5. *Itaque statim, quasi nollet mori, patrem interfecit: fratres quoque XXX. trucidat, sed nec in filiis cessant parricidia. Nam cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret, ne esset qui nominari rex posset, adultum filium interfici jubet.*

§ 116. (l. 28.) ἐν οἷς καὶ ὁ Μοναίσης] Monæses Parthorum dux inclytus, ἀνὴρ ἐπιφανὴς καὶ δυνατὸς, Plutarchus Antonio, p. 932. qui Romanos magna deinde clade affecit: in Appiani codicibus p. 157. Parthicor. Μονέσσης, & p. 166. Μόνεσσος. Horat. lib. III. od. 6. v. 9.

Jam bis Monæses & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros, & adjecisse prædam
Torquibus exiguis renidet.

§ 117. (l. 32.) Πούπλιος Κανίδιος Κράσσος] Hunc Canidium summa apud Antonium gratia valuisse, notat Plutarchus p. 934. Κανίδιος ἀνὴρ παρὰ Ἀντωνίῳ δυνάμενος μέγιστον. Idem ex Plutarcho, ut solet, repetit Appianus p. 163. Idem p. 157. καὶ Κανίδιος ἀπολαφθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου περὶ Ἀρμενίαν, τούτους τε νικῶν, καὶ τοὺς Ἰβήρων καὶ Ἀλβανῶν βασιλέας, ἄχρι τοῦ Καυκάσου προῆλθεν. Hic est qui denique ad Augustum accessit, fuitque in causa ut Antonii in pugna victi exercitus eidem Augusto se traderent. Plutarch. p. 947.

§ 118. (l. 33.) ἐπὶ Ἴβηρας] De regno Iberiæ Asiaticæ, & de Pharnabazo Rege Artocis filio, adeundus Reinerus Reineccius in Histor. Julia T. III. p. 319. qui etiam de regno Albaniæ, & Rege Zobere, quem ille Orœsis filium fuisse suspicatur, p. 323. consuli poterit.

§ 119. (l. 41.) τρεῖς τῶν Ῥωμαίων πόλεις] Tres Syriæ civitates, Larissam, Arethusam & Hierapolin, quæ Bambyce antea sive Borbyce. Plutarchus Antonio p. 932. Appian. Parthic. p. 157. 166.

A.U.C.718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

conditione, ut rex ſigna & captivos, quæ in Craſſi clade Parthi ceperant, Romanis redderet. Ita ſe ſperabat regi propter ſpem pacis imparato ſuperventurum: atque interim ad bellum re ipſa ſe comparabat.

μὲν τὴν εἰρήνην ἔπρατ]εν, ἐπὶ τῷ τά τε σημεῖα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τοὺς ἐν τῇ τοῦ Κράσσου συμφορᾷ ἁλόντας κομίσαθαι, ἵνα ἀπαράσκευον τὸν βασιλέα διὰ τὴν 407
γ τῆς συμβάσεως ἐλπίδα λάβῃ· ἔργῳ δὲ, τὰ τοῦ πολέμου πάν]α ἡτοιμάζε]ο.

25. Hinc ad Euphratem proceſſit, exiſtimans eum nudatum præſidio fore. Quod poſtquam eo loci ubivis vidit diligentiſſime poſitum, averſo inde itinere, in Armeniam ſtatim ire inſtituit, ad bellum Artavaſdi Medorum regi faciendum; ab cognomine Artavaſde, Armeniæ majoris rege, inimico ejus, impulſus. Quumque interea intelligeret, regem Mediæ, ad opem Parthis ferendam, procul domo abiiſſe; impedimentis ac parte exercitus cum Oppio Statiano relictis, ſubſequique ſe juſſis, ipſe cum equitibus ac peditatus optima parte feſtinato profectus eſt, ſperans ſe primo impetu omnem Mediam ſubacturum: quumque ad Praaſpa, quæ regia eſt Mediæ, veniſſet, aggere jacto ea oppugnare cœpit. Qua re cognita, Parthus ac Medus, fruſtra eum laborare in oppugnanda urbe, validis muris ac multis defenſoribus munita, paſſi ſunt: ipſi vero Statianum, in itinere fatigatum, improviſo adorti, ad unum omnes, qui cum eo erant, conciderunt, præter Polemonem, Ponti regem, bellique tunc ſocium; quem ſolum, cum cepiſſent vivum, accepta pecunia, dimiſerunt. Fuit autem hoc barbaris factu facile, quia Armeniæ rex ei pugnæ non intererat: qui quum potuiſſet Romanis ſubvenire, ut nonnulli tradunt, non modo id non fecit, ſed ne ad Antonium quidem, verum in regnum ſuum, diſceſſit.

Καὶ ἦλθε μέχρι τοῦ Εὐφράτου, νομίζων ἔρημον αὐλὸν φρουρᾶς εἶναι· ἐπεὶ μέντοι πάν]α τὰ ταύτῃ διὰ φυλακῆς ἀκριβοῦς ὄν]α ἔυρεν, ἐκεῖθεν μὲν ἀπελᾴπε]ο, [z] ἐπὶ δὲ τὸν [120] τῶν Μήδων βασιλέα 65[a] Ἀρ]αουάσδην τῷ τῆς Ἀρμενίας τῆς μείζονος βασιλεῖ, ὁμωνύμῳ τέ οἱ καὶ ἐχθρῷ ὄντι, πειθεὶς στρατεῦσαι, πρὸς τὴν Ἀρμενίαν εὐθὺς ὥσπερ εἶχεν ἐχώρησε· καὶ μαθὼν ἐνταῦθα τὸν Μῆδον [b] πολὺ B
ἀπὸ τῆς οἰκείας ἐπὶ τῇ τοῦ Πάρθου συμμαχίᾳ ὄν]α, τὰ μὲν σκευοφόρα [121] καὶ τοῦ στρα]οῦ μέρος [122] μετ' Ὀπτίου [c] Στα]ιανοῦ ὑπελείπε]ο, ἐπακολουθεῖν σφᾶς κελεύσας· αὐ]ὸς δὲ [d] τούς τε ἱππέας καὶ τοῦ πεζοῦ τὸ κράτιστον λαβὼν, ἠπείχθη ὡς καὶ αὐ]οβοεὶ πάν]α τῶν ἐναν]ίων αἱρήσων. [123] καὶ
τοῖς [e] Πραάσποις τῷ βασιλείῳ αὐλῶν προσπεσὼν, χώμα]ά τε ἔχου, καὶ προσβολὰς ἐποιεῖτο. πυθόμενοι δὲ ταῦτα ὅ, τε Πάρθος καὶ ὁ Μῆδος, ἐκεῖνον μὲν μάτην εἴων πονεῖθαι· (τά τε γὰρ τείχη ἰσχυρὰ ἦν, καὶ συχνοὶ ἀπ' αὐ]ῶν ἠμύνον]ο·) τῷ δὲ δὴ C
Στα]ιανῷ ἀπροσδοκήτῳ τε ἐν τῇ πορείᾳ καὶ κεκμηκότι προσπεσόν]ες, πάν]ας, [124] πλὴν τοῦ Πολέμωνος, τοῦ ἐν τῷ Πόν]ῳ βασιλεύον]ος καὶ τότε συστρατεύον]ος αὐ]ῷ, ἐφόνευσαν. τοῦτον γὰρ δὴ μόνον καὶ ἐζώγρησαν καὶ ἀπέλυσαν, χρήμα]α λαβόν]ες. ἠδυνήθησαν δὲ ταῦτα πρᾶξαι, ὅτι [125] ὁ μὲν Ἀρμένιος οὐ παρεγένε]ο τῇ μάχῃ, ἀλλὰ καὶ δυνηθεὶς ἂν, ὥς φασί τινες, ἐπικουρῆσαι τοῖς Ῥωμαίοις, οὔ]ε τοῦτο ἐποίησεν, οὔ]ε πρὸς τὸν Ἀν]ώνιον ἀφίκε]ο, ἀλλ' ἐς
τὴν [f] οἰκείαν ἀνεχώρησεν. D

26. Antonius, etſi ad primum Statiani nuntium feſtinarat, ut ſuis auxilium ferret, tamen tardius venit, ac præter mortuos neminem invenit. Quanquam vero clade hac terrebatur, tamen quia nemo barbarorum ſibi occurrebat, cenſens eos propter metum aliquo abiiſſe, animum reſumpſit: ac non multo poſt cum eis congreſſus, funditorum opera, quorum & magnus erat numerus, & jactus longius quam ſagittarum pertingens, omnes, etiam cataphractos, graviter

Ὁ δ' Ἀν]ώνιος ἠπείχθη μὲν πρὸς τὴν πρώτην προσελθοῦσάν οἱ ὑπὸ τοῦ Στα]ιανοῦ ἀγγελίαν, ὡς καὶ βοηθήσων αὐ]ῷ, [g] ὑστέρισε δέ· ἔξω γὰρ τῶν νεκρῶν οὐδένα ἔυρε. καὶ καὶ]α μὲν τοῦτ' ἐφοβήθη, ὅτι δὲ [h] οὐδενὶ τῶν βαρβάρων ἐνέτυχεν, ὑπε]όπησέ τε ἀπεληλυθέναι οἱ αὐ]οὺς ὑπὸ δέους, καὶ ἀνεθάρσησε. καὶ τούτου συμβαλὼν σφίσιν οὐ πολλῷ ὕστερον, τροπὴν μὲν αὐ]ῶν ἐποιήσα]ο. [126] οἱ γὰρ σφενδονῆται, πολλοί τε ὄν]ες, καὶ [i] μακρο]έρῳ τῶν τόξων ἰέν]ες, πάν]α [127] καὶ τὸν κα]άφρακ]ον ἰσχυρῶς ἐλυ- E
μαί-

y τῆς. adjeci ex Med. *z* ἐπὶ. male RS. ἐπὰ. *a* Ἀρ]αουάσδην. alii Ἀρ]άβαζον habent, X. vide F.
b πολὺ. ſic HS. & L. ex emendatione Xyl. πολὺν, RS. & Med. *c* Στα]ιανοῦ. Στραλιανοῦ, Z. Τα]ιανοῦ, V. b. vide F.
d τούς τε. ſic Med. τε vulgo deſideratur. *e* Πραάσποις. Φραάτοις, Xiph. vide F. *f* ἐς τὴν οἰκείαν ἀνεχώρησεν. ſic V. a. & Med. vulgo ἐχώρησεν, cujus verbi præpoſitionem ἀν abſorpſit præcedens οἰκείαν. *g* ὑστέρισε. ὑστέρησε, ſicut orthographia requirit; quanquam libro ſequenti etiam ὑστερίσωσι dixerit. X. immo utrumque, ὑστερίζω æque ac ὑστερέω, dicitur, pro *tardius venio*, ut multis exemplis conſtat, ſicut & h. l. ὑστερίσα]ος, Z. *h* οὐδενὶ. ita ſcripſi ex V. a. b. & Med. pro οὐδεὰς, quod editi Dionis libri habent. idem conjectura aſſecutus eſt Od. *i* μακροτέρῳ. μακρο]έρων, V. b. perperam. idem dicendum de ἀπαγωγῇ, quod paulo inferius l. 7. idem cod. exhibet pro ἐπαγωγῇ.

§ 120. (l. 64.) τῶν Μήδων βασιλέα Ἀρ]αουάσδην] Plutarchus p. 933. Appian. p. 158. Medorum regnum duplex, alterum magnæ Mediæ, quod illo tempore tenebant Parthi: alterum quod hoc loco intelligitur Mediæ Atropatiæ, ſive ut Plutarchus appellat & Appianus, Atropatenes, ab Atropato duce ſocero Perdiccæ, a quo conſtitutum illud peculiares reges habuiſſe, & ad ſuam usque duraſſe ætatem teſtatur Strabo XI. p. 522. ſq. conf. laudatum Reineccium T. III. Hiſtoriæ Juliæ p. 196. & 198. ubi de Artuasde ſive Artabaze hoc Medo Darii F. cujus mortem tangit Dio p. 326. D. Idem vero nomen *Artavasdes* Plutarchi ac Dionis, cum Appiani *Artabaze*. Nam ut B. & V. ita Z. & SD. ſæpiſſime permutantur inter ſe. Sic & Armeniæ regem Artabazen dixit Dio ſupra p. 128.

§ 121. (l. 70.) καὶ τοῦ στρα]οῦ μέρος] Decem millia fuiſſe ex Plutarcho & Appiano diſcas.

§ 122. (l. 71.) μετ' Ὀπτίου Στα]ιανοῦ] Ita & Zonaras & Dio infra p. 418. A. ſed Plutarchi & Appiani codices Τα]ιανοῦ. quidam Zonaræ Στραλιανοῦ.

§ 123. (l. 74.) καὶ τοῖς Πραάσποις] Infra E. & p. 435. D. de Antonio, ἀφίκετο ἀπὸ τῶν Πραάσπων ἀποκεχώρηκε. Apud Appianum p. 158. 168. hæc Mediæ Atropatenes regia, Φράαλα, quomodo etiam legendum apud Plutarchum in Antonio p. 933. ubi vitioſe excuſum eſt Φραάρ]ου μεγάλην πόλιν, pro Φράαλα, quod nomen hoc loco habent etiam Xiphilini codices.

§ 124. (l. 81.) πλὴν τοῦ Πολέμωνος] Polemonem regem etiam inter occiſos fuiſſe, Plutarchus & Appianus diſerte tradunt,

μαίνοντο, [128] οὐ μέντοι καὶ ἀξιόλογόν τι πλῆθος ἔφθειρον· οἱ γὰρ Βάρβαροι διαταχέων [k] ἵππευον. τοῖς τε οὖν Πραάσποις αὖθις προσέμιξε, καὶ ἐκεῖνα ἐπολιόρκει, τοὺς μὲν πολεμίους μηδὲν μέγα λυπῶν, (οἵ τε γὰρ ἔνδον ὄντες, ἰσχυρῶς αὐτὸν ἀπεκρούοντο, καὶ οἱ ἔξωθεν οὐ ῥᾳδίως αὐτῷ συνέμισγον) τῶν δὲ δὴ σφετέρων πολλοὺς μὲν [l] ἐπὶ τῇ τῶν ἐπιτηδείων καὶ ζητήσει καὶ [i] ἐπαγωγῇ ἀποβάλλων, [129] συχνοὺς δὲ καὶ αὐτὸς κολάζων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, ἕως ἔτι αὐτόθεν ποθὲν τὴν τροφὴν ἐλάμβανον, ἐξήρκουν ἐς ἀμφότερα, ὥστε καὶ τὴν προσεδρείαν καὶ τὴν λῆψιν αὐτῆς ἀσφαλῆ ποιεῖσθαι· ἐπεὶ δὲ τά τε ἐγγὺς πάντα καταναλώθη, καὶ πόρρῳ [m] ποι οἱ στρατιῶται προχωρεῖν ἠναγκάζοντο, συνέβαινεν αὐτοῖς, εἰ μὲν ὀλίγοι ποι πεμφθεῖεν, μὴ μόνον μηδὲν φέρειν, ἀλλὰ καὶ προσαπόλλυσθαι· εἰ δὲ δὴ πλείους, ἔρημον τὸ τεῖχος τῶν [n] πολιορκούντων καταλείπειν, καὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας ἐν τούτῳ, πολλὰς δὲ καὶ μηχανὰς, ἐπεξιόντων σφίσι τῶν βαρβάρων, ἀποβάλλειν.

Καὶ διὰ ταῦτα ὁ Ἀντώνιος καὶ [130] κριθὴν ἀντὶ τοῦ σίτου ἔδωκε τοῖς σὺν αὐτῷ, καὶ ἐδεκάτευσε τινάς· τό τε σύμπαν, πολιορκεῖν δοκῶν, τὰ τῶν πολιορκουμένων ἔπασχεν. οἵ τε γὰρ ἐν τῷ τείχει τοὺς καιροὺς τῶν ἐπεκδρομῶν ἀκριβῶς ἐτήρουν, καὶ οἱ ἔξω τοῖς τε κατὰ χώραν μένουσιν αὐτῶν, ὁπότε δίχα γένοιντο, δεινῶς, καὶ προσελαύνοντες ἐξαπίνης, καὶ ὑποστρέφοντες δι' ὀλίγου, ἐνέκειντο· καὶ τοῖς σιταγωγοῦσιν, ἐπὶ μὲν τὰς κώμας ἀπιοῦσιν, οὐκ ἠνώχλουν, σκεδαννυμένοις δὲ δὴ καὶ ἀνακομιζομένοις προσέπιπτον ἀνέλπιστοι. προσκαθημένου δ' οὖν καὶ ὡς αὐτοῦ τῇ πόλει, δείσας ὁ Φραάτης, μὴ καὶ κακόν τι αὐτὴν ἐν τῷ χρόνῳ, ὃ ἢ καὶ καθ' ἑαυτὸν τρόπον τινὰ, ἢ καὶ συμμαχίαν ποθὲν προσλαβών, ἐργάσηται, ἔπεισεν αὐτὸν, ὑποπέμψας τινὰς, ἐπικηρυκεύσασθαί οἱ, ὡς καὶ ῥᾴσα τῶν σπονδῶν τευξόμενον. καὶ τούτου τοῖς τε πεμφθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ ἐχρημάτισεν, [131] ἐπί τε χρυσοῦ δίφρου καθήμενος, καὶ τὴν νευρὰν τοῦ τόξου [p] ψάλλων, καὶ καταδραμὼν αὐτοὺς πολλὰ, τέλος τὴν εἰρήνην, ἄν γε παραχρῆμα ἀποστρατοπεδεύσωσι, δώσειν ὑπέσχετο. ἀκούσας οὖν τοῦτο

ter lædebat, in fugam eos conjecit: sed propter celeritatem equitandi barbarorum, non magnam stragem edidit. Igitur Praasporum oppugnationem iterum aggressus, hostibus quidem, quum & præsidium magna vi eum repelleret, & qui foris erant congrediendi facultatem non darent, damni nihil admodum intulit: suorum autem permultos in quærendis ac supportandis commeatibus amisit, multos ipse supplicio affecit. Nam initio quidem, dum cibaria ex vicinia alicunde Romani haberent, & obsidioni urbis & commeatibus tuto parandis facile sufficerant: postquam autem propinquis omnibus absumptis, milites frumentatum longius abire opus habuerunt, eveniebat, ut si pauci emitterentur, non modo nihil apportarent, sed ipsi quoque perirent: sin multi, oppugnatoribus urbs carebat, ac barbaris erumpentibus, multi milites, multæ machinæ Romanorum perdebantur. A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

27. Igitur Antonius omnibus suis militibus hordeum pro frumento dedit, & de quibusdam decimum quemque ad supplicium sorte legit: omnino autem, quum videretur alios in obsidione habere, ea patiebatur, quæ obsessis usu venire solent. Nam & oppidani diligenter tempus eruptionibus idoneum observabant, & qui foris erant, Romanos ad urbem manentes, quoties sejuncti a cæteris essent, subitis incursibus, & abscessu festinato, graviter vexabant; & frumentatoribus quidem ad pagos exeuntibus molestiam exhibebant nullam, palantes autem ac redeuntes ad suos inexspectati adgrediebantur. Quum nihilominus in obsidenda urbe Antonius persisteret, vereri Phraates cœpit, ne cum tempore Antonius vel per se, vel auxilio etiam alicunde auctus, urbem incommodo aliquo afficeret. Igitur per quosdam subornatos persuasit Antonio, ut de pace, velut facile impetranda, ageret cum Phraate: qui proinde legatis, ejus rei causa ab Antonio missis, aurea ipse sella sedens, ac nervum arcus contrectans, multisque verbis in Romanos invectus, tandem pacem ea conditione promisit, ut continuo exercitum abducerent. Hoc audito Antonius, quum & fastum regis

k Ἵππευον. forte ἀφίππευον, Od. conjectura satis probabili ex p. 132. A. *l* ἐπὶ. ἐν, Med. *m* ποι. πῃ, Med. *n* πολιορκούντων. πολιορκησόντων, V. a. Med. illud æque bonum. *o* ἢ. ἤτοι, Med. *p* ψάλλων. ψαύων, N. & ita quoque in MS. Sylb. de legationibus reperiri, testatur L. rectius hoc judicans. sed illud omnino præferendum, imo unice verum, siquidem locum hunc Dionis ita laudatum deprehendo apud Suidam in ψαλόμενος. ubi Kusterus nihil annotavit ex quo auctore locus sit petitus.

dunt, sed falluntur, quoniam Armenia minore deinde ab Antonio donatum demonstrabit Dio infra p. 418.

§ 125. (l. 85.) ὁ μὲν Ἀρμένιος] Artavasdes sive Artabazes cum militum sedecim millibus, Appianus p. 168. sq. vide quæ infra ad p. 410. C.

§ 126. (l. 97.) οἱ γὰρ σφενδονῆται] De funditoribus Romanorum, lapides magnos brevi, medio vel longiore jactu fundentibus, copiose & accurate Lipsius, lib. IV. Poliorceticon dialog. 2. 3.

§ 127. (l. 99.) καὶ τὸν καταφρακτὸν] De Parthorum cataphractis dixi ad p. 127. C. 404. B.

§ 128. (l. 100.) οὐ μέντοι ἀξιόλογόν τι πλῆθος] Captos triginta, & cæsos octoginta refert Appianus p. 160.

§ 129. (l. 7.) συχνοὺς δὲ καὶ αὐτὸς κολάζων] Decimum quemque affecisse supplicio, cæteris panem hordeaceum pro triticeo præbuisse, narrat Plutarchus p. 934. & Appianus p. 160. & Dio infra p. 408. B.

§ 130. (l. 19.) κριθὴν ἀντὶ τοῦ σίτου] De hoc genere puniendi delicta militum, Gerardus Sichtermannus libro de pœnis militaribus Romanorum c. 15. sicuti de decimatione c. 5. Utriusque pœnæ meminit Dio etiam p. 414. E. & decimationis iterum p. 382. C.

§ 131. (l. 38.) ἐπί τε χρυσοῦ δίφρου καθήμενος, καὶ τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων] Habes Regis Parthici imaginem, sellæ aureæ insidentis, in Caroli Patini thesauro numismat. p. 209. cui addi potest arcus Parthici effigies quo inprimis confidebant, ex illustris Viri Ezech. Spanhemii Diss. VI. de usu numismatum T. I. edit. Lond. p. 325. Nota autem vocabulum ψάλλειν, de eo quod digitis pulsatur, quod deinde ad musica instrumenta applicatum est, unde ψαλτήριον.

A.U.C.718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

regis metueret, &, si discessisset aliquo, pacem se habiturum crederet, a Praaspis recessit, operibus, quæ ad oppugnandam urbem fecerat, tanquam si in sociorum terra jam versaretur, integris relictis.

28. Sed enim abiens dum pacis compositionem exspectat, Medi interim opera incendunt, ac aggeres disjiciunt: Parthi autem, pacis mentione omissa, eum subito adorti, multis ac magnis incommodis afficiunt. Itaque se deceptum intelligens, non ausus est denuo legatos mittere; quum neque tolerabiles jam pacis conditiones latum iri putaret, & in desperationem conjicere milites, frustra tentata pacificatione, nollet. Verum properare in Armeniam, quoniam semel castra movisset, statuens, aliamque viam ingressus, quod illam qua venerat, sibi omnino intercluśam opinabatur, cum exercitu extrema mala pertulit. Nam & in loca ignota venientes clade afficiebantur, & barbari angustiis præoccupatis, fossis vallisque transitum obstruebant; aquationem ubique difficilem reddebant, pabulum corrumpebant; ac, si quando forte iter eorum in commodiora quædam loca incidisset, falsis nuntiis summissis eos ab his deterrebant, tanquam ab hostibus insiderentur; in loca autem, qua suas ipsi insidias collocassent, avertebant. Atque his incommodis perinde ac fame multi perierunt.

29. Hinc jam ad hostem perfugere cœptum est: ac, nisi perfugas Parthi, in reliquorum conspectu, sagittis confecissent, videbantur omnes ad barbaros transituri. Ita vero a defectione abstinuerunt, & forte fortuna repererunt effugium hujusmodi. Quum aliquando in insidias incidissent, ac frequentibus sagittis peterentur, repente clypeis constiparis testudine effecta, sinistro genu in terram procubuerunt. Barbari autem, qui nihil unquam hujusmodi viderant, putantes eos propter vulnera concidisse, ac jam simul omnes posse concidi, projectis arcubus, ab equis desiluerunt, acinacibusque nudatis ad cædendum eos propius accurrerunt. Tum Romani consurgentes, phalangemque, ut erat præceptum, una explicantes, singulique proximum hostem a fronte adorti, armati inermes, inopinantes

τοῦτο ὁ Ἀντώνιος, καὶ φοβηθεὶς τε ἅμα τὴν μεγαλαυχίαν αὐτοῦ, καὶ πισεύσας ὅτι, ἂν που μεταξῆ, σπείσεται, ἀπανέστη, μηδὲν τῶν ἐς τὴν πολιορκίαν παρεσκευασμένων, ὡς καὶ ἐν φιλίᾳ, φθείρας.

Ποιήσαντος δὲ αὐτοῦ τοῦτο, καὶ τὰς σπονδὰς προσδεχομένου, οἵ τε Μῆδοι καὶ τὰ μηχανήματα καῖέκαυσαν, καὶ τὰ χώματα διεσκέδασαν· καὶ οἱ Πάρθοι λόγον μὲν οὐδένα ὑπὲρ τῆς εἰρήνης αὐτῷ ἔπεμψαν, προσπεσόντες δὲ αἰφνίδιοι, πολλὰ καὶ δεινὰ εἰργάσαντο. ὡς οὖν ἔμαθεν ὅτι ἠπάτηται, πρεσβεύσασθαι μὲν οὐκέτ' ἐτόλμησεν, (οὔτε γὰρ ἐπὶ μετρίοις τισὶ καταλύσεσθαι προσεδόκησε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐς ἀθυμίαν ἐκ τῆς τῶν σπονδῶν διαμαρτίας ἐμβαλεῖν οὐκ ἠθέλησεν) ἐπειχθῆναι δὲ, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐξανεισήκει, ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἔγνω, καὶ [132] ἑτέραν τινὰ ὁδὸν (ἦν γὰρ ἧλθον, ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς νομίζοντες,) διερχόμενοι, πολλὰ καὶ ἄτοπα ἔπαθον. ἔς τε γὰρ χωρία ἄγνωστα ἐσπίπτοντες ἐσφάλλοντο, καὶ προσέτι καὶ οἱ βάρβαροι τὰ στενόπορα αὐτῶν προκαταλαμβάνοντες, τὰ μὲν ἀπέσκαπτον, τὰ δὲ ἀπεσαύρουν· τήν τε ὑδρείαν πανταχοῦ ἐδυσχέραινον, καὶ τὰς νομὰς ἐξέτριβον· καὶ εἴγε που κατὰ τύχην δι' ἐπιτηδειοτέρων τινῶν τόπων χωρήσειν ἔμελλον, ἐκείνων μὲν σφᾶς, ὡς καὶ προκατειλημμένων, ψευδαγγελίαις ἀπέτρεπον, ἑτέρας δ' ὁδοὺς προλελοχισμένας ἰέναι ἐποίουν. ὥστε πολλοὶ μὲν ἐν τῷ τοιούτῳ, [133] πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ λιμοῦ ἐφθείροντο.

Καὶ ἐκ τούτου καὶ αὐτομολία τις ἐγένετο, κἂν πάντες μετέσησαν, εἰ μήπερ οἱ βάρβαροι τοὺς τολμήσαντας αὐτὸ ποιῆσαι, ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ὀφθαλμοῖς κατέτοξευσαν. [r] τούτου τε οὖν ἐπέσχον, καί τι καὶ τοιόνδε παρὰ τῇ τύχῃ εὗρον· ἐσπεσόντες πού ἐς ἐνέδραν, καὶ πυκνοῖς τοξεύμασι βαλλόμενοι, [134] τήν τε χελώνην ἐξαπιναίως συναστίσαντες ἐποίησαν, καὶ τὰ γόνατα σφῶν τὰ ἀριστερὰ πρὸς τὴν γῆν ἤρεισαν. νομίσαντες οὖν [s] αὐτοὺς οἱ βάρβαροι (οὐ γάρ πω τοιοῦτόν τι ἑωράκεσαν) καταπεπτωκέναι τε ὑπὸ τῶν τραυμάτων, καὶ μιᾶς [t] ἐπικοπῆς εἶναι, τὰ μὲν τόξα ἀπέρριψαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἵππων ἀπεπήδησαν, τοὺς δ' ἀκινάκας σπασάμενοι, ἐγγὺς σφίσιν ὡς καὶ ἐπισφάξοντες αὐτοὺς προσῆλθον. κἀν τούτῳ ἐξαναστάντες οἱ Ῥωμαῖοι, πᾶσάν τε ἀπὸ παραγγέλσεως τὴν φάλαγγα ἅμα ἀνέπτυξαν, καὶ τοῖς πλησίοις ἀνθιπρόσωποι ὡς ἕκαστοι προσπεσόντες, παμπληθεῖς, οἷα γυμνοὺς ὡπλισμένοι, ἀπροσδοκήτους παρε-

η ἦν γὰρ ἧλθον. ἦν ἧλθον, aut ἦπερ ἧλθον, L. nisi postea legere malis ἐνόμιζον, pro νομίζοντες. sequens διερχόμενοι deest in Med. r τούτου τε οὖν ἐπέσχον. puto legendum ἀπέσχον. nam & active sensu abstinendi dicitur. simile quid video in mentem venisse Oddeyo, qui vel τούτους τε οὖν ἐπέσχον, vel τούτου ἀπέσχοντο legendum censet. quorum hoc præferendum, quia Romani, non Parthi sunt, de quibus loquitur. s αὐτούς. vocabulum male omissum in editionibus Dionis restitui ex Xiph. Z. V. a. & Med. t ἐπικοπῆς. apud Xiph. perperam est ἐπισκοπῆς.

§ 132. (l. 59.) ἑτέραν τινὰ ὁδὸν] Mardo viam ad dextrum montium monstrante. Appian. p. 161. Plutarch. p. 934. sq.

§ 133. (l. 71.) πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ λιμοῦ] Vide Appiani Parthica p. 165. Plutarch. Antonio p. 937. Non minor ex aqua postea quam ab hostibus clades, mox & ardores per Armeniam & nives per Cappadociam, & utriusque cœli subita mutatio, pro pestilentia fuit, ut refert Florus IV. 10. 8. Nivium meminit & Dio infra p. 410. B. quas ait Antonii militibus per montes Armeniæ iter facientibus incommodasse. Et octo millia in illa via *per nives* amisisse testis Plutarchus p. 939. *tempestatibus*, Epitome Livii lib. 130. ubi scribitur Antonius viginti & uno diebus fuga emensus trecenta millia.

§ 134. (l. 78.) τήν τε χελώνην] Plutarch. p. 936. & 939. Appianus p. 164. sq. & 168. Florus IV. 10. 6. *deletæ reliquæ copiæ forent, nisi urgentibus telis in modum grandinis quadam forte quasi docti procubuissent in genua milites, & elatis super capita scutis cæsorum speciem præbuissent.* Frontinus II. 3. 15. *M. Antonius adversus Parthos, qui infinita multitudine sagittarum exercitum ejus obruebant, subsidere suos & testudinem facere jussit, supra quam transmissis sagittis, sine militum noxa exhaustus est hostis.* Testudinis, quam mox accurate Dio describit, mentio iterum infra p. 843. C. de qua Turnebus XXIII. 33. Adversar. Lipsius lib. I. Poliorcetic. c. 5. Stewechius ad Vegetii II. 16. & Henric. Savilis ad Tacit. III. 27. Hist. συναστισμὸν vocat Plutarchus Mario p. 417.

§ 135. (l. 97.) ταῖς προμηκέσιν ἀσπίσι ταῖς κοίλαις σωληνοειδέσι] Figura clypeorum oblonga cavitate, quibus milites gravis armaturæ apud Romanos utebantur, & quales Dio hoc loco describit, frequenter occurrit in Columna Trajana, ut Tabula 19. & 20.

παρεσκευάσμένοι, τοξότας ὁπλίτας, βαρβάρους Ῥω-
μαίους, καὶ ἔκοψαν· ὥστε τοὺς λοιποὺς πάντας παρα-
χρῆμα ἀποχωρῆσαι, καὶ μηκέτι μηδὲν αὐτοῖς ἐπα-
κολουθῆσαι.

Ἡ δὲ δὴ χελώνη ἄυλη τοιάδε τίς ἐστι, καὶ τόνδε τὸν
τρόπον γίγνεται· τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ οἱ ψιλοί, οἵ τε
ἱππεῖς ἐν μέσῳ τοῦ στρατεύματος τετάχαται· τῶν δ' ὁ-
πλιτῶν οἱ μὲν [135] ταῖς προμηκέσιν ἀσπίσι ταῖς κοίλαις
ταῖς σωληνοειδέσι χρώμενοι, περί τε τὰ ἔσχατα, ὥσ-
περ ἐν πλινθίῳ τινὶ, τάσσονται, καὶ τοὺς ἄλλους, ἢ ἔξω
τε βλέπουσι, καὶ τὰ ὅπλα περιβεβλημένοι, περιέχου-
σιν· οἱ δ' ἕτεροι οἱ [136] τὰς πλαγίας ἀσπίδας ἔχοντες,
ἔν τε τῷ μέσῳ [x] συσπειροῦνται, καὶ ἐκείνας καὶ ὑπὲρ
ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπεραίρουσιν· ὥστε
μήτ' ἄλλο τι πλὴν ἀσπίδων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς φά-
λαγγος ὁρᾶσθαι, καὶ ἐν σκέπῃ τῶν βελῶν πάντας αὐτοὺς
ὑπὸ τῆς πυκνότητος τῆς συντάξεως γίγνεσθαι. οὕτω
γάρ τοι δεινῶς ἰσχυρίζεται, ὥστε καὶ βαδίζειν τινὰς
[y] ἐπάνω αὐτῆς, καὶ προσέτι καὶ ἵππους, καὶ ὀχήμα-
τα, ὁσάκις ἂν ἐν κοίλῳ τινὶ καὶ στενῷ χωρίῳ γένωνται,
[z] ἐνελαύνεσθαι. τοιοῦτο μὲν δὴ τὸ σχῆμα τῆς τάξεως
ταύτης ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν τῆς χελώνης ἐπίκλη-
σιν, πρός τε τὸ ἰσχυρὸν καὶ πρὸς τὸ [a] εὐσκέπαστον αὐ-
τῆς, εἴληφε. χρῶνται δὲ αὐτῇ διχῇ· ἢ γὰρ [137] πρὸς
φρούριόν τι προσμίσγοντες [b] προσπορεύονται, καὶ
πολλάκις καὶ ἐπ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἀναβιβάζουσι τινάς, ἢ
ὑπὸ τοξοτῶν πολὺ [c] περισοιχισθέντες, κυπτάζουσι πάν-
τες ἅμα, ([d] καὶ γὰρ καὶ οἱ ἵπποι ὀκλάζειν καὶ κατα-
κλίνεσθαι διδάσκονται) καὶ τούτῳ δόκησιν σφίσιν ὡς καὶ
κεκμηκότες παραχόντες, ἐξεγείρονταί τε, πελασάντων
αὐτῶν, ἐξαίφνης, καὶ ἐς ἔκπληξιν σφᾶς καθιστᾶσιν.
ἡ μὲν οὖν χελώνη ἄυλη τοιουτότροπός ἐστιν.

Ἀντώνιος δὲ ὑπὸ μὲν τῶν πολεμίων οὐκέτ' οὐδὲν
δεινὸν ἔπαθεν, ὑπὸ δὲ δὴ τοῦ ψύχους [e] δεινῶς
ἐταλαιπώρησε. χειμών τε γὰρ ἤδη ἦν, καὶ ἡ Ἀρ-
μενία ἡ ἐν τοῖς ὄρεσι, δι' ὧνπερ καὶ μόνων ἀγα-
πητῶς ἐπορεύθη, κρυσταλλώδης ἀεί ποτέ ἐστι. τά τε
τραύματα, ἃ πολλὰ εἶχον, ἐνταῦθα δὴ καὶ μάλι-
στα αὐτοῖς συνεπέθετο. ὅθεν περ [138] συχνῶν μὲν ἀπολ-
λυμένων, συχνῶν δὲ καὶ ἀπομάχων γινομένων, οὐκ
ἤνεγκε τὴν καθ' ἕκαστον αὐτῶν πύσιν, ἀλλ' ἀπηγό-
ρευσε μηδὲν τοιοῦτον μηδένα οἱ ἀγγέλλειν. καὶ [139] τόν
τε Ἀρμένιον, καίτοι ἐν ὀργῇ τε ὅτι ἐγκαταλέλιπε σφᾶς
ἔχων, καὶ τιμωρήσασθαι ἐπιθυμῶν, καὶ ὑπῆλθε καὶ
ἐθεράπευσεν, ἵνα τά τε ἐπιτήδεια καὶ χρήματα παρ' αὐ-
τοῦ λάβῃ. καὶ τέλος, ὡς οὔτ' ἀρκέσαι πρὸς πλείω
πορείαν

90 nantes parati, ſagittarios legionarii, barbaros Romani, tanta clade affecerunt: ut reliqui ſtatim diſceſſerint, neque unquam ipſos poſtea inſequuti ſint. A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

30. Teſtudo autem talis eſt, & hoc modo fit. Impedimentis, & levis armaturæ militibus, equitibusque in medio exercitus collocatis, gravis armaturæ pedites, hi qui oblongis clypeis cavis, ac in morem tubi incurvatis, utuntur, in extremis partibus velut in latericio quodam opere quadrato, ita collocantur; ut foras ſpectantes, & armis tecti, cæteros undique contineant: alii, qui lata geſtant ſcuta, in medio conſerti, ea ſupra ſe & reliquos omnes tollunt, ita ut nihil aliud quam clypei per totam phalangem conſpiciantur, omnesque propter denſitatem aciei a telis protecti ſint. Eſt enim hæc clypeorum denſatio adeo firma, ut & ſuper ea ingredi aliquot homines poſſint, imo equi & currus agi, ſi in cavo ac anguſto loco conſtipetur. Hæc figura eſt illius aciei, nomenque illa teſtudinis propter firmitatem, ac quod tam egregie exercitum contegit, invenit. Uſus porro ejus duplex eſt. Nam aut in oppugnando aliquo caſtello, facta teſtudine ſuccedunt ad murum, ac ſæpenumero in ipſum murum quosdam ea attollunt: aut a ſagittariis circumdati, omnes genu nituntur ſimul, (nam & equi in genua inclinare adſuefacti ſunt) opinioneque de ſe, tanquam confectis, præbita hoſtibus, accedentibus eis, repente, nec ſine terrore eorum, inſurgunt. Atque de teſtudine hactenus.

31. Antonius vero, quum hoſtes ei non amplius graves eſſent, cum frigore magnopere conflictatus eſt. Jam enim hyems inierat, & montes Armeniæ (per quos ſolos facere iter tuto poterat) nunquam non glacie integuntur: ac tum maxime eos vulnera, quæ multa acceperant, moleſtabant. Idcirco multis pereuntibus, multis ad bellum inutilibus redditis; Antonius, quia non ferebat hæc ſingula audire, interdixit, ne quis tale ſibi quicquam annuntiaret: regem autem Armeniæ, quanquam ei, quod ſe deſeruerat, ſuccenſeret, ac ulciſci eum in animo haberet, blandiendo demeruit, ut ab eo pecuniam ac alimenta acciperet. Denique quum neque

d ἔξω τε βλέποντες. ſic & Z. ἔξω τε βέλων ὄντας, quæ ſententia multo melior eſt. Palmer. mihi non videtur. *x* συσπείρονται. συσπείρονται, V. b. & deinde pro ὑπὲρ ἑαυτῶν, ὑπὲρ αὐτῶν. rectius h. l. cum Dione conſentit Z. *y* ἐπάνω αὐτῆς. ita malui ſcribere cum Xiph. & Z. quam relinquere vulgatum ἐπάνωθεν αὐτῆς. *z* ἐνελαύνεσθαι. ἐλαύνεσθαι, Xiph. ſcilicet ἐπάνω αὐτῆς, ut modo dixerat. *a* εὐσκέπαστον. ſic & Xiphilinus vulgo. legitur tamen in Mer. & Br. codicibus εὐστέγαστον. *b* προσπορεύονται. ſic rectius apud Zon. Xiph. in Coisl. & Br. quam vulgo & in Xiph. & in Dione legitur προπορεύονται. *c* περισοιχισθέντες. ſic & Xiph. & Z. περιεσχισθέντες propemodum abſurde V. b. περισοιχηθέντες, Coisl. & Br. *d* καὶ γὰρ καὶ οἱ ἵπποι. ſic utique ſcribendum cum Xiph. male vero Dionis editiones poſterius καὶ omittunt. *e* δεινῶς. ἰσχυρῶς, V. a. & Med.

§ 136. (l. 1.) τὰς πλαγίας ἀσπίδας] Etiam latorum clypeorum formam in eadem columna paſſim inſpicere licebit, & de utroque genere conſulere Lipſ. lib. III. de Militia Romana Dialogo 2. qui & monet, minus accurate hic Dionem ἀσπίδας dicere; debuiſſe τυρεούς.

§ 137. (l. 13.) πρὸς φρούριόν τι] Faſtigiatam, ſicut tecta ædificiorum ſunt, teſtudinem vocat Livius, quem videſis XLIV. 9. ſed & XXX. 39. ubi de teſtudinis uſu ad hoſtem in prœlio adoriendum. De uſu teſtudinis ſive nexæ ſcutorum compagis ad tuendos milites, Valeſius ad Ammiani XVI. 12. p. 146. Idem Ammianus teſtudinis, conjunctis tribus navigiis ſuperſtructæ ad Cyzicum oppugnandam, meminit XXVI. 8. Aliæ teſtudines aggeſtitiæ, quas deſcribit Polybius excerptis lib. IX. c. 34.

§ 138. (l. 28.) συχνῶν μὲν ἀπολλυμένων] Viginti millia peditum, & equites quatuor mille, deſideraſſe Antonium, tradit Plutarchus p. 939. & eum ſecutus Appianus p. 168. *Vix tertia parte de ſedecim legionibus reliqua*, Florus IV. 10. Nimirum cum ſedecim validiſſimis legionibus Phraati bellum intulerat, teſte Juſtino XLII. 5. In Livii autem Epitome lib. 130. legas, *de legionibus XVIII. & ſexdecim millibus equitum, duas legiones amiſſas.*

§ 139. (l. 31.) τόν τε Ἀρμένιον] Rex Armeniæ *Artabazes* ſive

A.U.C. 718 L. Gellio & Coccej. Nerva COSS.

neque ulterius ferre iter milites, præsertim hyberno tempore possent, & alioquin frustra essent hæ ipsis miseriæ tolerandæ, quum statuisset ipse parva interjecta mora in Armeniam redire: regem adulando ac pollicitando plurima permovit, ut sibi in suo regno hyemandi potestatem faceret, vere iterum contra Parthos exercitum ducturo. Allatæ sunt ei etiam a Cleopatra pecuniæ, ex quibus centenos quadragenos sestertios singulis legionariis, ac ratam aliis portionem divisit: & quum eæ pecuniæ non sufficerent, ex suis facultatibus reliquum addidit, Cleopatræ suos etiam sumptus acceptos referens. Multum vero ei etiam amici contulerunt pecuniæ, multum ipse a sociis exegit. His actis Antonius in Ægyptum abiit.

πορείαν οἱ στραλιῶται, καὶ ταῦτ' ἐν χειμῶνι, ἐδύναντο, καὶ ἅμα καὶ μάτην ταλαιπωρήσειν ἔμελλον, (ὑποστρέψαι γὰρ ἐς τὴν Ἀρμενίαν οὐκ ἐς μακρὰν ἐνενόει) πολλὰ μὲν [f] ἐξεθώπευσεν αὐτὸν, πολλὰ δὲ καὶ καθυπέσχετο αὐτῷ, ὅπως σφίσι χειμάσαι καλὰ χώραν ἐπιτρέψῃ· λέγων ὅτι τῷ ἦρι ἐπὶ τοὺς Πάρθους αὖθις ἐπιστραλεύσει. καὶ οἱ καὶ παρὰ τῆς Κλεοπάτρας χρήματα ἦλθεν, ὥστε τοῖς τε ὁπλίταις καθ' ἕκαστον δραχμὰς [g] πέντε καὶ τριάκοντα, καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ ἱκνούμενον δοθῆναι. ἐπειδή τε οὐκ ἐξήρκεσε σφίσι [140] τὰ πεμφθέντα, προσεπέδωκε τοῖς λοιποῖς οἴκοθεν, τὸ μὲν ἀνάλωμα, ἑαυτοῦ, τὴν δὲ δὴ τῆς χάριτος δόξαν, τῆς Κλεοπάτρας [h] ποιούμενος. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ τοὺς φίλους ἠράνισε, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν συμμάχων ἠργυρολόγησε. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα πράξας, ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπῆρεν.

32. Romæ, etsi nihil horum, quæ acta fuerant, ignotum esset; (non quod ipse veritatem perscripsisset, solitus omnes acceptas clades occultare, aut de iis contrarium, quasi re feliciter gesta, scribere; sed quia fama rem, sicut habebat, ipsam annuntiabat; Cæsarque, & qui cum eo erant, diligenter & explorabant omnia, & divulgabant) tamen publice ea non sunt indicata: quinimo sacrificatum etiam est, & festi dies acti. Quia enim adhuc Cæsar contra Pompejum parum prospere bellum gerebat, neque convenienter, neque opportune ea palam proponi poterant. Antonius his ita actis, Amyntam, quanquam scriba Dejotari fuerat, Galatiæ principem constituit, Lycaoniæ Pamphyliæque partibus quibusdam adjectis: Cappadociæ, ejecto Ariarathe, Archelaum; qui genere paterno ab Archelais illis, qui contra Romanos belligeraverant, oriundus, matre natus erat scorto Glaphyra. Hæc tamen cives eo minus vitio dederunt Antonio, quod de alieno liberalis erat. Cleopatræ autem nomine magnopere culpatus est, quod & liberos ex ea suscepisset, prius gemellos, Alexandrum & Cleopatram; deinde Ptolemæum, Philadelphum cognomine: quodque multas Arabiæ, cum Nabataeæ, quæ Malchi erat, tum Iturææ (cujus regem Lysaniam, constitutum quidem a sese, sed studentem

Οἱ δὲ δὴ οἶκοι Ῥωμαῖοι ἠγνόουν μὲν οὐδὲν τῶν γεγονότων, οὐχ ὅτι τἀληθὲς ἐκεῖνος ἐπέστειλε σφίσι, (πάντα γὰρ δὴ τὰ δυχερῆ [i] συνέκρυπτε, καὶ ἔστιν ἃ γε αὐτῶν καὶ ἐς τὸ ἐναντιώτατον, ὡς καὶ εὐπραγῶν, ἔγραφεν) ἀλλ' ὅτι ἥ τε φήμη τὴν ἀλήθειαν ἐσήγγελλε, καὶ ὁ Καῖσαρ οἵ τε ἄλλοι οἱ συνόντες αὐτῷ καὶ ἐπολυπραγμόνουν ἀκριβῶς αὐτὰ καὶ διεθρύλλουν· οὐ μέντοι καὶ ἐν τῷ κοινῷ διελέγχον, ἀλλὰ καὶ ἐβουθύτουν καὶ ἑώρταζον. τοῦ γὰρ Καίσαρος πρὸς Σέξτον ἔτι καὶ τότε προσπταίοντος, οὔτε εὐπρεπὴς οὔτε ἐπίκαιρος ὁ ἔλεγχος αὐτῶν γίγνεσθαι ἐδύνατο. ὁ δ' οὖν Ἀντώνιος ταῦτά τε οὕτως ἔπραξε, καὶ δυναστείας, [141] Ἀμύντᾳ μὲν Γαλατίας, καίπερ γραμματεῖ τοῦ Δηϊοτάρου γενομένῳ, ἔδωκε, καὶ Λυκαονίας Παμφυλίας τέ τινα αὐτῷ προσθείς, [142] Ἀρχελάῳ δὲ Καππαδοκίας, ἐκβαλὼν [143] τὸν Ἀριαράθην. ὁ δ' Ἀρχέλαος οὗτος, πρὸς μὲν πατρὸς, [144] ἐκ τῶν Ἀρχελάων ἐκείνων τῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἀντιπολεμησάντων ἦν, ἐκ δὲ μητρὸς ἑταίρας Γλαφύρας ἐγεγέννητο. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπὶ μὲν τούτοις ἧττόν πως ὁ Ἀντώνιος (ἐν γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐμεγαλοφρονεῖτο) κακῶς παρὰ τοῖς πολίταις ἤκουεν· ἐπὶ δὲ δὴ τῇ Κλεοπάτρᾳ μεγάλως διεβλήθη, ὅτι τε παῖδας ἐξ αὐτῆς, πρεσβυτάτους μὲν, [145] Ἀλέξανδρον καὶ Κλεοπάτραν (καὶ δίδυμοι γὰρ ἐτέχθησαν) νεώτατον δὲ, [146] Πτολεμαῖον, τὸν καὶ Φιλάδελφον ἐπικληθέντα, ἀνείλετο· καὶ ὅτι πολλὰ μὲν [147] τῆς Ἀραβίας, τῆς τε Μάλχου, καὶ τῆς τῶν Ἰτυραίων (τὸν γὰρ Λυσανίαν, ὃν αὐτὸς βασιλέα

[f] ἐξεθώπευσε. ἐθώπευσε, Med. [g] πέντε καὶ τριάκοντα. hæc negligenter omissa in Med. [h] ποιούμενος. ita Med. melius utique quam vulgo προσποιούμενος. [i] συνέκρυπτε. ἐπέκρυπτε, V. b. [k] καὶ. deest in Med.

sive Artavasdes, (Tigranis filius, supra p. 128. A.) cum sedecim millibus militum in subsidium adventans Antonio, mox eum deseruit & in regnum suum recessit, ut dictum p. 407. C. atque ita fructum hujus totius expeditionis Romanis perdidit, χαλεπὴν τὴν στρατείαν ἐποίησεν, inquit Strabo lib. XI. p. 524. Antonius igitur postea iterum ingressus Armeniam, simulatis blanditiis ad se allectum conjecit in vincula, & Alexandriæ de eo triumphavit. Plutarchus p. 939. & Appianus p. 168. 169. Dio infra p. 411. D. 415. D. 435. C. & 446. B. ubi interfectum a Cleopatra narrat, & caput ejus missum ad Regem Medorum, qui & ipse Artabazes appellabatur.

§ 140. (l. 46.) τὰ πεμφθέντα] Cleopatram ipsam vestes & pecunias Antonio attulisse, quando diu ab eo exspectata, denique Leucen (inter Sidonem ac Berytum Syriæ) appulit, traditum Plutarcho p. 939. qui addit, fuisse qui vestem a Cleopatra sumtam, pecunias de suo tribuisse militibus Antonium, affirmarent. Drachmæ XXXV. s. CXL. sestertii, quos singulis legionariis dedit, respondent thaleris quatuor, grossisque novem.

§ 141. (l. 63.) Ἀμύντᾳ μὲν] Cui Sextus Pompejus se dedidit, ut narrat Appianus V. civil. p. 752. ab Antonio regia auctus dignitate; unde Rex dicitur Vellejo II. 84. ὁ Λυκαόνων καὶ Γαλατῶν βασιλεὺς, Plutarcho p. 944. Hic Dejotari στρατηγὸς supra p. 355. C. De illo videndus Reinerus Reineccius T. III. Hist. Juliæ p. 509. Hic est, qui Amyntas Galata dicitur a nostro p. 427. C. ubi ad Augustum transiisse traditur. adde p. 443.

§ 142. (l. 66.) Ἀρχελάῳ δὲ Καππαδοκίας] Vide eundem Reineccium T. III. p. 126. & Dionem infra p. 443. C. 526. D. & 614. Henric. Noris ad Cenotaphia Pisana Diss. II. p. 225. *Glaphyra* est illa, de qua Augustus apud Martialem XI. 21. *Quod fuit Glaphyren Antonius.*

§ 143. (l. 66.) τὸν Ἀριαράθην] Ariarathem Ariobarzanis filium intellige. Id. Reineccius p. 124.

§ 144. (l. 68.) ἐκ τῶν Ἀρχελάων ἐκείνων] Archelaum notat ducem Mithridatis, cum filio deinde Archelao transgressum ad Romanos. Id. p. 125.

§ 145. (l. 74.) Ἀλέξανδρον καὶ Κλεοπάτραν] Hi sunt Cleopatræ liberi, Sol & Luna, ante currum triumphalem Augusti postea ducti, ut testis Eusebius in Chron.

§ 146. (l. 75.) Πτολεμαῖον] Ptolemæi hujus cum Alexandro & Cleopatra ab Augusto servati mentio infra p. 454. A.

Alius

λέα σφῶν ἐπεποιήκει, ἀπέκτεινεν, ὡς τὰ τοῦ Πακόρου πράξαντα) πολλὰ δὲ καὶ τῆς Φοινίκης, τῆς τε Παλαιστίνης, Κρήτης τέ τινα, καὶ Κυρήνην, τήν τε Κύπρον αὐτοῖς ἐχαρίσατο. τότε μὲν ταῦτα ἔπραξε.

studentem scilicet Pacoro, necaverat) & multas Phœnices ac Palæstinæ, quasdam etiam Cretæ partes, & Cyrenen quoque, ac Cyprum ipsis donavisset.

Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει, ὅτε Πομπήϊος καὶ ὁ Κορνουφίκιος ὑπάτευσαν, στρατεῦσαι ἐπὶ τὸν Ἀρμένιον ἐπεχείρησεν, ἐλπίδα [148] τοῦ Μήδου οὐκ ἐλαχίστην ἔχων, ὅτι πρός τε τὸν Φραάτην ἀγανακτήσας, ἐπὶ τῷ μήτε τῶν λαφύρων πολλὰ παρ' αὐτοῦ, μήτ' ἄλλην τινὰ τιμὴν λαβεῖν, καὶ τὸν Ἀρμένιον τιμωρήσασθαι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπαγωγῆς ἐθελήσας, [149] τὸν Πολέμωνα αὐτῷ προσέπεμψε, καὶ φιλίαν καὶ συμμαχίαν αἰτῶν. οὕτω γάρ που ὑπερήδη τῷ πράγματι, ὥστε καὶ ἐκείνῳ πεισθῆναι, καὶ τῷ Πολέμωνι μισθὸν τῆς κηρυκείας τὴν μικροτέραν Ἀρμενίαν μετὰ ταῦτα δοῦναι. τὸν δ' οὖν Ἀρμένιον πρότερον μὲν ἐς τὴν Αἴγυπτον, ὡς καὶ φίλον, καὶ ὡς ἐνταῦθα αὐτὸν ἀπόνως περιλαβὼν κατεργάσηται, μετεπέμψατο· ἐπεὶ δ' ὑπολοπήσας τοῦτ', οὐχ ὑπήκουσεν, ἕτερόν τινα τρόπον ἐξαπατῆσαι ἐπεβούλευσε. φανερῶς μὲν γὰρ οὐκ ὠργίζετο αὐτῷ, μὴ καὶ πολεμωθείη· ὡς δ' ἐπὶ τοὺς Πάρθους καὶ τότε στρατεύσων, ἵνα ἀπαρασκευον αὐτὸν εὕρῃ, [l] ἦρε μὲν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, μαθὼν δὲ καθ' ὁδὸν [150] τὴν Ὀκταουΐαν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀφικνεῖσθαι, οὐκέτι περαιτέρω προεχώρησεν, ἀλλ' ἀνεκομίσθη· [m] καίτοι παραυτίκα οἴκαδε αὐτῇ ἐπανελθεῖν κελεύσας, καὶ μετὰ τοῦτο τὰ δῶρα τὰ πεμφθέντα παρ' αὐτῆς, τά τε ἄλλα, καὶ τοὺς στρατιώτας, οὓς παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἠτήκει, λαβών. καὶ ὁ μὲν ἔτι καὶ μᾶλλον τῷ τε ἔρωτι καὶ τῇ γοητείᾳ τῇ τῆς Κλεοπάτρας ἐδούλευε.

33. Anno subsequente, Pompejo & Cornuficio consulibus, bellum regi Armeniæ facere instituit, haud parum spei in rege Mediæ ponens. Is enim succensebat Phraati, quod neque prædæ magna parte, neque alio honore esset ab eo mactatus, cupiebatque Armeniæ regem ulcisci propter inductos ab eo Romanos: atque Polemone ad Antonium misso, amicitiam ac societatem ejus ambierat: qua quidem re adeo delectatus fuit Antonius, ut inita cum Medo pace, præmium legationis Polemoni Armeniam minorem postea dederit. Proinde Armeniæ regem primo in Ægyptum, tanquam amicum, evocavit; ut ibi sine labore comprehensum occideret. Quum autem is hoc suspicatus, non venisset; rationes eum aliter decipiendi inivit. Neque enim iram contra eum palam ferebat, ne eum ad bellum excitaret. Igitur tanquam iterum contra Parthos profecturus, quo imparatum Armenium inveniret, ex Ægypto abiit. In itinere autem cognito, Octaviam Roma advenire, non ultra progressus, in Ægyptum rediit: licet eam statim domum reverti jussisset, ac postea dona ejus, cum alia, tum milites, quos in hunc ea finem a fratre suo petierat, accepisset. Atque ita deinde magis adhuc amori & præstigiis Cleopatræ servivit.

A.U.C. 719 Sex. Pompejo & L. Cornuficio COSS.

Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ, ἐπειδὴ ὅ, τε Σέξτος ἀπολώλει, καὶ τὰ ἐν τῇ Λιβύῃ κατασάσεως
412 ἐδεῖτο, ἦλθε μὲν ἐς τὴν Σικελίαν, ὡς καὶ ἐκεῖσε πλευσούμενος· ἐγχρονίσας δὲ ἐνταῦθα [151] ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, οὐκέτι ἐπεραιώθη. οἵ τε γὰρ [152] Σάλασσοι, καὶ [153] οἱ Ταυρίσκοι, Λιβυρνοί τε, καὶ [n] Ἰάπυδες, οὐδὲν μὲν οὐδὲ ἐκ τοῦ πρὶν μέτριον ἐς τοὺς Ῥωμαίους [o] ἐσέπραττον, ἀλλὰ τήν τε συνήθειαν τῶν φόρων ἐξέλιπον, καὶ [p] ἐσβάλλοντες ἔσιν ὅτε ἐς τὰ ὁμοροῦντα σφίσιν ἐκακούργουν· τότε δὲ φανερῶς πρὸς τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ ἐπανέστησαν. δι' ὃν τοῦτ' ἀναστρέψας, τά

34. Interim Cæsar, Pompejo mortuo, quum res Africæ compositione indigerent, in Siciliam venit, inde in Africam transmissurus: sed ibi tempestate detentus, quo minus deinde trajiceret, hanc causam habuit. Salassi, Taurisci, Liburnique, & Iapydes, quum jam ante in Romanos haud mediocriter injurii fuissent, ac tributo quod pendere debebant, non soluto, etiam in finitima invasissent, eaque maleficiis infestassent; tum aperte propter Cæsaris absentiam rebellaverant. Ea propter Cæsar ex Sicilia reversus, cum alia ad bellum adversus ipsos comparavit, tum quod

[l] ἦρε μὲν, additur vulgo γὰρ, quod nexum turbat, & rectius omittitur in Med. [m] καίτοι. addit καὶ, Med. [n] Ἰάπυδες. sic HS. & L. ex vera emendatione Xyl. Ἰάπυγες, RS. (qui tamen infra Ἰάπυδας) itemque V. a. b. & Med. & sic inferius. sed hi in Calabria, Japydes apud Liburnos & Illyricum. vid. p. 436. C. 459. A. [o] ἐσεπρασσον. ἔπρασσον, X. [p] ἐσβάλλοντες. sic scripsi pro ἐσβάλλουσι, monente jam Xyl. movit me sequens ἐπ' αὐτοὺς παρεσκευάσατο. videtur ἐσβάλλουσι tantum ex confusione vocis proximæ ὁμοροῦντα, similiter desinentis, natum. nunc video conjecturam firmari cod. Med.

Alius Ptolemæus, Cleopatræ filius, susceptus ex Cæsare, cognomine Cæsario, infra p. 416. A.

§ 147. (l. 77.) τῆς Ἀραβίας τῆς τε Μάλχου] Erudite Xylander, *Arabiæ Nabatææ*; illa enim *Malcho* regi tunc parebat. vide Reineccium T. III. Hist. Juliæ p. 302. qui etiam de *Ityræis* eorumque rege *Lysania*, Ptolemæi Mennæi filio, p. 305.

§ 148. (l. 85.) τοῦ Μήδου] Plutarchus p. 939. sq. testatur, regum Medorum gravem dissensionem intercessisse, cum Phraate Parthorum rege, super præda de Romanis reportata, unde ille Antonii partes fuerit secutus: idem Artabazis Armeniæ regis inimicus, Artabazes & ipse nomine, rex Mediæ Atropatenes, supra p. 407. A.

§ 149. (l. 89.) τὸν Πολέμωνα] Polemonem Ponti regem p. 407. C.

§ 150. (l. 2.) τὴν Ὀκταουΐαν] Octaviam sororem Augusti, desponsatam sibi, ad bellum profectus Parthicum, in Italiam remiserat, p. 390. E.

§ 151. (l. 14.) ὑπὸ τοῦ χειμῶνος] Sueton. Augusto c. 47. *Non est, ut opinor, provincia, excepta duntaxat Africa & Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompejo, trajicere ex Sicilia apparantem, continuæ & immodicæ tempestates inhibuerunt.*

§ 152. (l. 15.) Σάλασσοι] Salassi gens inalpina, quam Augusti auspiciis domuit Messala Corvinus, ut narrat Dio infra p. 414. D. & Appianus Illyricis p. 763. iterato victos domitosque vendidit Terentius Varro, ut dicetur infra p. 513. E. sq. Meminit & Suetonius c. 21. Vellej. II. 90. *Dalmatia XX. & CC. annos rebellis, ad certam confessionem pacata est imperii, Alpes feris multisque nationibus celebres perdomitæ.*

§ 153. (l. 15.) οἱ Ταυρίσκοι, Λιβυρνοί τε καὶ Ἰάπυδες] Illyrici populi, de quibus Strabo VII. 313-315. Epitome Livii lib. 131. de Augusto: *Iapidas & Dalmatas & Pannonios subegit.* De Iapydis speciatim infra D. qui in Strabonis & Appiani codicibus Iapodes.

A.U.C. 719 Sex. Pompejo & L. Cornuficio COSS.

quod nonnulli milites dimissi seditionem excitaverant, nec ulla donativa consecuti, denuo stipendia facere cupiebant; in unam eos legionem segregavit, ut seorsum militantes, neque alios secum corrumperent, & si quid movere novarum rerum instituissent, statim deprehendi possent. Quumque ne sic quidem moderate se gererent, paucos ex ipsis, qui natu erant maximi, in Galliam in colonias dimisit; existimans, hac se via cæteros etiam, spe injecta, pacaturum. Quum autem nihilominus ferocirent, quosdam eorum supplicio tradidit: irritatos eo facto reliquos, quasi alius rei causa, convocavit; circumfusoque exercitu, armis privatos exautoravit. Hi quum simul & suam infirmitatem, & Cæsaris magnitudinem animi experti essent; mutata vere sententia, multis precibus a Cæsare impetraverunt, ut inter milites denuo reciperentur. Cæsar enim, quod & militibus indigebat, & metuebat, ne Antonius eos sibi adjungeret; veniam iis se dare professus est, eorumque deinceps opera usus est in omnibus rebus optima. Sed hæc deinde contigerunt.

τά τε ἄλλα ἐπ' αὐλοὺς παρεσκευάσαλο, καὶ ἐπειδή τινες τῶν ἀφεθέλων ἤ τε [154] ἐσασίασαν, καὶ μηδὲν λαβόλων, σραλεύσαθαι ἄυθις ἠθέλησαν, ἐς ἓν σφᾶς σραλόπεδον καλεχώρισεν, ἵνα ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυλοὺς ὄλες, μήτε προσδιαφθείρωσί τινα, κἂν ἄρα νεωλερίσαί τι βουληθῶσιν, ἔκδηλοι παραχρῆμα γένωνλαι. ὡς δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐσωφρονίθησαν, ὀλίγους ἐξ αὐλῶν τοὺς πρεσβυλάλους ἐς Γαλαλίαν κληρουχήσονλας ἔπεμψε· νομίσας καὶ τοὺς ἄλλους ἐκ τούτου καὶ τ' ἐλπίσειν καὶ καλασήσειν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὡς ἐθρασύνονλο, δίκῃ τινὰς αὐλῶν ἔδωκε. παροξυνθέλων τε ἐπὶ τούτῳ τῶν λοιπῶν, συνεκάλεσέ τε αὐλοὺς ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι, καὶ περιχὼν τῷ σραλῷ, τά τε ὅπλα ἀφείλελο, καὶ τῆς σραλείας ἔπαυσε. καὶ οὕλω τήν τε ἑαυλῶν ἀθένειαν ἅμα, καὶ [155] τὸ τοῦ Καίσαρος φρόνημα μαθόλες, ἀληθῶς τε μελεβάλονλο, καὶ πολλὰ αὐτὸν ἱκελεύσανλες, ἀνεσραλεύσανλο. ὁ γὰρ Καῖσαρ, σραλιωλῶν τε δεόμενος, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ ὁ Ἀνλώνιος αὐλοὺς σφελερίσηλαι, συγγινώσκειν τε σφίσιν ἔφη, καὶ χρησιμωλάτους πρὸς πάνλα αὐλοὺς ἔχε. τοῦτο μὲν ὕσερον ἐγένελο.

35. Tum quidem missis ad alios populos subigendos nonnullis, Iapydas ipse bello petiit: quorum eos, qui citra montes haud adeo procul a mari habitabant, minus difficulter in suam potestatem redegit; qui vero montium vertices, & utraque latera incolebant, eos non sine maximo labore perdomuit. Quippe Metulo, quod oppidum habebant maximum, munito, Romanos oppugnantes multoties repulerunt, machinas multas combusserunt, Cæsarem ipsum, a lignea turri quadam murum conscendere conatum, sauciaverunt. Tandem quum nihilo magis discederet, copiasque alias evocaret, simulantes se pacem facturos, præsidium in arcem acceptum noctu omne interfecerunt, ædibusque suis incensis, pars se ipsos, pars etiam uxores & liberos simul, occiderunt; itaut nihil prædæ indead Cæsarem redierit, quum

Τότε δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἑτέροις τισὶ καλασρέψαθαι προσέταξεν, αὐλὸς δὲ ἐπὶ τοὺς [11] Ἰάπυδας ἐσράτευσε. καὶ τοὺς μὲν [rr] ἐνλὸς τῶν ὀρῶν, οὐ πάνυ πόῤῥω τῆς θαλάσσης, οἰκοῦνλας, ἀπονώτερον προσηγάγελο· τοὺς δὲ ἐπί τε τῶν ἄκρων, καὶ ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα αὐλῶν, οὐκ ἀταλαιπώρως ἐχειρώσαλο. [156] τὸ γὰρ [s] Μέτουλον, τὴν μεγίσην σφῶν πόλιν, κραλυνάμενοι, πολλὰς μὲν προσβολὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπεκρούσανλο, πολλὰ δὲ μηχανήμαλα καλέφλεξαν· αὐλόν τε ἐκεῖνον ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου ἐπιβῆναι τοῦ περιβόλου πειρώμενον [t] κατέτρωσαν. [157] καὶ τέλος, ἐπειδὴ οὐδὲν μᾶλλον ἀπανίσαλο, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις προσμελεπέμπελο, συμβῆναί τε βούλεθαι ἐπλάσανλο, καὶ Φρουροὺς ἐς τὴν ἄκραν [u] ἐσδεξάμενοι, ἐκείνους τε τῆς νυκλὸς ἅπανλας ἔφθειραν, καὶ τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν. καὶ οἱ μὲν ἑαυλοὺς, [158] οἱ δὲ καὶ τὰς γυναῖκας τά τε παιδία προσαπέκλειναν, ὥσε μηδ' ὁτιοῦν ἀπ' αὐλῶν τῷ Καίσαρι περιγενέσθαι.

q τε ἐσασίασαν. ὅτι ἐσασίασαν, L. minus recte. verisimilius, pro sequenti λαβόντων, scripseris λαβόλες, cum Od. *r* ἐλπίσειν. ἐπελπίσειν, RS. in notis, & X. *rr* ἐνλὸς. an ἐκλὸς? *s* Μέτουλον. Μέτριον, V. a. b. *t* κατέτρωσαν. κατέστρωσαν, Med. perperam. mox pro ἐπειδὴ, ὡς, V. a. b. & Med. *u* ἐσδεξάμενοι. ἐκδεξάμενοι, Med.

§154. (l. 23.) ἐσασίασαν] De hoc tumultu eadem Epitome Livii: *Cæsar seditionem veteranorum cum magna pernicie motam inhibuit.* Ad hanc respicit Dio p. 444. B.

§155. (l. 38.) τὸ τοῦ Καίσαρος φρόνημα] Simile exemplum constantiæ Augusti adversus seditiosos fuit supra p. 400. A.

§156. (l. 50.) τὸ γὰρ Μέτουλον] Appianus Illyric. p. 763. *Metulium Iapodum primaria urbs, sita in monte nemoroso, duobus condita tumulis, quos vallis modica intersecat. Et juventus ad trium millium numerum, armis animisque præpollens, Romanos circa mœnia pugnantes facile ab illis repellebat. At hi aggerem erigentes a Metuliis hinc inde discurrentibus die noctuque vexabantur, & e muris machinarum ope, quas in bello acceperant, longius distare cogebantur.*

§157. (l. 55.) καὶ ἐτρωσαν] Bis vulneratum Augustum hoc bello testatur Suetonius c. 20. *Dalmatico etiam vulnera excepit, una acie dextrum genu lapide ictus,* (in obsidione Setoviæ urbis, Appian. Illyric. p. 766.) *altera & crus & utrumque brachium ruina pontis consauciatus.* De hac posteriore sauciatione, Dio, & Florus IV. 12. 7. *quum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus ac cruribus, speciosior sanguine, & ipso periculo augustior, terga hostium percecidit.* Appianus p. 764. *Uno ex pontibus, deinde alio post aliam corruente, quum tertius in ruinam laberetur, timor omni ex parte Romanos occupat, nec ullus quartum pontem audebat ingredi. Cæsar igitur e turri* (hic est πύργος ξύλινος mobilis, a Romanis admotus, cujus h. l. Dio meminit, de qualium turrium ratione & usu in bello accurate Lipsius lib. II. Poliorceticon dialogo 4.) *eos increpare pergit. Quum nec sic in bellum concitare posset, ipse clypeo assumto per pontem cursu ferebatur. Accurrunt & cum eo ex ducibus Agrippa & Hiero, Luciusque, ex corporis custodibus Iolas. Rubore igitur ducti milites confertim ad eum advolant. Qua ex causa pragravatus pons ad inferiora statim labitur. Cæsar crus dextrum, & utrumque brachium saucius* &c. Vulneris accepti iterum meminit Dio 414. E.

§158. (l. 60.) οἱ δὲ καὶ τὰς γυναῖκας] Idem Appianus: *plurimæ mulierum se ipsas filiosque interemere, quædam natos vivos deferentes injecere igni.*

§159. (l. 66.) ἐπὶ Παννονίους] Plura bella Pannonica gessisse Augustum, innuit Suetonius c. 20. Hoc autem primum illud est, quo Pannonios cum subactis Dalmatis & Iapydis jungit epitome Livii lib. 131. de quibus etiam postea triumphavit, infra p. 459. A. vide is etiam p. 436. C.

§160. (l. 66.) ἔγκλημα μὲν οὐδὲν] Quomodo igitur idem Suetonius c. 21. *nec ulli genti sine justis & necessariis caussis bellum intulit.* Nempe verum hoc de Augusto, jam solo tenente imperium, non de triumviro.

§161. (l. 73.) τῆς Μυσίας τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ] Est etiam Mysia duplex Asiatica, minor majorque intra Halyn fluvium, de qua V. C. Christophorus Cellarius lib. III. Orbis antiqui c. 3. Europæa

θαν. οὐ γὰρ ὅτι ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ ζωγρηθέντες σφῶν, ἑκούσιοι οὐ πολλῷ ὕστερον ἐφθάρησαν.

quum captivi etiam paulo post necem sibi ipsis consciverint.

A.U.C.719 Sex. Pompejo & L. Cornificio COSS.

413 Ἐπεὶ δ' οὖν οὗτοί τε ἀπολώλεσαν, καὶ οἱ ἄλλοι καταστράφλο, μηδὲν ἀξιόλογον πραξαντες, [159] ἐπὶ Παννονίους [x] ἐστράτευσεν· [160] ἔγκλημα μὲν οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιφέρων, (οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἠδικηθό τι ὑπ' αὐτῶν) ἵνα δὲ δὴ τοὺς στρατιώτας ἀσκῇ τε ἅμα, καὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τρέφῃ, πᾶν τὸ τῷ κρείττονι τοῖς ὅπλοις ἀρέσκον, δίκαιον ἐς τοὺς ἀσθενεστέρους ποιούμενος. οἱ δὲ δὴ Παννόνιοι νέμονται μὲν πρὸς τῇ Δαλματίᾳ, παρ' αὐτὸν τὸν Ἴστρον, ἀπὸ Νωρικοῦ μέχρι [161] τῆς Μυσίας τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ· κακοβιώταται δὲ ἀνθρώπων ὄντες, (οὔτε γὰρ γῆς, οὔτε ἀέρων εὖ ἤκουσιν, οὐκ ἔλαιον, οὐκ οἶνον, πλὴν ἐλαχίστου [162] καὶ τούτου γ' κακίστου, γεωργοῦσιν, ἅτε ἐν χειμῶνι πικρολάτῳ τὸ πλεῖστον διαιτώμενοι, ἀλλὰ [163] τάς τε κριθὰς καὶ τοὺς κέγχρους καὶ ἐσθίουσιν ὁμοίως καὶ πίνουσιν) ἀνδρειόταται δ' οὖν διὰ πάντων ὧν ἴσμεν νομίζονται. θυμικώταται γὰρ καὶ φονικώταται, οἷα μηδὲν ἄξιον τοῦ καλῶς ζῆν ἔχοντες, εἰσί. ταῦτα δὲ οὐκ ἀκούσας οὐδ' ἀναγνοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ μαθών, ὥστε καὶ ἄρξας αὐτῶν, οἶδα. [164] μετὰ γάρ τοι τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονείαν, τῇ τε Δαλματίᾳ, ἧς ποτε καὶ ὁ πατήρ μου χρόνον τινὰ ἦρξε, καὶ [165] τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω καλουμένῃ προσετάχθην· ὅθεν ἀκριβῶς πάντα τὰ κατ' αὐτοὺς εἰδὼς γράφω. ὀνομάζονται δὲ οὕτως, ὅτι τοὺς χιτῶνας τοὺς χειριδωτοὺς ἐξ ἱματίων τινῶν [166] ἐς πάννους ἐπιχωρίως πως καὶ καταπέμνοντες καὶ προσαγορεύοντες συῤῥάπτουσι. καὶ οἱ μὲν εἴτ' οὖν διὰ τοῦτο, εἴτε καὶ δι' ἄλλο τι, οὕτως ὠνομάσθαι· τῶν δὲ δὴ Ἑλλήνων τινὲς, ταληθὲς ἀγνοήσαντες, [167] Παίονας σφᾶς προσεῖπον, ἀρχαίου μέν που τοῦ προσῆκοντος τούτου ὄντος, οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖ, ἀλλ' ἔν τε τῇ Ῥοδόπῃ, καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῇ νῦν, μέχρι τῆς γγ θαλάσσης. ὑφ' ὅπερ καὶ ἐγὼ ἐκείνους μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ Ῥωμαῖοι σφᾶς καλοῦσι, προσαγορεύσω.

36. Quum ad hunc modum hi periissent, reliqui in potestatem ejus, nulla re memorabili gesta, venissent: in Pannonios exercitum duxit, neque læsus quidem ab iis unquam, neque ullum crimen objiciens; sed militum exercendorum simul, & alienis bonis alendorum causa; omne id justum esse censens, quod armis potentior contra infirmiorem decerneret. Pannonii habitant ad Istrum fluvium, a Norico usque ad Mysiam Europæam, Dalmatis vicini: tolerant autem omnium hominum vitam durissimam. Nam neque terram, neque aerem commodum habent: neque apud eos oleum, aut vinum, nisi paucissimum idemque pessimum, nascitur: neque enim hæc colunt, quum majorem partem acerrima in hyeme vivant: sed hordeum & milium edunt, & potum ex eis conficiunt. Cæterum omnium, quos nos quidem noverimus, hominum fortissimi existimantur: nimirum quum nihil ad vitam commodam spectans habeant, ad iram & cædes propensissimi. Quod ego non auditu tantum, aut lectione, sed re ipsa cognitum, quum præsessem videlicet ei nationi, scribo. Nam post Africæ præfecturam, Dalmatiæ, quam olim pater quoque meus aliquamdiu administravit, & Pannoniæ superiori præpositus fui: unde omnia quæ de iis scribo, accurate explorata mihi sunt. Nomen autem Pannonibus inditum est ex eo, quod tunicas manicatas ex pannis, more suo concisis ac denominatis, consuunt. Verum sive ea nominis est ratio, sive alia, certe quidam Græci veritatis ignari, Pæones eos vocarunt, quod ipsum quidem etiam nomen antiquum est, non tamen istius populi, sed ejus, qui in regione montis Rhodopes, prope ipsam Macedoniam quæ nunc est, usque ad mare incolit. Quapropter hos ego Pæonas, istos Pannonios nominabo, sicuti & ipsi sese, & Romani eos appellant.

Ἐπὶ

37. Enim-

x ἐστράτευσεν. ἐπεστράτευσεν, Med. y κακίστου. hoc vocabulum, quod detractum erat Dioni non sine perturbatione sensus, addidimus ex cod. Med. apud Gronov. p. 152. & V. a. b. yy θαλάσσης. forte addendum οἰκούντων. nempe trans Strymonem terminum Macedoniæ.

Europæa autem Pannoniæ vicina, quæ ad Pontum usque cum Danubio decurrit, notiore nomine *Mœsia* appellatur. vide eundem lib. II. c. 8. p. 569. Jornandes c. 50. de rebus Geticis: *accipientes Pannoniam, quæ in longa porrecta planitie, habet ab oriente Mœsiam superiorem, a meridie Dalmatiam, ab occasu Noricum, a septentrione Danubium.* Mysiæ superioris & inferioris mentio infra p. 564. B.

§ 162. (l. 76.) καὶ τούτου κακίστου] Vocabulum κακίστου, ex MS. codice Mediceo addendum esse docuit Jacobus Gronovius p. 152. neque mirari debemus, tunc temporis pessimum visum esse vinum, quod multis hodie est in deliciis, uti qui ab Apicio commendantur cibi, hodie desipere plerisque videntur, de quo præclara extat Martini Listeri in Præfatione ad Apicium observatio. Quam verum autem sit, quod ex Dione Zonaras scribit, durissimam vitam duxisse Pannonios, & regionem illam omnibus commoditatibus vitæ a natura destitutam, lector pulchrius intelliget, cum eruditissimi viri Matthiæ Belii Hungariam antiquam & novam, cujus nuper vulgavit Prodromum, evolvere illi licebit: in illo prodromo etiam de vinis Hungariæ præclara quædam annotata sunt, p. 152. sq.

§ 163. (l. 78.) τάς τε κριθὰς καὶ τοὺς κέγχρους καὶ ἐσθίουσιν καὶ πίνουσιν] In vilioribus cibis hordeaceus panis, (ut p. 408. B.) & e milio, de quo Plinius XVIII. 7. & Galenus lib. I. de alimentis &c. Quod vero ad potum attinet, hæc est Sabaja, quam Ammianus XXVI. 8. ait fuisse *ex ordeo vel frumento in liquorem conversum paupertinum in Illyrico potum.* Eumque in Pannonia maxime usitatum Valesius probat ex eo, quod, ut eodem loco ab Ammiano traditum, Valens Imperator, utpote Pannonius, ortus Cibali oppido, dictus est ab illo potu Sabaiarius vel Sabiarius. Eodem refer Pæonum παραιστὴν e milio, de qua Reinesius III. 9. Var. lect. p. 484.

§ 164. (l. 84.) μετὰ τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονείαν] Infra p. 912. B. Photius codice LXXI.

§ 165. (l. 87.) τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω] Pannoniæ superioris & inferioris mentio infra p. 564. B. D. Dividebat utramque medius Arabo fluvius, ut notatum Ptolemæo, lib. II. c. 16.

§ 166. (l. 90.) ἐς πάννους] Si vera hæc sit nominis Pannoniorum ratio, (de quo dubitat Casaubonus ad Sueton. Augustum c. 21.) illud a Romanis suspiceris de latino vocabulo *panni* tributum (ut a togis togatæ Galliæ) non ipsius gentis lingua & usu frequentatum. Et tamen Dio infra, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς καλοῦσι. Incertius adhuc videtur quod a Panos Ægyptii cultu Pannoniam dictam contendit Francisc. Foris Otrocoksi in Originibus Hungaricis P. II. p. 11. vel ut Bonfinius a Pane Pastorum Deo, ob soli ubertatem.

§ 167. (l. 95.) Παίονας σφᾶς] Veteri & crebro Græcorum scriptorum usu Pæonas dici pro Pannoniis (licet illos in confinio Macedoniæ & Thraciæ Rhodopes sedibus paullo dissiros) notarunt Gatakerus p. 41. Adversariorum, & ad Antonini lib. II. extrem. Cellarius notitia orbis antiqui lib. II. c. 8.

A.U.C. 719 Sex. Pompejo & L. Cornuficio COSS.

37. Enimvero Cæsar in Pannonios profectus, primum a vastatione & rapinis se continuit, quamvis ii pagos in campestribus sitos deseruerant, quod eos se sperabat haud invitos sibi adjungere posse. Sed quum ad Siscíam accedentem eum læsissent, ira correptus, agrum eorum ussit, prædasque quas potuit maximas egit. Quum urbi appropinquasset, incolæ a primoribus persuasi, statim ei se dediderunt, & obsides præbuerunt. Postea autem quum portas occlusissent, in obsidione habiti sunt, quum & muris validis, & duobus denique navigabilibus fluviis confiderent. Fluvius enim Colops, ipsa mœnia alluens, in Savum haud longe remotum defluit, & nunc totam urbem ambit, a Tiberio magna fossa eo adductus, per quam rursus in antiquum alveum remeat. Eo autem tempore, quum Colops ipsis mœnibus allaberetur, & Savus haud magno inde spatio præterflueret, intervallum vacuum relinquebatur, quod fossis & palis actis munitum erat. Cæsar itaque navibus, quas socii iis in locis paraverant, acceptis, iisque per Istrum in Savum, atque inde in Colopem subductis, urbem terra simul fluvioque aggressus est, ibique navalia non-nulla prœlia fecit. Barbari enim, lintribus paratis, ad pugnam exibant: inque fluvio, inter alios, Menam etiam Sex. Pompeji libertum occiderunt, ac in terra quoque Cæsarem fortiter propulsarunt; donec tandem audito, quosdam sociorum suorum insidiis exceptos periisse, animis collapsi deditionem fecerunt. Ita his in potestatem Cæsaris receptis, reliqua etiam Pannonia pacis conditiones accepit.

Ἐπὶ ὂυν τούτους ὁ Καῖσαρ τότε στραλεύσας, τὸ μὲν πρῶτον [z] ὄυλε τι εδήου, ὄυλε τι ἥρπαζε, καίπερ καὶ τὰς κώμας αὐλῶν τὰς ἐν τοῖς πεδίοις ἐκλιπόνλων· (ἤλπιζε γὰρ ἐθελονλὰς αὐλοὺς ἐπάξεσθαι·) ὡς δὲ καὶ προχωροῦνλα αὐλὸν [168] πρὸς [a] Σισκίαν ἐλύπησαν, ὠργίσθη, καὶ τήν τε χώραν σφῶν ἔκαιε, καὶ πάνθ' ὅσα ἐδύνανλο λείαν ἐποιεῖτο. πλησιάσανλος δὲ αὐλοῦ τῇ πόλει, οἱ ἐπιχώριοι παραυλίκα μὲν ὑπὸ τῶν δυνανλῶν ἀναπειθέντες, ὡμολόγησάν τε αὐλῷ, καὶ ὁμήρους ἔδοσαν· μελὰ δὲ τοῦτο τάς τε πύλας ἀπέκλεισαν, καὶ ἐς πολιορκίαν κατέστησαν. εἶχον μὲν γὰρ καὶ τείχη ἰσχυρὰ, τὸ δ' ὅλον πολαμοῖς δύο ναυσιπόροις ἐθάρσουν. [169] ὁ γὰρ [b] Κόλοψ ὀνομαζόμενος παρ' αὐλὸν τὸν περίβολον παραῤῥέων, ἐς τὸν Σαοῦον ὀλίγον ἀπέχονλα αὐλοῦ ἐμβάλλει· καὶ νῦν πᾶσαν τὴν πόλιν ἐγκεκύκλωλαι, [170] Τιβερίου τάφρωτινὶ μεγάλῃ ἐς τοῦτο αὐλὸν καλασήσανλος, δι' ἧς ἐς τὸ ἀρχαῖον ἂυθις ῥεῖθρον ἐπανέρχελαι. τότε δὲ τῇ μὲν τοῦ Κόλοπος παρ' αὐλὰ τὰ τείχη παρεξιόνλος, τῇ δὲ τοῦ Σαούου ὀλίγον ἄπωθεν παραῤῥέονλος, διάκενόν τι καλελέλειπλο, ὃ καὶ σαυρώμασι καὶ ταφρεύμασιν ὠχύρωλο. ὁ ὂυν Καῖσαρ πλοῖα παρὰ τῶν ταύτῃ συμμάχων ποιηθένλα λαβὼν, καὶ διά τε τοῦ Ἴσρου ἐς τὸν Σαοῦον, καὶ δι' ἐκείνου ἐς τὸν Κόλοπα αὐλὰ ἀνάγων, προσέβαλε σφίσι τῷ πεζῷ ἅμα καὶ ταῖς ναυσί· καί τινας καὶ ναυμαχίας ἐν αὐλῇ ἐποιήσαλο. καὶ γὰρ οἱ βάρβαροι μονόξυλα πλοῖα ἀνλικαλασκευάσανλες, διεκινδύνευον, καὶ ἔν τε τῷ πολαμῷ ἄλλους τε [c] πολλοὺς καὶ τὸν Μηνᾶν τὸν τοῦ Σέξλου ἐξελεύθερον ἀπέκλειναν, καὶ ἐν τῇ γῇ [d] ἰσχυρῶς αὐλὸν ἠμύνονλο· μέχρις ὃυ τῶν συμμάχων τινὰς ἐνηδρεῦσθαί τε καὶ ἐφθάρθαι ἐπύθονλο. τότε γὰρ ἀθυμήσανλες ἐνέδοσαν· καὶ ὕλως ἀλόντων ἐκείνων, καὶ τὸ ἄλλο Παννονικὸν ὁμολογίᾳ προσηγάγελο.

38. Cæsar, Fufio ibi Gemino cum exercitus parte relicto, Romam rediit: triumphumque sibi decretum in aliud tempus rejiciens, Octaviæ & Liviæ statuas dedit, utque sine tutore suas ipsæ res administrarent, & eodem jure sacrosanctæ, quo tribuni plebis, essent. Quum autem in Britanniam

Καὶ μελὰ ταῦτα ἐκεῖ μὲν [171] Φούφιον Γέμινον σὺν δυνάμει τινὶ καλέλιπεν, αὐλὸς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἀνεκομίθη· καὶ [172] τὰ μὲν ἐπινίκια ψηφισθένλα οἱ ἀνεβάλελο, τῇ δ' Ὀκλαουΐᾳ τῇ τε Λιουΐᾳ [173] καὶ εἰκόνας καὶ τὸ [174] τὰ σφέτερα ἄνευ κυρίου τινὸς διοικεῖν, τό, τε ἀδεὲς καὶ τὸ ἀνύβριζον ἐκ τοῦ

[z] ὄυτε τι ἐδήου, ὄυτε τι ἥρπαζε. hæc ex Med. apud Gronov. p. 138. & V. a. integriora damus, quam vulgo: ὐκέτι ἥρπαζε, pro quo ὐδέ τι ἥρπαζε scribi volebat X. addo tantum ἥρπαζε esse in V. a. ἥρπασε in Med. quorum illud cum præcedenti ἐδήου magis convenit. [a] Σισκίαν. ita V. a. & Med. uterque certe pag. seq. hic enim V. a. Σασκίαν. Dionis editiones p. 569. A. Συσκίαν. hic & pag. seq. Τουσκίαν. vide F. & quæ Casaubonus ad Strab. VII. p. 314. [b] Κόλοψ. Κόλαψ, L. ad marg. scilicet ex Strab. & Plin. [c] πολλοὺς. συχνοὺς, V. a. & Med. [d] ἐχυρῶς, vulgo. ἰσχυρῶς, V. a.

p. 547. & Godfridus Olearius ὁ μακαρίτης ad Philostratum p. 560. *Induxit ad hoc ipsos*, inquit Otrocoksius Orig. Hungaric. P. II. p. 5. *partim propinquitas Pæoniæ ad Pannoniam, partim etiam, quod populos ejusdem fere linguæ viderent esse, in Pannonia præsertim inferiori, qui fuere olim etiam in Pæonia.* Et Pæonem Antari filium, Illyrico geniti, Pannona dictum ab aliis, Antonius Bonfinius lib. I. p. 13. scribit.

§ 168. (l. 6.) πρὸς Σισκίαν] Sic omnino legendum & h. l. & p. 414. D. ut pulchre vidit Xylander, non Τουσκίαν. Siscíæ sive Syscíæ castelli in Pannonia superiore ad Savum fluvium & Segesticam ejus insulam, mentio apud Strabonem, Plinium, Ptolemæum, Antoninum, Zosimum, Latinum Pacatum c. 34. Panegyrici, Prudentium hymno in Quirinum martyrem, aliosque. vide quæ viri docti, ad Vellej. II. 113. 3. & tabulam Peutingerianam; Dionem infra p. 569. A. Hodie Sisck sive Sisseg.

§ 169. (l. 13.) ὁ γὰρ Κόλοψ] Plinius III. 25. *Savus per Colapianos —— Colapis in Savum influens juxta Siscíam, gemino alveo insulam ibi efficit, quæ Segestica appellatur.* Etiam hic fluvius Κόλαπις, Straboni sub extremum lib. IV. & lib. VII. p. 314.

§ 170. (l. 16.) Τιβερίου] Hoc postea gestum, cum Siscíæ per hiemem moratus Tiberius A. U. C. 759. infra p. 569. A. & Vellej. II. 113. Augusti monumentum Ancyranum: *Pannoniorum gentes, quas ante me principem Populi Rom. exercitus nunquam adierunt, devictas per Tiberium Neronem, qui tum erat privignus meus, imperio populi Rom. adjeci.*

§ 171. (l. 35.) Φούφιον Γέμινον] Hic videtur qui in Flori codicibus *Vibius* IV. 12. 8. *Pannonii duobus saltibus, ac tribus fluviis, Dravo, Savo, Istroque vallabantur. Populati proximos, intra ripas se recipiebant. In hos domandos* (Augustus) *Vibium misit. Cæsi sunt in utrisque fluminibus. Arma victorum non ex more belli cremata, sed capta sunt & in profluentes data, ut cæteris qui resistebant victoria sic nunciaretur.* Difficile cum his conciliare, quod Augustus ipse in marmore Ancyrano.

§ 172. (l. 37.) τὰ μὲν ἐπινίκια] De triumphis deinde ab Augusto actis dicetur infra p. 459.

§ 173. (l. 39.) καὶ εἰκόνας] Ut Julio Cæsari p. 194. A. & Augusto p. 400. E.

§ 174. (l. 39.) τὰ σφέτερα ἄνευ κυρίου τινὸς διοικεῖν] Auctoritatis interponendæ gratia, in gerendis negotiis feminæ etiam puberes tutoribus indigebant ex legibus Romanis. vide Jac. Cujacium lib. VII. c. 11. obs. & quæ viri docti ad Cic. Orat. pro Muræna, c. 12.

§ 175. (l. 42.) κατὰ τὸν τοῦ παλρὸς ζῆλον] De Julii Cæsaris expeditione duplici in Britanniam, Dio supra p. 114. & 121. sq.

§ 176. (l. 49.) τούς τε Σαλάσσους] Pag. 412. ubi cum Salassis memorantur Taurisci, Liburni & Iapydes.

τοῦ ὁμοίου τοῖς δημάρχοις [e] ἔχειν ἔδωκεν. ὡρμημένου δὲ αὐτοῦ καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν, [175] κατὰ τὸν τοῦ πατρὸς ζῆλον, στρατεῦσαι, καὶ ἤδη καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν μετὰ τὸν χειμῶνα, ἐν ᾧ ὅ, τε Ἀντώνιος τὸ δεύτερον καὶ Λούκιος Λίβων ὑπάτευον, προκεχωρηκότος, τῶν τε νεοαλώτων τινὲς καὶ [f] Δαλμάται σὺν αὐτοῖς ἐπανέστησαν. καὶ Παννονίους μὲν ὁ Γέμινος, καίτοι τῆς [g] Σισκίας ἐκπεσών, ὅμως μάχαις ἀνεκτήσατο· [176] τούς τε [h] Σαλάσσους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετ' αὐτῶν νεωτερίσαντας, [177] ὁ Μεσσαλᾶς Ὀυαλέριος ἐχειρώσατο· ἐπὶ δὲ δὴ τοὺς Δαλμάτας πρότερος μὲν ὁ Ἀγρίππας, ἔπειτα δὲ [178] καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπεστράτευσε. καὶ τοὺς μὲν πλείους σφῶν, αὐτοὶ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, (ὥστε καὶ [179] τὸν Καίσαρα τρωθῆναι, καὶ τῶν στρατιωτῶν τισι [180] κριθὴν ἀντὶ τοῦ σίτου δοθῆναι, καὶ ἑτέρους τὴν τάξιν ἐκλιπόντας δεκατευθῆναι) κατεστρέψαντο· τοῖς δὲ δὴ [i] λοιποῖς [181] ὁ Ταῦρος ὁ Στατίλιος ἐπολέμησεν.

tanniam etiam expeditionem, patrem æmulatus, intenderet; jamque in Galliam usque ejus rei causa progressus esset, exacta ea hyeme, qua consulatum Antonius iterum, & Lucius Libo gerebant; Pannoniorum quorundam recens subactorum, & cum eis Dalmatarum rebellio exorta est. Et Pannonios quidem Geminus, quamvis Siscia ab iis ejectus, tamen prœliis aliquot superatos recepit: Salassos autem, cæterosque qui eorum rebellionis socii fuerant, Valerius Messala domuit. In Dalmatas autem Agrippa prius, deinde Cæsar ipse, exercitum duxit: qui eorum plerosque ipsi subjugaverunt, multis ac magnis tamen acceptis incommodis. Nam & Cæsar vulneratus est, & militibus, propter delictum, quibusdam hordeum pro tritico datum, & ex aliis, qui ordines deseruissent, decimus quisque sorte ad pœnam delectus. Contra reliquos Statilius Taurus bellum gessit. A.U.C. 720 M. Antonio II. & L. Scribonio COSS.

Ἀντώνιος δὲ ἐν τούτῳ τῆς μὲν ἀρχῆς [182] αὐθημερὸν ἐξέστη, Λούκιον Σεμπρώνιον Ἀτρατῖνον ἀντικαταστήσας· (ὅθεν εἰσὶν οἳ τοῦτον, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον [183] ἐν τῇ τῶν ὑπάτων ἀπαριθμήσει ὀνομάζουσι) πράττων δ' ὅπως ὡς ὅτι ἀπονώτατα [184] τὸν Ἀρμένιον τιμωρήσηται, τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ, ὡς καὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ ὑεῖ συνοικίσων, ἤτησε, [185] Κύϊντόν τινα Δέλλιον, παιδικά ποτε ἑαυτοῦ γενόμενον, πέμψας, καὶ πολλά τινα αὐτῷ δώσειν ὑπέσχετο· καὶ τέλος ἐς τε τὴν [186] Νικόπολιν τὴν τοῦ Πομπηΐου αἰφνίδιον ἅμα τῷ ἦρι ἦλθε, κἀνταῦθα αὐτὸν, ὡς καὶ συμβουλεύσοντα καὶ συμπράξοντά τινα κατὰ τῶν Πάρθων, μετεπέμψατο. ἐπειδή τε οὐκ ἀφίκετο, τὴν ἐπιβουλὴν ὑποπτεύσας, τόν τε Δέλλιον αὖθις ἐς λόγους οἱ προσέπεμψε, καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον σπουδῇ πρὸς τὰ [187] Ἀρτάξατα ἤλασε, καὶ οὕτως αὐτὸν ὀψέ ποτε, τὰ μὲν, πείθων διὰ τῶν ἑταίρων, τὰ δὲ, καὶ διὰ τῶν στρατιωτῶν καταπλήσσων, πάντα τε ἁπλῶς ὡς πρὸς φίλον καὶ γράφων καὶ πράττων, ἐπηγάγετο ἐς τὸ στρατόπεδον

39. Hoc tempore Antonius eadem die, qua iniit consulatum, etiam deposuit, substituto in locum suum L. Sempronio Atratino: itaque hunc nonnulli, non Antonium, in enumeratione consulum recensent. Porro autem quærens rationem, qua minimo labore regem Armeniæ ulcisci posset, misso ad eum Q. quodam Dellio exoleto olim suo, filiam ejus, filio suo Alexandro nuptum scilicet dandam, multis pollicitationibus interpositis, petiit. Postremo repente sub initium veris Nicopolin Pompeji venit, eoque eum ad se excivit, velut opera & consilio ejus adversus Parthos usurus. Quum Artavasdes, insidias esse suspicatus, non veniret, iterum Dellium ad eum misit colloquii causa: ipse interim celeriter ad Artaxata progressus est. Sic eum partim sociorum opera persuadendo, partim copiis terrendo, quum & scriptis & actis ejus se amicum omnino ostendisset, eo vix tandem adduxit, ut in castra sua veniret. Tum comprehensum, primum absque vinculis

[e] ἔχειν. hoc vocabulum addidi ex V. a. & Med. nam ἐκ τοῦ ὁμοίου τοῖς δημάρχοις cum ἔχειν potius conjungi potuisse videtur, quam cum ἔδωκεν. [f] Δαλμάται. Δελμάται, Med. [g] Σισκίας. sic V. a. & Med. vulgo Τουσκίας. vide ad p. 413. E. [h] Σαλάσσους. Ἰαλάσσους, Med. [i] λοιποῖς. lego Λεβούργοις, N. scilicet respicit vir doctus quæ dixerat Dio p. 412. A. sed & plures ibi populi Illyriæ præter Salassos ac Liburnos; ut solos Liburnos Salassis opponere Dio voluisse non videatur. & Appianus Illyr. p. 766. similiter scribit: *Statilium Taurum ad residua ejus belli dereliquit.* τοῖς λοιποῖς idem est quod *ad residua ejus belli.* vide supra p. 594. l. 45. & hac p. 597. l. 49. sq.

§ 177. (l. 51.) ὁ Μεσσαλᾶς Ὀυαλέριος] Appian. Illyric. pag. 763.

§ 178. (l. 53.) καὶ ὁ Καῖσαρ] Sueton. Aug. c. 20. *Externa bella duo omnino per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc.* Ex manubiis Dalmaticis exstructæ deinde porticus, & Bibliotheca Octaviana condita. infra p. 417. E.

§ 179. (l. 55.) τὸν Καίσαρα τρωθῆναι] Vide ad p. 412. D.

§ 180. (l. 56.) κριθὴν ἀντὶ τοῦ σίτου] Ut Antonius in delinquentes milites fecerat p. 408. B. ubi etiam de decimatione.

§ 181. (l. 59.) ὁ Ταῦρος ὁ Στατίλιος] Appian. Illyric. p. 766. *Convalescens ex vulnere Augustus Romam ad consulatum rediit, cum Barbatio Tullo Collega magistratum initurus, Statilium Taurum ad residua ejus belli dereliquit, mensis initio ingressus consulatum.* De hoc consulatu Augusti, qui in annum proximum U. C. 721. incidit, Dio infra p. 417. D. Hic est T. Statilius Taurus, qui Consul infra p. 512. A. U. C. 728. De gente Statilia consulendus Theodorus Ryckius ad Taciti annales lib. II. c. 1.

§ 182. (l. 60.) αὐθημερὸν ἐξέστη] Hoc imitatus deinde Augustus p. 417. D.

§ 183. (l. 63.) ἐν τῇ τῶν ὑπάτων ἀπαριθμήσει] Ex hoc loco Dionis perspicuum est, illius etiam ætate fastos & ὑπαλάρια, inter se non consensisse, sed omissos in aliis fuisse Consules, qui in aliis ponerentur: ita ab aliis ordinariorum tantum, qui annum aperiebant, ut in fastis plerisque veterum, quos habemus, ab aliis etiam suffectorum ratio habebatur, ut in tabula Colotiana fieri videmus. L. Atratini, consulis designati, memoria in numo Antonii apud Joannem Vaillant in Historia Ptolemæorum p. 116.

§ 184. (l. 64.) τὸν Ἀρμένιον] Regem Armeniæ minoris Artabazen sive Artavasden, a quo derelictus in bello Parthico fuerat, p. 410. C. 411. C.

§ 185. (l. 67.) Κύϊντόν τινα Δέλλιον] Hic est, qui Cleopatræ primum persuasit ut ad Antonium iret, ut refert Plutarchus in Antonio p. 926. & denique ipse transfugit ad Augustum, ut dicet Dio p. 427. C. 433. A. Idem Plutarcho p. 943. vocatur Dellius Historicus, quoniam nimirum Antonii Parthicam historiam descripserat; in Strabonis codicibus vitiose *Adelphius*, in Senecæ & Velleji *Duillius* vel *Deillius*. vide Vossium de historicis Græcis p. 478. & lexicon Historicum clarissimi Bælii, nec non Dacerium ad lib. II. Horatii Odam. 3. Lipsium ad Taciti Annal. I. not. 41.

§ 186. (l. 69.) Νικόπολιν τὴν τοῦ Πομπηΐου] De hac minoris Armeniæ urbe, quam Pompejus in memoriam victi Tigranis Armeniæ regis condidit, vide supra p. 25. C.

§ 187. (l. 75.) Ἀρτάξατα] Armeniæ civitatem præcipuam, ad Araxen fluvium, caput gentis Floro III. 5. 27. & Tacito XIII. 39. qui sæpius ejus meminit, ut Annal. VI. 33. XII. 50. XIV. 23. vide quæ supra ad p. 25.

A.U.C. 720 M. Antonio II. & L. Scribonio COSS.

culis circum caſtella, in quibus theſauri erant repoſiti, circumduxit, ſpe eorum ſine certamine potiundorum; ſimulans ſe eum non alia de cauſa captivum habere, quam ut ab Armeniis pro liberatione ac regno ejus pecuniam colligeret. Poſtquam autem cuſtodes gazæ ei non obtemperarunt, & qui in armis erant, Artaxem, maximum natu inter filios ejus, regem ejus loco conſtituerunt, argenteis Artavasdem catenis vinxit, quia nimirum turpe erat regem ferreis in catenis haberi.

40. Poſt hæc univerſam Armeniam, partim vi, partim deditione, in ſuam poteſtatem accepit. Nam Artaxes prælio congreſſus, & victus, ad Parthos conceſſerat. His perfectis, Mediæque regis filia, arctioris amicitiæ cauſa, filio ſuo deſponſata, relicto in Armenia exercitu, magnam prædam, Artavasdemque cum conjuge & liberis ſecum abducens, in Ægyptum reverſus eſt, eosque inter alios captivos ante ſe in triumpho Alexandriam introduxit, curru ipſe invectus. In Cleopatræ autem gratiam & cætera egit, & Artavasdem cum ſuis, aureis in vinculis, ad eam in medio populi, tribunali ipſe argentato, auratoque ſella ſedens, adduci juſſit. Barbari autem neque ſupplices mulieri facti ſunt, neque in genua conciderunt; (quanquam & minis & promiſſis hoc crebro juberentur) ſed nomine eam ſuo compellaverunt: atque ideo magnos quidem habere ſpiritus exiſtimati, durius autem propterea tractati ſunt.

41. Deinde Antonius Alexandrinis epulum præbuit, ac in concilio populi Cleopatræ, ejusque liberis, propter ſe ſedem dedit; habitaque ad populum quadam oratione, Cleopatram regi-nam regum; Ptolemæum, cognomine Cæſarionem, regem regum appellari juſſit: iisque Ægyptum & Cyprum, alia quadam diviſione inſtituta, attribuit. Dicebat autem, illam vere Cæſaris

τόπεδον ἐσελθεῖν. κἀνταῦθα συλλαβών, τὰ μὲν πρῶτα ἀδετόν τε εἶχε, καὶ κατὰ τὰ Φρούρια, ἐν οἷς οἱ θησαυροὶ ἦσαν, περιῆγεν, εἴ πως ἁμαχεὶ σφᾶς λάβοι· σκηπτόμενος δ' οὐδὲν ἄλλο αὐτὸν συνειληφέναι, ἢ ἵνα τοὺς Ἀρμενίους καὶ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ δασμολογήσῃ. ὡς δ' οὔτε οἱ χρυσοφύλακες προσεῖχον αὐτῷ, καὶ οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες [188] Ἀρτάξην τὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων αὐτοῦ βασιλέα ἀνθείλοντο, ἔδησεν αὐτὸν [189] ἀργυραῖς ἁλύσεσιν· αἰσχρὸν γάρ, ὡς ἔοικεν, ἦν, βασιλέα αὐτὸν γεγονότα σιδηραῖς δεθῆναι.

Κἀκ τούτου τοὺς μὲν [k] ἐθελοντῇ, τοὺς δὲ καὶ βίᾳ λαβών, [190] πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν κατέσχεν· ὁ γὰρ Ἀρτάξης, ἐπειδὴ [191] συμβαλὼν ἡλατ]οῦτο, πρὸς τὸν Πάρθον ἀπεχώρησε. πράξας δὲ ταῦτα, καὶ [192] τῷ υἱεῖ τὴν τοῦ Μήδου θυγατέρα, ὅπως ἔτι καὶ μᾶλλον αὐτὸν προσεταιρίσηται, μνησεύσας, τά τε στρατόπεδα ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ κα]έλιπε, καὶ ἐς τὴν Αἴγυπ]ον ἀνεκομίσθη, τήν τε ἄλλην λείαν πολλὴν καὶ τὸν Ἀρμένιον με]ά τε τῆς γυναικὸς καὶ με]ὰ παίδων ἄγων. καὶ σφᾶς σὺν τοῖς ἄλλοις αἰχμαλώτοις καὶ [193] ἐν ἐπινικίοις τισὶν ἐς τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν προπέμψας, αὖ]ὸς ἐφ' ἅρμα]ος ἐσήλασε, καὶ τά τε ἄλλα πάν]α τῇ Κλεοπάτρᾳ ἐχαρίσα]ο, καὶ τὸν Ἀρμένιον με]ὰ τῶν οἰκείων ἐν χρυσοῖς δεσμοῖς προσήγαγε. προεκάθη]ο δὲ ἐν μέσῳ τῷ πλήθει ἐπί τε βήμα]ος ἐπαργύρου καὶ ἐπὶ δίφρου ἐπιχρύσου. Οἱ δὲ δὴ βάρβαροι οὔθ' ἱκέτευσαν αὖ]ὴν, οὔ]ε προσεκύνησαν, καίτοι πολλὰ μὲν καὶ ἀναγκαζόμενοι, πολλὰ δὲ καὶ ἐλπίσιν ἀναπειθόμενοι· ἀλλ' ὀνόμασι προσαγορεύσαν]ες, δόξαν μὲν Φρονήμα]ος ἔλαβον, κακουχίᾳ δὲ πολλῇ διὰ τοῦτο συνέχον]ο.

Με]ὰ δὲ τοῦτο ὁ Ἀν]ώνιος τοὺς Ἀλεξανδρέας εἱ]ίασε, καὶ τὴν Κλεοπάτραν, τούς τε παῖδας αὖ]ῆς ἐν ἐκκλησίᾳ παρεκαθίσα]ο· δημηγορήσας τέ τινα, ἐκείνην τε [194] βασιλίδα [l] βασιλέων, καὶ τὸν [195] Πτολεμαῖον, ὃν Καισαρίωνα ἐπωνόμαζον, βασιλέα βασιλέων καλεῖσθαι ἐκέλευσε· καὶ αὖ]οῖς καὶ τὴν Αἴγυπ]ον, τήν τε Κύπρον, ἄλλην διανομήν τινα ποιησάμενος, ἔδωκε. τοῦ τε γὰρ προ]έρου Καίσαρος τὴν μὲν

[k] ἐθελοντῇ. ἐθελοντὶ, vel ἐθελοντεὶ, L. ad marg. [l] βασιλίδα βασιλέων. βασιλίδα βασιλίδων, RS. in notis. nequaquam adſtipulor Roberto. voluit oſtendere Antonius, Cleopatram non in reginas modo, ſed reges adeo orbis terrarum jus habere. & in numo, quem vidi apud D. Adolphum Occonem Medicum Auguſtanum, diſerte eſt: *Cleopatræ reginæ regum, regum filiorum.* X. βασιλίδα βασιλέων, etiam Z. omittit vero hanc Cleopatræ appellationem, & filiorum tantum commemorat Xiph.

§ 188. (l. 92.) Ἀρ]άξην] Hic Ἀρ]αξίας aliis dicitur, ut Joſepho lib. XV. c. 5. & Tacito II. 3. Annal.

§ 189. (l. 93.) ἀργυραῖς ἁλύσεσιν] Idem Tacitus: *Armenia inter Parthorum & Romanas opes infida ob ſcelus Antonii, qui Artavasden Regem Armeniorum ſpecie amicitiæ inlectum, dein catenis oneratum, poſtremo interfecerat.* Plutarchus in Antonio p. 939. ποικίλαις ὑποχέσεσι καὶ προκλήσεσι πάσας αὖ]ὸν ἐλεᾶν εἰς χάρας, συνέλαβε καὶ δέσμιον κα]αγαγὼν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐθριάμβευσεν. Idem memorat Appianus in Parthicis p. 169. Epitome Livii lib. 131. aliique. Quod autem præſenti loco *argenteis* catenis vinctum regem Dio ſcribit, infra in triumpho χρυσοῖς δεσμοῖς *aureis vinculis* conſtrictum commemorat, huic conſentit Vellejus II. 82. ad quem notas virorum doctorum conſulet qui plura exempla ſplendidæ hujusmodi miſeriæ principum & regum cognoſcere voluerit.

§ 190. (l. 97.) πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν κα]είχεν] Hinc Antonii numus & Cleopatræ de Armenia devicta, quem illuſtrat Chriſtophorus Adamus Rupertus in Oratore Hiſtorico, Oratione XVIII. & quem videbis in Fulvii Urſini familiis Romanis p. 20. Quam autem vir ille doctus pharetram interpretatur poſt caput Antonii, tiara potius eſt, ut recte Triſtanus T. I. p. 58. & Joh. Vaillant in Hiſtor. Ptolemæorum p. 194. Rupertus p. 904. qualem regibus Armeniæ in uſu fuiſſe notavi ad p. 26. A. & cujus figuram habes in alio numo Tigranis quem dedit Ezech. Spanhemius T. I. de uſu numism. Diſſ. VIII. p. 469.

§ 191. (l. 98.) συμβαλὼν ἡλατ]οῦτο] A Medorum Atropatenorum rege, qui & ipſe Artavasdis nomine gaudebat, victum Artaxam notavit Dio p. 418. B.

§ 192. (l. 100.) τῷ υἱεῖ] Alexandro filio Antonii Jotape regis Medorum filia deſponditur, ſimulque pars Armeniæ recens occupatæ patri ejus traditur p. 418. A.

§ 193. (l. 6.) ἐν ἐπινικίοις τισὶν] Hoc triumpho Alexandrino Romanos maxime offenſos ab Antonio, teſtantur Plutarchus p. 939. & Appian. Parthic. p. 169. indignantes, quod honorem urbi Romæ proprium vulgaſſet.

§ 194. (l. 20.) βασιλίδα βασιλέων] Solennis hic Regum Armeniæ titulus, ut βασιλεῖς βασιλέων dicerentur, quemadmodum ex Tigranis numo docet laudatus Spanhemius T. I. p. 465. Similiter & in numo Cleopatræ perſpicue legitur: *Regina Regum filiorum Regum Cleopatra.* De filiis Plutarchus Antonio p. 941. τοὺς ἐξ αὖ]οῦ καὶ Κλεοπάτρας υἱοὺς βασιλεῖς βασιλέων ἀναγορεύσας. In aliis Cleopatræ numis, βασιλίσσης Κλεοπάτρας, & Θεᾶς νεωτέρᾳ, apud Joh. Vaillant in Hiſtoria Ptolemæorum p. 188. ſq.

μὲν γυναῖκα, τὸν δὲ, υἱὸν ὄντως γεγονέναι ἔλεγε, καὶ ἐς τὴν ἐκείνου δὴ χάριν ταῦτα ποιεῖν ἐσκήπτετο, ὅπως τὸν Καίσαρα τὸν Ὀκταουϊανὸν ἐκ τούτου, ὅτι ποιητὸς, ἀλλ' οὐ γνήσιος αὐτοῦ παῖς ἦν, διαβάλῃ. ἐκείνοις μὲν δὴ ταῦτα ἔνειμε· τοῖς δὲ δὴ αὐτοῦ παισὶ τοῖς ἐκ τῆς Κλεοπάτρας οἱ γεγονόσι, [196] Πτολεμαίῳ μὲν, τήν τε Συρίαν καὶ τὰ ἐντὸς τοῦ Εὐφράτου μέχρι τοῦ Ἑλλησπόντου πάντα, Κλεοπάτρᾳ δὲ, τὴν Λιβύην τὴν περὶ Κυρήνην, τῷ τε ἀδελφῷ αὐτῶν Ἀλεξάνδρῳ τήν τε Ἀρμενίαν, καὶ τἆλλα τὰ πέραν τοῦ Εὐφράτου μέχρι Ἰνδῶν, δώσειν ὑπέσχετο· [197] καὶ γὰρ ἐκεῖνα, ὡς ἔχων ἤδη, ἐχαρίζετο. καὶ ταῦτα οὐκ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ μόνον εἶπεν, ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν Ῥώμην, ἵνα καὶ παρ' ἐκείνων τὸ κῦρος λάβῃ, ἐπέστειλεν. [198] οὐ μέντοι καὶ ἐν τῷ κοινῷ τι αὐτῶν ἀνεγνώσθη. ὅ, τε γὰρ Δομίτιος καὶ ὁ Σόσσιος ὑπατεύοντες ἤδη τότε, καὶ ἐς τὰ μάλιστα αὐτῷ προσκείμενοι, οὐκ ἠθέλησαν, καίπερ τοῦ Καίσαρος ἐγκειμένου σφίσιν, ἐς πάντως αὐτὰ ἐκφῆναι. νικησάντων δὲ ἐν τούτῳ ἐκείνων, ἀντεπεκράτησεν ὁ Καῖσαρ, μηδὲν τῶν περὶ τοῦ Ἀρμενίου γραφέντων δημοσιευθῆναι. τοῦτον γὰρ ἠλέει, ἅτε καὶ λάθρα πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τῷ Ἀντωνίῳ κεκοινολογημένος, καὶ ἐκείνῳ τῶν νικητηρίων ἐφθόνει. τοιαῦτα δ' οὖν ὁ Ἀντώνιος πράττων, ἐτόλμα τῇ βουλῇ γράφειν, ὅτι τῆς τε ἀρχῆς παύσαιτο, καὶ ἐπ' ἐκείνῃ τῷ τε δήμῳ πάντα τὰ πράγματα ποιήσαιτο θέλει· οὐχ ὅτι τι καὶ πράξειν αὐτῶν ἔμελλεν, ἀλλ' ὅπως ταῖς παρ' αὐτοῦ ἐλπίσι τὸν Καίσαρα ἤτοι ἀναγκάσωσιν, ἅτε καὶ παρόντα, τῶν ὅπλων [m] προαποσῆναι, ἢ καὶ ἀπειθήσαντα μισήσωσι.

Τότε μὲν δὴ ταῦτά τε ἐγένετο, καὶ τὴν [199] πανήγυριν τὴν τῇ Ἀφροδίτῃ τῇ Γενετυλλίῳ τελουμένην οἱ ὕπατοι ἐποίησαν· [200] ἔν τε ταῖς ἀνοχαῖς, αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι, παῖδες ἄνηβοι, ἐξ ἱππέων, ἀλλ' οὐκ ἐκ βουλευτῶν γεγονότες, ἦρξαν· καὶ [201] τὴν σοὰν τὴν Παύλου καλουμένην Αἰμιλίος Λέπιδος Παῦλος ἰδίοις τέλεσιν ἐξῳκοδόμησε, [202] καὶ τῇ ὑπατείᾳ καθιέρωσεν· ὑπάτευσε γὰρ ἐν μέρει τοῦ ἔτους τούτου· ὅ, τε Ἀγρίππας [203] τὸ ὕδωρ τὸ Μάρκιον ὠνομασμένον, [n] ἐκλιπὸν φθορᾷ τῶν ὀχετῶν, καὶ ἀνεκτήσατο δαπάνῃ οἰκείᾳ,

saris superioris conjugem fuisse, hunc ejusdem legitimum filium: fingebatque, se studio ejus Cæsaris adductum hæc facere, quo Octavianum, velut non natura, sed adoptione tantum ejus filium, in invidiam adduceret. Suis vero ex Cleopatra sibi natis liberis, Ptolemæo Syriam, & omnes cis Euphratem usque ad Hellespontum regiones: Cleopatræ autem Africam Cyrenaicam: Alexandro fratri eorum, Armeniam, & alias trans Euphratem usque ad Indiam, promittens, quasi jam eas occupasset, largitus est. Neque vero Alexandriæ modo hæc dixit, sed Romam quoque perscripsit, ut ibi rata esse juberentur. Hæ tamen literæ publice recitatæ non sunt, Domitio Sossioque, qui tum consules erant, & Antonio quam maxime favebant, obstantibus: etsi Cæsar ab iis flagitabat, ut in vulgus omnia efferrentur. Quum autem in eo vicissent illorum sententia, vicissim Cæsar hoc obtinuit, ne quid eorum, quæ de Armenio scripta fuerant, publice proponeretur: quia & regem, cum quo occulte adversus Antonium consilia ipse agitarat, miserabatur; & triumphum Antonio invidebat. Talia cum ageret Antonius, tamen ausus fuit ad senatum scribere, velle se magistratu abire, omnesque res S. P. Q. R. potestati permittere: non quod ita facere statuisset, sed quo spe hac de se data efficeret, ut Cæsar, qui ad urbem erat, aut cogeretur prior ab armis discedere: aut, si id recusasset, in eorum invidiam incurreret.

A.U.C. 720 M. Antonio II. & L. Scribonio COSS.

42. Eadem tempestate ludos Veneri Genitrici consules fecerunt, & præfecti urbis ad ferias Latinas a Cæsare constituti sunt pueri impuberes, equestri, non senatorio genere nati. Porticum, quæ Pauli dicitur, Æmilius Lepidus Paulus propriis impensis perfecit, & in consulatu suo, quem gessit in parte hujus anni, dedicavit. Agrippa aquam Marciam, quæ propter corruptos canales defecerat, suis sumptibus reparavit, ac per multas urbis partes deduxit. Hi quidem omnes, quum

[m] προαποσῆναι. ἀποσῆναι, V. b. [n] ἐκλιπὸν. ἐκλαῖπον, Xiph. sed illud melius.

§ 195. (l. 21.) Πτολεμαῖον ὃν Καισαρίωνα] Ex Julio Cæsare postumum natum a Cleopatra, de quo viri docti ad Sueton. Cæsare c. 52. & Augusto c. 17. Dionem p. 419. C.

§ 196. (l. 30.) Πτολεμαίῳ μὲν] Cognomine Philadelpho, supra p. 411. B.

§ 197. (l. 35.) καὶ γὰρ ἐκεῖνα] Plutarchus p. 941. narrat, Cleopatram non modo ab Antonio appellatam reginam Ægypti, Cypri, Africæ & Cœlesyriæ, collega regni Cæsarione: sed & Alexandro filio tributam Armeniam cum Media & Parthorum regno, καὶ τὰ Πάρθων, ὅταν ὑπάγῃται. Ptolemæo Phœniciam, Syriam, Ciliciam. Alexandri hujus βασιλέως effigies in numo apud Tristanum T. I. p. 60.

§ 198. (l. 39.) οὐ μέντοι καὶ ἀνεγνώσθη] Ex eodem Plutarcho tamen constat, Augustum, ut odium Antonio conflaret, Romæ & in senatu hæc exposuisse, & ad populum esse criminatum. ταῦτα δὲ ἐς σύγκλητον ἐκφέρων Καῖσαρ, καὶ ποδάκις ἐν τῷ δήμῳ καταγορῶν παρώξυνε τὸ πλῆθος ἐπ' Ἀντώνιον. vide & quæ Dio p. 419. C. & Augustus p. 434. C.

§ 199. (l. 55.) πανήγυριν τῇ Ἀφροδίτῃ τῇ Γενετυλλίῳ] In memoriam & honorem Julii Cæsaris, qui Venerem generis sui auctorem singulari cultu prosecutus fuerat, ut dictum ad p. 225. A. Venus Genitrix, γενετυλλὶς, γενέσεως ἔφορος, Scholiast. Aristoph. ad Nubes v. 52. Babyloniis Venus *Mylitta*, Herodot. lib. I. c. 131. vide Davidis Millii Diss. selectas p. 98. Veneris Genitricis templum memorat Appianus III. civil. p. 544. & Plinius XXXVII. 1. ubi Cæsarem dactyliothecas sex in illo consecrasse refert.

§ 200. (l. 57.) ἔν τε ταῖς ἀνοχαῖς] Feriarum Latinarum tempore, urbi interim præficiebatur τῶν γνωρίμων τις νέων, ut testatur Strabo V. p. 229. Illum ex senatoriis sive senatorum filiis solitum deligi, Dio hoc loco innuit; sicut prætores in iisdem feriis nuper locum præfecti Urbis & vices peregisse dixerat p. 401. E. De feriis illis Latinis erudite Carolus Sigonius lib. I. de antiquo jure Italiæ c. 3. p. 126. sq.

§ 201. (l. 59.) τὴν σοὰν τὴν Παύλου] σοὰ ἡ Παύλειος infra p. 538. A. ubi incendio absumtam, & ab Augusto & ab Æmilii amicis refectam testatur, foroque Romano vicinam fuisse innuit. Alia porticus Æmilia inter portam Trigeminam & Navalia Liv. XLI. 32. Sextus Rufus & Publ. Victor in Regione XIII. conf. Spanhem. de Usu Num. Diss. X. p. 187. sq.

§ 202. (l. 61.) ἐν τῇ ὑπατείᾳ] Paulus Æmilius Lepidus hoc anno U. C. 720. suffectus ex Cal. Jul. cum C. Memmio, ut docet vetus marmor apud Gruterum p. MLXXXVII. 2. conf. & Perizonium Animadv. Hist. c. 3. p. 123. sq.

§ 203. (l. 63.) τὸ ὕδωρ τὸ Μάρκιον] Aquæ dictæ partim ab rege Anco Marcio, (vide Laur. Begeri Thes. Brandenb. T. II. p. 563. & Alex. Donati Descript. urbis Romæ T. III. Thes. Græv. p. 768.) partim a Q. Marcio cui cogomen Rex, quique Prætor fuit A. U. C. 610. Galba & Cotta Coss. Plinius XXXVI. 15. *Sed dicantur vera æstimatione miracula, quæ Q. Marcius Rex fecit. Is jussus a Senata, aquarum Appiæ, Anionis, Tepulæ ductus reficere, novam a nomine suo appellatam, cuniculis per montes actis, intra prætiuræ suæ tempus reduxit. Agrippa vero in ædilitate sua, adjecta Virgine Aqua,*

ceteris

A.U.C.720 M. Antonio II. & L. Scribonio COSS.

quum de ſuis facultatibus liberales fuiſſent, ſummiſſe tamen ſe ac moderate geſſerunt: contra quidam alii vel minimam præfecturam aliquam obtinentes, triumphum ſibi vel ab Antonio vel a Cæſare concedi impetraverunt, ejusque nomine magnam auri coronarii vim a populis exegerunt.

A.U.C.721 Cæſare II. & Volcat. Tullo COSS.

43. Anno ſequenti Agrippa ultro ædilis factus eſt, omniaque ædificia publica, omnes vias, privatis impendiis refecit, cloacas expurgavit, ac per eas in Tiberim ſubvectus eſt. In Circo quum videret errare homines circa curſuum numerum, delphinas, & ovata opera poſuit, quibus curſuum converſiones notarentur. Oleum etiam & ſalem populo diſtribuit, & anno toto balineorum lavacra tam viris, quam feminis, gratuito præbuit: tonſores quoque, ne quis in eos aliquid expenderet, pretio conduxit ipſe, quoties ludi celebrarentur, quos & frequentes, & omnigenos exhibuit; ea quidem magnificentia, ut ſenatorum quoque filii Trojam equeſtri certamine luderent. Denique teſſeras quasdam in theatrum deſuper in capita ſpectatorum projecit, quibus huic pecunia, veſtis illi, aliud quid alii obveniebat: alias item multas res venales in medium propoſitas, diripiendas vulgo conceſſit. Aſtrologos autem, & præſtigiatores urbe ejecit. Iisdem fere diebus ſenatusconſultum factum eſt, ne quis ſenatorii ordinis

οἰκείᾳ, καὶ ἐπὶ πολλὰ τῆς πόλεως ἐπωχέτευσεν. ὅσοι μὲν οὖν, καίπερ ἐξ ἰδίων χρημάτων φιλοτιμούμενοι, καὶ ὑπερέλλοντο καὶ ἐμερίαζον· ἄλλοι δὲ καὶ ἐλαχίστην τινὰ ἀρχὴν ἔχοντες, καὶ ἐπινίκια διεπράττοντο σφίσιν, οἱ μὲν, διὰ τοῦ Ἀντωνίου, οἱ δὲ, διὰ τοῦ Καίσαρος, ψηφίζεσθαι· καὶ ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ [204] χρυσίον πολὺ παρὰ τῶν δήμων ἐς τοὺς στεφάνους ἐσέπραττον. 417

Τῷ δ' ὑστέρῳ ἔτει [205] ἀγορανόμος ὁ Ἀγρίππας ἐκὼν ἐγένετο· καὶ πάντα μὲν τὰ οἰκοδομήματα τὰ κοινὰ, πάσας δὲ τὰς ὁδοὺς, μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαβὼν, ἐπεσκεύασε· [206] τούς τε ὑπονόμους ἐξεκάθηρε, καὶ [207] ἐς τὸν Τίβεριν δι' αὐλῶν ὑπέπλευσε. καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ σφαλλομένους τοὺς ἀνθρώπους [208] περὶ τὸν τῶν διαύλων ἀριθμὸν ὁρῶν, τούς τε δελφῖνας καὶ τὰ ὠοειδῆ δημιουργήματα καθεσήσατο, ὅπως δι' αὐλῶν αἱ περίοδοι τῶν περιδρόμων ἀναδεικνύωνται. καὶ προσέτι καὶ [209] ἔλαιον καὶ ἅλας πᾶσι ὁ διέδωκε· [210] τά τε βαλανεῖα πρῶτα δι' ἔτους καὶ τοῖς ἀνδράσι καὶ ταῖς γυναιξὶ λούεσθαι παρέσχε· καὶ τοὺς [p] κουρέας ἐν ταῖς πανηγύρεσιν, ἃς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἐποίησεν, ὥστε καὶ τοὺς τῶν βουλευτῶν παῖδας [211] τὴν Τροίαν ἱππεῦσαι, ἐμιθώσατο, ἵνα μηδεὶς μηδὲν αὐτοῖς ἀναλώσῃ. καὶ τέλος, [212] σύμβολά τέ τινα ἐς τὸ θέατρον καθ' ὑπερῴαν ἔρριψε, καὶ [q] τῷ μὲν ἀργύριον, τῷ δὲ ἐσθῆτα, τῷ δὲ ἄλλο τι φέροντα· καὶ ἄλλα πάμπολλα ὠνια ἐς τὸ μέσον καταβεὶς, διαρπάσαι σφίσιν ἐπέτρεψεν. Ἀγρίππας μὲν [r] οὖν ταῦτά τε ἐποίει, καὶ τοὺς [213] ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν. ὑπὸ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας δόγμα ἐγένετο, μηδένα τῶν ἐς τὴν γερουσίαν B C

o διέδωκε. rectius, quam apud Xiph. δέδωκε. *p* καὶ τοὺς κουρέας. ego hic κῶλον ſignandum cenſeo, ut novum deinde membrum ineat: quanquam mihi videtur aliquid deeſſe. Xiphilinus legit: καὶ τοὺς κουρέας ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἐμισθώσατο. depravate nimirum ipſe quoque. X. at hinc nata Xylandri prope ridicula interpretatio: *ac balinea publice, & tonſores viris ac mulieribus præbuit.* κήρυκας, N. ſed nihil mutandum confirmat Xiph. *q* τῷ μὲν. neſcio quos viros eruditos deſignet Caſaubonus ad Suetonii Claud. c. 21. qui hic legi cupiant τὸ μὲν. id certe prorſus alienum. ceterum καὶ τὰ κορυφὴν quid ſit, vide ibi a Caſaubono explicatum. *r* οὖν. δὴ, Med. idem mox ἀστρολόγους, τούς τε γόητας.

ceteris corrivatis atque emendatis, lacus ſeptingentos fecit, præterea ſalientes centum quinque, caſtella centum triginta, complura etiam cultu magnifica: operibus iis ſigna trecenta ærea aut marmorea impoſuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo ſpacio. Julius Frontinus de aquæ ductibus p. 43. *Eodem anno* (Cæſare Auguſto II. L. Volcatio Coſſ.) Agrippa ædilis *ductus Appiæ, Anionis, Marciæ pæne dilapſos reſtituit, & ſingulari cura compluribus ſalientibus aquis inſtruxit urbem.* Auguſtus ipſe in marmore Ancyrano: *Rivos aquarum in pluribus locis vetuſtate labentes refeci, & aquam quæ Marcia appellatur duplicavi, fonte novo in rivum ejus immiſſo.* De aquis Juliis ab eodem Agrippa deductis, dictum ad p. 376. D.

§ 204. (l. 70.) χρυσίον ἐς τοὺς στεφάνους] De coronario auro dictum ad p. 208. A. 359. C. 382. D. Triumphi hoc tempore in tabula Verrii Flacci memorantur, quos egit T. Statilius Taurus ex Africa, C. Soſſius ex Judæa & C. Norbanus Flaccus ex Hiſpania.

§ 205. (l. 72.) ἀγορανόμος ὁ Ἀγρίππας] Etiam aquas Julias, Marciasque eodem anno deduxiſſe Agrippam, Frontinus teſtatur, & Agrippa ipſe in commemoratione ædilitatis ſuæ apud Plinium XXXVI. 15. ubi plura ejus magnifica alia, omnia annuo ſpatio perfecta, operibusque ſigna trecenta ærea aut marmorea impoſita, ludos diebus undeſexaginta factos, & gratuita præbita balnea centum ſeptuaginta.

§ 206. (l. 75.) τούς τε ὑπονόμους] Idem Plinius: *præterea mirabantur cloacas, operum omnium dictu maximum, ſuffoſſis montibus, atque urbe penſili ſubterque navigata. A M. Agrippa in ædilitate poſt conſulatum, per meatus corrivati ſeptem amnes, curſuque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti* &c. conf. Lipſium lib. III. de magnitudine Rom. c. 12.

§ 207. (l. 76.) ἐς τὸν Τίβεριν δι' αὐλῶν ὑπέπλευσε] De iisdem cloacis Caſſiodorus III. Var. Epiſt. 30. *videas ſtructis navibus per aquas rapidas non minima ſollicitudine navigari.*

§ 208. (l. 77.) περὶ τὸν τῶν διαύλων ἀριθμόν] Septem curriculis victoria conſtabat, in quibus numerandis ne peccaretur, ſeptem delphinas ab una parte Circi, & totidem ova ex parte altera prope metam, poni Agrippa curavit, ut ſingulis curriculis per miniſtros ſingula ova & ſinguli delphines eximerentur ac deponerentur. Quanquam *ova ad notas curriculis numerandis* diu ante Agrippam ad A. U. C. 578. memorantur apud Livium XLI. 32. Varro de re Ruſtica lib. I. c. 2. *nam non modo non ovum illud ſublatum eſt, quod ludis Circenſibus noviſſimi curriculi finem facit quadrigis.* Meminit & Caſſiodorus III. Var. Epiſt. 51. *nec illud putatur irritum, quod metarum circuitus ovorum exceptionibus exprimatur.* Delphinorum ſimulacra delecta in Circo, quoniam velociſſimum animal delphinus: ovorum autem, quoniam agonum præſides Dioſcuri, Caſtor & Pollux, quos Jovis Cygni ovo genitos fabulabantur. vide Onufrium Panvinium lib. I. de ludis Circenſibus c. 14. & 17. & Jul. Cæſarem Bulengerum de Circo c. 9. T. IX. Theſauri Græviani p. 161. 219. & 635. & tabulas æneas p. 223. & 273. quibus Circi integri pompa atque ornamenta, ovaque in illis & delphines pulchre delineantur: præ cæteris autem conſulendus Salmaſius ad Solin. p. 911. edit. Pariſ. (Traj. 640.) & Octavius Ferrarius II. 15. Electorum.

§ 209. (l. 81.) ἔλαιον καὶ ἅλας] Conferendus Lipſius ad Taciti XIV. 47. & lib. I. Elector. c. 8. p. 521.

§ 210. (l. 81.) τά τε βαλανεῖα] Plinius XXXVI. 15. ab Agrippa ædili teſtatur gratuita præbita balnea centum ſeptuaginta.

“ ῆκον ἂν εἴη· λέγω δὲ τὸ πρὸς ξύλινα παρα-
“ φράγματα προσμίξαι. ἄν τε γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ κα-
“ θάπερ ἐμπεπηγυῖαι αἱ νῆες αὐτῶν μένωσιν, ἐξέ-
“ σαι μὲν ἡμῖν τοῖς [147] ἐμβόλοις αὐτὰς ἀναῤῥηγνύ-
“ ναι, ἐξέσαι δὲ καὶ [148] μηχαναῖς πόῤῥωθεν τιτρώ-
“ σκειν, ἐξέσαι δὲ καὶ [149] πυρὶ καὶ πυρφόροις βέ-
“ λεσι καταπιμπράναι. ἄν τε καὶ κινηθῆναί πη τολ-
μήσωσιν,

[u] καὶ Ἰάπυδας. ita Xyl. legendum recte judicavit pro Ἰάπυγας, quod legis apud RS. ſecuti Xylandrum ſunt HS. & L. vide ſupra p. 412. A. C. ſequens nomen Δελμάτας ſcribit V. a.
[x] μόνης. μόνου, V. b. minus bene.
[xx] ἡμῖν, HS. L. ὑμῖν, RS.

§ 141. (l. 99.) πρὸς μὲν Ταυρίσκους, καὶ Ἰάπυδας, καὶ Δαλμάτας, καὶ Παννονίους] p. 412 ſq.

§ 142. (l. 5.) πρὸς Σέξτον] Adverſus Sextum Pompejum, p. 392 ſq.

§ 143. (l. 7.) ὑπὲρ Μουτίνης] p. 314. ſq.

§ 144. (l. 11.) διαδεδωκότα] p. 411. B. 416. B. 434. D.

§ 145. (l. 13.) κοπρείας] Copreas, qui κόπρῳ, ſive ſtercore obſcoenorum ſermonum, ſcurrilitatem exercebant. vid. viros doctos, Caſaubonum Torrentiumque ac Pitiſcum, ad Suetonii Claudium c. 8. & Tiberium c. 61. Scaligerum ad Feſtum in *ſcurra*, Turnebum XXII. 32. Adverſar. & Lipſium lib. II. Electorum c. 17. Infra in Pertinace p. 832. E. κοπρέας τινὰς καὶ γελωτοποιούς, αἴσχιστα μὲν τὰ ἤθη, αἴσχιω δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ἐπιληδεύματα ἔχοντας, καὶ διὰ τὴν ὕβριν τήν τε ἀσέλγειαν &c.

§ 146. (l. 16.) ἀχθοφορᾶν μᾶλλον ἢ πολεμᾶν] Infra p. 703. C. Αἰγυπτίων ἀχθηφόρων ἄρχουσα. Reſpicit ad miſeram conditionem Ægyptiorum, qui a regibus ſuis ad duros labores exantlandos cogebantur, ut notum vel ex Moyſe ſacro ſcriptore, Exod. c. 1. Scholiaſtes Ariſtophanis ad aves v. 1137. ὄνη Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. οἱ Αἰγύπτιοι ἐκωμῳδοῦντο ὡς ἀχθοφόροι. Καὶ ἐν βαβυλῶνι 1453. νεκρὼ δύω οὐς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐθ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι. Ad illum locum ſcholiaſtes: παντάχοῦ τῶν Αἰγυπτίων ὡς ἀχθοφόρων μέμνηται.

§ 147 (l. 39.) ἐμβόλοις] Roſtra in navium bellicarum ærati & ferro munitis proris idonea ad lædendas ac perforandas hoſtium naves. vid. Joh. Schefferum de militia navali lib. II. c. 5.

§ 148. (l. 40.) μηχαναῖς] De ſambucis & aliis machinis ad naves oppugnandas idoneis idem Schefferus lib. III. c. 7. Stewechius ad Vegetii IV. 21.

" μήσωσιν, ὅυτ' ἂν διώκουσά τινα κεῖαλάβοιεν, ὅυτ'
" ἂν τραπεῖσα ἐκφύγοιεν· ἀργόταῖα μὲν, ὑπὸ τῆς
" βαρύτητος, εἰς τὸ δρᾶσά τι, ἑτοιμόταῖα δὲ ὑ-
" πὸ τοῦ μεγέθους ἐς τὸ παθεῖν ὅυσα.

" Καὶ τί δεῖ πλείω λέγοντα περὶ αὐτῶν διατρί-
" βειν, ὁπότε πολλάκις ἤδη σφῶν πειραθέντες, καὶ
" περὶ Λευκάδα, καὶ ἐνταῦθα πρώην, οὐχ
" ὅσον οὐκ ἡλαττώθημεν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ παντα-
" χοῦ κρείττους ἐγενόμεθα; ὥστε μὴ τοῖς ἐμοῖς
" λόγοις μᾶλλον ἢ τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν ἔργοις ἐ-
" πιῤῥωσθέντες, ἐπιθυμήσατε πανταχοῦ ἤδη τῷ πολέ-
" μῳ τέλος ἐπιθεῖναι. ἓυ γὰρ ἴστε τοῦθ', ὅτι ἂν
" καὶ τήμερον αὐτοὺς νικήσωμεν, οὐδὲν ἔτι πρᾶγ-
" μα ἔξομεν. ἄλλως τε γὰρ φύσει πᾶν τὸ
" ἀνθρώπειον, ὅταν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφα-
" λῇ, καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ ἀθυμότερον γίνεται·
" καὶ ἡμεῖς ἀναμφιλόγως ἐν τῇ γῇ ἀμείνους αὐ-
" τῶν ἐσμὲν, ὥστε κἂν ἀκεραίων σφῶν ὅλων κρατῆ-
" σαι. καὶ ταῦθ' ὕλῳ καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἴσασιν,
" ὥστε (οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι ὑμᾶς ὅσα ἀκήκοα)
" ἀθυμεῖν τε ἐπὶ τοῖς ἤδη γεγονόσι, καὶ ἀπογι-
" νώσκειν καθ' χώραν μένοντας σωθήσεσθαι, καὶ
" διὰ ταῦτα διαδρᾶναί τέ πῃ ἐπιχειρεῖν, καὶ τὸν
" ἔκπλουν τοῦτον οὐχ ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, ἀλλ' ὡς
" ἐς φυγὴν ποιεῖσθαι. καὶ τά τε ἄριστα καὶ τι-
" μιώτατα τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς κτημάτων ἐς
" τὰς ναῦς ᵧ ἐκτέθειται, ἵνα, ἂν δυνηθῶσι, μετ'
" αὐτῶν διαφύγωσιν. ὡς οὖν καὶ ὁμολογοῦντας
438 " αὐτοὺς ἀσθενεστέρους ἡμῶν εἶναι, καὶ τὰ ἆθλα
" τῆς νίκης ἐν ταῖς ναυσὶ φέροντας, μὴ περιΐδω-
" μεν ἄλλοσέ πῃ πλεύσοντας, ἀλλὰ αὐτοῦ ταύτῃ
" κρατήσαντες, πάντα αὐτὰ ἀφελώμεθα. "

[152] Τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ εἶπε· καὶ μετὰ
τοῦτο ἐβουλεύσατο μὲν παρεξεῖναι αὐτοὺς, ὅπως
φεύγουσι σφίσι καθ' νώτου ἐπίθηται· (αὐτός τε
γὰρ ταχυναυτῶν, διὰ βραχέος σφᾶς αἱρήσειν ἤλ-
πισε· καὶ ἐκείνων ἐκδήλων ὅτι ἐκδράναι τῃ ἐπι-
χειροῦσι γενομένων, ἁμαχεὶ τοὺς λοιποὺς ἐκ τού-
του προσάξεσθαι προσεδόκησε·) κωλυθεὶς δὲ ὑπὸ
τοῦ Ἀγρίππου, φοβηθέντος μὴ ὑστερίσωσιν αὐτῶν
[153] ἰσίοις χρήσεσθαι μέλλοντες, καί τι καὶ θαρσή-
σας ὡς οὐ χαλεπῶς κρατήσων, ὅτι ὑετός τε ἐν
τούτῳ λάβρος, [z] καὶ ζάλη πολλὴ, ἔς τε τὸ τοῦ
Ἀντωνίου ναυτικὸν μόνον εἰσέπεσε, καὶ πᾶν αὐτὸ
συνετάραξε· τούτου μὲν [a] ἐπέσχε, πολλοὺς δὲ
καὶ αὐτὸς πεζοὺς ἐπὶ τὰς ναῦς ἐπιβιβάσας, καὶ
πάντας τοὺς ἑταίρους ἐς ὑπηρετικὰ ἐμβαλὼν, ὅπως
ἐν

ᵧ ἐκτέθειται. videtur dicendum fuisse ἐντέθειται, vel ἐκπεφόρται. nam ita plerumque Græci ἐντιθέναι εἰς τὰς ναῦς. at ἐκτιθέναι, sicut *exponere* Latinis, potius significat ex navi in terram deferre. [z] καὶ ζάλη πολλὴ. Xyl. *multam grandinem* vertit; quod si non fecit incogitanter, aut veterem secutus interpretem est, utique Dio scripsisse videtur χάλαζα πολλή, L. immo *grandinem* quoque exponi a nonnullis vocabulum ζάλη, ex Etymologico M. apparet, ut non opus sit Xylandrum aliter legentem supponere. ζάλης πολλῆς, Z. p. 526. A.

§ 149. (l. 41.) πυρὶ καὶ πυρφόροις βέλεσιν] p. 386. C. καὶ τούς τε πρόσπλους συνεχῶς ποιουμένου, καὶ πυρφόροις βέλεσι χρωμένου, ἐτράπετο. & p. 440. E. οἱ μὲν γὰρ πολλαχῇ ἅμα προσπλέοντές τισι, βέλη τε πυρφόρα ἐπ' αὐτοὺς ἐξεῖλκυσαν, καὶ λαμπάδας ἐκ χαροῦς ἐπηκόντιζον, καί τινας καὶ χυτρίδας ἀνθράκων καὶ πίττης πλήρεις πόῤῥωθεν μηχαναῖς ἐπερρίπτουν. Virgilius VIII. Æneid. 694. *stuppea flamma manu, telisque volatile ferrum spargitur.* ὅπλα πυρούμενα vocat Dio p. 441. D. vid. & 440. E. Machinas e quibus ignes & lapides jacerentur memorat & liber I. Maccabæorum c. VI. 51. πυρόβολα καὶ λιθόβολα καὶ σκορπίδια εἰς το βάλλεσθαι βέλη καὶ σφενδόνας.

§ 150. (l. 49.) περὶ Λευκάδα] p. 427. A.

§ 151. (l. 49.) πρώην] p. 427. D.

1 31. Hujusmodi oratione habita, Cæsar id consilii cepit, ut hostes prætervehi sineret, quo fugientes a tergo adoriretur: nam & celeritate navium suarum fretus, facile se eos assecuturum judicabat; & fore, ut quum palam factum esset, Antonium aliquo effugere conari, cæteri omnes ultro ad se transirent. Verum prohibitus ab Agrippa id consilium exsequi, qui metuebat, ne hostes, quia ii velis essent usuri, assequi non possent; victoriæ præterea facilioris spe concepta, quod effusus imber, ac multus turbo, in solam classem Antonianam incidisset, eamque totam conturbasset: omisso suo proposito, multos ipse quoque pedites navibus suis imposuit, omnibusque amicis in scaphas actuarias conjectis, ut celeriter

tes aliquam nostram consequentur, neque fugientes evadent, propter gravitatem suam ad agendum aliquid incommodissimæ, propter molem autem ad accipienda damna opportunissimæ. " A.U.C. 723 C. Cæs. III. & Val. Messala COSS.

30. " Quanquam quid attinet plura de his dicendo tempus terere, quum jam aliquoties periculum eorum fecerimus; & apud Leucadem, & nuper hic, non modo non superati ab ipsis, sed omnibus partibus victores facti simus? Itaque non tam meo sermone, quam vestris ipsorum actis confirmati, nunc ad imponendum toti bello finem animos intendite: cum non ignoretis, si & hodie eos vicerimus, nullum nobis laborem esse reliquum futurum. Nam & alioquin hominum id natura fert, ut primis certaminibus adversam fortunam experti, etiam ad cætera sint animo demissiore: & nos extra omnem controversiam terra iis prævalemus, ita ut etiam nullam ante cladem passos vincere possemus. Hæc ipsi hostes etiam cognita habent, adeo ut prostrati animis, (nihil enim vos eorum, quæ audivi, celabo) propter accepta detrimenta, spe salutis, si hic remaneant, amissa, ideo effugere aliquo conentur; atque ob id classem nunc educere, non navalis prœlii conferendi, sed fugæ capiendæ consilio, instituerint, ac optimas pretiosissimasque res suas in naves imposuerint, ut, si possint, cum his effugiant. Nos igitur eos, qui ipsi confitentur se nobis viribus impares esse, ac suis in navibus victoriæ nostræ præmia vehunt, ne patiamur alio enavigare, sed hoc ipso in loco victis omnia ista eripiamus. "

§ 152. (l. 75.) τοιαῦτα καὶ ὁ Καῖσαρ εἶπε] Facile mihi persuadeo, Dionem ex more historicorum & hanc Augusti orationem & superiorem Antonii (sicut & illam p. 259. sqq.) ex ingenio suo effinxisse: argumenta vero sumsisse ex circumstantiis, quas ei rerum facies & dicentium personæ suppeditabant. Itaque & Janus Rutgersius fragmenta Augusti colligens hanc orationem prætermisit lib. II. c. 19. Variar. lection.

§ 153. (l. 83.) ἰσίοις χρήσεσθαι μελλόντων] Infra p. 439. E. At in Augusti classe tantum remorum usus. infra E. & p. 440. B. Nihilominus etiam Antonii naves remis instructæ, quos Augusti classiarii detergebant. infra p. 439. D. τὰς κώπας συναρμόσαντες & p. 440. B. τὰς κώπας συνήρασαν.

δ' ἕτεροι τούς τε προσπλέοντας σφίσι πολλοῖς καὶ πυκνοῖς καὶ λίθοις καὶ τοξεύμασιν ἔβαλλον, καὶ ἐς τοὺς προσμιγνύοντας χεῖρας σιδηρᾶς ἐπερρίπτουν. καὶ εἰ μὲν ἐπιλύχοιεν αὐτῶν, κρείττους ἐγίνοντο· εἰ δ' ἀμάρτοιεν, τροθένων ἂν σφίσι τῶν σκαφῶν ἐβαπτίζοντο, ἢ καὶ περὶ τὸ μὴ παθεῖν τοῦτο ἀποδιατρίβοντες, εὐεπιθετώτεροι ἄλλοις τισὶν ἐγίνοντο. δύο τε γὰρ ἢ καὶ τρεῖς ἅμα τῇ αὐτῇ νηὶ προσπίπτουσαι, αἱ μὲν ἔδρων ὅσα ἐδύναντο, αἱ δὲ ἔπασχον. ἐπονοῦντο δὲ καὶ ἔκαμνον, τοῖς μὲν οἵ τε κυβερνῆται καὶ οἱ ἐρέται μάλιστα, τοῖς δὲ οἱ ἐπιβάται· καὶ ἐῴκεσαν οἱ μὲν ἱππεῦσι, τοτὲ μὲν ἐπελαύνουσι, τοτὲ δὲ ἐξαναχωροῦσι, διὰ τό τούς τε ἐπίπλους καὶ τὰς ἀνακρούσεις ἐπ' αὐτοῖς εἶναι· οἱ δὲ, ὁπλίταις, τούς τε πλησιάζοντας σφίσι φυλασσομένοις, καὶ καλέχειν αὐτοὺς ὅτι μάλιστα πειρωμένοις. κἀκ τούτου ἐπλεονέκτουν τε ἀλλήλων, οἱ μὲν, ἔς τε τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ὑποπίπτοντες, καὶ τὰς κώπας συναρπάσοντες, οἱ δὲ, ἄνωθεν αὐτοὺς καὶ πέτραις καὶ μηχανήμασι βαπτίζοντες· καὶ ἠλαττοῦντο αὖ οἱ μὲν, ὅτι τοὺς μὲν προσιόντας σφίσιν οὐδὲν κακουργεῖν ἐδύναντο· οἱ δὲ, ὅτι *f* εἰ καὶ μὴ καθέδυσάν τινας ἐμβαλόντες, οὐκέτ' ἐξ ἴσου σφίσιν ἐν τῇ συνέρξει ἠγωνίζοντο.

hendi ab ea non possent, retrocedebant extra telorum ictus. Contra Antoniani suos hostes accedentes multis lapidibus ac jaculis impetebant, navibusque eorum propius advectis manus ferreas injiciebant: quibus si naves apprehendissent, superabant, sin aberrassent, ipsi aut navibus suis pertusis mergebantur, aut dum in hoc damno avertendo tempus terebant, ab aliis hostibus facilius invadebantur. Duæ enim, aut tres simul naves Cæsarianæ, unam adortæ, partim damnum ei pro viribus inferebant, partim accipiebant. Altera ex parte laborabant maxime & fatigabantur gubernatores & remiges, ex altera classici milites. Erantque Cæsariani equitibus similes, modo irruentibus, modo se recipientibus, eo quod in sua potestate haberent, vellentne impetum facere adnavigando, an abducere naves. Contra Antoniani, legionariis similes, adpropinquantes sibi observabant, eosque retinere maximo studio conabantur. Proinde habebat utraque pars in quo alteri esset superior, quod illi subito subvecti costis navium hostilium, remos earum detergebant, hi contra desuper eos saxis ac tormentis ferentes submergebant: vicissimque ab hostibus superabantur hi quidem, quod accedentes lædere nequibant, illi contra, quod si navem hostilem aggressi non submersissent, injecta manu ferrea constricti, non jam amplius æquis viribus pugnam sustinebant.

A.U.C. 723 C. Cæs. III. & Val. Messala COSS.

[161] Ἀγχωμάλου οὖν ἐπὶ πολὺ τῆς ναυμαχίας οὔσης, καὶ μηδετέρων ὑπερέχειν πῃ δυναμένων, τέλος τοιόνδε τι ἐγένετο. [162] ἡ Κλεοπάτρα καθόπιν τῶν μαχομένων ἀποσαλεύουσα, οὐκ ἤνεγκε τὴν πολλὴν καὶ ἄκριτον τοῦ ἀθήλου μέλλησιν, ἀλλ' ἀποκναισθεῖσα, ἀπό τε τοῦ γυναικείου καὶ ἀπὸ τοῦ Αἰγυπτίου, τῇ τε ἐπὶ πολὺ μετεώρῳ ἀγωνίᾳ, καὶ τῇ ἀεὶ ἐφ' ἑκάτερα περιδεεῖ προσδοκίᾳ, αὐτή τε ἐς Φυγὴν ἐξαπιναίως ὥρμησε, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπηκόοις σημεῖον ἦρε. καὶ οὕτω τά τε ἱστία αὐτῶν εὐθὺς ἀραμένων, καὶ ἐς τὸ πέλαγος *g* ἀφέντων, ἀνέμου τινὸς καθὰ τύχην *h* Φοροῦ συμβάντος, νομίσας ὁ Ἀντώνιος οὐχ ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας αὐτοὺς ἐκ παραγγέλσεως, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ δέους, ὡς καὶ νενικημένους, φεύγειν,

33. Quum diu jam dubio esset eventu certatum, ac neutri superiores possent evadere, tandem Cleopatra, quæ in anchoris post classem pugnantem stabat, quum non ferret diuturnam ac incertam eventus exspectationem, mulier quippe, & Ægyptia genere, tandem victa animi diutius suspensi solicitudine, ancipitisque exitus anxia exspectatione, confestim signo suis dato, fugæ se dedit. Qui quum vela statim erexissent, ac mari se commisissent, coorto forte fortuna vento secundo, opinatus Antonius, eos non dato a Cleopatra signo, sed metu coactos, tanquam victos, fugam cepisse, ipse etiam eos secutus est. Hoc facto reliquorum etiam militum animi dejecti

f εἰ καὶ μή. melius forte, εἰ μὴ καὶ. *g* ἀφέντων. ex Xiph. petitum merito X. præfert lectioni apud RS. φανέντων, Xiph. minus recte. *h* Φοροῦ. hoc vocabulum & HS. atque L. non dubitarunt Xiphilinum sequi. legitur tamen & Φοβερροῦ apud Lazarum Bayfium de re navali, Lutetiæ 1549. in 4. p. 62. qui sua ex codice Veneto hausit.

ἐναυλίου κύμα, sive adversus fluctus opponitur. Hesychius: ῥόθιον, ῥεῦμα, κῦμα τὸ μετὰ ψόφου γινόμενον. Verum Harpocratio testatur, ῥόθιον dici περὶ τὸν ῥόθον τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενον ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν, a strepitu remorum qui auditur cum iis remiges vehementer incumbunt. Itaque ut mihi videtur ῥοθίῳ χρῆσθαι, nihil aliud est quam *uti remis*, quod verum de Augusti classe, quæ ἄνευ ἱστίων. p. 438. B. 440. B. cum Antonio naves velis instructæ essent. κώπην ῥοθιάδα ab illo strepitu vocat Æschylus Persis v. 396. [vide supra p. 54. D. § 213.]

§ 159. (l. 35.) χεῖρας σιδηρᾶς] Pag. 441. C. 442. A. De hisce manibus ferreis sive harpagonibus, quibus demissis subito naves attrahebant, vel evertebant, vide laudatum Schefferum de militia navali II. 7. p. 164. sq. & III. 6. p. 237. ἅρπαγας vocat Dio p. 845. C. & 442. A.

§ 160. (l. 40.) δύο τε γὰρ ἢ καὶ τρεῖς] Florus IV. 11. *Cæsaris naves a triremibus in senos non amplius ordines (remorum) creverant. Itaque habiles in omnia quæ usus poscebat, ad impetus & recursus flexusque capiendos, illas* (Antonii) *graves & ad omnia præpeditas, singulas plures adortæ, missilibus simul, tum rostris, ad hæc ignibus jactis ad arbitrium dissipavere.* Eadem Plutarchus in Antonio p. 946.

§ 161. (l. 62.) ἀχγωμάλου δυν] Quæ sequuntur apud Dionem, Lazarus Bayfius libro de re navali p. 53. sq. ex codice MS. Veneto Græce exhibet, subjuncta sua versione, testatus Dionis dictionem nunquam sibi placuisse, nec ipsum unquam magis displicuisse sibi, quam in hoc loco vertendo. Quæ subjungit non satis intelligo: *Dionis scripta, quæ extant Venetiis, legi per otium, qui mihi visus est multam historiæ, nullam œconomiæ rationem habuisse.*

§ 162. (l. 64.) ἡ Κλεοπάτρα] Florus: *prima dux fugæ Regina, cum aurea puppe veloque purpureo se in altum dedit.* Sexaginta naves secum habuisse notat Plutarchus p. 946. ἀκρίτου καὶ κοινῆς ἔτι τῆς ναυμαχίας συνεστώσης, αἰφνίδιον αἱ Κλεοπάτρας ἑξήκοντα νῆες ὤφθησαν αἰρόμεναι πρὸς ἀπόπλουν τὰ ἱστία, καὶ διὰ μέσου φεύγουσαι τῶν μαχομένων, (ἦσαν γὰρ ὄπισθο τεταγμέναι τῶν μεγάλων) καὶ διεκπίπτουσαι, ταραχὴν ἐποίουν. οἱ δὲ ἐναύλιοι θαυμάζοντες ἐθεῶντο, τῷ πνεύματι χωμένας ὁρῶντες ἐπεχούσας πρὸς τὴν Πελοπόννησον.

A.U.C 723 C. Cæſ. III. & Val. Meſſala COSS.

celeriter circumnavigando, prœliantes de iis, quæ res ipſa poſtularet, monerent, & ſibi omnia, quæ opus eſſet, annuntiarent: ipſe hoſtium exitum præſtolatus eſt. Qui quum ſub claſſico naves eduxiſſent, easque confertim in acie paulo ante fauces conſtituiſſent, neque jam ampliusquoquam progrederentur; Cæſar ad eos claſſem direxit, ut vel cum ſtante eorum claſſe pugnaret, vel eam retrocedere cogeret. Quum ne ſic quidem vel ad pugnam exirent, vel recederent, ſed eodem loco manentes, ordines magis magisque denſarent; hæſitans Cæſar, remiges, remos demittere juſſit: ac paululum cunctatus, ſubito cornu utrumque, dato ſigno, eduxit circumflexitque, conſilio hoſtem circumdandi, aut certe ordinem ejus diſſolvendi. Itaque Antonius, veritus ne circumveniretur, quantum potuit, ſuos etiam ad pugnam eduxit, ad eamque vel invitus acceſſit.

32. Ad hunc modum prœlium navale commiſſum eſt, quum utrique varia inter ſe celeuſmata ad excitandam ſuorum artem & alacritatem adhiberent, & multas exhortantium voces exaudirent, eorum qui a terra continente ipſis acclamabant. Erat autem pugnæ diſſimilis utrinque ratio. Nam Cæſariani, impetu remorum concitatis navibus ſuis, quas & minores & celeriores Antonianis habebant, hoſtiles naves invadebant, undique tecti ad vitanda vulnera. Itaque ſive ſubmergebant aliquam navem hoſtilem, ſive minus, antequam ad manus veniretur, ſeſe recipiebant; tumque aut iterum eandem navim aggrediebantur ſubito, aut ea omiſſa, ad aliam ſe conferebant: atque ubi nonnihil adverſus hos quoque, quantum exiguo temporis ſpatio fieri poterat, geſſiſſent, ad alios, iterumque alios pergebant, ut aliquos quam maxime inopinantes adorirentur. Nam & jaculationem hoſtium e longinquo, & dimicationem comminus metuentes, neque in appellendis navibus, neque in conflictu moras trahebant: ſed ſubito ſubvecti, ita ut jaculationem hoſtium anteverterent, læſa aliqua navi, vel tantum conturbata, ſtatim, ut apprehendi

ἐν τάχει περιπλέοντες, τοῖς τε ναυμαχοῦσι τὰ δέοντα παραινέσωσι, καὶ ἑαυτῷ τὰ προσήκοντα διαγγέλλωσι, τὸν ἔκπλουν σφῶν ἐπεῖδον. [154] καὶ αὐτῶν ἀναχθέντων τε ὑπὸ σάλπιγγος, καὶ πυκναῖς ταῖς ναυσὶν ὀλίγον ἔξω τῶν στενῶν παραταξαμένων, καὶ μηδαμῇ προϊόντων, ὥρμησε μὲν ὡς καὶ ἐσῶσι σφίσι προσμίξων, ἢ καὶ ἀναχωρῆσαι σφᾶς ποιήσων· ἐπεὶ δ' οὔτ' ἀντεξώρμησαν, οὔτ' ἀνέστρεψαν, ἀλλὰ κατὰ χώραν ἔμενον, καὶ προσέτι ἰσχυρῶς τῇ συντάξει ἐπεπύκνωντο, ἐν ἀπόρῳ τε ἔσχετο, καὶ [155] τὰς κώπας ἐς τὸ ὕδωρ τοῖς ναύταις καθεῖναι κελεύσας, ἀνέσχε χρόνον τινά· καὶ μετὰ τοῦτο [156] τὰ κέρατα ἐξαίφνης ἀμφότερα ἀπὸ σημείου ἐπεξαγαγὼν ἐπέκαμψεν, ἐλπίσας μᾶλλον μὲν περισοιχιεῖσθαι σφᾶς, εἰ δὲ μή, τήν γοῦν τάξιν αὐτῶν διαλύσειν. ὁ οὖν Ἀντώνιος, φοβηθεὶς τήν τε ἐπίκαμψιν αὐτοῦ καὶ τὴν περίχεσιν, ἀντεπεξηγάγετο ὅσον ἐδύνατο, καὶ ἐς χεῖρας οἱ καὶ ἄκων ἦλθε.

Καὶ οὕτω συμπεσόντες ἐναυμάχησαν, πολλὰ μὲν [157] παρακελεύματα ἐν ἑαυτοῖς ἑκάτεροι καὶ τῆς τέχνης καὶ τῆς προθυμίας ποιούμενοι, πολλὰ δὲ καὶ κελεύματα παρὰ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου σφίσιν ἐπιβοώντων ἐσακούοντες. ἠγωνίζοντο δὲ οὐχ ὁμοιοτρόπως, ἀλλ' οἱ μὲν τοῦ Καίσαρος, ἅτε καὶ μικροτέρας καὶ ταχυτέρας τὰς ναῦς ἔχοντες, [158] ῥόθῳ τε ἐχρῶντο, καὶ ἐνέβαλλον πεφραγμένοι πάντῃ, τοῦ μὴ τιτρώσκεσθαι· καὶ [b] εἰ μὲν κατέδυσάν τινα, εἰ δὲ μή, ἀνεκρούοντο πρὶν ἐς χεῖρας ἐλθεῖν. καὶ ἤτοι τοῖς αὐτοῖς αὖθις ἐξαίφνης ἐνέβαλλον, ἢ τοὺς μὲν εἴων, ἐπ' ἄλλους δὲ ἐτρέποντο. [c] καί τι καὶ τούτους ὡς διὰ βραχέος ἐργασάμενοι, πρὸς ἄλλους καὶ πάλιν μᾶλλα ἄλλους ἐχώρουν, ὅπως ὡς μάλιστα ἀπροσδοκήτοις τισὶ προσφέρωνται. οἷα γὰρ φοβούμενοι μὲν τὴν ἐκ πολλοῦ [d] αὐτῶν ἀλκήν, φοβούμενοι δὲ καὶ τὴν ἐν χερσὶ μάχην, οὔτε ἐν τῷ πρόσω, οὔτε ἐν τῇ συμμίξει ἐνεχρόνιζον, ἀλλ' ὑποδραμόντες [e] ἂν αἰφνίδιον, ὥστε τὴν τοξείαν σφῶν φθῆναι, καὶ τρώσαντές τινα ἢ καὶ συνταράξαντες μόνον, ὥστε τὴν κάθεξιν ἐκφυγεῖν, ἀνεχώρουν ἔξω βέλους· οἱ δ' ἕτεροι

a ἐπίσχε. lege ἀπέσχε, X. probe. b καὶ εἰ μέν. sic emendavi ex Xiph. vulgatam lectionem, καὶ ἢ μέν. sequitur ſane εἰ δὲ μή, quod minus reſpondet uſitatæ lectioni ἢ μέν. c καί τι καὶ τούτους. recepi lectionem Xiphilini, quam & probat X. pro vulgata, καί τι κἀκ τούτου. nec enim aſſentiri poſſum Leunclavio, quem offendit ille Accuſativus τούτους, quique ſic corrigendum exiſtimat, καί τι κατὰ τούτων &c. ἐργασάμενοι. quid enim familiarius eſt Dioni & aliis, quam ἐργάζεσθαι, τινὰ τί, aut ἐργάζεσθαί τινα κακόν? d αὐτῶν. itidem eſt Xiphilini, quod jam monente Xyl. receperant HS. & L. pro ἀυτοῦ, quod eſt apud RS. e ἂν. uncis incluſerat L. velut abundans, quod non video.

§ 154. (l. 92.) καὶ αὐλῶν ἀναχθέντων μετὰ σάλπιγγος] Claſſicum tuba cani ſolitum. conf. Lipſium IV. 10. de Militia Romana. Mox infra Dio ἀπὸ σημείου educta claſſis cornua ſubjungit. Aſconius in Divin. c. 17. ipſi tubæ claſſis nomen poſitum eſſe claſſicum teſtatur.

§ 155. (l. 100.) τὰς κώπας ἐς τὸ ὕδωρ καθεῖναι] Remis ab utroque latere in aquam demiſſis naves ſiſtebantur, & earum curſus inhibebatur, ut Joh. Schefferus II. 5. de militia navali obſervat ex Appiano lib. V. de bello civili, οὔτε κώπαις καθεῖχον, οὔτε ἀγκύραις, τὰς νῆας. Thucydide lib. II. αἱ μέν τινες τῶν νεῶν καθεῖσαι τὰς κώπας ἐπίσησαν τοῦ πλοῦ. & Livio XXXVI. 14. *demittere in aquam remos ab utroque latere remiges ſtabiliendæ cauſa navis juſſit.*

§ 156. (l. 2.) τὰ κέρατα ἀμφότερα] Uti aciei terreſtris, ita claſſis quoque cornua appellari mos etiam latinis ſcriptoribus. De hac ipſa Auguſti claſſe Vellej. II. 85. *Dextrum navium Julianarum cornu M. Lurio commiſſum, lævum, Aruntio, Agrippæ omne claſſici certaminis arbitrium.* Plutarchus p. 945. Ἀγλώνιος μὲν τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων καὶ Ποπλικόλας. Κοΐλιος δὲ τὸ εὐώνυμον. ἐν μέσῳ δὲ Μάρκος Ὀκλάτιος καὶ Μάρκος Ἰουστήιος. Καῖσαρ δὲ ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου τάξας Ἀγρίππαν, αὐλῷ τὸ δεξιὸν παλίλιπε.

§ 157. (l. 10.) παρακελεύματα] Ita vocat quæ inſtar celeusmatum poſſent invicem eſſe adhortationis loco claſſiariis & militibus, ad rem ſtrenue agendam. Celeusma, *carmen nauticum* appellat Mamertinus c. 12. panegyrici in Maximianum, edebaturque clamore vel concentu. Aſconius Pedianus in Divinationem c. 17. *Cani remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt ore prolatam, & ut in Argo navi per citharam.* vid. ſi placet quæ notavi ad Sextum Empiricum adverſus Muſicos p. 361.

§ 158. (l. 16.) ῥόθῳ τε ἐχρῶντο] Si Joannem Schefferum audimus, virum doctiſſimum, lib. III. de militia navali c. 4. p. 219. ῥόθιον eſt in mari impetus rheumatis ſive æſtus, cui ἐναντίον

A. U. C. 723 C. Cæſ. III. & Val. Meſſala COSS.

jecti ac conſternati ſunt, ſic ut ipſi quoque de fuga cogitantes, alii vela tollerent, alii turres & armamenta navium in mare projicerent, quo exoneratis navibus facilior eſſet fuga. Cæſariani, cum velis non uterentur, & ad nullam aliam rem, niſi ad prœlium navale ſe paraſſent, eos quidem, qui jam fugam cepiſſent, non inſecuti, ſed reliquos eam adhuc parantes adorti ſunt, & multis navibus ſingulas hoſtiles eminus cominusque oppugnarunt. Erat hoc ipſum etiam certamen utrinque varium plane, acerrimumque, quum Cæſariani inferiores partes navium circumcirca laederent, remos confringerent, gubernacula abrumperent, ac conſcenſis hoſtilium navium tabulatis, alios colluctati detraherent, alios deturbarent pellendo, cum aliis dimicarent: (erant enim jam etiam numero adverſariis æquales) contra Antoniani contis hoſtes detruderent, ſecuribus cæderent, ſaxa aliasque in id ipſum paratas moles eis injicerent, aſcendentes depellerent, cum congredientibus manus conſererent. Poterat, qui eam pugnam ſpectaſſet, haud inepte (modo parva liceat magnis componere) oppugnationi caſtellorum, aut multarum in mari ac conſertarum inſularum, conferre. Ita alteri in naves hoſtium, quaſi in continentem terram aut arcem, conſcendere cupiebant, omniaque, quæ ad id perficiendum facere videbantur, ſummo ſtudio apparabant: alteri nihil eorum, quæ fieri in hujusmodi re ſolent, omittentes, eos arcebant.

34. Quum dubio eventu eſſet diu pugnatum, Cæſar anceps conſilii, ignem denique ex caſtris afferri juſſit. Nam cum potiundæ hoſtilis pecuniæ cauſa initio ſtatuiſſet incendio abſtinere, jam ubi nullam ſupereſſe aliam vincendi rationem vidit, ad iſtud velut unicum præſidium confugiendum arbitratus eſt. Igne allato, ſtatim aliud pugnæ genus conflatum eſt. Cæſariani undique ad hoſtilem aliquam navim accedentes, jacula ignifera in eam emittere, faces manu conjicere, ollulasque etiam carbonum piciſque plenas eminus tormentis eo jaculari: Antoniani hæc ſingula repellere: ſi quod incidiſſet, quia id ſtatim apprehenſis lignis multam, quippe in navi, flammam excitabat, primum aquam, quam potus cauſa ſecum tulerant, adhibere, & nonnulla reſtinguere: poſt ea abſumpta, marinam

Φεύγειν, [i] ἐφέπεσθο [163] σφίσι. γενομένου δὲ τούτου, καὶ οἱ λοιποὶ σκαλιῶται καὶ ἠθύμησαν καὶ ἐταράχθησαν· καί πως ἀποδράναι καὶ αὐτοὶ τρόπον τινὰ ἐθελήσαντες, οἱ μὲν τὰ ἱστία ἤγειρον, οἱ δὲ τούς τε πύργους καὶ τὰ ἔπιπλα ἐς τὴν θάλασσαν ἐξέῤῥιπτουν, ὅπως κουφίσαντες διαφύγωσι. καὶ αὐτοῖς περὶ ταῦτα ἔχουσιν οἱ ἐναντίοι προσπεσόντες (τοὺς γὰρ φεύγοντας, [k] ἅτε καὶ ἄνευ ἱστίων ὄντες, καὶ πρὸς τὴν ναυμαχίαν μόνην παρεσκευασμένοι, οὐκ [l] ἐπεδίωξαν) πολλοί τε ἑκάστῃ νηῒ καὶ ἔκαθεν, καὶ ἐν χρῷ ἐμαχέσαντο· ὥστε καὶ ποικιλώτατον καὶ ὀξύτατον [m] ἀπ' ἀμφοτέρων ὁμοίως τὸν ἀγῶνα γενέσθαι. οἱ μὲν γὰρ τά τε κάτω τῶν νεῶν πάντα πέριξ ἐκακούργουν, καὶ τὰς κώπας συνέθραυον, καὶ τὰ πηδάλια ἀπήρτων, καὶ [164] ἐπαναβαίνοντες ἐπὶ τὰ καταστρώματα, τοὺς μὲν καθέσων ἀνελάμβανόμενοι, τοὺς δὲ ἐώθουν, τοῖς δὲ ἐμάχοντο, ἅτε καὶ ἰσοπληθεῖς αὐτοῖς ἤδη ὄντες· οἱ δὲ τοῖς τε κοντοῖς σφᾶς διωθοῦντο, καὶ ταῖς ἀξίναις ἔκοπτον, πέτρους τε καὶ ἄλλους τινὰς ὄγκους ἐπ' αὐτὸ τοῦτο παρεσκευασμένους ἐπικατέβαλλον, καὶ τούς τε ἀναβαίνοντας ἀπεκρούοντο, καὶ τοῖς ἐς χεῖρας ἰοῦσι συνεφέροντο. εἴκασεν ἄν τις ἰδὼν τὰ γιγνόμενα (ὡς μικρὰ μεγάλοις ὁμοιῶσαι) [165] τείχεσί τισιν, ἢ καὶ νήσοις πολλαῖς καὶ πυκναῖς ἐν θαλάσσῃ πολιορκουμέναις. οὕτως οἱ μὲν ἐπιβῆναί τε τῶν σκαφῶν, ὥσπερ ἐπ' ἠπείρου καὶ ἐρύματός τινος, ἐπειρῶντο, καὶ πάντα τὰ ἐς τοῦτο φέροντα σπουδῇ προσῆγον· οἱ δὲ ἀπεωθοῦντο αὐτούς, ὅ, τί ποτε ἐν τῷ τοιούτῳ φιλεῖ δρᾶσθαι μηχανώμενοι.

[166] Ἀνταπάλως οὖν αὐτῶν μαχομένων, ὁ Καῖσαρ, ἀπορήσας ὅ, τι πράξῃ, πῦρ ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετεπέμψατο. πρότερον μὲν γὰρ οὐκ ἠθέλησεν αὐτῷ, ὅπως τὰ χρήματα περιποιήσηται, χρήσασθαι· τότε δὲ ἰδὼν ὅτι ἀδύνατόν οἱ εἴη ἄλλως προσκρατῆσαι, ἐπ' ἐκεῖνο ὡς καὶ μόνον σφίσιν ἐπικουρῆσον καταφυγε. κἀνταῦθα ἄλλο ἄν εἶδος μάχης συνηνέχθη. οἱ μὲν γὰρ πολλαχῇ ἅμα προσπλέοντες τισι, [167] βέλη τε πυρφόρα ἐπ' αὐτοὺς ἐξετόξευον, καὶ λαμπάδας ἐκ χειρὸς ἐπηκόντιζον, καί τινας καὶ χυτρίδας ἀνθράκων καὶ πίττης πλήρεις πόῤῥωθεν μηχαναῖς ἐπερῥίπτουν· [n] οἱ δὲ ταῦτά τε ὡς ἕκαστα διεκρούοντο, καὶ ἐπειδή τινα αὐτῶν διεκπίπτοντα τῶν τε ξύλων ἥπτετο, καὶ φλόγα αὐτίκα πολλὴν, ἅτε ἐν νηΐ, ἤγειρε, τὸ μὲν πρῶτον τῷ ποτίμῳ ὕδατι ᾧ ἐπεφέροντο ἐχρῶντο, καί τινα κατέσβεσαν· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνο καταναλώθη, ἤντλουν

[i] ἐφέπεσθο. ἐφέσπεσθο habet cod. Coisl. & Br. Xiphilini. [k] ἅτε. hanc particulam reſtituimus Dioni, ex V. a. nec enim commode poteſt abeſſe. [l] ἐπεδίωξαν. ἀπεδίωξαν, V. b. qui & paulo poſt πέτρας pro πέτρους habet, quod perinde eſt. [m] ἀπ' ἀμφοτέρων. ἐπ' ἀμφοτέρων, codex Bayfii. [n] οἱ δὲ ταῦτά τε ὡς ἕκαστα. in Roberti editione & codice omiſſum erat ὡς. ſed ipſe in notis ex Bayfio hunc locum laudante lectionem pleniorem adducit, quam probat X. & receperunt HS. & L.

§ 163. (l. 76.) ἐφέσθο σφίσι] Florus: *Mox ſecutus Antonius, ſed inſtare veſtigiis Cæſar.* Vellejus II. 85. *prima occupat fugam Cleopatra, Antonius fugientis Reginæ quam pugnantis militis ſui comes eſſe maluit, & imperator, qui in deſertores ſævire debuerat, deſertor exercitus ſui factus eſt.* Multus in fugæ hujus & obſequii Antoniani turpitudine deſcribenda Plutarchus, quem ſi placet vide.

§ 164. (l. 90.) ἐπαναβαίνοντες ἐπὶ τὰ καταστρώματα] Inde navale hocce prælium πεζομαχίᾳ ſive ταχομαχίᾳ ſimile ſcribit Plutarchus.

§ 165. (l. 99.) τείχεσί τισιν ἢ καὶ νήσοις] Virgilius VIII. 691. de hac ipſa pugna:

——— *pelago credas innare revulſas*
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.

De

τλουν τὸ θαλάττιον. [o] καὶ εἰ μὲν πολλῷ τε καὶ ἀθρόῳ αὐτῷ ἐχρῶντο, ἐπεῖχόν πως τῇ βίᾳ τὸ πῦρ· ἀδύνατοι δὲ πανταχῇ τοῦτο ποιεῖν ὄντες, (οὔτε γὰρ πολλὰ ἢ καὶ μεγάλα τὰ ἀντλητήρια εἶχον, καὶ ἡμίσεα αὐτὰ, ἅτε ταραττόμενοι, ἀνέφερον) οὐχ ὅσον οὐκ ὠφελοῦντό τι, ἀλλὰ καὶ προσαπαρώξυνον αὐτό. [168] ἡ γὰρ ἅλμη ἡ θαλαττία, ἂν κατ' ὀλίγον ἐπιχέηται φλογὶ, ἰσχυρῶς αὐτὴν ἐκκαίει. ὡς οὖν καὶ ἐν τούτῳ ἧττους ἐγίγνοντο, τά τε ἱμάτια αὐτῶν τὰ παχέα καὶ τοὺς νεκροὺς ἐπέβαλλον. καὶ χρόνον μέν τινα ἐκολούσθη τε ὑπ' αὐτῶν τὸ πῦρ, καὶ ἔδοξέ πη [p] λωφᾶν· ἔπειτα δὲ (ἄλλως τε καὶ τοῦ ἀνέμου σφοδρῶς ἐπισπέρξαντος) ἐπὶ πλεῖον [q] ἐξέλαμψεν, ἅτε καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων αὐξανόμενον. καὶ μέχρι μὲν μέρος τι νεὼς ἐκαίετο, προσίσαντό τέ τινες αὐτῷ καὶ ἐς αὐτὸ ἐσεπήδων· καὶ τὰ μὲν [r] ἀπέκοπτον, τὰ δὲ διεφόρουν· καὶ αὐτὰ [s] οἱ μὲν ἐς τὴν θάλασσαν, οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐῤῥίπτουν, εἴ πως καὶ ἐκείνους τι λυμήναιντο. καὶ ἕτεροι πρὸς τὸ ἀεὶ ὑγιὲς αὐτῆς μεθισάμενοι, ταῖς τε [169] χερσὶ ταῖς σιδηραῖς, καὶ τοῖς δόρασι τοῖς μακροῖς, τότε δὴ καὶ τὰ μάλιστα ἐχρῶντο, ὅπως τινὰ ἀντέπαλον ναῦν προσαρτήσαντες σφίσι, μάλιστα μὲν προσεκβῶσιν ἐς αὐτὴν, εἰ δὲ μὴ, γοῦν ἐκείνην καταφλέξωσιν.

nam haurire: ejusque vi, si multam simul adhibuissent, nonnihil sistere incendium. Quia vero id non ubique fieri licebat, cum situlis aquariis nec multis nec magnis instructi essent, easque perturbati vix semiplenas sursum traherent, non modo proficiebatur nihil, sed & vires incendio addebantur. Aqua enim marina, si flammæ exigua copia affundatur, magnopere eam exsuscitat. Proinde aquæ præsidio ipsos destituente, vestes suas crassiores & cadavera flammæ Antoniani injicere cœperunt. Id aliquamdiu imminuit ignem, jamque is remittere videbatur. Post his ipsis rebus auctum incendium, præsertim quia ventus vehementior inciderat, majus effulsit. Ac dum partem tantum navis flamma depascebat, quidam incendio occurrere, in ipsam flammam insilire, alias partes rescindere, res in alia loca asportate, easve aut in mare, aut in hostes lædendi causa projicere: alii ad integras continuo partes navis sese recipientes, manibus ferreis, ac longuriis unco præfixis tum maxime uti, ut vel in navem hostilem sibi annexam insilirent, vel eam saltem una comburerent.

A.U.C. 723 C. Cæs. III. & Val. Messala COSS.

Ὡς δ' οὔ τινες ἐπέλαζον σφίσιν, αὐτὸ τοῦτο φυλασσόμενοι, καὶ τὸ πῦρ τούς τε τοίχους πέριξ ἐπενέμετο, καὶ ἐς τὸ ἔδαφος καθῆκε, ἐνταῦθα τὰ δεινότατα αὐτοῖς ἐπεγένετο. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ καπνοῦ, καὶ μάλιστα οἱ ναῦται, πρὶν καὶ πλησιάσαι σφίσι τὴν φλόγα, ἐφθείροντο, οἱ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ μέσῃ, ὥσπερ ἐν καμίνῳ, ὠπτῶντο· [t] ἄλλοι ὑπὸ τῶν ὅπλων πυρουμένων καταῆκοντο· ἄλλοι, πρίν τι τοιοῦτον παθεῖν, ἢ καὶ ἡμίκαυτοι, οἱ μὲν, ἀποῤῥιπτοῦντες τὰ ὅπλα, ἐτιτρώσκοντο ὑπὸ τῶν πόῤῥωθεν βαλλόντων· οἱ δὲ, ἐς τὴν θάλασσαν ἐκπηδῶντες, ἀπεπνίγοντο, ἢ καὶ παιόμενοι ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐβαπτίζοντο, ἢ καὶ ὑπὸ θηρίων ἐσπαράττοντο. μόνοι τε ἀνεκλῶς, ὡς ἐν τοιούτοις παθήμασιν, ἀπήλλαξαν, ὅσοι πρίν τινι αὐτῶν συνενεχθῆναι, οἱ μὲν ἀλλήλους, οἱ δὲ καὶ ἑαυτοὺς ἀπέκτειναν, ἤτε κολαστήριόν τι ὑπέμειναν, καὶ νεκροὶ ὥσπερ ἐν πυρᾷ ταῖς ναυσὶ συγκαλεκαύθησαν. ὁρῶντες δὲ ταῦτα οἱ Καισάρειοι, πρότερον μὲν ὡς ἔτι ἀμύνεσθαί τινες αὐτῶν ἐδύναντο, οὐ προσέμισγον σφίσιν· ἐπεὶ δὲ τὰ σκάφη τὸ πῦρ συνήρει, καὶ οἱ ἄνθρωποι οὐδὲ ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἔτι, μὴ ὅτι πολέμιόν τινα λυπῆσαί τι, ἐδύναντο, σπουδῇ τε προσέπλεον αὐτοῖς

35. Cæsariani hoc ipsum ut caverent, ad naves ipsorum non appropinquarunt. Itaque quum ignis jam & latera navium toto ambitu corripuisset, & in solum usque descenderet, tum demum in summis Antoniani versari miseriis: quippe alii, ac nautæ potissimum, fumo, antequam ad eos flamma pervenisset, necabantur: alii in media flamma tanquam in camino assabantur: alii armis ignem concipientibus colliquabantur: alii, antequam hujusmodi quid paterentur, nonnulli etiam semiusti, armis projectis, vel vulnerabantur eminus, vel in mare desilientes suffocabantur, vel ab hostibus icti mergebantur, vel a belluis laniabantur. Solis his æquior, ut in tantis miseriis, mortis fuit conditio, qui priusquam hujusmodi mala subirent, mutuis se invicem vulneribus interfecerunt, aut sibi ipsis manus attulerunt, ac non exspectato cruciatus ullo genere, cum navibus suis tanquam rogo cremati sunt. Cæsariani, qui se, dum defendendi sui aliqua facultas adfuisset hostibus, ab iis abstinuerant, quum viderent navibus igni correptis, homines ne sibi ipsis quidem auxilio esse, nedum adversarium lædere posse, celeriter advecti

442

o καὶ εἰ μὲν. καὶ οἱ μὲν, cod. Venetus Bayfii, ut notavit F. ne modo laudata & tomo XI. Thes. Antiq. Græc. emendatum est. p λωφᾶν. λοφᾶν, Bayfius, male. q ἐξέλαμψεν, ἐξέλαμπεν, Bayfius. r ἀπέκοπτον. ἐπέκοπτον, Bayfius. s οἱ μὲν. οἱ μέντοι, Bayfius. t ἄλλοι ὑπὸ τῶν ὅπλων πυρουμένων καταῆκοντο. hæc omissa in cod. Bayf.

De magnitudine & robore navium Antonianarum dictum ad p. 430.

§ 166. (l. 7.) ἀνθιπάλως αὐτῶν μαχομένων] Vellejus: Antonianis *etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia, & desperata victoria in mortem dimicabatur.*

§ 167. (l. 15.) βίλῃ τε πυρφόρᾳ] Vide p. 437. C.

§ 168. (l. 30.) ἡ γὰρ ἅλμη ἡ θαλαττία] Aquæ marinæ majore copia affusæ, ipso pondere extinguunt incendium: pauciores autem non modo sale acuunt, sed etiam humore partem ambustæ materiæ servante alunt, ut solent fabri ferrarii ad nutriendum ignem etiam aquam vulgarem carbonibus adspergere.

§ 169. (l. 44) χερσὶ ταῖς σιδηραῖς καὶ τοῖς δόρασι τοῖς μακροῖς] Per δόρατα illa intelligit uncos ferreos hastis longioribus annexos ad attrahenda navigia. De harpagonibus sive manibus ferreis dictum ad p. 439. B.

A.U.C 723 C. Cæs. III. & Val. Messala COSS.

advecti pecuniæ adipiscendæ studio, ignem a se immissum restinguere conati sunt. Horum quoque permulti, aut correpti a flamma, aut harpagonibus hostium, una cum navibus ipsis prorsus perierunt.

ἀυλοῖς. αὐτοὶ, Bayf. in edit. Basil. quod mihi non arridet. quemadmodum & pleraque, quæ modo ex eodem adduximus, & aliæ minutiæ a nobis omissæ, satis negligenter scriptum esse hunc codicem arguunt. ἁρπάγων. ἁρμάτων, V. b. & Bayfii cod. Bayfius interpretatur: *ardentibus tabulis & armamentis.* quæ versio nihilo melior lectione. vide X.

§ 170. (l. 75.) ὑπὸ τῶν ἁρπάγων] Mirum a Dione esse præteritum, quod non omisit Vellejus II. 85. *Cæsar quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens, clamitansque & ostendens fugisse Antonium, quærebat pro quo & cum quo pugnarent? At illi cum diu pro absente dimicassent duce, ægre submissis armis, cessere victoriam.* Hora decima succubuisse classem Antonii, neque plus quinque millibus cecidisse, navesque captas trecentas, narrat Plutarchus p. 947.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUINQUAGESIMUS PRIMUS.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ πενηκοστῷ πρώτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Hæc inſunt Libro LI. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Ὡς Καῖσαρ νικήσας περὶ Ἄκτιον τὰ παρόντα διέθετο. .

Quomodo Cæſar a victoria Actiaca res conſtituerit. c. 1 — 4.

Περὶ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας, καὶ ὧν ἔπραξαν μετὰ τὴν ἧτταν.

De Antonio ac Cleopatra, & eorum poſt acceptam cladem actis. c. 5 — 8.

Ὡς Ἀντώνιος ἡττηθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ, ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν.

Ut Antonius in Ægypto victus, ſe ipſum occiderit. c. 9 — 14.

Ὡς Καῖσαρ Αἴγυπτον ἐχειρώσατο.

Quemadmodum Cæſar Ægyptum ſubegerit. c. 15 — 18.

Ὡς Καῖσαρ ἐς Ῥώμην ἦλθε, καὶ τὰ ἐπινίκια ἤγαγεν.

De Cæſaris reditu Romam, triumphisque ab eo ductis. c. 19 — 21.

Ὡς τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον καθιερώθη.

De curiæ Juliæ dedicatione. c. 22.

Ὡς Μυσία ἐάλω.

Ut Myſia in poteſtatem populi Romani venerit. c. 23 — 27.

Χρόνου πλῆθος, τὰ λοιπὰ τῆς Καίσαρος τὸ γ', καὶ Μάρκου Οὐαλερίου Κορουΐνου Μεσσαλοῦ ὑπατείας καὶ ἄλλα ἔτη β', ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο,

Καῖσαρ τὸ δ',
Καῖσαρ τὸ ε',

καὶ Μ. Λικίνιος Μ. υἱ. [a] Κράσσος.
καὶ Σέξτος Ἀπουλήϊος Σ. υἱ.

Acta ſunt hæc reliqua parte ejus anni, quo Cæſar III. conſul fuit, collega M. Valerio Meſſala Corvino: ac biennio deinceps, cujus conſules,

anteC.N.	U.C.		
30.	724.	Cæſar IIII.	& M. Licinius M. F. Craſſus.
29.	725.	Cæſar V,	& Sextus Apulejus Sexti F.

Τοιαύτη τις ἡ ναυμαχία αὐτῶν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγένετο. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον (οὐδὲ γὰρ εἴωθα αὐτὸ ποιεῖν) ἀλλ' ὅτι [1] τότε πρῶτον ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος πᾶν μόνος ἔσχεν· ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι, καὶ [2] ἐπ' αὐτῇ τῷ τε [3] Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη

1. In hunc modum pugna navalis facta eſt IIII. Nonas Septembris. Id a me non fuiſſet commemoratum, cum dies annotare alioquin non ſoleam: niſi ab ea die primum Cæſar ſolus ſummæ rerum potitus eſſet, ſingularisque imperii ejus ſupputatio præciſe ab hac ipſa ſumeretur. In ejusdem diei memoriam, Cæſar Apollini, A.U.C. 723 C. Cæſ. III. & Val. Meſſala COSS.

[a] Κράσσος. non legitur apud RS.

§ 1. (l. 4.) τότε πρῶτον ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος] Vide Scaligerum V. de Emendatione temporum p. 453. ſq. & p. 165. ad Euſebium, ad verba: *quidam ab hoc loco Monarchiam Auguſti ſupputant ſq.* & Petavium doctrinæ temporum lib. X. cap. 66.

§ 2. (l. 7.) ἐπ' αὐτῇ] Non poteſt hoc *eadem die* factum intelligi, ut Xylander vertit. Igitur verba ἐπ' αὐτῇ ſignificant in illam diem, ſive in illius diei memoriam, ſive ut Suetonii utar verbis, *quo illius diei memoria celebrior eſſet.*

§ 3. (l. 7.) Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ] Jam Thucydides lib. I. c. 29. memorat ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας τῆς ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου. Polyb. IV. 63. τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν καλούμενον Ἄκτιον. Ejusdem templi meminit Dio ſupra p. 426. C. & navium decem in vicinis navalibus ab Auguſto dedicatarum. Strabo VII. p. 325. ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος ἐνθαῦτά ἐστι, πλησίον τοῦ στόματος λόφος τις ἐφ' ᾧ ὁ νεώς, καὶ ὑπ' αὐτῷ πεδίον ἄλσος ἔχον καὶ νεώρια, ἐν ὅις ἀνέθηκε Καῖσαρ τὴν δεκαναῦ ἀκροθίνιον, ἀπὸ μονοκρότου μέχρι δεκήρους· ὑπὸ πυρὸς δ' ἠφανίσθη καὶ οἱ νεώσοικοι λέγονται καὶ τὰ πλοῖα. vide eundem Strabonem X. p. 451. Plinium IV. 1. e recentioribus Triſtanum T. I. p. 77. ſq. ubi Apollo Actiacus in numo Auguſti. Suetonius in Auguſto c. 18. *Ampliato vetere Apollinis templo, locum caſtrorum, quibus fuerat uſus, exornatum navalibus ſpoliis Neptuno ac Marti conſecravit.*

A.U.C.723 C. Cæſ. III. & Val. Meſſala COSS.

lini, qui apud Actium colitur, triremem, quadriremem, ac alia navium genera usque ad deciremem, ex captis navibus conſecravit: templum majus exſtruxit: ludos muſicos ac gymnicos, & circenſes, eosque quinquennales & ſacros, (ſacros enim ludos appellant, in quibus epulum præbetur) conſtituit, Actios illos ludos dicens: urbemque eo loco, ubi caſtra habuerat, condidit, partim collectis ad eam incolendam hominibus, partim eo translatis finitimis: eique urbi Nicopolis nomen indidit, ac locum in quo tenderat, lapidibus quadratis munivit, roſtrisque navium captarum ornavit, ſacrarium ibi Apollinis ſub dio conſtituens. Verum hæc poſtea temporis facta ſunt. Tunc autem emiſit claſſis ſuæ partem, ut Antonium ac Cleopatram inſequeretur, quæ quum conſequi eos non poſſet, reverſa eſt: cum reliqua vero ipſe caſtra hoſtium, nemine eorum propter paucitatem reſiſtente, occupavit; ac deinde reliquum exercitum adſecutus, iter in Macedoniam intendentem, ſine pugna ſibi adjunxit. Diffugerant autem jam tum alii quidam primores Romani ad Antonium, auxiliarii autem in ſuam quisque patriam: verum hi contra Cæſarem bellum perſecuti non ſunt: ſed & ipſi, & omnes populi, qui ante etiam Romanis addicti fuerant, pars ſtatim, pars poſtea, pacis conditiones a Cæſare acceperunt.

τριήρη τε καὶ τεσσάρη, τά τε ἄλλα τὰ ἑξῆς, μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε· καὶ ναὸν μείζω ᾠκοδόμησεν· ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν, ἱπποδρομίας τε, [b] πενταετηρικὸν, [4] ἱερὸν (οὕτω γὰρ [5] τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι) κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας. [6] πόλιν τέ τινα ἐν τῷ στρατοπέδου τόπῳ, τοὺς μὲν συναγείρας, τοὺς δ' ἀναστήσας [7] τῶν πλησιοχώρων, συνῴκισε, Νικόπολιν αὐτὴν ὄνομα δούς. τό, τε χωρίον, ἐν ᾧ [bb] ἐσκήνησε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἄλσεσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, [8] ἕδος τι ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος. ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο. τότε δὲ μέρος ἕν τι τῶν νεῶν ἐς δίωξιν τοῦ τε Ἀντωνίου καὶ τῆς Κλεοπάτρας ἔστειλε· καὶ ἐκεῖνοι ἐπεδίωξαν μὲν αὐτούς, ἐπεὶ δ' οὐκ ἐν καταλήψει ἐφαίνοντο, ἀνεχώρησαν. ταῖς δὲ λοιπαῖς τὸ στράτευμα αὐτῶν, μηδενὸς ἐναντιουμένου δι' ὀλιγότητα, ἔλαβε, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ [9] τὸν λοιπὸν στρατὸν ἐς Μακεδονίαν ἀπιόντα καταλαβὼν, ἀμαχεὶ παρεσκεύατο. ἤδη δὲ καὶ διέφυγον ἄλλοι τε καὶ τῶν πρώτων, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι πρὸς τὸν Ἀντώνιον, οἱ δ' ἕτεροι οἱ συμμαχήσαντες αὐτῷ, οἴκαδε. οὐ μέντοι γε καὶ ἀντεπολέμησαν ὅμοιοί γε ἔτι τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν καὶ ἐκεῖνοι καὶ οἱ δῆμοι πάντες, ὅσοι καὶ πρότερον ἐρωμαΐζον, οἱ μὲν εὐθὺς, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦθ' ὡμολόγησαν.

443

B

2. Cæſar pecunia urbibus imperata, ademptaque eis relicta adhuc in cives ipſarum poteſtate, quam in conciliis populi uſurpabant, regulis ac regibus omnibus oppida, quæ ab Antonio acceperant, exceptis Amynta & Archelao, abſtulit: Philopatorem Tarcondimoti filium, & Lycomedem, regnum in parte Cappadocici Ponti obtinentem,

Καὶ ὃς τὰς μὲν πόλεις χρημάτων τε εἰσπράξει, καὶ τῆς λοιπῆς ἐς τοὺς πολίτας σφῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐξουσίας παραιρέσει, μεμῆλθε· τοὺς δὲ δυνάστας, τούς τε βασιλέας, τὰ μὲν χωρία, ὅσα παρὰ τοῦ Ἀντωνίου εἰλήφεσαν, πάντας, [10] πλὴν τοῦ τε Ἀμύντου καὶ τοῦ Ἀρχελάου, ἀφεῖλε· [11] Φιλοπάτορα δὲ τὸν Ταρκονδιμότου, καὶ Λυκομήδην

C

[b] πενταετηρικὸν. καὶ πενταετηρικὸν, Od. πενταετηρικὸν, L. ad marg. utrumque recte dicitur, & πενταετηρικὸν ab præcedenti ἀγῶνα per inſertum καὶ non ſejungendum. & ſic ἱερὸν pariter cum ἀγῶνα cohæret, ut p. 458. B. ceterum poſt πενταετηρικὸν ἱερὸν, aſteriſcum ponunt HS. & L. monitu Xylandri, qui verba parentheſi incluſa cum præcedentibus negat cohærere, ſcilicet ſenſum non aſſecutus, quem præclare patefecit F. ut lacuna nullo pacto agnoſci debeat: neque adeo neceſſe ſit ſupplere aliquid, uti tentavit N. per ἀγορανόμους. Oddeyus per ἑώρταζε. καὶ πρυτάνεις vel ἱερονίκας &c. [bb] ἐσκήνησε. ἐσκήνωσε, Xiph. ſed nec illud male.

vit. Diſſentit adeo a Suetonio noſter, qui non modo templum, ſed navalia ſpolia etiam Apollini ſcribit conſecrata eſſe; qua in re falſum Dionem vix dubito, ut infra p. 443. A.

§ 4. (l. 12.) *πενταετηρικὸν ἱερὸν*] Infra p. 456. A. Sueton. *ludos illic quinquennales conſtituit*, certamen ludicrum luſtris omnibus ſolitum frequentari, de quo Mamertinus, c. 9. panegyrici in Julian. Scaliger V. de emendatione temporum p. 438. Straboni VII. p. 325. τὰ Ἄκτια, qui etiam ab antiquo tempore a vicinis celebrata teſtatur fuiſſe, (de quo priſco *Actiaco* trieterico *agone* Scaliger ad Euſebium p. 166.) τῷ Θεῷ στεφανίτην ἀγῶνα, coronarium certamen Apollini ſacrum, ſed cujus ſolennitatem Auguſtus auxit, νῦν δ' ἐνδιμώτερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ. Joſepho lib. I. de Bello Judaico c. 15. ἡ Ἀκτιάς. μετὰ τὴν πρώτην Ἀκτιάδα (anno primo ſecundæ Actiados U. C. 729.) προσθήσιν αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ τόν τε Τράχωνα καλούμενον. Alios *Actiacos ludos* Romæ celebratos in Auguſti honorem memorat Suetonius in Tiberio c. 6. quem illis refert præſediſſe. πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένην, Dio infra p. 534. C. & 456. D. 496. D. ubi docet a ſacerdotum collegiis eandem in urbe curatam. Sic Cæſareæ in Auguſti honorem πενταετηρικοὺς ἀγῶνας inſtituit Herodes, teſte Joſepho, lib. I. de bello Judaico c. 17. & Neapoli celebratos memorat Dio p. 589. A. Σεβάσμια Damaſci ſolita peragi, obſervare licet in numis Treboniani Galli & Æmiliani. vide Anſelmum Bandurium in numismatibus Imp. Rom. T. I. p. 70. & 98. Idem Ἄκτια notat in numo Valeriani p. 116. Pedo elegia in obitum Mœcenatis v. 51. *Actius ipſe lyram plectro percuſſit eburno, poſtquam & victrices conticuere tubæ.* De triplici ludorum genere, quod hoc loco Dio commemorat, *Muſicorum* ſive theatralium, *Gymnicorum* ſive Amphitheatralium, & decurſionum *equeſtrium* Circenſium, copioſe Petrus Faber in Athlethicis T. VIII. Theſauri Gronoviani.

§ 5. (l. 12.) *τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι*] Sacros ludos appellare mos, in quibus victores, ſive hieronicæ, de publico cœnabant: itaque ἔχοντας ſubintellige ἀγῶνας, & τὴν σίτησιν, interpretare epulum, ſive *ludorum epulare ſacrificium*, ut vocat Cicero III. 19. de Oratore, quod a Septemviris epulonum curabatur, vel a Pontificibus p. 376. D.

§ 6. (l. 14.) *πόλιν τέ τινα*] Pag. 426. A. 456. A. De hac Nicopoli, quam celebrat Mamertinus panegyr. in Julianum c. 9. videndi Scaliger ad Euſebium p. 166. & viri docti ad hæc Suetonii c. 18. *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, urbem Nicopolim apud Actium condidit.* Jo. Harduinus in numis urbium p. 359. & ad hæc Plinii IV. 1. *in ore ipſo* (Acarnaniæ) *Colonia Auguſti Actium cum templo Apollinis nobili, ac civitate libera Nicopolitana.* Νικόπολιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου vocat Pauſanias VII. p. 569. πρὸς τῷ Ἀκτίῳ. V. p. 437. Aliæ Nicopoles plures, v. g. ad Iſtrum, in memoriam victoriæ de Dacis reportatæ condita a Trajano, ut narrant Ammianus XXXI. 5. & Jornandes Getic. c. 18. vide Andreæ Morelli ſpecimen rei numariæ antiquæ p. 213.

§ 7. (l. 15.) *τῶν πλησιοχώρων*] Ut Ambraciotas, Anactorios, Ætolos, quos Nicopolin deductos ab Auguſto teſtatur Pauſanias Eliacis prioribus c. 23. p. 437. & Achaicis c. 18. p. 569.

§ 8. (l. 19.) *ἕδος τοῦ Ἀπόλλωνος*] Non Apollini ſed Neptuno

[12] Λυκομήδην ἐν μέρει τοῦ Καππαδοκικοῦ Πόντου βασιλεύοντα, τόν τε Ἀλέξανδρον [13] τὸν τοῦ Ἰαμβλίχου ἀδελφὸν, καὶ τῶν δυνασειῶν ἔπαυσε· καὶ τοῦτον, ὅτι μισθὸν αὐτὴν τῆς ἐκείνου κατηγορίας εἰλήφει, καὶ [14] ἐς τὰ ἐπινίκια παραγαγών, ἀπέκτεινε. τὴν δὲ τοῦ Λυκομήδους Μηδείῳ τινὶ ἔδωκεν, ὅτι [15] τούς τε Μυσοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀπὸ τοῦ Ἀντωνίου πρὸ τῆς ναυμαχίας ἀπέσησε, καὶ μετ' αὐτῶν τοῖς ἐν τῇ μερίδι αὐτοῦ οὖσιν ἐπολέμησε. [16] Κυδωνεάτας τε καὶ [c] Λαμπαίους ἐλευθέρους ἀφῆκεν, ὅτι τινὰ αὐτῷ συνήραντο· καὶ τοῖς γε [c] Λαμπαίοις καὶ τὴν πόλιν ἀνεσῶσαν συγκαλῴκισε, τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἄλλων τῶν κορυφαίων, τῶν συμπραξάντων τι τῷ Ἀντωνίῳ, πολλοὺς μὲν χρήμασιν ἐζημίωσε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐφόνευσε, καί τινων καὶ ἐφείσατο. καὶ ἐν μὲν τούτοις [17] ὅ, τε [d] Σόσσιος ἐπιφανὴς ἐγένετο, (πολλάκις τε γὰρ ἀντιπολεμήσας αὐτῷ, καὶ τότε φυγὼν καὶ καταφρυφθεὶς, χρόνῳ τε ὕστερον εὑρεθεὶς, ὅμως ἐσώθη·) καὶ [18] Μάρκος τις [e] Σκαῦρος, ἀδελφός τε τοῦ Σέξτου ὁμομήτριος ὢν, καὶ θανατωθῆναι κελευσθεὶς, εἶτα διὰ τὴν μητέρα τὴν Μουκίαν ἀφείθη. τῶν δὲ κολασθέντων, Ἀκύλιοί τε Φλῶροι καὶ Κουρίων ὄνομα μάλιστα ἔσχον. οὗτος μὲν, ὅτι [19] τοῦ Κουρίωνος ἐκείνου τοῦ ποτε τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ πολλὰ συναραμένου υἱὸς ἦν· οἱ δὲ δὴ Φλῶροι, ὅτι τὸν ἕτερον τὸν λαχόντα κελεύσαντος αὐτοῦ σφαγῆναι, ἀμφότεροι διεφθάρησαν. ἦσαν μὲν γὰρ πατήρ τε καὶ παῖς· [20] ὡς δ' ὁ πατὴρ, πρὶν λαχεῖν, αὐτὸς ἑαυτὸν τῷ σφαγεῖ ἑκὼν παρέδωκε, περιήλγησέ τε ἐκεῖνος, καὶ αὐτοχειρίᾳ αὐτῷ ἐπαπέθανεν.

[12] Lycomedem in parte Cappadocici Ponti regnantem, principatu ſpoliavit: Alexandrum autem, Iamblichi fratrem, non modo regno exuit, (quod propterea, quia ipſum accuſaſſet, præmium acceperat) ſed in triumpho quoque ductum occidit: Lycomedis ditionem Medeo cuidam conceſſit, quia ante pugnam navalem Myſos Aſianos ad deficiendum ab Antonio permoverat, eorumque opera bellum Antonianis fecerat, qui in ſua ditione erant: Cydoniis ac Lampæis libertatem dedit, præſtiti ſibi auxilii cauſa, inſtaurata etiam Lampæorum civitate, quæ everſa fuerat: ſenatores equitesque, & alios inſigniores viros, qui Antonium aliqua in re adjuviſſent, multos pecunia multavit, multos occidit, quibusdam pepercit. Inter hos illuſtris fuit Soſſius, qui quum in bello aliquoties contra Cæſarem arma tuliſſet, tunc fuga elapſus occultatusque, poſt inventus ac dimiſſus eſt: & M. quidam Scaurus, uterinus Sexti Pompeji frater, ipſe quoque neci deſtinatus, propter Muciam matrem vitam obtinuit. Inter ſupplicio affectos nominis celebritatem conſecuti ſunt potiſſimum Aquilii Flori & Curio. Hic quidem, quod Curionis iſtius filius fuit, cujus Cæſar ſuperior opera plurimum fuerat uſus: Flori autem, quod quum alter tantum, in quem ſors incidiſſet, mori a Cæſare juſſus fuiſſet, uterque periit, pater nimirum & filius. Nam cum pater, priusquam ſortiretur, ſe percuſſori præberet ultro; filius etiam, dolore rei permotus, ſibi ipſi necem illico intulit.

A.U.C.723 C. Cæl. III. & Val. Meſſala COSS.

Οὗτοι μὲν οὖν οὕτως ἀπήλλαξαν. ὁ δ' ὅμιλος τῶν [f] Ἀντωνείων στρατιωτῶν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος στρατόπεδα καταλάχθη, καὶ ἔπειτα τοὺς μὲν πολίτας τοὺς ἔξω τῆς ἡλικίας ἀπ' ἀμφοτέρων, μηδὲν μηδενὶ

3. Porro autem Antonianos milites in exercitum ſuum Cæſar allegit: poſtea veteranos utriusque exercitus cives, ſine ullo munere dato, in Italiam, reliquos ſparſim alio dimiſit. Quia enim

c Λαμπαίους, Λαμπαίοις. ſic Λάμπη urbs Stephano & Polybio. alibi Dioni p. 8. B. Λάππα dicitur, ut in numis. *d* Σόσσιος. aut hoc nomen vitioſum eſt, aut alius hic ab illo, quem oppetiiſſe Dio ſcripſit, X. lego *Seſtius*, N. etiam Noriſius Cenot. Piſ. p. 284. *profecto in alterutro libro Dio falſus eſt.* ſed vide F. § 17. *e* Σκαῦρος. Σαῦρος, V. b. *f* Ἀντωνείων ſcripſi pro Ἀντωνιάων, ut Σεξτωρείων, Πομπηίων &c. quo ſibi conſtaret Dio. vid. p. 423. D.

no ac Marti, ſi Suetonium audimus, locum conſecravit § 3. Idem locum caſtrorum ſuorum in templum vertiſſe ſcribit c. 96. templum intelligit ſubdiale & ὑπαίθριον, ab ampliato Apollinis templo diverſum. Quem vero locum caſtrorum vocat Suetonius, Dio dixit χωρίον ἐν ᾧ ἐσκήνησε, idque diſtinguit a τόπῳ στρατοπέδου, in quo condita Nicopolis.

§ 9. (l. 26.) τὸν λοιπὸν στρατὸν] Plutarchus p. 947. narrat, Antonio, cum Cleopatram ſecutus fugeret, fuiſſe adhuc legiones XIX. & equitum XII. millia, qui poſt fugam ducis conjuncti manſerunt per dies ſeptendecim, & miſſos ab Auguſto legatos repudiavere, donec tandem Antonio non redeunte ad ultionem, nec Canidio rem urgente ſed fugiente ad Antonium, undique derelicti ad Auguſtum ipſi demum acceſſerunt.

§ 10. (l. 41.) πλὴν τοῦ τε Ἀμύντου καὶ τοῦ Ἀρχελάου] De utroque vide dicta ad p. 411. A. & de Archelao etiam p. 526. D. & 614. de Amynta p. 427. C. 447. C.

§ 11. (l. 42.) Φιλοπάτορα τὸν Ταρκονδιμότου] Hujus regnum in ſuperiori Cilicia, quod fratri Tarcondimoto Auguſtus attribuit, p. 526. C. De Tarcondimoto patre dixi p. 427. E.

§ 12. (l. 43.) Λυκομήδην] Hic videtur Lycomedes Rex, cujus cum Polemone meminit Strabo XII. p. 560. Conf. Reinerum Reineccium T. III. Hiſt. Juliæ p. 132.

§ 13. (l. 44.) τὸν τοῦ Ἰαμβλίχου] De hoc Jamblicho, Emeſenorum regulo, dictum p. 427. C.

§ 14. (l. 47.) ἐς τὰ ἐπινίκια] De Auguſti triumphis p. 459.

§ 15. (l. 49.) τούς τε Μυσούς] Pag. 463. C.

§ 16. (l. 52.) Κυδωνεάτας καὶ Λαμπαίους] Cydonia & Lampe celebres in inſula Creta civitates, ut dictum ad p. 8. B. C. ubi Dionis codices Λάππαν habent non Λάμπαν, ut in numis Auguſti, Λαππαίων, apud Joh. Valentem p. 4. Theophraſti codices II. 8. Hiſt. Plantar. Λαπαίαν. vide Spanhem. Diſſ. VI. p. 342. Numus Cydoniatarum honori Auguſti apud Triſtanum T. I. p. 96. Patinum p. 50. & Harduinum in numis urbium p. 263.

11. Cleopatra vero, quod in Cæſare fiduciam quodammodo collocaſſet, totam ei rem ſtatim ſignificavit: tamen cum non omni prorſus metu careret, ne quid durius in ſe ſtatueretur, in ſepulcro remanſit: ut ſi nulla alia ratione ſalutem conſequi poſſet, at certe metu pecuniarum amittendarum ſibi veniam a Cæſare & regnum redimeret. Adeo etiam inter tantas calamitates regni memoriam retinebat, ut mallet nomine & ornamentis ejus retentis mori, quam privata vita frui: ideoque & ignem paratum perdendis pecuniis ſecum habebat, & aſpides, aliosque ſerpentes, quibus ſe ipſam interficeret: poſtquam in aliis jam ante hominibus ſingulorum ſerpentum feciſſet periculum, qua ratione mortem afferrent. Cæſar, etſi gaza potiri, & Cleopatram vivam capere cupiebat, ut in triumpho duceret: tamen, ſi quid fide interpoſita promiſiſſet, impoſtor videri nolens, id agebat, ut cum ea velut captiva, ac invita quodammodo in ſuam poteſtatem redacta, agere ex animi ſententia poſſet. Itaque C. Proculejum equitem ad eam miſit, & Epaphroditum libertum, cum mandato quæ loquerentur agerentque. Hi cum Cleopatra collocuti, tolerabilibus ei conditionibus propoſitis, ſubito eam, priusquam pacti eſſent quicquam, corripuerunt: remotisque omnibus iis rebus, quæ ad mortem conſciſcendam facerent, & aliquot diebus ei conceſſis, ut in hoc ipſo monumento remaneret, dum Antonii

[l] ἀπὸ τοῦ μνημείου. ὑπὲρ τοῦ μνημείου, V. a. [m] Προκούλιον. Πρακουλήϊον, L. Πρακλήϊον, Z. ex Plut.

§64. (l. 83.) *τῶν παρόντων τινὸς*] Servus hic fuit, fidus Antonio, nomine Eros. Plutarchus p. 951.

§65. (l. 83.) *ἐδεήθη ἵνα αὐτὸν ἀποκλείσῃ*] More eorum, qui judicio ſuo ad mortem properantes, ſcelere alieno uti malunt, quorum plura exempla collegerunt viri docti ad Florum IV. 7. ult.

§66. (l. 99.) *διὰ τῶν χοινίων*] Miſerandum maxime hoc ſpectaculum fuiſſe, narrat Plutarchus, Antonio per Diomedem ſcribam edocto Cleopatram adhuc vivere, vehementerque deſiderante ad eam in monumentum deferri, apportatoque usque ad fores. Cleopatra enim aperiri fores paſſa non eſt, ſed ex feneſtris ſpectans demiſit catenas & funiculos, illisque adligatum madentem ſanguine & animam agentem Antonium ipſa cum duabus, quas ſolas ſecum habebat, feminis ad ſe attraxit. *ἡ δὲ Κλεοπάτρα τὰς μὲν θύρας οὐκ ἀνέῳξεν, ἐκ δὲ θυρίδων τινῶν φανεῖσα, σειρὰς καὶ καλώδια καθίει, καὶ τούτοις ἐναψάντων τὸν Ἀντώνιον, ἀνεῖλκεν αὐτὴ, καὶ δύο γυναῖκες, ἃς μόνας ἐδέξατο μεθ' αὑτῆς εἰς τὸν τάφον.* Hæc Plutarchus p. 951.

§67. (l. 15.) *προπειραθεῖσα αὐτῶν*] Idem Plutarchus p. 949. teſtatur, poſt plura venena, & plurium venenatarum beſtiarum vim tentatam, comperiſſe ſolum aſpidis morſum ita eſſe comparatum, ut quam leniſſimam mortem inferret, citra contractionem membrorum vel gravem gemitum, inducto alto ſopore & torpore, quem cum faciei molli ſopore ſenſuum ſtupor & mors conſequeretur. Ælian. IX. 11. Hiſt. Animal. *ἅπαξ καὶ τὸ τῆς ἀσπίδος δῆγμα προσόταλον εἶναι ἤλεγξε Κλεοπάτρα, ὅτε τοῦ Σεβαστοῦ προσιόντος αἱρεθεῖσα ἀνωδύνων θανάτων ἐν τοῖς συμποσίοις ἐβασάνιζε.*

§68. (l. 24.) *Γάϊόν τε Προκούλιον ἱππέα*] Hic in Plutarchi codicibus p. 952. *Προκλήϊος*, ubi legas Antonium moribundum Cleopatræ ſuaſiſſe, ut inter Auguſti amicos huic Proculejo fidem maxime haberet. De hoc Proculejo erudite Lævinus Torrentius ad Odam. 2. lib. II. Horatii.

§69. (l. 24.) *Ἐπαφρόδιτον*] Hunc Auguſti libertum narrat Plutarchus miſſum, ut Cleopatram, quæ viva veniſſet in poteſtatem, obſervaret diligenter, atque ut regio cultui ejus ne

A.U.C. 724 C. Cæs. IV. & M. Crasso COSS.

nii cadaver condiviſſet: deinde in regiam adduxerunt, nihil ei de comitatu ac conſueto cultu detrahentes, quo magis ea, quæ cupiebat, impetraturam ſe ſperaret, ac ne quid ſibi ipſa mali infligeret. Quin etiam quum petiiſſet adſpectum Cæſaris & colloquium, obtinuit: ac ipſe, quo magis eam deciperet, ſe venturum ad eam promiſit.

12. Tum Cleopatra, conclavi ornatiſſimo ac lecto pretioſiſſimo paratis, ſe ipſam negligentius ornavit, (nam habitus eam lugubris mire decebat) ac in lecto conſedit, appoſitis multis ac variis Cæſaris ſuperioris imaginibus, inque ſinum ſuum acceptis omnibus epiſtolis, ab eo ad ſe datis. Deinde ad ingreſſum Cæſaris, pudore ſuffuſa exſiluit, & "Salve, „ inquit, "o domine: hoc enim nomen mihi ademptum, tibi Deus tribuit. Sed vides nimirum ipſe hic patrem tuum, qualis ſæpenumero ille ad me ingreſſus eſt: audisque quos mihi honores tribuerit, qui me etiam reginam Ægypti conſtituit. Ut autem aliquid ejus etiam de me percipias, accipe & lege eas litteras, quas ipſe ſua manu exaratas ad me miſit. „ His dictis, multa amatoria Cæſaris verba recitavit, ac modo illacrumavit, literasque exoſculata eſt: modo ad ejus imagines devoluta, eas adoravit, palpebrisque in Cæſarem intortis, modulatos edebat ejulatus, ac voce delicata eum adloquebatur, alias hæc proferens: "Quorſum mihi, Cæſar, hæ tuæ literæ redierunt? „ alias: "At vero in hoc tu quoque mihi ſuperſtes es: „ deinde iterum: "Utinam quidem te prior ego mortem obiiſſem: „ mox rurſum: "Atqui quum hunc habeo, te quoque habeo. „ Hac varietate & ſermonis & geſtuum uſa, mellitos quosdam alios intuitus ac voces adjecit. Cæſar quanquam mulierem ciendis affectibus & miſerationi intentam animadvertebat, tamen eo diſſimulato, oculis in terram defixis hoc unum pronunciavit: "Confide & bono animo eſto, mulier, nihil enim mali patieris. „ At Cleopatra ingenti dolore correpta, quod neque adſpexiſſet eam Cæſar, neque de regno aut amore ullum feciſſet verbum, ad genua ejus ſe projiciens, fletumque edens: "Vivere quidem, „ inquit, "o Cæſar,

ψαν· ἔπεσε δὲ ἐς τὰ βασίλεια αὐτὴν ἤγαγον, μήτε τῆς ἀκολουθίας τι, μήτε τῆς θεραπείας τῆς συνήθους οἱ παραλύσαντες, ὅπως ἔτι καὶ μᾶλλον ἐλπίσῃ τε ὅσα ἐβούλετο, καὶ μηδὲν κακὸν ἑαυτὴν δράσῃ. ἀμέλει καὶ ὀφθῆναί καὶ διαλεχθῆναί τι τῷ Καίσαρι ἐθελήσασα, ἐπέτυχε. καὶ ἵνα γε ἐπὶ πλεῖον ἀπατηθῇ, αὐτὸς ἀφίξεσθαι πρὸς αὐτὴν ὑπέσχετο.

Οἰκόν τε οὖν [n] ἐκπρεπῆ καὶ κλίνην πολυτελῆ παρασκευάσασα, καὶ προσέτι καὶ ἑαυτὴν [o] ἠμελημένως πως κοσμήσασα, (καὶ γὰρ ἐν τῷ πενθίμῳ σχήματι δεινῶς ἐνέπρεπεν) ἐκαθέζετο ἐπὶ τῆς κλίνης, πολλὰς μὲν εἰκόνας [o] τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ παντοδαπὰς παραθεμένη, πάσας δὲ τὰς ἐπιστολὰς τὰς παρ' ἐκείνου οἱ πεμφθείσας ἐς τὸν κόλπον λαβοῦσα. καὶ μετὰ τοῦτο ἐσελθόντος τοῦ Καίσαρος, ἀνεπήδησέ τε [p] ἠρυθριασμένη, καὶ εἶπε, "[71] Χαῖρε, ὦ δέσποτα. σοὶ μὲν γὰρ τοῦτο θεὸς ἔδωκεν, ἐμὲ δὲ ἀφείλετο. ἀλλ' ὁρᾷς μέν που καὶ "ὁ αὐτὸς τὸν πατέρα σου τοιοῦτον, ὅστις πολλάκις "[72] πρὸς ἐμὲ εἰσῆλθεν, ἀκούεις δὲ ὅπως τά τε "ἄλλα ἐτίμησέ με, καὶ δὴ καὶ [73] βασιλίδα τῶν "Αἰγυπτίων ἐποίησεν. ἵνα δ' οὖν τι καὶ αὐτοῦ "ἐκείνου περὶ ἐμοῦ πύθῃ, λάβε καὶ ἀνάγνωθι "τὰ γράμματα ἃ μοι αὐτοχειρίᾳ ἐπέστειλε. „ ταῦτά τε ἅμα ἔλεγε, καὶ πολλὰ καὶ ἐρωτικὰ αὐτοῦ ῥήματα ἀνεγίνωσκε. καὶ τοτὲ μὲν ἔκλαιε, καὶ τὰς ἐπιστολὰς καταφίλει, τοτὲ δὲ πρὸς τὰς εἰκόνας αὐτοῦ προσέπιπτε, καὶ ἐκείνας προσεκύνει. τά τε βλέφαρα ἐς τὸν Καίσαρα ἐπενέκλα, καὶ ἐμμελῶς ἀνωλοφύρετο. θρυπτικόν τέ τι προσεφθέγγετο, ἄλλοτε μὲν λέγουσα, "Ποῦ μοι Καῖσαρ ταῦτά σου τὰ γράμματα;„ ἄλλοτε δὲ, ὅτι, "Ἀλλ' ἐν τούτῳ "καὶ σύ μοι ζῇς. „ εἶτα αὖθις, [r] "Εἰθε σοῦ "προετεθνήκειν. „ καὶ μάλα αὖθις, "Ἀλλὰ καὶ "τοῦτον ἔχουσα, σὲ ἔχω. „ τοιαύτῃ τινὶ ποικιλίᾳ καὶ τῶν ῥημάτων καὶ τῶν σχημάτων ἐχρῆτο, μελιχρὰ ἄττα καὶ προσβλέπουσα αὐτῷ καὶ λαλοῦσα. ὁ οὖν Καῖσαρ συνίει μὲν αὐτῆς καὶ παθαινομένης καὶ πλησιζομένης· οὐ μέντοι καὶ προσεποιεῖτο, ἀλλ' ἐς τὴν γῆν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρείσας, τοῦτο μόνον εἶπε, "θάρσει, ὦ γύναι, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθὸν, οὐδὲν γὰρ κακὸν πείσῃ. „ περιαλγήσασα οὖν ἐκείνη, ὅτι μήτε προσεῖδεν αὐτὴν, μήτε τι ἢ περὶ τῆς βασιλείας, ἢ καὶ ἐρωτικόν τι ἐφθέγξατο, πρός τε τὰ γόνατα αὐτοῦ προσέπεσε, καὶ

[n] ἐκπρεπῆ. ἐυπρεπῆ, V. b. [o] τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. addit Xiph. φημὶ δὲ τοῦ Ἰουλίου Καίσαρος, quæ tamen Dionis esse non agnosco. [p] ἠρυθριασμένη. ita RS. emendare docuit verbum ἐρυθριασμένη, ex rationibus Grammaticis. Xiphilinum etiam emendatius scribere, observat X. unde hanc formam verbi expresserunt jam HS. & L. [q] αὐτὸς τὸν πατέρα σου τοιοῦτον. αὐτὸν τὸν πατέρα σου τοῦτον, Xiph. in vulgatis editionibus. sed αὐτὸς, Br. [r] Εἶθε σου — μάλα αὖθις. desunt apud Xiph. in codd. Coisl. Mer. & Br.

quicquam deesset provideret. p. 952. E. Meminit Dio etiam infra p. 452. C.

§70. (l. 42.) ἠμελημένως πως κοσμήσασα] Plutarchus p. 953. ἡ δὲ ἔτυχε μὲν ἐν σκιᾷδι καλλαικμένη ταπεινῶς. ἐσιόντι δ' αὐτῷ, μονοχίτων ἀναπηδήσασα προσπίπτει, δεινῶς μὲν ἐξηγριωμένη κεφαλὴν καὶ πρόσωπον, ὑπότρομος δὲ τῇ φωνῇ, καὶ συνειληνυῖα ταῖς ὄψεσιν. vide ibi plura. Est etiam operæ pretium inter se conferre insigne hoc par scriptorum, Plutarchum & Dionem, Cleopatræ scenam habitumque & cum Augusto colloquium describentes. Breviter Florus IV. 11. 9. *Regina ad pedes Cæsaris provoluta, tentavit oculos ducis frusta: nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit.*

§71. (l. 49.) χαῖρε, ὦ δέσποτα] Est hæc vox agnoscentis dominum, in cujus potestate jam esset, non, ut amans & conjux Antonium jam moribundum inclamaverat, cruorem ejus abstergens, δεσπότην καὶ ἄνδρα καὶ αὐτοκράτορα, Plutarch. p. 952.

§72. (l. 53.) πρὸς ἐμὲ εἰσῆλθεν] De ingressu concubitus caussa explicat Thom. Gatakerus lib. I. de Stylo N. T. c. 11. p. 77. quo sensu phrasis ista non raro obvia apud sacros etiam scriptores.

§73. (l. 54.) βασιλίδα τῶν Αἰγυπτίων] Supra p. 205. E. sq. & ad Sueton. Cæsar. c. 35.

§74. (l. 94.) ὅπως οἱ τὰ ἐπινίκια] Testatur idem Suetonius in Augusto c. 17. Et mortuæ licet εἴδωλον sive imaginem in triumphi pompa traductam, narrat Plutarchus Antonio p. 955.

§75. (l. 9.) Ἐπαφρόδιτος] De hoc Augusti liberto supra p. 450. E. §69.

καὶ ἀνακλαύσασα, " Ζῆν μὲν (ἔφη) Καῖσαρ, οὔ-
" τε ἐθέλω, οὔτε δύναμαι· ταύτην δὲ σὲ τὴν χά-
" ριν ἐς τὴν τοῦ πατρὸς μνήμην αἰτῶ, ἵν' ἐπειδή
452 " με Ἀντωνίῳ μετ' ἐκεῖνον ὁ δαίμων παρέδωκε,
" μετ' αὐτοῦ καὶ ἀποθάνω. εἴθε μὲν γὰρ ἀπολω-
" λειν εὐθὺς τότε μετὰ τὸν Καίσαρα· ἐπεὶ δέ μοι
" καὶ τοῦτο παθεῖν ἐπέπρωτο, πέμψον με πρὸς
" Ἀντώνιον, μηδέ μοι τῆς σὺν αὐτῷ ταφῆς φθονή-
" σῃς· ἵν' ὥσπερ δι' ἐκεῖνον ἀποθνήσκω, οὕτω καὶ
" ἐν ᾅδου αὐτῷ συνοικήσω. "

s Καὶ ἡ μὲν τοιαῦτα ὡς καὶ ἐλεηθησομένη ἔλεγε· Καῖσαρ δὲ πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν ἀπε-
κρίνατο. Φοβηθεὶς δὲ μὴ ἑαυτὴν διαχρήσηται, θαρσεῖν τε αὐτῇ αὖθις παρεκελεύσατο, καὶ οὔτε τὴν θεραπείαν αὐτῆς ἀφείλετο, καὶ ἐν ἐπιμελείᾳ αὐτὴν ἐποιεῖτο, 74 ὅπως οἱ τὰ ἐπινίκια t ἐπιλαμπρύνῃ. τοῦτο οὖν ὑποπτήσασα, καὶ μυρίων θανάτων χαλεπώτερον αὐτὸ νομίσασα εἶναι, ὅπως τε ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε, καὶ πολλὰ μὲν τοῦ Καίσαρος, ὅπως τρόπον τινὰ ἀπόληται, ἐδεῖτο, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὴ ἐμηχανᾶτο. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐπέραινε, μεταγινώσκειν τε ἐπλάσατο, ὡς καὶ ἐλπίδα πολλὴν μὲν καὶ ἐς ἐκεῖνον, πολλὴν δὲ καὶ ἐς τὴν Λιουΐαν ἔχουσα· καὶ ἐκουσία τε πλευσεῖσθαι ἔλεγε, καὶ κόσμους τινὰς ἀποθέτους ἐς δῶρα ἡτοιμάζετο· εἴ πως πίστιν ἐκ τούτων μὴ τεθνήσειν λαβοῦσα, ἧττόν τε τηρηθείη, καὶ ἑαυτὴν ἐξεργάσαιτο· ὃ καὶ ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ οἵ τε ἄλλοι, καὶ ὁ 75 Ἐπαφρόδιτος, ᾧπερ ἐπετέτραπτο, πιστεύσαντες ταῦθ' ὡς ἀληθῶς φρονεῖν, τῆς ἀκριβοῦς φυλακῆς ἠμέλησαν, παρεσκευάζετο ὅπως ὡς ἀλυπότατα ἀποθάνῃ. καὶ γραμματεῖόν τι, δι' οὗ ἐδεήθη τοῦ Καίσαρος ἵνα αὐτὴν μετὰ τοῦ Ἀντωνίου ταφῆναι κελεύσῃ, αὐτῷ τῷ Ἐπαφροδίτῳ σεσημασμένον (ὅπως πρὸ-
φάσει τῆς ἀποκομιδῆς αὐτοῦ, ὡς καὶ ἄλλο τι ἔχοντος, ἐκποδῶν οἱ γένηται) δοῦσα, ἔργου εἶχετο. τήν τε γὰρ ἑαυτῆς τὴν περικαλλεστάτην ἐνδυσαμένη, καὶ ἑαυτὴν 76 εὐπρεπέστατα εὐθετήσασα, τό τε σχῆμα τὸ βασιλικὸν πᾶν ἀναλαβοῦσα, ἀπέθανε.

Καὶ 77 τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς οἶδεν, ᾧ τρόπῳ διεφθάρη· κεντήματα γὰρ λεπτὰ 78 περὶ τὸν βραχίονα αὐτῆς μόνα εὑρέθη. λέγουσι δὲ οἱ μὲν, ὅτι

saſar, neque volo, neque poſſum: hanc autem a A.U.C.724
ote per patris tui memoriam peto gratiam, ut C. Cæſ. IV.
quoniam poſt eum me fortuna Antonio tradidit, & M. Craſſo
cum eo etiam mori liceat. Utinam vero ſtatim COSS.
poſt mortem Cæſaris vita exceſſiſſem! nunc
quoniam ut hæc perferrem in fatis fuit, mitte
me ad Antonium, neque mihi communem cum
eo ſepulturam invide, ut quemadmodum ejus
cauſa pereo, ita etiam apud inferos cum eo
degam. "

13. Hæc illa quidem eo dixerat conſilio, ut veniam impetraret; verum Cæſar ad ea nihil reſpondit. Veritus autem, ne ſe ipſa occideret, iterum animo ut eſſet bono hortatus eſt: ac neque de cultu vitæ quicquam ei detraxit, & accurate ipſam obſervari juſſit, adhibiturus eam ad exornandum ſuum triumphum. Quod ita fore ſuſpicata Cleopatra, ac infinitis mortibus acerbius ducens, mori ſerio cupiit, multisque Cæſarem precata, ut quacunque ratione vitam ſibi adimeret, multis idem ipſa modis tentavit. Sed quum fruſtra id eſſet, ſententiam ſe mutaſſe finxit, ac multum ſpei in Cæſare, multum in Livia habere, ultroque ſe velle navigare dixit: cimeliaque quædam, quæ dono huic ferret, paravit: ſperans futurum, ut fidem faceret ſe mori nolle, minusque attente cuſtodita, necem ſibi conſciſcere poſſet. Neque eam hæc ſpes fruſtrata eſt. Nam cum & cæteri, & Epaphroditus quoque, cui cuſtodia ejus mandata erat, ex animo ita eam ſentire putantes, de diligentia obſervandi eam remiſiſſent; Cleopatra ad id ſe compoſuit, ut quam minimo cum dolore diem ſuum clauderet. Epiſtolam enim, qua a Cæſare petebat, ut cum Antonio ſepeliri ſe juberet, ipſi Epaphrodito dedit perferendam, obſignatam quidem: ut is aliud quiddam contineri ea exiſtimans, occaſione epiſtolæ Cæſari reddendæ e medio removeretur; eoque digreſſo, rem propoſitam exequendam ſibi ſumſit. Veſte nimirum ſe omnium elegantiſſima induit, ac quam potuit pulcherrime exornavit, omnique habitu regio aſſumpto, vita exceſſit.

14. Quo mortis genere obierit, certum nemo novit; punctura tantum exiguæ in brachio ejus repertæ ſunt. Perhibent quidam, eam in urna

s καὶ ἡ μὲν τοιαῦτα &c. usque ad οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Hæc ex V. a. longe pleniora exhibemus, quam ſunt in vulgatis editionibus, ubi omiſſis prioribus de Cleopatra, ſic contracta leguntur: καὶ ὁ μὲν πρὸς τοιαῦτα οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Codex quoque V. b. non omnino integer eſt, ſic habens: καὶ ἡ μὲν τοιαῦτα ἔλεγεν· ὁ δὲ Καῖσαρ φοβηθεὶς &c. recte autem in altero codice dici, Cleopatram mortis deſiderium præ ſe tuliſſe ὡς ἐλεηθησομένην, intelligitur ex ſequentibus, ubi Dio ſimulationi priori opponit: ὄντως ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε. t ἐπιλαμπρύνῃ. ita V. a. b. pro vulgato λαμπρύνῃ. ſequentibus præmittit Xiph. ἡ δὲ, ἅτε μὴ ἄκακος οὖσα γυνὴ, ἀλλὰ δραστηρία καὶ συνετὴ, τοῦτό τε ὑπετόπησε. u τό τε σχῆμα — ἀναλαβοῦσα. horum loco Xiph. ἀναλεβασά τε ἐπὶ τῆς κλίνης.

§ 76. (l. 19.) ἐυπρεπέστατα εὐθετήσασα] Solenni more eorum, qui morituri, ut honeſtius caderent vel jacerent, diligenti ſtudio curarunt. vide Hieronymum Magium lib. II. Miſcell. c. 21. T. II. lampadis artium Gruterianæ p. 1354. & quæ viri docti ad Sueton. Cæſarem c. 82. S. Nilum narratione quarta p. 47. Florus IV. 11. de Cleopatra, in Mauſoleum *maximos ut ſolebat induta cultus, in differto odoribus ſolio juxta ſuum ſe collocavit Antonium.*

§ 77. (l. 22.) τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς οἶδεν] Idem Plutarcho confirmatur in Antonio p. 955. τὸ δὲ ἀληθὲς οὐδεὶς οἶδεν. Dubius etiam eſt Strabo XVII. p. 795. an admotæ aſpidis morſu an φαρμάκῳ ἐπιχρίσῳ, illito veneno ſe interfecerit. λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως, *utroque enim modo traditur.* vide Joh. d'Eſpagne errorum popularium lib. V. c. 12.

§ 78. (l. 23.) περὶ τὸν βραχίονα] Vide Janum Brouckhuſium ad hæc Propertii III. 9. 53.

Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris
Et trahere occultum membra ſoporis iter.

Ita & in marmore veteri quod Romæ viſitur. Quanquam non brachio ſed uberibus admotas a Cleopatra aſpides narrat Zenobius Centur. V. prov. 24. cui aſſentiens Eutychius T. I. p. 307. Annalium, mammillæ ſiniſtræ impoſitam a Cleopatra aſpidem memoriæ prodidit.

A.U.C 724 C. Cæſ. IV. & M. Craſſo COSS.

urna illatam aſpidem, aut inter flores quosdam, corpori ſuo adhibuiſſe: alii acum ab ea, qua capillum componere ſolita eſſet, veneno inunctam tradunt, cujus ea fuerit natura, ut quum corpori alias nullum damnum infligeret, ubi tamen vel minimum ſanguinis attigiſſet, illo corrupto mortem & celerrimam & absque omni dolore adferret. Hanc acum ab ea in capite adhuc pro more geſtatam, tum detractam, brachioque prius aliquantulum ſauciato, ſanguini immiſſam fuiſſe. Ad hunc igitur Cleopatra modum, aut certe huic proximum, cum ancillis duabus mortua eſt. Nam eunuchus, ſimul atque Cleopatra comprehenſa eſt, ſerpentibus ſeſe ultro mordendum præbuerat, morſusque in ſepulcrum, præparatum ſibi ad id, inſilierat. Cæſar audito Cleopatræ interitu perterritus, corpus ejus vidit, remediaque ei, & Pſyllos adhibuit, ſi qua eam ratione vitæ reſtituere poſſet. Pſylli enim hi viri ſunt, (neque enim fœmella naſcitur Pſylla) qui poſſunt omnium ſerpentum venena ex hominibus nondum mortuis exſugere, neque ipſis, ſi mordeantur a ſerpentibus, incommodum ullum accidit. Naſcuntur autem ex ſuis tantum familiis: natosque aut ipſos cum ſerpentibus in unum locum conjiciendo, aut faſciolas eorum in ſerpentes injiciendo, explorant. Nam ſerpentes neque lædere infantem poſſunt, & veſtibus ejus impoſitis, torpore corripiuntur. Quum nullo modo ad vitam reduci Cleopatra poſſet, miratus eam Cæſar, ac miſericordia proſecutus eſt; ipſe magnopere doluit, velut qui omni gloria triumphi ſui ſpoliatus eſſet.

15. Ita

[79] ὅτι ἀσπίδα ἐν ὑδρίᾳ, ἣ καὶ ἐν ἄνθεσί τισιν ἐσκομισθεῖσάν οἱ προσέθεντο· οἱ δὲ, [80] ὅτι βελόνην, ᾗ τὰς τρίχας ἀνεῖρεν, ᾧ τινι, δύναμιν τοιαύτην ἔχοντι, ὥστε ἄλλως μὲν μηδὲν τὸ σῶμα βλάπτειν, ἂν δ' αἵματος καὶ βραχυτάτου ἅψηται, καὶ τάχιστα καὶ ἀλυπότατα αὐτὸ φθείρειν, χρίσασα, τέως μὲν αὐτὴν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐφόρει, ὥσπερ εἰώθει, τότε δὲ, [x] προκαταναύξασα τινὶ τὸν βραχίονα, ἐς τὸ αἷμα ἐνέβαλεν. οὕτω μὲν, ἢ ὅτι ἐγγύτατα, [81] μετὰ τῶν δύο θεραπαινῶν ἀπώλετο. ὁ γὰρ εὐνοῦχος, ἅμα τῷ συλληφθῆναι αὐτὴν, τοῖς τε ἑρπετοῖς ἑαυτὸν ἐθελοντὴς παρέδωκε, καὶ δηχθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἐς σορὸν προπαρεσκευασμένην οἱ ἐσπεπηδήκει. ἀκούσας δὲ ὁ Καῖσαρ τὴν τελευτὴν αὐτῆς, ἐξεπλάγη, καὶ τό, τε σῶμα αὐτῆς εἶδε, καὶ φάρμακα αὐτῷ, [82] καὶ ψύλλους, εἴ πως ἀνασφήλειε, προσήνεγκεν. οἱ δὲ δὴ ψύλλοι ὗοι, ἄνδρες μέν εἰσι, (γυνὴ γὰρ οὐ γίνεται ψύλλα) δύναμιν δὲ πάντα τε ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ παραχρῆμα, πρὶν θνήσκειν τινὰ, ἐκμυζᾶν, καὶ αὐτοὶ μηδὲν, ὑπὸ μηδενὸς αὐτῶν δηχθέντες, βλάπτεσθαι. [83] φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ [84] δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα, ἤτοι μετ' ὄφεων ὁπότου εὐθὺς ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν παραγάνων [y] αὐτῶν ἐπιβληθέντων τισίν. ὅτε γὰρ τῷ παιδίῳ τι λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ νυττόμενοι. τοῦτο μὲν τοιοῦτόν ἐστιν. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, μηδένα τρόπον ἀναβιώσασθαι τὴν Κλεοπάτραν δυνηθεὶς, ἐκείνην μὲν καὶ ἐθαύμασε καὶ ἠλέησεν, αὐτὸς δὲ ἰσχυρῶς ἐλυπήθη, ὡς καὶ πάσης τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ δόξης ἐστερημένος.

Ἀντώνιος

[x] προκαταναύξασα τινὶ. videtur rectius & ſtilo Dionis convenientius dici: προκαταναύξασα τὶ. idem nunc video Cl. Oddeyo veniſſe in mentem. [y] αὐτῶν. vocula Leunclavio omiſſa, quam addidi ex RS. HS. & Xiph.

§ 79. (l. 25.) ἀσπίδα ἐν ὑδρίᾳ ἢ καὶ ἐν ἄνθεσί τισιν] Plutarchus allatam clam aſpidem inter ficos contectos foliis: λέγεται τὴν ἀσπίδα κομισθῆναι σὺν τοῖς σύκοις, καὶ τοῖς φύλλοις ἄνωθεν ἐπικαλυφθεῖσαν. Mox incluſæ hydria aſpidis & ipſe facit mentionem, quam fuſo aureo Cleopatra laceſſierit, & ad vulnerandum brachium invitaverit. Inter ficos & uvas allatam a duabus Reginæ comtricibus Naera & Charmione, narrat etiam Galenus lib. I. de theriaca ad Piſon. T. II. edit. Baſil. p. 460. morſu aſpidis extinctam plerique aſſentiunt, ut ex priſcis Horatius lib. I. Od. 37. Ælianus IX. 11. & 61. de Animal. Vellejus II. 87. Sueton. Auguſto c. 17. Florus IV. c. 11. eumque ſecutus Sarisberienſis III. 10. de nugis curialium, multique alii. E recentioribus in carmine de Cleopatra Auguſtinus Favoritus & T. I. Delic. poetarum Italorum p. 720. Balthaſ. Caſtilioneus, nec non Joh. Baptiſta Morgagnus vir eruditiſſimus epiſtola ad virum itidem eruditiſſimum, cui veriſimilior videtur altera ſententia de veneno præſentiſſimo eodemque narcotico. vide Lanciſii & Morgagni Epiſtolas mutuas in appendice ad Michaelis Mercati Metallothecam, editam Romæ 1719. fol. p. 40. ſq.

§ 80. (l. 26.) ὅτι βελόνην, ᾗ τὰς τρίχας ἀνεῖρεν] Diſcerniculi ſive crinalis acus uſum apud veteres pluribus teſtimoniis docuerunt Jo. Wowerius ad Petronium, ad Solinum Salmaſius, Caſp. Bartholinus libri de inauribus veterum c. 2. & Philippus Bonanni in Muſeo Kircheriano p. 166. Quod autem acui comatoriæ veneno ſubtiliſſimo infectæ apud Dionem tribuitur, Plutarchus p. 955. ait factum eſſe κηρίδι κοίλῃ, *cultello* ſive *raſorio cavo*, quo venenum occultaverit, ipſumque intra crines texerit Cleopatra, Janus Douſa laudatus elegantiſſimo Brouckhuſio p. 315. ad Propertium III. 9. 53.

——— *Fidæ clam ſervitio uſa miniſtræ*
Saucia crinali brachia punxit acu.

Venena porro dari, tam ſubtili & vehementi efficacia, ut vel minima ejus portiuncula ſanguinem contingens illi extemplo putredinem & homini mortem afferat, innumeris experimentis veteri ac recenti memoria compertum: ſicut etiam tralatitius uſus, veneno ejusmodi acus & tela inficiendi. vide, ne alios in præſenti memorem, Mich. Frid. Lochnerum de radice Mungos p. 23. ſq.

§ 81. (l. 35.) μετὰ τῶν δύο θεραπαινῶν] Naëra & Charmione, quarum altera ad ornandas comas, altera ad ungues recidendos uti Cleopatra conſueverat. vide Zenobium, Galenum & Plutarchum locis laudatis.

§ 82. (l. 42.) καὶ ψύλλους] Marmaridæ Pſylli, gens Afra, quorum auxilium adverſus venena ita deſcribit Lucan. IX. 925.

Nam primum tacta deſignat membra ſaliva,
Quæ cohibet virus, retinetque in vulnere peſtes.
Plurima tum volvit ſpumanti carmina lingua
Murmure continuo &c: ſed ſi quod tardius audit
Virus, & elicitum juſſumque exire repugnat,
Tunc ſuperincumbens pallentia vulnera lambit
Ore venena trahens, & ſiccat dentibus artus,
Extractamque tenens gelido de corpore mortem
Exſpuit, & cujus morſus ſuperaverit anguis,
Jam promtum Pſyllis vel guſtu noſſe veneni.

Quod ingenitæ naturali virtuti alii, alii ut Celſus audaciæ uſu ipſo confirmatæ, hoc herbæ Aſſazoë facultati, cujus ſcientiam in arcanis habuerint Pſylli, tribuit V. C. Jac. Ludolfus lib. I. Hiſt. Æthiopicæ c. 9. Omitto alia, quæ de Pſyllis pridem notavi ad Sextum Empiricum p. 22. conf. Reineſius Var. Lect. p. 26. & quæ viri docti ad Sueton. Auguſt. c. 17. & noviſſime D. Ignatius Georgius, Benedictinus, libro erudito de Melita Dalmatica inſula, quam naufragio & hoſpitio Pauli Apoſtoli nobilem non Melitam Africanam contendit p. CLXXI. ſqq.

§ 83. (l. 48.) φύονται ἐξ ἀλλήλων] Nullis externis gentibus miſcentur.

§ 84. (l. 49.) δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα] Lucanus IX. 899.

——— ——— *fiducia tanta eſt*
Sanguinis: in terram parvus cum decidit infans,
Ne qua ſit externæ Veneris miſtura timentes,
Letifica dubios explorant aſpide partus.
Utque Jovis volucer &c. — ſic pignora gentis
Pſyllus habet, ſi quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis luſit ſerpentibus infans.

Varro

Ἀνϑώνιος μὲν δὴ καὶ Κλεοπάτρα, πολλῶν μὲν τοῖς Αἰγυπτίοις, πολλῶν δὲ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις κακῶν αἴτιοι γενόμενοι, οὕτω τε ἐπολέμησαν, καὶ οὕτως ἐτελεύτησαν· [85] ἔν τε τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐταριχεύθησαν, καὶ τῇ αὐτῇ θήκῃ ἐτάφησαν. ἔσχον δὲ τήν τε φύσιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν τύχην τοῦ βίου τοιάνδε· [86] ὁ μὲν, συνετέναί τε τὸ δέον, οὐδενὸς ἥσσων ἐγένετο, καὶ πολλὰ ἀφρόνως ἔπραξεν· ἀνδρίᾳ τε ἔν τισι διέπρεψε, καὶ ὑπὸ δειλίας [z] πολλὰ ἐσφάλη· τῇ τε μεγαλοψυχίᾳ, καὶ τῇ δουλοπρεπείᾳ ἐξ ἴσου ἐχρῆτο· καὶ τά τε ἀλλότρια ἥρπαζε, καὶ τὰ οἰκεῖα προΐετο· ἠλέει τε ἀλόγως συχνούς, καὶ ἐκόλαζεν ἀδίκως πλείονας. κἀκ τούτων, ἰσχυρότατος τε ἐξ ἀσθενεστάτου, καὶ πλουσιώτατος ἐξ ἀπορωτάτου γενόμενος, οὐδετέρου αὐτῶν ἀπώναλο, ἀλλὰ καὶ τὸ κράτος τὸ τῶν Ῥωμαίων μόνος ἔξειν ἐλπίσας, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. Κλεοπάτρα δὲ, ἄπλητος μὲν ἀφροδίτης, ἄπλητος δὲ χρημάτων γενομένη· καὶ πολλῇ μὲν φιλοτιμίᾳ φιλοδόξῳ, πολλῇ δὲ καὶ περιφρονήσει θρασείᾳ χρησαμένη, τήν τε βασιλείαν τῶν Αἰγυπτίων [87] ὑπ' ἔρωτος ἐκτήσατο, [88] καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων λήψεσθαι δι' αὐτοῦ ἐλπίσασα, ταύτης τε ἐσφάλη, καὶ ἐκείνην προσαπώλεσε. δύο τε ἀνδρῶν Ῥωμαίων τῶν καθ' ἑαυτὴν μεγίστων καθεκράτησε, καὶ διὰ τὸν τρίτον ἑαυτὴν καθεχρήσατο. οὗτοι μὲν δὴ τοιοῦτοί τε ἐγένοντο, καὶ οὕτως ἀπήλλαξαν. τῶν δὲ δὴ παίδων αὐτῶν, [89] Ἄντυλλος μὲν, καίτοι τήν τε [90] τοῦ Καίσαρος θυγατέρα ἐγγεγυημένος, καὶ [91] ἐς τὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἱερῶον, ὃ ἡ Κλεοπάτρα ἐπεποιήκει, καταφυγών, εὐθὺς ἐσφάγη. [92] Καισαρίων δὲ ἐς Αἰθιοπίαν φεύγων, καθελήφθη τε ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ διεφθάρη. [93] ἥ τε Κλεοπάτρα [a] Ἰόβᾳ τῷ τοῦ Ἰόβου παιδὶ συνῴκησε. τούτῳ γὰρ ὁ Καῖσαρ τραφέντι τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ,

15. Ita Antonius ac Cleopatra, multorum malorum Ægyptiis juxta ac Romanis autores, & bellum gesserunt, & mortem oppetierunt, ac eodem modo conditi, in eadem arca sepulti sunt. Fuit autem hæc utriusque animi natura, & vitæ fortuna: Antonius quidem perspicacia eorum quæ ex usu essent nemini concessit, idem tamen multa egit imprudenter: in nonnullis rebus fortitudine claruit, multas propter timiditatem infeliciter gessit: animo fuit perinde magno & humili: aliena rapiebat, sua prodigebat: multos præter rationem miserabatur, plures injuste plectebat. His artibus ex infirmissimo potentissimus, ex pauperrimo ditissimus factus, neutro bono usus est: sed quum solus Romanorum imperio potiri cuperet, se ipsum interfecit. At Cleopatra modum neque rei Venereæ, neque avaritiæ statuere noverat: multa contentione ambitiosa honoris, multa etiam temeraria arrogantia utens, regnum Ægyptium amore paraverat, ac eadem arte Romanum quoque adipisci sperans, non hoc tantum excidit, sed & suum insuper perdidit. Quumque duos viros Romanos, suo tempore maximos, sub se redegisset, propter tertium necem sibi ipsa conscivit. Hæc illorum & vita fuit, & exitus. Ex liberis autem eorum Antyllus, quanquam ei Cæsaris erat desponsata filia, isque in patris ejus sacellum a Cleopatra factum confugerat, statim jugulatus est: Cæsario autem in Æthiopiam fugiens, interceptus in itinere, periit: porro Cleopatra Jubæ, Jubæ filio, in matrimonium tradita est. Hunc Jubam

A.U.C. 724. C. Cæs. IV. & M. Crasso COSS.

[z] πολλά. συχνά, V. a. [a] Ἰόβᾳ, Ἰόβου. Ἰούβᾳ, Ἰούβου, V. a. b. sed alias semper per ὁ scriptum reperitur nomen p. 214. C. 215. A. D. 217. B. nisi quod infra p. 514. D. Ἰούβα legitur apud Leunclavium. præstat tamen constantem scriptionem eligere.

Varro I. rerum humanarum apud Priscianum lib. X. p. 894. *Ut habent Pharii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Psylli, quorum ophiogeneon si arbitrantur suppositum esse in stirpe aliquem, admovent ut pungat colubra, cum pupugerit, si de genere sit, vivere, si non sit, mori. —— admota aspis, cum pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum stirpe esse.* Idem ex Varrone Plinius VII. 2. Hist. & Solinus aliique, Joh. Tzetzes Chiliad. IV. 345.

Ἐκ τῶν Λιβύων (Λίβυς γὰρ) ὅπερ καλοῦνται ψύλλοι
ἄνπερ ὑπόπλως ἔχωσι περὶ τὴν τεκνουργίαν,
Ἐν κιβωλίῳ κλείουσι κεράσας καὶ τὸ βρέφος &c.

§ 85. (l. 61.) ἔν τε τῷ αὐτῷ τρόπῳ] Sueton. Augusto c. 17. *Ambobus communem sepulturæ honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici jussit.*

§ 86. (l. 63.) ὁ μὲν συνεῖναί τε τὸ δέον] Characterem animi Antonii, miro virtutum ac vitiorum certamine Romanis facessentem negotia, & sibi exitium parantem, eleganti imagine Dio paucis exprimit, quod uberius facit Plutarchus atque in vitiis ejus præsertim disertus Cicero, & in præclaris illius dotibus exponendis haud minus industrius recens sed insignis scriptor Gallus, Abbas de saint Real, in opusculis editis Gallice T. II. p. 276 sqq. *Considerations sur Antoine.*

§ 87. (l. 77.) ὑπ' ἔρωτος] Regnum Ægypti contra fratrem Ptolemæum Cleopatra obtinuit, Cæsaris primum p. 205. E. deinde Antonii amoribus p. 371. B. 411. B. 416. A.

§ 88. (l. 77.) καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων] Pag. 421. A.

§ 89. (l. 83.) Ἄντυλλος μὲν] *Antullus* velut *Antonillus*, ut notatum Jacobo Perizonio c. 3. Animadversionum Historic. Hunc susceptum sibi ex Fulvia Antonius jam (licet minore adhuc natu) inter viros, ut Cleopatra Cæsarionem, retulerat, quod præcipue perniciem utrique attulisse Dio monet p. 446. C. Suetonius Augusto c. 17. Antonium juvenem majorem de duobus Fulvia genitis (minorem enim *Julium*, de quo mox infra Dio, Augustus servavit) *simulacro divi Julii, ad quod post multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit.*

§ 90. (l. 84.) τοῦ Καίσαρος θυγατέρα] Supra p. 390. D. Meminit & Suetonius Augusto c. 63. Hæc est quæ deinde Getisoni promissa Getarum regi, nupta postea Marcello, inde M. Agrippæ, & post horum obitum Tiberio Imperatori.

§ 91. (l. 84.) ἐς τὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡρῷον] De Romano sacello Julii Cæsaris, qui pater Augusti per adoptionem erat, vide p. 460. A. 337. D. 338. B. 456. D. 459. D. Conditum exstabat in foro, eo loco in quo crematum corpus ejus fuerat, ornatumque simulacro, unde & hic ad simulacrum Julii confugisse Antyllum jam ex Suetonio vidimus. Tributum autem heroo Cæsaris jus ἀσυλίας sive impunitatis p. 338. B. perinde ut de plerisque aliis templis altaribusque & simulacris Deorum, & deinceps etiam Imperatorum statuis, sexcenti scriptores testantur. Ratione tamen poscente, etiam illud ἀσυλίας jus neglectum esse constat, ut a Salomone Rege pridem, qui Joabum cornua altaris tenentem jussit interimi, 1 Reg. II. 31. non injuria, cum jus illud cum exceptione Moses ipse sanxisset Exod. XXI. 14. Ceterum Theodorus, Antylli pædagogus, qui illum ad necem prodidit, dignum tulit perfidiæ suæ præmium. Cum enim interim, dum milites Antyllum obtruncarent, pretiosam collo ejus gemmam detraxit abstulitque, deprehenso quod inficiatus erat furto, in crucem actus est. vide Plutarchum p. 953.

§ 92. (l. 86.) Καισαρίων εἰς Αἰθιοπίαν φεύγων] Ptolemæum Cæsarionem, ex Julio Cæsare natum, (supra p. 345. E.) mater Cleopatra cum magnis pecuniis per Æthiopiam in Indiam miserat: sed & hunc, teste Plutarcho, Rhodon pædagogus, ut in Augusti potestatem perveniret, induxit, & Arius Philosophus ut eum tolleret e medio, persuasit, objectans dictum οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, alludens ad Iliad. β. v. 204. ad quod conf. Jac. Duporti Gnomologiam Homericam p. 10. sq. Suetonius Augusto c. 17. *Item Cæsarionem, quem ex Cæsare patre Cleopatra concepisse prædicabat, retractum e fuga supplicio affecit.*

§ 93. (l. 88.) ἥ τε Κλεοπάτρα Ἰόβᾳ] De hac Cleopatra Selene, Antonii & Cleopatræ filia, supra p. 411. B. Plutarchus p. 955. Κλεοπάτραν μὲν τὴν ἐκ Κλεοπάτρας Ἰόβᾳ τῷ χαριεστάτῳ βασιλέων

A.U.C.724 C.Cæſ. IV. & M.Craſſo COSS.

Jubam Cæſar in Italia educatum, ac ſuam militi-90 am ſecutum, hac Cleopatra, regnoque paterno donavit: hisque etiam Alexandrum & Ptolemæum conceſſit. Sororis ſuæ filiabus, quas ex Antonio ſuſceperat Octavia, ac nutriverat, pecunias ex bonis paternis tribuit. Iulo, Antonii & Fulviæ filio, libertos ejus confeſtim ea omnia dare juſſit, quæ morientes ei relinquere legibus jubebantur.

16. Qui Antonii adhuc rebus faviſſent, eorum alios ſupplicio affecit, alios venia, vel ſua ſponte, vel amicis intercedentibus, donavit. Quumque 1 inveniſſet apud Antonium permultos principum ac regum liberos, alios obſidum nomine, alios per contumeliam educatos: eorum partem domum remiſit, partem conjugio invicem copulavit, alios retinuit. Ego, cæteris omiſſis, duo 5 tantum exempla ejus rei nominatim commemorabo. Jotapen regi Medorum, qui ad ſe poſt devictum Antonium confugerat, ultro reddidit: Artaxæ autem, quia is Romanos, qui in Arme-10 nia ſuperfuerant, occidiſſet, fratres ſuos quantumvis petenti non remiſit. Hæc de cæteris ſtatuit. Ægyptiis autem Alexandrinisque univerſis ignovit, ac nullum eorum occidit: cujus cauſa vera hæc

Ἰταλίᾳ, καὶ συνεραιρευσαμένῳ οἱ, ταύτην τε καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔδωκε, καὶ αὐτοῖς καὶ [94] τὸν Ἀλέξανδρον τόν τε Πτολεμαῖον ἐχαρίσατο. [95] ταῖς τε ἀδελφιδαῖς, ἃς ἐκ τοῦ Ἀντωνίου ἡ Ὀκταουία ἀνήρητό τε καὶ ἐτεκρόφει, χρήματα ἀπὸ τῶν πατρῴων ἀπένειμε. [b] καὶ [96] τῷ Ἰούλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου τῆς τε Φουλουίας υἱεῖ, τοὺς ἐξελευθέρους αὐτοῦ πάνθ' [97] ὅσα τελευτῶντας σφᾶς καταλιπεῖν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους ἔδει, παραχρῆμα δοῦναι ἐκέλευσε.

Τῶν τε ἄλλων τῶν τὰ τοῦ Ἀντωνίου μέχρι τότε πραξάντων, τοὺς μὲν ἐκόλασε, τοὺς δὲ ἀφῆκεν, ἢ δι' ἑαυτὸν, ἢ διὰ τοὺς φίλους. ἐπειδή τε συχνοὶ παρ' αὐτῷ καὶ [98] δυναστῶν καὶ βασιλέων παῖδες, οἱ μὲν ἐφ' ὁμηρείᾳ, οἱ δὲ καὶ ἐφ' ὕβρει τρεφόμενοι εὑρέθησαν, τοὺς μὲν οἴκαδε αὐτῶν ἀπέστειλε, τοὺς δὲ ἀλλήλοις συνῴκισεν, ἑτέρους τε καθέσχεν. ὧν ἐγὼ τοὺς μὲν ἄλλους ἐάσω, δύο δὲ δὴ μόνον ὀνομασὶ μνηθήσομαι. τὴν μὲν γὰρ [99] Ἰωτάπην τῷ Μήδῳ, καταφυγόντι μετὰ τὴν ἧτταν πρὸς αὐτὸν, ἑκὼν ἀπέδωκε, τῷ δ' [100] Ἀρτάξῃ τοὺς ἀδελφοὺς, καίπερ αἰτήσαντι, οὐκ ἔπεμψεν, ὅτι τοὺς ὑπολειφθέντας Ῥωμαίους ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ ἀπεκτόνει. περὶ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους τοιαῦτα ἐγίγνετο. τῶν δὲ Αἰγυπτίων τῶν τε Ἀλεξανδρέων πάντων ἐφείσατο, ὥστε μὴ διολέσαι τινά· τὸ μὲν ἀληθὲς, ὅτι

b καὶ τῷ Ἰουλίῳ. sic ſcribendum eſſe pro Ἰούλλῳ monuit X. neque tamen hic in textum recepta eſt lectio. ut p. 539. E. equidem Ἰούλῳ rectius ſcribi infra oſtendam, quod cum Ἰούλλῳ æque convenit.

βασιλέων συνῴκισεν. Hic eſt Juba, qui puer admodum cum Juba parente, Mauritaniæ ac Numidiæ rege, Pompeji ſecuto partes, in triumpho ductus eſt a Julio Cæſare, poſtea Auguſti juſſu regnavit, atque ex conjuge ſua Cleopatra Ptolemæum ſuſcepit, Mauritaniæ utriusque Regem. vide Reineri Reineccii Hiſtoriam Juliam T. III. p. 345. ſq. Sponii Miſcellanea p. 146. ſq. & de Jubæ hujus eruditiſſimi & ἱστορικωτάτου Regis ſcriptis, accuratam Clariſſimi Sevini Diſſertationem inſertam Memoriis ſive Commentariis Academiæ Regiæ inſcriptionum, Pariſ. Gallice editis T. VI. p. 144. ſq. Pro regno paterno deinde Jubæ huic partem Gætuliæ, & Bochi, Bogudisque regiones, dedit Auguſtus, ut dicetur infra p. 514. D.

§ 94. (l. 91.) τὸν Ἀλέξανδρον τόν τε Πτολεμαῖον] *Alexander* gemellus cum Cleopatra juniore, & *Ptolemæus* cognomento Philadelphus, quos ambos ex Cleopatra ſuſcepiſſe notavit Dio p. 411. D.

§ 95. (l. 92.) ταῖς τε ἀδελφιδαῖς] Antonii & Octaviæ, Auguſti ſororis, filiabus, *Antoniæ majori*, quæ deinde L. Domitio Ænobarbo avo Neronis Imp. & *Antoniæ minori*, quæ Neroni Claudio Druſo nubſit, patri Claudii Imperatoris. vide Plutarchum p. 955.

§ 96. (l. 95.) τῷ Ἰουλίῳ] Julius hic Antonius functus poſtea prætura, infra p. 539. E. tandem tamen, quod cum Julia rem habuiſſet, velut imperio inhians, Auguſto jubente interfectus eſt. p. 555. B.

§ 97. (l. 96.) ὅσα τελευτῶντας σφᾶς] Legibus Romanis jubebantur liberti, pro modo facultatum, (niſi eſſent illis liberi) Patronis teſtamento, vel ab inteſtato, relinquere dimidiam partem bonorum, vel etiam majorem, minoremve. vide quæ viri docti ad Inſtitutiones Juſtinianeas III. 8. de ſucceſſione libertorum, & ad Digeſta XXXVIII. 2. de bonis libertorum, nec non ad hæc Suetonii Nerone c. 32. *ante omnia inſtituit, ut e libertorum defunctorum bonis pro ſemiſſe dodrans cogeretur.* Etiam ad liberos patroni bona liberti pertinere, notavit Ulpianus tit. 27. & 29. & Paulus III. 2. ſententiarum.

§ 98. (l. 2.) δυναστῶν καὶ βασιλέων παῖδες] Antonius, teſte Plutarcho p. 942. ad ſubſidium ſibi in bello ferendum mandata miſerat βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις καὶ τετράρχαις, ἔθνεσί τε καὶ πόλεσι πάσαις ταῖς μεταξὺ Συρίας καὶ Μακεδονίας καὶ Ἀρμενίας καὶ Λαυρίων (lege cum Clariſſ. Dacerio Ἰλλυρίων) Et p. 944. memorantur βασιλεῖς ὑπήκοοι Bocchus Libyæ, Tarcondemus ſuperioris Ciliciæ, Cappadociæ Archelaus, Paphlagoniæ Philadelphus, Commagenæ Mithridates, Adallas Thraciæ, Polemo Ponti, Malchus Arabum, Herodes Judæus, Amyntas Lycaonum ac Galatiæ Rex, & cujus nomen ibi non addit, Rex Medorum.

§ 99. (l. 7.) Ἰωτάπην τῷ Μήδῳ] Confer dicta ſupra p. 418. A. 415. Medorum huic regi nomen Ἀρταουάσδης apud Plutarchum p. 939. ſive ut in Appiani codicibus p. 138. & 168. Parthic. & apud Dionem p. 128. A. Ἀρταβάζης. Vocatur autem ibi Armenius, quia cum Media Atropatene, Armeniæ partem tenebat: ideo ingentem equitatum adduxiſſe e Media dicto Plutarchi loco traditur.

§ 100. (l. 9.) Ἀρτάξῃ] Regis Artabazis filio, natu majori, de quo p. 415. C. Alius Artaxas, poſt cujus mortem Armeniam Arſaci filio ſuo dedit Artabanus Parthorum Rex, p. 637. E.

§ 101. (l. 18.) τόν τε θεὸν τὸν Σάραπιν] Hunc pro deo non Alexandrini tantum & ceteri Ægyptii ſingulari proſecuti ſunt veneratione, ſed ab A. U. C. 696. etiam Romani colere cœperunt. vide Ludov. Carrionem libro & c. I. emendationum, & Triſtanum T. II. p. 189. Templum Serapidis Alexandriæ fuit usque ad Theodoſii M. tempora, quibus dirutum illud narrat Rufinus lib. II. Hiſt. Eccleſ. c. 23. & indignantur Eunapius in Ædeſio p. 64. Propter religionem Dei Serapidis jucundam ſibi fuiſſe peregrinationem Alexandrinam teſtatus eſt Severus Imper. teſte Spartiano in ejus vita c. 17.

§ 102. (l. 19.) Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστήν] Julianus Epiſtola 10. ad Alexandrinos (apud Socratem III. 3. Hiſt.) Alexandrum Magnum urbis conditorem cum Sarapi conjungit: εἰ μὴ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν ὑμῶν, καὶ πρό γε τούτου τὸν Θεὸν μέγαν Σάραπιν αἰδεῖσθε. Idem Julianus Epiſt. 51. ὁ Σεβαστὸς δὲ ἐπιδημήσας ὑμῶν τῇ πόλει, καὶ πρὸς τοὺς ὑμετέρους πολίτας διαλεχθεὶς, ἄνδρες, εἶπεν, Ἀλεξανδρεῖς, ἀφίημι τὴν πόλιν αἰτίας πάσης, αἰδοῦς τοῦ μεγάλου θεοῦ Σαράπιδος, αὐλοῦ τε ἕνεκα τοῦ δήμου καὶ τοῦ μεγέθους τῆς πόλεως. αἰτία δέ μοι τρίτη τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας καὶ ὁ ἑταῖρος Ἄρειος. ἦν δὲ ὁ Ἄρειος οὗτος πολίτης μὲν ὑμέτερος, Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ συμβιωτὴς, ἀνὴρ φιλόσοφος. De nobiliſſimæ hujus Ægypti urbis originibus, quæ Alexandriæ adpellationem ex nomine auctoris ſui traxit, vide quæ viri docti ad Curtium IV. 8.

§ 103. (l. 20.) Ἄρειον τὸν πολίτην] Arius ſive Areus Alexandrinus, Philoſophus Stoicus, Auguſto ac Mæcenati dilectus, cum quo Auguſtus etiam colloquens, & manu eum tenens, Alexandriam victor invectus fuit, ut teſtatur Plutarchus in Antonio p. 952. vide & Dionem infra p. 491. A. Ælianum XII. 25. Var. & quæ viri docti ad Sueton. c. 89. ubi Auguſtum Arei filiorumque ejus Dionyſii & Nicanoris contubernium iniiſſe refert. Sæpe gratiæ, qua Areus apud Auguſtum valuit, mentionem fecit Themiſtius in orationibus p. 63. 108. 130. 145. 173. editionis Harduinianæ.

§ 104. (l. 21.) τόν γε λόγον ἑλληνιεῖ] Hanc orationem, quam latine ipſe conceperat, ab Ario, ut videtur, Græce reddi-

tamen

τι οὐκ ἠξίωσε τοσούτους τε αὐτοὺς ὄντας, καὶ χρησιμωτάτους τοῖς Ῥωμαίοις ἐς πολλὰ ἂν γενομένους, ἀνήκεστόν τι δρᾶσαι· πρόφασιν δὲ ὅμως προὐβάλλετο, [101] τόν τε θεὸν τὸν Σάραπιν, καὶ τὸν [102] Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν αὐτῶν, καὶ τρίτον, [103] Ἄρειον τὸν πολίτην, ᾧ που φιλοσοφοῦντί τε καὶ συνόντι οἱ ἐχρῆτο. καὶ [104] τόν γε λόγον, δι' οὗ συνέγνω σφίσιν, ἑλληνιεῖ, ὅπως συνῶσιν αὐτοῦ, εἶπε. καὶ μετὰ ταῦτα τὸ μὲν τοῦ [105] Ἀλεξάνδρου σῶμα εἶδε, καὶ αὐτοῦ καὶ προσήψατο, ὥστε τι [c] τῆς ῥινὸς, ὥς φασι, θραυσθῆναι. [106] τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων, καί τοι τῶν Ἀλεξανδρέων σπουδῇ βουληθέντων αὐτῷ δεῖξαι, οὐκ ἐθεάσατο· εἰπὼν ὅτι, "Βασιλέα, ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησα." καὶ οὐ τῆς αὐτῆς ταύτης αἰτίας, [107] οὐδὲ τῷ Ἄπιδι ἐντυχεῖν ἠθέλησε· λέγων, "Θεοὺς ἀλλ' "οὐχὶ βοῦς προσκυνεῖν εἰθίσθαι." 455

Ἐκ δὲ τούτου τήν τε [108] Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, καὶ [109] τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ ἐπέτρεψε. πρός τε γὰρ τὸ πολύανδρον καὶ τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας, καὶ πρὸς [110] τὸ ῥᾴδιον τό, τε κοῦφον τῶν τρόπων αὐτῶν, [111] τήν τε σιτοπομπείαν καὶ τὰ χρήματα, [112] οὐδενὶ βουλευτῇ οὐχ ὅπως ἐγχειρίσαι αὐτὴν ἐτόλμησεν, [113] ἀλλ' οὐδὲ

hæc fuit, quod nolebat tantam hominum multitudinem, qui multis in rebus magnopere Romanis profuturi essent, extremis malis afficere: prætendebat autem huic suæ clementiæ causam aliam, videlicet deum Serapin, Alexandrumque urbis conditorem, tertiumque præter eos Arium Alexandrinum civem, cujus in philosophia opera ac contubernio utebatur. Orationem autem, qua causam veniæ ipsis datæ exponeret, Græce habuit, ut intelligi ab ipsis posset. Deinde corpus Alexandri inspexit, idque attrectavit, ita ut nasi quoque, ut fertur, particula aliqua frangeretur: Ptolemæorum autem corpora, quanquam ea ostendere Alexandrini enixe volebant, non spectavit: "Regem se, non mortuos voluisse videre, dicens. „ Eademque de causa Apim quoque noluit accedere. "Deos se, non boves, adorare consuevisse perhibens. „ A.U.C. 724 C. Cæs. IV. & M. Crasso COSS.

17. Ægyptum autem postea fecit tributariam, eique Cornelium Gallum præfecit. Multitudo sane hominum, cum in urbibus, tum per agros, morum etiam mobilitas & levitas, tum frumenti ad urbem subvectio & pecuniæ vis, efficiebant, ut non modo committere provinciam senatori nulli auderet, sed & peregre ibidem agendi potestatem,

[c] ὥστε τι τῆς ῥινός. ὥστε τι καὶ τῆς ῥινός, Xiph.

*tamen ut aut loqueretur expedite, aut componere aliquid audere*t. *Nam &, si quid res exigeret, latine formabat, vertendumque alii dabat.* teste Suetonio c. 89. August. Argumentum hujus orationis p. 952. sq. Plutarchus tangit his verbis: *εἰς δὲ τὸ γυμνάσιον εἰσελθών, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ βῆμά τι πεποιημένον, ἐκπεπληγμένων ὑπὸ δέους ἀνθρώπων, καὶ προσπιπλόντων, ἀνασῆσαι κελεύσας, ἔφη, πάσης αἰτίας τὸν δῆμον ἀφιέναι, πρῶτον μὲν διὰ τὸν κλιστὴν Ἀλέξανδρον, δεύτερον δὲ τῆς πόλεως θαυμάζων τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, τρίτον δὲ Ἀρείῳ τῷ ἑταίρῳ χαριζόμενος.*

§ 105. (l. 24.) Ἀλεξάνδρου σῶμα] Suetonius c. 18. *Per idem tempus conditorium & corpus magni Alexandri cum prolatum e penetrali subjecisset oculis, corona aurea imposita ac floribus aspersis veneratus est.* Ptolemæus Lagi corpus Alexandri Babylone defuncti Alexandriam pertulerat, ibique aurea conditum theca sepelierat. Sed pro aurea, nescio quis, vitream deinde subjecit, ut narrat Strabo XIII. p. 546. Igitur & in vitrea arca Alexandrum Augustus conspexit. Interjecto tempore Imperator Severus Alexandri monumentum occlusit, ne a quoquam conspici amplius posset. vide Dionem infra p. 856. B.

§ 106. (l. 26.) τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων] Idem Suetonius: *consultusque, num & Ptolemæum* (corpora & conditoria) *inspicere vellet, regem ait se voluisse videre, non mortuos.*

§ 107. (l. 30.) οὐδὲ τῷ Ἄπιδι] Bos in Ægypto numinis vice cultus, Apis, niger, candicante in fronte macula, de quo Herodotus III. 28. sq. ubi occisum narrat a Cambyse, uti alium immolatum ab Ocho Ælianus IV. 8. Var. Idem diligentissime de notis quibus dignoscitur, & de cultu ejus XI. 10. Historiæ animalium. *Rara nascitur*, inquit Mela lib. I. c. 9. *nec coitu pecoris, ut ajunt, sed divinitus & cœlesti igne conceptus.* (Herodotus Αἰγύπτιοι λέγουσιν, σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν καλιχεῖν, καὶ μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἄπιν) *Diesque, quo gignitur, genti maxime festus est.* Scholion in Codice MSto Bibliothecæ Coislinianæ apud Celeb. Montfauconum p. 194. Ὅθεν καὶ ἑορτὴν ἐποιοῦντό οἱ Αἰγύπτιοι, ὡς Θεοῦ αὐτοῖς ἐνδημήσαντος, καὶ παραλλάσσουσι τῷ βοΐ ἐν φάτνῃ παιδιαῖσιν πολλὴν εὐωχοῦντες τὸν Θεὸν αὐτῶν. De augurio, quod Apin visentes capiebant, Laërtius VIII. 91. refert, Apin, Eudoxi pallium lambendo, instantem ei mortem significasse, & Plinius VIII. 46. *Responsa privis dat, e manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum aversatus est, haud multo postea extincti.* Idem tradunt Solinus c. 32. & Ammianus Marcellinus XXII. 14. qui natales Apis a sacerdotibus Memphi celebratos etiam testatur 15. p. 336. Ansam colendi bovis Ægyptiis videtur primum dedisse Mycerinus Rex, qui teste Herodoto II. 129. extinctæ filiæ corpus ligneæ vaccæ inauratæ inclusit, & hanc luminibus & odoribus qui adolebantur quotidie honorandam exposuit, vide iconem veterem quam in sua Herodoti editione exhibet V. C. Jac. Gronovius post paginam 138. Alia de Apide ejusque cultu Joh. Marshamus p. 60. sq. Canonis Chronici.

§ 108. (l. 33.) Αἴγυπτον ὑποτελῆ] Sueton. Augusto c. 18. *Ægyptum in provinciæ formam redactam.* Hoc facere veritus fuerat Julius Cæsar, *ne quandoque violentiorem præsidem nacta novarum rerum materia esset.* Id. Cæsare c. 35.

§ 109. (l. 34.) τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ] Cornelius Gallus eques Romanus, ingenii laude clarissimus, & Virgilio qui ei eclogam decimam inscripsit amicus, tam gratiosus etiam apud Augustum fuit, ut primus ab eo præficeretur Ægypto, sub titulo ὑπάρχου sive præfecti Augustalis, qui Regis loco esset, ut Strabo & Tacitus testantur. Quam male autem Gallus exspectationi Augusti responderit, refert Dio infra p. 512. D.

§ 110. (l. 36.) τὸ ῥᾴδιον τό, τε κοῦφον τῶν τρόπων αὐτῶν] Vide quæ viri docti ad hæc Curtii IV. 1. 30. *Ægyptii vana gens, & novandis quam gerendis aptior rebus.*

§ 111. (l. 37.) τήν τε σιτοπομπείαν] Vide quæ viri docti ad Plinii Panegyricum c. 30. & 31. & Aurel. Victorem capite de Augusto, ubi testatur, ex Ægypto urbi Romæ illata annua modium ducenties centena millia. De Ægypti opibus plura Herodotus, Diodorus & Strabo, qui XVII. p. 798. ex Cicerone reditus annuos Ptolemæi Auletæ computat talentis 12500.

§ 112. (l. 38.) οὐδενὶ βουλευτῇ] Jam pridem Alexander, Ægypti subactæ imperium uni submittere veritus, in plures præfecturas divisit, teste Arriano lib. III. p. 165. qui subjungit, hoc consilium deinde imitatos Romanos, καὶ Ῥωμαῖοι δοκοῦσι παρ' Ἀλεξάνδρου μαθόντες ἐν φυλακῇ ἔχειν Αἴγυπτον, καὶ μηδένα τῶν ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ τῷδε ἐκπέμπειν ὕπαρχον Αἰγύπτου, ἀλλὰ τῶν ἐς τοὺς ἵππέας σφίσι ξυντελούντων. Tacitus lib. I. Hist. c. 11. *Ægyptum, copiasque quibus coercetur, jam inde a divo Augusto equites Romani obtinent loco Regum. Ita visum expedire: provinciam aditu difficilem,* (ὀχυρότητα vocat Arrianus) *annonæ fecundam, superstitione ac lascivia discordem & mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum domi retinere.* Conf. quæ Dio infra p. 504. C. Strabo XVII. p. 797. ἐπαρχία δὲ νῦν ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη, τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. ὁ μὲν δὴ πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν· ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, (Juridicus) ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος· ἄλλος δέ ἐστιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων, καὶ τῶν ἂς Καίσαρα πάσχειν ὀφαλόντων ἐξέλασιν ἔχει. παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα.

§ 113. (l. 39.) ἀλλ' οὐδὲ ἐπιδημεῖν αὐτῇ] Idem Tacitus Annalium II. c. 59. cum narrasset, Germanicum a Tiberio increpatum acerrime, quod contra instituta Augusti, non sponte principis, Alexandriam introisset, *nam Augustus*, inquit, *inter alia dominationis*

A.U.C.724 C. Cæs. IV. & M. Crasso COSS.

tem, nisi ipse nominatim alicui dedisset, senatoribus adimeret. Sed nec ulli Ægyptiorum senatorem esse Romæ permisit: & cæteris quidem urbibus suum cuique senatum concessit, apud Alexandrinos vero sine senatoribus rempublicam administrari jussit. Tanto scilicet studio rerum novarum eos credidit teneri. Quæ quidem eo tempore constituta, quoad reliqua omnia hodieque constant: senatores autem Alexandriæ sunt, & esse cœperunt sub Severo imperatore: Alexandrinique in senatum etiam Romanum adscripti sunt primum a filio hujus Antonino. Hoc pacto Ægyptus in servitutem redacta est, omnibus, qui aliquamdiu restitissent, subactis: quod ipsis divinitus etiam evidenter præmonstratum fuit. Nam & pluit iis in locis, in quibus ante nulla unquam gutta deciderat; idque non aqua tantum, sed & sanguine: simul & arma in nubibus, unde pluvia delapsa erat, apparuerunt: sonitusque ab alia parte tympanorum ac cymbalorum, fistularumque & tubarum voces exauditæ sunt. Draco quidam immodicæ magnitudinis, repente apud Ægyptios visus, immensum sibilavit: apparueruntque eodem tempore cometæ, & mortuorum imagines: simulacraque tristitiam præ se tulerunt, & Apis lugubrem mugitum ac lacrymas edidit. Cæterum magna pecuniæ vis in regia reperta est, quod omnia fere etiam sanctissimorum templorum donaria sustulerat, ac Romanis prædam sine ipsorum scelere aliquo adauxerat Cleopatra: multæ etiam ab iis, qui crimenis alicujus rei fierent, exigebantur pecuniæ: ac reliquis seorsum omnibus, quibus crimen nullum objici poterat, sextans bonorum imperabatur. Inde omnibus militibus stipendia debita numerata sunt: qui vero tum quoque cum Cæsare erant, ducenos quingenos singuli denarios acceperunt insuper, ne urbem diriperent: omnibus etiam mutuum, quod ante dedissent, exsolutum

οὐδὲ ἐνεπιδημεῖν αὐτῇ ἐξουσίαν ἔδωκεν, ἂν μή τινι αὐτὸς ὀνομασὶ συγχωρήσῃ. οὐ μέντοι οὐδ' ἐκείνοις βουλεύειν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφῆκεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις ὡς ἑκάστοις, [114] τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσε· τοσαύτην που νεωτεροποιΐαν αὐτῶν καὶ ἔγνω. καὶ σφῶν οὕτω τότε ταχθέντων, τὰ μὲν ἄλλα καὶ νῦν ἰσχυρῶς φυλάσσεται, [115] βουλεύουσι δὲ δὴ καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ Σευήρου αὐτοκράτορος ἀρξάμενοι, καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ, [116] ἐπ' d Ἀντωνίνου τοῦ υἱέος αὐτοῦ πρῶτον ἐς τὴν γερουσίαν e ἐσγραφέντες. Αἴγυπτος μὲν οὕτως ἐδουλώθη. πάντες γὰρ οἱ ἀντισχόντες αὐτῶν χρόνον τινὰ, ἐχειρώθησαν, ὡς που καὶ τὸ δαιμόνιον σφίσιν ἐναργέσατα f προέδειξεν. ὗσέ τε γὰρ οὐχ ὅπως ὕδατι, [117] ἔνθα μηδὲ ἐψέκασέ πω, ἀλλὰ καὶ αἵματι. ταῦτά τε ἅμα ἐκ τῶν νεφῶν ἐξέπιπτε, καὶ ὅπλα προεφαίνετο. κτυπήματά τέ τινα ἐτέρωθι καὶ [118] τυμπάνων καὶ κυμβάλων, καὶ βοήματα καὶ αὐλῶν καὶ σαλπίγγων ἐγίγνετο. καί τις δράκων ὑπερμεγέθης, ἐξαίφνης σφίσιν ὀφθεὶς, ἀμήχανον ὅσον ἐξεσύρισε. καὶν τούτῳ καὶ ἀστέρες κομῆται ἐωρῶντο, καὶ νεκρῶν εἴδωλα g ἐφαντάζετο. [119] τά τε ἀγάλματα ἐσκυθρώπασε, καὶ ὁ Ἆπις ὀλοφυρτικόν τι ἐμυκήσατο, καὶ κατεδάκρυσε. ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἐγένετο. χρήματα δὲ πολλὰ μὲν ἐν τῷ βασιλικῷ εὑρέθη· (πάντα γὰρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἱερῶν ἀναθήματα ἡ Κλεοπάτρα ἀνελομένη, συνεπλήθυσε τὰ λάφυρα τοῖς Ῥωμαίοις, ἄνευ τινὸς οἰκείου αὐτῶν μιάσματος·) πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑκάστου τῶν αἰτιαθέντων τι ἠθροίσθη. καὶ χωρὶς οἱ λοιποὶ πάντες, ὅσοι μηδὲν ἴδιον ἔγκλημα λαβεῖν ἐδύναντο, [120] τὰ δύο μέρη τῶν οὐσιῶν ἠτήθησαν. καὶ ἀπ' αὐτῶν πάντες μὲν οἱ στρατιῶται τὰ ἐποφειλόμενα σφίσιν ἐκομίσαντο, οἱ δὲ δὴ καὶ τότε τῷ Καίσαρι συγγενόμενοι, πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς, ὥστε μὴ διαρπάσαι τὴν πόλιν, προσεπέλαβον. τοῖς τε προδανείσασί τι, πάντα

d Ἀντωνίνου. sic pro vulgato Ἀντωνίου scribendum esse monuit X. quod recipi in textum potuisset etiam tacentibus codd. MSS. si quis tamen horum desiderat auctoritatem, provoco ad V. a. *e* ἐσγραφέντες. emendatio Xyl. recepta jam ab HS. & L. pro ἐσγράφοντες apud RS. *f* προέδειξεν. προυπέδειξεν, Xiph. *g* ἐφαντάζετο. ἐφαντάζοντο, Xiph. sed & ibi rectius singulari numero Coisl. & Br.

dominationis arcana, vetitis nisi permissu ingredi senatoribus, aut equitibus Romanis illustribus, sepossuit Ægyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam, claustraque terræ ac maris, quamvis levi præsidio adversum ingentes exercitus insedisset.

§ 114. (l. 43.) τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν] Sicut olim Capuam Campanorum captam a Romanis, ut narrat Livius XXVI. 16. *habitari tantum, tanquam urbem, frequentariaque placuit, corpus nullum civitatis, nec senatus nec plebis concilium, nec magistratus esse: sine consilio publico, sine imperio, multitudinem, nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore: præfectum, ad jura reddenda, ab Roma quotannis missuros.* De Juridico Alexandriæ, quem δικαιοδότην Strabo appellat, vide Digesta lib. I. tit. 20. & Codicem Justinianeum lib. I. tit. 58.

§ 115. (l. 47.) βουλεύουσι δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ] Spartianus in vita Severi c. 17. *Deinde Alexandrinis jus bulevtarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, ante vivebant, uno judice contenti quem Cæsar dedisset.* Ad quem locum Casaubonus annotat, curiæ Alexandrinæ mentionem fieri in codice Justinianeo de decurionibus lib. X. tit. 31. §. 56. sqq.

§ 116. (l. 49.) ἐπ' Ἀντωνίνου τοῦ υἱέος αὐτοῦ] Severi filius Antoninus Caracalla, idem cujus constitutione omnes in orbe Romano qui essent, cives Romani effecti sunt, de qua ad excerpta e Dione Valesius p. 745.

§ 117. (l. 55.) ἔνθα μηδὲ ἐψέκασέ πω] Hoc de Thebaide ac superiore Ægypto intelligendum. Nam in inferiore frequentes pluvias cadere, observatum est. vide quæ notavi ad Sextum Empiricum p. 133. & Iter J. Francisci Gemelli Carreri, Neapolitani, ex Italico Gallice editum, T. II. p. 194. Pluviæ sanguineæ mentio etiam infra p. 688. D.

§ 118. (l. 58.) τυμπάνων καὶ κυμβάλων] Simile prodigium supra p. 182. D. De cymbalorum usu in bello, vide Fridericum Adolphum Lampe de Cymbalis veterum lib. III. c. 18. 19.

§ 119. (l. 63.) τά τε ἀγάλματα ἐσκυθρώπασε] Imagines Deorum, superciliorum contractione indignationem, ut lacrymis aut sudore luctum & tristitiam, præ se ferentes, p. 231. C. 313. A. 525. D.

§ 120. (l. 73.) τὰ δύο μέρη τῶν οὐσιῶν] Obscurum est, quæ sint duæ partes bonorum, nisi constet quota respectu totius massæ pars quælibet habeatur. Igitur Xylander vertit *bessem*, quasi dixeris duas tertias, quod minime est credibile: Leunclavius *sextantem*, velut duas partes de duodecim. Sic τὸ ἔγδοον τῆς οὐσίας imperetum libertis p. 424. E. πεντεκοστὴ τῶν ὅλων καὶ φόρος ἐνιαυτοῦ, Appian. IV. civil. p. 609.

§ 121. (l. 84.) καὶ πόλιν ἐκεῖ] De hac Nicopoli, Augusti colonia, dictum ad p. 443. A. in Augusti numo, quem laudat Harduinus, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΚΤΙΣΤ. vide etiam Strabonem lib. VII. p. 325.

§ 122. (l. 86.) τάς τε διώρυχας] Hoc ad Ægyptum referendum, *quam ut feraciorem habiliorenique annonæ urbicæ redderet*

πάντα ἀπηλλάγη, καὶ τοῖς συμμεταχοῦσι τοῦ πολέμου καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, πάμπολλα ἐδόθη· τό, τε σύμπαν, ἡ τε ἀρχὴ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐπλουτίσθη, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐκοσμήθη.

lutum est: multa senatoribus ac equitibus, qui in belli societate fuerant, dona data sunt. In summa, imperium Romanorum ditatum est, templaque eorum exornata. A.U.C. 724 C. Cæs. IV. & M. Crasso COSS.

Ὁ δ' οὖν Καῖσαρ ὡς τάτε προειρημένα ἔπραξε, [121] καὶ πόλιν καὶ ἐκεῖ ἐν τῷ τῆς μάχης χωρίῳ συνῴκισε, καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν ἀγῶνα ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ αὐτῇ δούς· [122] τάς τε διώρυχας, τὰς μὲν ἐξεκάθηρε, τὰς δὲ ἐκ καινῆς διώρυξε, καὶ τἄλλα τὰ προσήκοντα προσδιώκησεν. ἔς τε τὴν Ἀσίαν τὸ ἔθνος διὰ τῆς Συρίας ἦλθε, [123] κἀνταῦθα παρεχείμασε, τά τε τῶν ὑπηκόων ὡς ἔκαστα καὶ τὰ τῶν Πάρθων ἅμα καθιστάμενος. στασιασάντων γὰρ αὐτῶν, [124] καί τινος Τηριδάτου τῷ Φραάτῃ ἐπανασάντος, πρότερον μέν, καὶ ἔως ἔτι τὰ τοῦ Ἀντωνίου [b] καὶ μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἀνθειστήκει, οὐχ ὅσον οὐ προσέθετό τῳ αὐτῶν συμμαχίαν αἰτησάντων, ἀλλ' [i] οὐδὲ ἀπεκρίνατο ἄλλο οὐδέν, ἢ ὅτι βουλεύσεται· πρόφασιν μὲν, ὡς καὶ περὶ τὴν Αἴγυπτον ἀσχολίαν ἔχων, ἔργῳ δὲ, ἵν' ἐκτρυχωθεῖεν ἐν τούτῳ μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. τότε δὲ ἐπειδὴ ὁ Ἀντώνιος ἐτελεύτησε, καὶ ἐκείνων ὁ μὲν Τηριδάτης, ἡττηθεὶς, ἐς τὴν Συρίαν κατέφυγεν, ὁ δὲ Φραάτης, κρατήσας, πρέσβεις ἔπεμψε, τούτοις τε φιλικῶς ἐχρημάτισε, καὶ τῷ Τηριδάτῃ βοηθήσειν μὲν οὐκ ὑπέσχετο, διατρίβεσθαι δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ἐπέτρεψεν· [125] υἱόν τέ τινα τοῦ Φραάτου ἐν εὐεργεσίας μέρει παρ' αὐτοῦ λαβὼν, ἔς τε τὴν Ῥώμην ἀνήγαγε, καὶ ἐν ὁμηρείᾳ ἐποιήσατο.

18. His actis, Cæsar, postquam eo quoque in loco, quo pugnatum fuerat, urbem condidisset, idemque ei nomen, & ludos eosdem attribuisset, quæ priori, fossas, quibus aqua ducebatur, partim expurgavit, partim novas egit: omnibusque quæ ex usu erant constitutis, per Syriam in Asiam provinciam profectus, hyberna ibi egit: simulque & subditorum omnia negotia, & Parthica composuit. Coorta enim inter Parthos erat discordia, ac quidam Teridates contra Phraaten insurrexerat: qui cum auxilium a Cæsare peterent, primum, quamdiu Antonius etiam post navalem pugnam restitit, non modo neutri auxilia misit, sed & aliud nihil quam deliberaturum se respondit, occupationem Ægyptiam prætendens; quum hoc vere ageret, ut ipsorum mutuo bello vires atterrerentur. Tunc autem Antonio mortuo, quum Teridates victus in Syriam confugisset, Phraates victor legatos ad Cæsarem misisset, Cæsar iis amice respondit: ac Teridati quidem auxilium nullum promisit, ut tamen in Syria versaretur, concessit: filiumque ab eo Phraatis beneficii loco acceptum, Romam adduxit, obsidisque loco habuit.

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἔτι πρότερον, συχνὰ μὲν καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ναυμαχίας νίκῃ οἱ ἐν οἴκῳ Ῥωμαῖοι ἐψηφίσαντο. τά τε γὰρ [126] νικητήρια αὐτῷ, [k] ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας, καὶ ἄψιδα τροπαιοφόρον ἔν τε τῷ Βρεντεσίῳ, καὶ ἑτέραν ἐν τῇ Ῥωμαίᾳ ἀγορᾷ ἔδωκαν· τήν τε κρηπῖδα τοῦ Ἰουλιείου ἡρῴου τοῖς τῶν αἰχμαλωτίδων νεῶν ἐμβόλοις κοσμηθῆναι, καὶ [127] πανήγυριν οἱ [l] πενταετηρίδα ἄγεσθαι· [128] ἔν τε τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ τῆς ἀγγελίας τῆς νίκης ἡμέρᾳ, [129] ἱερομηνίαν εἶναι, καὶ [130] ἐς τὴν πόλιν ἐσιόντι

19. Hoc, & superiori tempore, permulta Romæ in honorem Cæsaris, propter victoriam navalem, sunt facta decreta. Nam triumphus ei, velut de Cleopatra, concessus est, & arcus triumphalis Brundusii, aliusque in foro Romano: utque sacrarii Julii crepido captivarum navium rostris ornaretur: ludique in honorem ejus quinquennales haberentur: supplicationes essent natali ejus die, ac ea die, qua victoriæ nuntius allatus fuit: utque

b καὶ μετὰ τὴν ναυμαχίαν. verba quæ sequuntur usque ad συμμαχίαν, deerant in editionibus Dionis, quæ supplevimus ex V. a. habet eadem Gronovius p. 140. ex alio cod. Med. b. papiraceo, nisi quod ἀνθεστήκα, pro ἀνθεστήκει, ibi scriptum erat. ex ingenio supplevit Od. ἕως ἔτι τὰ τοῦ Ἀντωνίου ἤκμαζε, καὶ μετὰ τὴν ναυμαχίαν βοηθείαν αἰτησάντων. & inspecto licet postea Gronovio addit: *nondum tamen meæ hic conjecturæ pœnitet.* apertum tamen est, vel sic hiulcam fore orationem. *i* οὐδὲ. οὐδ', V. a. *k* ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας. malim ὡς καὶτὰ τῆς Κλεοπ. nam & infra ὡς καὶ τῶν Αἰγυπτίων, error librarii, ex compendiorum affinitate, scriptum puto, X. sed ita superius etiam locutum Dionem haud observaverat, ut p. 223. B. τὰ ἐπινίκια τῶν τε Γαλατῶν, καὶ τῆς Αἰγύπτου, τοῦ τε Φαρνάκου, καὶ τοῦ Ἰόβα, ἔπεμψε. L. ὡς καὶ frequens Dioni, hic de specie seu prætextu sumitur. triumphi enim in bellis civilibus non dabantur, nisi speciem hostis externi devicti haberent, uti Julio Cæsari dati sunt. vid. & p. 458. E. *l* πενταετηρίδα. πενταετηρίδα, L. marg. utrumque recte, ut jam monui ad p. 442. E. ubi πενταετηρικὸν.

deret Augustus, *fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere deterst.* Sueton. c. 18.

§ 123. (l. 89.) κἀνταῦθα παρεχείμασε] Orosius VI. 19. de Augusto post Alexandrinam victoriam: *Dehinc Cæsar pedestribus copiis in Syriam venit, deinde in Asiam ad byberna concessit.*

§ 124. (l. 92.) καί τινος Τηριδάτου τῷ Φραάτῃ ἐπανασάντος] Teridates hic ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους, quem Parthi Phraate absente Regem constituerant, ut narrat Justinus XLII. 5. licet servum ibi suum Phraates appellat, qui tamen erat unus ex stirpe Regia Arsacidarum, in quam Phraates Parthorum Rex immani more sævierat, nec fratribus parcens nec Orodi parenti. supra p. 406. B.

§ 125. (l. 4.) υἱόν τέ τινα Φραάτου] Non a Teridate, sed ab ipso Phraate obsidis loco accepisse Augustum, nec filium Phraatis tantum, sed παῖδας καὶ παίδων παῖδας, *filios & nepotes*, testatur Strabo in fine libri sexti. De pluribus etiam apud Suetonium Augusto c. 43. *Quodam muneris die Partborum obsides, tunc primum missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit, superque se subsellio secundo collocavit.* Unius tamen filii Phraatis, quem a Teridate Augustus acceperit, iterum mentio infra p. 519. B. ubi narrat, eum patri remissum, & pro illo Romanis redditos cum signis militaribus captivos, quos in Crassi & Antonii clade Parthi duxerant. Et Justinus XLII. 5. negligentius custoditum minimum Phraatis filium raptum a Teridate memorat.

§ 126. (l. 9.) νικητήρια τῆς Κλεοπάτρας] Triumphum de Cleopatra, ut infra p. 457. A. ἐπινίκια τῶν Αἰγυπτίων, de Ægyptiis. Hic triumphus describitur p. 459. B.

§ 127. (l. 13.) πανήγυριν πενταετηρίδα] Similiter Julio Cæsari πενταετηρίδα decreverant ὡς ἥρωι. p. 243. B. de quinquennalibus in honorem Augusti, & Romæ & extra Romam celebratis, infra p. 458. B. & Casaubonus ad Sueton. c. 59.

§ 128. (l. 14.) ἔν τε τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ] Vide infra p. 545. A. 552. C. 539. E. Natalis Augusti die XXIII. Sept.

§ 129. (l. 16.) ἱερομηνίαν] Vide ad p. 400. E. ad verba τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐνεκήκα ἱερομηνίᾳ αἰδίῳ ὄυσῃ. Et de natali Augusti celebrato p. 539. E. 545. A. & 552. C. 689. C. Sic de natali Julii Cæsaris dictum p. 337. E.

§ 130. (l. 16.) ἐς τὴν πόλιν ἐσιόντι] Vide quæ ad p. 457. C. 527. D.

A.U.C.724 C. Cæſ. IV. & M.Craſſo COSS.

que ei in urbem ingredienti Veſtales virgines, ſenatus item populusque cum conjugibus & liberis, obviam irent. Jam enim ſupervacaneum eſt, vota, imagines, primum in conſeſſu locum, aliaque id genus referre. Hæc igitur primum Cæſari decreta ſunt, deinde ornamenta Antonii partim dejecta, partim deleta, diesque ejus natalis nefaſtus judicatus: interdictum etiam, ne quis ex ea familia Marci prænomen ferret. Poſtquam vero mortuum eundem nuntiatum eſt, Cicerone Ciceronis filio conſulatum ad aliquam anni partem gerente; quidam hoc non ſine numine divino cenſuerunt accidiſſe, quia pater ejus Antonii potiſſimum juſſu fuerat occiſus: Cæſari præterea decretæ ſunt coronæ & multorum dierum ſupplicationes, eique præter alia triumphus velut de Ægyptiis conceſſus eſt. Neque enim vel ante, vel tunc etiam, Antonium, cæterosque Romanos, cum eo victos, expreſſe nominarunt: quaſi eorum cauſa feſtos dies habere fas eſſet. Diem, quo capta fuit Alexandria, fauſtum eſſe cenſuerunt, ab eoque reliquis Alexandrinorum annis numerandis initium ſumendum: ut Cæſar per omnem vitam tribunitiam poteſtatem haberet: eisque, qui ipſum imploraſſent intra pomœrium ac extra, usque ad M. paſſus, auxilium ferre poſſet, quod nemini quidem tribuno plebis licebat:

τι αὐτῷ τάς τε ἱερείας τὰς ἀειπαρθένους, καὶ τὴν βουλὴν τόν τε δῆμον μετά τε τῶν γυναικῶν καὶ μετὰ τῶν τέκνων, ἀπαντῆσαι ἔγνωσαν. τὰς γὰρ εὐχὰς, τάς τε εἰκόνας, καὶ τὴν προεδρίαν, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα περιττόν ἐστιν ἤδη λέγειν. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐκείνῳ τε ταῦτ' ἐψηφίσαντο, καὶ [131] τὰ τοῦ Ἀντωνίου κοσμήματα, τὰ μὲν καθεῖλον, τὰ δ' ἀπήλειψαν. [132] τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἐγεγέννητο, μιαρὰν ἐνόμισαν, καὶ [133] τὸ τοῦ Μάρκου πρόσρημα ἀπεῖπον μηδενὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ εἶναι. ὡς μέντοι καὶ τεθνεῶτα αὐτὸν ἐπύθοντο, (ἠγγέλθη δὲ τοῦτο Κικέρωνος τοῦ Κικέρωνος παιδὸς [134] ἐν μέρει τοῦ ἔτους ὑπατεύοντος) τοῦτό τέ τινες [135] οὐκ ἀθεεὶ δὴ συμβὰν ἐλάμβανον, ἐπειδήπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ὀτιμάλισα ἐτεθνήκει· καὶ προσεψηφίσαντο τῷ Καίσαρι [136] καὶ στεφάνους [137] καὶ ἱερομηνίας πολλὰς, καὶ αὐτῷ καὶ ἕτερα, καὶ ἐπινίκια [k] ὡς καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀγαγεῖν, ἔδοσαν. τὸν γὰρ Ἀντώνιον, καὶ τοὺς ἄλλους Ῥωμαίους τοὺς σὺν ἐκείνῳ νικηθέντας, οὔτε πρότερον, οὔτε τότε, [138] ὡς καὶ ἑορτάζειν σφᾶς ἐπ' αὐτοῖς δέον ὄν, ὠνόμασαν. [139] τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἑάλω, ἀγαθήν τε εἶναι, καὶ ἐς τὰ ἔπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι. καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε [140] ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβουλεύουσιν αὐτῷ, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ ἔξω μέχρι ὀγδόου ἡμισαδίου ἀμύνειν, ([141] ὃ μηδενὶ τῶν δημαρ-

E

457

B

527. D. Singularis autem honor, quod obviam procedere deberent etiam Veſtales, quibus & magiſtratus ſuos faſces ſubmittebant, & Conſules Prætoresque cedebant via, ut eſt apud Senecam Patrem Controv. VI. 8. Recuſatum tamen hunc ab Auguſto honorem habes p. 457. D. licet ingreſſo ipſo urbem ſacra fecere tum alii tum Conſul Valerius Potitus p. 458. C. Eundem honorem τῆς ἀνῄσεως cum Tiberio etiam vindicaſſe ſibi Sejanum, dicet Dio p. 623. C.

§ 131. (l. 23.) τὰ τοῦ Ἀντωνίου κοσμήματα] Plutarchus in vita Ciceronis p. 886. notans, Ciceronis filium in Conſulatu collegam adſcitum ab Auguſto, addit, in ejus Magiſtratu ſenatum Antonii ſtatuas dejeciſſe, omniaque ejus ornamenta & honores ei decretos abrogaſſe, ἐφ' ᾧ τάς τ' εἰκόνας ἡ βουλὴ ἀνεῖλεν Ἀντωνίου, καὶ τὰς ἄλλας ἠκύρωσε τιμάς. Idem in Antonio p. 955. αἱ μὲν οὖν Ἀντωνίου καθῃρέθησαν εἰκόνες, αἱ δὲ Κλεοπάτρας καὶ χώραν ἔμειναν, Ἀρχιβίου τινὸς τῶν φίλων αὐτῆς χίλια τάλαντα Καίσαρι δόντος.

§ 132. (l. 24.) τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἐγεγέννητο] Diem infauſtam ἄπρακτον, ἀπαίσιον, ἀποφράδα judicandam, qua natus eſſet Antonius. Hoc luculentum teſtimonium, quantam peſtem, quantum malum patriæ fuiſſe Antonium judicarent: ſicut Jobus natalem ſuam execratus, magnitudinem calamitatum ſuarum deſignabat, de quo præter interpretes ad Jobi c. 3. Steph. le Moyne epiſtola de Melanophoris p. 263. & Joh. Chriſtoph. Wichmanshauſen in Diſſ. de maledictoribus diei, Witebergæ edita.

§ 133. (l. 25.) τὸ τοῦ Μάρκου πρόσρημα] Plutarchus in Cicerone p. 886. καὶ προσεψηφίσατο ἡ βουλὴ, μηδενὶ τῶν Ἀντωνίων ὄνομα Μάρκου εἶναι. Sic in M. Manlii notam & ignominiam, qui licet Capitolii conſervator & defenſor adverſus Gallos, tamen poſtea propter Regnum affectatum de ſaxo Tarpejo dejectus eſt, SCtum factum, ne cui de Manlia gente Marco prænomen eſſet. vide Livium VI. 20. quod πρόσρημα Dio, etiam Livii Epitoma libro ſexto, *cognomen* appellat.

§ 134. (l. 28.) ἐν μέρει τοῦ ἔτους] Ita faſtis Capitolinis, A. U. 723. *ex Eid. Septemb.* Conſul ad Calendas Novembris fuiſſe notatur, *M. Tullius M. F. M. N. Cicero*, & Plin. XXII. 6. Auguſtum refert, M. Cicerone filio Conſule, donatum a ſenatu corona obſidionali. Ab Appiano autem IV. civil. p. 619. docemur, Ciceronem filium a patre prædivinante mala quæ deinde evenerunt, præmiſſum in Græciam, inde ad Brutum, atque illo extincto ad Sextum Pompejum ſe contuliſſe, & apud utrumque honorata in pretio habitum militia. Poſt hos Auguſtus, quo averteret a ſe Ciceronis patris pridem proditi dedecus, filium augurem feciſſe, & paulo poſt Conſulem, poſtremo Syriæ proconſulem. Hic litteras Auguſti Conſul, de profligato per eundem ad Actium Antonio, (ſive ut V. C. Petro Weſſelingo p. 263, obſervationum videtur, de nece Antonii) pro concione recitavit, earumque exemplum pro roſtris propoſuit, ubi patris ejus caput pridem expoſitum ab Antonio fuerat. ſupra p. 331. C.

§ 135. (l. 29.) οὐκ ἀθεεί] Non ſine Numine vindice. Idem Plutarchi judicium p. 886. οὕτω τὸ δαιμόνιον εἰς τὸν Κικέρωνος ζῆλον ἐπανήνεγκε τὸ τέλος τῆς Ἀντωνίου κολάσεως.

§ 136. (l. 32.) καὶ στεφάνους] Coronam non civicam modo, ſed cum hæc ſatis non eſſet, obſidionalem quoque. vide Plinium XXII. 6. De triumphali infra p. 457. C.

§ 137. (l. 32.) ἱερομηνίας πολλὰς] Multorum dierum ſupplicationes, ut poſt victorias Pompeji & Julii Cæſaris. vide quæ ad p. 94. D. 144. B. 220. A. 358. C.

138. (l. 36.) ὡς καὶ ἑορτάζειν σφᾶς] Feſtum triumphi intellige, quem niſi de externo hoſte celebrare nefas Romanis: ut tralatitium eſt vel ex Lucani teſtimonio, diſſidia deteſtantis civilia, & mirantis quod bella geri placuit, *nullos habitura triumphos*. Adde infra p. 458. E.

§ 139. (l. 37.) τήν τε ἡμέραν] Dies Actiacæ victoriæ, & principatus Auguſti 2. Septemb. ſupra p. 442. Sed dies victoriæ ad Pharum, Calendæ Sextiles anni ſequentis, teſte Oroſio, lib. VI. c. 19. Eam ſecuta Alexandriæ expugnatio 29. Auguſti. Conf. Scaligerum lib. V. de emendatione temporum p. 454. ſq. Tillemontium T. I. Hiſtoriæ Imperator. p. 3. & quæ viri docti ad hæc Horatii, lib. IV. od. 14. *quo die portus Alexandrea ſupplex & vacuam patefecit aulam.* Quod autem in Calendario Colotiano T. VIII. Theſauri Græviani p. 14. notatur ad VI. Calend. April. *hoc die Cæſar Alexandriam recepit*, intelligendum de Julio Cæſare. Certe menſe Sextili ſubactam Ægyptum ab Auguſto, bellisque civilibus finem impoſitum dubitare nos non ſinit Senatusconſultum, quod refert Macrobius lib. I. Saturnal. c. 12. Conf. V. C. Joannis Maſſoni templum Jani reſeratum p. 180. ſq. & vitam Horatii p. 339. Quanquam vero diem illam anni ſui initium ab eo tempore fecere Alexandrini, quod Cenſorinus etiam c. 21. innuit, formam tamen anni propterea non mutaverunt, neque Juliani Calendarii rationes in uſum ſuum verterunt, ut oſtendit Scipio Maffejus in Antiquitatibus Galliæ p. 42. ſq.

§ 140. (l. 40.) ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων] Vide dicta ad p. 508. C. 518. E. 519. A. & Pighii annales ad A. U. C. 724. & quæ viri docti ad hæc Suetonii in Auguſto c. 27. *Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit, in qua ſemel atque iterum per ſingula luſtra collegam ſibi cooptavit.*

§ 141. (l. 43.) ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων] Provocatio a Conſulibus ad tribunos plebis non erat ab urbe longius quam mille paſſuum, ut docet Livius III. 20. Igitur aut hic eſt ſenſus verborum Dionis, ad Auguſtum valuiſſe provocationem ulterius quam intra mille ab urbe paſſuum ſpatium, aut fallit ille lectorem, uti ſane falleret, ſi Xylandri conſentiret verſioni, quæ vertit *usque ad quingentos paſſus.* vide p. 525. B.

δημαρχούντων ἐξῆν) ἔκκλητόν τε δικάζειν, καὶ ψῆφόν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις [142] ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι· τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας, [143] ἐν ταῖς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς εὐχαῖς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ὁμοίως εὔχεσθαι· καὶ ἐν τοῖς συσσιτίοις οὐχ ὅτι τοῖς κοινοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδίοις, [144] πάντας αὐτῷ σπένδειν ἐκέλευσαν. τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἐγνώσθη.

licebat: utque ad eum provocationes fierent, ac ipse omnibus judiciis calculum suum, velut olim Minerva, absolventibus posset adjungere: ut sacerdotes utriusque sexus, quum pro S. P. Q. R. vota conciperent, pro ipso quoque vota facerent: ut in conviviis, non modo publicis, sed privatis quoque, pro eo libaretur. A.U.C.724 C. Cæs. IV. &M. Crasso COSS.

C Ὑπατεύοντος δ' αὐτοῦ τὸ πέμπτον μετὰ Σέξου Ἀπουλήιου, τά τε πραχθέντα ὑπ' αὐτοῦ πάντα ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ [145] ὅρκοις ἐβεβαιώσαντο· καὶ ἐπειδὴ καὶ [146] τὰ περὶ τῶν Πάρθων γράμματα ἦλθεν, [147] ἔς τε τοὺς ὕμνους αὐτὸν ἐξ ἴσου τοῖς θεοῖς ἐσγραφέσθαι, καὶ [148] φυλὴν Ἰουλίαν [m] ἐπ' αὐτῷ ἐπονομάζεσθαι, τῷ τε [149] στεφάνῳ αὐτὸν τῷ ἐπινικίῳ διὰ πασῶν τῶν πανηγύρεων χρῆσθαι, καὶ τοὺς [n] συννικήσαντάς οἱ βουλευτὰς [150] ἐν περιπορφύροις ἱματίοις τὴν πομπὴν αὐτῷ συμπέμψαι, τήν τε ἡμέραν, [151] ἐν ᾗ ἂν D ἐς τὴν πόλιν ἐσέλθῃ, θυσίαις τε πανδημεὶ ἀγαλθῆναι, καὶ ἱερὰν ἀεὶ ἄγεσθαι· [152] ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν, ὅσους ἂν ἀεὶ ἐθελήσῃ, [o] προαιρεῖσθαι προσκαλεσήσαντο. ὅπερ που ἐξ ἐκείνου παραδοθὲν, ἐς ἀόριστον ἐπηυξήθη· ὥστε μηδὲν ἔτι χρῆναί με περὶ τοῦ πλήθους αὐτῶν ἀκριβολογεῖσθαι. ὁ οὖν Καῖσαρ τὰ μὲν ἄλλα πλὴν βραχέων ἐδέξατο· τὸ δὲ δὴ σύμπαντας αὐτῷ [oo] τοὺς ἐν τῇ πόλει [153] ἀπαντῆσαι, παρῃτήσατο ἀντικρυς μὴ γενέσθαι. πλεῖσον δ' ὅμως ὑπὲρ πάντα τὰ ψηφισθέντα οἱ ὑπερήθη, ὅτι [154] τάς τε πύλας τὰς τοῦ

Ἀπουλήιου, τά τε πραχθέντα ὑπ' αὐτοῦ πάντα ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ [145] ὅρκοις ἐβεβαιώσαντο· καὶ ἐπειδὴ καὶ [146] τὰ περὶ τῶν Πάρθων γράμματα ἦλθεν, [147] ἔς τε τοὺς ὕμνους αὐτὸν ἐξ ἴσου τοῖς θεοῖς ἐσγραφέσθαι, καὶ [148] φυλὴν Ἰουλίαν [m] ἐπ' αὐτῷ ἐπονομάζεσθαι, τῷ τε [149] στεφάνῳ αὐτὸν τῷ ἐπινικίῳ διὰ πασῶν τῶν πανηγύρεων χρῆσθαι, καὶ τοὺς [n] συννικήσαντάς οἱ βουλευτὰς [150] ἐν περιπορφύροις ἱματίοις τὴν πομπὴν αὐτῷ συμπέμψαι, τήν τε ἡμέραν, [151] ἐν ᾗ ἂν ἐς τὴν πόλιν ἐσέλθῃ, θυσίαις τε πανδημεὶ ἀγαλθῆναι, καὶ ἱερὰν ἀεὶ ἄγεσθαι· [152] ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν, ὅσους ἂν ἀεὶ ἐθελήσῃ, [o] προαιρεῖσθαι προσκαλεσήσαντο. ὅπερ που ἐξ ἐκείνου παραδοθὲν, ἐς ἀόριστον ἐπηυξήθη· ὥστε μηδὲν ἔτι χρῆναί με περὶ τοῦ πλήθους αὐτῶν ἀκριβολογεῖσθαι. ὁ οὖν Καῖσαρ τὰ μὲν ἄλλα πλὴν βραχέων ἐδέξατο· τὸ δὲ δὴ σύμπαντας αὐτῷ [oo] τοὺς ἐν τῇ πόλει [153] ἀπαντῆσαι, παρῃτήσατο ἀντικρυς μὴ γενέσθαι. πλεῖσον δ' ὅμως ὑπὲρ πάντα τὰ ψηφισθέντα οἱ ὑπερήθη, ὅτι [154] τάς τε πύλας τὰς τοῦ

20. Cæsare jam quintum Consule una cum Sex. Apulejo, omnia ejus acta jure jurando confirmata sunt, ipsis Kalendis Januariis: quumque etiam de rebus Parthicis literæ allatæ essent, decretum, ut in hymnos juxta cum diis immortalibus ipse adscriberetur: tribus Julia ab eo denominaretur: corona triumphali omnibus ludis uteretur: senatores, socii ejus victoriæ, triumphum ejus comitarentur, vestibus purpura prætextis induti: ut dies, qua in urbem intrasset, sacrificiis publicis celebraretur, semperque festa esset: ut sacerdotes quotcunque vellet, etiam ultra numerum consuetum, constitueret: quod quidem ab eo acceptum, deinceps in infinitum excrevit; ut mihi nequaquam opus sit amplius de numero sacerdotum accurate commentari. Cæsar omnia hæc, paucis demptis, admisit: id vero aperte recusavit, ut omnes in urbe obviam sibi procederent. Sed ex omnibus his decretis nullum ei majori voluptati fuit, quam quod portæ Jani A.C.U.725 C. Cæs. V. &Sex.Apulejo COSS.

[m] ἐπ' αὐτῷ. ἐπ' αὐτοῦ, V. a.
[n] συννικήσαντας. συνοικήσαντας, RS. quod emendare docuit X. ut supra p. 444.
[o] προαιρεῖσθαι. melius προσαιρεῖσθαι.
[oo] τοὺς ἐν τῇ πόλει. addit. V. a. ὄντας.

§ 142. (l. 45.) ὥσπερ Ἀθηνᾶς] Cum suffragia Deorum condemnantium Orestem, qui ut patrem Agamemnonem ab matre occisum vindicaret, matrem Clytæmnestram interfecerat, uno vincerent numero illa quibus absolvebatur, interveniens Minerva λοιδίαν δίκην judicavit, calculumque suum absolventibus adjunxit, indeque factum, ut reus pari absolventium condemnantiumque numero liber & immunis a poena dimitteretur. vide Æschyli Eumenides v. 738. sq. & Thom. Stanleji notas p. 842. Concessum igitur & illud Augusto, ut si quis pluribus judicum suffragiis addicendus ob delictum poenæ esset, Augustus posset suo veluti Minervæ calculo adjecto paritatem absolventium suffragiorum inducere, atque adeo reum poenæ eximere. vide Joh. Frid. Gronovii Orationem de lege Regia, & clarissimi Barbeyraci ad eam notas p. 43. sq. Joh. Henr. Bœcleri Diss. de calculo Minervæ T. I. p. 200. sqq. Grotium lib. II. de jure Belli & Pacis c. 5. § 18. Joh. Meursium de Areopago c. 10. Affine huic est aggratiandi jus, quod principes plerique ubi volunt exercent, quorum est servare reos etiam contra legem, & suppliciis subducere quos ipsis visum est, nisi Dei caussa aut Reipub. salus aliud postulet.

§ 143. (l. 46.) ἐν ταῖς ὑπὲρ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς εὐχαῖς] Votis solennibus, ut quæ nuncupabantur III. Non. Januar. sub anni ingressum a Pontificibus cæterisque sacerdotibus. vide quæ ad Taciti IV. 17. Annal. & XVI. 22. viri docti.

§ 144. (l. 49.) πάντας αὐτῷ σπένδειν] Libare vinum cum voto pro salute ejus concepto, ut apud Ovidium II. Fastor. 637.

Et, bene nos, patriæ, bene te, pater optime, Cæsar,
Dicite fusso, sint rata verba, mero.

Vide quæ ad hunc locum Nic. Heinsius, & Guil. Stuckii antiquitatum Convivalium III. 13.

§ 145. (l. 53.) ὅρκοις ἐβεβαιώσαντο] Mos repetitus a triumvirorum temporibus p. 337. D. atque inde constanter observatus, ut Calendis Januariis solenne jusjurandum in verba Imperatoris quotannis conciperetur a senatu populoque, & speciatim a militibus. vide Pitiscum, ad hæc Suetonii in Galba c. 16. *adigi sacramento nisi in nomen senatus recusarunt.* Dionem infra p. 515. E. 607. C. 646. C. 632. A.

§ 146. (l. 54.) τὰ περὶ τῶν Πάρθων] Cum Romam esset nunciatum, quod Phraates legatos ad Augustum misisset, & Teridates pro obside misisset Augusto Phraatis filium p. 456. C.

§ 147. (l. 55.) ἔς τε τοὺς ὕμνους] Vide Lævinum Torrentium ad Horatii IV. oda 5. ad Augustum v. 31. sqq.

§ 148. (l. 56.) φυλὴν Ἰουλίαν] Vide p. 242. E. Sic in honorem Vespasiani postea dicta tribus *Flavia*, in honorem Trajani *Ulpia*, *Æliaque*. Tribus veteres fuere Romæ XXXV. ut notum ex Appiani I. civil. p. 610. 641.

§ 149. (l. 57.) στεφάνῳ ἐπινικίῳ] Ut Julio Cæsari tributum p. 234. B.

§ 150. (l. 59.) ἐν περιπορφύροις ἱματίοις] Vestibus triumphalibus, purpurea toga, picta auro, & tunica palmata, amplis purpureis distincta clavis. vide Joannem Nicolai libro de Triumpho c. 19. & Octavium Ferrarium de re vestiaria lib. II. c. 8. sq. T. VI. Thesauri Græviani.

§ 151. (l. 60.) ἐν ᾗ ἂν ἐς τὴν πόλιν ἐσέλθῃ] Huc facit quod scribit Suetonius Augusto c. 57. *Observatum etiam est, ne, quoties introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur:* ad quem locum adeundus Casaubonus. Sacrificiorum, ad ejus adventum in urbem factorum publice a populo & ipso consule, mentio infra p. 458. C.

§ 152. (l. 62.) ἱερέας ὑπὲρ τὸν ἀριθμόν] Quatuor erant Romæ sacerdotum collegia, Pontifices, Augures, Septemviri epulonum & Quindecimviri, quibus postea quintum sodalium Augustalium accessit, ut dicetur ad p. 496. D. Singula hæc collegia certo numero constabant, quibus tamen subinde supra numerum quidam additi sunt, ut Pontificibus octo, Sylla alios septem, & auguribus novem, novos sex adjunxit. Epitoma Livii lib. LXXXIX. *Pontificum Augurumque collegium Sylla ampliavit, ut essent quindecim.* Igitur hæc potestas tributa Augusto, & deinde ab aliis usurpata imperatoribus, ut quos vellent sacerdotibus adscriberent. vide Ezech. Spanhemii Diss. XII. de usu numismatum T. II. edit. novæ p. 365. sq.

§ 153. (l. 68.) ἀπαντῆσαι] De hoc p. 456. D. 527. D.

§ 154. (l. 70.) τάς τε πύλας τοῦ Ἰανοῦ] Hujus rei insignis memoria in numo Augusti, quem vide in Caroli Patini Thesauro p. 143. Vellejus II. 38. *immane bellicæ civitatis argumentum, quod semel sub regibus,* (Numa Pompilio) *iterum hoc T. Manlio Cos.* (post bellum primum Punicum A. U. C. 529.) *tertio, Augusto principe, certæ pacis argumentum Janus geminus clausus dedit.* Liv. lib. I. c. 19. *Bis deinde post Numæ regnum Janus clausus fuit, semel, T. Manlio Consule, post Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostræ ætati Dii dederunt ut videremus, post bellum Actiacum, ab Imperatore Cæsare Augusto, pace terra marique parta.* Sueton. c. 22. *Janum Quirinum semel atque iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, ter clusit.* Semel hoc A. U. C. 725. deinde post bellum Cantabricum confectum A. 729. infra p. 515. A. & tertio

A.U.C.725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

Jani ab ipsis clausæ sunt, quasi omnibus bellis confectis: ac quod augurium salutis factum est, adhuc ob eas, quas dixi, causas intermissum. Erant quidem tum quoque in armis Treviri, Germanis sibi adjunctis, & Cantabri, Vaccæi, Asturesque: verum hos Statilius Taurus, illos Nonius Gallus domuit. Coorti quoque apud alios subinde populos sunt quidam tumultus: sed quia nihil magnum inde evenit, neque Romani bellum sibi tum esse censuerunt, nec ego quicquam insigne, quod de iis scribam, habeo. Cæsar hoc tempore cum alia quædam statuit, tum templum urbi Romæ, patrique Cæsari, quem heroa Julium nominavit, Ephesi & Nicææ fieri permisit, (hæ enim tum urbes Asiæ & Bithyniæ clarissimæ habebantur) jussitque ut ab incolis earum Romanis colerentur: extraneis autem hominibus, quos Græcos ipse appellabat, concessit, ut sibi quoque templa facerent: Asianis quidem, Pergami: Bithynis vero, Nicomediæ. Id ab hoc initio tractum, reliquorum in honorem imperatorum, non in Græcis tantum provinciis factum est, sed etiam apud alios omnes populos Romanis subditos. Nam Romæ quidem, & in Italia, nemo unquam alicujus pretii homo id facere ausus est: quanquam ibi quoque defunctis imperatoribus, qui imperio recte usi sint, cum alii divini honores dantur, tum sacraria tribuuntur. Hæc ea hyeme acta, & Pergamenis quoque, ut ludos, quos sacros dicunt, in honorem templi ejus celebrarent, permissum.

21. Æstate in Græciam, atque hinc in Italiam Cæsar transmisit, eoque urbem intrante, rem sacram & alii fecerunt, (quod decretum fuisse

τοῦ Ἰανοῦ, ὡς καὶ πάντων σφίσι τῶν πολέμων p πεπαυμένων αὐτοῖς, ἔκλεισαν, καὶ [155] τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ἐποίησαν· καὶ γὰρ τότε δι' ἅπερ εἶπον διελέλειπτο. ἦσαν μὲν γὰρ ἐν ὅπλοις ἔτι [156] καὶ Τριούηροι, Κελτοὺς ἐπαγαγόμενοι, καὶ Κάνταβροι, καὶ Οὐακκαῖοι, καὶ Ἄστυρες· καὶ οὗτοι μὲν ὑπὸ τοῦ [157] Ταύρου τοῦ Στατιλίου, ἐκεῖνοι δὲ ὑπὸ Νωνίου Γάλλου κατεστράφησαν. ἄλλα τε ὡς καθ' ἑκάστους ταραχώδη συχνὰ ἐγίνετο. ἀλλ' ἐπειδὴ μηδὲν μέγα ἀπ' αὐτῶν συνηνέχθη, οὔτε ἐκεῖνοι τότε πολεμεῖσθαι ἐνόμιζον, οὔτε ἐγὼ ἐπιφανές τι περὶ αὐτῶν γράψαι ἔχω. Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα [158] ἐχρημάτιζε, καὶ τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ, καὶ τῷ πατρὶ τῷ Καίσαρι, [159] ἥρωα αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, ἔν τε Ἐφέσῳ καὶ ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν. ἄμφω γὰρ τότε αἱ πόλεις ἔν τε τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ προειλήμμην. καὶ τούτους μὲν τοῖς Ῥωμαίοις τοῖς παρ' αὐτοῖς ἐποικοῦσι τιμᾶν προσέταξε· τοῖς δὲ δὴ ξένοις (Ἕλληνας σφᾶς ἐπικαλέσας) [160] ἑαυτῷ τινα, τοῖς μὲν Ἀσιανοῖς [161] ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε. καὶ τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ ἐπ' ἄλλων αὐτοκρατόρων οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὅσα τῶν Ῥωμαίων ἀκούει, ἐγένετο. ἐν γάρ τοι τῷ ἄστει αὐτῷ, τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ, οὐκ ἔστιν ὅστις τῶν καὶ ἐφ' ὁποσοῦν λόγου τινὸς ἀξίων ἐτόλμησε τοῦτο ποιῆσαι· μεταλλάξασι μέντοι καὶ ναῦται θεοῖς ὀρθῶς αὐταρχήσασιν [r] ἄλλαι τε ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται, καὶ δὴ καὶ [s] ἡρῷα ποιεῖται. ταῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο, καὶ ἔλαβον καὶ οἱ Περγαμηνοὶ [162] τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ τιμῇ ποιεῖν.

Τοῦ δὲ δὴ θέρους ἔς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ὁ Καῖσαρ ἐπεραιώθη· καὶ αὐτοῦ ἐς τὴν πόλιν [163] ἐσελθόντος, οἵ τε ἄλλοι ἔθυσαν, ὥσπερ

p πεπαυμένων αὐτοῖς, ἔκλεισαν. παυσελῶς πεπαυμένων, ἔκλεισαν, V. a. ineptum sane αὐτοῖς. q Τριούηροι scripsi pro Τριποῦροι: vide ad p. 113. A. r ἄλλαι τε. petitum ex V. a. pro vulgato ἄλλα τε. s ἡρῷα. ἥρωα excudit RS. quod ipse mutandum docet in notis, probantque ceteri.

A. 744. p. 546. E. vide Joannis Massoni V. C. librum de hoc argumento, editum Roterodami 1700. 8vo.

§ 155. (l. 72.) *τὸ οἰώνισμα τῆς ὑγιείας*] De hoc salutis augurio, & quare bellis flagrantibus intermitteretur, dictum p. 40. E.

§ 156. (l. 74.) *καὶ Τριούηροι Κελτούς*] Per Celtas intelliguntur Rheni accolæ Germani, qui a *Γαλατῶν* populis, infra p. 459. A. distinguuntur. Illi Trevirorum in bellis adversus Romanos socii etiam p. 135. & alibi. Cantabri, Vaccæi & Astures, populi Hispaniæ, subacti pridem a L. Lucullo, ut est in Epitome Livii lib. XLVIII.

§ 157. (l. 77.) *Ταύρου τοῦ Στατιλίου*] Hujus Statilii Tauri virtutem in pluribus jam aliis bellis expertus Augustus p. 400. D. 414. E. 427. B. Nonius nescio an diversus a Nonio, quem Plutarchus in Cic. p. 880. refert, post victum Pompejum suasisse, ut bono essent animo, superesse enim adhuc septem aquilas in Pompeji castris: & Ciceronem respondisse, recte illum monere, si pugnandum cum graculis esset.

§ 158. (l. 82.) *ἐχρημάτιζε*] Ad Senatum retulit. vide Casaubonum ad Suetonii Cæsarem c. 20. Perperam Xylander, *egit*: minus bene etiam Leunclavius, *responsa dedit*. vide p. 518. E. 550. D. 586. E. 606. C. 614. E. 617. D. 626. B. 652. D. Quanquam certum est, *χρηματίζειν* eo sensu, ut jus reddere & causas cognoscere denotet, non raro apud scriptores usurpari, ut apud nostrum p. 660. E. 687. D. Plutarchum de Romulo p. 34. *ἐν θρόνῳ δ' ἀνακλίτῳ καθήμενος ἐχρημάτιζεν*. Appian. H. civil. p. 494. de Julio Cæsare *χρηματίζειν ἐπὶ θρόνων ἐλεφαντίνων τε καὶ χρυσέων*.

§ 159. (l. 83.) *ἥρωα Ἰούλιον*] Erat jam Romæ consecratum Julio Cæsari tanquam heroi delubrum *ἡρῷον Ἰουλίειον*, de quo p. 337. D. 338. B. 454. A. 456. D.

§ 160. (l. 88.) *ἑαυτῷ τινα*] Vide quæ viri docti ad hæc Suetonii c. 52. *Templa quamvis sciret etiam proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia nisi communi suo Romæque nomine recepit*, (ita ut Romæ tanquam Deæ, & Augusti imagines in illis conspicerentur, sicut in Cæsariensi templo, de quo Josephus XV. 13.) *nam in urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore*. Tamen apud Sextum Rufum regione quarta habes *templum Romæ & Augusti*. Etiam flaminum Romæ & Augusti mentio.

Quod extra Romam in reliqua Italia in factum negat Dio, refellit Illustris Norisius ad Cenot. Pis. p. 54. lapidis Pisani auctoritate, in quo T. Statulenus Juncus flamen Augustalis Pisis fuisse dicitur, itemque Augusteum, in quod decuriones deliberaturi conveniebant. Addit dissentientem a Dione Victorem Cæs. I. 6. (conf. ibi Arnzenium, & Epit. I. 28.) & Tacitum Annal. I. 10, 8. REIM.

§ 161. (l. 89.) *ἐν Περγάμῳ*] In antiquis numis templum cum femmate: COM: ASIÆ. ROM. ET. AVG. ut notat Lipsius ad hæc Taciti IV. 37. Annal. *Cum divus Augustus sibi atque urbi Romæ templum apud Pergamum sisti non probibuisset*. Templa ne fieri curaret sibi, aut statuas argenteas vel aureas poni permitteret, Augusto disuadet Mæcenas infra p. 490. A.

§ 162. (l. 100.) *τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὠνομασμένον*] Sueton. c. 59. *Provinciarum pleræque, super templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt*. vide quæ supra p. 456. D. & quæ de agone quinquennali ab Herode Cæsareæ in honorem Augusti instituto, Josephus XV. 11. & XVI. 9.

§ 163. (l. 5.) *ἐσελθόντος ἔθυσαν*] De honoribus Augusto urbem ingressuro decretis dictum p. 456. D. & 457. C. ubi sacrificiorum *πανδημεὶ* offerendorum mentio.

§ 164. (l. 6.) *ὁ ὕπαλος Οὐαλέριος Πότιτος*] Valerius Potitus Messala, Sexto Apulejo Consul suffectus est Calendis Juliis, A. U. C. 724.

ὥσπερ εἴρηται, καὶ [164] ὁ ὕπατος Οὐαλέριος Πότιτος. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πᾶν τὸ ἔτος, ὥσπερ καὶ τὰ δύο τὰ πρότερα, ὑπάτευσε, τὸν δὲ δὴ Σέξτον ὁ Πότιλος διεδέξατο. ὅτος οὖν [t] δημοσίᾳ καὶ αὐτὸς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ τοῦ Καίσαρος ἀφίξει ἐβουθύτησεν· D ὃ μήπω πρότερον ἐπὶ μηδενὸς ἄλλου ἐγεγόνει. μετὰ δὲ τοῦτο, τούς τε ὑποστρατήγους καὶ ἐπῄνεσε καὶ ἐτίμησεν, ὥσπερ εἴθιστο. καὶ τὸν μὲν Ἀγρίππαν ἄλλοις τέ τισι καὶ [165] σημείῳ κυανοειδεῖ ναυκρατητικῷ προσεπεσέμνυνε· καὶ τοῖς στρατιώταις [166] ἔδωκέ τινα· τῷ τε δήμῳ [u] [167] καθ' ἑκατὸν δραχμὰς, προτέροις μὲν τοῖς ἐς ἄνδρας τελοῦσιν, [168] ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς παισί, [169] διὰ τὸν Μάρκελλον τὸν ἀδελφιδοῦν, διένειμε· καὶ ἐπί τε τούτοις, καὶ ὅτι παρὰ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ [170] τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ E ἐδέξατο· καὶ ἔτι καὶ πάντα ἃ τε αὐτὸς ὤφειλέ τισιν, ἀπέδωκε, καὶ ἃ οἱ ἄλλοι ἐπῴφειλον, οὐκ ἐσέπραξεν, [171] ὥσπερ εἴρηται· τῶν τε δυχερῶν πάντων οἱ Ῥωμαῖοι ἐπελάθοντο, καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτοῦ ἡδέως, [172] ὡς καὶ ἀλλοφύλων ἁπάντων τῶν ἡττηθέντων ὄντων, εἶδον. [173] τοσοῦτον γὰρ τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς πόλεως ἐχώρησεν, ὥστε τὰ μὲν κτήματα ἐπριήθη, τὰ 459 δὲ δανείσματα, ἀγαπητῶς [174] ἐπὶ δραχμῇ πρότερον ὄντα, τότε [175] ἐπὶ τῷ τριημορίῳ αὐτῆς γενέσθαι. [176] ἐώρτασε δὲ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ [177] τά τε τῶν Παννονίων καὶ τὰ τῶν Δαλματῶν, τῆς τε [x] Ἰαπυδίας, καὶ τῶν προσχώρων σφίσι, Κελτῶν τε καὶ Γαλατῶν τινων. [178] Γάϊος γὰρ Καρίνας τούς τε [y] Μωρίνους καὶ ἄλλους τινὰς συνεπαναστάντας αὐτοῖς ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς Σουήβους τόν τε Ῥῆνον [z] ἐπὶ πολέμῳ διαβάντας ἀπεώσατο· καὶ διὰ ταῦτα

fuisse supra demonstratum est) & consul Valerius Potitus, qui Apulejo successerat: Cæsare toto hoc anno, sicut & superiori biennio, consulatum obtinente. Is igitur Potitus publice pro S. P. Q. R. propter adventum Cæsaris sacrificavit: quod ante id temporis pro nemine unquam factum fuerat. Deinde Cæsar legatos suos collaudavit, honoribusque consuetis adfecit: Agrippam vero in primis præter alios honores vexillo cæruleo, quod victoriæ navalis esset testimonium, exornavit: militibus suis munera quædam præbuit: populo viritim quadringentos nummos divisit: puberibus primum, deinde etiam pueris, in gratiam Marcelli, sororis suæ filii. Hæc, & quod ab urbibus Italiæ aurum coronarium non acceperat, omnia quæ ipse nonnullis debebat, persolverat, sibi debita etiamnum ab aliis nequaquam exigebat, (ut supra memini me ostendesse) effecerunt; ut omnium malorum Romani oblivisserentur, ac triumphos ejus libenter admodum spectarent, tanquam de solis externis superatis ductos. Tantum enim pecuniæ per universam urbem ferebatur, ut & possessionum pretia augerentur, & fœnus, quod ante denario libenter pendebatur, tum ad trientem ejus reciderit. Prima die Cæsar triumphum egit de Pannoniis, Dalmatis, Japydis, finitimisque eorum, & nonnullis Germaniæ ac Galliæ populis. Nam C. Carinas Morinos aliosque eorum rebellionis socios domuerat, Suevosque Rhenum, ut arma inferrent, transgressos profligaverat. Itaque & ipse triumphum egit, quamvis pater ejus a Sylla interfectus, & ipse cum aliis proscriptis fui

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

[t] δημοσίᾳ. ὁ δημοσίᾳ est apud RS. quod ipse in notis corrigit, delere jubens ὁ, quod & omiserunt sequentes.
[u] καθ' ἑαυτὸν. καθ' ἑαυτὸν, V. a. male, rupte, RS. & V. b. vide supr. p. 412. C.
[x] Ἰαπυδίας. sic ex emendatione Xyl. scribunt HS. & L. Ἰαπυγίας, cormalim Μορίνους. prima syllaba brevis est apud Virg. Aen. VIII. 727. X. sed illo modo semper Dio. p. 111. B. 114. A. sq.
[y] Μωρίνους.
[z] ἐπὶ πολέμῳ. sic omnino melius V. a. b. quam vulgo, ἐπὶ πολεμῷ.

§ 165. (l. 15.) *σημείῳ κυανοειδεῖ*] Videtur Dio innuere, Agrippam hoc vexillo donatum ab Augusto ob navatam egregie operam in pugna navali Actiaca p. 438. seq. Sed Suetonius id ait factum post superatum classe Sextum Pompejum, de quo p. 392. sq. ait enim c. 25. *Agrippam in Sicilia post navalem victoriam cæruleo vexillo donavit.* Rectius autem Dio, cui assentiuntur Livius, Plinius & Servius, Agrippam post certamen navale Siculum non vexillo, cæruleum colorem marinum referente, sed corona aurea rostrata mactatum testati, ut dixi ad p. 400. C.

§ 166. (l. 17.) *ἔδωκέ τινα*] Phaleras, & torques, & quicquid auro argentoque constaret. Sueton. vide & quæ supra p. 455. E.

§ 167. (l. 17.) *καθ' ἑκατὸν δραχμὰς*] Suetonius c. 41. inter congiaria populo data ab Augusto refert quadringenos numos, quæ summa respondet 100 drachmis.

§ 168. (l. 19.) *ἔπειτα καὶ τοῖς παισὶ*] Suetonius: *ac ne minores quidem pueros præteriit, quamvis non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consuessent.*

§ 169. (l. 19.) *διὰ τὸν Μάρκελλον τὸν ἀδελφιδοῦν*] M. Marcellus, Octaviæ sororis Augusti ex C. Marcello filius, tunc admodum puer, idem qui gener Augusti destinatus, antequam Juliam duceret, Agrippæ deinde & Tiberio nuptam, diem obiit.

§ 170. (l. 22.) *τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις*] De hoc auro coronario dictum p. 208. A.

§ 171. (l. 25.) *ὥσπερ εἴρηται*] Supra 455. E.

§ 172. (l. 27.) *ὡς καὶ ἀλλοφύλων ἁπάντων*] Nam de Romanis triumphare Romano non fas, ut dictum ad p. 457. A.

§ 173. (l. 28.) *τοσοῦτον πλῆθος τῶν χρημάτων*] Sueton. c. 41. *invecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam numeriæ rei effecit, ut fœnore diminuto plurimum agrorum pretiis accesserit.* Orosius VI. 19. *Roma in tantum opibus Alexandriæ urbis, omnium longe opulentissimæ & maximæ, aucta est, ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia quam usque ad id fuerant possessionum aliarumque rerum venalium pretia statuerentur.*

§ 174. (l. 31.) *ἐπὶ δραχμῇ*] Usura centesima, ut singulis mensium calendis drachma una de centum drachmis seu mina attica, sive de centum denariis singuli denarii exsolverentur. Nam idem sunt *τόκος ἐπὶ δραχμῇ, τόκος δραχμαῖος, ἑκατοστὴ* [*δραχμὴ*] & *ἑκατοστὸς τόκος*. vide Salmasium de modo usurarum c. 6. Joh. Frid. Gronovium in mantissa pecuniæ veteris. Majorem usuram exigere Romanis prohibitum, ut præter alios docet Barnabas Brissonius III. 1. Antiquitatum iuris, & Antonius Augustinus lib. II. emendationum, c. 10.

§ 175. (l. 32.) *ἐπὶ τῷ τριημορίῳ*] Fœnus trientarium sive trientale, ut singulis mensibus non centesima, sed tertia centesimæ pars penderetur, itaque annuo spatio pro usura tantum quatuor drachmæ centenis accederent, sicut centesima usura drachmas duodenas de centum persolvebat.

§ 176. (l. 33.) *ἐώρτασε δὲ*] Suetonius c. 22. *Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.*

§ 177. (l. 33.) *τά τε τῶν Παννονίων* &c.] Bellum adversus hosce populos ab Augusto gestum descripsit Dio supra p. 412. sq.

§ 178. (l. 36.) *Γάϊος Καρίνας*] Hic est C. Carrinas, qui Consul fuit A. U. C. 711. & cum Ventidio memoratur in lapide Ancyrano. Extat & nomen ejus in lapide Colotiano apud Petrum Victorium in VIII. 8. Ciceron. ad Familiares, *C. Carrinas, C. F.*

A.U.C. 725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

ſui ſimilibus magiſtratum gerere prohibitus fuerat; egit vero & Cæſar, quoniam victoria ad ſummæ rei præfectum imperatorem referri ſolebat. Secunda die Cæſar ob victoriam navalem ad Actium triumphavit. Tertia, de ſubacta Ægypto. Ornamenta quidem ſplendida prioribus etiam duobus triumphis tertius hic mutuo dederat, propter multitudinem ſpoliorum Ægypti, quæ tanta parta fuerant, ut apparatui omnium triumphorum facile ſufficerent: Ægyptius tamen ſumtuoſiſſimus fuit, & ornatiſſimus apparatu. Inter alia, quæ in eo triumpho inferebantur, Cleopatræ etiam imago in lecto portabatur, ad imitationem mortuæ efficta, ut quodammodo ipſa quoque inter reliquos captivos, cum Alexandro filio ſuo, filiaque Cleopatra, quibus Solis & Lunæ nomina indiderat, ſpectata ceu ferculum quoddam fuerit. Secundum id vero Cæſar ipſe, poſt omnia iſta invectus, nihil non egit ex conſuetudine, præterquam quod collegam & reliquos magiſtratus neglexit, paſſusque eſt præter morem ſe ſubſequi cum ſenatoribus victoriæ ſociis. Alioquin enim magiſtratus præcedere triumphantem, ſubſequi autem victoriæ ſocii ſolebant.

22. His peractis, Minervæ templum, & quod Chalcidicum vocatur, tum curiam Juliam, in honorem patris ſui factam, dedicavit; in eaque imaginem

ταῦτα ἤγαγε μὲν καὶ ἐκεῖνος τὰ νικητήρια, καίτοι τοῦ τε παλρὸς αὐλοῦ ὑπὸ τοῦ Σύλλου θαναλωθέντος, καὶ αὐλὸς [179] ἄρξαι πολὲ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων οἱ κωλυθείς. ἤγαγε δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ, ἐπειδὴ ἡ ἀναφορὰ τῆς νίκης τῇ αὐτοκράτορι αὐτοῦ ἀρχῇ προσήκουσα ἦν. ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ταῦτα διεπράθη· [180] ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἡ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ναυκρατία. καὶν τῇ τρίτῃ, ἡ τῆς Αἰγύπτου καταστροφή. ἐπιφανεῖς μὲν δὴ καὶ αἱ ἄλλαι πομπαὶ διὰ τὰ [a] ἀπ' αὐτῆς λάφυρα ἐγένοντο, (τοσαῦτα γὰρ ἠθροίσθη ὥστε πάσαις ἐπαρκέσαι·) πολυτελεστάτη δ' οὖν καὶ ἀξιοπρεπεστάτη αὐτῇ ἡ Αἰγυπτία. τά τε γὰρ ἄλλα, [181] καὶ ἡ Κλεοπάτρα ἐπὶ κλίνης ἐν τῷ τοῦ θανάτου μιμήματι παρεκομίσθη· ὥστε τρόπον τινὰ καὶ ἐκείνην μετά τε [182] τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων, καὶ μετὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τοῦ καὶ [183] Ἡλίου, τῆς τε Κλεοπάτρας, [b] τῆς καὶ Σελήνης, τῶν τέκνων, ὡς πομπεῖον, ὀφθῆναι. μετὰ δὲ δὴ τοῦτο ὁ Καῖσαρ, ἐφ' ἅπασιν αὐλοῖς ἐσελάσας, τὰ μὲν ἄλλα καθὰ τὸ νομιζόμενον ἔπραξε, [184] τὸν δὲ δὴ συνύπαλον τούς τε λοιποὺς ἄρχοντας περιεῖδε, παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐπισπομένους οἱ μετὰ τῶν λοιπῶν βουλευτῶν τῶν συννενικηκότων. εἰώθεσαν γὰρ [185] οἱ μὲν ἡγεῖσθαι, οἱ δὲ ἑφέπεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διεπέλεσε, [186] τό, τε Ἀθήναιον [c] καὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον, καὶ [187] τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰουλίειον, τὸ ἐπὶ τῇ τοῦ παλρὸς αὐτοῦ τιμῇ

a ἀπ' αὐτῆς, (ſcilicet Αἰγύπτου) V. a. rectius quam ἀπ' αὐτῶν, quod editiones habent. *b* τῆς καὶ Σελήνης. recepi emendationem Leunclavii, pro καὶ τῆς Σελήνης. ſic enim paulo ante, τοῦ καὶ Ἡλίου, & ſic de Cleopatra Zonaras, Κλεοπάτρα ἥ καὶ Σελήνη. *c* τό τε Ἀθήναιον καὶ τὸ Χαλκιδικόν. *Minerva Chalcidica*, pro templo Minervæ quod cognominabatur Chalcidicum, apud Euſeb. Chron. ad an. MMCV. ubi vide Scalig. p. 203. b. & apud Victorem Reg. IX. *Chalcidicum*, in monumento Ancyr. apud Gruter. CCXXXII. unde poſſit hic quoque legi Ἀθήναιον τὸ καὶ Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον. ſed nihil muto: præter Chalcidicum etiam ædem Minervæ & Minervium memorant monum. Ancyranum & Victor.

§ 179. (l. 42.) ἄρξαι πολὲ μετὰ τῶν ἄλλων] Cum aliis proſcriptorum liberis. Nam lege Cornelii Syllæ, proſcriptorum filii honores petere prohibebantur, quod ἀδικώτατον & indigniſſimum viſum Plutarcho in Sylla p. 472. & Vellejo II. 28. Sed jam Julius Cæſar illud immutavit, liberosque proſcriptorum iterum ad honores admiſit, ut dictum ad p. 161. E. Hujus non modo exemplum imitatus Auguſtus eſt, ſed etiam a ſe ipſo proſcriptos liberosque eorum ad dignitates revocavit.

§ 180. (l. 46.) ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ] Cum Dione conſentit, præter Suetonium, Livii Epitome lib. 133. *Cæſar in urbem reverſus tres triumphos egit, unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra, impoſito fine civilibus bellis altero & vicesimo anno.* At Servius ad illa Virgilii VIII. 714. *Cæſar triplici invectus Romana triumpho mœnia: Tres enim*, inquit, *Auguſtus habuit triumphos. Nam primo die triumphavit exercitus qui Antonium vicerat navali bello: ſecundo qui Dalmatas vicerat, tertio ipſe cum Alexandrino invectus eſt triumpho.* Trium triumphorum etiam mentio in SCto memorabili, quod ſervavit Macrobius lib. I. Saturnal. c. 12. *Cum Imperator Cæſar Auguſtus menſe Sextili & primum conſulatum inierit, & triumphos tres in urbem intulerit, & ex Janiculo legiones deductæ ſecutæque ſint ejus auſpicia ac fidem: ſed & Ægyptus hoc menſe in poteſtatem populi Romani redacta ſit, finisque hoc menſe bellis civilibus impoſitus ſit, atque ob has cauſſas hic menſis huic imperio felicissimus ſit ac fuerit, placere ſenatui, ut hic menſis Auguſtus appelletur.*

§ 181. (l. 52.) καὶ ἡ Κλεοπάτρα] Plutarchus in Antonio p. 955. & ex eo Zonaras, refert, in triumpho ductum Cleopatræ ἄδωλον ſive imaginem cum aſpide brachio affixa, τῆς ἀσπίδος ἐμπεφυκυίας. vide eam, ad exemplum ejus, quod Romæ conſpicitur, expreſſam, in Michaëlis Mercati metallotheca p. 367.

§ 182. (l. 55.) τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων] In quibus reges quoque. vide p. 443. C. Propertius lib. II. eleg. I. v. 31.

Aut canerem Ægyptum, & Nilum, quum tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat aquis:
Aut regum auratis circumdata colla catenis,
Actiaque in Sacra currere roſtra via.

§ 183. (l. 56.) Ἡλίου — Σελήνης] De his Antonii & Cleopatræ liberis dictum ad p. 434. B.

§ 184. (l. 60.) τὸν συνύπαλον] Valerium Potitum, de quo p. 458. C.

§ 185. (l. 63.) οἱ μὲν ἡγεῖσθαι] Magiſtratus obviam venientes triumphatori, currum ejus ſolebant pompamque triumphi præcedere; qui autem cum eo triumphabant, οἱ συννενικηκότες, ſive ſenatores & duces, ſive milites, triumphantem ſequebantur. Ex Auguſti autem majeſtate viſum ſubſequi etiam Magiſtratus.

§ 186. (l. 65.) τό, τε Ἀθήναιον καὶ τὸ Χαλκιδικὸν] Plura Minervæ templa Romæ. Etiam diverſum a noſtro cujus mentio infra p. 838. E. Minervæ Chalcidicæ templum in nona regione Urbis una cum Minervio ſive Athenæo Publius Victor collocat. Fallitur vir doctus, qui putat mendum in Victoris libro; & Chalciœcæ (a templo æneo quod Domitianus ei condidit) reponendum eſſe. Nam etiam de Chalciœco Spartæ dubius eſt vetus ſcriptor apud Suidam, & Scholiaſtes Thucyd. lib. I. c. 128. num nomen illud tulerit, *quod æneam ædem haberet*, ἢ διὰ τὸ τοὺς Χαλκιδεῖς τοὺς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας αὐτὸν κτίσαι, *vel quod Chalcidenſes ex Eubœa profugi illud condidiſſent.* De Chalciœco hoc erudite Meurſius lib. I. Miſcellan. Lacon. c. 3. T. V. Theſauri Gronovii. vide etiam Scaligerum ad Euſebium p. 203. & Reineſii varias lectiones p. 419. & Epiſtolas ad Caſp. Hofmannum p. 296. ubi notat Chalcidicum poſitum pro peribolo & deambulatorio exteriori ædificium ambiente. Bibl. Choiſie T. VIII. p. 339. ſq. Turneb. Adverſ. XVIII. 34.

§ 187. (l. 66.) τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰουλίειον] De hac curia Julia dictum p. 338. A. & ad Suetonii Caligulam c. 60. a viris doctis. Marmor Ancyranum: *Curiam & continens & Chalcidicum.* Jacobus Gronovius legit, *& continens ei Chalcidicum.* Sed nulla in IX. urbis Regione curia.

§ 188. (l. 69.) τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς νίκης] Hæc eſt de qua poſt obitum Auguſti cenſuere quidam e Senatu, *funus triumphali porta ducendum, præcedente victoria, quæ eſt in Curia.* Sueton.

τιμῇ γενόμενον, καθιέρωσεν. ἐνέσησε δὲ ἐς αὐτὸ
188 τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Νίκης καὶ τὸ νῦν ὄν· δη-
λῶν, ὡς ἔοικεν, ὅτι παρ' αὐτῆς τὴν ἀρχὴν ἐκτήσα-
το. ἦν δὲ δὴ τῶν Ταραντίνων, καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὴν
Ῥώμην κομισθὲν, ἔν τε τῷ συνεδρίῳ ἱδρύθη, καὶ
Αἰγυπτίοις λαφύροις ἐκοσμήθη. καὶ τοῦτο καὶ
189 τῷ τοῦ Ἰουλίου ἡρῴῳ ὁσιωθέντι τότε ὑπῆρξε·
συχνὰ γὰρ καὶ ἐς ἐκεῖνο ἀνετέθη, καὶ ἕτερα τῷ
E τε Διὶ τῷ cc Καπιτωλίνῳ καὶ τῇ Ἥρᾳ τῇ τε Ἀθη-
νᾷ ἱερώθη· πάντων τῶν πρότερον ἐνταῦθα ἀνακεῖσθαι
δοκούντων, ἢ καὶ ἔτι κειμένων, ἐκ δόγματος τότε
καθαιρεθέντων, 190 ὡς καὶ μεμιαμμένων. καὶ οὕτως
ἡ Κλεοπάτρα, καίπερ καὶ ἡττηθεῖσα καὶ ἁλοῦσα, ἐ-
δοξάσθη, ὅτι τά τε κοσμήματα αὐτῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς
460 ἡμῶν ἀνάκειται, καὶ αὐτὴ 191 ἐν τῷ Ἀφροδισίῳ χρυ-
σῆ ὁρᾶται. ἐν δ' οὖν τῇ τοῦ ἡρῴου ὁσιώσει, ἀγῶ-
νές τε παντοδαποὶ ἐγένοντο, καὶ 192 τὴν Τροίαν ἐυ-
παρῄδαι παῖδες ἵππευσαν· ἄνδρες τε ἐκ τῶν ὁ-
μοίων σφίσιν, 193 ἐπί τε κελήτων καὶ ἐπὶ συνωρί-
δων, τῶν τε τεθρίππων, ἀνηγωνίσαντο· Κύϊντός τέ
τις d Οὐϊντέλιος 194 βουλευτὴς ἐμονομάχησε. καὶ
θηρία καὶ βοτὰ ἄλλα τε παμπληθῆ, καὶ 195 ῥινό-
κερως, ἵππος τε ποτάμιος, πρῶτον τότε ἐν τῇ Ῥώ-
μῃ ὀφθέντα, ἐσφάγη. καὶ ὁ μὲν ἵππος ὁποῖός ἐστι,
πολλοῖς τε εἴρηται, καὶ πολὺ πλείοσιν ἑώραται· ὁ
B δὲ δὴ ῥινόκερως τὰ μὲν ἄλλα ἐλέφαντι πῃ προσέοι-
κε, 196 κέρας δέ τι κατ' αὐτὴν τὴν ῥῖνα e προσέ-
χει, καὶ διὰ τοῦτο οὕτω κέκληται. ταῦτά τε οὖν
ἐσήχθη, καὶ ἀθρόοι πρὸς ἀλλήλους 197 Δακοί τε
καὶ

imaginem Victoriæ posuit, quæ hodie quoque exstat, Tarento olim Romam advecta, ac a Cæsare tum in curia posita, & spoliis Ægyptiis decorata: quo Cæsar nimirum ostendebat, imperium se ex victoria esse adeptum. Julii quoque patris sacrarium, tum dedicatum, multis in eo suspensis donariis ex præda Ægyptiaca exornavit, multa etiam Jovi Capitolino, Junonique & Minervæ consecravit, postquam ex S. C. omnia ornamenta, quæ prius in eorum templis visum erat reponere, & adhuc reposita inveniebantur, tanquam contaminata essent, detracta sunt. Ita Cleopatra, quanquam victa & capta, gloriam tamen consecuta est; quum ejus ornamenta in templis nostris affixa sint, & ipsius aurea imago in templo Veneris conspiciatur. Porro in sacrarii consecratione, ludi omnis generis facti sunt, patriciique pueri Trojam equestri certamine luserunt: virique similis loci singulis equis celetibus, bigisque, & quadrigis inter se certaverunt: Q. Vintelius senator pro gladiatore pugnavit. Multæ etiam feræ, ac animantia alia, & inter hæc rhinoceros, & hippopotamus, tunc primum & visa Romæ, & occisa sunt. Hippopotamus quale sit animal, multi tradiderunt, multo plures viderunt: rhinoceros vero cætera elephanti similis fere est, cornu autem ex ipso naso prominens habet, hincque suum nomen invenit. Turmæ quoque Dacorum & Suevorum depugnantes

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

cc Καπιτωλίνῳ. sic HS. L. Καπιτωλίῳ, RS. d Οὐϊντέλιος. Οὐντίλιος, V. b. scribendum Κυϊντίλιος. Glandorp. Onomast. p. 739. e προσίχε· mutandum in προίχε, sensu manifesto, L. illud tamen etiam apud Xiph. reperitur.

Sueton. c. 101. Non autem Dionis tantum ævo, sed longe diutius, in Curia hæc Victoriæ imago culta Romæ fuit, donec sublata a Christianis Imperatoribus, de quo Ambrosius & Prudentius contra Symmachum. Mentio ejusdem apud Herodianum VII. 28. De aliis Victoriæ idolis apud Romanos celebribus Justus Rycquius libro de Capitolio c. 23. Sed ad præsentem rem pertinet, quod ara Victoriæ Augusto in curia dedicata V. Cal. Sept. legitur in veteri Calendario apud Gruterum p. CXXXIII. & T. 8. Thesauri Græv. p. 14.

§ 189. (l. 74.) τῷ τοῦ Ἰουλίου ἡρῴῳ] De hoc dictum, p. 454. & 460. A.

§ 190. (l. 79.) ὡς καὶ μεμιαμμένων] Sicuti simulacra Deorum fœdata lavari, & detracta eisdem ac templis ornamenta purgari & ablui mos, de quo Ez. Spanhemius ad Callimachi lavacrum Palladis p. 526. sq. ita pro detritis & contaminatis nova reponi erat etiam pulchrius ac splendidius.

§ 191. (l. 82.) ἐν τῷ Ἀφροδισίῳ] Puto templum Veneris Genitricis intelligi, quod in foro Julius Cæsar condiderat, teste Appiano III. civil. p. 544. Icones autem statuæque Cleopatræ (sic & Hannibalis statuas Roma tribus locis habuit, teste Plinio XXXIV. 6.) quo minus everterentur, Archibius Cleopatræ amicus, numeratis Augusto mille talentis, obtinuerat, ut refert Plutarchus in Antonio p. 955. Sed vetustioris Cleopatræ statua fuit, cui deinde caput Caji imperatoris impositum ab Alexandrinis testatur Philo legatione ad Cajum p. 783. τῆς ἀρχαίας Κλεοπάτρας ἥτις ἦν προμάμμη τῆς τελευταίας.

§ 192. (l. 84.) τὴν Τροίαν ἵππευσαν] De ludo equestri, quo contendebant inter se juvenes nobiles, dictum p. 225. E. 417. B. 368. E. vide & Suetonii Augustum c. 43. ἱπποδρομίαν διὰ παίδων εὐγενῶν vocat Dio p. 496. D.

§ 193. (l. 86.) ἐπί τε κελήτων] Equos desultorios possis dicere ex Suetonio, ubi illorum certamini certamen cum bigis quadrigisque jungit in Cæsare c. 39.

§ 194. (l. 88.) βουλευτὴς ἐμονομάχησε] Prohibitum hoc fuisse, monuerat Dio p. 383. A. Equitibus etiam Romanis ad scenicas & gladiatorias operas usum Augustum, testatur Suetonius c. 43. (& Dio p. 586. E.) verum priusquam SCto interdiceretur, de quo p. 522. B. Idem Suetonius in Julio Cæsare c. 39. *Munere in foro depugnavit Furius Leptinus stirpe prætoria, & Q. Calpenus senator quondam actorque caussarum.* Plura Lipsius lib. II. Saturnal. Sermon. c. 4.

§ 195. (l. 89.) ῥινόκερως ἵππος τε ποτάμιος] Rhinocerotis ab Augusto monstrati populo Rom. ad septa, meminit idem Suetonius c. 43. Cum autem animal utrumque, rhinoceros & hippopotamus multorum auctorum veterum recentiumque descriptione notissima sint, sufficerit in præsenti provocare ad numos, quorum altero Domitiani rhinoceros, Hadriani altero hippopotamus exprimitur. Priorem Domitiani habes in editione Amstelodamensi Dissertationum illustris Spanhemii, de præstantia numismatum p. 137. (nam in Londinensi T. I. p. 189. minus luculenter sculptor suo satisfecit officio.) Alterum Hadriani in D. Godfridi Olearii τοῦ μακαρίτου notis ad Philostratum p. 729. De hippopotamo præ ceteris adeundus vir Eruditiss. Jobus Ludolphus in Hist. Æthiopica lib. I. c. 11. de rhinocerote præter magnum Bochartum III. 26. Hierozoici, Thomas Bartholinus de unicornu c. 20. sq. Petrus Scriverius ad lib. I. Martialis, Epigrammat. 22.

Hippopotamum jam ante ab ædili Scauro Romæ editum, contra Dionem annotavit Illust. Spanhemius de U. N. Diss. IV. p. 175. Rhinocerotem observabis in Pompeji ludis & deinsæpius. id. p. 190. REIM.

§ 196. (l. 94.) κέρας δέ τι] Pausanias IX. 21. Bœoticis p. 750. etiam alind minus cornu supra majus illud habere scripsit, quod in quibusdam saltim rhinocerotibus observatum notant Clarissimi Ephemeridum Nat. Curios. scriptores Decade II. anno 5. p. 468. item Pausanias V. 12. Eliacis p. 404. οἱ δὲ Αἰθιοπικοὶ ταῦροι τὰ κέρατα φύουσιν ἐπὶ τῇ ῥινί. *Æthiopici tauri* (ita rhinocerotas solet vocare) *e naribus cornua trudunt.* Ad quem locum Clarissimus Kuhnius annotat, a Celeberrimo Baluzio bina unius rhinocerotis cornua amico monstrata fuisse.

§ 197. (l. 96.) Δακοί τε καὶ Σουῆβοι] Sueton. Augusto c. 21. *Coërcuit & Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis: Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Ubios & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.* Dacorum tumultus & Mysorum Thracumque, a legato Augusti M. Crasso pacatos, deinceps Dio ad finem usque libri exponit, de tempore quo ista gesta sunt stricte definiendo non admodum sollicitus. De alia adversus Dacos & regem eorum Cotisonem expeditione Lentuli ab Augusto missi, Florus IV. 12.

A.U.C.725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

tes invicem introductæ ſunt: quarum altera Scythica eſt quodammodo, altera Celtarum natio. Nam Suevi, ſi accurate loquamur, trans Rhenum incolunt, quanquam multi quoque alii Celtæ Suevorum nomen ſibi ſumant: at Daci ex utraque parte Iſtri habitant; quorum qui citra id flumen ſunt, Triballorum vicini, ad Myſorum præfecturam pertinent, & Myſi, non tamen ab iis, qui proprie regionum illarum indigenæ ſunt, appellantur: qui ultra Iſtrum degunt, Daci vocantur, ſive Getæ ii ſint, ſive Thraces, orti ab illis Dacis, qui Rhodopen quondam incoluerunt. Hi Daci ad Cæſarem ſuperioribus temporibus miſerant legatos, ac quum nihil eorum quæ peterent, impetraſſent, ad Antonium inclinaverant: verum inteſtina ſeditione turbati, nihil ei magnopere profuerant: ac deinde capti quidam, tum cum Suevis dimicare coacti ſunt. Hæc ſpectacula multis (ut par erat) diebus edebantur, neque propter ægrotationem Cæſaris intermittebantur, ſed etiam eo abſente ab aliis curabantur, iisque ludis ſinguli ſenatores unam diem in veſtibulis ædium ſuarum epulati ſunt: quod qua de cauſa fecerint, compertum mihi non eſt, neque enim memoriæ eſt proditum: tunc tamen hæc ita ſunt geſta.

καὶ Σουήβοι ἐμαχέσαντο. εἰσὶ δ' [198] οἳ μὲν Κελτοί, ἐκεῖνοι δὲ δὴ Σκύθαι τρόπον τινά. καὶ οἱ μέν, πέραν τοῦ Ῥήνου, ὡς γε τἀκριβὲς εἰπεῖν (πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι τούτων τοῦ Σουήβων ὀνόματος ἀνθιποιοῦνται) οἱ δ', ἐπ' ἀμφότερα τοῦ Ἴστρου νέμονται. ἀλλ' οἱ μὲν ἐπὶ τάδε αὐτοῦ καὶ [199] πρὸς τῇ Τριβαλλικῇ οἰκοῦντες, ἔς τε τὸν τῆς Μυσίας νομὸν τελοῦσι, καὶ Μυσοὶ, πλὴν παρὰ τοῖς πάνυ ἐπιχωρίοις, ὀνομάζονται· οἱ δὲ ἐπέκεινα, Δακοὶ κέκληνται, [200] εἴτε δὴ Γέται τινὲς, εἴτε καὶ Θρᾷκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ [201] τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος, ὄντες. [202] οὗτοι οὖν οἱ Δακοὶ ἐπρεσβεύσαντο μὲν πρὸ τοῦ χρόνου τούτου πρὸς τὸν Καίσαρα· ὡς δ' οὐδενὸς ὧν ἐδέοντο ἔτυχον, ἀπέκλιναν πρὸς τὸν Ἀντώνιον· καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν μέγα ὠφέλησαν, σασιάσαντες ἐν ἀλλήλοις· αὐτόνομοι δὲ ἐκ τούτου τινὲς, ἔπειτα τοῖς Σουήβοις συνεβλήθησαν. ἐγένετο δὲ ἡ θεωρία ἅπασα ἐπὶ πολλὰς (ὥσπερ εἰκὸς ἦν) ἡμέρας· οὐδὲ διέλειπε, καίτοι τοῦ Καίσαρος ἀῤῥωστήσαντος, ἀλλὰ καὶ ἀπόντος αὐτοῦ, δι' ἑτέρων ἐποιήθη. καὶ ἐν [f] αὐταῖς οἱ βουλευταὶ μίαν τινὰ ὡς ἕκαστοι ἡμέραν ἐν τοῖς τῶν οἰκιῶν σφῶν προθύροις εἱστιάθησαν, οὐκ οἶδ' ὅθεν ἐς τοῦτο προαχθέντες, οὐ γὰρ παραδέδοται. τότε μὲν δὴ ταῦθ' οὕτως ἐπράχθη.

23. Cæſare autem adhuc quartum conſulatum gerente, Statilius Taurus theatrum quoddam lapideum in campo Martio, ad venationes ferarum, ſuis ſumptibus abſolvit, inque ejus dedicatione munus gladiatorium exhibuit; ideoque ei a populo conceſſum eſt, ut quotannis unum prætorem eligendi poteſtatem haberet. Fere eodem, quo hæc agebantur, tempore, M. Craſſus, in Macedoniam & Græciam miſſus, contra Dacos & Baſtarnas bellum geſſit. De Dacis, qui eſſent, & cur bellum ſuſcepiſſent, diximus. Baſtarnæ inter Scythas proprie numerantur. Hi tum transgreſſi Iſtrum, Myſiam ſibi oppoſitam, poſtea & finitimos ejus Triballos, Dar-

Τοῦ δὲ δὴ Καίσαρος τὸ τέταρτον ἔτι ὑπατεύοντος, [203] ὁ Ταῦρος ὁ Στατίλιος θέατρόν τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κυνηγετικὸν λίθινον καὶ ἐξεποίησε τοῖς ἑαυτοῦ τέλεσι, καὶ καθιέρωσεν ὁπλομαχίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο [204] στρατηγὸν ἕνα παρὰ τοῦ δήμου κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι ἐλάμβανε. κατὰ δὲ δὴ τοὺς αὐτοὺς τούτους χρόνους ἐν οἷς ταῦτ' ἐγίγνετο, ὁ Κράσσος ὁ Μάρκος [g] ἔς τε τὴν Μακεδονίαν καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα πεμφθεὶς, τοῖς τε Δακοῖς καὶ Βασάρναις ἐπολέμησε. καὶ περὶ μὲν ἐκείνων, οἵτινές τέ εἰσι, καὶ διὰ τί ἐπολεμώθησαν, εἴρηται. [205] Βασάρναν δὲ, Σκύθαί τε ἀκριβῶς νενομίσθαι, καὶ τότε τὸν Ἴστρον διαβάντες, τήν τε Μυσίαν τὴν κατ' ἀνατέρας σφῶν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ [h] Τριβαλλοὺς ὁμόρους αὐτῇ ὄντας, τούς τε

461

[f] ἐν αὐταῖς (scil. ἡμέραις) V. a. b. pro vulgato αὐτοῖς, quod ad nullam ex præcedentibus vocem commode referri poteſt. [g] ἔς τε τὴν Μακεδ. &c. διὰ τῆς Ἑλλάδος καὶ Μακεδονίας ἐπὶ τὸν Ἴστρον πεμφθεὶς, Xiph. [h] Τριβαλλοὺς. ſic HS. & L. monente RS. qui Τριβαλοὺς in textu exhibet, & ſimul in notis monet, eos qui hic Δάρδανοι, infra ſub calcem libri rectius Δαρδάνιοι ſcribi. ita ſane Z. p. 531. D. vide ad p. 463. E. Dionis.

§ 198. (l. 97.) οὗτοι μὲν Κελτοί] Suevi Germani, de quibus ad Tacitum viri docti, & Cluverius in Germania antiqua, & Martinus Cruſius, in Suevicorum annalium opere, cujus libro ſecundo p. 45. ſuſpicatur, illos Suevos ab Auguſto victos deductosque, fuiſſe ſeminarium Suevorum, etiam qui hodie Wurtenbergiam ac Rhætiam incolunt. Quod vero Dacos Σκύθας τρόπον τινὰ vocat, huic p. 461. A. opponitur, quod Baſtarnas appellat Σκύθας ἀκριβῶς.

§ 199. (l. 3.) πρὸς τῇ Τριβαλλικῇ] Triballi Myſiæ, ſive Mœſiæ Europææ, populi, infra p. 463. E. ſicut etiam Dardanii, ib. & apud Zonaram: & qui poſtea Bulgari dicti ſunt. Apoſtol. XIII. 43. proverb. & Βλάχαι ſive Walachi, teſte Niceta Choniate. Myſos, ubi de hac ipſa expeditione ei ſermo, barbaros barbarorum appellat Florus IV. 12.

§ 200. (l. 6.) εἴτε δὴ Γέται τινὲς] Dio Chryſoſtomus Orat. XII. p. 198. τῆς Γετῶν χώρας, ἣ Μυσῶν ὡς φησιν Ὅμηρος, καλὰ τὴν νῦν ἐπίκλησιν τοῦ ἔθνους, ad quæ verba notat Caſaubonus, locum Poëtæ reſpici Iliad. ν'. v. 5. quem interpretatur Strabo VII. p. 303. ubi Getas & Myſos iſtos ulteriorem Iſtri ripam accolentes, veteribus Græcis Thraces appellatos ſcribit. vide etiam Thucydidem II. 96. Getas Scythis, Triballis ac Thracibus jungentem.

§ 201. (l. 7.) τὴν Ῥοδόπην] Partem Thraciæ cui a monte Rhodope nomen.

§ 202. (l. 8.) οὗτοι οὖν οἱ Δακοί] Hoc de Dacis trans Iſtrum accipiendum, quos deinde rebellantes vicit Trajanus, Daciamque illam, partem magni Illyrici, in provinciæ formam redegit, ut dicetur infra p. 772. ſq. Dacia altera cis Iſtrum, poſterior Aureliani provincia, eſt in Mœſiæ Thraciæque finibus: ac duplex illa quidem, Ripenſis ac Mediterranea. vide Sirmondum ad Sidonii carmen ſecundum v. 273. T. I. Opp. Sirmondi p. 1143.

§ 203. (l. 24.) ὁ Ταῦρος ὁ Στατίλιος θέατρόν τι κυνηγετικόν] Statilii Tauri Amphitheatrum, inter opera, quibus urbs temporibus Auguſti ornata fuit, celebrat Suetonius c. 29. Singulare autem, quod ædificatum ex lapide; erant enim alia lignea hactenus, ut notavi ad p. 57. C. & monuit Lipſius, quem vide c. 5. libri de Amphitheatro. De Statilio Tauro ſupra p. 457. E. Amphitheatri hujus mentio p. 647. E.

§ 204. (l. 27.) στρατηγὸν ἕνα] Prætorum numerus plerumque quindecim, niſi quod interdum uno vel duobus plures paucioresve fuiſſe refert Dio p. 634. Cum autem mos eſſet, populi ſuffragiis prætores legi, populus hoc Tauro jus dedit, ut ſingulos ſingulis annis cooptandi jus eſſet pro tantis ſumtibus, quos ornandæ urbi & paſcendis civium Romanor. oculis impendiſſet. *Plebiſcito adeptus, ut quotannis prætura candidatum unum ſine repulſa creandum commendaret.* Freinsh. Supplem. Livii CXXXIII. 77.

§ 205. (l. 33.) Βασάρναν δὲ Σκύθαί τε ἀκριβῶς] De Baſtarnis dictum

πε [206] Δαρδάνους ἐν τῇ χώρᾳ τῇ ἐκείνων οἰκοῦν]ας ἐχειρώσαν]ο. τέως μὲν οὖν ταῦτ' ἐποίουν, οὐδὲν σφίσι πρᾶγμα πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἦν· ἐπεὶ δὲ τόν τε Αἷμον ὑπερέβησαν, καὶ τὴν Θρᾴκην τὴν [207] Δενθελη]ῶν ἔνσπονδον αὐ]οῖς οὖσαν κα]έδραμον, ἐνα]ῦθα ὁ Κράσσος τὸ μέν τι, τῷ Σι]ᾷ, τῷ τῶν Δενθελη]ῶν βασιλεῖ τυφλῷ ὄν]ι, ἀμύνων, τὸ δὲ δὴ πλεῖσον, [i] περὶ τῇ Μακεδονίᾳ φοβηθεὶς, ἀν]επῆλθε σφίσι· καὶ αὐ]οὺς ἐκ τῆς προσόδου μόνης κα]απλήξας, ἐξέωσεν ἀμαχεὶ τῆς χώρας. καίτ]ούτου οἴκαδε ἀναχωροῦν]ας ἐπιδιώκων, [208] τήν τε [k] Σεγε]ικὴν καλουμένην προσεποιήσα]ο, καὶ ἐς τὴν Μυσίδα ἐνέβαλε, καὶ τήν τε χώραν σφῶν ἐκάκωσε· [209] καὶ πρὸς τεῖχός τι καρ]ερὸν προσελάσας, τοῖς μὲν προδρόμοις ἔπα]σε, (μόνους γὰρ αὐ]οὺς οἱ Μυσοὶ οἰηθέν]ες εἶναι, ἐπέξοδον ἐποιήσαν]ο·) προσβοηθήσας δὲ σφίσι παντὶ τῷ λοιπῷ στρα]εύμα]ι, καὶ ἀνέκοψεν αὐ]οὺς, καὶ προσεδρεύσας ἐξεῖλε.

Dardanosque in illorum regione habitantes, subegerant. Et hactenus quidem nihil eis erat cum Romanis rei. Postquam vero, Hæmo monte superato, in Thracum Dentheletarum, quibus cum Populo Romano fœdus erat, fines incursionem fecerunt; ibi demum Crassus, cum ut Sitæ Dentheletarum regi luminibus capto auxilium ferret, tum vel maxime quod Macedoniæ metuebat, contra eos duxit: & ipso adventu suo perterritos, sine prœlio ea regione expulit. Hinc domum recedentes insecutus, Segeticam quæ vocatur occupavit, in Mysiam invasit, agrum infestavit. Aggressus quidem oppidum obene munitum, nonnullos eorum, quos præmiserat, amisit: Mysi enim, eos solos esse existimantes, obviam egressi erant: sed reliquo omni exercitu auxilio suis profectus, hostem repulit, oppidumque obsidione cepit. A.U.C.725 C. Cæs. V. &Sex.Apulejo COSS.

Πράσσον]ος δὲ αὐ]οῦ ταῦτα, οἱ [l] Βασάρναι τῆς τε Φυγῆς ἐπέχον, καὶ [210] πρὸς τῷ [m] Κέδρῳ τῷ πο]αμῷ κα]έμενα, περιορώμενοι τὰ γενησόμενα. ἐπειδή τε νικήσας τοὺς Μυσοὺς, καὶ ἐπ' ἐκείνους ὥρμησε, πρέσβεις ἔπεμψαν, ἀπαγορεύον]ες αὐ]ῷ μὴ διώκειν σφᾶς, ὡς οὐδὲν τοὺς Ῥωμαίους ἠδικηκότες. καὶ αὐ]οὺς ὁ Κράσσος κα]αχὼν, ὡς καὶ τῇ ὑσεραίᾳ τὴν ἀπόκρισιν δώσων, τά τε ἄλλα ἐφιλοφρονήσα]ο, καὶ κα]εμέθυσεν, ὥσ]ε πάν]α τὰ βουλεύμα]α αὐ]ῶν ἐκμαθεῖν· ἁπλήσως τε γὰρ ἐμφορεῖ]αι πᾶν τὸ Σκυθικὸν φῦλον οἴνου, καὶ ὑπερκορὲς αὐ]οῦ ταχὺ γίνε]αι. Κράσσος δὲ ἐν τούτῳ τῆς νυκ]ὸς ἐς ὕλην τινὰ προχωρήσας, καὶ προσκόπους πρὸ αὐ]ῆς κα]ασήσας, ἀνέπαυσέ τε τὸ στράτευμα· καὶ με]ὰ τοῦτο τῶν Βασαρνῶν, μόνους τε ἐκείνους εἶναι νομισάν]ων, καὶ ἐπιδραμόν]ων σφίσιν, ἔς τε τὰ λάσια ἀναχωροῦσιν ἐπακολουθησάν]ων, πολλοὺς μὲν ἐν]αῦθα, πολλοὺς δὲ καὶ φυγόν]ας ἔφθειραν. ὑπό τε γὰρ τῶν ἁμαξῶν κα]όπιν αὐ]οῖς οὐσῶν ἐνεποδίσθησαν, καὶ προσέτι καὶ τοὺς παῖδας τάς τε γυναῖκας σῶσαι ἐθελήσαν]ες, ἔπ]αισαν. καὶ [211] τόν γε βασιλέα αὐ]ῶν [n] Δέλδωνα αὐ]ὸς ὁ Κράσσος ἀπέκ]εινε· καὶ τὰ σκῦλα

24. His agendis intento Crasso, Bastarnæ, facto fugiendi fine, ad Hebrum fluvium manserunt, quid futurum esset, circumspicientes. Verum, quum Crassus, victis Mysis, adversum eos quoque iret, missis legatis, ne se inqueretur, interdixerunt: neque enim se ullam Romanis injuriam feciſſe. Crassus legatos retentos, tanquam postridie responsurus, humaniter tractavit, vinoque inebriavit, sic ut omnia eorum consilia expiscaretur. Immodice enim Scythica omnis natio ingurgitare se vino solet, facileque eo repletur. Interim in silvam de nocte progressus, speculatoribusque ante eam constitutis, exercitum quiete refecit. Bastarnæ speculatores solos esse rati, impetum in eos fecere: iisque in loca arboribus consita se recipientibus instantes, magna & ibi, & rursum fugientes, clade affecti sunt. Nam & a tergo currus ipsorum objecti fugam impediebant, & uxores simul liberosque eripere cupientes, una peribant. Regem ipsorum Deldonem ipse Crassus interfecit,

i περὶ τῇ Μακεδονίᾳ. πρὸς τὴν Μακεδονίαν, V. b. minus recte. *k* Σεγε]ικὴν. Σεγεσικὴν, Freinsh. Γε]ικὴν, F. quem vide. *l* Βασάρναι. Βασίρναι, Xiph. *m* Κέδρῳ. scribendum Ἔβρῳ, qui fluvius nobilis hodie Μαρίτζης dictus, cum *Cedrus* nullus sit, quod ipse regionum αὐ]όπ]ης affirmare pro certo possum, L. conjecturæ huic adsentitur Freinshem. Κιάβρῳ, F. *n* Δέλδωνα. Δέλδωνα scribendum ajo. Bastarnæ, & Getæ, Germani. sicut sequens nomen Ῥωλου, Germanis Rolo, sic Deddonis nomen iidem agnoscunt. Λ, & Δ, facile confunduntur, ut p. 580. προάδελο, pro προάλελο. p. 347. Δεκίλιος, pro Δεκίδιος, L. sed Δέλδωνα etiam Xiph.

dictum supra p. 64. C. ad verba: πρὸς τῶν Σκυθῶν τῶν Βασαρνῶν. Vocat autem Scythas ἀκριβῶς, utpote origine, lingua & moribus: at Dacos p. 460. B. Scythas τρόπον τινά, aliqua vicinitate morumque similitudine Scytharum gentem attingentes. T. Livius lib. CXXXIV. bellum hoc, contra Bastarnas & Mœsos & alias gentes a M. Crasso gestum, uberius retulerat. Est autem M. Crassus ille filius M. Licinii Crassi, quem in bello civili Galliæ Cisalpinæ præpositum narrat Appianus II. civil. p. 453. nepos M. Crassi divitis, quem cum altero filio P. Crasso in expeditione Parthica periisse dictum est supra p. 133. vide Joh. Glandorpii Onomasticon Romanum p. 529. Hic Crassus post superioris anni 724. consulatum, jam Macedoniam pro Consule obtinebat: idem Consul A. 740.

§ 206. (l. 37.) Δαρδάνους] De his supra p. 64. B. Triballis Mysiæ populis junguntur etiam p. 463. E.

§ 207. (l. 40.) Δενθελη]ῶν] Hi Thraciæ mediterraneæ populi etiam infra p. 534. D. & in Polybii excerptis de legationibus c. 48. Δενθηλῆται appellantur; apud Ciceronem in Pison. c. 34. *Denseletæ*. Plinio IV. 1. & 11. atque inde Solino ac Marciano Capellæ *Denselatæ*. In Livii codicibus XXXIX. 53. *Dantheletæ*. Etiam Strabonis VII. p. 318. Δανθηλῆται. Ptolemæo Δανθηλητική τριπολιτία III. 11. & Steph. Byz. Δανθαλῆται. Regis nomen *Sitas* non abludens a nomine Thracum veteris Reguli *Sitalcis* apud Thucydidem II. 29. 96. vel Diodorum Siculum XII. 50.

§ 208. (l. 47.) τήν τε Σεγε]ικὴν] Nomen regionis, licet urbem interpretetur Ortelius in Thesauro Geograph. Ac possit alicui in mentem venire legendum Γε]ικὴν, Getæ enim Mysis contermini, ut notavi ad p. 460. C. Freinshemius in supplemento Livii CXXXIV. 2. legit *Segesticam*; sed illa paullo remotior mihi videtur ad Savum fluvium.

§ 209. (l. 49.) καὶ πρὸς τεῖχός τι] Sigindunum, Tricornium, vel aliam in illo tractu Mysiæ civitatem.

§ 210. (l. 56.) πρὸς τῷ Κέδρῳ] Leunclavius legit Ἔβρῳ, non inverisimili conjectura. Ex Ptolemæo autem III. 9. ubi Mysiam describit, suspicetur aliquis legendum Κιάβρῳ, cujus ibi fluvii quater facit mentionem. Leunclavii conjecturæ etiam assensus Freinshemius.

§ 211. (l. 74.) τόν γε βασιλέα αὐ]ῶν Δέλδωνα] De Regno Bastarnarum (cujus & Livius XL. 5. facit mentionem, nobiles juvenes regii generis memorans) videndus Reineccius T. II. operis Julii p. 379. sq. Pro *Deldonis* regis nomine, Leunclavius malit *Deddonem*, quod propius accedit Germanico *Deud*, *Diet*, *Död*.

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

interfecit, utique si imperator ac propriis auspiciis rem gessisset, opima Jovi Feretrio spolia dedicaturus. Reliqui, partim in saltum quendam fuga facta, circumusti sunt: partim in oppidum evadentes, expugnatione capti: partim in Istrum incidentes, vel per regionem hinc inde dispersi, perierunt. Quidam nihilominus superstites, loco munito occupato, per aliquot dies Crassum frustra obsidentem sustinuerunt: post Rolæ Getarum quorundam regis auxilio eos Crassus cepit. Is Roles ad Cæsarem profectus, amicus ab eo propterea sociusque dictus est, captivi inter milites divisi.

25. His gestis Crassus in Mysos se convertit, quorum aliis persuadendo, aliis terrefaciendo, nonnullis vi in suam potestatem redactis, ac præter paucos admodum, tota gente, magno tamen cum labore & periculo, subacta; deinde quia hyems jam erat, in sociorum terram reversus est: multaque a frigore, plura a Thracibus, per quos ut amicos in reditu iter faciebat, incommoda accepit: quæ ei causa fuit, ut in rebus jam gestis acquiescendum arbitraretur. Sane horum factorum causa, non modo Cæsari, sed Crasso etiam, sacrificia & triumphus decreta sunt: neque tamen (quod quidam tradiderunt) imperatoris nomen Crassus accepit, sed solus Cæsar. Quum vero Bastarnæ calamitatem, qua affecti fuerant, ægre ferrent, eumque ab expeditione contra ipsos facta destitisse audirent: iterum contra Dentheletas & Sitam, velut unicos mali sui auctores, profecti sunt. Itaque Crassus, vel præter animi sui sententiam excitatus, festinato itinere, inopinantes adortus vicit, pacisque pro suo arbitrio conditiones eis dedit. Ac quoniam semel arma denuo cepisset, ulcisci simul Thracas statuit, a quibus in reditu ex Mysia læsus fuisset, quique jam tum oppida munire, & bellum parare ferebantur. Ex his Merdos Serdosque prælio superatos, amputatis captivorum manibus, etsi non sine negotio, tamen subegit: cætera, Odrysorum excepta regione, grassando pervagatus est. His enim, ceu Bacchi cultoribus, quum sine armis obviam sibi processissent, pepercit: eisque regionem, in qua deum istum colunt,

σκῦλα αὐτοῦ τῷ Φερετρίῳ Διΐ, [212] ὡς καὶ ὄπιμα, ἀνέθηκεν, εἴπερ αὐτοκράτωρ στρατηγὸς ἐγεγόνει. ἐκεῖνά τε δὴ οὕτως ἐπράχθη, καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὲν, ἐς ἄλσος τι καταφυγόντες, περιεπρήσθησαν· οἱ δὲ, ἐς τεῖχός τε ἐσπηδήσαντες, ἐξηρέθησαν. ἄλλοι ἐς τὸν Ἴστρον ἐμπεσόντες, ἄλλοι κατὰ τὴν χώραν σκεδασθέντες, ἐφθάρησαν. περιλειφθέντων δ' οὖν καὶ ὥς τινων, καὶ χωρίον ἰσχυρὸν καταλαβόντων, ἡμέρας μέν τινας μάτην σφίσιν ὁ Κράσσος προσήδρευσεν· ἔπειτα [213] Ῥώλου οἱ Γετῶν τινων βασιλέως ἐπικουρήσαντος, ἐξεῖλεν αὐτούς. καὶ ὅ, τε Ῥώλης πρὸς τὸν Καίσαρα ἐλθὼν, φίλος τε ἐπὶ τούτῳ καὶ σύμμαχος αὐτοῦ ἐνομίσθη, καὶ οἱ αἰχμάλωτοι τοῖς στρατιώταις διεδόθησαν.

462

Πράξας δὲ ταῦτα ὁ Κράσσος ἐπὶ τοὺς Μυσοὺς ἐτράπετο, καὶ τὰ μὲν, πείθων τινὰς, τὰ δὲ, ἐκφοβῶν, τὰ δὲ, καὶ βιαζόμενος, πάντας μὲν, ὡλὴν ὡάνυ ὀλίγων, ἐπιπόνως δὲ δὴ καὶ ἐπικινδύνως καθεσρέψατο. καὶ τότε μὲν (χειμὼν γὰρ ἦν) [214] ἐς τὴν Φιλίαν ἀνεχώρησε, πολλὰ μὲν ὑπὸ τοῦ ψύχους, πολλῷ δὲ ἔτι πλείω ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν, δι' ὧν ὡς φίλων ἐπανήει, παθών· ὅθενπερ γνώμην ἔσχεν ἀρκεθῆναι τοῖς κατειργασμένοις. καὶ γὰρ καὶ θυσίαι καὶ νικητήρια, οὐχ ὅτι τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ καὶ ἐκείνῳ ἐψηφίθη· οὐ μέντοι καὶ [215] τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, ὥς γέ τινές φασιν, ἔλαβεν, ἀλλ' ὁ Καῖσαρ μόνος αὐτὸ προσέθετο. ἐπεὶ δὲ οἱ Βασάρναι, ταῖς τε συμφοραῖς ἀχθόμενοι, καὶ μηκέτ' αὐτὸν ἐπιστρατεύσειν σφίσι πυθόμενοι, πρός τε τοὺς Δενθελήτας [216] καὶ πρὸς τὸν Σιτᾶν ἄυθις, ὡς καὶ αἰτιώταθον αὐτοῖς τῶν κακῶν γεγονότα, ἐτράποντο· οὕτω καὶ ἄκων ἐξανέστη, καὶ σπουδῇ χωρήσας, ἀνέλπιστός τε αὐτοῖς ἐπέπεσε, καὶ κρατήσας, σπονδὰς ὁποίας ἠθέλησεν ἔδωκεν. ὡς δ' ἅπαξ τῶν ὅπλων αὖθις ἥψατο, ἐπεθύμησεν ἀμύνασθαι τοὺς Θρᾷκας, τοὺς ἐν τῇ ἀνακομιδῇ τῇ ἐκ τῆς Μυσίας λυπήσαντας αὐτόν· καὶ γὰρ τότε χωρία τε ἐντειχιζόμενοι καὶ πολεμησείοντες ἠγγέλλοντο. καὶ σφῶν [217] Μέρδους μὲν καὶ Σερδοὺς μάχαις τε κατακρατῶν, καὶ [218] τὰς χεῖρας τῶν ἁλισκομένων ἀποτέμνων, οὐκ ἀπόνως μὲν, ἐχειρώσατο δ' οὖν· τὰ δ' ἄλλα πλὴν [219] τῆς τῶν Ὀδρυσῶν γῆς, κατέδραμε. τούτων γὰρ, ὅτι τῷ τε Διονύσῳ προσκεινται, καὶ τότε [220] ἄνευ τῶν ὅπλων ἀπήντησάν οἱ, ἐφείσατο· καὶ αὐτοῖς καὶ τὴν χώραν

B

C

D

§ 212. (l. 76.) *ὡς καὶ ὄπιμα*] De spoliis opimis dictum ad p. 242. B.

§ 213. (l. 84.) *Ῥώλου Γετῶν τινων βασιλέως*] Ex hoc loco constat, Getas pluribus populis divisos fuisse. Nam Dapygis *Γετῶν τινων καὶ αὐτοῦ βασιλέως* mentio infra E. & Regis tertii Zyraxis p. 463. B. Ad *Roli* nomen accedit *Ῥοίλος Σκυθῶν τῶν νομάδων ἡγούμενος* apud Theodoretum V. 37. Hist. Eccl. Leunclavio idem videtur cum Rollone, quod nomen haud infrequens in Normannorum & Francorum gestis, & cum *Rodulpho* Germanorum, Gallis hodie *Raoul*, Saxonibus *Roleu* seu *Rolef*, *Rolofs*.

§ 214. (l. 94.) *ἐς τὴν Φιλίαν*] In ditionem Dentheletarum: hi enim juncti cum Romanis fœdere amicitiæ p. 461. A.

§ 215. (. 100.) *τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα*] Liberæ Reipub. tempore, ducibus victoriam de hoste obtinentibus, *Imperatoris* nomen a militibus tributum, ut dictum ad p. 48. A. & 235. C. sed ex quo potestas omnis ad unum rediit, non modo ducum gloria ad principem omnis unum redundavit, sed etiam Imperatorum nomen plerumque non ducibus, sed Principi peculiariter tributum, & ex ducum ac legatorum suorum victoriis ille *iterum*, *tertio*, *quarto* ac sæpius Imperator appellatus est. Sic infra Imperatoris iterati nomen Augusto paratum a Vinicio notat Dio p. 514. E.

§ 216. (l. 5.) *καὶ πρὸς τὸν Σιτᾶν Ξυθις*] Regem Dentheletarum p. 461. A. [*Σιτᾶν* scripsi, ut supra, pro *Σίταν*.]

§ 217. (l. 14.) *Μέρδους καὶ Σερδοὺς*] Serdorum caput Serdica sive Sardica. *Μέρδοι* aliis *Μάρδοι*, longius ab his remoti: propriores *Μαῖδοι*, gens Thracica. vide Christoph. Cellarii orbem antiquum T. I. p. 593. & 1322. & V. C. Christiani Sigismundi Liebe Gotham numariam p. 315.

§ 218. (l. 15.) *τὰς χεῖρας ἀπολομένων*] Crudele hoc, captivis vel amputare pollices, de quo ad Æliani II. 9. Variarum viri docti, & ad libri Judicum c. I. v. 7. Vir Clariss. Joh. Henric. Majus libro quarto Observationum sacrarum p. 79. sq. vel manus integras abscindere, ut Cæsar omnibus Uxelloduni rebellibus qui arma tulerant, *manus præcidit*, *vitam concessit*, *quo testatior esset pœna improborum*. Conf. Joh. Baptistæ Pacichelli chiroliturgiam c. 15. & Dionem infra p. 516. D. & quæ ad Curtium V. 5. n. 6. & Florum III. 4. n. 7. viri docti.

§ 219. (l. 17.) *τῆς τῶν Ὀδρυσῶν γῆς*] De Odrysis potenti Thraciæ populo Thucydides II. 29. & 97. Hæc Orphei patria, unde Odrysius Theodoretho dicitur. vide quæ viri docti ad Stephanum Byzantinum, & Joh. Brodæi notas ad Anthologiam Epigramm. Græcorum p. 18. Ac propter Orpheum Odrysas inter antiquissimas & sapientissimas gentes accensuit Celsus

ραν ἐν ᾗ καὶ τὸν θεὸν ἀγάλλουσιν, ἐχαρίσατο, [221] Βησσοὺς ° τοὺς κατέχοντας αὐτὴν ἀφελόμενος.

Πράσσοντα δὲ αὐτὸν ταῦτα ° ὁ Ῥώλης, Δάπυγι, Γετῶν τινων καὶ αὐτῷ βασιλεῖ, πολεμωθεὶς, μετεπέμψατο· καὶ ὃς ἐπικουρήσας οἱ, τήν τε ἵππον τῶν ἐναντίων ἐς τοὺς πεζοὺς ἐσήραξε, καὶ συμφοβήσας ἐκ τούτου καὶ ἐκείνους, μάχην μὲν οὐδεμίαν ἔτ' ἐποιήσατο, φόνον δὲ δὴ φευγόντων ἑκατέρων πολὺν εἰργάσατο. καὶ μετὰ τοῦτο τὸν Δάπυγα, πρὸς φρούριόν τι καταφυγόντα ἀπολαβὼν, ἐπολιόρκει· κἀν τῇ προσεδρείᾳ Ἕλληνίς τις αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τείχους [00] ἀσπασάμενος, ἔς τε λόγους οἱ ἦλθε, καὶ προδοσίαν συνέθετο. ἁλισκόμενοι οὖν οὕτως οἱ βάρβαροι ἐπ' ἀλλήλους ὥρμησαν· καὶ ὅ, τε Δάπυξ ἀπέθανε, καὶ ἄλλοι πολλοί. τὸν μέντοι ἀδελφὸν αὐτοῦ ζωγρήσας ὁ Κράσσος οὐχ ὅτι τι κακὸν ἔδρασεν, ἀλλὰ καὶ ἀφῆκε. ποιήσας δὲ ταῦτα, ἐπὶ τὸ σπήλαιον τὴν [222] Κείρην καλουμένην ἐστρατεύσατο. τοῦτο γὰρ, μέγιστόν τε ἅμα καὶ ἐχυρώτατον οὕτως ὄν, ὡς καὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐς αὐτὸ, μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν δὴ σφίσι γενομένην, συγκαταφυγεῖν [223] μυθεύεσθαι, καταλαβόντες οἱ ἐπιχώριοι πλήθει πολλῷ, τά τε ἄλλα τὰ τιμιώτατα καὶ τὰς ἀγέλας ἐς αὐτὸ πάσας ἐσεκομίσαντο. ὁ οὖν Κράσσος τά τε σώμια αὐτοῦ πάντα σκολιὰ καὶ δυσδιερεύνητα ὄντα ἀναζητήσας, ἀπῳκοδόμησε· κἀκ τούτου κἀκείνους λιμῷ κατεστρέψατο. ὡς δὲ ταῦτα αὐτῷ προεχώρησεν, οὐδὲ τῶν ἄλλων Γετῶν, καίπερ μηδὲν τῷ Δάπυγι προσηκόντων, ἀπέσχετο, ἀλλ' [224] ἐπὶ Γένουκλα τὸ εὐερκέστατον τῆς Ζυράξου ἀρχῆς τεῖχος ἦλθεν, ὅτι τὰ σημεῖα, ἃ τοῦ Ἀντωνίου τοῦ Γαΐου οἱ Βασάρναι πρὸς τῶν [p] Ἰστριανῶν πόλει ἀφῄρηντο, ἐνταῦθα ἤκουεν ὄντα· καὶ αὐτὸ πεζῇ τε ἅμα καὶ διὰ τοῦ Ἴστρου (πρὸς γὰρ τῷ ὕδατι ἐπεπόλιστο) προσβαλὼν, οὐκ ἐν πολλῷ μὲν χρόνῳ, σὺν πολλῷ δὲ δὴ πόνῳ, καίτοι τοῦ Ζυράξου μὴ παρόντος, εἷλεν. ἐκεῖνος γὰρ, ὡς τάχιστα τῆς ὁρμῆς αὐτοῦ ἤσθετο, πρός τε τοὺς Σκύθας ἐπὶ συμμαχίαν μετὰ τῶν χρημάτων ἀπῆρε, καὶ οὐκέτι ἔφθη ἀνακομισθείς.

Ταῦτα μὲν ἐν Γέταις ἔπραξε. τῶν δὲ δὴ Μυσῶν τοὺς μὲν ἐκ τῶν κεχειρωμένων ἐπανασάντας, δι' ἑτέρων ἀνεκλήσατο, ἐπὶ δὲ [q] Ἀρλακίους, ἄλλους τέ τινας, οὔθ' ἁλόντας πρὸ, οὔτ'

colunt, Bessis tum eam obtinentibus ademptam, dono dedit. A.U.C.725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

26. Hæc eum agentem Roles, contra Dapygem quorundam Getarum pariter regem bellum gerens, ad se vocavit: isque auxilio veniens, equitatum hostilem in peditatum eorum compulit: itaque & peditatu una perterrito, nulla deinde pugna habuit opus, sed utrarumque copiarum fugientium magna strage facta, Dapygem, qui in castellum quoddam confugerat, oppugnavit. Ibi Crassum obsidioni intentum quidam Græce de muro salutavit, collocutusque, proditionem composuit. Quo modo barbari in hostium potestatem quum venisse se viderent, mutuis cædibus sese occiderunt: inter quos etiam Dapyx obiit. Ejus tamen fratrem captum Crassus illæsum dimisit. His perfectis ad speluncam, cui Cira nomen est, exercitum duxit. Ea caverna maxima simul, & munitissima est; adeo quidem, ut etiam fabulentur, Titanas a Diis victos eo confugisse. Hanc indigenæ occupaverant magna cum multitudine hominum, aliasque res pretiosissimas suas, & greges eodem omnes contulerant. Sed aditus omnes, qui & obliqui erant, & difficiles investigatu, cum exquisivisset Crassus, & obstruxisset; hos quoque fame ad deditionem compulit. Ita succedentibus rebus, neque a reliquis etiam Getis, quamvis nihil ad Dapygem pertinentibus, abstinuit: sed ad Genucla, quod omnium sub Zyraxis imperio castellorum erat validissimum, profectus est; quod ibi signa militaria adservari audierat, quibus C. Antonium Bastarnæ apud Istrianorum urbem spoliaverant. Oppidum id simul a terra & a fluvio (nam Genucla ad Istrum ædificata erant) oppugnans, parvo quidem temporis spatio, non tamen sine magno labore, licet abesset Zyraxes, cepit. Nam is, simul ac de instituto Crassi cognoverat, acceptis secum pecuniis, in Scythas auxilii petendi causa profectus, non redierat in tempore.

27. Hæc in Getis a Crasso gesta. Mysos autem, qui a se subacti rebellionem fecissent, aliorum opera recepit: in Artacios, aliosque nonnullos populos, neque subjugatos unquam, neque

o Βησσοὺς, HS. L. Βήσους, RS. mox ὁ Ῥώλης. ὁ Ῥώλος, V. b. sed Ῥώλης etiam supra. oo ἀσπασάμενος. ita emendavit, non monito lectore, HS. quem insciius ducem sequitur L. ἀποσπασάμενος, RS. p Ἰστριανῶν. hoc ad marginem scripserat L. pro Ἰστρώνων. ego recipere non dubitavi, quia ipse Dio p. 64. C. sic habet, & Ἰστρίαν infra, p. 534. D. q Ἀρλακίους. Ἀρλαβίους, V. b.

Celsus apud Origenem lib. I. p. 13. Ab Orpheo etiam Bacchi cultus & sacra Διονυσιακὰ sive Βακχικά, de quibus erudite V. C. Andreas Christianus Eschenbachius in Epigene suo sive libro de poësi Orphica p. 31. sq.

§ 220. (l. 19.) ἄνευ τῶν ὅπλων ἀπῆλθησαν] Similiter Nysæi in India, Bacchi conditoris sui cultores, Alexandro ad urbem suam cum exercitu venienti, obviam miserunt orantes ἀφεῖναι τῷ θεῷ τὴν πόλιν, ut numini suo urbem condonaret, quod etiam Alexander fecit, ut in limine libri quinti narrat Arrianus, licet paulo aliter Curtius VIII. 10.

§ 221. (l. 22.) Βησσοὺς] Bessi, montis Hæmi accolæ, ferocissimi Thracum, Odrysiis vicini.

§ 222. (l. 38.) Κείρην] Velut absorbens ac devorans: nam κεῖρειν est ἀναλίσκειν, ἐσθίειν, ut docet Hesychius. Quod vero in hanc Thraciæ speluncam victos confugisse Titanas Dio refert, ex quorundam Mythologorum sententia, illud tacent vel falsa imagine occultant Hesiodus, & alii, qui Titanas in Tartarum detrusos memorant: hunc vero non in terra ajunt esse, sed a terra quam remotissimum. τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης, Iliad. Θ'. 16. Hesiod. Theogon. 720. Tamen Aristides encomio urbis Romæ T. I. p. 396. scripsit Τιτᾶνας εἰς τοὺς καλλίστους μυχοὺς τῆς γῆς ἀπελθεῖν, quod cum Dione satis belle convenit.

§ 223. (l. 42.) μυθεύεσθαι] Ita fortasse vetus scriptor Titanomachiæ, quam Arctino alii, alii Eumelo tribuerunt Corinthio. vide Athenæum VII. p. 277.

§ 224. (l. 50.) ἐπὶ Γένουκλα] Hæc est Istrianorum civitas, ad quam superatum a Bastarnis, auxilium Mysorum genti contra Romanos ferentibus, C. Antonium, Dio docuit p. 64. C. Mysiam inferiorem, ut Bastarnos Podoliæ populum, intellige cum viro erudito in Actis Eruditorum A. 1732. p. 401.

A.U.C 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

neque dedere se volentes, ac non modo hoc suo proposito superbientes, verum alios quoque ad indignationem & res novas sollicitantes, ipse arma convertit: eosque haud segniter se defendentes, partim vi, partim quod captivis suis metuerent, in suam potestatem redegit. Atque hæc quidem deinceps acta sunt. Ego autem & hæc ipsa eo, quo ab aliis tradita sunt, modo perscripsi, & ipsa etiam populorum nomina. Nam antiquitus Mysi ac Getæ omnem eam regionem, quæ Hæmum ac Istrum interjacet, incoluerunt: progressu vero temporis, alia quidam eorum nomina acceperunt: denique Mysiæ nomine omnis ea regio, quam Savus in Istrum incidens, supra Dalmatiam & Macedoniam Thraciamque, a Pannonia dirimit, vocari cœpit. In qua Mysia cum aliæ multæ sunt gentes, tum qui olim Triballi appellabantur, iique quos hodie etiam Dardanos nominant.

οὔτ' ἂν [r] προσχωρῆσαί οἱ ἐθέλοντας, καὶ αὐτούς τε μέγιστον ἐπὶ τούτῳ φρονοῦντας, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀργήν τε ἅμα καὶ νεωτερισμὸν ἐμποιοῦντας, αὐτός τε ἐπεστράτευσε, καὶ σφᾶς τὰ μὲν βίᾳ, δεδράσαντας οὐκ ὀλίγα, τὰ δὲ καὶ φόβῳ τῶν ἁλισκομένων, προσηγάγετο. ταῦτα μὲν ἐν χρόνῳ ἐγένετο. γράφω δὲ τά τε ἄλλα ὡς που παραδέδοται, καὶ αὐτὰ τὰ ὀνόματα. τὸ μὲν γὰρ πάλαι, Μυσοί τε καὶ Γέται πᾶσαν τὴν μεταξὺ τοῦ τε Αἵμου καὶ τοῦ Ἴστρου οὖσαν ἐνέμοντο. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ ἐς ἄλλα τινὲς αὐτῶν ὀνόματα μετέβαλον. καὶ μετὰ ταῦτα ἐς τὸ τῆς Μυσίας ὄνομα, πάνθ' ὅσα ὁ Σαῦος ἐς τὸν Ἴστρον ἐμβάλλων, ὑπέρ τε τῆς Δαλματίας καὶ ὑπὲρ τῆς Μακεδονίας, τῆς τε Θρᾴκης, ἀπὸ τῆς Παννονίας ἀφορίζει, συγκεχώρηκε. καὶ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἄλλα τε ἔθνη πολλὰ, καὶ οἱ Τριβαλλοί ποτε προσαγορευθέντες, οἵ τε [s] Δάρδανοι, καὶ νῦν οὕτω καλούμενοι.

[r] προσχωρῆσαι. προχωρῆσαι, V. b. male. [s] Δάρδανοι. sic scripsi, pro Δαρδάνιοι, ut constet sibi Dio, qui & supra p. 461. A. Δαρδάνους, & p. 64. B. Δαρδάνων nobis exhibet. neque tamen nego Δαρδανίους rectius apud Strabonem, Stephanum &c. vocari.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΟ
ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUINQUAGESIMUS SECUNDUS.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ πεντηκοστῷ δευτέρῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς Καῖσαρ ἐβουλεύσατο τὴν μοναρχίαν ἀφεῖναι.

Ὡς αὐτοκράτωρ καλεῖσθαι ἤρξατο.

Hæc inſunt Libro LII. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Quemadmodum Cæſar conſilium monarchiæ deponendæ inierit. c. 1 — 40.

Ut imperator vocari inceperit. c. 41 — 43.

Χρόνου πλῆθος, τὰ λοιπὰ τῆς Καίσαρος τὸ ε', καὶ Σέξτου Ἀπουληΐου ὑπατείας.

Acta ſunt hæc reliqua parte ejus anni, quo Cæſar V. & Sextus Apulejus conſules fuerunt.

Ταῦτα μὲν ἔν τε τῇ βασιλείᾳ, καὶ ἐν τῇ δημοκρατίᾳ, ταῖς τε δυναστείαις, [1] πέντε τε καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσίοις ἔτεσι, καὶ ἔπραξαν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἔπαθον. ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξαντο· καίτοι τοῦ Καίσαρος βουλευσαμένου τά τε ὅπλα καταθέσθαι, καὶ τὰ πράγματα [2] τῇ τε γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι. ἐποιήσατο δὲ τὴν διάγνωσιν μετά τε τοῦ Ἀγρίππου καὶ τοῦ Μαικήνου· (τούτοις γὰρ πάντα τὰ ἀπόρρητα ἀνεκοίνου) καὶ αὐτῷ [3] ὁ Ἀγρίππας πρότερος εἶπε τοιάδε.

1. Hæc itaque ſub regibus, inque populari reipublicæ adminiſtratione, ac certorum deinde hominum principatibus, Romani per annos DCCXXV. egerunt ac perpeſſi ſunt. Ab hoc autem tempore prorſus iterum penes unum hominem ſumma totius reipublicæ eſſe cœpit: quanquam armorum deponendorum, resque omnes ſenatus populique poteſtati tradendi, conſilium Cæſar agitaverit. Ad quam deliberationem quum Agrippam Mæcenatemque adhibuiſſet, (nam cum his de omnibus ſuis arcanis communicare ſolebat) prior in hanc ſententiam Agrippa locutus eſt. A.U.C. 725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

" Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Καῖσαρ, εἰ μέλλω " σε ἀποτρέπειν ἀπὸ τῆς μοναρχίας, καίπερ " πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀπολαύσας ἂν ἀπ' αὐ- " τῆς, σοῦ γε αὐτὴν ἔχοντος. εἰ μὲν γὰρ " καὶ σοὶ ὠφέλιμος γενήσεσθαι ἔμελλε, καὶ πά- " νυ ἂν αὐτὴν ἐσπούδασα· ἐπειδὴ δ' οὐδὲν ὅ- " μοιον τοῖς τε ἀρχομένοις καὶ τοῖς φίλοις σφῶν " παρέχεται, ἀλλ' οἱ μὲν καὶ ἀνεπιφθόνως καὶ " ἀκινδύνως τἀνθ' ὅσα ἐθέλουσι καρποῦνται, " τοῖς δὲ καὶ φθόνοι καὶ κίνδυνοι συμβαίνουσιν· " οὐ τὸ ἐμαυτοῦ ἴδιον, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλ- " λοις,

2. " Etſi, Cæſar, ex quo ſolus ſummam tenes imperii, multa inde ad me redierunt bona: mirari tamen non debes, me ab ea reipublicæ adminiſtratione te dehortari. Nam ſi ea tibi quoque conducibilis futura eſſet, omni quidem ſtudio ad eam inclinarem. Nunc, quum longe diverſa ſit hujusmodi imperatoris, & amicorum ejus conditio, quod hi quos velint fructus citra invidiam ac pericula percipiant, ille utrisque his ſit obnoxius: non privatum meum commodum, quod ne in aliis quidem negotiis ſequi ſoleo,

§1. (l. 3.) πέντε τε καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσίοις] Hunc numerum ex Dione habet etiam Zonaras. Numero rotundo DCCXX. annos ab urbe condita numerat Tacitus lib. I. Hiſt. c. 1. usque ad illud tempus *quo bellatum ad Actium, atque omnem poteſtatem ad unum conferri, pacis interfuit.* Regibus paruere Romani per annos CCXLIV.

§2. (l. 7.) τῇ τε γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι] Sueton. c. 28. *De reddenda Repub.* (hoc ſenſu ἀπόδοσις infra p. 472. B. & ἀποδίδωμι p. 498. C.) *bis cogitavit, primo poſt oppreſſum ſtatim Antonium, memor objectum ab eo ſibi ſæpius, quaſi per ipſum ſtaret ne redderetur: ac rurſus tædio diuturnæ valetudinis.* infra p. 497. ſq.

§3. (l. 11.) ὁ Ἀγρίππας πρότερος εἶπε τοιάδε] Videtur in diſertiſſima hac Agrippæ, & in proxima quæ ſequitur non minus memorabili Mæcenatis oratione p. 258. Dio argumentum ab aliis utcunque accepiſſe, ut ſupra de Antonii oratione p. 258. dixi; colorem & modum dicendi ipſe ex ingenio ſuo addidiſſe. Porro hæc Agrippæ diſſuaſoria principatus, ſeparatim excuſa latine prodiit Baſileæ 1580. in 8vo & cum contraria Mæcenatis, ex Cœlii Secundi Curionis verſione inter ejus orationes p. 135. ſq. Baſil. 1553. 8. denique utramque ſupplemento Titi Livii lib. CXXXIV. paulo liberius expreſſam & ornatam inſeruit vir eruditiſſimus Joannes Freinshemius.

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

leo, sed tuam ac publicam salutem spectandam mihi esse censui. Proinde tranquilla mente omnia ea, quæ adnexa sunt singulari imperio, expendamus: & quo nos duxerit ratio, inclinemus. Neque enim quisquam dicet, omni modo id imperium, etsi minime expediat, esse a nobis expetendum. Nam si id quidem statuerimus, alterum horum accidat nobis necesse est, ut vel secundam fortunam ferre non potuisse, successuque rerum prospero de sanitate mentis dejecti videamur: vel quum jam dudum summam rerum affectassemus, patris tui nomen tantum, & pietatem in eum prætexuisse, titulumque senatus ac populi Romani prætendisse censeamur, non ut hos insidiatoribus liberaremus, sed ut ipsos in servitutem redigeremus: quorum sane neutrum crimine vacat. Quis enim non indigne ferat, alia nos in ore, alia in pectore gessisse cernens? qui vero non majoribus nunc odiis impetamur, quam si initio statim cupiditate nostra detecta, ad regnum palam adspirassemus? Nam vi aliquid tentare, etsi id cupiditatis iniquæ videatur esse, tamen humanæ naturæ conveniens quodammodo existimatur. Qui enim aliis quapiam in re præstat, plura habere se, quam inferiores, æquum judicat: idque si consequatur, fortunæ vi, sin minus, nutui divino adscribit. Qui vero insidiose ac malitiose idem conatur, primum fraudulentus, perversus, improbus, pravique ingenii homo esse judicatur: (quæ tibi, sat scio, cujusquam vel sermone vel opinione tribui, haud feras æquo animo, ne si totius quidem terrarum orbis inde ad te redeat arbitrium:) deinde vel adeptus id quod petebat, injuste reliquis superior factus: vel, si secus ei conatus ceciderit, meritum infortunium tulisse censetur. »

3. « Quæ quum ita sint, certe non minus crimen nobis impingetur, si etiam initio nulla hujusmodi cupiditate acti, nunc demum illud appetamus. Longe enim deterius est, præsenti conditioni succumbere, & se continere non posse, muneribusque fortunæ non recte uti; quam propter res adversas aliis injuriam inferre. Hoc enim qui faciunt, ii a calamitatibus ipsis, etiam inviti sæpe, utilitatis suæ causa, aliquid peccare coguntur: illi vero volentes adeo impotenter agunt, nec suis ipsorum commodis satis consulunt. Jam qui neque candido sunt animo, neque oblatis sibi bonis moderate possunt uti, quomodo eos quis speret aut aliis bene imperaturos, aut res adversas recte toleraturos? Proinde ejusmodi capiamus consilium, ut neutro horum vitiorum laborare, aut sine ratione quicquam acturi

« λοις, ἀλλὰ τὸ σὸν, τό, τε κοινὸν προϊ- 465
« δέθαι ἐδικαίωσα. σκεψώμεθα δὲ καθ' ἡσυ-
« χίαν πάντα τὰ προσόντα αὐτῇ, καὶ ὅ-
« πη ποτ' ἂν ὁ λογισμὸς ἡμᾶς ἀγάγῃ, τρα-
« πώμεθα. οὐ γάρ που καὶ ἐξ ἁπαντὸς τρό-
« που φήσει τις δεῖν ἡμᾶς ἑλέθαι αὐτήν, κἂν
« μὴ λυσιτελοῦσα ᾖ. εἰ δὲ μή, δόξομεν ἥ-
« τοι τῆς τε εὐπραγίας ἡττῆθαι, καὶ ὑπὸ τῶν
« καλωρθωμένων ἐκπεφρονηκέναι· ἢ καὶ πάλαι
« αὐτῆς ἐφιέμενοι, [a] τόν τε πατέρα καὶ τὴν
« ἐς αὐτὸν εὐσέβειαν ἐσκῆφθαι, καὶ [a] τὸν δῆ-
« μον τήν τε γερουσίαν προβεβλῆθαι· οὐχ ἵ- B
« να αὐτοὺς τῶν ἐπιβουλευσάντων σφίσιν ἀπαλ-
« λάξωμεν, ἀλλ' ἵνα [a] ἑαυτοῖς δουλωσώμεθα.
« ἑκάτερον δὲ ὑπαίτιον. τίς μὲν γὰρ οὐκ ἀ-
« γανακτήσειεν, ἄλλα μὲν ὁρῶν ἡμᾶς εἰρηκό-
« τας, ἄλλα δ' αἰσθανόμενος πεφρονηκότας;
« πῶς δ' οὐκ ἂν μᾶλλον νῦν μισήσειεν ἡμᾶς,
« ἢ εἰ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τήν τε ἐπιθυμίαν ἀπ-
« εγυμνώσαμεν, καὶ ἐπὶ τὴν μοναρχίαν ἀν-
« τικρυς ὡρμήσαμεν; τὸ μὲν γὰρ βιαιόν τι
« τολμᾶν, προσήκειν πως τῇ τῶν ἀνθρώπων C
« φύσει, κἂν πλεονεκτικὸν εἶναι δοκῇ, πε-
« πίστευται. πᾶς γὰρ ὁ προφέρων ἔν τινι,
« πλέον αἰξιοῖ τοῦ καταδεεστέρου ἔχειν· καὶ κατ-
« ορθώσας τέ τι, ἐς τὴν τῆς [aa] τύχης ἰσχὺν
« ἀναφέρεται, καὶ διαμαρτών τινος, τῇ τοῦ
« δαιμονίου Φορᾷ προστίθεται. ὁ δὲ ἐξ ἐπι-
« βουλῆς καὶ κακουργίας τοιοῦτόν τι ποιῶν,
« πρῶτον μὲν δολερὸς καὶ σκολιὸς καὶ κακοή-
« θης καὶ κακότροπος εἶναι νομίζεται· (ἅπερ
« ἴσ' οἶδ' ὅτι περὶ σοῦ οὐδένα ἂν ὑπομείνειας
« εἰπεῖν ἢ φρονῆσαι, οὐδ' εἰ πάσης ἐκ τού- D
« του τῆς οἰκουμένης ἄρξειας·) ἔπειτα δὲ καὶ
« κατορθώσας, ἄδικον τὴν πλεονεξίαν πεποιῆ-
« θαι· καὶ σφαλείς, δικαίαν κακοπραγίαν
« εἰληφέναι δοκεῖ.

« Τούτου δὴ οὕτως ἔχοντος, οὐδὲν ἂν ἧττον ἐπι-
« καλέσειέ τις ἡμῖν, καὶ εἰ μηδὲν τοιοῦτον ἀπὸ πρώ-
« της ἐνθυμηθέντες, ἔπειτα νῦν ἐπιθυμήσαιμεν αὐτοῦ.
« τὸ γάρ τοι τῶν τε παρόντων νικᾶθαι, καὶ μήτε
« ἑαυτοὺς κατέχειν, τοῖς τε παρὰ τῆς τύχης δοθεῖ-
« σι μὴ καλῶς χρῆθαι, πολὺ χεῖρόν ἐστι τοῦ ἐκ
« κακοπραγίας ἀδικεῖν τινα. οἱ μὲν γὰρ ὑπ' αὐτῶν E
« τῶν συμφορῶν πολλάκις ἀναγκάζονται, πρὸς τὴν
« τοῦ συμφέροντος σφίσι χρείαν, καὶ ἄκοντες πλημ-
« μελεῖν· οἱ δ' ἐθελονται [b] ἀκράτορες ἑαυτῶν καὶ
« παρὰ τὸ λυσιτελοῦν γίνονται. τοὺς δὲ δὴ μήθ' ἁ-
« πλότητά τινα ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντας, μήτε τὰ δο-
« θέντα σφίσιν ἀγαθὰ μεριάσαι δυναμένους, πῶς
« ἄν τις προσδοκήσειεν ἤτοι τῶν ἄλλων καλῶς ἡ-
« γεμονεύσειν, ἢ ταῖς συμφοραῖς ὀρθῶς χρήσεσθαι; 466
« ὡς ὄυν [c] μηδέτερον αὐτῶν πεπονθότες, μηδ' ἀλό-
« γως τι πρᾶξαι ἐπιθυμοῦντες, ἀλλ' ὅ, τι ποτ'
ἂν

a ἑαυτοῖς. sic V. a. b. cujus lectionis vestigium est quoque apud RS. qui ἑαυτοὺς ex suo codice exprimit, sed in notis αὐτοὺς legendum dicit, probante Xyl. quem sequuntur HS. & L. in suis editionibus. sed gemina opposita præferenda duxi. *aa* τῆς τύχης. suspectum propter sensum inconcinnum. quid si ἀρετῆς? *b* ἀκράτορες. αὐτοκράτορες, V. b. absurde.

§ 4. (l. 34.) τόν τε πατέρα καὶ τὴν ἐς αὐτὸν εὐσέβειαν] Magna belli civilis caussatio, necem Julii Cæsaris ulciscendi. infra p. 475. E. 498. C.

§ 5. (l. 35.) τὸν δῆμον τήν τε γερουσίαν] Præcipuus belli, quod postremo Augustus gessit, erat titulus, senatum populumque Rom. liberare tyrannide Antonii.

§ 6. (l. 77.) μηδέτερον αὐτῶν] Ut nec secundam fortunam impotenter ferre, neque sub alio prætextu imperii cupiditate unice flagrasse videamur.

§ 7. (l. 84.) ἡ μὲν ἰσονομία] Æquabilitas juris, qualis est in libera repub. ut singulis per virtutem ad honores pateat aditus, nec cujusquam auctoritas major quam legum sit, adversus injuriam quamcunque omnes pariter tuentium.

" ἂν βουλευσαμένοις ἡμῖν ἄριστον φανῇ τοῦθ' αἱρη-
" σόμενοι, τὴν διάγνωσιν αὐτοῦ ποιησώμεθα. λέξω δὲ
" μετὰ παῤῥησίας· οὔτε γὰρ αὐτὸς ἄλλως ἂν
" τι εἰπεῖν δυναίμην, οὔτε σοὶ σύνοιδα τὰ ψευδῆ
" μετὰ κολακείας ἡδέως ἀκούοντι.

" Ἡ μὲν τοίνυν ἰσονομία, τό, τε πρόσ-
" ρημα εὐώνυμον, καὶ τὸ ἔργον δικαιότατον ἔ-
" χει. τήν τε γὰρ φύσιν τὴν αὐτὴν τινας
" εἰληχότας, καὶ ὁμοφύλους ἀλλήλοις ὄντας,
" ἔν τε τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι τεθραμμένους, καὶ ἐν
" τοῖς ὁμοίοις νόμοις πεπαιδευμένους, καὶ κοινὴν
" καὶ τὴν τῶν σωμάτων καὶ τὴν τῶν ψυχῶν
" χρῆσιν τῇ παιδιᾷ παρέχοντας, πῶς μὲν οὐ
" δίκαιον καὶ τἆλλα πάντα κοινοῦσθαι; πῶς δ'
" οὐκ ἄριστον ἐν μηδενὶ πλὴν ἀπ' ἀρετῆς προ-
" τιμᾶσθαι; ἥ τε γὰρ ἰσογονία ἰσομοιρίας ὀ-
" ρεγνᾶται, καὶ τυχοῦσα μὲν αὐτῆς, χαίρει,
" διαμαρτοῦσα δὲ, ἄχθεται· καὶ τὸ ἀνθρώ-
" πειον πᾶν, ἅτε ἔκ τε θεῶν γεγονὸς καὶ
" ἐς θεοὺς ἀφῆξον, ἄνω βλέπει, καὶ οὔτε
" ἐθέλει ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ διὰ παντὸς ἄρχεσθαι,
" οὔθ' ὑπομένει τῶν μὲν πόνων καὶ τῶν κιν-
" δύνων τῶν τε δαπανημάτων μετέχον, τῆς δὲ
" κοινωνίας τῶν κρειττόνων στερόμενον· ἀλλὰ κἂν
" ἀναγκαθῇ τι τοιοῦτον ὑποσῆναι, μισεῖ τὸ
" c βεβιασμένον, κἂν καιροῦ λάβηται, τιμωρεῖ-
" ται τὸ μεμισημένον. ἄρχειν τε γὰρ πάντες
" ἀξιοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄρχεσθαι ἐν τῷ
" μέρει ὑπομένουσι· καὶ πλεονεκτεῖσθαι οὐκ ἐθέ-
" λουσι, καὶ διὰ τοῦτο οὐδ' αὐτοὶ πλεονεκτεῖν
" ἀναγκάζονται. ταῖς τε τιμαῖς παρὰ τῶν ὁ-
" μοτίμων χαίρουσι, καὶ τὰς τιμωρίας τὰς ἐκ
" τῶν νόμων ἐπαινοῦσι. κἂν οὕτω πολιτεύωνται, καὶ
" κοινὰ μὲν τἀγαθὰ, κοινὰ δὲ καὶ τὰ ἐναν-
" τία νομίζοντες εἶναι, οὔτε τι κακὸν οὐδενὶ
" τῶν πολιτῶν γίγνεσθαι βούλονται, καὶ πάν-
" τα τὰ κρείττω πᾶσιν αὐτοῖς συνεύχονται. καὶ
" ἄν τέ τις αὐτὸς ἀρετήν τινα ἔχῃ, καὶ προ-
" φαίνει αὐτὴν προχείρως, καὶ ἀσκεῖ προθύ-
" μως, καὶ ἐπιδείκνυσιν ἀσμενέστατα· ἄν τε
" καὶ ἐν ἑτέρῳ ἴδῃ, καὶ προάγει ἑτοίμως,
" καὶ συναύξει σπουδαίως, καὶ τιμᾷ λαμπρό-
" τατα. καὶ μέντοι κἂν κακύνηταί τις, πᾶς
" αὐτὸν μισεῖ· κἂν δυστυχῇ, πᾶς ἐλεεῖ· κοι-
E " νὴν τῆς πόλεως καὶ τὴν ζημίαν καὶ τὴν αἰ-
" σχύνην τὴν ἀπ' αὐτῶν εἶναι νομίζων.

" Αὐτὴ μὲν ἡ τῶν δήμων κατάστασις. ἐν δὲ
" δὴ ταῖς τυραννίσι πάντα τἀναντία συμβαίνει.
" καὶ τὰ μὲν πολλὰ τί δεῖ μηκύνειν λέγοντα;
" τὸ δὲ δὴ κεφάλαιον, [8] χρηστὸν μὲν οὐδεὶς οὐδὲν
" d οὔτ' εἰδέναι οὔτ' ἔχειν δοκεῖν βούλεται, (πο-
" λέμιον γὰρ αὐτῷ πᾶν ἐπὶ τούτῳ τὸ κρατοῦν ὡς
467 " πλήθει γίνεται·) τὸν δὲ ἐκείνου τις τρόπον, [9] κα-
" νόνα τοῦ βίου ποιησάμενος, ὅ, τι ποτ' ἂν ἐλ-
πίσῃ

acturi videamur; sed id secuturi, quod consul- A.U.C.725
tantibus nobis optimum visum fuerit. Dicam C. Cæs. V.
autem libere, quod sentio. Nam neque aliter & Sex. Apu-
ipse loqui possum, & mendacia adulatione con- lejo COSS.
dita te nequaquam libenter audire novi. "

4. " Æqualitas igitur juris & nomine specio-
sa est, & re justissima. Qui enim eandem natu-
ram acceperunt, qui ex eadem gente nati sunt,
qui iisdem moribus educati, iisdem legibus in-
stituti, qui corporum animorumque communem
B patriæ exhibent usum, eos quidni justum sit
cæterorum quoque omnium communitatem ha-
bere? cur non optimum sit, neminem iis, nisi
virtutis causa, præferri? Qui enim eadem sunt
conditione nati, æqualitatem appetunt, eaque
potiti gaudent, privati dolent: hominesque
omnes, quum & ex diis sint orti, & ad eos
redituri, sursum respiciunt, ac neque volunt sub
unius semper esse imperio, neque moderate fe-
runt, se laborum, periculorum, impendiorum-
que participes, rerum meliorum communicatio-
C ne privari: ideoque si cogantur omnino aliquid
hujusmodi tolerare, eum, a quo sibi vis facta
est, odio habent, eumque quem oderunt, simul
ut opportunam nacti sunt occasinem, ulciscun-
tur. Omnes enim imperare cupiunt, ac vel
propterea aliorum in se per vices æquius susti-
nent imperia: nolunt alios se potiores esse, id-
eoque nec ipsi aliis se præferre coguntur: gau-
dent honoribus oblatis sibi ab æqualis dignitatis
hominibus, laudant pœnas ex præscripto legum
irrogatas. Qui, si hac ratione respublica admi-
D nistretur, communia & bona & mala ducentes,
nihil adversi civium suorum ulli, omnia prospe-
ra universis contingere optant. Quod si quis
ipsorum virtute quadam præditus est, eam &
ostendit prompte, & exercet studiose, & liben-
tissime conspicuam facit: sin virtutem aliquam
in alio inesse animadvertit, eam & producere in
medium paratus est, & omni studio incrementa
ejus adjuvat, honoresque ei splendidissimos de-
fert. Ibi si quis improbe quicquam agit, odio
eum reliqui omnes; sin adversam patitur fortu-
nam, misericordia prosequuntur: commune to-
E tius civitatis & damnum & dedecus, quod inde
oritur, existimantes. "

5. " Hæc fiunt, ubi populus in republica
principatum obtinet; in unius principatu diver-
sa eveniunt omnia. Nam, ne pleraque cætera
longa oratione persequar, præcipuum facile est,
quod nemo alicujus boni vel scientiam vel usum
præ se fert: quia ob id ipsum plerumque inimi-
citiam ejus, qui summam rerum obtinet, incurrit.
Igitur imperantis mores unusquisque sibi regu-
lam

c βεβιασμένον. quæ sequuntur usque ad μεμισημένον, negligenti festinatione librarii detracta adhuc Dioni restituimus ex V.a.
d οὐδὲν ὅντ' ἀδέναι ὅντ' ἔχειν. sic damus hunc locum integriorem ex eodem cod. V.a. in vulgatis desunt verba ὅντ' ἀδέναι, eoque mancam esse orationem quivis videt.

§ 8. (l. 28.) χρηστὸν μὲν οὐδεὶς] Sub tyranno æque intutum est, virtute magna quam opibus eminere atque insignem esse. Oderunt enim illa præditos ὡς ἀνταίροντας καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐμποδίους, ut notatum Aristoteli V. 10. Politic. Hoc multis exemplis Romæ patuit, Tiberii, Neronis, & maxime Domitiani temporibus, quem Tacitus, & in Panegyrico Trajani Plinius, annotant singulari odio atque invidia infensum virtutibus magnorum virorum & gloriæ. Quam multi etiam propter opes magnas occisi, vel exules; itaque Agrippa infra p. 467. ὅτῳ ὁμολογήσαιεν ἄν τις ῥᾳδίως πλουτεῖν.

§ 9. (l. 31.) κανόνα τοῦ βίου] Hunc locum illustrans Freinshemius expressit sic: *in suum intuentibus ille fit morum atque vitæ*

A.U.C.725 C. Cæſ. V. &Sex.Apulejo COSS.

lam vitæ ſuæ proponit, & ipſe ea tantum ſectatur, unde provectus a Principe, ſine periculo privatum ſperet lucrum. Quo fit, ut plerique proprio tantum commodo intenti, omnes alios oderint, & in eorum felicitate ſuum damnum, in calamitate ſuum emolumentum poſitum exiſtiment. Quæ quum ad hunc modum ſe habeant, non video, quid te ad ſingularem principatum deſiderandum jure queat incitare, quum non modo is populo moleſtus, ſed tibi ipſi longe ſit futurus difficillimus. Nonne enim vides, quomodo urbs, resque urbanæ, etiamnum ſint conturbatæ? quam difficile ſit futurum, plebi noſtræ libertatem, in qua tot annos vixit, adimere? quam arduum, ſocios ſubditosque, partim antiquitus populari imperio rectos, partim a nobis ipſis libertate donatos, nunc in ſervitutem rurſus redigere, idque tot circum nobis inſtantibus hoſtibus? „

“ πίση δι' αὐτοῦ πλεονεκτήσας ἀκινδύνως κερδανεῖν,
“ μετέρχεται. καὶ διὰ τοῦθ' οἱ πλείους σφῶν
“ τό, τε καθ' ἑαυτοὺς μόνον σπεύδουσι, καὶ
“ πάντας τοὺς ἄλλους μισοῦσι, τάς τε εὐπρα-
“ γίας αὐτῶν, οἰκείας ζημίας, καὶ τὰς συμ-
“ φορὰς, ἴδια κέρδη ποιούμενοι. τοιούτων δὲ
“ δὴ τούτων ὄντων, οὐχ ὁρῶ τί ποτ' ἂν εἰκό-
“ τως ἐπάρειέ σε μοναρχῆσαι ἐπιθυμῆσαι. πρὸς
“ γὰρ τῷ τοῖς δήμοις χαλεπὸν εἶναι τὸ πολίτευ-
“ μα, πολὺ δυχερέστερον αὐτῷ σοι γένοιτο ἄν.
“ ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅπως ἥ τε πόλις καὶ τὰ πράγ-
“ ματα αὐτῆς ἔτι καὶ νῦν ταράττεται; καὶ χα-
“ λεπὸν μέν ἐστι, τὸ τὸν ὅμιλον ἡμῶν, τοσούτοις
“ ἔτεσιν ἐν ἐλευθερίᾳ βεβιωκότα, καταλῦσαι·
“ χαλεπὸν δὲ καὶ τὸ τοὺς συμμάχους, τούς τε
“ ὑπηκόους, τοὺς μὲν ἀπὸ παλαιοῦ δημοκρατουμέ-
“ νους, τοὺς δὲ ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἠλευθερωμένους,
“ εἰς δουλείαν αὖθις καταστῆσαι, τοσούτων πέριξ
“ πολεμίων ἡμῖν προσκειμένων;

6. “Utque ab eo primum, quod minimum eſt, ordiar; pecunias te multas undique conficere neceſſe eſt. Neque enim fieri poteſt, ut reditus præſentes cum ad alia, tum ad ſtipendia militum ſufficiant. At nihil horum facile deſideres in populari ſtatu reipublicæ. Nam etſi nulla respublica ſine ſumptibus conſtare poteſt, tamen in ea, ubi penes populum eſt imperium, multi multam pecuniam, idque lubentiſſime, conferunt, etiam gloriæ id ſibi ducentes, & ut meritos pro eo honores adipiſcantur. Quod ſi etiam ab univerſo populo collationes fiunt neceſſariæ, tamen id eo perferunt, quod ipſi ſibi perſuaſerunt, ac in ſuum ipſorum emolumentum conferunt. Contra, ubi unus dominatur, hunc ut divitiis abundantem, impenſas ſolum facere debere cuncti judicant; reditus quidem ejus ſtudioſius ſcrutantur, ſumtuum non perinde rationes ineunt: ac neque privatim libenter ultro aliquid pendunt, neque ſua ſponte publicas collationes exhibent. Quorum illud quidem nemo facere animum induxerit, quod nemo facile divitem ſe eſſe confitebitur; neque ex uſu principi eſſet, quod ultro pecuniam offerens, a vulgo civitatis ſtudioſus judicaretur, animoque hinc elatus res novas moliretur. Hoc autem poſterius omnino moleſtum plerisque eſt, idque eo magis, quod damnum eſſe ſuum, emolumentum ad alios redire vident. Nam ubi popularis eſt reipublicæ gerendæ ratio, permulti quoque eorum, qui pecuniam pendunt, ſtipendia merere ſolent, atque ita quodam pacto eam recipiunt: ſub unius dominio fere alii ſunt, qui agros colunt,

“ Καὶ ἵνα γε ἀπὸ πρώτου τοῦ βραχυτάτου
“ ἄρξωμαι, χρήματά σοι πολλὰ καὶ παντα χό-
“ θεν ἀναγκαῖον ἔσται πορίζειν. ἀδύνατον γὰρ
“ τὰς νῦν οὔσας προσόδους πρός τε τἄλλα καὶ
“ πρὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν τροφὴν ἐξαρκέσαι.
“ τοῦτο δὲ ἔστι μὲν ἐν ταῖς δημοκρατίαις. οὐ
“ γὰρ οἷόν τε πολιτείαν τινὰ ἄνευ δαπάνης συ-
“ στῆναι· ἀλλ' ἐν μὲν ἐκείναις, μάλιστα μὲν ἐ-
“ κόντες πολλοὶ πολλὰ ἐπιδιδόασιν, ἐν φιλοτι-
“ μίας μέρει τὸ πρᾶγμα ποιούμενοι, καὶ τι-
“ μὰς ἀντ' αὐτῶν ἀξίας ἀνθιλαμβάνοντες· ἂν
“ δέ που καὶ ἀναγκαίαν παρὰ πάντων εἰσφο-
“ ρὰν γένωνται, ἑαυτούς τε πείθοντες, καὶ ὑ-
“ πὲρ ἑαυτῶν συνελοῦντες ἀνέχονται. ἐν δὲ δὴ
“ ταῖς δυναστείαις τό, τε ἄρχον πάντες μόνον,
“ ὡς καὶ ὑπερπλουτοῦν, ἀξιοῦσι δαπανᾶσθαι,
“ τὰς μὲν προσόδους αὐτοῦ ἑτοίμως ἐξερευνώ-
“ μενοι, τὰ δ' ἀναλώματα οὐκέθ' ὁμοίως ἐκ-
“ λογιζόμενοι· καὶ οὔτ' ἰδίᾳ ἡδέως ἢ καὶ ἑ-
“ κόντες ἐπιδιδόασί τι, οὔτε τὰς κοινὰς συν-
“ τελείας αὐθαιρέτους ποιοῦνται. ἐκεῖνο μὲν γὰρ
“ οὔτ' ἂν ἐθελήσειέ τις, (οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁ-
“ μολογήσειεν ἂν ῥᾳδίως πλουτεῖν) οὔτε συμ-
“ φέρει τῷ κρατοῦντι γίνεσθαι. αὐτίκα γὰρ
“ ἂν δόξαν παρὰ τοῖς πολλοῖς, ὡς καὶ φιλό-
“ πολις, ἔχων, ὀγκωθείη καὶ νεωτερίσειε.
“ τὸ δ' ἕτερον πάνυ τοὺς πολλοὺς βαρύνει,
“ καὶ μάλιθ' ὅτι τὴν μὲν ζημίαν αὐτοὶ ὑπο-
“ μένουσι, τὸ δὲ δὴ κέρδος ἕτεροι λαμβάνου-
“ σιν. ἐν μὲν γὰρ ταῖς δημοκρατίαις, καὶ στρα-
“ τεύονται ὡς πλήθει οἱ τὰ χρήματα συνεισφέρον-
“ τες, ὥστε τρόπον τινὰ ἅμα αὐτὰ ἀπολαμβάνου-
“ σιν· ἐν δὲ ταῖς μοναρχίαις, ἄλλοι μὲν ὡς τὸ
πολὺ

c. ἐν ἐλευθερίᾳ. sic HS. & L. ſecuti RS. qui omiſſam in ſuo codice præpoſitionem ἐν addendam putavit.

vitæ regula, ſic tamen ut ejus vitia exprimantur vulgo, at ſi quæ ſint virtutes, eas imitari nec poſſint multi, nec fere qui poſſint audeant, ne videantur animi magnitudine, artibus imperatoriis, prudentia, liberalitate cum principe contendere. Sane ut S. Chryſoſtomus de Sacerdotio p. 83. edit. Hœſchel. πέφυκεν ὡς τὰ πολλὰ τὸ τῶν ἀρχομένων πλῆθος ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα τοὺς τῶν ἀρχόντων τρόπους ὁρᾶν, καὶ πρὸς ἐκείνους ἐξομοιοῦν ἑαυτούς. Atque ut obſequium in bonos principes & æmulandi amor validior quam poena ex legibus & metus, ut recte Tacitus III. 55. Annal. ita mali vel exemplo ſuo perniciosiſſimi ſunt malorum auctores; *hæc enim conditio ſuperiorum eſt, ut quicquid faciunt præcipere videantur.* Quintil. Declamat. 3. vide quæ ad Sirachid. X. 2. & infra p. 488. D.

§ 10. (l. 87.) ἄλλοι δὲ τὰ ὅπλα ἔχουσι] In libera Repub. iidem qui tributa conferebant cives, qui agrum colebant, obibant negotia, iidem ubi res ferebat militabant, & ſtipendia faciebant. Sed ex quo mota bella civilia & omnis poteſtas ad unum rediit, perpetuoque milite velut neceſſaria potentiæ tutela erat opus, toto genere diverſi eſſe cœperunt milites ab aliis civibus, atque ab omnibus tributis pendendis immunes. Notatum præterea ab Ariſtotele eſt lib. V. c. 10. Politic. tyrannos

" πολὺ καὶ γεωργοῦσι, f καὶ δημιουργοῦσι, καὶ ναυ-
" τιλλονται, καὶ πολιτεύονται, παρ' ὥνπερ καὶ
" αἱ λήψεις μάλιστα γίνονται· ἄλλοι δὲ τὰ
" ὅπλα ἔχουσι, καὶ τὸν μισθὸν φέρουσιν.

colunt, opificia exercent, navigant, ac civilia munia obeunt, quibus præsertim pensiones incumbunt: alii vero arma ferunt, & mercedem militiæ accipiunt. " A.C.U. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

" Ἓν μὲν δὴ τοῦτο, τοιοῦτον ὄν, πρᾶγμά σοι παρέξει· ἕτερον δὲ ἐκεῖνο· πάντως μέν τι-
" να δεῖ δίκην τὸν ἀεὶ κακουργοῦντα διδόναι.
" οὔτε γὰρ ἐκ νουθεσίας, οὔτε ἐκ παραδειγ-
" μάτων οἱ πολλοὶ σωφρονίζονται, ἀλλὰ ἀνάγκη
B " πᾶσα, αὐτοὺς καὶ ἀτιμίᾳ καὶ φυγῇ καὶ θα-
" νάτῳ ζημιοῦσθαι· οἷα ἔν τε ἀρχῇ τηλικαύ-
" τῃ, καὶ ἐν πλήθει ἀνθρώπων τοσούτων, ἄλ-
" λως τε καὶ ἐν μεταβολῇ πολιτείας, φιλεῖ συμ-
" βαίνειν. g τούτοις δ' ἂν μὲν ἑτέρους δι-
" καστὰς καθίζῃς, ἀπολύουσί τε ἂν διασπευ-
" δόμενοι, καὶ μάλιστα ὅσους ἂν ἐχθραίνειν νο-
" μισθῇς. καὶ γὰρ προσποιοῦσίν τινα ἐξουσίαν
" οἱ δικάζοντες λαμβάνουσιν, ὅταν τι παρὰ
" τὸ δοκοῦν τῷ κρατοῦντι ποιήσωσι. κἂν ἄρα
" τινὲς ἀλίσκωνται, διὰ σὲ δόξουσιν ἐκ κα-
C " τασκευάσματος καταψηφίσθαι. ἂν δ' αὐτὸς
" δικάζῃς, πολλοὺς ἀναγκασθήσῃ καὶ τῶν ὁμο-
" τίμων κολάζειν, (τοῦτο δὲ οὐκ εὐτυχὲς)
" καὶ πάντως τινὰς αὐτῶν ὀργῇ μᾶλλον ἢ δι-
" καιώσει δόξεις εὐθύνειν. τοὺς γὰρ βιάζεσθαι
" δυναμένους οὐδεὶς δικάζοντας δικαιοπραγεῖν πι-
" στεύει, ἀλλ' οἴονται πάντες αὐτοὺς σχῆμα καὶ
" σκιαγραφίαν πολιτείας, αἰσχύνῃ, πρὸ τῆς ἀλη-
D " θείας προπεταννύντας, ὀνόματι ἐννόμου δικα-
" στηρίου τὴν ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν ἀποπιμπλάναι.
" ἐν μὲν οὖν ταῖς μοναρχίαις ταῦθ' οὕτω γί-
" γεται· ἐν δὲ δὴ ταῖς δημοκρατίαις, ἄν τ'
" ἰδίᾳ τις ἀδικεῖν αἰτίαν λάβῃ, ἰδίαν δίκην
" παρὰ δικασταῖς ἴσοις φεύγει· ἄν τε δημο-
" σίᾳ, καὶ ἐκείνῳ δικασταὶ καθίζωσιν ἐκ τῶν
" ὁμοίων, b οὓς ἂν [11] ὁ κλῆρος ἀποδείξῃ
" ὥστε ῥᾴδιον τὰ ἀποβαινόντα ἀπ' αὐτῶν τοὺς ἀν-
" θρώπους φέρειν, μήτ' ἰσχύϊ δικασοῦ, μήτε
E " χάριτι, ἀναγκασθῆναι νομίζοντάς τι πεπονθέ-
" ναι.

7. " Atque hæc una est earum rerum, quæ tibi molestiam exhibebunt: altera hæc est: Omnino opus est, ut unoquoque tempore in malefi-cos homines animadvertatur. Plerique enim non admonitionibus, nec exemplis corriguntur, sed omnino necesse est eos infamia, exsiliis, capitis suppliciis, adfectos coërceri: cujusmodi tanto in imperio, tanta hominum multitudine, ac in mutatione præsertim reipublicæ, accidere solent. His tu si judices alios constitueris, utique illi absolvent summo studio hos in primis, quibus te infensum esse putabunt: (nam judices nonnihil potentiæ sibi tribuunt, si quid contra principis sententiam fecerint:) aut si qui condemnabuntur, ex composito in tui gratiam damnati videbuntur: sin ipse judicis munus obire statueris, multis etiam, qui æquali tecum honore fuerint, supplicium irrogandum erit, (quæ res est profecto misera) omninoque ira magis, quam jure, in quosdam eorum animadvertisse existimaberis. Nemo enim credit eos, qui vim inferre possunt, si judicum munere fungantur, ex justitia agere: verum hæc omnium est opinio, speciem eos, ac quasi umbram quandam reipublicæ, propter verecundiam, veritati actionum suarum prætendere, ac sub legitimi judicii nomine cupiditatem suam explere. Ac in unius quidem dominatu hæc rerum est ratio. Ubi vero respublica populi arbitrio gubernatur, longe secus evenit. Hic enim privatis criminibus privati judices, iique æquales, publicis publici ex sui similibus, qui sorte lecti sententias ferant, constituti sunt: itaque judiciorum exitum facilius homines ferunt, quum neque potentiæ judicis, neque gratiæ, imputare sustinendas sibi poenas possint. "

" Ἔτι τοίνυν πολλοὶ χωρὶς τῶν τι ἀδικούντων, οἱ
" μὲν γένει, οἱ δὲ πλούτῳ, οἱ δὲ ἑτέρῳ τινὶ ἐπαιρόμε-
" νοι, ἄλλως μὲν οὐ κακοὶ ἄνδρες, τῇ δὲ δὴ προαιρέσει
" ἐ τῇ τῆς μοναρχίας ἐναντίοι φύονται. καὶ αὐτοὺς
E " οὔτ' αὔξεσθαί τις ἐῶν, ἀσφαλῶς δύναται ζῆν, οὔτ'
" ἂν κολούειν ἐπιχειρῶν, δικαίως τοῦτο ποιεῖν. τί
" ποτ' οὖν τούτοις χρήσῃ; πῶς αὐτοὺς μεταχειρίσῃ;
" ἂν μὲν γὰρ τά τε γένη σφῶν καθέλῃς, καὶ τοὺς
" πλούτους ἐλαττώσῃς, τά τε φρονήματα ταπεινώσῃς,
" οὐδεμίαν ἂν εὔνοιαν παρὰ τῶν ἀρχομένων λάβοις.
" πῶς γάρ; εἰ μήτε γεννηθῆναί τῳ καλῶς, μήτε
469 " πλουτῆσαι δικαίως, μήτ' ἰσχυρῷ, μήτ' ἀνδρείῳ, μήτε

8. " Ad hæc, præter facinorosos, multi genere, divitiis, aut alia quadam re elati, viri alioquin boni, proposito tamen singularis imperii natura adversantur. Hos neque si augeri patiare, tutus vives: neque si opprimere coneris, juste ages. Quanam igitur eos ratione accipies aut tractabis? Si generis eorum dignitatem tollas, opes imminuas, spiritus magnos deprimas, omnino subditorum benevolentia privabis. Quis enim ei bene cupiat, per quem nemini neque nobili esse genere, neque divitias parere honeste, neque potenti, forti, aut prudenti esse liceat?

f καὶ δημιουργοῦσι. hæc desiderantur in editionibus prioribus. suppeditavit autem cod. V. a. g τούτοις. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. pro τούτους apud RS. & V. a. b οὓς ἄν. ὄυσαν, RS. male. vidit probe veriorem lectionem X. quem secuti sunt ceteri. mox ἀποδείξῃ, est emendatio HS. quam tacitus, ut multa alia, nec absurde tamen, in textum recepit, sequente L. ἀποδέξει, RS. i τῇ δὲ δὴ προαιρέσει τῇ τῆς μοναρχίας. legendum vel τῇδε δὴ προαιρέσει τῇ μοναρχίᾳ ἐναντίοι, vel τῇ προαιρέσει τῆς μοναρχίας, L. scilicet φύονται τῇ προαιρέσει conjuxit L. quidni autem ἐναντίοι τῇ προαιρέσει τῆς μοναρχίας vel τῇ τῆς μοναρχίας, conjuncta, offensione careant?

rannos externo etiam milite libentius uti pro præsidio, quam civibus suis, φυλακὴ βασιλικὴ μὲν πολιτικὴ, τυραννικὴ δὲ διὰ ξένων.

§ 11. (l. 20.) ὁ κλῆρος ἀποδείξῃ] Sicut in causis privatis judices dabantur a prætore, sic in publicis a populo. Sed ex iis, quibus judicandi munus populus delegaverat, tot per sortem deligebantur, quot erant ad rem illam a quæstore requisiti, septuaginta numero vel plures etiam: licebatque insuper tum actori tum reo rejicere, quos suspectos sibi non sine caussa demonstrare poterant. Verum de tota hac re copiose Franciscus Polletus in Historia fori Romani, qui de sortitione judicum adeundus lib. V. c. 7.

A.U.C.725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

at? Sin hæc ſingula creſcere ſinas, haud facile ea moderaberis. Nam ſi ipſe unus ad civila ſimul bellicaque negotia, recte & ſuo quævis tempore conficienda, ſufficeres, neque adjutore tibi ullo ad hæc ſingula opus foret, alia nimirum eſſet ratio: nunc quum tibi, tanti terrarum orbis principi, ea omnino incumbat neceſſitas, ut multos habeas laboris tui ſocios, eosque omnes utique fortes eſſe prudentesque expediat: nonne ſi iis exercitus ac provincias committes, periculum erit, ne tu cum reipublicæ forma evertaris? Neque enim ſine magno animo evadit quisquam vir inſignis, neque hunc animum ex ſervili vitæ ratione capit: neque fieri poteſt, quin qui altos nactus eſt ſpiritus, libertatis cupiditate ducatur, dominumque omnem oderit. Sin hujusmodi viros nullis negotiis præficias, ſed ea ignavis, ac gregariis hominibus injungas: celerrime & ſtrenuorum iram ob denegatam ipſis fidem concitabis, & maximis in rebus ſpe excides. Quid enim præclari homo imperitus aut ignobilis gerat? quis eum non deſpiciat hoſtis? quis ei ſocius obtemperet? quis militum ipſorum ejusmodi hominis imperium non dedignetur? Enimvero quæ inde oriantur mala, nihil opus eſt ſcienti tibi ſingulatim exponere: hoc unum neceſſario mihi dicendum eſt, ab hujusmodi viro, ſi rem male geſſerit, plus tibi damni, quam ab hoſtibus, datum iri: ſin recte aliquid egerit, ipſe tibi jam præ ruditate inſaniens erit metuendus. „

μήτε συνεξῷ γενέσθαι ἐξείη; ἂν δὲ ἐάσῃς ταῦθ' ὡς ἕκαστα αὔξειν, οὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὰ [k] διαθεῖο. καὶ γὰρ [12] εἰ αὐτὸς μόνος, καὶ πρὸς τὰ πολιτικὰ, καὶ πρὸς τὰ πολεμικὰ, καλῶς καὶ καθ' καιρὸν πράττειν ἐξήρκεις, καὶ μηδενὸς συνεργοῦ πρὸς μηδὲν αὐτῶν ἔχρῃζες, ἕτερος ἂν ἦν λόγος· νῦν δὲ πᾶσά σε ἀνάγκη συναγωνισὰς πολλοὺς, ἅτε τοσαύτης οἰκουμένης [l] ἄρχοντας, ἔχειν· καὶ προσήκει που πάντας αὐτοὺς καὶ ἀνδρείους καὶ Φρονίμους εἶναι. οὐκοῦν ἂν μὲν τοιούτοις τισὶ τά τε στρατεύματα καὶ τὰς ἀρχὰς ἐγχειρίζῃς, κίνδυνος ἔσῃ καὶ σοὶ καὶ τῇ πολιτείᾳ καταλυθῆναι. οὐ γάρ ἐστιν ὅυτ' ἄνευ Φρονήματος ἀξιόλογον ἄνδρα Φῦναι, ὅυτ' ἂν Φρόνημα μέγα λαβεῖν ἐκ δουλοπρεποῦς ἐπιτηδεύσεως· οὐ μὴν οὐδὲ Φρονηματίαν γενόμενον, μὴ οὐκ ἐλευθερίας ἐπιθυμῆσαι, καὶ πᾶν τὸ δεσμάζον μισῆσαι. ἂν δὲ δὴ [13] τούτοις μὲν μηδὲν ἐπιτρέπῃς, τοῖς δὲ δὴ Φαύλοις καὶ τοῖς τυχοῦσι τὰ πράγματα προστάττῃς, τάχιστα μὲν ἂν ὀργὴν παρ' ἐκείνων ὡς ἀπιστουμένων λάβοις, τάχιστα δ' ἂν ἐν τοῖς μεγίστοις πλαίσειας. τί μὲν γὰρ ἂν ἀγαθὸν ἀμαθὴς ἢ ἀγενὴς ἄνθρωπος ἐργάσαιτο; τίς δ' οὐκ ἂν καταΦρονήσειεν αὐτοῦ τῶν πολεμίων; τίς δ' ἂν πειθαρχήσειέν οἱ τῶν συμμάχων; τίς δ' οὐκ ἂν καὶ αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν ἀπαξιώσειεν ὑπὸ τοιούτου τινὸς ἄρχεσθαι; καὶ μὴν ὅσα ἐκ τούτου κακὰ γίγνεσθαι πέΦυκε, τὰ μὲν ἄλλα οὐδὲν δέομαί σοι σαΦῶς εἰδότι διηγεῖσθαι· ἐκεῖνο δὲ δὴ μόνον ἀναγκαίως ἐρῶ, ὅτι ἂν μὲν μηδὲν δέον ὁ τοιοῦτος πράττῃ, πολὺ πλείω ἄν σε τῶν πολεμίων βλάψειεν· ἂν δέ τι τῶν προσηκόντων ποιῇ, καὶ αὐτὸς ἄν σοι Φοβερὸς, ἐκΦρονήσας ὑπ' ἀπαιδευσίας, γένοιτο.

9. "Quod quidem malum a reipublicæ ſtatu populari longe abeſt: ubi quanto plures viri divites ac ſtrenui fuerint, tanto hi magis æmulatione virtutis augent rempublicam, quæ iis læta utitur, niſi ſi quis tyrannidem affectaverit: in eos enim acerrime vindicat. Jam Græcorum etiam res probant, longe meliorem eſſe populi poteſtatem, unius alicujus dominatu: quia hi quoque, quamdiu unus rempublicam eorum geſſit, nihil egregii perfecerunt: ex quo tempore autem populus eam adminiſtrare cœpit, præclariſſimam famam adepti ſunt. Apparet idem ex aliis etiam populis, quorum qui ſub tyrannis jam quoque vivunt, in hac perpetua ſervitute perpetuas quoque dominis inſidias ſtruunt: qui vero annuis magiſtratibus, aut etiam ad longius tempus conſtitutis, utuntur, liberi ſemper, ac ſuis legibus utentes agunt. Quanquam quid attinet

Οὐ μέντοι καὶ ταῖς δημοκρατίαις τοιοῦτόν τι πρόσεσιν, ἀλλ' ὅσῳ ἂν πλείους καὶ πλουσίους καὶ ἀνδρίζωνται, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτοί τε φιλοτιμοῦνται, καὶ τὴν πόλιν αὔξουσι· καὶ σφίσι καὶ ἐκείνη κέχρηται καὶ χαίρει, πλὴν ἄν τις τυραννίδος ἐπιθυμήσῃ· τοῦτον γὰρ ἰσχυρῶς κολάζουσι. καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ πολλῷ κρείττους αἱ δημοκρατίαι τῶν μοναρχιῶν εἰσι, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ Ἑλληνικόν. [14] τέως μὲν γὰρ οὕτως ἐπολιτεύοντο, οὐδὲν μέγα κατέπραξαν· ἐπειδὴ δὲ ἐκείνως ζῆν ἤρξαντο, ὀνομαστότατοι ἐγένοντο. δηλοῖ δὲ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὧν οἱ μὲν ἐν τυραννίσι καὶ νῦν ἔτι διαγόμενοι, ἀεί τε δουλεύουσι, καὶ ἀεὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐπιβουλεύουσιν· οἱ δὲ δὴ προστασίαις ἐπετησίοις ἢ καὶ ἐπὶ πλείω τινὰ χρόνον χρώμενοι, καὶ ἐλεύθεροι καὶ αὐτόνομοι διατελοῦσιν ὄντες. ἀλλὰ τί δεῖ ἡμᾶς ἀλλοτρίοις παραδείγμασιν, οἰκεῖα ἔχοντας, χρῆσθαι; ἡμεῖς γὰρ

[k] διαθεῖο. ita pro διάθεο, quod eſt apud RS. ex rationibus Grammaticis ſcribi voluit X. idque receperunt jam HS. & L.
[l] ἄρχοντας. ad συναγωνισὰς detorſit interpres. plana ſententia, ſi reponas ἄρχοντα, ipſum Auguſtum, L.

§ 12. (l. 39.) εἰ αὐτὸς μόνος] Sic ad Auguſtum tamen Horatius, ei adulans lib. II. Epiſt. 1.

Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes ——— ———

Quam rari principibus ſunt Agrippæ, qui eos quæ non possint candide ac fortiter moneant, ſed rariores etiam Auguſti, qui ferant & ament monentes.

§ 13. (l. 52.) τούτοις μὲν μηδὲν ἐπιτρέπῃς] Hoc conſultum viſum Domitiano alicui vel Neroni, ut ab rebus gerendis viros perſpectæ virtutis & induſtriæ quam maxime arcerent.

§ 14. (l. 76.) τέως μὲν οὕτως ἐπολιτεύοντο] Reſpicit Athenienſes maxime, qui dum ſub unius imperio fuere, nihil magni geſſerant; ex quo autem libera fuit eorum respublica, gloriam nominis ſui armis pariter & ingenii laude ad miraculum usque amplificarunt.

§ 15. (l. 91.) γερουσία προεβούλευε, καὶ ὁ δῆμος ἐκεκύρου] Erudite Xylander, *Senatus auctor fieret, & populus juberet.* Livius lib. I. c. 17. *Priusquam populus ſuffragium ineat, in incertum eventum patres auctores fiunt.* Erat igitur προβούλευσις Senatus, unde frequenter apud Dionyſium Halicarn: προβουλεύειν hoc ſenſu, & προβούλευμα, de SCto, quod ubi populus ratum eſſe jubebat, jam nihil ei deerat ad legis vim & auctoritatem.

§ 16. (l. 2.) τῶν ἀγαθῶν τῶν ἀνθρωπίνων] Freinshem. *His igitur circumdatus obſeſſusque moleſtiis, ecquando quidquam eorum*

" γὰρ αὐτοὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἄλλως τὸ πρῶτον πολι-
" τευόμενοι, ἔπειτα ἐπειδὴ πολλὰ καὶ δεινὰ ἐπά-
" σχομεν, τῆς τε ἐλευθερίας ἐπεθυμήσαμεν, καὶ
" λαβόντες αὐτὴν, πρὸς τοσοῦτον ὄγκον προήλθο-
" μεν, οὐκ ἄλλοις τισὶν ἢ τοῖς ἐκ τῆς δημοκρατίας
B " ἀγαθοῖς ἰσχύσαντες, ἐξ ὧν ἥ τε [15] γερουσία
" προεβούλευε, καὶ ὁ δῆμος ἐπεκύρου, τό, τε στρα-
" τευόμενον [m] προεθυμεῖτο, καὶ τὸ στρατηγοῦν ἐφι-
" λοτιμεῖτο. ὧν οὐδὲν ἂν ἐν τυραννίδι πραχθείη.
" ἀμέλει τοσοῦτον αὐτῆς διὰ ταῦτα μῖσος οἱ πά-
" λαι Ῥωμαῖοι ἔσχον, ὥστε καὶ ἐπάρατον τὸ πολι-
" τευμα ποιήσασθαι.

" Χωρὶς δὲ τούτων, εἰ δεῖ τι καὶ περὶ τῶν ἰδίᾳ
" σοι αὐτῷ συμφερόντων εἰπεῖν, πῶς μὲν ἂν ὑπο-
" μείνειας τοσαῦτα καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ
" διοικῶν; πῶς δ' ἂν, μὴ ὑγιαίνων, ἐξαρκέσειας; 1
C " ἢ πῶς δ' ἂν [16] τῶν ἀγαθῶν τῶν ἀνθρωπίνων
" ἀπολαύσειας; πῶς δ' ἂν σεσόμενος αὐτῶν, εὐδαι-
" μονήσειας; τίνι δ' ἂν ἀκριβῶς ἡθείης; πότε δ'
" οὐκ ἂν ἰσχυρῶς λυπηθείης; πᾶσα γὰρ ἀνάγκη 5
" τὸν τηλικαύτην ἀρχὴν ἔχοντα καὶ φροντίζειν
" πολλὰ, καὶ δεδιέναι πολλὰ, καὶ τῶν μὲν ἡδί-
" σων ἐλάχιστα ἀπολαύειν, τὰ δὲ δυσχερέστατα
" ἀεὶ καὶ πανταχοῦ καὶ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν, καὶ
" ποιεῖν καὶ πάσχειν. ὅθεν, οἶμαι, καὶ [17] Ἕλ- 10
" ληνες καὶ βάρβαροί τινες [18] οὐδὲ διδομένας σφί-
" σι βασιλείας ἐδέξαντο. ταῦτ' οὖν προειδόμε-
D " νος, προβούλευσαι πρὶν ἐν αὐτοῖς γενέσθαι. αι-
" σχρὸν γὰρ, μᾶλλον δὲ καὶ ἀδύνατόν ἐστι, παρα-
" κύψαντά τινα ἅπαξ ἐς αὐτὰ, ἀναδῦναι. μηδέ 15
" σε ἐξαπατήσῃ μήτε τὸ μέγεθος τῆς ἐξουσίας,
" μήθ' ἡ περιουσία τῶν κτημάτων, μὴ τὸ σῖφος
" τῶν σωματοφυλάκων, μὴ ὄχλος τῶν θεραπευόν-
" των. οἵ τε γὰρ πολὺ δυνάμενοι πολλὰ πράγ-
" ματα ἔχουσι· καὶ οἱ συχνὰ κεκτημένοι συχνὰ 20
" ἀναλίσκειν ἀναγκάζονται· τά τε πλήθη τῶν δο-
" ρυφόρων διὰ τὰ πλήθη τῶν ἐπιβουλευόντων
" αὐτοῖς ἐστι· καὶ οἱ κολακεύοντες ἐπιτρίψαιεν ἄν
" τινα μᾶλλον ἢ σώσαιεν. ὥστ' ἔνεκα μὲν τού-
E " των οὐδ' ἂν εἷς εὖ φρονῶν αὐταρχῆσαι ἐπιθυ- 25
" μήσειεν.

" Εἰ δ' ὅτι καὶ πλουτίζειν καὶ σώζειν τινὰς,
" ἄλλα τε πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δρᾶν οἱ τοιοῦτοι
" δύνανται, καὶ νὴ Δία καὶ ὑβρίζειν σφίσι,
" καὶ κακῶς ποιεῖν ὃν ἂν ἐθελήσωσιν, ἔξεσιν, 30
" ἀξίαν τις διὰ ταῦτα σωυδῆς τὴν τυραννίδα εἶ-
" ναι νομίζει, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνει. τὸ μὲν
471 " γὰρ αἰσελγαίνειν καὶ κακόν τι ποιεῖν, οὔθ'
" ὡς αἰσχρὰ, οὔθ' ὡς σφαλερὰ, καὶ μεμισημένα

tinet uti nos externis exemplis, quum domestica suppetant? Nos enim ipsi Romani, quum ante, republica aliter instituta, multa pertulissemus incommoda, deinde libertatem appetivimus, eamque consecuti, ad præsentem potentiam pervenimus; non aliis quidem ullis, quam popularis reipublicæ adjuti bonis, quum & senatus autor fieret, & populus juberet; quum & milites strenui essent, & duces honori studerent. In regno quidem nihil horum accidit: ac propterea ejus tanto odio prisci Romani affecti fuere, ut eam reipublicæ formam execrarentur. " A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

10. " Sed his omissis, si etiam de tuo privato commodo dicendum est, quomodo tot tantasque res die nocteque administrandas sustinebis? quomodo iis, per valetudinis infirmitatem, sufficies? quo tandem bono perfrueris, quod hominum generi tributum est? aut quomodo his spoliatus, felix futurus es? quid erit omnino, quod te magnopere delectet? aut quod tempus, quo a magnis molestiis vacabis? Necessum enim omnino est, ut qui tantum gerit imperium, multis curis ac timoribus conficiatur, voluptates minime percipiat, molestissima quæque idem & audiat, & videat, & agat, & ferat. Quæ, nisi fallor, causa Græcos barbarosque nonnullos movit, ut oblata quoque regna respuerent. Hæc igitur prospiciens, prius expende, quam ea tibi eveniant. Turpe enim est, aut potius fieri omnino nequit, ut qui se semel in ea demiserit, iterum inde emergat. Neque imponere tibi debet vel potentiæ magnitudo, vel divitiarum abundantia, vel stipatorum frequentia, vel observantium te hominum turba. Nam & magnitudinem potentiæ occupationes multæ, & magnas divitias impensæ ingentes necessario sequuntur: & tantus satellitum numerus propter multitudinem insidiantium colligitur: adulatores vero ad perniciem, quam salutem parandam, plus faciunt. Hæ igitur nemini sano causæ appetendi summi imperii debent esse. "

11. " Si quis vero, quia principes locupletare nonnullos ac conservare, multisque aliis ornare beneficiis, atque omnino etiam contumeliis ac malis afficere, quos volunt, possunt, propterea fastigium illud censeat esse ambiendum, næ is maximo errore ducitur. Nam quid tibi commemorem, quam turpe, quam periculosum, quam diis hominibusque exosum sit, libidini

m προεθυμεῖτο. emendatio est Xyl. pro προείλετο, quod RS. exhibet. receperant jam emendationem manifestam HS. & L
n πῶς δ' ἂν. τίνος δ' ἂν, V. a. b.

rum degustabis, propter quæ mortales amant vivere? aut his carere coactus, quam eris inter falsam felicitatis imaginem vel sine exemplo miser? Hoc integro libro, qui inscribitur *Hiero*, pulchre demonstratum est a Xenophonte, & recentiori ætate a Poggio in Dialogo de infelicitate Principum. Euripides apud Grotium Excerpt. e Tragicis p. 339.

Τυραννίδος δὲ τῆς μάτην αἰνουμένης
Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδύ, τὰν δόμοισι δὲ
Λυπηρόν —— ——

Laudata multis temere, blanditur quidem
Regni potestas fronte, sed luctus graves
Occultat intus —— ——

§ 17. (l. 11.) *Ἕλληνες καὶ βάρβαροι*] Sub Græcis & Barbaris quicquid est gentium complecti solent veteres scriptores, ut dixi ad Sextum Empiricum p. 493. Similiter Dio p. 241. B.

§ 18. (l. 12.) *οὐδὲ διδομένας — ἐδέξαντο*] Poterat addere, multos etiam principatu se, quem per aliquod intervallum gesserant, abdicasse, ut dictatura Sylla; quod majus etiam est, quam non admittere oblatum imperium, quo majore cum judicio videtur reprobare aliquis, quod jam fuit per aliquod tempus expertus. Ac parum referret curare, nisi Rex fuisset, qui dixisset, diadema intuens, *o nobilem magis quam felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus & periculis & miseriis sit refertus, ne hum: quidem jacentem vellet tollere.* Valer. Max. VII. 2. Extern. 5. & Ælian. Var. II. 20.

A.U.C.725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

bidini ac flagitiis se dedere? quum neque tu talis alioqui sis, neque propter talia regnum optare velis. Mihi etiam nunc animus non est, enumerare omnia, quæ is, qui se male gerit in administratione regia, committere possit; sed quæ agere, quæque ferre cogantur etiam illi, qui officio suo quam optime funguntur. Alterum vero illud, quam plurimis posse liberaliter benefacere, dignum quidem est, quod magno studio quis consequi curet: verum si eam beneficentiam privatus aliquis exercet, tum & honesta, & venerabilis, & gloriosa, & tuta est. In unius principatu primum ea tanti non est, ut reliqua incommoda compenset, utque hæc quoque propter illam sint suscipienda: præsertim quum hujus fructum aliis daturus, ipse molestiam istorum tibi sis habiturus. „

μένα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἐστί, ὁ δέομαί σοι λέγειν· οὔτε γὰρ ἄλλως τοιοῦτος εἶ, οὔτ' ἂν διὰ ταῦτα μοναρχῆσαι ἕλοιο. προῄρημαί τε ἐγὼ νῦν οὐ πάνθ', ὅσα ἄν τις κακῶς τὸ πρᾶγμα μεταχειριζόμενος ἐξεργάσαιτο, εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσα καὶ οἱ πάνυ ἄριστα αὐτῷ χρώμενοι καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναγκάζονται. τὸ δ' ἕτερον, τό τινα ἀφθόνως εὐεργετεῖν ἔχειν, ἀξιοσπούδαστον μέν, ἀλλ' ἐν μὲν ἰδιώτῃ γιγνόμενον, καὶ καλὸν καὶ σεμνὸν καὶ εὐκλεὲς καὶ ἀσφαλές ἐστιν· ἐν δὲ δὴ ταῖς μοναρχίαις, πρῶτον μέν, οὐκ ἀντάξιον τῶν ἄλλων τῶν ἀτοπωτέρων, ὥστε τινὰ δι' ἐκεῖνα καὶ τοῦτο ἑλέσθαι, ἄλλως τε καὶ μέλλοντα τὴν μὲν ἐκ τούτου ἀπόλαυσιν ἑτέροις δώσειν, τὴν δὲ ἐξ ἐκείνων ἀηδίαν αὐτὸν ἕξειν·

12. " Deinde non est ea res adeo expedita, ut cuiquam videatur, cum nemo unus omnibus, qui aliquid beneficii desiderant, satisfacere possit. Omnes enim ferme homines digni sibi videntur, qui a Principe aliquid accipiant, etiamsi nullum iis adhuc beneficium debeatur. Quippe natura unusquisque sibi placet, ac boni aliquid ab eo, qui dare potest, adipisci vult. Enimvero quæ potest dare, magistratus, honores, pecunias quoque interdum, ea ad tantam multitudinem vix alicujus esse numeri reperientur. Quæ quum ita sint, plus odii suscipiet eorum, qui quod petebant nacti non sint, quam amoris eorum, quibus fuerit satisfactum. Hi enim, tanquam debito sibi exsoluto, nec alioquin existimant magnam se ei, qui dedit, gratiam debere, quum nihil sua sint opinione majus consecuti: ac vel propterea a gratiis habendis alieni sunt, ne se indignos acceptorum beneficiorum fuisse hoc ipso profiteantur. Qui vero spe sua exciderunt, duplici id quidem de causa ferunt moleste: partim, quod privati re sua sibi videntur, (præcipiunt enim animis omnes ea, quæ cupiunt) partim, quod ipsi se alicujus maleficii arguere viderentur, si hoc ipsum, quod sperata non impetraverint, æquius ferrent. Enimvero beneficia qui rite cupit conferre, ante omnia id spectat, ut pro suo unumquemque merito tractet; unde alios muneratur, alios præterit: ut jam ipso judicio suo aliorum animos extollat, aliorum indignationem, ipsa conscientia eos stimulante, excitet. Quæ si quis veritus, distribuere

" Ἔπειτα δ' οὐδ' ἁπλοῦν, ὡς τις οἴεται. οὔτε γὰρ ἂν πᾶσι τοῖς δεομένοις τινὸς ἐπαρκέσειέ τις. οἱ μὲν γὰρ ἀξιοῦντές τι παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, πάντες ὡς εἰπεῖν εἰσιν ἄνθρωποι, κἂν μηδεμία εὐθὺς εὐεργεσία αὐτοῖς ὀφείληται. πᾶς γάρ τις φύσει καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀρέσκει, κἀγαθόν τι ἐπαύρεσθαι παρὰ τοῦ δοῦναι δυναμένου βούλεται· ἃ δὲ ἐνδέχεται αὐτοῖς δίδοσθαι, (τιμάς τε καὶ ἀρχὰς λέγω, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ χρήματα) πάνυ ἂν εὐαρίθμητα ὡς πρὸς τοσοῦτον πλῆθος εὑρεθείη. τούτου τε οὕτως ἔχοντος, ἔχθος ἂν αὐτῷ παρὰ τῶν διαμαρτανόντων ὧν χρήζουσι, μᾶλλον ἢ φιλία παρὰ τῶν τυγχανόντων, ὑπάρξειεν. οἱ μὲν γάρ, ὡς καὶ ὀφειλόμενόν τι λαμβάνοντες, οὔτ' ἄλλως μεγάλην οἴονται δεῖν τῷ διδόντι αὐτὸ χάριν ἔχειν, ἅτε μηδὲν παρὰ δόξαν εὑρισκόμενοι· καὶ προσέτι καὶ ὀκνοῦσι τοῦτο ποιεῖν, ἵνα μὴ καὶ ἀναξίους ἐν τούτῳ σφᾶς τοῦ καλῶς πάσχειν ᵖ ἀποφανοῦσιν· οἱ δὲ ὧν ἐλπίζουσιν ἀτυχοῦντες, λυποῦνται κατ' ἀμφότερα, τοῦτο μέν, ὡς οἰκείου τινὸς σεριεσκόμενοι· (πάντες γὰρ ἔχειν ἤδη νομίζουσιν ὧν ἂν ἐπιθυμήσωσι·) τοῦτο δέ, ὡς καὶ αὐτοὶ ἑαυτῶν ἀδικίαν τινὰ καταγινώσκοντες, ἂν ἔμφρονες ἐπὶ τὸ μὴ τυχεῖν ὧν ἂν προσδοκήσωσι, φέρωσι. καὶ γὰρ ὁ ὀρθῶς διδοὺς τὰ τοιαῦτα, τό, τε κατ' ἀξίαν ἑκάστου δηλονότι πρὸ πάντων προσκοπεῖ, καὶ τοὺς μὲν τιμᾷ, τοὺς δὲ παρορᾷ· ὥστε καὶ ἐκ τῆς ἐκείνου γνώμης, τοῖς μὲν φρόνημα, τοῖς δ' ἀγανάκτησιν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ συνειδότος σφῶν προσγίγνεσθαι. ὡς ἄν γέ τις τοῦτ' ἐυλαβούμενος, ἀνωμάλως

o δέομαι. οὐ δέομαι, N. sed negatio latet jam in geminato οὔθ' quod præcesserat. p ἀποφανοῦσι. forte ἀποφανῶσι, Od. recte.

§ 19. (l. 2.) τῷ δήμῳ] Senatui populoque. supra p. 463. A.

§ 20. (l. 10.) οὔτ' ἠθέλησαν δυνασεῦσαι] C. Marius, L. Sylla, Q. Metellus, Cn. Pompejus, licet magnas res gessissent, & opibus plurimum pollerent, tamen reipub. statum non interverterunt, Sylla etiam abdicavit se dictatura: itaque & nullus ex his non siccam mortem in otio & pace obiit. De Pompejo, summam quam asserere sibi poterat potestatem respuente, vide p. 39. A.

§ 21. (l. 11.) Κίννας δὲ] L. Cinna occisus, A. U. C. 670. Cn. Carbo & C. Marius junior A. 672. Q. Sertorius 681. de quo ad Vellejum lib. II. c. 30. De Pompeji morte supra p. 187. ad A. 706.

§ 22. (l. 18.) τὸν Κάμιλλον] Aurelius Victor de viris illustribus c. 23. *Postmodum est crimini Camillo datum, quod alibis equis triumphasset, & prædam inique divisisset: die dicta ab Appulejo tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit.* Nam ut Livius V. 23. *triumphus omnem consuetum illius diei modum aliquanto excessit. Maxime conspectus est ipse, curru equis albis juncto urbem invectus, parumque id non civile modo, sed etiam humanum visum, Jovis Solisque equis æquiparatum dictatorem in religionem etiam trahebant, triumphusque ob eam unam maxime rem clarior quam gratior fuit.* Plura Freinshemius ad Curtii III. 3. 11. Pitiscus ad Victorem, & Christophorus Adamus Rupertus ad Flori lib. I. c. 3. § 6.

§ 23. (l. 20.) τὸν Σκιπίωνα κατέλυσαν] *Hic post duos consulatus duosque triumphos & bis excisos terrores Reipub.* (Carthaginem ac Numantiam) *mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur notæ.* De

" ἀνωμάλως αὐτὰ διανέμειν ἐθελήσῃ, τὸ σύμ-
" παν ἁμαρτήσεται. οἵ τε γὰρ πονηροὶ παρὰ
" τὸ προσῆκον τιμώμενοι, χείρους ἂν, ἤτοι καὶ
" ἐπαινεῖσθαι ὡς ἀγαθοὶ, ἢ πάντως γε θερα-
" πεύεσθαι ὡς φοβεροὶ, δοκοῦντες, γίγνοιντο·
" καὶ οἱ χρηστοὶ, μηδὲν πλεῖον αὐτῶν εὑρισκόμενοι,
" ἀλλ' ἐξ ἴσου σοφισιν ἀγόμενοι, μᾶλλον ἂν ἐκ
" τῆς πρὸς ἐκείνους ἰσομοιρίας λυποῖντο, ἢ καὶ
" αὐτοί τινος ἀξιοῦσθαι χαίροιεν· καὶ κατὰ τοῦτο τήν
B " τε ἐπιτήδευσιν τῶν κρειττόνων ἐῷεν ἄν, καὶ
" τὴν ζήλωσιν τῶν χειρόνων μετέρχοιντο· καὶ οὕτω
" καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τιμῶν οὐθ' οἱ διδόντες αὐτὰς
" ἀγαθόν τι καρποῖντο, καὶ οἱ λαμβάνοντες,
" κακίους γίγνοιντο. ὥστε σοι τοῦτο, ὃ μάλιστα
" ἂν τισιν ἐν ταῖς μοναρχίαις ἀρέσειε, δυσμετα-
" χειριστότατον συμβῆναι.

" Ταῦτά τε οὖν καὶ τἆλλα ἃ μικρῷ πρόσθεν
" εἶπον ἐνθυμηθεὶς, φρόνησον ἕως ἔξεστί σοι, καὶ
" ἀπόδος [19] τῷ δήμῳ καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τὰ ἔθνη,
" καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ χρήματα. ἂν μὲν γὰρ
" ἤδη τε καὶ ἑκὼν αὐτὸ ποιήσῃς, ἐνδοξότατός τε
" ἅμα ἀνθρώπων ἔσῃ, καὶ ἀσφαλέστατος· ἂν δ'
C " ἀναμείνῃς βίαν τινά σοι προσαχθῆναι, τάχ' ἄν
" τι δεινὸν μετὰ κακοδοξίας πάθοις. τεκμήριον δέ·
" Μάριος μὲν καὶ Σύλλας καὶ Μέτελλος, καὶ Πομ-
" πήϊος τοπρῶτον, ἐν κράτει τῶν πραγμάτων γε-
" νόμενοι, [20] οὔτ' ἠθέλησαν δυνασεῦσαι, οὔτ' ἔπα-
" θον παρὰ τοῦτο δεινὸν οὐδέν· [21] Κίννας δὲ δὴ
" καὶ ᵠ Κάρβων, ὅ, τε Μάριος ὁ ἕτερος, καὶ ὁ
" ᵠ Σερτώριος, ὅ, τε Πομπήϊος αὐτὸς μετὰ ταῦτα,
" τῆς δυνασείας ἐπιθυμήσαντες, κακῶς ἀπώλοντο.
" δυσχερὲς γάρ ἐστι, τὴν πόλιν ταύτην, τοσούτοις
" τε ἔτεσι δεδημοκρατημένην, καὶ τοσούτων ἀνθρώ-
" πων ἄρχουσαν, δουλεῦσαί ʳ τινι ἐθελῆσαι. καὶ
D " ἀκούεις μὲν ὅτι [22] τὸν Κάμιλλον ὑπερώρισαν,
" ἐπειδὴ λευκοῖς ἵπποις ἐς τὰ ἐπινίκια ἐχρήσατο·
" ἀκούεις δὲ ὅτι [23] τὸν Σκιπίωνα κατέλυσαν, ἐπειδὴ
" [24] τινα πλεονεξίαν αὐτοῦ κατέγνωσαν· μέμνησαι
" δὲ ὅπως τῷ πατρί σου προσηνέχθησαν, ὅτι τινὰ
" ὑποψίαν ἐς αὐτὸν μοναρχίας ἔσχον· καίτοι τού-
" των μὲν ἀμείνους ἄνδρες οὐδένες ἄλλοι γεγόνασιν.
" οὐ μέντοι καὶ ἁπλῶς οὕτω συμβουλεύω σοι τὴν
" ἀρχὴν ἀφεῖναι, ἀλλὰ πάντα τὰ συμφέροντα τῷ
" δημοσίῳ προπράξαι, καὶ δόγμασι καὶ νόμοις ἃ
E " προσήκει κατακλεῖσαι, [25] καθάπερ που καὶ ὁ Σύλ-
" λας ἐποίησε. καὶ γὰρ εἴ τινα αὐτῶν μετὰ ταῦ-
" τα ἀνετράπη, ἀλλὰ τά γε πλείω καὶ μείζω δια-
" μένει. καὶ μὴ εἴπῃς ὅτι καὶ ὡς σασιάσουσί τι-
" νες· ἵνα μὴ καὶ ἐγὼ ἄνθις εἴπω, ὅτι [26] πολλῷ
μᾶλλον

13. " Quapropter hæc, & quæ paulo
1 ante retuli, cum animo tuo reputans, ute-
re consilio, dum res patitur; ac populo ar-
ma, provincias, magistratus, pecunias redde.
Quod si ultro nunc feceris, cum summa id
5 tua apud omnes mortales gloria ac securitate
fiet: sin exspectabis, dum vis tibi infera-
tur, fortassis malum aliquod cum dedecore
patieris. Documento sint Marius, Sylla,
Metellus, ac Pompejus initio, qui rerum poti-
10 ti, quod a dominatione se abstinuissent, omnia
pericula evitaverunt: contra Cinna, Carbo, Ma-
rius alter, Sertorius, atque idem postea tempo-
ris Pompejus, principatum affectantes, male per-
ierunt. Haud facile enim hæc urbs, quæ tot
15 annos populi arbitrio gubernata est, tot nationi-
bus imperat, servire alicui dignabitur. Audivi-
sti etiam, quemadmodum Camillum majores no-
stri, quod albis equis in triumpho usus esset, in
exilium egerint: ut Scipionem everterint, adfe-
20 ctatæ potestatis nimiæ damnatum: meministi quæ
in patrem tuum patrarint, quod regnum eum
petere suspicarentur. At certe præstantiores vi-
ris hisce nulli unquam extiterunt. Neque ego
tibi suadeo, ut tantum principatum ita simplici-
25 ter deponas; sed ut prius omnia, quæ ex usu rei-
publicæ sint, agas, & edictis ac legibus ea, quæ
par est, exemplo Syllæ, circumscribas; cujus et-
si post statuta quædam abolita sunt, pleraque ta-
men & potiora supersunt. Neque tu mihi fu-
30 turum dixeris, ut sic etiam seditiones quidam
excitent: quin vicissim ego tibi respondeam,
multo minus imperium unius hominis laturos.
Itaque

A.U.C. 725 C. Cæl. V. & Sex. Apulejo COSS.

ᵠ Κάρβων. male Στράβων est apud RS. correxit X. qui idem merito expunxit alterum ὁ ἕτερος, quod Sertorio pariter ut Mario additum ibi legebatur. Xylandri judicium secuti sunt HS. & L. ʳ δουλεῦσαί τινι. est rursus emendatio Xyl. dudum recepta, pro δουλεῦσαι τινά, quod legas apud RS.

De tanti viri morte nulla habita est quæstio. Vellej. II. 4. ubi vide Bœcleri notas.

§ 24. (l. 21.) τινὰ πλεονεξίαν] Xylander vertit: *quod eum Rempub. defraudasse judicassent.* Sed Agrippæ scopo convenientius videtur, intelligere ingentem illam auctoritatem potestatemque, virtute Scipionis partam, majorem quam Graechanis præcipue partibus placeret. vide Epitomen Livii lib. 59. & Valerium Max. VI. 2. 3. Quanquam enim ex eodem Valerio III. 6. 2. constat, rationem pecuniarum ab Scipione postulatam, quam ille magna abstinentiæ & integritatis suæ fiducia discussit: tamen hæc caussa mortis ejus minime fuit: & πλεονεξία non tantum de avido studio pecuniarum accipitur, sed etiam de quacunque impotenti habendi cupidine, sive potentiæ sive libidinum, ut Ephes. IV. 19. & V. 3. ubi cum πορνείᾳ & ἀκαθαρσίᾳ jungitur, de quo consules Salmasii lib. de Fœnore trapezitico p. 127. 134. sqq.

§ 25. (l. 28.) καθάπερ που καὶ Σύλλας] L. Cornelius Sylla, antequam dictatura se abdicaret, multas & magni momenti leges de republ. tulit, quarum adhuc memoria frequens in priscis scriptoribus Græcis & Latinis extat. vide Antonium Augustinum de Legibus Romanorum T. II. Thesauri Græviani p. 1192. sq. Paulum Manutium de legibus, Pitiscum T. II. Lexici p. 49. 50. 51.

§ 26. (l. 33.) πολλῷ μᾶλλον ὅτι ἂν ἀνάσχοιντο μοναρχούμενοι] In hoc uno Agrippam fefellit ratio, quod Monarchiam persuasit sibi, tam fasta factiosaque & tantis jactata bellis civilibus

A.U.C.725 C. Cæs.V. & Sex. Apulejo COSS.

Itaque si omnia, quæ accidere nobis possunt, ante animo volvamus, absurdissimum fuerit profecto, potius seditionum, quas popularis reipublicæ status secum fert, metu moveri, quam tyrannidis, quæ ex unius imperio nasci solet: de cujus malis dicendum mihi non duxi, quia non consilio traducendi rem, alioqui criminationibus opportunissimam, hæc verba feci; sed ut tibi ostenderem, hanc esse ejus naturam, ut neque viri boni „

" μᾶλλον οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο μοναρχούμενοι. ὡς εἴ-
" γε πάνθ' ὅσα ἐνδέχεταί τισι συνενεχθῆναι προσκο-
" ποίμεθα, ἀλογώτατα [ἂν] τὰς διχοστασίας τὰς 473
" ἐκ τῆς δημοκρατίας συμβαινούσας φοβηθείημεν ἂν
" μᾶλλον, ἢ τὰς τυραννίδας τὰς ἐκ τῆς μοναρχίας
" ἐκφυομένας. [27] περὶ ὧν τῆς δεινότητος οὐδὲ ἐπε-
" χείρησά τι εἰπεῖν. οὐ γὰρ δὴ καὶ καταδραμεῖν
" ἄλλως ἐυκαταγόρητον οὕτω πρᾶγμα ἠθέλησα, ἀλ-
" λὰ δεῖξαί σοι τοῦθ' ὅτι τοιοῦτόν ἐστι τῇ Φύσει,
" ὥστε [28] μηδὲ τοὺς χρηστοὺς ἄνδρας [s]

* * * * * * * * * * * * * * * * * B

45

14. " neque persuadere facile aliquid propter licentiam in dicendo sui dissimilibus possunt, neque, iis dissentientibus, quicquam prospere gerere. Quamobrem si tibi patria cordi est, pro qua tanta bella obiisti, cui lubens adeo vitam impenderis, in alium eam statum redige, ac coge in ordinem, ut redeat ad meliorem frugem. Nam quod liceat quibusdam, omnia ex animi omnino sui sententia agere & loqui, id quidem si in homine sapiente spectaveris, causam esse felicitatis publicæ invenies: sin vero in stulto, comunis perniciei. Quare si quis eam potestatem homini fatuo concedit, is infanti scilicet, aut furioso, gladium porrigit: qui autem prudenti eam tribuit, is cum omnibus cæteris, tum ipsis adeo fatuis nec volentibus, affert salutem. Proinde auctor tibi sum, ne te vocabulorum specie decora decipi patiare: sed ut res quæ inde proficiscuntur prospiciens, ferociam plebis compescas, tibique & viro cuique optimo vindices administrationem reipublicæ: quo prudentissimi eorum consilia ineant, artibus imperatoriis instructissimi exercitus ducant, robustissimi ac pauperrimi stipendia faciant. Hac enim ratione fiet, ut quum suas quisque partes studiose obeat, & mutuam invicem operam promte præstent, neque sibi quisquam deesse aliquid sentiat, & verum populus imperium, libertatemque tutam adipiscatur. Illa enim plebis libertas, non nisi acerbissima optimi cujusque servitus est,

" [29] οὔτε πεῖσαί τι ῥᾳδίως ὑπὸ παῤῥησίας
" τοὺς οὐχ ὁμοίους δύνασθαι, καὶ ταῖς πράξεσιν
" ἅτε μὴ ὁμογνωμονούντων σφῶν [t] καλορθοῦσιν.
" ὥστε εἴ τι κήδῃ τῆς πατρίδος, ὑπὲρ ἧς τοσού-
" τους πολέμους πεπολέμηκας, [30] ὑπὲρ ἧς καὶ C
" τὴν ψυχὴν ἡδέως ἂν ἐπιδοίης, μεταῤῥύθμισον
" αὐτὴν καὶ καλακόσμησον πρὸς τὸ σωφρονέστερον.
" τὸ γὰρ ἐξεῖναί τισι πάνθ' ὅσα ἁπλῶς βούλον-
" ται καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν, ἂν μὲν ἐπὶ τῶν ἔυ
" φρονούντων ἐξετάζῃς, εὐδαιμονίας ἅπασιν αἴτιον
" γίγνεται· ἂν δὲ ἐπὶ τῶν ἀνοήτων, συμφορᾶς.
" καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν τοῖς τοιούτοις τὴν ἐξουσίαν
" δίδους, παιδὶ δή τινι καὶ μαινομένῳ ξίφος ὀρέ-
" γει· ὁ δὲ ἐκείνοις, τά τε ἄλλα, καὶ αὐτοὺς
" τούτους καὶ μὴ βουλομένους σώζει. διόπερ καὶ
" σὲ ἀξιῶ μὴ, πρὸς [31] τὰς εὐπρεπείας τῶν ὀνο- D
" μάτων ἀποβλέψαντα, ἀπαληθῆναι, ἀλλὰ τὰ
" γιγνόμενα ἐξ αὐτῶν προσκοπήσαντα, τήν τε
" θρασύτητα τοῦ ὄμιλου παῦσαι, καὶ τὴν διοίκη-
" σιν τῶν κοινῶν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς
" ἀρίστοις προσθεῖναι· ἵνα βουλεύωσι μὲν οἱ φρο-
" νιμώτατοι, ἄρχωσι δὲ οἱ στρατηγικώτατοι, στρατεύ-
" ωνται δὲ καὶ μισθοφορῶσιν οἵ τε ἰσχυρότατοι καὶ
" οἱ πενέστατοι. οὕτω γὰρ τά τε ἐπιβάλλοντα
" σφίσιν ἕκαστοι προθύμως ποιοῦντες, καὶ τὰς ὠφε-
" λείας ἀλλήλοις ἑτοίμως ἀντιδιδόντες, οὔτε τῶν ἐ-
" λαττωμάτων, ἐν οἷς καταδέουσί τινων, ἐπαισθήσον- E
" ται, καὶ τὴν δημοκρατίαν τὴν ἀληθῆ, τήν τε ἐ-
" λευθερίαν τὴν ἀσφαλῆ κτήσονται. ἐκείνη μὲν
γὰρ ἡ τοῦ ὄχλου ἐλευθερία, τοῦ τε βελτίστου
δουλεία

s Conjectura est viri docti N. lacunam hanc natam esse, quod librarius, hæc describens, a verbis χρηστοὺς ἄνδρας orationis Agrippæ, oculos conjecerat in χρηστοὶ ἄνδρες, quod in hac Mæcenatis oratione proxime præcessisse videtur. sed integrum potius folium fuisse inter hæc verba interpositum, mihi persuadeo. Ceterum monet RS. Leonicenum quoque in suo exemplari hanc lacunam reperisse. t καλορθοῦσιν. καλορθῶσιν, N. καλορθώσουσιν, V.b. melior omnino sensus emerget, si pro κἀν, posueris ὅτ' ἐν, quem sensum in versione interim, dum certiora codex aliquis ex præcedentibus ostendat, expressi.

vilibus Republ. intolerabiliorem minusve firmam fore. Nam illo statu tunc res erant, ut mole laborans sua imperium, & quassum fessumque discordiis, vix posset nisi in unius potestate acquiescere, *neque coire unquam aut consentire, nisi unius præsidis nutu quasi anima & mente regeretur*, ut ait Florus IV. 3. Neque provinciæ illum rerum statum abnuebant, *suspecto senatus populique imperio ob certamina potentium & avaritiam magistratuum, invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremo pecunia turbabantur.* Tacit. I. Annal. c. 2. *non aliud discordantis patriæ remedium, quam ut ab uno regeretur.* c. 9. Itaque *omnem potestatem ad unum conferri, pacis interfuit.* id. Hist. lib. I. c. 1. confer dicta ad p. 241. B.

§ 27. (l. 38.) περὶ ὧν τῆς δεινότητος] Tantum de principatus, non etiam tyrannidis incommodis dicturum se professus fuit etiam p. 471. A.

§ 28. (l. 42.) μηδὲ τοὺς χρηστοὺς ἄνδρας] Hanc contendit esse naturam imperii ad unum delati, ut nec a bonis nec a malis patienter toleretur. Freinshemius tamen aliter Dionis verba accepit, ita enim quod Agrippæ orationi deest placuit ipsi supplere: *Hoc ostendere conatus sum, eam esse naturam principatus, ut etiamsi bonos in viros ceciderit, non diu tales esse patiatur, quin celeriter aut licentia mutet, aut molestiis curisque ac periculis opprimat. Tam anceps igitur, Cæsar, ac horribile discrimen, dum licet, exi. Hoc M. Agrippa suadeo, qui te principe adeptus atque retenturus, quicquid summo loco minus est; in libera Repub. inter tot illustres viros, & antiquissima gloria majorum præfulgentes, vix æqualitatem tutari potero: cæterum indignus his ipsis essem, nisi ea possem amittere pro salute ac tranquillitate illius a quo accepi.*

§ 29. (l. 46.) οὔτε πεῖσαί τι ῥᾳδίως] Dolendum est, ab initio mancam Mæcenatis consultationem ad nos perveniisse, plenam pulcherrimis monitis, & quæ Augustus in plerisque diligenter ac feliciter est secutus. Eam politicæ Monarchicæ compendium jure appellari posse non dubitat, V. C. Joh. Henr. Bæclerus, qui eam singulari Diatriba interpretandam atque illustrandam sumsit, quæ legitur inter ejus Dissertationes junctim editas Argentorati 1710. 4. T. II. p. 710–756. Expressit etiam suo more atque supplementis Livianis lib. CXXXIV. c. 29. sqq. intexuit laudatus Freinshemius, qui ea quæ apud Dionem desunt, ex ingenio suo repræsentavit.

" δουλείαν πικροτάτην γίγνεται, καὶ κοινὸν ἀμφοῖν
" ὄλεθρον φέρει· [32] αὕτη δὲ, τό, τε σῶφρον
" παντάχοῦ προτιμῶσα, καὶ τὸ ἴσον ἅπασι καὶ
" τὴν ἀξίαν ἀπονέμουσα, πάντας ὁμοίως εὐδαίμονας
" τοὺς χρωμένους αὐτῇ ποιεῖ.

est, & utrisque communem perniciem adfert hæc autem, in qua modestia ubique præfertur, ac unicuique id, quo dignus est, æqualiter tribuitur, omnes ea utentes ex æquo felices efficit. " A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

474 " Μὴ " γάρ τοι οἰηθῇς, ὅτι τυραννῆσαί σοι, τόν
" τε δῆμον καὶ τὴν βουλὴν δουλωσαμένῳ, παραινῶ.
" τοῦτο μὲν γὰρ οὔτ' ἂν ἐγώ ποτε εἰπεῖν, οὔτ'
" ἂν σὺ πρᾶξαι τολμήσειας. ἐκεῖνα " δὲ δὴ καὶ
" καλὰ καὶ χρήσιμα καὶ σοὶ καὶ τῇ πόλει γένοι-
" το ἄν, τό, τε πάντα τὰ προσήκοντα αὐτόν σε
" μετὰ ἀρίστων ἀνδρῶν νομοθετεῖν, μηδενὸς τῶν πολ-
" λῶν μήτ' ἀντιλέγοντος αὐτοῖς, μηδὲ ἐναντιουμένου·
" καὶ τὸ τοὺς πολέμους πρὸς τὰ ὑμέτερα βουλή-
" ματα διοικεῖσθαι, πάντων αὐτίκα τῶν ἄλλων τὸ
" κελευόμενον ποιούντων· τό, τε τὰς τῶν ἀρχόντων
B " αἱρέσεις ἐφ' [u] ὑμῖν εἶναι, καὶ τὸ τὰς τιμὰς τάς
" τε τιμωρίας ὑμᾶς ὁρίζειν, ἵνα καὶ νόμος εὐθὺς ᾖ
" πᾶν ὅ, τι ἂν βουλευσαμένῳ σοι μετὰ τῶν ὁμο-
" τίμων ἀρέσῃ, καὶ οἱ πολέμιοι [33] κρύφα καὶ καθ' ὃ
" καιρὸν πολεμῶνται· οἵ τέ τι ἐγχειριζόμενοι, ἀπ'
" ἀρετῆς, ἀλλὰ [34] μὴ κλήρῳ καὶ σπουδαρχίᾳ, ἀπο-
" δεικνύωνται· καὶ οἱ μὲν ἀγαθοὶ ἄνευ φθόνου τι-
" μῶνται, οἱ δὲ κακοὶ ἄνευ συσάσεως κολάζωνται.
" οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τά τε πρατόμενα ὀρθῶς
" διοικηθείη, μήτε ἐς τὸ κοινὸν ἀναφερόμενα, μήτε
" ἐν τῷ φανερῷ βουλευόμενα, [x] μήτε [ἐν] τοῖς πα-
" ρακελευσοῖς ἐπιτρεπόμενα, μήτε ἐκ φιλοτιμίας κιν-
C " δυνευόμενα· καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν ἀγαθῶν
" ἡδέως ἀπολαύσαιμεν, μήτε πολέμους ἐπικινδύνους,
" μήτε στάσεις ἀνοσίας ποιούμενοι. [y] ταῦτα μὲν
" πᾶσα γὰρ δημοκρατία ἔχει· οἱ γὰρ δυνατώτε-
" ροι, τῶν τε πρώτων ὀρεγόμενοι, καὶ τοὺς ἀσθενε-
" στέρους μισθούμενοι, πάντα ἄνω καὶ κάτω φέρουσι.
" πλεῖστα δὲ δὴ παρ' ἡμῖν γέγονε, καὶ οὐκ ἔστιν ὅ-
" πως ἄλλως παύσεται. τεκμήριον δέ· πάμπολυς
" ἐξ οὗ χρόνος καὶ πολεμούμεν καὶ στασιάζομεν·
D " αἴτιον δὲ τό, τε πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ
" μέγεθος τῶν πραγμάτων. ἐκεῖνοί τε γὰρ παντο-
" δαποὶ καὶ τὰ γένη καὶ τὰς φύσεις ὄντες, καὶ
" ποικίλας καὶ τὰς ὀργὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχου-
" σι· καὶ ταῦτα ἐς τοσοῦτον προῆκται, ὥστε καὶ
" πάνυ δυσχερῶς ἂν διοικηθῆναι.

15. " Neque enim id existimare debes, autorem me tibi esse, ut S. P. Q. R. in servitutem redacto, tyrannidem exerceas: quod neque ego dicere unquam, neque tu facere ausis: verum hæc demum & tibi & urbi honesta ac utilia fuerint, ut tu ipse cum viris optimis omnia, quæ ex usu sint, decernas; neque contradicente, neque repugnante quoquam ex multitudine: utque vestro arbitrio bella gerantur, omnibus reliquis mandata vestra statim exsequentibus: ut vestræ sit potestatis creare magistratus, præmiaque ac pœnas irrogare: ut omne quod tibi, inito cum optimatibus consilio, placuerit, statim legis vim habeat: ut bella occulte, ac per occasiones hostibus inferantur: ut quibus negotia committuntur, ii non sorte aut ambitu, sed virtutis gratia ad id deligantur: ut boni citra invidiam honoribus ornentur, mali sine seditione plectantur. Sic demum res gerendæ recte administrabuntur, si neque de iis ad vulgus referatur, neque in aperto consultationes fiant, si neque oratoribus permittantur, neque ob ambitionem in periculum veniant. Ita nostris suaviter perfruemur bonis, cum neque bella periculosa, neque impias seditiones movebimus: quæ quidem mala omnem statum popularem premunt, quum potentiores, ad primatum aspirantes, infirmiorum operas mercede conducant, atque ita omnia perturbent. Id nimirum factum est apud nos frequentissime, & alio pacto haud quaquam cessabit. Cujus rei evidens signum est, quod longo jam tempore bellis & seditionibus vexamur, propter hominum multitudinem, ac rerum magnitudinem: quia & homines tam varii nationibus ac natura, ac tam diversis iræ cupiditatisque adfectibus præditi sunt: & res eo excreverunt, ut difficile sit eas moderari. "

Καὶ 16. Id

[t] γάρ τοι. emendatio HS. quam sequitur L. γάρ τι, RS. [u] ἐκεῖνα δὲ δὴ καὶ καλά. scribendum, ἐκεῖνα δὲ δὴ (scilicet παραινῶ σοι ex superioribus) ἃ καὶ καλὰ &c. L. sed nihil obstat, quo minus ἐκεῖνα γένοιτο ἄν conjungamus. infra l. 92. ἡμῖν & mox ἡμᾶς, RS. [x] μήτε ἐν τοῖς παρακελεύσοις ἐπιτρεπόμενα. liquet, præpositionem ἐν abundare. sed qui sunt παρακέλευσοι? videtur ex p. 18. E. παρακελευσμὸς Dioni esse, *coitio*, & *conspiratio ambitus*, ut παρακελεύσους intelligamus eos, *qui ambiendo ad magistratum non virtute pervenerint*, sed passiva significatio videtur contra stare. X. addo equidem locum unum p. 99. C. ubi Clodius ædilis factus dicitur, πρὸς γὰρ τὴν ἀπόδρασιν τῆς δίκης παρακελευσὸς ἡρέθη. ubi utique passive sumitur, *commendatus*, a potentioribus scilicet, *obtrusus per factionem*; ideo συσάσεως καὶ παρακελευσμοὶ junguntur p. 18. E. & ἐκ παρακελεύσεως καὶ δεκασμοῦ, p. 511. C. hic tamen active, *commendantes*, sive tanquam oratores legem aut personam commendarent, seu dignitate & potentia sua commendationi pondus adderent, intelligi malim: posses etiam passive *advocatos* reddere, sicut apud Thucydidem vertit interpres p. 386. 25. οὓς ὁρῶν ἐγὼ νῦν ἐνθάδε τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ παρακελευσοὺς καθημένους, φοβοῦμαι, *advocatos assidere*. παρακεκλημένους reddit Scholiastes. scripsi autem vocem, Thucydidis exemplo, παρακελευσὸς, non ut vulgo, παρακέλευστος. ceterum vir doctus N. præter necessitatem, ut videtur, mutandum putavit vocabulum in παρακελευσμοῖς, vel παρακελευσαῖς, h. e. qui celeusmate, vel clamoribus per tumultum pugnant. nec magis probare possum Cl. Oddeyi αὐτοκελεύστοις. [y] ταῦτα μὲν πᾶσα γὰρ δημοκρατία. malim, ταῦτα μὲν γὰρ πᾶσα δημοκρ.

§ 30. (l. 50.) ὑπὲρ ἧς καὶ τὴν ψυχὴν] Vitam & spiritum, ita *ut dulce & decorum* duceret, ut Horatii verbis dicam, *pro patria mori*. Notum est ψυχὴν, non sacris tantum, sed aliis quoque scriptoribus, poni pro vita, cujus rei exempla obvia apud Sebastianum Pfochenium, & Thomam Gatakerum, de Stylo N. T. c. 10.

§ 31. (l. 61.) τὰς εὐπρεπείας ὀνομάτων] Splendida nomina libertatis, & æqui juris.

§ 32. (l. 77.) αὕτη δὲ] Vere hoc dictum a Mæcenate, si tam boni atque idonei, quales ille describit & exposcit, Monarchæ rebus humanis contingant.

§ 33. (l. 95.) κρύφα] Non proditis in vulgus consiliis, quæ vel ab hoste cognita, vel domi per invidiam, intervertantur. Infra: μήτε εἰς τὸ κοινὸν ἀναφερόμενα, μήτε ἐν τῷ φανερῷ βουλευόμενα.

§ 34. (l. 97.) μὴ κλήρῳ καὶ σπουδαρχίᾳ] Notum est, liberæ Reipub. tempore Romæ provincias per sortem datas, in dignitatibus vero & magistratibus, qui populi suffragio tribuebantur, ambitionem plurimum valuisse, gratia, metu, largitione.

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

e καὶ ἀκόντων. nescio studione, an errore librarii, in Xylandri versione legatur *vel invitus*, quasi καὶ ἄκων scribendum sit: sed *vel invitis*, excusum est apud L. quod præferendum. vide § 74. *f* συμβουλεύω. καὶ νὴ Δία καὶ ἐκεῖνα, ἵνα ἕως &c. hæc contractius exhibet V. a. hoc modo: συμβουλεύειν ἔχω, ἵνα ἕως &c.

§ 71. (l. 36.) καὶ μισθόν] Hoc Augustum diligenter observasse, notat Dio infra p. 506. C.

§ 72. (l. 46.) διὰ πλειόνων] Ex hoc consilio quid fecerit Augustus, quo plures partem administrandæ Reipub. caperent, vide exponentem Suetonium c. 37.

§ 73. (l. 56.) ἔκ τε τῶν ἱππέων καὶ ἐκ τῶν ἐξελευθέρων σου] Procuratores hinc Cæsarum, qui cum Proconsule, vel Proprætore, ad reditus publicos administrandos, mittebantur in provincias, plurimum equites & libertos fuisse, veterum scriptorum & inscriptionum testimonia passim fidem faciunt. Conf. Celeb. Burmannum de vectigalibus Populi Rom. c. 8. p. 146. sq. infra p. 506. B.

§ 74. (l. 59.) παρ' ὧν καὶ ἀκόντων] Libertos enim quæstionibus ac tormentis subjici fas erat.

§ 75. (l. 63.) μηδὲν αὐτὸν ἡ ἡλικία] Sic de Augusto ipso Cicero Philippica V. 17. *ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis exspectari non oportere. Itaque majores nostri, veteres illi admodum antiqui, leges annales non habebant, quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter æquales.* Et Philippica XIV. 10. *ætas ejus certe ab hac sententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute superavit ætatem.*

§ 76. (l. 67.) τῶν ἐν τῷ τελαγμένῳ ἐστρατευμένων] Nota hoc de gregariis militibus dici, perinde ut Latini scriptores, *ordinem* appellant classem turmæ vel cohortis, in quo milites faciebant stipendia. De centurionibus autem, & ordinum legionariorum ductoribus p. 487. C. & 479. B. οἱ ἐν τοῖς καταλόγοις, vel ἐκ τοῦ καταλόγου ὄντες, qui adhuc militant, nam emeriti οἱ ὑπὲρ τὸν κατάλογον.

§ 77. (l. 68.) τῶν καὶ φορμοφορησάντων καὶ λαρκοφορησάντων] De hisce militaribus operibus gregariorum militum, vide sis Lipsium lib. V. Dialogo 6. Utebantur autem corbibus & sportulis ad aggerem portandum, & vallum fossamque faciendam, vel ad portandum frumentum, ut in Epitome Livii lib. LVII.

A.U.C.725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

gotia aptiores habebis. Optimi enim, ac frugi principis eſt, non modo ipſe ut omnia ex officio agat, verum ut qua ratione etiam reliqui omnes quam optimi fiant, proſpiciat. Id autem tu ita præſtabis, non ſi permittas omnia eos ex libito agere, ac deinde delinquentes corrigas: ſed ſi prius quam peccaverint quicquam, omnia eos docceas, quæ exercentes & tibi, & ſibi ipſis majori ſint uſui: omnemque omnibus occaſionem, quæ ex divitiis, nobilitate, aut alia quacunque præſtantia naſcitur, vitæ per deſidiam, molliriem, aut prava ſtudia ducendæ, præcidas. Etenim permulti metuentes, ne iſtiusmodi bonorum nomine invidiæ ac periculis ſint obnoxii, multa ſe ipſis indigna agunt, quo tutius vivere poſſint: atque inde miſericordiam ipſi conſequuntur, quaſi hoc ipſo inique cum iis agatur, quod non licere illis recte vivere videatur; ad principem vero & damnum ex bonorum virorum inopia, & infamia ex culpa in ipſum conjecta, redit. Id igitur ne fiat, cavendum tibi eſt: neque metuendum, ne quis eo, quem dixi, modo educatus inſtitutusque, conſilia rerum novarum ſit agitaturus: quin potius id a diſciplinæ rudibus ac flagitioſis timendum eſt, qui facillime eo adducuntur, ut turpiſſima ac peſſima quæque in ſe & alios ſtatuant. Qui vero recte educati inſtitutique ſunt, cum alium neminem injuria afficere, tum minime omnium eum volunt, qui educationis eorum ac diſciplinæ curam geſſit. Quod ſi omnino quis perverſus ingratusque exiſtet, nullum ei hujusmodi negotium commiſeris, unde aliquid mali facinoris edere poſſit: aut ſi nihilominus aliquid molietur, convictum ſupplicio affice. Neque eſt quod vereare, ne quis tibi id vitio vertat, ſi feceris omnia, quæ dixi. Quippe non magis propter punitum ſceleratum peccabis, quam medicus propter uſta aut exciſa corporis vitia: ille vero ab omnibus accuſabitur, qui eodem quo reliqui modo educatus ac inſtitutus, periculum tibi creare auſus fuerit. Ac de ſenatoribus quidem, & equitibus, hactenus. "

27. " Milites autem perennes alendi ſunt ex civibus, ſubditis, & fœderatis, alibi plures, alibi pauciores, in ſingulis provinciis, prout rerum uſus exegerit, qui ſemper in armis ſint, bellicasque artes aſſiduo exerceant, hyberna locis opportuniſſimis habeant, ſtatutum militiæ tempus expleant, ita ut nonnihil ætatis etiam ante ſenium ſuperſit.

" ἐπιμελεῖν καὶ μαθόντες καὶ μελετήσαντες, ἐπιτηδειότεροί σοι πρὸς πᾶν ἔργον γενήσονται. τὸν " γὰρ ἄρχοντα τὸν ἄριστον, οὐ τέ τι ὄφελός ἐστι, " δεῖ μὴ μόνον αὐτὸν πάνθ' ἃ προσήκει ποιεῖν, ἀλ- " λὰ καὶ τῶν ἄλλων, ὅπως [78] ὡς ὅτι βέλτιστοι γί- " γνωνται, προνοεῖν. τοῦτο δ' ὑπάρξειεν ἂν σοι, E " οὐκ ἂν ἐάσῃς αὐτοὺς ὅσα βούλονται πράττειν, ἔ- " πειτ' ἐπιμιμᾷ τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ' ἂν πρίν τι " πλημμελεῖσθαι, προδιδάσκῃς πάνθ' ὅσα ἀσκήσαν- " τες χρησιμώτεροι καὶ ἑαυτοῖς καὶ σοὶ γενήσονται· " καὶ μηδενί γε τὸ παράπαν πρόφασιν παρέχῃς, μή- " τε διὰ πλοῦτον, μήτε δι' εὐγένειαν, μήτε δι' ἄλ- " λο τι ἀρετῆς ἐχόμενον, ῥαθυμίαν, ἢ μαλακίαν, 482 " ἢ καὶ ἐπιῄδευσίν τινα κίβδηλον προσποιεῖσθαι. " πολλοὶ γὰρ, φοβούμενοι μὴ καὶ διὰ τοιοῦτόν τι " καὶ φθονηθῶσι καὶ κινδυνεύσωσι, [79] πολλὰ καὶ ἀ- " ναίσχυντα ἑαυτῶν ποιοῦσιν, ὡς καὶ ἀσφαλέστερον ἀπ' " αὐτῶν βιωσόμενοι. καὶ τούτου ἐκεῖνοι μὲν ἐλεοῦν- " ται, ὡς καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀδικούμενοι, τὸ μὴ δο- " κεῖν ἐξεῖναι σφίσιν ὀρθῶς ζῆν· τῷ δ' ἄρχοντι αὐ- " τῶν καὶ ζημία ἅμα ἀγαθῶν ἀνδρῶν στερομένῳ, καὶ " κακοδοξία τῆς αἰτιάσεως συμβαίνει. μήτ' οὖν πε- " ριίδῃς ποτὲ τοῦτο πραχθὲν, μήτ' ἂν δείσῃς, ὅτι " τραφείς τέ τις καὶ παιδευθεὶς ὡς ἐγὼ λέγω, νεώ- B " τερόν τι τολμήσει. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, τούς τε " ἀμαθεῖς καὶ τοὺς ἀσελγεῖς ὑποπτεῖν δεῖ. οἱ μὲν " γὰρ τοιοῦτοι πάντα ἁπλῶς καὶ τὰ αἴσχιστα καὶ " τὰ δεινότατα, πρῶτον μὲν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους, ῥᾳδίως ποιεῖν προάγον- " ται· οἱ δὲ δὴ καλῶς τραφέντες τε καὶ παιδευ- " θέντες, οὔτ' ἄλλον τινὰ ἀδικεῖν προαιροῦνται, καὶ " πάντων ἥκιστα τὸν τῆς τε τροφῆς καὶ τῆς παιδεί- " ας αὐτῶν ἐπιμεληθέντα. ἂν οὖν τις καὶ κακὸς καὶ " ἀχάριστος γένηται, μηδὲν αὐτῷ τοιοῦτον ἐπιτρέψῃς, " ἐξ οὗ δεινόν τι δρᾶσαι δυνήσεται· κἂν γε καὶ " ὡς νεοχμώσῃ τι, καὶ ἐλεγχθήτω καὶ κολασθήτω. " μὴ γὰρ δὴ φοβηθῇς, ὅτι σε αἰτιάσεταί τις ἐπὶ C " τούτῳ, ἂν γε πάνθ' ὅσα εἴρηκα πράττῃς. σὺ μὲν " γὰρ οὐδὲν ἁμαρτήσῃ, τὸν ἀδικήσαντα τιμωρησά- " μενος, ὥσπερ οὐδὲ ὁ ἰατρὸς καύσας τινὰ καὶ τε- " μών· ἐκεῖνον δὲ δὴ πάντες δικαιώσουσιν, ὅτι καὶ " τροφῆς καὶ παιδείας τῆς αὐτῆς τοῖς ἄλλοις με- " χὼν, ἐπεβούλευσέ σοι. περὶ μὲν οὖν τοὺς βου- " λευτὰς τούς τε ἱππέας ταῦτα γιγνέσθω.

" Τοὺς δὲ δὴ [80] στρατιώτας ἀθανάτους, ἔκ τε τῶν " πολιτῶν καὶ τῶν ὑπηκόων τῶν τε συμμάχων, τῇ μὲν D " πλείους, τῇ δὲ ἐλάττους, [g] καθ' ἕκαστον ἔθνος, ὅπως " ἂν ἡ χρεία τῶν πραγμάτων ἀπαιτῇ, τρέφεσθαι προσ- " ήκει, καὶ αὐτοὺς ἀεί τε ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι, καὶ " τὴν ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν διαπαντὸς ποιεῖσθαι δεῖ· " χειμάδιά τε ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις χωρίοις κατε- " σκευασμέ-

[g] καθ' ἕκαστον ἔθνος. καθ' ἕκαστον ἐκεῖνο, V. b. male.

§78. (l. 85.) ὡς ὅτι βέλτιστοι γίγνωνται] In eandem ſententiam Salluſtius Epiſt. I. ad Cæſarem de ordinanda repub. *id eniti decet, cum ipſe bonus atque ſtrenuus ſis, ut quam optimis imperites. Nam peſſimas quisque aſperrime rectorem patitur.*

§79. (l. 96.) πολλοὶ καὶ ἀναίξια ἑαυτῶν ποιοῦσι] Sub tyrannis enim, virtuti omni infeſtis & invidentibus, *ſubit etiam ipſius inertiæ dulcedo, & inviſa primo deſidia poſtremo amatur*: ut Taciti verbis dicam c. 3. Agricolæ. Imo rem male gerere malunt, ut invidiam principis effugiant. infra p. 488. C.

§80. (l. 25.) στρατιώτας ἀθανάτους] Miles perpetuus neceſſarium Monarchiæ, tam magnæ præſertim & late patentis, præſidium pariter ac decus. Conf. Lipſium IV. 7. Civilis Doctrinæ. Sic infra p. 485. A. σίτησιν ἀθάνατον, pro opſonii perpetui præbitione.

§81. (l. 33.) καὶ πρὸ τοῦ γήρως] Ut emeriti etiam ac veterani utilem operam, ubi neceſſitas poſtulaverit, præſtare valerent. Ex veteri uſu poſt viginti annorum ſtipendia dimittebantur pedites, ut præter Polybium & alios docet Suidas in Βελεσιανός. Hinc militibus ſexdecim annorum veniam flagitantibus reſtitit Tiberius, ut notatum a Tacito I. Annal. c. 78. Equites annorum decem merebant ſtipendia, nautici annorum XXV. vide Lipſium lib. I. Dialogo 2. & lib. V. Dialogo 19.

§82. (l. 68.) τὰ κλήματα] Agros ac poſſeſſiones, ut p. 459. A. τὰ κλήματα ἐπιμηθῆναι.

" σκευασμένους, καὶ χρόνον τακτὸν στρατευομένους,
" ὥστε τι αὐτοῖς καὶ [81] πρὸ τοῦ γήρως τῆς ἡλικίας πε-
" ριεῖναι. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῶν καιρῶν βοηθείαις τισὶν ἔτι
" χρῆσθαι δυναίμεθα, αὐτοί τε τοσοῦτον ἀπὸ τῶν τῆς
" ἀρχῆς ἐσχατιῶν ἀπηρτημένοι, καὶ πολεμίους ἑκασα-
" χόθι προσοικοῦντας ἔχοντες. ἄν τε ἐπιτρέψωμεν πᾶ-
" σι τοῖς ἐν τῇ ἡλικίᾳ οὖσι καὶ τὰ ὅπλα κεκτῆσθαι,
483 " καὶ τὰ ἐμπολέμια ἀσκεῖν, στάσεις καὶ πόλεμοι ἀπ'
" αὐτῶν ἐμφύλιοι ἀεὶ γενήσονται. καὶ μέντοι κἂν κω-
" λύσαντες σφᾶς ταῦτα ποιεῖν, ἔπειτα συμμαχίας τι-
" νὸς παρ' αὐτῶν δεηθῶμεν, κινδυνεύσομεν ἀπείροις τε
" καὶ ἀγυμνάστοις στρατιώταις ἀεὶ χρώμενοι. διὰ μὲν
" δὴ ταῦτα γνώμην ποιοῦμαι, τοὺς μὲν ἄλλους πάντας
" ἄνευ τε ὅπλων, καὶ ἄνευ [b] τειχῶν ζῆν· τοὺς δὲ ἐρ-
" ρωμενεστάτους καὶ βίου μάλιστα δεομένους καταλέγε-
" σθαί τε καὶ ἀσκεῖν. αὐτοί τε γὰρ ἄμεινον πολεμή-
" σουσι, τούτῳ μόνῳ τῷ ἔργῳ σχολάζοντες, καὶ οἱ
" λοιποὶ ῥᾷον γεωργήσουσι, καὶ ναυτιλοῦνται, τά τε
B " ἄλλα τὰ τῇ εἰρήνῃ προσήκοντα πράξουσι, μήτε
" ἐκβοηθεῖν ἀναγκαζόμενοι, καὶ προφύλακας σφῶν
" ἑτέρους ἔχοντες· τό, τε ἀκμαιότατον καὶ ἰσχυρότα-
" τον, καὶ [i] ἐκ λῃστείας μάλιστα ζῆν ἀναγκαζόμενον,
" ἀλύπως τραφήσεται, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν ἀκινδύνως
" βιώσεται.

" Πόθεν οὖν χρήματα καὶ ἐς τούτους καὶ ἐς τὰ
" ἄλλα τὰ [k] ἀναγκαίως ἀναλωθησόμενα ἔσται; ἐ-
" γὼ καὶ τοῦτο διδάξω, σμικρὸν ἐκεῖνο ὑπειπών, ὅ-
" τι κἂν δημοκρατηθῶμεν, πάντως που χρημάτων
" [l] δεησόμεθα. οὐ γὰρ οἷόν τε, οὔτ' ἄνευ στρατιω-
" τῶν ἡμᾶς σώζεσθαι, οὔτ' ἀμισθεί τινας στρατεύε-
C " σθαι. μὴ οὖν, ὡς καὶ τῇ μοναρχίᾳ μόνῃ τῆς ἀ-
" ναγκαίας τῶν χρημάτων ἀθροίσεως προσηκούσης,
" βαρυνώμεθα, μηδὲ δι' αὐτὴν καὶ ἀπ' ἐκείνης ἀ-
" πορρεπώμεθα· ἀλλ' ὡς καὶ πάντως ἀναγκαῖον ὂν
" ἡμῖν, ὅπως ποτ' ἂν πολιτευώμεθα, καὶ ἀργυρί-
" ζεσθαί τινα, οὕτω βουλευώμεθα. φημὶ τοίνυν χρῆ-
" ναί σε, πρῶτον μὲν ἁπάντων, [82] τὰ κτήματα τὰ
" ἐν τῷ δημοσίῳ ὄντα (πολλὰ δὲ ταῦτα ὁρῶ διὰ
" τοὺς πολέμους γεγονότα) πωλῆσαι, πλὴν ὀλίγων
D " τῶν καὶ πάνυ χρησίμων σοι καὶ ἀναγκαίων· καὶ
" τὸ ἀργύριον τοῦτο πᾶν ἐπὶ μέτριοις τισὶ τόκοις ἐκ-
" δανεῖσαι. οὕτω γὰρ ἥ τε γῆ ἐνεργὸς ἔσται, δε-
" σποτείαις αὐτουργοῖς δοθεῖσα, καὶ ἐκεῖνοι ἀφορμὴν
" λαβόντες, εὐπορώτεροι γενήσονται· τό, τε δημό-
" σιον διαρκῆ καὶ ἀθάνατον πρόσοδον ἕξει. εἶτα
" συλλογίσασθαι ταῦτά τε καὶ τἄλλα, ὅσα [83] ἔκ
" τε μεταλλείας, καὶ εἰ δή ποθεν ἄλλοθεν βεβαίως
" δύναται προσιέναι· καὶ μετὰ τοῦτο [84] ἀνθιλογί-
" σασθαι μὴ μόνον τὰ στρατιωτικά, ἀλλὰ καὶ
E " τἄλλα πάντα, δι' ὧν [m] πόλις καλῶς οἰκεῖται,
" καὶ προσέτι καὶ ὅσα ἔς τε τὰς αἰφνιδίους στρα-
" τείας,

superſit. Non enim ex tempore contractis auxiliis amplius uti poſſumus, qui & tam procul ab extremis imperii noſtri finibus diſtamus, & undique conterminos nobis hoſtes habemus. Ac ſi omnibus, qui integra ſunt ætate, armorum & rei bellicæ uſum concedamus, ſemper ſeditiones ab iis, & bella inteſtina excitabuntur. Sin autem armorum eis uſu interdicamus, poſt hæc, ubi auxilio eorum opus fuerit, periculum erit, ne ſemper imperitis ac inexercitatis militibus utendum nobis ſit. Itaque hæc mea eſt ſententia, ut alii quidem omnes abſque armis, & extra caſtellorum præſidia degant: robuſtiſſimi vero, maximeque victus egeni, militiæ adſcribantur & exerceantur. Nam & hi militiæ munera rectius obibunt, ei ſoli vacando; & illi reliqui facilius agriculturam, rem nauticam, reliquasque pacis artes exercebunt, quum neque ad arma concurrere opus habeant, & aliis excubantibus pro ſe defenſoribus utantur. Jam & ea hominum multitudo, quæ ætate ac viribus validiſſima eſt, & rapto vivere potiſſimum cogitur, citra ullius injuriam aletur; & reliqui omnes ſine periculo degent. " A.U.C. 725 C. Cæl. V. & Sex. Apulejo COSS.

28. " Unde ergo, inquies, pecuniæ, in hos & in alias res neceſſario impendendæ, ſuppetent? Enimvero id mox oſtendam, hoc præfatus, etiamſi reipublicæ ſummam penes populum eſſe ſinamus, utique tamen pecunia nobis opus futurum, quum nec ſine militibus tuti eſſe, nec milites ſine ſtipendio habere poſſemus; ne jam vel unius principatum, quaſi is ſolus neceſſariam pecuniæ collectionem requirat, accuſemus, vel propter hanc ab eo abhorreamus: quin ita conſilium capiendum, ut in quacunque reipublicæ forma pecuniam neceſſario eſſe conficiendam ſciamus. Cenſeo itaque, primo omnium agros & poſſeſſiones fiſco addictas, (cujusmodi multas eſſe bello partas video) vendi debere, paucis omnino tibi admodum utilibus ac neceſſariis exceptis; pretiumque earum omne mediocri fœnore mutuo dari. Hac ratione & terra cultior erit, iis tradita dominis, qui eam ipſi excolant; atque hi ea occaſione uſi locupletiores evadent, resque publica reditus ſufficientes ac perennes habebit. Deinde horum omnium, ac eorum quoque, quæ ex metallicis fodinis, aut aliunde certo ad nos redeunt, ineunda eſt ratio: ac contra computandæ impenſæ, quæ non in milites modo, ſed etiam in alia ad urbis rectam adminiſtrationem facientia inſumuntur, tum quæ in repentina

b ἄνευ ταχῶν. vox ταχῶν aperte mendoſa eſt: quid tamen ſubſtituam incertus ſum, X. Dio utique ταχῶν ſcripſit, & *caſtella munita* intelligit, quæ paulo ante χαμάδια, *hiberna* vocavit, munitionibus ſuis nunquam deſtituta, L.
i ἐκ λῃστείας. primum ἐκκλησίας excudit RS. pro quo ille ἐκ λείας *ex rapto* ſubſtituit. & ſic edidit HS. L. vidit autem bene Xyl. vocem ἐκ λῃστείας propius ad corruptam accedere, & eſſe commodiorem; quam & confirmat V. a. idem non inſpecto Xylandro in mentem venit doctiſſ. Dan. Guil. Trillero. *k* τὰ ἀναγκαίως ἀναλωθησόμενα. vocem ἀναγκαίως, vulgo neglectam, addidi ex V. a. b. ſine qua nimirum oratio gravitate caret, & vix dicentis ſententiæ ſatisfacit. vide infra E.
l δεησόμεθα. δεηθησόμεθα, V. a. b. quod non probo. *m* πόλις. videtur, dicendum fuiſſe ἡ πόλις. fateor tamen præciſione quadam etiam ſine articulo dici poſſe.

§ 83. (l. 77.) ἔκ τε μεταλλείας] Metalla vel publica vel privata erant. Ex publicis proventus redibat ad fiſcum; de privatis certum vectigal principi pendendum. vide laudati Burmanni Diſſ. de vectigalibus populi Rom. c. 6. & 8.
§ 84. (l. 79.) ἀνθιλογίσασθαι] Huc facit *rationarium Imperii*, cujus meminit Suetonius in Auguſto c. 28. quo *opes publicæ continebantur, quantum civium ſociorumque in armis, quot claſſes, regna, provinciæ, tributa, aut vectigalia & neceſſitates ac largitiones.* Tacit. I. Annal. c. 11.

A.U.C. 725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

repentina bella aliaque ex tempore accidentia neceſſario conferuntur: ſic ut ad reliquos, qui deſunt, ſumptus, vectigal imponatur omnibus rebus, quæ aliquem poſſeſſori quæſtum ferunt, & tributa per univerſum imperium noſtrum inſtituantur: ſiquidem juſtum æquumque eſt, neque privatum hominem, neque populum ullum, immunem a tributis eſſe; quum ex æquo ad omnes utilitas eorum, in quæ inſumuntur, ſit reditura. Exactores porro ubique locorum conſtituendi ſunt, qui horum curam gerant, & ſuæ functionis temporibus ex omnibus reditibus, quantum tunc debetur, exigant. Ita, quum per minutas portiones, ac certis ſpatiis, ſubditi noſtri ea pendant, quæ debent, ac non aliquamdiu neglecti, poſt ſimul omnia ſummatim poſcantur; fiet, ut exactoribus expeditior ſit officii ratio, & cum pendentium commodo haud minimo conjuncta. „

29. " Neque clam me eſt, nonnullos, vectigalia ac tributa inſtitui, ægre laturos eſſe: verum hi ipſi, ſat ſcio, ſi neque alio præterea damno afficiantur, & re ipſa comperiant, hæc ipſorum ſalutis cauſa, utque cæteris ſuis bonis tuto perfrui poſſint, exigi; & majorem eorum partem non aliis quibusdam, ſed ipſis illis magiſtratibus, procuratoribus, & militantibus tribui: magnas etiam tibi gratias agent, quod exiguam redituum ſuorum partem tibi conferentes, reliqua omnia ſine damno percipere poſſint. Idque eo magis fiet, ſi te frugaliter vivere, ac nihil temere prodigere videant. Quis enim, quum videat te in re familiari ſumma parſimonia uti, in publica liberaliſſimum eſſe, non ultro velit aliquid conferre, quum tuas divitias ſuam ſecuritatem ac copiam eſſe judicet. Itaque pecuniæ etiam plurimæ tibi hac ratione ſuppetent. „

30. " Reliqua ad hunc modum tibi meo quidem judicio ſunt peragenda. Romam omni magnificentia exornabis, & omni ludorum genere decorabis. Nam quia multis imperamus gentibus, conveniens eſt, nos omnibus aliis undiquaque præſtare: quod efficiet quodammodo etiam, ut ſocii nos obſervent, hoſtes formident. De externis regendis ſic cenſeo: primum ne quis usquam rei ullius poteſtatem habeat, neque in concionem omnino

" τείας, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ὅσα εἴωθεν ἐπὶ καιροῦ
" συμβαίνειν, ἀναγκαῖον ἔσαι δαπανᾶσθαι· κυρ-
" τούτου πρὸς πᾶν τὸ λεῖπον φόρον τε ἐπιτάξαι
" πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐπικαρπίαν τινὰ τῷ κεκτημέ-
" νῳ αὐτὰ παρέχουσι, καὶ τέλη καταστῆσαι παρὰ 484
" πᾶσιν ὧν ἄρχομεν. καὶ γὰρ καὶ δίκαιον καὶ
" προσῆκόν ἐστι, μηδένα αὐτῶν ἀτελῆ εἶναι, μὴ
" ἰδιώτην, μὴ δῆμον, ἄτε καὶ τῆς ὠφελείας τῆς
" ἀπ' αὐτῶν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπολαύσοντας.
" καὶ σφῶν [85] ἐκλογέας τοὺς ἐπιτροπεύσοντας
" ἑκασταχόθι ποιῆσαι, ὥστε αὐτοὺς πᾶν τὸ τῷ τῆς
" ἐπιτροπείας αὐτῶν χρόνῳ προσῆκον ἐξ ἁπασῶν
" τῶν προσόδων ἐσπράττειν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐκεί-
" νοις ῥᾴω τὴν εἴσπραξιν ποιήσει, καὶ τοῖς διδοῦσί
" τι ὠφέλειαν οὐκ ἐλαχίστην παρέξει· λέγω δὲ B
" τὸ κατ' ὀλίγον σφᾶς ἐν ταῖς τάξεσιν ὅσα
" ὀφείλουσιν εἰσφέρειν, καὶ μὴ, βραχὺν ῥαθυμή-
" σαντας χρόνον, ἐπικεφαλαιωθέντα πάντα ἐσάπαξ
" ἀπαιτεῖσθαι.

" Καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν ὅτι τινὲς τῶν τε φόρων
" καὶ τῶν τελῶν καθισαμένων ἀχθεσθήσονται· ἀλ-
" λὰ καὶ ἐκεῖνο οἶδα, ὅτι ἂν μήτε προσεπηρεάζων-
" ται, καὶ τῷ ἔργῳ πεισθῶσιν, ὅτι πάντα ταῦτα
" καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας σφῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὰ
" λοιπὰ ἀδεῶς καρποῦσθαι, συνεισοίσουσι, καὶ προσ- C
" ἔτι τὰ πλείω αὐτῶν οὐχ ἕτεροί τινες, ἀλλ' αὐ-
" τοὶ ἐκεῖνοι, οἱ μὲν, ἄρχοντες, οἱ δὲ, ἐπιτροπεύον-
" τες, οἱ δὲ, στρατευόμενοι, λήψονται· καὶ πάνυ πολ-
" λὴν χάριν εἴσονταί σοι, βραχέα ἀπὸ πολλῶν, ὧν
" ἂν μηδὲν ἐπηρεαζόμενοι καρπῶνται, διδόντες· ἄλ-
" λως τε κἂν ὁρῶσί σε σωφρόνως τε διαιτώμενον,
" καὶ μηδὲν μάτην παραναλίσκοντα. τίς γὰρ οὐκ
" ἂν, ἰδών σε πρὸς μὲν τὰ οἰκεῖα φειδωλότατον,
" πρὸς δὲ τὰ κοινὰ ἀφειδέστατον ὄντα, ἐθελοντὶ συν- D
" τελέσειέ τι, καὶ ἀσφάλειαν καὶ εὐπορίαν ἑαυτοῦ
" τὸ σὲ πλουτεῖν εἶναι νομίζων; χρήματα μὲν δὴ
" καὶ πάνυ πολλὰ [n] ἐκ τούτων ὑπάρξειεν ἄν.

" Τὰ δὲ δὴ λοιπὰ τόνδε τὸν τρόπον διοικεῖν σοι
" παραινῶ. [86] τὸ μὲν ἄστυ τοῦτο καὶ καλλωπίσμα
" πάσῃ πολυτελείᾳ, καὶ ἐπιλάμπρυνε [87] παντὶ εἴ-
" δει πανηγύρεων. προσήκει τε γὰρ ἡμᾶς, πολλῶν
" ἀρχοντας, ἐν πᾶσι πάντων ὑπερέχειν, καὶ φέρει
" πως καὶ τὰ τοιαῦτα πρός τε τοὺς συμμάχους αἰ- E
" δῶ, καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους κατάπληξιν. τὰ
" δὲ δὴ τῶν ἄλλων ὧδε δίειπε. πρῶτον μὲν οἱ δῆ-
" μοι μήτε κύριοί τινος ἔσωσαν, [88] μήτε ἐς ἐκκλη-
" σίαν τοπαράπαν φοιτάτωσαν. οὔτε γὰρ ἀγαθὸν
οὐδὲν

[n] ἐκ τούτων. hæc addita ex V. a. deerant in editionibus Dionis.

§ 85. (l. 92.) ἐκλογέας] Exactores, ſuſceptores, exſecutores, de quibus Jac. Gothofredus ad Codicem Theodoſian. lib. VIII. tit. 8. & lib. XI. tit. 7.

§ 86. (l. 26.) τὸ μὲν ἄστυ] Hac quoque in parte Mæcenatis conſilio obſecutum Auguſtum, docet Suetonius c. 29. *Urbem neque pro majeſtate Imperii ornatam, & inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut jure ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere quam lateritiam accepiſſet.* Plura ibi & c. 30.

§ 87. (l. 27.) παντὶ εἴδει πανηγύρεων] Huc pertinet quod *ſpectaculorum & aſſiduitate & varietate & magnificentia omnes anteceſſiſſe* Auguſtum, idem Suetonius memoriæ prodidit, qui videndus c. 43.

§ 88. (l. 33.) μήτε ἐς ἐκκλησίαν τοπαράπαν] Hoc neutiquam Auguſto probatum, qui Romæ certe comitiorum uſum ac ſpeciem populo reliquit, poteſtatem ſibi vindicaſſe contentus. vide quæ infra p. 511. C.

§ 89. (l. 45.) χωρὶς τῆς ἱπποδρομίας] Suadet Mæcenas, ludos theatrales & gymnicos ſpectaculaque aliis etiam permittenda civitatibus, Circenſes autem Romæ proprios ac peculiares eſſe debere. Conſtat tamen, ſub Cæſaribus, uti ſpectacula quoque interdum ſublata in pœnam, ita ludicrum Circenſe aliis etiam civitatibus extra Romam conceſſum, ut Alexandriæ, Antiochiæ, Mediolano & aliis. vide Panvinium lib. II. de ludis Circenſibus c. 17. T. IX. Theſauri Græviani p. 459. ſq. & Petrum Fabrum lib. II. Agoniſticon c. 29. T. VIII. Theſauri Gronov. p. 2069. ſq. Chriſtian. Sigismundi Liebe Gotham numariam p. 377.

§ 90. (l. 49.) σίτησιν ἀθάνατον] Ex more Græcorum receptum, ut victores & hieronicæ in agonibus iſelaſticis, præter alia decora & præmia, de publico annonas acciperent, & per omnem vitam alerentur. *Obſonia* vocat Plinius lib. X. Ep. 119. Vitruvius Præfat. lib. IX. *nobilibus athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum majores ita magnos honores conſtituerunt, ut non modo in conventu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam cum revertuntur in ſuas civitates*

" οὐδὲν Φρονήσειαν ἂν, καὶ συχνὰ ἂν ἀεὶ ταράξειαν.
" ὅθεν οὐδὲ τὸν παρ' ἡμῖν δῆμον, οὔτε ἐς δικασή-
" ριον, οὔτε ἐς [o] ἀρχαιρεσίας, οὔτε ἐς ἄλλον τι-
" νὰ τοιοῦτον σύλλογον, ἐν ᾧ τι καὶ χρηματιθῆναι
" δεῖ, συνιέναι φημὶ χρῆναι. ἔπειτα δὲ μήτ' οἰκο-
485 " δομημάτων πλήθεσιν ἢ καὶ μεγέθεσιν ὑπὲρ τὰναγ-
" καῖα χρήσθωσαν, μήτ' ἀγώνων πολλῶν καὶ παντο-
" δαπῶν ἀναλώμασι δαπανάσθωσαν· ἵνα μήτε σπου-
" δαῖς ματαίαις ἐκτρύχωνται, μήτε φιλοτιμίαις ἀλό-
" γοις πολεμῶνται. ἐχέτωσαν μὲν γὰρ καὶ πανη-
" γύρεις καὶ θεωρίας τινὰς, [89] χωρὶς τῆς ἱπποδρομίας
" τῆς παρ' ἡμῖν ποιουμένης· μὴ μέντοι ὥστε καὶ τὸ
" δημόσιον ἢ καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους λυμαίνεσθαι, ξέ-
" νον τέ τινα ἀναγκάζεσθαι παρ' αὐτοῖς καὶ ὁτιοῦν
" ἀναλίσκειν, [90] καὶ σίτησιν ἀθάνατον πᾶσιν ἁπλῶς
" τοῖς ἀγῶνά τινα νικήσασι δίδοσθαι. τούς τε γὰρ
B " εὐπόρους [p] ἄλογόν ἐστιν ἔξω τι τῶν παρόντων ἀναγ-
" καστοὺς δαπανᾶν, καὶ τοῖς ἀγωνισταῖς ἀπόχρη τὰ ἆ-
" θλα τὰ παρ' ἑκάστοις τιθέμενα· χωρὶς ἢ εἴ τις
" αὐτῶν Ὀλύμπια, ἢ Πύθια, ἤ τινα ἐνταῦθα ἀγῶ-
" να ἂν ἕλοιτο. τοὺς γὰρ τοιούτους μόνους σιτεῖ-
" σθαι δεῖ, ἵνα μήτε αἱ πόλεις μάτην ἐπιβαρῶνται,
" μήτε ἔξω τις τῶν ἀξιονίκων ἀσκῇ, δυνάμενος ἄλ-
" λο τι χρησιμώτερον καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ κοινῷ με-
" τιέναι. περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα γινώσκω. τὰς
" δ' ἱπποδρομίας, τὰς [q] ἄνευ [91] τῶν γυμνικῶν ἀγώ-
" νων ἐπιτελουμένας, οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν ἄλλῃ τινὶ πό-
C " λει ποιεῖν ἐπιτρέπειν· ὅπως μήτε χρήματα παμ-
" πληθῆ εἰκῇ παραπολύηται, μήθ' οἱ ἄνθρωποι κα-
" κῶς ἐκμαίνωνται· καὶ, τὸ μέγιστον, ἵνα οἱ στρα-
" τευόμενοι τοῖς ἀρίστοις ἵπποις ἀφθόνως χρῆσθαι ἔχω-
" σι. τοῦτο μὲν δὴ διὰ ταῦτα ἀπαγορεύω παντά-
" πασι, μηδαμόθι ἄλλοθι, πλὴν ἐνταῦθα, γίγνεσθαι.
" τὰ δὲ δὴ λοιπὰ ἐμετρίασα, ἵν' εὐδαπάνους τὰς
" ἀπολαύσεις καὶ τῶν θεωρημάτων καὶ τῶν ἀκου-
" σμάτων ὡς ἕκαστοι ποιούμενοι, καὶ σωφρονέστερον
" καὶ ἀσπασιαστότερον διάγωσι. [92] μήτε δὲ νομί-
" σματα, ἢ καὶ σαθμὰ, ἢ μέτρα ἰδίᾳ τις αὐτῶν
D " ἐχέτω, ἀλλὰ τοῖς ἡμετέροις καὶ ἐκεῖνοι πάντες χρή-
" σθωσαν. μήτε πρεσβείαν τινὰ πρὸς σὲ, πλὴν εἰ
" πρᾶγμά τι διαγνώσεως ἐχόμενον εἴη, πεμπέτω-
" σαν· ἀλλὰ τῷ τε ἄρχοντι σφῶν δηλούτωσαν ὅσα
" βούλονται, καὶ δι' ἐκείνου σοὶ τὰς ἀξιώσεις, ὅσας
" ἂν δοκιμάσῃ, προσφερέτωσαν. οὕτω γὰρ οὔτ' ἀ-
" ναλώσουσί τι, οὔτ' αἰσχρῶς διαπράξονται, ἀλλ' ἀκε-
" ραίους τὰς ἀποκρίσεις ἄνευ δαπάνης ἢ καὶ πραγμα-
" τείας τινὸς λήψονται.

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

omnino coeat. Nam neque boni quicquam ſtatuet, & ſubinde turbas aliquas excitabit. Ideoque ne plebi quidem noſtræ concedi debet, ut ad judicia, comitia, aliudve hujusmodi concilium, rei alicujus ſciſcendæ cauſa, conveniant. Ædificiis cives, neque numero, neque mole, quam pro neceſſitate, majoribus utantur; neque in ludos multos, ac varios, ſumptum faciant: ne vel ſtudiis vanis exhauriantur, vel ſumptibus abſurdis certantes ad inimicitias mutuas progrediantur. Ludos quidem externi & ſpectacula ſua habeant, exceptis Circenſibus noſtris: non tamen ita, ut rem vel publicam, vel familiarem ſuam damno afficiant, cogantque peregrinos apud ſe aliquid ſumptuum facere; aut omnibus qui quocunque certamine vicerint, cibum perennem tribuant. Nam rationi conſentaneum non eſt, ut divites extra patrias ſuas cogantur impenſas facere: & præmia certantibus ubique conſtituta ſufficiunt: niſi quis Olympia, Pythia, vel aliquod Romæ certamen ſuſceperit. His enim ſolis annona præbenda eſt, ut neque urbes fruſtra impendiis onerentur, neque niſi dignis certaminibus quisquam exerceatur, quum poſſit aliquid aliud patriæ ſibique utilius tractare. Porro ludos equeſtres, qui ſine gymnicis certaminibus fiunt, nulli alii urbi concedendos cenſeo: ne vel multæ pecuniæ præter rem inſumantur, vel homines ad malum furorem exagitentur: ac præcipue ideo, ut militantibus copia optimorum equorum ſufficiat. His itaque de cauſis iſti ludi neutiquam alibi, quam Romæ, dari debent: in reliquis eam moderationem adhiberi, ut quum ſingulis in locis tam oculorum quam aurium oblectamenta quædam tolerabilibus impenſis exhibentur, locus modeſtiæ ſit ac tranquillitati. Uti præterea numismate, pondereque, vel menſura peculiari, urbs nulla debet, ſed noſtris omnes. Neque ad te legationem, niſi res cognitionem tuam requirat, ullam mittant: ſed quæ voluerint, præfecto ſuo indicent, ac per eum tibi poſtulata ſua, quæ quidem ipſe probaverit, exponant. Ita & ſumptus vitabunt, & nihil malis artibus impetrabunt, ac incorrupta reſponſa ſine ullo impendio ac moleſtia accipient. „

Καὶ

31. Re-

[o] ἀρχαιρεσίας. ἀρχαιρεσίαν, V. b. [p] ἄλογόν ἐστι. Leonicenus legit εὔλογόν ἐστιν, quomodo Dionem ſcripſiſſe arbitror, RS. nihil mutandum hic cenſeo, X. eſt ſane ſcopo Mæcenatis plane adverſa Leoniceni lectio. [q] τὰς ἄνευ τῶν γυμν. Petr. Faber legendum putat τὰς ἀνὶ τῶν γυμν. ſed vide not. §91.

vitates, cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patriam invehantur, e reque publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur. Quod vero σίτησιν ἀθάνατον appellat Dio, apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. IX. Antiq. Rom. c. 5. p. 426. dicitur ἀσύλητον εἶναι ἐκ τιμῆς. Athenis enim, & earum exemplo in aliis civitatibus, epulæ de publico dabantur in Prytaneo, cujus σιτήσεως mentio quoque apud Plutarchum in Ariſtide p. 335. Hinc propter ſumtus, qui in illos impendebantur, Laërtius lib. I. Sect. 56. athletas, & quando exercentur πολυδαπάνους, & victores ait eſſe ἐπιζημίους, καὶ στεφανοῦσθαι καλὰ τῆς παλαίδος μᾶλλον ἢ καλὰ τῶν ἀγωνισῶν. vide Petri Fabri Agoniſticon lib. II. c. 17. ſqq.

§91. (l. 60.) ἄνευ τῶν γυμνικῶν] Idem Faber lib. II. c. 29. ἀνὶ τῶν γυμνικῶν legendum apud Dionem jubet. Sed præſtat, ut ἄνευ ex conſenſu codicum retineamus; erit enim ſententia, ludos Circenſes equeſtres non debere concedi, ſed tantummodo agones Gymnicos, quales in Circenſibus dabantur, poſt bigarum, trigarum, quadrigarum & equeſtres decurſiones.

§92. (l. 71.) μήτε νομίσματα ἢ καὶ σαθμά] Monetæ ſignandæ poteſtas ab Auguſto in urbe fuit exercita per triumviros monetales, in provinciis per quæſtores vel curatores: coloniis vero & municipiis liberisque civitatibus plerisque, indulgentia & permiſſu Auguſti, relictum cudendæ monetæ jus, ita tamen ut gratia illius hoc ſe facere profiterentur. vide Ezech. Spanhemium de uſu numismatum T. II. edit. novæ p. 167. ſq. In provinciis non aliam quam Romanam obtinuiſſe monetam, patet vel exemplo Judæorum: unde Chriſtus ſervator noſter a numismate cenſus, quod Auguſti referebat imaginem, tributum Cæſari pendendum eſſe colligebat. Matth. XXII. 20. De jure autem monetæ, quod ex rationabili gentium uſu jam pridem regalibus accenſeri conſuevit, vide D. Caſparem Zieglerum lib. I. de Juribus Majeſtaticis

A.U.C.725 C. Cæs.V. & Sex. Apulejo COSS.

31. " Reliqua etiam videris mihi hac ratione optime omnium confecturus, si legatos, ab hostibus aut a fœderatis regibus populisque missos, primum in senatum introducas: quoniam e dignitate reipublicæ est, ut videantur omnia esse in potestate senatus, ac multi eorum esse adversarii qui se contumaces in eum gerant. Deinde per senatum fac omnia, quæ decernuntur, nec omnino quidquam adeo ad omnes æque refer, ac senatus ipsius consulta. Sic enim & majestas imperii magis confirmabitur, & legum jura minime dubia ac conspicua omnibus erunt. Tertium est, ut senatores qui in Senatu sunt, liberosque & uxores eorum, si quod crimen gravius perpetraverint, infamia, exilio, aut etiam morte plectendum, nullo facto præjudicio in curiam adducas, integramque de causa cognitionem senatui permittas: ut & fontes, citra tuam invidiam, rei coram suæ sortis hominibus peracti, plectantur, & videntes hæc alii, ne sua quoque facinora palam fiant, vereantur, ac meliorem ad frugem redeant. Hæc de iis criminibus dico, de quibus & leges exstant, & judicia secundum eas fiunt. Nam quod convicium aliquis tibi fecerit, aut quid aliud indignum te dixerit, neque deferente aliquo audire, neque ulcisci debes. Turpe enim fuerit, te credere; inventum esse, qui te, cum neminem lædas, omnibus benefacias, ignominia affecerit: idque soli faciunt mali principes, qui ex sua conscientia, hæc ad fidem dici omnino, quæ referuntur, potuisse colligunt. Deinde iniquum est, ea ægre ferre velle, quæ si vera sint, præstat non admisisse, sin falsa, dissimulare: quum multi hæc vindicantes, vel ideo pluribus ac gravioribus de se sermonibus occasionem præbuerint. Sic ego quidem censeo de iis, qui obtrectationis accusantur: nam omni te altiorem esse injuria convenit, & neque ipsum id in animum tuum inducere, neque aliis eam opinionem subjicere, quasi quis tibi nocere petulantia sua possit: ut jam idem de te, quod de diis immortalibus judicetur, esse te vere Augustum. Quod si perniciem tibi machinatus fuisse quispiam incusetur, (quod sane fieri potest) eum tu ipse neque in jus vocabis, neque præjudicio tuo damnabis, (est enim absurdum, eundem & accusatoris & judicis

" Καὶ μέντοι καὶ τἆλλα ὧδ' ἂν μοι δοκῇς ἄριστα διαθήξαι, ἂν πρῶτον μὲν τὰς πρεσβείας τάς τε παρὰ τῶν πολεμίων, καὶ τὰς παρὰ τῶν ἐνσπόνδων καὶ βασιλέων καὶ δήμων ἀφικνουμένας, [93] ἐς τὸ συνέδριον ἐσαγάγῃς· (τά τε γὰρ ἄλλα καὶ σεμνὸν καὶ ἀξιόλογόν ἐστι τό, τε τὴν βουλὴν πάντων κυρίαν δοκεῖν εἶναι, καὶ τὸ πολλοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἀγνωμονοῦσιν αὐτῶν φαίνεσθαι·) ἔπειτα δὲ ἅπαντα τὰ νομοθετούμενα δι' αὐτῶν ποιῇ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἄλλο ἐπὶ πάντας ὁμοίως φέρῃ, πλὴν τῶν ἐκείνης δογμάτων. οὕτω γὰρ τό, τε ἀξίωμα τὸ τῆς ἀρχῆς μᾶλλον ἂν βεβαιοῖτο, καὶ τὰ δικαιώματα τὰ ἐκ τῶν νόμων καὶ ἀναμφίλογα καὶ διάδηλα πᾶσιν ἅμα γίγνοιντο. τρίτον, ἂν τούς τε βουλευτὰς τοὺς ἐκ τῆς γερουσίας, καὶ τοὺς παῖδας, τάς τε γυναῖκας αὐτῶν, ἄν ποτέ τινα αἰτίαν βαρυτέραν, ὥστε τὸν αὐτὸν σφῶν ἀτιμίαν, ἢ φυγὴν, ἢ καὶ θάνατον ὀφείλειν, λάβωσιν, ὑπό τε βουλευτηρίου ὑπάγῃς, μηδὲν προκαταγνούς, καὶ ἐκείνῳ πᾶσαν τὴν [r] περὶ αὐτοῦ διαψήφισιν ἀκέραιον ἐπιτρέπῃς· ἵν' οἵ τε ἀδικοῦντές τι, ἐν πᾶσι τοῖς ὁμοίοις ἐλεγχόμενοι, κολάζωνται χωρὶς τοῦ σοῦ φθόνου, καὶ οἱ ἄλλοι, ταῦθ' ὁρῶντες, βελτίους γίγνωνται, φόβῳ τοῦ μὴ καὶ αὐτοὶ ἐκδημοσιευθῆναι. καὶ ταῦτα μέντοι περὶ ἐκείνων τῶν ἀδικημάτων, περὶ ὧν οἵ τε νόμοι κεῖνται, καὶ αἱ κρίσεις αἱ κατ' αὐτοὺς γίγνονται, λέγω. τὸ γὰρ, [94] ὅτι τις ἐλοιδόρησέ σε, ἢ καὶ ἕτερόν τι ἀνεπιτήδειον εἶπε, μήτε ἀκούσῃς πω μήτε καταγορεύντός τινος, μήτε ἐπεξέλθῃς. αἰσχρὸν μὲν γὰρ τὸ πιστεύειν, ὅτι τις [s] μήτ' ἀδικοῦντά σε, καὶ εὐεργετοῦντα πάντας προεπηλάκισε· καὶ μόνοι τοῦτο ποιοῦσιν οἱ κακῶς ἄρχοντες. ἐκ γὰρ τοῦ συνειδότος καὶ τὸ πιστὸν τῶν λεγομένων εἰρῆσθαι τεκμαίρονται. δεινὸν δὲ καὶ τὸ χαλεπαίνειν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἃ εἰ μὲν ἀληθῆ εἴη, κρεῖττόν ἐστι μὴ ποιεῖν· εἰ δὲ ψευδῆ, μὴ προσποιεῖσθαι. ὡς πολλοί γε ἤδη διὰ τούτου πολὺ πλείω καὶ χαλεπώτερα λογοποιεῖσθαι καθ' ἑαυτῶν ἐποίησαν. περὶ μὲν οὖν τῶν λόγῳ τι προπηλακίζειν αἰτιαζομένων ταῦτ' ἐγὼ φρονῶ. κρεῖττω τε γὰρ καὶ ὑψηλότερον πάσης ὕβρεως εἶναί σε χρὴ, καὶ μηδ' ἐς ἔννοιάν ποτε μήτε αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι, μήτε τοὺς ἄλλους προάγειν, ὅτι δύναταί τις αἰσελγάναι τι εἰς σέ· ἵν' ὡς περὶ τῶν θεῶν, οὕτω καὶ περὶ σοῦ φρονῶσιν, ὅτι [t] σεπτὸς εἶ. ἂν δὲ δή τις ἐπιβουλεύειν σοι αἰτίαν λάβῃ, (γένοιτο γὰρ ἄν τι καὶ τοιοῦτον) αὐτὸς μὲν μηδὲν περὶ ἐκείνου τι μήτε δικάσῃς, μήτε προδιαγνῷς, (ἄτοπον γὰρ, [95] τὸν αὐτὸν καὶ καθήγορον καὶ δικαστὴν

[r] περὶ αὐτοῦ. refero ad ἄλλους. sed περὶ αὐτῶν, V. a. referens ad βουλευτὰς &c. [s] μήτ' ἀδικοῦντα. μήτε τι ἀδικοῦντα, V. a. [t] σεπτὸς. σεβαστὸς, N. sed vide p. 507. D. & sic Hesychius: σεπτὸν, ἔνλιμον, ἅγιον, σεβάσμιον, σεβαστόν.

c. 49. Idem de Jure constituendi pondera ac mensuras adeundus l. I. c. 45. & Mæcenatis consilio congruit imprimis, quod in Majoriani imperatoris novella I. jubentur *a prætoriana sede, ad singulas non solum provincias, sed etiam civitates, pondera examinata mitti, quibus tam omnis exactor quam negotiator utatur, capitale sibi sciens unusquisque supplicium, si constituta transcenderit.*

§ 93. (l. 85.) ἐς τὸ συνέδριον ἐσαγάγῃς] Hanc quam Mæcenas suadet speciem auctoritatis & potestatis relictam Senatui ab Augusto, ex omni vita ejus constat: cum autem legati hostium audirentur, Senatus conveniebat in æde Martis, in qua etiam de bellis & triumphis consulendum eum sanxit Augustus, teste Suetonio c. 29.

§ 94. (l. 9.) ὅτι τις ἐλοιδόρησέ σε] Hoc quoque Mæcenatis consilium, & Liviæ, infra p. 562. A. diligenter ab Augusto observatum fuit. vide Sueton. c. 51. & inde similiter a Tiberio. id. Tiber. c. 28. Lipsius Politic. II. 17. 15.

§ 95. (l. 30.) τὸν αὐτὸν καὶ καθήγορον καὶ δικαστὴν] Phædrus prologo lib. III.

Quod si accusator alius a Sejano foret,
Si testis alius, judex alius denique,
Dignum faterer esse me tantis malis.

§ 96. (l. 54.) πλὴν ἂν τις ἢ μηδέπω βουλεύῃ] Sensus est, tunc demum ab integro senatu cognitionem de reo haberi posse, si hic nondum sit Senator, vel (qui erant infimi eorum) ex Quæstoriis; necesse enim ita erat, neminem ex amplissimo illo ordine posse reperiri reo inferiorem. Si vero accusatus jam tribunatum gessisset (nam & tribuni plebis ex senatu

" καὶ ἡγορον καὶ δικασὴν γίγνεσθαι) ἐπὶ δὲ δὴ τὴν
" βουλὴν αὖτὸν ἀγαγών, ἀπολογήσασθαί τε ποίη-
" σον· κἂν ἐλεγχθῇ, κόλασον μέτριάσας ὡς οἷόν τέ
" ᵗ ἐστι τὸ τιμώρημα, ἵνα καὶ πιστευθῇ τὸ ἀδίκη-
" μα. χαλεπώτατα γὰρ οἱ πολλοὶ πείθονται, ὅτι
" τις ἄοπλος ὢν ἐπιβουλεύει τῷ ὡπλισμένῳ. καὶ
E " μόνος ἂν ὕστως αὐτῶν τύχοις, εἰ μήτε πρὸς ὀρ-
" γὴν, μήτ' ἀνηκέστως, ἐφ' ὅσον γε καὶ ἐνδέχεται,
" τὴν τιμωρίαν αὐτοῦ ποιοῖο. λέγω δὲ ταῦτα, χω-
" ρὶς ἢ εἴ τις στράτευμά τι ἔχων, ἄνδικρυς ἐπανα-
" στάιη. οὐδὲ γὰρ δικάζεσθαι τὸν τοιοῦτόν που προσ-
" ῆκεν, ἀλλ' ἐν πολεμίου μοίρᾳ κολάζεσθαι.

487 " Ταῦτά τε οὖν οὕτω, καὶ τἆλλα τὰ πλεῖστα,
" τὰ μέγιστα τῶν ˣ τῷ δημοσίῳ προσηκόντων, τῇ
" γερουσίᾳ ἀνάθει. τά τε γὰρ κοινὰ κοινῶς διοι-
" κεῖσθαι δεῖ· καὶ ἔστι που καὶ ἀνθρώποις ἔμ-
" φυτον, καὶ τὸ χαίρειν ἐφ' οἷς ἂν παρὰ τοῦ κρείτ-
" τονος, ὡς καὶ ἰσότιμοι αὐτῷ ὄντες, ἀξιωθῶσι· καὶ
" τὸ πάντα τὰ μετὰ σφῶν τινι γνωσθέντα καὶ ἐπαι-
" νεῖν, ὡς οἰκεῖα, καὶ ἀγαπᾶν, ὡς αὐθαίρετα. ἐς
" μὲν οὖν τὸ βουλευτήριον τὰ τοιαῦτα ἐσφέρεσθαι
" φημὶ χρῆναι· καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων πάντας ὁ-
" μοίως τοὺς παρόντας γνώμην διδόναι· ὅταν δὲ δὴ
B " καταγορῆταί τις αὐτῶν, μὴ πάντας, ᵛ πλὴν ἄν
" τις ἢ μηδέπω βουλεύῃ, ἢ καὶ ἐν τοῖς ταμιευ-
" κόσιν ἔτι ὢν κρίνηται. ἄτοπον γὰρ, τὸν μηδέπω
" δεδημαρχηκότα, ἢ ἀγορανομηκότα, ψῆφον καταί
" τινος τῶν τοιούτων φέρειν, ἢ νὴ Δία τούτων τι-
" νὰ καλὰ τῶν ἐστρατηγηκότων, ʸ ἢ καὶ ἐκείνων, κα-
" τὰ τῶν ὑπατευκότων. ἀλλ' ὅλοι μὲν ἐπὶ πάντας
" ᶻ τὴν τοῦ τι ἀποφήνασθαι ἐξουσίαν ἐχέτωσαν· οἱ δ'
" ἄλλοι ἐπί τε τοὺς ὁμοίους, καὶ ἐπὶ τοὺς ὑποδεεστέρους.

" Δικάζε δὲ καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ ᵠ τά τε ἐφέσιμα
C " καὶ τὰ ἀναπόμπιμα, ὅσα ἂν παρά τε τῶν μει-
" ζόνων ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, τοῦ
" τε πολιάρχου, καὶ τοῦ ὑπομνήμονος, καὶ τῶν
" ᵃ ἐπάρχων, τοῦ τε τὸν σῖτον ἐπισκοποῦντος καὶ
" τοῦ νυκτοφυλακοῦντος, ἀφικνῆται. μήτε γὰρ αὐτό-
" δικος μήτ' αὐτοσχεδὸν ὕστω τις τὸ παράπαν ἔστω,
" ὥστε μὴ οὐκ ἐφέσιμον ἀπ' αὐτοῦ δίκην ᵇ γίγνεσθαι.
" ταῦτά τε οὖν κρῖνε, καὶ περὶ τῶν ἱππέων, τῶν τε
" ἑκατονταρχῶν τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου, καὶ τῶν ἰδιω-
" τῶν τῶν πρώτων, ὅταν περὶ θανατώσεως ἢ καὶ ἀτι-
" μίας τινὸς ἀγωνίζωνται. σοὶ γὰρ δὴ τὰ τοιαῦτα
" μόνῳ προσκείσθω, καὶ μηδεὶς ἄλλος περὶ αὐτῶν αὐ-
D " τὸς καθ' ἑαυτὸν, δι' ἅπερ εἶπον, δικαζέτω. με-
" τὰ γὰρ δὴ σοῦ ἀεὶ μὲν οἱ ἐντιμότατοι καὶ τῶν
" βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, ἤδη δὲ καὶ ἕτεροί τινες
ἐκ

judicis partibus fungi) ſed in ſenatum adductum, A.U.C.725
cauſam dicere jube, ac ſi convincatur, quam C. Cæſ. V.
fieri poteſt moderatiſſima pœna affice, ut fides &Sex.Apu-
crimini fiat. Nam plerique difficulter omnino lejo COSS.
adducuntur, ut credant, ab inermi inſidias arma-
to ſtructas: quod hac ſola ratione conſequeris,
ſi neque ex ira, neque extremis ſuppliciis (quan-
tum quidem ejus fieri licet) in hujusmodi reos
animadvertas. Hic tamen eos excluſos velim,
qui quum exercitum obtineant, palam contra te
inſurrexerint: neque enim hi in judicium pertra-
hendi, ſed hoſtium loco puniendi ſunt. "

32. " Proinde hæc, cum plerisque aliis ac po-
tiſſimis rebus, quæ ad rempublicam ſpectant, ſena-
tus poteſtati permittes. Nam & rempublicam
communi conſilio adminiſtrari par eſt, & ſuapte
natura homines gaudent, ſi qua in re a potentio-
ri, tanquam conditione æquales, honorantur; &
omnia, quæ una cum ipſis ille ſtatuit, tanquam
propria laudant, ac tanquam ultro ſibi probata
diligunt. De his itaque ad ſenatum referre te
jubeo, omnesque ſenatores præſentes ex æquo
de aliis plerisque rebus ſententiam ferre: ſed
ubi quis horum reus agitur, non omnes; niſi
reus aut ſenator nondum ſit factus, aut quæſto-
rius adhuc ſit. Eſt enim a ratione alienum, eos
qui nondum tribuni plebis aut ædiles fuerint,
de iis, qui hos magiſtratus obierunt, ſuffragium
ferre; aut hos de prætoriis, vel rurſum præto-
rios de conſularibus: verum conſularibus liceat,
de his omnibus ſententiam ſuam ferre; reliquis,
de æqualibus, aut minoribus. "

33. " Ipſe autem ſeorſum cognoſces de cau-
ſis, in quibus provocatio facta eſt, aut quæ a
magiſtratibus majoribus, & a tuis procuratori-
bus, præfecto urbis, ſubcenſore, præfectis præ-
torio, præfecto annonæ, & præfecto vigilum, ad
te remittuntur. Nemo enim ullus ita ſummam
judicandi & imperandi poteſtatem obtinere de-
bet, ut non ab eo provocari poſſit. De his igi-
tur cauſis, deque cauſis equitum, & centurio-
num legionariorum, & primipilorum cognoſces,
ubi de capite aut infamia agitur: nam hæc ad
te ſolum debent referri, ac ob eas, quas dixi
cauſas, alius nemo ipſe ſua auctoritate judicare
de iis debet. Adhibere autem unoquoque
tempore ad ea judicia debes præſtantiſſimos
quosque ſenatorii equeſtrisque ordinis viros,
itemque

ᵗ ὡς οἷόν τέ ἐστι τὸ τιμώρημα. forte ὡς οἷόν τε ἐπὶ τὸ τιμ. Od. cujus me mutationis fateor nullam rationem perſpicere.
ˣ τῶν τῷ δημοσίῳ προσηκόντων. τῶν δήμῳ προσηκόντων, V. b. quæ lectio videri poſſit cum ſuperioribus p. 484. E. conſentire, ſed tamen ab hoc loco aliena eſt, ubi id agit Mæcenas, non ut quædam a populo ad ſenatum, ſed ne quid a ſenatu ad principem transferatur, καὶ γὰρ κοινὰ κοινῶς διοικεῖσθαι δεῖ, ut ſtatim ſubjicit. ʸ ἢ καὶ ἐκείνων. ἢ καὶ ἐκείνους, videlicet ἐστρατηγηκότας. vel ἢ καὶ ἐκάνων τινὰ ſcribas licet. L. ſed τινὰ ex antecedentibus mente ſuppleri debet, non ſcribi; neque adeo caſus genitivus in accuſativum mutandus. ᶻ τὴν τοῦ τι ἀποφήνασθαι ἐξουσίαν. τούτους τι ἀποφ. &c. L. ad marginem, ſine neceſſitate corrumpens lectionem meliorem. ᵃ τῶν ἐπάρχων. ὑπάρχων, V. b. ſed vide p. 480. B.
ᵇ γίγνεσθαι. δίδοσθαι, V. b.

natu illis temporibus erant) vel ædilitius eſſet, aut prætorius, vel plane conſularis, non debere judicium de illo committi Senatoribus, qui eadem dignitate non eſſent functi, vel adhuc fungerentur.

§ 97. (l. 63.) *τά τε ἐφέσιμα*] Hoc Mæcenatis conſilium non pugnat cum eo, quod Auguſtum feciſſe teſtatur Suetonius c. 33. *appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum prætori delegavit urbano*; (præfecto urbano malit Lipſius excurſ. C. ad Taciti XIV. Annal.) *at Provincialium, Conſularibus viris, quos ſingulos cujusque provinciæ negotiis præpoſuiſſet.* Nam ab his ipſis Conſularibus viris, & a majoribus magiſtratibus ultimam ad Auguſtum provocationem fuiſſe, nemo dubitat. Majores magiſtratus, quorum hoc loco Mæcenas facit mentionem, ſunt Prætores & Conſules. Cæteri ſunt quos conſtituendos ſupra ſuaſerat, præfectum urbis, p. 478. A. ſubcenſorem, id. C. nocturnum cuſtodem, & curatorem rei frumentariæ p. 480. D. E.

A.U.C.725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

itemque nonnullos ex conſularibus & prætoriis, alios alio tempore; ut & tu prius moribus eorum hac ratione certius perſpectis, recte uti eis poſſis: & illi prius adſuescentes moribus conſiliisque tuis, ita demum in provincias exeant. Hos in cauſis gravioribus ſententias non palam rogabis, ne veſtigia neceſſariorum ſuorum ſequentes, minus libere, quid ſentiant, pronuntient: ſed in tabellis ſcriptas, ad te ſolum, ne cui alii innoteſcant, perferri, ac deleri lectas ſtatim jube. Sic enim uniuscujusque ſententiam certiſſime cognoſces, ſi eam illi a nemine alio cognitum iri perſuaſum habeant. Præterea ad judicia, ad literas, ad urbium decreta, ad privatorum hominum poſtulata, ad aliaque omnia, quæ adminiſtrationi imperii competunt, adjutores adminiſtrosque ex equitibus quosdam habebis. Sic & facilius ſingula peragentur, & neque tu imprudens male ages, neque ſolus omnia conficiens fatigaberis. Liberam porro cuivis conſilii cujuscunque ex animi ſui ſententia tibi dandi poteſtatem, propoſita ſecuritate, facies. Nam ſi cujus tibi ſermo probabitur, multum inde utilitatis ad te; ſin minus placebit, nihil incommodi redibit. Qui ad conſilium recte collineant, eos collauda, ac honora: (nam illorum inventis ipſe gloriam tibi paries:) qui vero aberrant, eos nequaquam aut ignominia afficies, aut culpabis: quum mens eorum ſpectanda, non aberratio reprehendenda ſit. Quod idem in re bellica etiam tibi obſervandum eſt, ne vel fortuito alicujus infortunio ſuccenſeas, vel re bene geſta invideas: ita libentes alacresque pro te omnes pericula ſuſcipient, quum neque re infeliciter geſta ſupplicium, neque proſpere, inſidias ſibi timendas perſuaſum habeant. Nam multi, quum eorum, penes quos ſumma eſſet imperii, metuerent invidiam; cladem accipere, quam victoria potiri maluerunt, eoque ſeſe tutos præſtiterunt, damnum in imperantes devolverunt. Quare tu, ad quem utriusque fortunæ pariter & commoda & incommoda, maxima ſui parte redibunt, nequaquam debes ſpecie quidem aliis, re autem ipſi tibi invidere. „

34. " Ea autem, quæ ſentire ac facere præfectos tuos velis, ipſe verbis factisque oſtende. Id enim facilius officium eos ſuum docebit, quam neceſſitas ex metu legum: quum alterum æmulatione conſtet, alterum timore: ac facilius meliora imitentur homines, quum ea in re ipſa conſpiciunt, quam pejora virent, verbis ea prohibita

" ἔκ τε τῶν ὑπαλευκότων καὶ ἐκ τῶν ἐρυθηγηκότων ἄλλοι ἄλλοτε διαγινωσκέτωσαν· ἵνα σύ τε τοὺς τρόπους αὐτῶν ἀκριβέστερον ἐν τούτῳ προκαταμανθάνων, ὀρθῶς σφίσιν ἔχῃς χρῆσθαι, καὶ ἐκεῖνοι προσυγγιγνόμενοι τοῖς τε ἤθεσι καὶ τοῖς βουλεύμασί σου, οὕτως ἐς τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονείας ἐξίωσι. τὰς μέντοι γνώμας αὐτῶν μὴ φανερῶς, ὅσαγε καὶ ἐπισκέψεως ἀκριβεστέρας δέονται, διαπυνθάνου, (ἵνα μὴ τοῖς προσήκουσι σφῶν ἐφεπόμενοι, καταγνῶσι παῤῥησιάζεσθαι) ἀλλ' ἐς γραμματεῖα γραφομένας· οἷς αὐτὸς μόνος ἐντυχών, ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ ἄλλῳ ἐκδήλους αὐτὰς γίγνεσθαι, εὐθέως αὐτὰς ἀπαλείφεσθαι κέλευε. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὴν ἑκάστου γνώμην διακριβώσειας, εἰ [d] ἀνέλεγκτον αὐτὴν παρὰ τοῖς ἄλλοις πίστευσιν ἕξεσθαι. καὶ μέντοι καὶ πρὸς τὰς δίκας, τάς τε ἐπιστολὰς, καὶ τὰ ψηφίσματα τῶν πόλεων, τάς τε τῶν ἰδιωτῶν ἀξιώσεις, καὶ ὅσα ἄλλα τῇ τῆς ἀρχῆς διοικήσει προσήκει, συνεργούς τέ τινας καὶ ὑπηρέτας ἐκ τῶν ἱππέων ἔχε. ῥᾷόν τε γὰρ οὕτως ὡς ἕκαστα διαχωρήσει, καὶ σὺ οὔτ' [e] ἀγνωμόνων σφαλήσῃ, οὔτ' αὐτουργῶν ἐκκαμῇ. τήν τε παῤῥησίαν παντὶ τῷ βουλομένῳ καὶ ὁτιοῦν συμβουλεῦσαί σοι, [98] μετὰ ἀδείας νέμε. ἄν τε γὰρ ἀρεσθῇς τοῖς λεχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ, πολλὰ ὠφελήσῃ· ἄν τε καὶ [f] μὴ πειθῇς, οὐδὲν βλαβήσῃ. καὶ τοὺς μὲν τυχόντας τῆς γνώμης, καὶ ἐπαίνει καὶ τίμα· (τοῖς γὰρ ἐκείνων ἐξευρήμασιν αὐτὸς ἐυδοκιμήσεις·) τοὺς δ' ἁμαρτόντας μήτ' ἀτιμάσῃς ποτὲ, μήτ' αἰτιάσῃ. τὴν γὰρ διάνοιαν αὐτῶν δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' οὐ τὴν οὐκ ἐπιτυχίαν μέμφεσθαι. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πολεμικῶν φύλαττε· καὶ μήτε ἐπὶ δυστυχίᾳ ἀκουσίῳ χαλεπήνῃς τινὶ, μήτε ἐπ' εὐτυχίᾳ φθονήσῃς· ἵνα καὶ προθύμως καὶ ἡδέως πάντες ὑπὲρ σοῦ κινδυνεύσωσι, πιστεύοντες ὅτι οὔτε πταίσαντές τι κολασθήσονται, οὔτε κατορθώσαντες ἐπιβουλευθήσονται. πολλοὶ γοῦν, τὸν παρὰ τῶν τὸ κράτος ἐχόντων φθόνον φοβούμενοι, σφαλῆναί τι μᾶλλον, ἢ καταπραῦναι προείλοντο. καὶ τούτου τὸ μὲν ἀσφαλὲς αὐτοὶ ἔσχον, τὸ δὲ δὴ ζημίωμα ἐκείνοις [g] προσετρέψαντο. ὥστε αὐτὸς τὸ πλεῖον ἀπ' ἀμφοτέρων [h] ὁμοίως καὶ τῶν χειρόνων καὶ τῶν ἀμεινόνων, ἀπολαύσων, μηδέποτε θελήσῃς, λόγῳ μὲν ἄλλοις, ἔργῳ δὲ, σαυτῷ φθονῆσαι.

" Πάνθ' ὅσα τοὺς ἀρχομένους καὶ φρονεῖν καὶ πράττειν βούλει, καὶ λέγε καὶ ποίει. οὕτω γὰρ ἂν [99] μᾶλλον παιδεύσειας αὐτοὺς, ἢ ταῖς ἐκ τῶν νόμων ἀνάγκαις δειματώσεως. τὸ μὲν γὰρ, ζῆλον, τὸ δὲ, φόβον ἔχει. καὶ ῥᾴδιόν τις μιμεῖται τὰ κρείττω, ὁρῶν [i] ἔργῳ γιγνόμενα, ἢ φυλάττεται τὰ χείρω, ἀκούων λόγῳ κεκωλυμένα. καὶ αὐτὸς

[c] προσυγγιγνόμενοι. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. προσσυγγιγνόμενοι, RS. προσεγγιγνόμενοι, V.b. [d] ἀνέλεγκτον. ἀνέκλητον, V.b. quod neſcio an pro ἀνέγκλητον ſcriptum ſit, quod tamen alienum eſſet. [e] ἀγνωμόνων. αὐτογνωμόνων, V.b. non ſine ſpecie. [f] μὴ. deeſt in V.b. [g] προσετρέψαντο. forte προσεπορίσαντο, Od. ingenioſe. [h] ὁμοίως. vocabulum additum ex V. a. in prioribus editionibus deſideratur. [i] ἔργῳ γιγνόμενα. ita, pro ἔργα γιγνόμενα, ſcribendum eſſe vidit RS. quia ſequitur λόγῳ κεκωλυμένα. & confirmat emendationem V. a. retinuerunt tamen editiones ſequentes illud ἔργα, ex ſententia Xyl. qui ἔργα γιγνόμενα defendit exemplo Plutarchi, quod mihi jam, Plutarchum revolventi, non occurrit. neque vero dubito librario ſcribenti priorem vocem, jam exitum ſequentis animo obverſatum, & in hanc transfuſum eſſe, id quod ſæpius uſu venire doctiores norunt: nam ἔργῳ & λόγῳ ſemper ex adverſo junctim ponuntur.

§ 98. (l. 1.) *μετὰ ἀδείας νέμε*] Idem Iſocratis conſilium, datum Cyprio regi Nicocli: *δίδου παῤῥησίαν τοῖς ἔυ φρονοῦσιν, ἵνα περὶ ὧν ἂν ἀμφιγνοῇς, ἔχῃς τοὺς συνδοκιμάσοντας.* De Trajano Plinius c. 76. panegyr. quod ipſo libertatem concedente, *cuique copiam judicii ſui reipub. facere tutum fuit.*

§ 99. (l. 25.) *μᾶλλον παιδεύσειας αὐτοὺς*] Vide Paulum Manutium ad hæc Ciceronis lib. I. Epiſt. 9. ad Lentulum: apud Platonem noſtrum ſcriptum divinitus, *quales in repub. principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe cives.* Sic Agrippa ſupra p. 467. A. dixerat, principem ab omnibus civibus protinus ſibi proponi *κανόνα τοῦ βίου*, quandam vitæ morumque regulam. Plura Lipſius II. 9. Politic.

" αὐτὸς μὲν ἀκριβῶς πάντα πράττε, μηδεμίαν συγ- obita audientes. Ipse igitur omnia summa cum A.U.C.725
" γνώμην ἑαυτῷ νέμων, ὥστε καὶ ἔυ εἰδὼς ὅτι πα- diligentia ages, nihil tibi ipsi ignoscens: sed cer- C. Cæs. V.
E " ραχρῆμα πάντες, καὶ [100] ὅσα ἂν εἴπῃς καὶ ὅσα tum hoc habeto, omnia tua & dicta & facta sta- &Sex.Apu-
" ἂν ποιήσῃς, μαθήσονται. καθάπερ γὰρ [k] ἔν τι- tim omnibus nota futura. Vives enim velut in lejo COSS.
" νι τῆς ὅλης οἰκουμένης θεάτρῳ ζήσῃ· καὶ οὐχ quodam orbis terrarum theatro, nec fieri pote-
" οἷόν τε σοὶ ἔσαι οὐδὲ βραχύτατον ἁμαρτάνῃ διա- rit, ut vel minimum tuum peccatum lateat. Ni-
" λαθεῖν. οὔτε γὰρ καταμόνας ποτὲ, ἀλλὰ καὶ hil enim sine arbitris, sed semper in magna ho-
" μετὰ συχνῶν ἀεί τι πράξεις. καὶ πολυπραγμο- minum multitudine agis: & perscrutari acta
" νοῦσί πως τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων γιγνόμενα καὶ principum omnes homines libentissime solent.
" οἱ λοιποὶ πάντες ἥδιστα· ὥσ' ἂν ἅπαξ καταμά- Qui si semel compererint, te quibus aliis inter-
489 " θωσί σε ἄλλα μὲν αὐτοῖς προαγορεύοντα, ἄλλα odicis, ea ipsum agere; non jam minas tuas me-
" δὲ αὐτὸν ποιοῦντα, οὐ τὰς ἀπειλάς σου φοβηθή- tuent, sed facta imitabuntur. Aliorum vita in-
" σονται, ἀλλὰ τὰ ἔργα μιμήσονται. τὸν δὲ δὴ spicienda quidem tibi, non tamen morosius in-
" τῶν ἄλλων βίον ἐπισκόπει μὲν, [101] μὴ μέντοι καὶ quirenda: sed de iis demum criminibus, quæ
" χαλεπῶς ἐξέταζε· ἀλλ' ὅσα μὲν ἂν ὑφ' ἑτέ- ab aliis accusantur, judicandum: reliqua accusa-
" ρων τινῶν ἐσάγηται, κρῖνε· ὅσα δ' ἂν ὑπὸ μη- tore carentia tu quoque dissimula, nisi quid in
" δενὸς αἰτιάζηται, μηδὲ προσποιοῦ εἰδέναι, ἔξω τῶν rempublicam sit delictum. In ea enim, ut par
" εἰς τὸ δημάσιον πλημμελουμένων. ταῦτα μὲν γὰρ est, animadvertendum, etiamsi nemo deferat.
" τῆς προσηκούσης ἐπιστροφῆς, κἂν μηδεὶς ἐγκαλῇ, Privata autem cætera cognoscenda quidem sunt,
" τυγχάνειν ὀφείλει. τὰ δὲ ἄλλα τὰ ἰδιωτικὰ ἴσθι ne aliquando erres, inepto hujusmodi homine
" μὲν, ἵνα μὴ καὶ σφαλῇς ποτε ἀνεπιτηδείῳ τινὶ ad functionem aliquam adhibito; non tamen co-
" ὑπηρέτῃ πρός τι χρησάμενος· μὴ μέντοι καὶ ἐξέ- arguenda. Nam natura multos homines eo ra-
" λεγχε. πολλὰ γὰρ ἡ Φύσις καὶ παρὰ τὸν νό- pit, ut contra leges delinquant: quæ si quis ac-
B " μον πολλοὺς ἁμαρτάνειν ἐξάγει· οἷς ἂν μὲν ἀκρι- curate persequi omnia velit, aut neminem, aut
" βῶς τις ἐπεξίῃ, ἢ τινὰ, ἢ οὐδένα ἂν αὐτῶν ἀτι- perpaucos impunitos relinquat: sin humaniter
" μώρητον καταλίποι· ἂν δ' ἀνθρωπίνως τὸ ἐπιει- æquitatem juri misceat, fortassis eos illa emen-
" κὲς τῷ νενομισμένῳ παραμιγνύῃ, τάχ' ἂν καὶ σω- det. Lex enim, quanquam necessario pœnas
" φρονίσειεν αὐτούς. ὁ μὲν γὰρ νόμος, καίτοι ἰσχυ- graves statuit, tamen naturam coercere non sem-
" ρὰ τὰ κολάσματα ἀναγκαίως ποιούμενος, οὐ δύνα- per potest. Cæterum homines quidam, quum
" ται τῆς Φύσεως ἀεὶ κρατεῖν· τῶν δ' ἀνθρώπων occulta esse sua peccata putant, aut saltem me-
" τινὲς, λανθάνειν μὲν δόξαντες, ἢ καὶ μετρίως πως diocriter verbis castigantur, vitam emendant;
" νουθετηθέντες, ἀμείνους γίγνονται, οἱ μὲν, αἰσχυ- partim quod metuunt, ne coarguantur, partim
" νόμενοι ἐλεγχθῆναι, οἱ δὲ, αἰδούμενοι πάλιν σφα- denuo peccare veriti: iidem palam factis vitiis
C " λῆναι· φανερωθέντες δὲ [l] καὶ [102] ἀπερυθριάσαντες, suis, & pudore projecto, aut immodice puniti,
" ἢ καὶ πέρα τοῦ μετρίου κολασθέντες, τά τε νενο- omnia jura confundunt ac conculcant, solisque
" μισμένα πάντα συγχέουσι καὶ καταπατοῦσι, καὶ naturæ motibus serviunt. Quamobrem neque
" μόναις ταῖς τῆς Φύσεως ὁρμαῖς δουλεύουσι. κἀκ facile est omnes peccantes punire, neque deco-
" τούτου οὔτε τὸ πάντας αὐτοὺς κολάζειν ῥᾴδιον, οὔ- rum eos, qui aperte libidine mala feruntur, ne-
" τε τὸ περιορᾶν φανερῶς τινας ἀσελγαίνοντας εὐ- gligere. Habes rationem peccata hominum,
" πρεπὲς γίγνεται. τὰ μὲν δὴ οὖν ἁμαρτήματα τῶν nisi omnino sint insanabilia, tractandi. At egre-
" ἀνθρώπων τοῦτόν σοι τὸν τρόπον, πλὴν τῶν πάνυ gia eorum facta etiam majori, quam mereantur,
" ἀνηκέστων, μεταχειρίζεσθαι παραινῶ· τὰ δ' ὀρθῶς honore sunt ornanda. Ita enim potissimum ef-
" ὑπ' αὐτῶν γιγνόμενα, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τῶν ἔρ- ficies humanitate tua, ut a deterioribus abstine-
" γων τιμᾶν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ποιήσειας αὐ- ant: & munificentia, ut meliora sequantur. Ne-
D " τούς τε τῶν χειρόνων ἀπέχεσθαι, τῇ Φιλανθρωπίᾳ, que enim timendum est, ne te aliquando pecu-
" καὶ τῶν βελτίονων ἐφίεσθαι, τῇ μεγαλοδωρίᾳ. μὴ niæ, aliave, quibus recte agentes remunereris,
" γάρ τοι καταδείσῃς, μήθ' ὅτι ἐπιλείψει σέ ποτε deficiant. Nam quia in tot terras ac maria
" ἢ χρήματα, ἢ τἆλλα, οἷς τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦν- habes imperium, citius arbitror defuturos,
" τας ἀμείψῃ· (πολὺ γὰρ μᾶλλον ἔγωγε ἐλάττους qui donis tuis digni sint. Neque id
" αὐτῶν τοὺς ἔυ τι παθεῖν ἀξίους οἶμαι γενήσεσθαι, verendum, ne qui a te ornati fuerint, in-
" τοσαύτης σοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης ἄρχοντος·) gratos se exhibeant: quum nulla res alia

μήθ' per-

k ἔν τινι. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. pro ἐνί τινι, quod est apud RS. *l* καὶ ἀπερυθριάσαντες. subolet trajectio. nihil autem muto. forte ἅτα pro καί. Od. mihi nec trajectione nec mutatione opus esse videtur.

§ 100. (l. 32.) ὅσα ἂν εἴπῃς καὶ ὅσα ἂν ποιήσῃς] Seneca lib. I. de clementia c. 8. ad Neronem Imperatorem. *Alia conditio est eorum, qui in turba quam non excedunt latent; quorum & virtutes ut appareant, diu luctantur; & vitia tenebras habent. Vestra facta dictaque rumor excipit: & ideo nullis magis curandum est, qualem famam habeant, quam qui qualemcunque meruerint, magnam habituri sunt.* —— *Nostros motus pauci sentiunt: prodire nobis ac recedere, & mutare habitum, sine sensu publico licet: tibi non magis quam Soli latere contingit. Multa contra te lux est, omnium in istam conversi oculi sunt.* Adi iterum Lipsium lib. II. c. 7. & Joh. Frid. Reinhardi ad eum notas p. 581.

§ 101. (l. 43.) μὴ χαλεπῶς ἐξέταζε] Præclara etiam in hanc rem de pœnarum moderatione, & remuneratione virtutis ac meritorum, principi observanda, Lipsius IV. 11.

§ 102. (l. 63.) ἀπερυθριάσαντες] Cum pudor quam multos a criminibus & flagitiis retineat, verum est, repagulo illo sublato & honore erepto, eos qui se cum honesta existimatione vivere amplius in societate non posse sentiunt, ad desperationem vel majora scelera invitari. Quam ob caussam clarissimus Hallensium JCtus Christianus Thomasius singulari Diss. quam anno 1723. publici juris fecit, hoc putavit sibi agendum, ut poenas infamiæ, quoniam homines prorsus ad bonum reddunt inutiles, ad mala pronos, tanquam absurdas & scopo sane politices contrarias, suaderet abrogandas esse.

A.U.C.725 C. Cæſ. V. &Sex.Apulejo COSS.

perinde hominis ingenium ſubigat ac conciliet, etiamſi vel alienus a nobis, vel hoſtis ſit; quam ſi non modo nulla injuria, ſed etiam beneficio afficiatur. „

35. " Talem igitur ut aliis te præbeas, conſulo. Jam quod ad te ipſum attinet, nihil inſolens, aut ſuperbum, vel ab aliis tibi, vel a ſenatu, verbis aut re oblatum, admittere debes. Ut enim alios a te dati honores ornant, ita tibi majus his, quæ habes, dari nihil poteſt: ſed quidquid datur, multam fuci ſuſpicionem ſecum fert. Nemo enim eſt, qui ſponte ſua aliquid tale ei, qui ſummam rerum obtinet, decernere videatur: quæ vero ſuo ipſius impulſu quis accipit, ea tantum abeſt ut laudari ſoleant, ut riſu potius excipiantur. Ideo ſplendorem ejusmodi tu tibi præclare factis para. Statuas tibi neque aureas neque argenteas fieri unquam ſine. Nam non modo magnis ſumptibus eæ conſtant, ſed inſidiis etiam opportunæ, ac parum diuturnæ ſunt. Benefaciendo autem alias tibi ſtatuas in ipſis hominum animis, non corrumpendas nec interituras unquam, effice. Templum quoque nullum tibi patere ædificari. Quippe in hujusmodi res incaſſum multæ pecuniæ infumuntur, quas neceſſariis rebus impendere præſtat, quoniam divitiæ magnæ non tam multa accipiendo, quam non multos ſumptus faciendo, colliguntur: & id genus res gloriam nulla ratione augent. Virtus enim multos illa quidem diis æquat, ſed nemo unquam mortalium ſuffragiis, deus effectus eſt. Itaque tibi, ſi bonus ſis, ac recte imperes, univerſa terra templum erit, pro delubris omnes urbes, omnes homines pro ſtatuis, quorum in animis ſemper cum gloria eris defixus. Qui vero imperium ſummum male gerunt, eos iſta ornamenta, quanquam in omnibus urbibus poſita, tantum abeſt, ut decorent; ut etiam reprehenſionibus hominum exponant, quum ſint tropæa quædam malitiæ eorum, ac injuſtitiæ monumenta: quæ quo diutius perduraverint, eo longius quoque infamia iſtorum perdurat. „

36. " Itaque ſi reverâ immortalis fieri cupis, ita ut dixi, agendum tibi eſt. Deos quoque ipſe ſemper

" μήθ' ὅτι τινὲς εὐεργετηθέντες, ἀχαριστως τι πράξουσιν. οὐδὲν γὰρ οὕτω καὶ δουλοῖ καὶ οἰκειοῦταί τινα, κἂν ἀλλότριος, κἂν ἐχθρὸς ὢν τύχῃ, ὡς τὸ μήτ' ἀδικεῖσθαι, καὶ προσέτι καὶ εὖ πάσχειν.

" Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἄλλους οὕτω σοι προσφέρεσθαι γνώμην δίδωμι· σαυτῷ δὲ δὴ μήτε ἔξαλλόν τι, μήθ' ὑπερήφανον, μήτε παρὰ τῶν ἄλλων, μήτε παρὰ τῶν τῆς βουλῆς, ἢ ἔργῳ ἢ καὶ λόγῳ δοθὲν περιΐδῃς. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις κόσμον ἡ παρὰ σοῦ τιμὴ φέρει, σοὶ δ' αὐτῷ μεῖζον μὲν τῶν ὑπαρχόντων οὐδὲν ἂν δοθείη, ὑποψία δ' ἂν κίβδηλίας πολλὴ προσγένοιτο. καὶ γάρ τοι τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς ἑκὼν τοιοῦτόν τι τῷ κρατοῦντι ψηφίζεσθαι δοκεῖ· πάντα δὲ δή τις αὐτὰ αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ λαμβάνων, οὐχ ὅσον οὐκ ἔπαινον ἴσχει, ἀλλὰ καὶ γέλωτα προσοφλισκάνει. τήν τε οὖν ἄλλην λαμπρότητα ἑαυτῷ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων παρασκεύαζε. καὶ [103] εἰκόνας σου χρυσᾶς μὲν ἢ ἀργυρᾶς μηδέπω τε ἐπιτρέψῃς γενέσθαι· (οὐ γὰρ μόνον δαπανηραί, ἀλλὰ καὶ ἐπιβούλευτοι καὶ ὀλιγοχρόνιοι εἰσίν·) ἄλλας δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς καὶ ἀκηράτους καὶ ἀθανάτους ἐξ εὐεργεσιῶν δημιούργει. μὴ μέντοι [104] μηδὲ ναόν ποτε περιΐδῃς σαυτῷ γενόμενον. μάτην γὰρ παμπληθῆ χρήματα ἐς τὰ τοιαῦτα ἀναλίσκεται, ἃ κρεῖττόν ἐστιν ἐς τὰ ἀναγκαῖα δαπανᾶσθαι· (πλοῦτος γὰρ ἀκριβὴς οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ὡς ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκειν, ἀθροίζεται·) καὶ ἐς εὔκλειαν οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν προσγίγνεται. ἀρετὴ μὲν γὰρ ἰσοθέους πολλοὺς ποιεῖ, χειροτονητὸς δ' οὐδεὶς πώποτε θεὸς ἐγένετο. ὥστε σοί τε ἀγαθῷ μὲν ὄντι, καὶ καλῶς ἄρχοντι, πᾶσα μὲν γῆ τεμένισμα ἔσαι, πᾶσαι δὲ πόλεις ναοί, πάντες δ' οἱ ἄνθρωποι ἀγάλματα· ἐν γὰρ ταῖς γνώμαις αὐτῶν ἀεὶ μετ' εὐδοξίας ἐνιδρυθήσῃ. τοὺς δ' ἄλλως πως τὰ κράτη διέποντας οὐ μόνον οὐ σεμνύει τὰ τοιαῦτα, κἂν ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ καὶ προσδιαβάλλει, τρόπαιά τέ τινα τῆς κακίας αὐτῶν καὶ μνημεῖα τῆς ἀδικίας γιγνόμενα. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπὶ πλεῖον ἀντάρκέσῃ, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ ἡ κακοδοξία αὐτῶν διαμένει.

" Ὡς εἴπερ ἀθάνατος ὄντως ἐπιθυμεῖς γενέσθαι, ταῦτά τε οὕτω πράττε, καὶ προσέτι

§ 103. (l. 2.) *εἰκόνας χρυσᾶς ἢ ἀργυρᾶς*] Hoc conſilium ſecutus Auguſtus, ſtatuas argenteas aureasque ſibi poſitas conflavit omnes, quos vel in nomisma condidit, infra p. 511. E. vel aureas ex iis cortinas Apollini dedicavit. Sueton. c. 52. vel publicæ Salutis Concordiæ & Pacis ſtatuas juſſit fieri, infra p. 545. B. vide etiam quæ de Claudio imperatore p. 668. A. Contra Domitianus ſtatuas ſibi in Capitolio non niſi aureas & argenteas dicari permiſit, ac ponderis certi, teſte eodem Suetonio c. 13. De ſtatuis argenteis in honorem Auguſti poſitis, mentio etiam apud Plinium XXXIII. 12.

§ 104. (l. 8.) *μηδὲ ναόν*] Templa in provinciis fieri ſibi permiſit Auguſtus, ut dictum ad p. 458. A. Sic Alexandriæ fuit ſplendidum Σεβάστιον ἐπιβατηρίου Καίσαρος νεώς, templum Auguſti navigantium præſidis, cujus opes & magnificentiam celebrat Philo legatione ad Cajum p. 784. ſq.

§ 105. (l. 32.) *τιμᾷν ἀνάγκαζε*] Quæ ad hunc locum pertinent, ea ex Mæcenatis ſententia fuſe diſputata ſunt a Lipſio IV. 2. ſqq. Politicorum, & libro de una religione adverſus Cornhertum. Si quis vero hinc præſidium crudelibus perſecutoribus atque ſævæ in conſcientias tyrannidi quærit, rem ſuadet ingenuæ probitati & rationi ſanæ & humanitati omni adverſiſſimam: adde etiam contrariam quieti regnorum & principum ſecuritati, quæ moderata & juſtis ſevere circumſcripta limitibus tolerantia longe rectius ſibi conſtat, & nec religionis publice cultæ auctoritati detrahit, & libertatem relinquit conſcientiarum, neque animos ſubjectorum alienat, aut ad res novas moliendas exaſperat.

§ 106. (l. 40.) *μήτε τινὶ θεῶν*] Nota, Atheum a Mæcenate appellari, non contemtorem omnis religionis, ſed a quo numina patria non probantur, quo ſenſu Chriſtiani gentibus athei erant.

§ 107. (l. 40.) *μήτε γόητι*] *γόητες*, quos mox *μαγευτὰς* appellat, Mæcenati ſunt circulatores ſortilegi, profeſſi varias artes ſuperſtitioſas ac divinatrices, quibus *privatim* homines ut pecunia emungerent, ſpe vel metu implebant, de quibus abunde dixi in Bibliographia antiquaria c. 12. Cæteroqui *γόητα* & *μαγευτὴν* ita diſtinguunt Nonnus hiſtor. 67. ad Naz. Suidas in *γοητεία* & Nicephorus ad Syneſium de inſomniis, ut *γόης* malorum, *μαγευτὴς* bonorum dæmonum miniſterio uti crederetur. Sed Mæcenas quidem utrovis vocabulo utitur, ad ſuperſtitioſum vatem, impudentemque hariolum, cui egeſtas imperat, ſignificandum. Ex hoc conſilio Mæcenatis, Anaxilaum Lariſſæum Pythagoricum & Magum, Auguſtus urbe Italiaque expulit, ut refert Euſebius in Chron.

§ 108. (l. 42.) *ἱεροσκόπους καὶ οἰωνιστὰς*] Licet aruſpices ſive extiſpices, qui ex fulguribus & ſacrificiorum extis, & auſpices auguresque, qui ex avium garritu ac volatu nunciabant futura, nec ipſi alieni eſſent a ſuſperſtitione fraudeque, ita ut Caro apud Ciceronem

" τι τὸ μὲν θεῖον πάντη πάντως αὐτός τε σέ-
" βου, κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τοὺς ἄλλους
" [105] τιμᾶν ἀνάγκαζε· τοὺς δὲ δὴ ξενίζοντάς τι
" περὶ αὐτὸ καὶ μίσει καὶ κόλαζε, μὴ μόνων
" τῶν θεῶν ἕνεκα, ὧν καταφρονήσας οὐδ' ἄλ-
E " λου ἄν τινος προτιμήσειεν, ἀλλ' ὅτι καινά
" τινα δαιμόνια οἱ τοιοῦτοι ἀντεισφέροντες, πολ-
" λοὺς ἀναπείθουσιν ἀλλοτριονομεῖν. κἀκ τούτου
" καὶ συνωμοσίαι καὶ συσάσεις ἑταιρεῖαί τε γί-
" γνονται, ἅπερ ἥκιστα μοναρχίᾳ συμφέρει.
" [106] μήτ' οὖν ἀθέῳ τινί, [107] μήτε γόητι συγ-
" χωρήσῃς εἶναι. μαντικὴ μὲν γὰρ ἀναγκαία
" ἐστι, καὶ πάντως τινὰς καὶ [108] ἱεροπτας καὶ
" οἰωνιστὰς ἀπόδειξον· οἷς οἱ βουλόμενοί τι κοινώ-
" σασθαι, συνέσονται· τοὺς δὲ δὴ μαγευτὰς
" πάνυ οὐκ εἶναι προσήκει. πολλοὺς γὰρ πολ-
" λάκις οἱ τοιοῦτοι, τὰ μέν τινα ἀληθῆ, τὰ δὲ δὴ
491 " πλείω ψευδῆ λέγοντες, νεοχμοῦν ἐπαίρουσι. τὸ
" δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμέ-
" νων οὐκ ὀλίγοι [m] ποιοῦσι. διὸ καὶ ἐκείνους φυ-
" λάσσεσθαί σε παραινῶ. μὴ γὰρ ὅτι καὶ
" [109] Ἀρείου καὶ Ἀθηνοδώρου καλῶν καὶ ἀγαθῶν
" ἀνδρῶν πεπείρασαι, πίστευε καὶ τοὺς ἄλλους
" πάντας, τοὺς φιλοσοφεῖν λέγοντας, ὁμοίους αὐ-
" τοῖς εἶναι. [110] μυρία γὰρ κακὰ καὶ δήμους
" καὶ ἰδιώτας τὸ πρόχημα τοῦτο προβαλλόμενοί
" τινες δρῶσι.

B " Τῇ μὲν οὖν γνώμῃ, [n] καὶ τῷ μηδενὸς
" πλείονος τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμεῖν, εἰρηνικώτα-
" τον εἶναί σε χρή, ταῖς δὲ παρασκευαῖς πολε-
" μικώτατον· ὅπως μάλιστα μὲν μήτε ἐθελήσῃ
" μήτε ἐπιχειρήσῃ τις ἀδικῆσαί σε, εἰ δὲ μή,
" ῥᾳδίως καὶ παραχρῆμα κολασθῇ. καὶ ἐπειδή
" γε ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ διὰ ταῦτα καὶ διὰ τἄλ-
" λα καὶ [111] ὠτακουστεῖν τινας καὶ διοπτεύειν
" πάντα τὰ τῇ ἡγεμονείᾳ σου προσήκοντα, ἵνα
" μηδὲν τῶν φυλακῆς τινος καὶ ἐπανορθώσεως δεο-
" μένων ἀγνοῇς· μέμνησο [112] ὅτι οὐ χρὴ πᾶσιν
C " ἁπλῶς τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτῶν πιστεύειν, ἀλλ'
" ἀκριβῶς αὐτὰ διασκοπεῖν. συχνοὶ γάρ, οἱ μέν,
" μισοῦντές τινας, οἱ δέ, ἐπιθυμοῦντες ὧν ἔχουσιν,
" ἄλλοι χαριζόμενοί τισιν, ἄλλοι χρήματα αἰτήσαν-
" τές τινας, καὶ μὴ λαβόντες, ἐπηρεάζουσιν αὐ-
" τοὺς ὡς νεωτερίζοντας, ἢ καὶ ἄλλο τι ἀνεπιτήδειον
" κατὰ τοῦ ἀρχοῦντος ἢ φρονοῦντας ἢ λέγον-
" τας.

30 semper & ubique ita cole, ut moribus patriæ re-
ceptum est, ad eundemque cultum alios com-
pelle: peregrinarum vero religionum autores
odio & suppliciis prosequere, non deorum modo
gratia, quos qui contemnit, haud dubie nemi-
nem alium quoque magni faciet; sed propterea
etiam, quod qui nova numina introducunt, mul-
tos ad usum peregrinarum legum pelliciunt. In-
de conjurationes, coitiones, & conciliabula ex-
istunt, res minime unius principatui commodæ.
Itaque neque deorum contemptorem, neque
præstigiatorem ullum tolerabis. Nam divinatio
quidem necessaria est, ideoque omnino aruspi-
ces & augures tibi sunt constituendi, quos con-
sulere possint, qui volunt: magi vero omnino fe-
rendi non sunt, qui quum sæpenumero vera et-
iam dicant, tamen frequentius mentiendo ho-
minibus novarum rerum tentandarum causam
præbent. Quod idem philosophiam quoque
profitentes haud pauci faciunt: quos ipsos quo-
que cavere te jubeo. Neque enim, quia Ari-
um, & Athenodorum, bonos ac honestos viros
expertus es; omnes alios, philosophorum no-
men præ se ferentes, similes eorum judicare
debes: quum hac specie usi multi, infinita
mala populis, privatisque hominibus adfe-
rant. "

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

37. " Animo quidem te quam maxime pacis
studioso, nihilque præter ea, quæ possides, ap-
petente, decet esse; interim tamen ad bellicam
rem paratissimum, ut neque velit quidem, ne-
que ausit quisquam te lædere: aut si omnino id
conetur, facile & extemplo plecti possit. Ac
quandoquidem ob hanc, & alias causas, habere
te oportet auscultatores ac exploratores, quorum
opera omnes tui imperii res cognoscas, ne quid
cautione aut emendatione indigens te fugere pos-
sit: memento, non omnia statim, quæ ab his
referuntur, credenda, sed diligens examen ad-
hibendum esse. Permulti enim eorum, vel odio
aliorum accensi, vel eorum bona appetentes, vel
in gratiam quorundam, vel irati ob postulatam
ab aliquibus ac non acceptam pecuniam, falso
crimine seditionis tentatæ, aut improbi contra
imperatorem alicujus vel consilii vel dicti eos
onerant.

m ποιοῦσι. ὁρῶσι, V. a. *n* καὶ τῷ μηδενὸς. in editionibus prioribus legitur, καὶ τὸ μηδὲν. jam, τῷ, pro τὸ, scribendum esse, RS. X. L. monuerunt, & nexus orationis dubitare non finit. sed & μηδὲν πλέονος ἐπιθυμεῖν, tolerari vix potest: unde μηδενὸς ex V. a. lubens recepi.

Ciceronem II. de divinatione c. 24. dixerit, se mirari quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset: tamen publice constituta collegia, quorum auctoritati tot sæculorum usus & populi persuasio suffragabatur, neutiquam tollenda suadere Mæcenas potuit.

§ 109. (l. 51.) Ἀρείου καὶ Ἀθηνοδώρου] De Ario dictum ad p. 454. E. Athenodorum Sandonis, Stoicum, Tarsensem, intellige, ex cujus consiliis mitius imperium fuisse Augusti, notat Zosimus lib. I. c. 6. atque plurimum ei tribuisse satis constat vel ex eo, quod narrat Dio p. 598. D. Ἀθηνόδωρος ὃν ἠδέατο ὁ Σεβαστὸς, teste Dione Chrysost. Oration. 33. quæ prima Tarsica, p. 408. vide etiam Clariss. Perizonium ad hæc Æliani XII. 25. Var. καὶ Λεύκουλλος Ἀντιόχου τι ὤνατο τοῦ Ἀσκαλωνίτου, καὶ Μαικήνας Ἀρείου, καὶ Κικέρων Ἀπολλωνίου, καὶ ὁ Σεβαστὸς Ἀθηνοδώρου. De hoc aliisque Athenodoris dixi lib. III. Bibliothecæ Græcæ c. 15. p. 390. sq.

§ 110. (l. 54.) μυρία γὰρ κακὰ καὶ δήμους καὶ ἰδιώτας] Puto Mæcenatem respicere non modo hypocrisin, avaritiam & alia vitia pseudophilosophorum, qualia perstringunt Timon apud Athenæum, vel Lucianus: sed speciatim turbulentam quorundam ambitionem, ad res novas movendas comparatam, qui videri velint libertatis publicæ assertores, hostes & eversores tyrannorum.

§ 111. (l. 64.) ὠτακουστεῖν τινας καὶ διοπτεύειν] Sic apud Persas *aures & oculi regis*, qui observata a se Regi renunciabant. Pollux II. 4. Sect. 84. ἐκαλοῦντο δέ τινες ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως, οἱ τὰ λεγόμενα διαγγέλλοντες καὶ τὰ ὁρώμενα. ἀπὸ δὲ τούτων τὸ ὠτακουστεῖν πεποίηται. Tzetzes Chiliad. X. v. 729.

Οἱ παλαιοὶ μὲν ὀφθαλμοὺς ἐκάλουν βασιλέων
Τοὺς περιβλέπτους τῶν ἀνδρῶν τοὺς πρώτους τῆς συγκλήτου.

Apud Aristotelem de mundo p. 195. ὠτακουσταὶ λεγόμενοι. Apulej. *aures regiæ & imperatoris oculi, per quæ officiorum genera rex, omnia quæcunque gererentur, otacustarum delatione discebat.* Plura Brissonius I. de regno Persarum p. 163.

§ 112. (l. 67.) ὅτι οὐ χρὴ πᾶσιν ἁπλῶς] Bene Phædrus III. 10. perscrutanda singula & subtiliter rimanda suadens.

Nil spernat auris, nec tamen credat statim,
Quandoquidem & illi peccant, quos minime putes,
Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.

A.U.C.725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

onerant. Ideo nec ſtatim, nec facile, iis animus est advertendus, ſed omnia accurate indaganda. Quod ſi enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno: feſtinando autem fieri poteſt, ut peccatum aliquod irreparabile admittas. Ad hæc, libertorum te tuorum, ac familiarium, optimum quemque in honore habere par eſt & neceſſe: quia id & decus tibi magnum, & ſecuritatem afferet. Nulli tamen nimia eſt indulgenda potentia, ſed ad moderationem ſevere omnes adigendi, ut ne in aliquam eorum cauſa reprehenſionem incurras. Nam quæcunque vel recte, vel ſecus egerint, omnia tibi imputabuntur: talemque te omnes judicabunt, qualia illis facta indulſeris. Cæterum ut potentes neque defraudare, neque calumniari quenquam ſines: ita viciſſim eorum alicui hoc ipſum crimini non eſto, quod potens ſit, licet haud peccet. Inferioris ſortis hominibus injuriam paſſis omni opera ſuccurre, ita tamen, ut eorum querelas haud temere accipias; ſed rem ipſam per ſe examines, neque potentiores omnes ſuſpectos, neque infirmiores omnes fide dignos habens. Operarios, artibusque utilibus deditos, honoribus afficito: otioſos, aut negotiis pravis intentos, odio habeto: ut illa utilitatis gratia amplectentes, ab his propter damna ſemet abſtinentes, cum ad rem ſuam privatam meliores, tum ad publicam tibi fiant utiliores. Ac bonum quidem eſt, privatorum controverſias ſic imminuere, ut quam celerrime dirimantur: ſed longe melius, ſtudia populorum inhibere; ac quum vota facientes pro imperio tuo, ſalute, ac fortuna, cogere aliquos volunt, ut aliquid ultra facultates ſuas agant impendantve, id non permittere. Præterea inimicitias eorum, contentionesque mutuas penitus præcidere; neque concedere, ut inania cognomenta, aut alia, unde diſcordiæ incidere poſſunt, ſibi ſumant. In quibus, inque aliis omnibus, facilius tibi omnes & privatim, & publice parebunt: ſi nemini unquam his adverſum quicquam permiſeris. Nam inæqualitas, etiam ea, quæ bene in unum coaluerunt, diſſolvit. Itaque omnino pati non debes, ut quis a te quicquam petat, quod ei dare non potes: ſed omnes hoc ipſum ut ſummopere caveant adigendi ſunt, ut ne quid vetitorum poſcat quisquam. „

38. “ In ſumma autem id tibi conſilium do, ne unquam abutaris potentia tua; neque eam putes

ὄυκουν εὐθὺς οὐδὲ ῥᾳδίως προσέχειν αὐτοῖς δεῖ, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντα διελέγχειν. βραδύνας μὲν γὰρ ἐν τῷ πιστεῦσαί τινι, οὐδὲν μέγα ἀδικηθήσῃ· σπεύσας δὲ, τάχ' ἄν τι καὶ ἐξαμάρτοις, ὃ μὴ δυνηθήσῃ ἂν ἀκέσασθαι. τιμᾶν μὲν οὖν σὲ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τῶν ἀπελευθέρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνόντων σοι καὶ δεῖ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι. καὶ γὰρ κόσμον καὶ ἀσφάλειάν σοι μεγάλην τοῦτο οἴσει. [113] μὴ μέντοι καὶ ὑπέρογκόν τι ἰσχυέτωσαν, ἀλλ' ἀκριβῶς πάντες σωφρονείτωσαν, ὥστε σε μηδὲν ὑπ' αὐτῶν διαβληθῆναι. πάντα γὰρ ὅσα ἂν ἢ καλῶς, ἢ κακῶς πράξωσι, σοὶ προσληθήσεται· καὶ τοιοῦτος αὐτὸς ὑφ' ἁπάντων νομισθήσῃ, ὁποῖα ἂν ἐκείνοις ποιεῖν ἐπιτρέπῃς. τοὺς μὲν δὴ οὖν δυναστοὺς μὴ πλεονεκτεῖν τινα, μήτ' ἄν συκοφαντεῖσθαι ἐᾶν· μηδὲ ἔσῳ τινὶ αὐτῶν αὐτὸ τοῦτο ἔγκλημα, ὅτι δύναται, κἂν μηδὲν ἁμαρτάνῃ. τοῖς δὲ δὴ πολλοῖς ἄμυνε μὲν ἰσχυρῶς ἀδικουμένοις, μὴ πρόσεχε δὲ ῥᾳδίως αἰτιωμένοις· ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἔργα καθ' ἑαυτὰ ἐξέταζε, μήτε εἰς τὸ προέχον πᾶν ὑποπτεύων, μήτε τῷ καταδεεστέρῳ παντὶ πιστεύων. καὶ τοὺς μὲν ἐργαζομένους, 492 χρήσιμόν τέ τι τεχνωμένους, τίμα· τοὺς δ' ἀργοῦντας, ἢ καὶ φλαῦρόν τι πραγματευομένους μίσει· ἵνα τῶν μὲν διὰ τὰς ὠφελείας ὀριγνώμενοι, τῶν δὲ διὰ τὰς ζημίας ἀπεχόμενοι, πρός τε τὰ οἰκεῖα ἀμείνους, καὶ πρὸς τὰ κοινὰ συμφορώτεροί σοι γίγνωνται. καλὸν μὲν οὖν ἐστι, καὶ τὸ τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀμφισβητήματα ὡς ἐλάχιστα ποιοῦντα, τὰς διαλύσεις αὐτῶν ὡς τάχιστα καθιστάναι· κάλλιστον δὲ τὸ [114] τὰς τῶν δήμων ὁρμὰς κολούειν, κἂν ἐπευχόμενοί τινα τῇ τε ἀρχῇ καὶ τῇ σωτηρίᾳ [p] τῇ τε τύχῃ σοῦ, ἐκβιάζεσθαί τινας ἢ πρᾶξαί τι ἢ ἀναλῶσαι παρὰ δύναμιν ἐπιχειρῶσι, μὴ ἐπιτρέπειν. τάς τε ἔχθρας αὐτῶν καὶ τὰς φιλοτιμίας τὰς πρὸς ἀλλήλους παντάπασιν ἐκκόπτειν, καὶ μήτε [115] ἐπωνυμίας τινὰς κενὰς, μήτ' ἄλλο τι ἐξ οὗ διενεχθήσονταί τισιν, ἐφιέναι σφίσι ποιεῖσθαι. ῥᾳδίως δέ σοι πάντες καὶ ἐς ταῦτα καὶ ἐς τἄλλα καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πειθαρχήσουσιν, ἂν μηδὲν παρὰ ταῦτα μηδέποτε [q] συγχωρήσῃς τινί. ἡ γὰρ ἀνωμαλία καὶ τὰ καλῶς πεπηγότα διαλύει. καὶ διὰ τοῦτ' οὐδὲ αἰτεῖν τι ἀρχὴν, ὅ γε μὴ δώσῃς, ἐπιτρέπειν σφίσιν ὀφείλεις· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο [r] πειρῶ ἰσχυρῶς φυλάττειν σφᾶς ἀναγκάζειν, τὸ, μηδὲν ἀξιοῦν τῶν κεκωλυμένων. ταῦτα μὲν περὶ ἐκείνων λέγω.

“ Καθ' ἁπάντων δέ σοι συμβουλεύω μήτ' ἀποχρήσασθαί ποτε τῇ ἐξουσίᾳ, μήτ' οἰηθῆναι μείωσιν

o ὁρμὰς κολούειν. tolerari poſſe fateor, ſed tamen videtur commodius dici ὁρμὰς κωλύειν. & alioquin verba hæc a librariis confundi ſolent; hic autem explicatur per μὴ ἐπιτρέπειν, μὴ ἐφιέναι, μὴ συγχωρῆσαι, μὴ διδόναι, quin hoc ipſum κωλύειν tandem repetitur, τὸ μηδὲν ἀξιοῦν τῶν κεκωλυμένων. p τῇ τε τύχῃ σοῦ. ſic V. a. vulgo deeſt σοῦ. ſed ejusmodi quid ſupplendum eſſe vidit L. ſcribere jubens, τῇ σῇ τύχῃ. q συγχωρήσῃς τινὶ. ita ex emendatione RS. probata Xylandro, ſcribunt HS. & L. pro συγχωρήσῃς τι, quod eſt in textu Roberti. r πειρῶ. πρῶτον, V. a. minus bene.

§ 113. (l. 83.) μὴ μέντοι καὶ ὑπέρογκόν τι] Saluberrimum hoc monitum, ab imperatoribus ſæpe, qui poſt Auguſtum præfuere, nimis temere neglectum, non ab Auguſto, qui *amicos ita magnos & potentes in civitate eſſe voluit, ut tamen pari jure eſſent quo cæteri, legibusque judiciariis æque tenerentur.* Sueton. cap. 56. *Proculum ex acceptiſſimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas: Thallo, a manu, quod pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet, crura effregit*, id. cap. 67.

§ 114. (l. 6.) τὰς τῶν δήμων ὁρμὰς] Populorum vel civitatium certantium inter ſe de prærogativa, atque ſumtuoſis ludis & agonibus ſeſe præ aliis efferentium.

§ 115. (l. 12.) ἐπωνυμίας τινὰς κενὰς] In numis videmus Civitates ſuperbire titulis variis, quales ſunt ἱερᾶς, ἀσύλου, αὐτονόμου, ἐλευθέρας, ναυαρχίδος, νεωκόρου, πρώτων, μόνων πρώτων, μητροπόλεως &c. quibus ut aliæ alias præcederent, magnis ſæpe impenſis, magna animorum contentione, magnisque odiis actum, ut ex Dione Chryſoſtomo, Ariſtide, aliisque conſtat. vide Joannem Valentem ſub extremum operis præclari quo numismata Imperatorum

" σίν τινα αὐτῆς εἶναι, ἂν μὴ πάντα ἀπαξαπλῶς
" ὅσα δύνασαι καὶ ποιήσῃς· ἀλλ' ὅσῳ μᾶλλον πάντ'
" ὅσα ἂν βουληθῇς καὶ δυνήσῃ πρᾶξαι, τόσῳ μᾶλ-
D " λον προθυμοῦ πάντ' ὅσα προσήκει βούλεσθαι. καὶ
" ἀεί γε αὐτὸς παρὰ σαυτῷ ἐξέταζε, εἴγε ὀρθῶς τι
" ποιεῖς, εἴτε καὶ μή· τί τε πράττοντά σε φι-
" λήσουσί τινες, καὶ τί μή· ἵνα τὰ μὲν ποιῇς
" αὐτῶν, τὰ δὲ ἐκκλίνῃς. μὴ γὰρ δὴ ἡγήσῃ,
" δεόντως τι παρὰ τοῦτο πράττειν δόξειν, ἂν μη-
" δενὸς αἰτιωμένου σε ἀκούσῃς μηδ' ἀναμείνῃς
" ὕστω τινὰ ἐκφρονῆσαί ποτε, ὥστε σοι φανερῶς τι
" ἐξονειδίσαι. τοῦτο μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν,
" οὐδ' εἰ σφόδρα ἀδικηθείη. πᾶν γὰρ τοὐναντίον,
" καὶ ἐπαινεῖν πολλοὶ ἔν γε τῷ φανερῷ τοὺς ἀδι-
E " κοῦντας σφᾶς ἀναγκάζονται, ἀνταγωνιζόμενοι μὴ
" δοκεῖν ὀργίζεσθαι. τὸν δ' ἄρχοντα χρὴ, μὴ ἐξ ὧν
" λέγουσί τινες τεκμαίρεσθαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν, ἀλλ'
" ἐξ ὧν φρονεῖν αὐτοὺς εἰκός ἐστι.

putes esse diminutionem ejus, si non omnia omnino facias, quæ possis: sed quanto magis omnia, quæ statueris, potes perficere, tanto magis cura, ut nihil, nisi quæ velle decet, velis. Semper tecum ipse expende, rectene an secus quid agas: quo facto amorem tibi concilies, nec ne: ut hæc vites, illa suscipias. Neque si neminem te incusare audias, existimare ideo debes, te recte quicquam visum iri egisse. Neque exspectare debes, dum eo quispiam insaniæ prodiatur, ut aperte tibi quid exprobret: hoc enim nemo, vel maxime læsus, faciet. Quinimo multi eos, a quibus injuriam acceperunt, palam laudare coguntur; dum id efficere conantur, ne videantur succensere. At principis est, non ex sermone aliorum, de animo ipsorum conjecturam facere; sed ex iis, quæ eos sentire sit verisimile. „

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

" Ταῦτά σε καὶ τὰ τοιαῦτα βούλομαι πράττειν.
" πολλὰ γὰρ καὶ παραλείπω, διὰ τὸ μὴ οἷόν τε εἶναι
" πάντα αὐτὰ καθάπαξ συλλαβόντα εἰπεῖν. ἓν δ' οὖν
" ἐν κεφαλαίῳ καὶ καθ' ὧν εἰρημένων καὶ κατὰ τῶν
" λοιπῶν φράσω. ἂν γὰρ [116] ὅσα ἂν ἑτέρου τινα
" ἄρξαντά σου ποιεῖν ἐθελήσῃς, ταῦτα αὐτὸς αὐτε-
" πάγγελτος πράσσῃς, ὥστε τι ἁμαρτήσῃ, καὶ πάντα
493 " κατορθώσεις· καὶ τούτου καὶ ἥδισα καὶ ἀκινδυνό-
" τατα βιώσῃ. πῶς μὲν γὰρ οὐχ ὡς πατέρα, πῶς
" δ' οὐχ ὡς σωτῆρα, καὶ προσόψονταί σε ἅπαντες καὶ
" φιλήσουσιν, ὅταν σε ὁρῶσι κόσμιον, εὐβίοτον, εὐ-
" πόλεμον, εἰρηναῖον ὄντα; ὅταν μήθ' ὑβρίζῃς τι, μή-
" τε πλεονεκτῇς; ὅταν ἐκ τοῦ ὁμοίου σφίσι προσφέρῃ,
" καὶ μὴ αὐτὸς μὲν πλουτῇς, τοὺς δ' ἄλλους ἀργυρο-
" λογῇς; μηδ' αὐτὸς μὲν τρυφᾷς, τοὺς δ' ἄλλους
B " ταλαιπωρῇς; μηδ' αὐτὸς μὲν ἀκολασαίνῃς, τοὺς δ'
" ἄλλους νουθετῇς; ἀλλ' ἐς πάντα δὴ πάντως ὁμοιοτρο-
" πώτατα αὐτοῖς ζῇς; ὥστ' αὐτὸς παρὰ σαυτῷ μέγα
" φυλακτήριον ἐν τῷ μηδένα ποτὲ ἀδικῆσαι ἔχων,
" θάρσει· καὶ πίστευέ μοι, λέγοντι ὅτι οὔτε μισηθή-
" σῃ ποτὲ, οὔτε ἐπιβουλευθήσῃ. τούτου δὲ δὴ οὕ-
" τως ἔχοντος, πᾶσά σε ἀνάγκη καὶ ἡδέως βιῶναι·
" τί μὲν γὰρ ἥδιον, τί δὲ εὐδαιμονέστερόν ἐστι,
" τοῦ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν μετ'
C " ἀρετῆς ἀπολαύοντα, καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτὰ διδόναι
" δύνασθαι;

39. " Hæc te, & similia horum agere velim. Multa enim prætereo, quod simul ea omnia dici non possunt. Unum dicam, quod caput est & summa omnium eorum, quæ vel dicta sunt, vel dicenda restant. Si hæc tua sponte omnia geeris, quæ velles alium tibi imperantem agere; nulla in re peccabis, omnia prospere conficies, vitamque exinde & suavissimam & tutissimam duces. Quidni enim patris ac servatoris loco te omnes & suspiciant & diligant, quum viderint te modestum, vitæ integræ, bello ac pace præstantem? quum neminem contumelia, neminem injuria afficias? quum æquali jure cum iis agas; nec ipse abundans opibus, ab aliis pecuniam exigas; nec deliciis deditus ipse, alios reddas miseros; nec ipse libidini indulgens, alios castiges; sed in omnibus modo quodam simillimo cum ipsis vixeris? Itaque fretus eo præsidio, quod in te ipso, si neminem læseris, magnum habebis; crede mihi, neminem tibi neque infestum futurum, neque periculum creaturum. Quod quum ita sit, etiam necessario vitam jucundam ages. Quid enim dulcius, quid felicius, quam humanis omnibus bonis cum virtute fruentem, iisdem alios quoque impertiri posse? „

" Ταῦτά τε οὖν καὶ τἆλλα πάντ' ὅσα εἴρηκα
" ἐννοήσας, πείθηί μοι, καὶ μὴ πρόῃ τὴν τύχην,
" ἥτις σὲ ἐκ πάντων [s] προελέξατο καὶ προεσήσα-
" το. ὡς εἴ γε τὸ μὲν πρᾶγμα τὸ τῆς μοναρχίας
" αἱρῇ, [117] τὸ δ' ὄνομα τῆς βασιλείας ὡς καὶ ἐπά-
" ρατον φοβηθῇς, τοῦτο μὲν μὴ προσλάβῃς, τῇ δὲ δὴ

40. " His itaque, ac reliquis, quæ enarravi, omnibus consideratis; obtempera mihi, neque aspernare fortunam, quæ te ex omnibus delectum summæ rerum præfecit. Quod si unus imperii summam re ipsa tibi sumens, regni nomen ut execrabile reformidas, potes eo omisso sub

[s] προελέξατο. ἐπελέξατο, V. b.

Imperatorum a populis Romanæ ditionis Græce loquentibus cusa interpretatur.

§ 116. (l. 47.) ὅσα ἂν ἕτερον] En fundamentum ac principium boni imperii, idem quod omnis justitiæ & æquitatis. Tob. IV. 15. ὃ μισεῖς μηδενὶ ποιήσῃς. Matth. VII. 12. Juvencus:

Quæ cupitis vobis hominum benefacta venire,
Hæc eadem vestro cunctis præstate favore:
Hæc legis summa est, hoc jus dixere Prophetæ.

Legitur & in quibusdam codicibus Act. XV. 29. καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γίγνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν. Philo apud Eusebium VIII. 7. Præparat. Evang. ἃ τις ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν. Epictetus apud Stobæum: ἃ φεύγεις παθεῖν, τοῦτο μὴ ἐπιχείρει διαπράττειν. φεύγεις δὲ δουλείαν, φυλάσσου τὸ δουλεύεσθαι. Isocrates ad Regem Cypri Nicoclem: οὕτως ὁμίλει τοῖς πολίταις πρὸς τοὺς ἥττους, ὥσπερ ἂν τοὺς κρείττους πρὸς σεαυτὸν ἀξιώσειας ὁμιλεῖν. Notum Alexandri Severi dictum apud Lampridium c. 51. *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Trajanus apud Eutropium VIII. 2. *talem se imperatorem esse privatis, quales esse sibi Imperatores privatus optasset.* Hoc Mæcenatis aureum monitum, iisdem verbis ex Dione legitur etiam apud Zonaram.

§ 117. (l. 73.) τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας] Regis nomen adeo invisum Romanis, etiam cum rem ferrent, ut Julio Cæsari majorem invidiam faceret impacta diadematis affectatio, quam summa & absoluta quam in omnibus rebus exercebat potestas. Diligenter igitur hinc & *Regis* & *Domini* & *Dictatoris* nomen cavit & deprecatus est Augustus, licet ex Mæcenatis consilio summam potestatem sibi vindicaret. vide Suetonium c. 52. sq.

A.U.C 725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

ſub Cæſaris nomine omnia in tua poteſtate habere: ſin alias etiam appellationes deſideras, dabunt tibi Imperatoris titulum, etiam patri tuo quondam datum: exornabunt te præterea alio quoque venerabili quopiam cognomento, ita ut regni omnibus bonis, ſine ejus invidioſa nuncupatione, perfruaris. „

41. His Mæcenas peroratis, conticuit. At Cæſar, quum utrumque ſapientiæ, copioſæque & liberæ orationis cauſa, magnopere collaudaſſet, Mæcenatis conſilium prætulit: non tamen omnia ſtatim, quæ is ſuaſiſſet, agere inſtituit: veritus, ne ſi ſubito homines in alium traducere ſtatum cuperet, res ea parum ſibi eſſet ſucceſſura: ideoque alia ſtatim mutavit, alia poſtea temporis: nonnulla etiam ſecuturis imperatoribus perficienda reliquit, quæ ſucceſſu temporis commodius conſtitui poſſe videbantur. Neque vero Agrippa, quamvis contrarium ſuaſiſſet, minori illum ſtudio in omnibus exſequendis adjuvit, quam ſi ipſe autor conſilii fuiſſet. Hæc ſunt, & ea, quæ ante has orationes retuli, quæ Cæſar egit eo anno, quo conſul quintum fuit. Eodem anno etiam Imperatoris nomen accepit: non quale propter victoriam tribui more vetuſto ſolebat, (id enim ſæpius & antea, & poſtmodo ex ipſis actionibus reportavit, ſemel atque vicies quidem imperator dictus) ſed quo ſumma imperii demonſtraretur, quod patri quoque ejus Julio, & ejus filiis nepotibusque, fuerat decretum.

42. Deinde cenſor cum collega Agrippa fuit, &

" δὴ [118] τοῦ Καίσαρος προσηγορίᾳ χρώμενος, αὐ-
" τάρκει. εἰ δ' ὅυν καὶ ἄλλων τινῶν κλήσεων προσ-
" δέῃ, δώσουσι μὲν σοι [119] τὴν τοῦ αὐτοκράτορος,
" ὥσπερ καὶ τῷ παλρὶ σου ἔδωκαν· [t] σεβιοῦσι δέ
" σε καὶ [120] ἑτέρᾳ τινὶ προσρήσει, ὥσε σε πᾶν τὸ
" τῆς βασιλείας ἔργον, ἄνευ τοῦ τῆς ἐπωνυμίας αὐ-
" τῆς ἐπιφθόνου, καρποῦσθαι. „

Μαικήνας μὲν ταῦτα εἰπὼν, ἐπαύσαλο. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ ἀμφολέρους μὲν σφᾶς καὶ ἐπὶ τῇ πολυνοίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ πολυλογίᾳ, τῇ τε παῤῥησίᾳ, ἰσχυρῶς ἐπῄνεσε· [121] τὰ δὲ δὴ τοῦ Μαικήνου μᾶλλον εἵλελο. οὐ μένλοι καὶ πάνλα εὐθὺς ὥσπερ ὑπελέθελο ἔπραξε· φοβηθεὶς μὴ καὶ σφαλῇ τι, ἀθρόως μελαῤῥύθμισαι τοὺς ἀνθρώπους ἐθελήσας· ἀλλὰ τὰ μὲν παραχρῆμα μελεκόσμησε, τὰ δ' ὕσερον. καί τινα καὶ τοῖς [E] [u] μελὰ ταῦτα ἄῤξουσι ποιῆσαι καλέλιπεν, ὡς καὶ κατὰ καιρὸν μᾶλλον ἐν τῷ χρόνῳ γενησόμενα. καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Ἀγρίππας πρὸς πάντα, [122] καίπερ τὴν ἐναντίαν σφίσι γνώμην δοὺς, προθυμόταλα συνήρελο, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ ἐσηγητὴς αὐτῶν ἐγεγόνει. ταῦτά τε [καὶ] ὁ Καῖσαρ, καὶ ὅσα μοι ἄνω τοῦ λόγου εἴρηται, ἔπραξεν ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐν ᾧ τὸ πέμπλον ὑπάτευσε, καὶ [123] τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθελο. λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ [x] ταῖς νίκαις καλὰ [494] τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισὶν, (ἐκείνην γὰρ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕσερον ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβεν, [124] ὥσε [y] καὶ ἓν εἴκοσιν ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν) ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν τὸ κράτος διασημαίνουσαν, [125] ὥσπερ τῷ παλρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς παισὶ [z] καὶ τοῖς ἐκγόνοις ἐψήφισο.

Καὶ μελὰ ταῦτα [126] τιμηλεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππᾳ,

[t] σεβιοῦσι. poëticum eſt. malim σεβοῦσι. [u] μελὰ ταῦτα. forte μετ' αὐλὸν, Od. nulla neceſſitate cogente. [x] ἐπὶ ταῖς νίκαις. addit his Xiph. vocabulum ἐπίκλησιν, præter neceſſitatem repetitum; quanquam & apud Xiph. in cod. Coisl. & Br. non legitur. [y] ἓν καὶ εἴκοσιν. ita probe quoad rem Spanh. probante F. pro vulgato καὶ ἓν εἰκόσιν. viderat εἴκοσι legendum eſſe interpres Xyl. *vicies imperator dictus*; de viceſimo primo non magis ſollicitus quam Caſaubonus ad Suet. Cæſ. 76. ἔργοις ſubintelligens. ſed in eo male reprehenditur a Leunclavio, quando rem ipſam veram in Auguſto eſſe non credit. quod autem εἰκοσάκις dicendum fuiſſe contendit, recte quidem habet, ſi ordinem exprimere vocabulis Dio ſto eſſe non credit. quod autem εἰκοσάκις dicendum fuiſſe contendit, recte quidem habet, ſi ordinem exprimere vocabulis Dio voluiſſet. ſed numerum ipſum credo expreſſit in numis adjectum IMP. XXI. quod exemplo non caret. itaque finge tibi ſcriptum a Dione καὶ κά, quas numeri notas librarius ἓν καὶ εἴκοσι expreſſit, cum ἅπαξ καὶ εἰκοσάκις ſcribere debuiſſet. [z] καὶ τοῖς ἐκγόνοις. particula καὶ vulgo omittitur. τοῖς τε ἐκγόνοις L. ad marg. credo, ex pag. 235. C. nos hic ſecuti ſumus auctorem Xiphilinum, qui tamen habet ἐγγόνοις, ſicut etiam eſt in l. c. Dionis.

§ 118. (l. 75.) τοῦ Καίσαρος] Cæſaris nomen proprium primo iis, qui ex familia Julii Cæſaris, vel in eam inducti: deinde Imperatoribus, qui Imperatores Cæſares nuncupati ſunt: denique Cæſares dicti heredes & futuri ſucceſſores Imperii. vide Gerhardi van der Muelen Diſſ. de ortu & interitu imperii Rom. p. 161. ſqq.

§ 119. (l. 77.) τὴν τοῦ αὐλοκράτορος] Nomen Imperatoris, ſingulari quadam & excellenti ratione. infra E. & p. 235. D. ubi etiam Cæſaris appellatio ὥσπερ τις ἰδία τῆς ἀρχῆς οὖσα memoratur.

§ 120. (l. 79.) ἑτέρᾳ τινὶ προσρήσει] Tale eſt Auguſti nomen, de quo p. 507. C.

§ 121. (l. 85.) τὰ τοῦ Μαικήνου μᾶλλον εἵλελο] Xiphilinus: τοῦ Ἀγρίππου συμβουλεύονλος τὰ δικαιότερα —— τοῦ δὲ Μαικήνου τὰ συμφέρονλα. Conf. ſupra p. 241. B. & quæ ad p. 472. E. Zonaras illud potiſſimum Mæcenatis tangit argumentum (quod fuit p. 475. C.) τοῖς ἅπαξ μοναρχήσασιν ἀσφαλῶς ἰδιωλεῦσαι ἀδύναλον, quo permotum etiam Auguſtum teſtatur Suetonius c. 28. *reputans, & ſe privatum non ſine periculo fore, & rempub. plurium arbitrio temere committi, in retinenda perſeveravit, dubium eventu meliore an voluntate.* Vehementer eo nomine laudat Auguſtum Philo Judæus legatione ad Cajum, atque imperium ab eo ſuſceptum magno animo, & geſtum laudatiſſime ac feliciſſime, extollit verbis diſſertiſſimis. Merito autem Jac. Zevocotium reprehendit Joh. Henr. Meibomius p. 88. quod Mæcenatem Auguſto eam ob cauſſam retinendi imperii fuiſſe auctorem arguit, quod homo mollis & effœminatus in libero Reipublicæ ſtatu diſciplinam & cenſoriam notam timuiſſet: ille nimirum qui p. 491. D. Auguſto ſuaſit, ne vel gratioſiſſimis indulgeret quicquam, unde ad ipſum poſſet vel dedecus, vel invidia, vel periculum redundare. Magis etiam credibile videtur, ſuopte judicio Auguſtum Mæcenatis ſententiam probaſſe, quam quod apud veterem ſcriptorem vitæ Virgilii legas, *dubium an Agrippæ vel Mæcenati in reddenda Repub. accederet, rogaſſe Maronem, an conferat privato homini ſe in ſua repub. tyrannum facere?* cumque ille tyrannidis mala deteſtatus, reſpondiſſet, *ſi cives juſtum aliquem ſcirent quem amarent plurimum, civitati id eſſe utile, ſi in eo uno poteſtas foret*, ejus ſecutum ſententiam Cæſarem, principatum retinuiſſe. Erat autem Mæcenas & ipſe *atavis editus regibus*, unde ad monarchiam ſuadendam pronior.

§ 122. (l. 92.) καίπερ τὴν ἐναντίαν] Egregium hoc in Agrippa magni & juſti, publicoque bono faventis, & boni prudentisque Politici (ut infra p. 512. C. 541. E. 538. D. 528. E.) ſpecimen, quod nec indignationi in Auguſtum, quoniam ſuum conſilium rejectum ab eo eſſet, nec invidiæ in Mæcenatem aliquid dederit, ſed cum ſalute & majeſtate Auguſti communem promovere omni vi perrexerit utilitatem. Agrippæ tamen ſuaſionem alta mente repoſtam Auguſto hæſiſſe, patet ex ejus oratione in Senatu, qua rempub. reddere cogitans, non aliis quam Agrippæ argumentis pugnat, infra p. 497. ſq.

§ 123. (l. 97.) τὴν τοῦ αὐλοκράτορος] Ut Mæcenas monuerat, ſupra C.

§ 124. (l. 1.) ὥσε ἓν καὶ εἴκοσιν] Ita legendum: *Imp. ſemel atque vicies*, quod Taciti lib. I. Annal. c. 9. & numorum auctoritate confirmatur. vide Hub. Goltzium & Mediobarbum in Auguſti numis, & Ezech. Spanhemium T. II. de uſu numismatum p. 182. & 404. Iſ. Caſaubonum ad Sueton. Cæſarem c. 76.

πα, ἄλλα τέ τινα διώρθωσε, καὶ τὴν [127] βουλὴν ἐξήτασε. πολλοὶ μὲν γὰρ ἱππεῖς, [128] πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐβούλευον, ὥστε καὶ [129] ἐς χιλίους τὸ πλήρωμα τῆς γερουσίας αὐξηθῆναι. τούτους οὖν ἐκκρῖναι βουληθεὶς, B αὐτὸς μὲν οὐδένα αὐτῶν ἀπήλειψε, προτρεψάμενος δὲ σφᾶς ἐκ τοῦ συνειδότος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ βίου [130] δικασὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πεντήκοντά που ἔπεισεν ἐθελοντὰς ἐκστῆναι τοῦ συνεδρίου, ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα μιμήσασθαι σφᾶς ἠνάγκασε. καὶ [131] αὐτῶν ἠτίμωσε μὲν οὐδένα, τὰ δ' ὀνόματα τῶν δευτέρων ἐξέθηκε. τοῖς γὰρ προτέροις, ὅτι μὴ ἐχρόνισαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπιθάρρησάν οἱ, ἀφῆκε τὸ ὀνείδισμα, ὥστ' αὐτοὺς μὴ C ἐκδημοσιευθῆναι. οἱ μὲν οὖν ἑκούσιοι δῆθεν ἰδιώτευσαν. [132] Κύϊντον δὲ δὴ Στατίλιον, καὶ πάνυ ἄκοντα, τῆς δημαρχίας, ἐς ἣν ἀπεδέδεικτο, εἶρξεν. ἑτέρους τέ τινας βουλεύειν ἐποίησε, καὶ ἕς γε τοὺς ὑπατευκότας δύο ἄνδρας ἐκ τῶν βουλευόντων, [a] Κλουουΐδιόν [133] τέ τινα καὶ Φούρνιον Γαΐους, ἐγκαλέλεξεν, ὅτι προαποδεδειγμένοι, οὐκ ἠδυνήθησαν, ἄλλων τινῶν τὰς ἀρχὰς αὐτῶν προκαταλαβόντων, ὑπατεῦσαι. τό, τε [134] τῶν εὐπατριδῶν γένος συνεπλήθυσε, [135] τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης τοῦτο ποιῆσαι, ἐπειδὴ [b] τό D γε πλεῖστον ἀπολώλει σφῶν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς τὸ γενναῖον ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις ἀναλίσκεται, καὶ [136] ἐς τὴν ποίησιν τῶν παλαίων ἀναγκαῖοι ἀεὶ εἶναι νομίζονται. ταῦτά τε οὖν ἔπραξε, καὶ [c] προσαπεῖπε πᾶσι [137] τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτὸς τινὶ κελεύσῃ, ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ· καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται. πλὴν γὰρ ὅτι ἔς τε τὴν [138] Σικελίαν καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν

& cum alia quædam emendavit, tum ſenatum examinavit. Nam in eum ordinem multi equites ac pedites præter dignitatem ex bellis civilibus adſciti erant, ita ut ad millenarium numerus ſenatorum perveniſſet. Hos ut removeret, nullum quidem eorum ipſe delevit: ſed quum hortatus fuiſſet, ut ſua ipſi conſcientia generis & vitæ de ſe judicium ferrent; primum quinquaginta viros permovit, ut ſponte ſua ſenatu cederent; deinde ad horum exemplum ſequendum alios CXL. adegit. Ac infamia quidem illorum neminem notavit, poſteriorum tamen nomina publice propoſuit. Prioribus enim, quod rem non diu diſtuliſſent, ſed ſtatim ei paruiſſent, ignominiam hanc remiſit, ut palam non ederentur. Atque hi quidem ſponte ſua privati facti ſunt: at Q. Statilium idem, invitiſſimum quidem, tribunatu, qui ei deſtinatus fuerat, prohibuit. Alios vero quosdam ſenatores creavit, & in numerum conſularium duos ex patribus retulit, C. Cluvium, & C. Furnium: quod conſules deſignati, eum magiſtratum, ab aliis præventi, gerere non potuiſſent. Patriciorum etiam numerum, ſenatu id permittente, quia plerique perierant, ſupplevit: nobiles quippe præſertim in bellis civilibus pereunt, & patriciis ſemper ad peragenda pleraque recepta moribus patriis opus eſt. Præterea edixit, ne quis ſenator, injuſſu aut ſine permiſſu ſuo, extra Italiam abiret: id quod hodie etiam obſervatur, quum nulli ſenatori alio, quam in Siciliam, Galliamque Narbonenſem liceat peregre proficiſci. Eo autem propter propinquitatem,

A.U.C. 725 C. Cæſ. V. & Sex. Apulejo COSS.

a Κλουουΐδιον. ſupra p. 418. A. Κλαυουΐδιος. *b* τό γε. ſic HS. L. τό τε, RS. *c* προσαπεῖπε. προσεπεῖπε Xiph. minus bene. nec melius infra lin. 36. ἢ ὡς ἐπιτρέψῃ.

§ 125. (l. 3.) ὥσπερ τῷ πατρὶ αὐτοῦ] Pag. 235. C.

§ 126. (l. 6.) τιμητεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππᾳ] Ita ut præfectus morum Auguſtus, ἐπιμελητὴς τῶν τρόπων p. 527. E. Agrippa ὑποτιμητὴς ex Mæcenatis conſilio p. 478. C. Conf. Joannem Maſſonum de Jano clauſo p. 69. reprehendentem viros doctos, qui Cenſorem vocant Auguſtum, cum cenſoria poteſtate uſus, Cenſoris nomine abſtinuerit, ut teſtatur Suetonius c. 27. Tamen vocatur τιμητεύων etiam a Dione p. 532. B. & *Cenſor* a Macrobio lib. II. Saturnal. c. 4. De luſtro tunc condito, infra p. 496. C.

§ 127. (l. 7.) βουλὴν ἐξήτασε] Etiam hoc ex Mæcenatis conſilio p. 476. D. conf. p. 529. ſq. ubi de ſecunda ſenatus lectione ab Auguſto aliquot annis interjectis ſuſcepta.

§ 128. (l. 8.) πολλοὶ πεζοὶ] Qui tanquam gregarii milites ſtipendia fecerant, quod indignum ratus Mæcenas. p. 481. C.

§ 129. (l. 10.) ἐς χιλίους] Vide quæ ad p. 237. C. Priſtinis temporibus ante Syllam modo trecenti Senatores fuerant, ad quem numerum reducere ampliſſimum ordinem cum non poſſet Auguſtus, paſſus eſt etiam in ſecundo quem poſtea fecit delectu ſexcentos eſſe, quot ante bellum Cæſaris & Pompeji fuerant, p. 530. A. de tertio delectu vide p. 540. 545. E.

§ 130. (l. 14.) δικασὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι] Sueton. c. 35. de hac lectione ſive ἐξέτασι Auguſtea ſenatus verba faciens: *quosdam ad excuſandi ſe verecundiam compulit.*

§ 131 (l. 17.) αὐτῶν ἠτίμωσε μὲν οὐδένα] Priorum quinquaginta neminem ignominia notavit, vel nomen eorum tanquam Senatu motorum publice edendo, vel quod huic notæ adhærebat, inſignibus dignitatis Senatoriæ illos privando. Idem Suetonius: *ſervavitque etiam excuſantibus inſigne veſtis, & ſpectandi in Orcheſtra* (inter Senatores) *epulandique publice jus.* Conf. de honoribus hujusmodi p. 530. D.

§ 132. (l. 22.) Κύϊντον Στατίλιον] Emendandum Joannis Glandorpii viri doctiſſimi Onomaſticon Romanum, quod p. 814. Statilios recenſens, Quintum hunc, Dione Auctore laudato, refert ab Auguſto tribunatum gerere coactum fuiſſe.

§ 133. (l. 25.) Κλουουΐδιόν τέ τινα καὶ Φούρνιον Γαΐους] Incertum idemne hic cum Cluvio, cui Conſulatum ab Antonio ademtum dixit Dio p. 418. A. ille enim Lucius, non Cajus, ibi appellatur. Ad Cluvium Epiſtola Ciceron. XIII. 7. quem cum noſtro eundem facit laudatus Glandorpius p. 247. Caji Furnii mentio ſupra p. 365. A.

§ 134. (l. 29.) τῶν εὐπατριδῶν γένος] Patricios intellige, qui ex antiquis patriciis gentibus ac familiis nobilibus originem trahebant, ut docent Savilius ad Taciti Agricolam c. 9. & viri docti ad inſignem hunc locum Taciti XI. 2. Annal. *Iisdem diebus in numerum patriciorum adſcivit Cæſar* (Claudius) *vetuſtiſſimum quemque e Senatu*, (in quo multi etiam ex plebe & novi homines) *aut quibus clari parentes fuerant: paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverat; exhauſtis etiam, quas dictator Cæſar lege Caſſia, & princeps Auguſtus lege Sænia ſublegere.* In monumento Ancyrano Auguſtus ipſe: *Patriciorum numerum auxi Conſul quintum juſſu Populi & Senatus.*

§ 135. (l. 29.) τῆς βουλῆς ἐπιτρεψάσης] Senatu concedente. Ex quo vides, inquit Lipſius, SCtum aliquod fuiſſe ejus rei, ſive legem. Legibus nomina, a Conſulibus: & Conſul ſuffectus prioris anni, *L. Sænius*, in monumentis. Vertranium ergo, qui legem Sentiam apud Tacitum repoſuit, vel Vivem, qui Serviam, non audiemus.

§ 136. (l. 33.) ἐς τὴν ποίησιν τῶν παλαίων] Patricii ex antiquo inſtituto propria habebant jura auſpiciorum, multa etiam alia rite non niſi ab illis obeunda, quorum tamen alia jam cum plebejis vulgata erant. Singulatim patriciis Romulus tribuit ἱερᾶσθαι ſive ſacra facere, ut teſtatur Dionyſius Halicarn. lib. II. pag. 83.

§ 137. (l. 35.) τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν] Cauſſa interdicti, ne Senator vel Conſularis, armatam provinciam turbulentam longiusque diſſitam ingreſſus, rebus novis anſam dare, vel fovere illas atque robur eis addere valeret. vide Lipſium ad Taciti XII. 23. ubi Siciliæ etiam & Galliæ Narbonenſis mentio. Pitiſcus T. II. Lexici Antiquitatum Rom. p. 734. b. Dio infra p. 566. B.

§ 138. (l. 38.) Σικελίαν καὶ Γαλατίαν περὶ Νάρβωνα] Ambæ vicinæ proximæque Italiæ, & pridem pacatæ ante bella civilia Romani

A.U.C. 725 C. Cæs. V. & Sex. Apulejo COSS.

tatem, ac quia pacatæ sunt regiones, armisque vacant, etiam sine venia impetrata licet, quoties velint, senatoribus iis proficisci, qui aliquam ibi locorum habent possessionem. Ac quoniam multos etiamnum senatores, aliorumque ordinum homines, qui rebus Antonii studuerant, parum ipsi fidere animadvertebat, & ne quid novi machinarentur, verebatur: omnes se epistolas, in Antonii scriniis repertas, combussisse dixit. Nam re vera nonnullæ erant abolitæ, at plerasque summo studio adservabat, quibus in posterum uti haud dubitavit.

43. Carthaginem quoque denuo coloniam deduxit, quia Lepidus, quum partem ejus habitatoribus orbasset, jus coloniæ sustulisse videbatur. Antiochum Commagenum ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, legatum Romam missum dolo occidisset. Eum Antiochum in senatum adductum, damnatumque, interfecit. Capreas a Neapolitanis, quorum antiquitus erant, permutatione alius regionis redemit. Sita est hæc insula haud procul a Surrenta-na continente, ad nullam quidem rem utilis; nomen tamen adhuc hodie propterea, quod ibi habitavit Tiberius, obtinens. Hæc fere sunt, quæ id temporis acciderunt.

τὴν περὶ Νάρβωνα, ὀυδαμόσε ἄλλοσε βουλευ]ῆ ἀποδημῆσαι ἔξεσιν. ἐκεῖσε γὰρ, διά τε τὸ σύνεγγυς, καὶ διὰ τὸ ἄοπλον τό, τε εἰρηναῖον τῶν ἀνθρώπων, δέδο]αι τοῖς γέ τι κε]ημένοις ἀυ]όθι, καὶ ἄνευ παραι]ήσεως, ὁσάκις ἂν ἐθελήσωσιν, ἀπιέναι. ἐπειδή τε πολλοὺς ἔτι καὶ τῶν βουλευ]ῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὰ τοῦ Ἀν]ωνίου σπουδασάν]ων ὑπόπ]ως πρὸς ἀυ]ὸν διακειμένους ἑώρα, καὶ ἐφοβήθη μὴ νεοχμώσωσί τι, [139] πάν]α ἔφη τὰ γράμμα]α τὰ ἐν τοῖς κιβω]ίοις αὐτοῦ ἐυρεθέν]α κα]ακεκαυκέναι. καὶ ὡς ἀληθῶς γε διεφθάρκει τινά· τὰ γὰρ δὴ πλείω καὶ πάνυ ἐτήρει, ὥσε μηδ' ὀκνῆσαι ὕ]ερον ἀυ]οῖς χρήσα]αι.

Τοῦτό τε οὖν ὕ]ως ἐποίησε, καὶ [140] Καρχηδόνα ἐπαπῴκισεν, [241] ὅτι ὁ Λέπιδος μέρος τι αὐ]ῆς ἠρημώκει, καὶ διὰ τοῦτο [142] τὰ δίκαια τῆς ἀποικίας σφῶν λελυκέναι ἐδόκει. τόν τε [143] Ἀν]ίοχον τὸν Κομμαγηνὸν με]επέμψα]ο, ὅτι τινὰ [144] πρεσβευ]ὴν, ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐ]οῦ διαφόρου οἱ ὄν]ος κα]έν]α ἐς τὴν Ῥώμην, ἐδολοφόνησε, καὶ ἔς τε τὸ συνέδριον ἐσήγαγε, καὶ κα]αψηφισθέν]α ἀπέκ]ειν. καὶ [145] τὴν Καπρίαν παρὰ τῶν Νεαπολι]ῶν, ὥνπερ τὸ ἀρχαῖον ἦν, ἀν]ιδόσει χώρας ἠλλάξα]ο. κεῖται δὲ [146] οὐ πόῤῥω τῆς κα]ὰ Συῤῥεν]ὸν ἠπείρου, χερσὸν μὲν οὐδὲν, ὄνομα δὲ καὶ νῦν ἔτι [147] διὰ τὴν Τιβερίου ἐνοίκησιν ἔχουσα. [d] τότε μὲν ταῦτα ἐγένε]ο.

495

d τότε μὲν ταῦτα ἐγένε]ο. hæc sequentis libri initium constituunt apud RS. & HS. huc autem retulit L. non sine ratione.

Romani Juris provinciæ. Narbo civitas, a qua Galliæ Narbonensi nomen, deducta fuit colonia a Romanis A. U. C. 635. Γα]λία Ναρβωνησία inde dixerat Dio p. 326. C.

§ 139. (l. 47.) *πάν]α τὰ γράμμα]α*] Sic post Sextum Pompejum victum Augustus, *καὶ γραμμα]εῖα, ὅσα τῆς στάσεως σύμβο]α, ἔκαιε*, teste Appiano V. civil. p. 746. Idem a Julio Cæsare pridem & a Pompejo factum, ac deinde ab aliis, ut notavi ad p. 183. E.

§ 140. (l. 51.) *Καρχηδόνα*] De Carthagine per Julium Cæsarem prius instaurata, dictum ad p. 238. E. Quantopere autem aucta ab hoc tempore incrementis fuerit, notavit Anselmus Bandurius ad numos imperatorum T. II. p. 56. 66. 148. 151.

§ 141. (l. 52.) *ὅτι ὁ Λέπιδος*] Factum hoc a M. Æmilio Lepido, cum triumvir Africam obtinuisset p. 371. B. quæ Augusto prius tributa fuerat p. 326. B. & deinde Antonio p. 370. A. vide quæ Jo. Mercerus & Theodorus Marcilius, ad hæc verba Tertulliani c. 1. libri de pallio ad Carthaginienses: *post Gracchi obscœna omina, & Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeji aras, & longas Cæsaris moras, ubi mœnia Statilius Taurus impsuit, solemnia Sentius Saturnius enarravit.*

§ 142. (l. 53.) *τὰ δίκαια τῆς ἀποικίας σφῶν λελυκέναι*] Jura coloniæ sublata videbantur, quæ tanquam inimica vel in poenam a Lepido male tractata & colonis privata fuerat.

§ 143. (l. 54.) *Ἀν]ίοχον τὸν Κομμαγηνόν*] De hoc Antiocho Commagenes Syriæ rege dictum p. 2. B. p. 404. C. 405. B.

§ 144. (l. 55.) *πρεσβευ]ὴν, ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ*] Frater Antiochi Mithridates, cujus filio Mithridati deinde admodum puero Augustus regnum Commagenes attribuit, quod patrem illius Antiochus occidisset, infra p. 526. D.

§ 145. (l. 59.) *τὴν Καπρίαν παρὰ τῶν Νεαπολι]ῶν*] Sueton. c. 92. *Apud insulam Capreas veterrimæ ilicis demissos jam ad terram languentesque ramos convaluisse adventu suo lætatus est, ut eas cum Repub. Neapolitanorum permutaverit, Ænaria data.* Secessu illius insulæ paullo ante obitum delectatum, idem docet c. 98. sicut Tiberium postea, Dio infra p. 623. E. Erudite de illa Julius Cæsar Capaccius in antiquitatibus Campaniæ p. 114. sqq. T. IX. Thesauri Italiæ P. III. Ænaria insula antea dictæ Pithecusæ, & apud Homerum Inarimæ. Pithecusas vocat etiam Strabo, ubi idem factum ab Augusto narrat. V. p. 248. *αἱ Κάπρεαι δύο πολίχνας ἔχον τὸ παλαιὸν, ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται δὲ καὶ τα]την κα]έσχον. πολέμῳ δὲ ἀποβαλόν]ες τὰς Πιθηκούσας, ἀπέλαβον πάλιν, δόν]ος αὐ]οῖς Καίσαρος τοῦ Σεβασ]οῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κλίσμα καὶ κα]οικοδομήσαν]ος.* De Repub. Neapolitanorum adeundus vir eruditiss. Th. Reinesius lib. III. Variar. Lection. 16. qui p. 591. Ænariam & Pithecusas calami lapsu tanquam diversas distinguit.

§ 146. (l. 61.) *οὐ πόῤῥω τῆς κα]ὰ Συῤῥεν]ὸν ἠπείρου*] Tacitus IV. 67. Annal. Capreas vocat insulam, *trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disjunctam.* Strabo lib. I. p. 17. *ἀγκών τις ἐγκα]αι μακρὸς καὶ στενὸς ἀπὸ τῶν κα]ὰ Σῠῤῥεν]ὸν χωρίων ἐπὶ τὸν κα]ὰ Καπρέας πορθμόν.* Surrentum civitas hodieque celebris in Campania sive terra Laboris in regno Neapolitano, Archiepiscoporum sedes, de quibus Ferdinandus Ughellus T. VI. Italiæ Sacræ.

§ 147. (l. 62.) *διὰ τὴν Τιβερίου ἐνοίκησιν*] De hac infra pag. 623.

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ

LIBER QUINQUAGESIMUS TERTIUS.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ πεντηκοστῷ τρίτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς ὁ τοῦ Ἀπόλλωνος ναὸς ἐν τῷ παλατίῳ καθιερώθη.

Ὡς Καῖσαρ ἐδημηγόρησεν ἐν τῇ γερουσίᾳ, ὡς τῆς μοναρχίας ἀφισάμενος, καὶ μετὰ τοῦτο τὰ ἔθνη πρὸς αὑτὴν ἐνείμαλο.

Περὶ τῆς καλαστάσεως τῶν ἀρχόντων τῶν ἐς τὰ ἔθνη πεμπομένων.

Ὡς Καῖσαρ Αὔγουστος ἐπεκλήθη.

Περὶ τῶν ὀνομάτων, ὧν οἱ αὐτοκράτορες λαμβάνουσιν.

Ὡς τὰ Σεπλὰ καθιερώθη.

pauci, qui eius animum norant, ideoque adstipulabantur; reliqui aut suspicabantur, quo hæc consilio dicta essent, aut fidem iis habebant; utrique juxta admirabantur, alteri quidem artificium Cæsaris, alteri propositum; alteri eius versutiam, alteri mutatum animum ægre ferebant. Jam enim extiterant, qui popularem reipublicæ formam, ut turbulentam, odissent, ac mutationem ejus approbarent, Cæsarisque imperio delectarentur. Ex his diversis affectionibus eadem tamen omnium sententia profecta est. Nam neque qui credebant eum ex animi sententia locutum, gaudere poterant; quod eos, qui sincere ea dici optassent, metus; qui noluissent, spei suæ jactura a lætitia retinebat: neque qui fidem orationi non habebant, eum reprehendere aut coarguere ausi sunt; partim quod metuerent, partim quod nollent id facere. Itaque cum fidem ei habere omnes, vel cogerentur, vel certe simularent se id facere, laudare tamen ejus orationem hinc ausi non sunt, hinc noluerunt: sed & frequenter dicenti adhuc occlamarunt, & ubi peroravit, multis omnes eum verbis precati sunt, ut solus imperii summam gereret: omnibusque ad persuadendum adductis argumentis, tandem eo compulerunt, ut principatum solus retineret. Tunc statim futuris ejus stipatoribus, quo accuratiori custodia nimirum munitus esset, duplex ejus, quod reliquis militibus pendebatur, stipendium decretum est. Tam vere scilicet regnum deponere cupierat.

Τὴν μὲν οὖν ἡγεμονείαν τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ παρὰ τῆς γερουσίας τοῦ τε δήμου ἐβεβαιώσατο. βουληθεὶς δὲ δὴ καὶ ὡς δημοτικός τις εἶναι δόξαι, τὴν μὲν φρουρίδα τήν τε προσασίαν τῶν κοινῶν πᾶσαν, ὡς καὶ ἐπιμελείας τινὸς δεομένων, ὑπεδέξατο· οὔτε δὲ πάντων αὐτὸς τῶν ἐθνῶν ἄρχειν, οὔθ' ὅσων ἂν ἄρξῃ, διαπαντὸς τοῦτο ποιήσειν ἔφη· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀθενέστερα, ὡς καὶ εἰρηναῖα καὶ ἀπόλεμα, [y] ἀπέδωκε τῇ βουλῇ· [46] τὰ δ' ἰσχυρότερα, ὡς καὶ σφαλερὰ καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ ἤτοι πολεμίους τινὰς προσοίκους ἔχοντα, ἢ καὶ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ μέγα τι νεωτερίσαι δυνάμενα, κατέσχε· λόγῳ μὲν, ὅπως ἡ μὲν γερουσία ἀδεῶς τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς [z] καρπῷτο, αὐτὸς δὲ τούς τε πόνους καὶ τοὺς κινδύνους ἔχοι· ἔργῳ δὲ, ἵνα ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐκεῖνοι μὲν [a] καὶ ὅπλοις καὶ ἅμαχοι ὦσιν, αὐτὸς δὲ δὴ μόνος καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ. καὶ ἐνομίσθη διὰ ταῦτα [47] ἡ μὲν Ἀφρικὴ καὶ ἡ Νουμιδία, ἥ τε Ἀσία [48] καὶ ἡ Ἑλλὰς μετὰ τῆς Ἠπείρου, καὶ τὸ

12. Quum autem hoc modo, tam a senatu, quam a populo, confirmatum sibi haberet imperium, ac nihilominus popularis videri vellet: recepit hoc quidem in se, ut sollicite publicis negotiis præesset, quod ea curæ diligentis indigerent, sed nolle se provinciis omnibus imperare dixit, aut quas regendas sumpsisset, in perpetuum gubernare: ideoque infirmiores, nimirum quia essent pacatiores & bello vacuæ, senatui restituit: potentiores provincias, ut quæ plus damni & periculi ostenderent, ac vel hostes accolas haberent, vel novos per se ipsæ motus, eosque magnos, ciere possent, sibi retinuit. Id faciebat sub hac specie, ut senatus optimis imperii partibus tuto perfrueretur, ipse laboribus & periculis objectus videretur. At sub hoc prætextu senatum vere inermem imbellemque efficiebat, & ad se solum arma militesque transferebat. Hac de causa senatui populoque Africa, Nu-

s μετανοίᾳ. addit αὐτοῦ, V. a. quod tamen ex antecedentibus facile est mente repetere, & elegantius omittitur.
t δημοκρατικὸν. -ita & Xiph. quanquam Coisl. & Br. δημοτικὸν exhibent.
u αὐταρχῆσαι. μοναρχῆσαι, V. b. sed illud etiam Xiph. & Z. habent.
x ψηφισθῆναι. δοθῆναι, Xiph.
y ἀπέδωκε τῇ βουλῇ. verba τῇ βουλῇ suppeditavit Xiph. & Z. p. 532. D. quæ male ex codicibus Dionis excidisse videntur, quia *reddi* haud temere dicitur aliquid, nisi addatur, *cui*. & statim post Dio τὴν γερουσίαν Cæsari ipsi in administratione provinciarum bis opponit. vide & p. 504. A.
z καρπῷτο. sic & Z. at καρπῶνται, Xiph. statim ἔχοι ex editione RS. revocavi, pro ἔχῃ, quod HS. & L. habent, illud enim forma convenit magis cum præcedenti καρπῷτο.
a καὶ addidi ex Xiph. & Z.

§ 47. (l. 79.) ἡ μὲν Ἀφρικὴ καὶ ἡ Νουμιδία ἥ τε Ἀσία] Hæ duæ provinciæ proconsulares, ceteræ deinceps prætoriæ. Idem Strabo, eodem loco in extremo libri ultimi: ἀλλ' ἐν ἀρχαῖς τε διέθηκε ποιήσας ὑπαλπικὰς μὲν δύο· Λιβύην μὲν, ὅση ὑπὸ Ῥωμαίοις (ἔξω τῆς ὑπὸ Ἰούβᾳ μὲν πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαίῳ τῷ ἐκείνου παιδὶ) καὶ Ἀσίαν τὴν ἐντὸς Ἅλυος καὶ τοῦ Ταύρου, πλὴν Γαλατῶν καὶ τῶν ὑπὸ Ἀμύντου γενομένων ἐθνῶν, ἔτι δὲ Βιθυνίας καὶ τῆς Προποντίδος. Noster infra p. 505. C. 525. D.

§ 48. (l. 80.) καὶ ἡ Ἑλλὰς] Quæ sequuntur provinciæ decem prætoriæ, ita a Strabone designantur: 1) ἡ ἐντὸς Ἰβερία λεγομένη, ὅση ἐπὶ τὸν Βαίτην ποταμὸν καὶ τὸν Ἄναν. 2) τῆς Κελτικῆς ἡ Ναρβωνῖτις. Hujus Dio non meminit, quia pro ea & Cypro Dalmatiam deinde senatui populoque dedit Augustus.

A.U.C. 727 Cæs. VII. & M. Agrippa III. COSS.

Numidia, Asia, & cum Epiro Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta cum Libya Cyrenaica, Bithynia cum Ponto finitima, Sardinia atque Hispania Bætica, adscriptæ sunt: Cæsari autem Hispaniæ quod reliquum erat, nempe Tarraconensis & Lusitania, tum omnis Gallia, & Narbonensis, & Lugdunensis, Aquitaniaque, & Celtici, cum iis populis, qui eorum coloni essent. Nam Celtæ quidam, quos Germanos vocamus, quum omnem Celticam regionem, quæ ad Rhenum est, occupassent, effecerunt, ut ea Germania vocaretur: superior altera, quæ a Rheni fontibus incipit; altera inferior, quæ ad Oceanum usque Britannicum porrigitur. Item Cœlesyria, Phœnice, Cilicia, Cyprus, Ægyptus: ex quibus tamen postea temporis Cæsar Cyprum ac Galliam Narbonensem populo reddidit, pro eisque Dalmatiam recepit; qualis permutatio etiam, velut in processu operis dicam, in aliis quibusdam provinciis est facta. Recensui autem provincias hoc modo, quoniam nunc earum quævis suum habet peculiarem præfectum, quum antiquitus binis vel ternis singuli præfuerint. Cæteras, quæ vel postea temporis demum a Romanis sunt subactæ, aut tum subactæ quidem jam fuerant, suis tamen, non Romanis legibus, adhuc utebantur, vel regibus concessæ fuerant, non recensui: quarum quæ post id tempus sub Romanam ditionem pervenerunt, rerum pro tempore potienti accesserunt. Hoc modo divisæ fuerunt provinciæ.

τὸ Δαλματικὸν, τό, τε Μακεδονικὸν, καὶ Σικελία, Κρήτη τε μετὰ Λιβύης τῆς περὶ Κυρήνην, καὶ Βιθυνία μετὰ τοῦ προσκειμένου οἱ Πόντου, Σαρδώ τε καὶ Βαιτική, τοῦ τε δήμου καὶ τῆς γερουσίας ἔναγ· [49] τοῦ δὲ δὴ Καίσαρος, [50] ἥ τε λοιπὴ Ἰβηρία, ἥ τε περὶ Ταρράκωνα, καὶ ἡ Λυσιτανία, καὶ Γαλάται πάντες, [51] οἵ τε Ναρβωνήσιοι καὶ οἱ Λουγδουνήσιοι, Ἀκυϊτανοί τε καὶ Κελτικοὶ, αὐτοί τε καὶ [b] οἱ ἄποικοι σφῶν. [52] Κελτῶν γάρ τινες, οὓς δὴ Γερμανοὺς καλοῦμεν, πᾶσαν τὴν πρὸς τῷ Ῥήνῳ Κελτικὴν καταοχόντες, Γερμανίαν ὀνομάζεσθαι ἐποίησαν, τὴν μὲν ἄνω, τὴν μετὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ πηγάς· τὴν δὲ, κάτω, τὴν μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ τοῦ Βρεττανικοῦ ὄυσαν. ταῦτά τε οὖν, καὶ ἡ Συρία ἡ κοίλη καλουμένη, ἥ τε Φοινίκη καὶ Κιλικία, καὶ Κύπρος, καὶ Αἰγύπτιοι, ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος μερίδι τότε ἐγένοντο. ὕστερον γὰρ τὴν μὲν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα τῷ δήμῳ ἀπέδωκεν, αὐτὸς δὲ τὴν Δαλματίαν ἀντέλαβε. [53] καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἐπ' ἄλλων ἐθνῶν μετὰ ταῦτα ἐπράχθη, ὥς που καὶ ἡ διέξοδος τοῦ λόγου δηλώσει. ταῦτα δὲ οὕτω καὶ ἐλέξα, ὅτι νῦν χωρὶς ἕκαστον αὐτῶν ἡγεμονεύεται. ἐπεὶ τό γε ἀρχαῖον καὶ ἐπὶ πολὺ καὶ [54] σύνδυο καὶ σύντρια τὰ ἔθνη ἅμα ἤρχετο. τῶν δὲ δὴ λοιπῶν οὐκ ἐμνημόνευσα, ὅτι [55] τὰ μὲν ὕστερον αὐτῶν προσεκτήθη, τὰ δὲ, εἰ καὶ τότε ἤδη ἐκεχείρωτο, ἀλλ' οὗτοι γε καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἤρχετο, ἀλλ' ἢ αὐτόνομα ἀφεῖτο, ἢ καὶ [56] βασιλείαις τισὶν ἐπετέτραπτο· καὶ αὐτῶν ὅσα μετὰ τοῦτο ἐς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀφίκετο, τῷ ἀεὶ κρατοῦντι προσετέθη. τὰ μὲν οὖν ἔθνη οὕτω διηρέθη.

13. Cæsar quo longius Romanos a suspicione regiæ potestatis sibi propositæ abduceret, imperium

Βουληθεὶς δὲ καὶ ὡς ὁ Καῖσαρ πόρρω σφᾶς ἀπαγαγεῖν τοῦ τι μοναρχικὸν φρονεῖν δοκεῖν, [57] ἐς δέκα

[b] οἱ ἄποικοι. οἱ ἔποικοι, V.a. perperam.

Augustus. infra p. 504. A. 3) Σαρδὼ μετὰ Κύρνου. Mirum est, a Pausania in Achaicis c. 17. p. 564. tradi, Neronem demum populo Rom. Sardiniam provinciam permisisse, permutatam cum Græcia. Nam & Græciam & Sardiniam inter populares jam diserte numerant Strabo ac Dio. Conf. Lipsium ad Taciti XV. 36. & de provinciis Asiaticis Henric. Noris ad Cenotaphia Pisana Diss. II. c. 11. p. 205. sqq. 4) Σικελία. 5) Ἰλλυρὶς ἡ πρὸς τῇ Ἠπείρῳ. 6) Μακεδονία. Hanc cum Achaja ad suam deinde curam Tiberius transtulit, 637. D. sed Claudius reddidit senatui p. 680. E. 7) Ἀχαΐα μέχρι Θετταλίας καὶ Αἰνιάνων καὶ Ἀκαρνάνων καὶ τινων Ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν ὅσα τῇ Μακεδονίᾳ προσώρισο. vide infra p. 567. B. 637. D. 8) Κρήτη μετὰ τῆς Κυρηναίας. Hæc enim apud Dionem quoque conjungenda. vide Scipionis Maffeji Antiquitates Gallicas p. 7. & Hieron. Aleandrum de suburbicariis regionibus p. 148. Dionem infra p. 611. C. 9) Κύπρος, cujus apud Dionem hoc loco non fit mentio, quia Augustus illam Galliamque Narbonensem cum Dalmatia deinde permutavit p. 504. A. 523. B. 10) Βιθυνία μετὰ τῆς Ποντικῆς καὶ τοῦ Πόντου τινῶν μερῶν.

§ 49. (l. 85.) τοῦ δὲ δὴ Καίσαρος] Ceteras provincias nominetenus non referens Strabo, tantum subjungit hæc verba, quibus totum opus suum concludit: τὰς δὲ ἄλλας ἐπαρχίας ἔχει Καῖσαρ· ὧν εἰς ἃς μὲν πέμπει τοὺς ἐπιμελησομένους ὑπατικοὺς ἄνδρας, εἰς ἃς δὲ στρατηγικούς, εἰς ἃς δὲ καὶ ἱππικούς. Καὶ βασιλεῖς δὲ καὶ δεκαρχίαι καὶ δυνάσται τῆς ἐκείνου μερίδος καὶ εἰσὶ καὶ ὑπῆρξαν ἀεί. Non fuisse provinciam, excepta duntaxat Africa & Sardinia, quam Augustus non adierit, opinatur Suetonius c. 47. De Gallia p. 533. D. & Hispania Britanniaque, infra p. 512. A. de Sicilia & cæteris p. 524. C. 525. C. 535. A.

§ 50. (l. 85.) ἥ τε λοιπὴ Ἰβηρία] Onufrius Panvinius in Imperio Romano provincias Augusti in XIV. Diœceses numerat distinctas hoc modo. 1) Hispania Lusitanica. 2) Hispania Tarraconensis. 3) Gallia Aquitanica. 4) Gallia Lugdunensis, alias Celtica. 5) Gallia Belgica & Germania. 6) Pannonia, Noricum, Vindelicia & Rhætia. 7) Mœsia, in qua Dardani, Thraces & Daci. 8) Dalmatia & Illyrici pars. 9) Alpes maritimæ. 10) Cilicia, Isauria & Lycaonia. 11) Galatia, Pamphylia & Pisidia (Lycios enim liberos reliquit.) 12) Syria, Armenia minor, Mesopotamia, & Oriens omnis usque ad Euphratem. 13) Ægyptus & Arabiæ pars, & 14) Italia omnis a freto Siculo ad Alpes. De his videndus Carolus Sigonius libris de antiquo jure Italiæ & Provinciarum T. II. Thesauri Græviani.

§ 51. (l. 87.) οἵ τε Ναρβωνήσιοι] Galliam Narbonensem deinde populo reddidisse Augustum, Dio notat p. 504. A. 523. B. una cum Cypro. Adde Valesium ad Excerpta Peiresciana p. 102.

§ 52. (l. 89.) Κελτῶν τινες] De Celtarum nomine Gallis communi Germanisque, dictum p. 114. A. Germaniæ superioris mentio iterum p. 564. B. Hanc vero distinctionem Germaniæ, qualis hic describitur, non de Dionis, sed de Augusti temporibus intelligendam esse, pulchre docet V. C. Christophorus Cellarius Geographiæ antiquæ lib. II. c. 3. p. 370.

§ 53. (l. 99.) καὶ τοῦτο μὲν ἐπ' ἄλλων ἐθνῶν] Suetonius c. 47. *& tamen nonnullas* (provincias) *commutavit interdum, atque ex utroque genere plerasque sæpius adiit.* Nec minorem curam earum quæ populi erant gessisse, docet Dio p. 525. D. Dalmatiam quoque, quam populo reliquerat, sibi vindicasse p. 545. B.

§ 54. (l. 4.) σύνδυο καὶ σύντρια] Ut Hispaniæ utrique Procos. Pompejus, Galliæ Cisalpinæ & Transalpinæ Illyricoque & Dalmatiæ C. Cæsar.

§ 55. (l. 5.) τὰ μὲν ὕστερον] Provinciæ post victoriam Actiacam additæ fuere Rhætia, Noricum, Pannonia, Mœsia, Dacia, Britannia, Mauritania Cæsariensis sive Tingitana, Ægyptus, Cappadocia, Galatia, Rhodus, Lycia, Comagene, Judæa, Arabia, Mesopotamia, Armenia & Assyria, de quibus Onufrius in Imperio Romano apud Grævium T. I. Thesauri Antiquitatum Rom.

§ 56. (l. 8.) βασιλείαις τισὶν] Confer infra p. 514. C 526. D.

δέκα ἔτη τὴν ἀρχὴν τῶν δοθέντων οἱ ὑπέσχετο. τοσούτῳ τε γὰρ χρόνῳ καταστήσειν αὐτὰ ὑπέχετο, καὶ προσενεανιεύσατο, εἰπών, ὅτι ἂν καὶ θᾶττον ἠμερωθῇ, θᾶττον αὐτοῖς καὶ ἐκεῖνα ἀποδώσει. κἀκ τούτου πρῶτον μὲν αὐτοὺς τοὺς βουλευτὰς [58] ἑκατέρων τῶν ἐθνῶν, πλὴν Αἰγυπτίων, ἄρχειν κατέδειξεν· ἐκείνοις δὴ γὰρ καὶ μόνοις [59] τὸν ὠνομασμένον ἱππέα, δι' ἅπερ εἴπον, προσέταξεν. ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν καὶ [60] ἐπετησίους καὶ κληρωτοὺς εἶναι, πλὴν εἴ τῳ [61] πολυπαιδίας ἢ γάμου προνομία προσείη· καὶ ἔκ τε τοῦ κοινοῦ τῆς γερουσίας συλλόγου πέμπεσθαι, μήτε ξίφος παραζωννυμένους, μήτε [62] στρατιωτικῇ ἐσθῆτι χρωμένους· καὶ [63] ἀνθυπάτους καλεῖσθαι μὴ ὅτι τοὺς δύο τοὺς ὑπατευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, τῶν ἐστρατηγηκότων, [64] ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι, μόνον ὄντας· [65] ῥαβδούχοις τε σφᾶς ἑκατέρους, ὅσοις περ καὶ ἐν τῷ ἄστει νενόμισται, χρῆσθαι· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα, καὶ παραχρῆμα [66] ἅμα τῷ ἔξω τοῦ πωμηρίου γενέσθαι, προστίθεσθαι, καὶ διαπαντὸς μέχρι ἂν ἀνακομισθῶσιν, ἔχειν ἐκέλευσε. [67] τοὺς δὲ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι, καὶ [68] πρεσβευτὰς [c] αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε. τῶν γὰρ δὴ δύο τούτων ὀνομάτων ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἀνθησάντων, τὸ μὲν τοῦ στρατηγοῦ, τοῖς αἱρετοῖς, ὡς καὶ τῷ πολέμῳ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου προσῆκον, ἔδωκεν, ἀντιστρατήγους σφᾶς προσειπών· τὸ δὲ δὴ τῶν ὑπάτων, τοῖς ἑτέροις, ὡς καὶ εἰρηνικωτέροις, [69] ἀνθυπάτους αὐτοὺς ἐπικαλέσας. αὐτὰ μὲν γὰρ τὰ ὀνόματα, τό, τε τοῦ στρατηγοῦ καὶ τὸ τοῦ ὑπάτου, [69] ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἐτήρησε, τοὺς δὲ ἔξω πάντας, ὡς καὶ ἀντ' ἐκείνων ἄρχοντας

rium in suas provincias decennale suscepit, intra quod tempus eas se redacturum in ordinem promittebat; hoc quoque per jactantiam quandam juvenilem addito, se si breviori etiam spatio eas pacare posset, eo citius has itidem senatui redditurum. Deinde utriusque generis provinciis senatores præfecit; soli Ægypto equestris dignitatis virum supra laudatum, ob eas, quæ sunt commemoratæ, causas. Hinc & annuas esse illorum præfecturas, eosque sorte legi jussit; nisi quis multitudinis liberorum, aut nuptiarum ratione singulare beneficium meruisset: utque de communi senatus concilio mitterentur, neque gladio accincti, neque militari habitu utentes. Proconsules autem dici voluit, non modo duos illos qui consules fuissent, sed etiam alios, qui præturam modo vel gessissent, vel inter prætorios etiam relati tantum fuissent. Utque lictores utrisque tot, quot in urbe permissum est legibus habere, adessent: ut imperii insignia, statim atque extra pomœrium venissent, adsumerent; & usque ad reditum in urbem iis uterentur. Cæteros a se ipso deligendos, ac legatos suos & proprætores adpellandos, licet e numero consularium essent, statuit. Nam quum hæc ambo nomina diu admodum in populari reipublicæ forma floruissent, prætoris inquam & consulis; prætoris nomine, ut bellis maxime ab antiquis inde temporibus conveniente, a se delectos insignivit, proprætores eos nuncupans: consulum appellatione reliquos, ut paci propinquiores affecit, proconsules dicens. Ipsa autem nomina prætorum & consulum in Italia

A.U.C. 727 Cæs. VII. & M. Agrippa III. COSS.

c αὐλοῦ. αὐλοὺς, V. b.

§ 57. (l. 13.) ἐς δέκα ἔτη] Hæc origo celebratorum deinde Cæsaribus decennaliorum, de quibus Antonius Pagi in Diss. Hypatica p. 83. sqq. & ante eum Norisius in Diss. Chronologica de votis decennalibus, quæ prodiit Patavii 1676. fol. & recusa est T. I. Thesauri Sallengriani.

§ 58. (l. 19.) ἑκατέρων τῶν ἐθνῶν] Senatorios viros præfecit primum Augustus, non modo illis provinciis quas populo reddiderat, sed & his quas veluti operosiores minusque tutas sibi servaverat. Mox non dubitavit in equites etiam conferre provinciarum administrationem. Inde equitum mentio p. 505. A. D. 506. B. ex Mæcenatis consilio p. 481. B.

§ 59. (l. 20.) τὸν ὠνομασμένον ἱππέα] Cornelium Gallum. vide dicta ad p. 455.

§ 60. (l. 22.) ἐπετησίους καὶ κληρωτούς] Sortito permissarum ab Augusto provinciarum mentio etiam apud Sueton. c. 47. Annuam dignitatem esse passus fuit initio ex usu veteris Reipub. sed id postea mutavit & plures annos continuari jussit, sicut suaserat etiam Mæcenas p. 479. E. & in præfectis provinciarum suarum sive legatis suis statim ἐπὶ πλέω καὶ ἐνιαυτοῦ χρόνον, ἐφ' ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξοι, ἄρχειν ἐποίησε p. 505. A.

§ 61. (l. 23.) πολυπαιδίας ἢ γάμου] Inter ἆθλα sive præmia juraque constituta nuptias contrahentibus, & plurium parentibus liberorum, de quibus p. 531. E. & 576. D. mentio, optarem Dio planius expressisset, qualenam ille privilegium hoc loco intelligeret: numquid iis, qui facturi essent nuptias, fuerit integrum se excusare: vel si in beneficii loco habeatur præesse provinciæ, iis qui plures educassent liberos, eadem in plures annos continuaretur. [Posterius probabile]

§ 62. (l. 26.) στρατιωτικῇ ἐσθῆτι] Paludamento. Qui cum imperio adibant provincias, cincti gladio & paludati cum lictoribus & cæteris imperii insignibus incedebant. Augustus autem voluit, præsides provinciarum, quas populo reddiderat, jus dicere rogatos, instar magistratuum urbicorum. Jus enim gladii & imperium in milites nullum illis concessum. De jure gladii & στρατιωτικῇ στολῇ legatis Cæsaris permissa, infra p. 505. A. vide etiam Nicolaum Antonium de exilio lib. II. c. 26. & 27.

§ 63. (l. 27.) ἀνθυπάτους μὴ ὅτι τοὺς ὑπατευκότας] Probe notandum, Proconsules dictos esse provinciarum præsides sorte ductos e senatu, etiam prætorios, quique non fuissent consules, & qui non proconsulari sed prætoriæ provinciæ præessent. Atque hoc sensu Suetonius Augustum *proconsulibus* sortito permisisse provincias scribit c. 47. Etiam duumviros municipiorum dictos fuisse ἀνθυπάτους persuasit sibi Joh. Harduinus ad Themistii Orationem XVII. p. 481. & in numis urbium illustratis, voce Ἀλκυονίων, quod vellem firmioribus argumentis vir doctus demonstrasset. Vicissim στρατηγὸς pro proconsule apud Strabonem III. p. 166.

§ 64. (l. 29.) ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι] Prætoriis decorati ornamentis, prætoriorum loco habebantur, ut consularium δι τιμαῖς ὑπατικαῖς κεκοσμημένοι, p. 318. C.

§ 65. (l. 30.) ῥαβδούχοις] Prætoribus lictores sex, Consulibus lictores duodecim cum fascibus & securibus anteibant. Itaque Augustus voluit, ut Asiæ præfecti & Africæ, utpote Consulares p. 505. C. duodecim lictoribus uterentur, ceterarum provinciarum omnium præsides, veluti prætorii, essent ἑξαπελέκεις. Conf. Ezech. Spanhemium Diss. X. magni operis de usu numismatum T. II. edit. novæ p. 106-114.

§ 66. (l. 32.) ἅμα τῷ ἔξω τοῦ πωμηρίου γενέσθαι] Intra urbem non nisi magistratibus urbicis lictores & cetera potestatis insignia habere concessum. vide dicta ad p. 120. A. 144. A. & 519. A.

§ 67. (l. 34.) τοὺς δὲ ἑτέρους] Præsides futuros provinciarum quas Augustus sibi servaverat.

§ 68. (l. 36.) πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους] Legatos Cæsaris non prætorios tantum sed etiam consulares appellari videas, ut apud Suetonium Tiberio c. 41. & communi cum cæteris vocabulo Præsides Provinciarum. vide Digesta lib. I. tit. 18. de officio Præsidis. Sic Procuratores Provinciarum Prætoriarum, eosdem etiam Præsides dictos probat Salmasius ad Spartiani Hadrian. c. 13.

§ 69. (l. 45.) ἐν τῇ Ἰταλίᾳ] Augusti exemplum paulo immutans Hadrianus diœceses octo Italiæ Consularibus commisit, duas Correctoribus, alias septem Præsidibus. vide

A.U.C.727 Cæſ. VII. & M. Agrippa III. COSS.

Italia Cæſar ſervavit: qui extra Italiam imperarent, ſic ab eo ſunt appellati, quaſi pro iis magiſtratus gererent. A ſe quidem deſignatis prætor nomen proprætorum hoc etiam tribuit, ut ultra annum eſſent cum imperio, quousque videlicet ipſi placuiſſet: ut veſte militari uterentur, & gladium gererent illi, quibus in milites animadvertendi jus eſſet. Neque enim ulli alii ſeu proconſuli, ſeu proprætori, ſeu procuratori principis gladium gerere permiſſum fuit, cui non etiam per leges necandi militis eſſet poteſtas. Nam non ſenatoribus modo, ſed & equitibus, quibus alterum hoc competit, illud quoque conceditur. Omnes vero proprætores, etiam qui non ſunt ex conſularibus, ſex utuntur lictoribus, nomenque ab hoc ipſo numero [ἑξαπελέκεις] habent. Utrique autem imperii inſignia, ſtatim atque venerint in provinciam ipſis deſtinatam, ſuſcipiunt: perfunctique ea, ſtatim deponunt.

14. Ad hunc itaque modum & his conditionibus decretum eſt, ut cum in Cæſaris, tum in reliquas provincias prætorii ac conſulares præſides mitterentur: eosque imperator interdum in quas viſum ipſi eſſet regiones, ac quando ipſi videretur, dimiſit: quin multi, etiamnum prætoram aut conſulatum obeuntes, provincias adminiſtrandas obtinuerunt; quod noſtro etiam tempore nonnunquam fit. Senatui vero, & ſpeciatim conſularibus Africam & Aſiam, prætoriis reliquas omnes provincias adſcripſit: utrisque autem ex æquo interdixit, ne ante quintum annum a geſto in urbe magiſtratu provincias ſortirentur. Aliquam diu quidem omnes ejusmodi viri, etiamſi plures eſſent provinciis, eas ſortiebantur: poſtea autem, quod nonnulli eorum male geſſiſſent magiſtratum ſuum, imperatori iſtæ quoque provinciæ ſunt adjectæ. Itaque his etiam ipſe quodammodo imperator

70 ἄρχοντας προσηγόρευσε. τῇ τε οὖν ἐπικλήσει τῇ τῶν ἀντιστρατήγων τοὺς αἱρετοὺς χρῆσθαι, καὶ 71 ἐπὶ δ' πλείω καὶ ἐνιαυτοῦ χρόνον, ἐφ' ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξοι, ἄρχειν ἐποίησε· 72 τήν τε στρατιωτικὴν c σολὴν φοροῦντας, καὶ ξίφος, οἷς γε καὶ στρατιώτας δικαιῶσαι ἔξεσιν, ἔχοντας. ἄλλῳ γὰρ οὐδενὶ οὔτε ἀνθυπάτῳ, οὔτε ἀντιστρατήγῳ, οὔτε ἐπιτρόπῳ, ξιφηφορεῖν δέδοται, ᾧ μὴ καὶ στρατιώτην τινὰ ἀποκτεῖναι ἐξεῖναι νενόμισαι. οὐ γὰρ ὅτι τοῖς βουλευτικοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν, οἷς τοῦθ' ὑπάρχει, καὶ ἐκεῖνο συγκεχώρηται. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχει. ἑαβδούχοις δὲ δὴ d ἓξ πάντες ὁμοίως οἱ ἀντιστράτηγοι χρῶνται· καὶ 73 ὅσοι γε οὐκ ἐκ τῶν ὑπατευκότων εἰσί, καὶ ὀνομάζονται e ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου· τά, τε τῆς ἡγεμονείας κοσμήματα, ὅταν ἐς τὴν προστεταγμένην σφίσι χώραν ἐσέλθωσιν, ἑκάτεροι ὁμοίως f ἀναλαμβάνουσι, καὶ ἐπειδὰν διάρξωσιν, εὐθὺς καταλιθεῖται.

Οὕτω μὲν καὶ ἐπὶ τούτοις ἔκ τε τῶν ἐστρατηγηκότων καὶ ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἄρχοντες ἀμφοτέρωσε πέμπεσθαι ἐνομίσθησαν. καὶ αὐτῶν ὁ μὲν αὐτοκράτωρ ὅποι τέ τινα καὶ ὁπότε ἤθελεν ἔστελλε· καὶ πολλοὶ καὶ στρατηγοῦντες καὶ ὑπατεύοντες ἡγεμονείας ἐθνῶν ἔσχον, ὅ γε νῦν ἔστιν ὅτε γίγνεται. τῇ δὲ δὴ βουλῇ, ἰδίᾳ μὲν τοῖς τε ὑπατευκόσι 74 τήν τε Ἀφρικὴν καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τοῖς ἐστρατηγηκόσι τὰ λοιπὰ πάντα ἀπένειμε. κοινῇ δὲ δὴ πᾶσιν αὐτοῖς ἀπηγόρευσε, 75 μηδένα πρὸ πέντε ἐτῶν μετὰ τὸ ἐν τῇ πόλει ἄρξαι κληροῦσθαι. καὶ χρόνῳ μέν τινι πάντες οἱ τοιοῦτοι, εἰ καὶ πλείους τῶν ἐθνῶν ἦσαν, ἐλάγχανον αὐτά· ὕστερον δὲ, ἐπειδή τινες αὐτῶν οὐ καλῶς ἦρχον, τῷ αὐτοκράτορι καὶ h ἐκεῖνοι προσετέθησαν· καὶ οὕτω καὶ τούτοις αὐτὸς τρόπον τινὰ τὰς ἡγεμονείας δίδωσιν. ἰσαρίθμους τε γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ὁῦς

d πλέω καὶ ἐνιαυτοῦ. lege πλεῖω ἢ ἐνιαυτοῦ, X. *e* σολὴν φοροῦντας. σκευὴν φοροῦντας, V. a. ceterum φρουροῦντας habet RS. quod jam correctum a Xyl. per φοροῦντας, ſicut & HS. & L. exſcribi juſſerunt. *f* ἓξ. ita pro πέντε audacter, ut ait Xylander, legendum: quia vel pueri ſciunt, prætorum fuiſſe ſex lictores, ut conſulum duodecim. atque inde prætores ἑξαπελέκεις dicti a Polybio, quo tendit Dio in ſequentibus: καὶ ὀνομάζονται ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου. nunquam autem πενταπελέκεις dicti, ſed ἑξαπελέκεις, niſi forte hoc ipſum nomen hic excidit. Video tamen Lipſium Excurſu M. ad Taciti Annal. I. πέντε tueri de legatis qui Conſulatum nondum geſſiſſent, & Proconſulibus ſex lictores tribuere. ſed vide Spanhem. de U. N. II. p. 114. Ceterum ἀπ' αὐτοῦ, non ἐπ' αὐτοῦ, ut RS. excudit, ſcribunt, jubente Xylandro, HS. & L. qui tamen illud ἓξ recipere nondum auſi ſunt. mox προστεταγμένην, male, RS. *g* ἀναλαμβάνουσι. ſic V. a. b. melius, ut arbitror, quam vulgo, ἀντιλαμβάνουσι. *h* ἐκεῖνοι. ἐκεῖνα, ſcilicet ἔθνη, Xyl. quod receperant jam HS. & L. ſed ἐκεῖνοι, RS. V. a. b. quod melius cohæret cum ſequentibus, ὕτω καὶ τούτοις ἡγεμονείας δίδωσιν. intelliguntur οἱ λαγχάνοντες τὰ ἔθνη. igitur lectionem codicum MSS. revocavi.

Onufrii Panfinii Imperium Romanum c. 23. T. I. Theſauri Græviani. Poſtea etiam aliarum provinciarum præſides venerunt Conſularium nomine, ut oſtendit Jo. Frid. Gronovius monobiblo obſervationum in Scriptores eccleſiaſticos c. 21. p. 226. ſq.

§ 70. (l. 47.) ἄρχοντας] Generale hoc nomen, Magiſtratum quemcunque, ἐπίτροπον ac Procuratorem poteſtate gaudentem, Præfectumque ac Præſidem denotans. vide notas Godfridi Olearii τοῦ μακαρίτου ad Philoſtratum p. 13. 18. & 196. Infra p. 505. B. ἔκ τε τῶν ἐστρατηγηκότων καὶ ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἄρχοντες ἀμφοτέρωσε πέμπεσθαι ἐνομίσθησαν.

§ 71. (l. 49.) ἐπὶ πλείω καὶ ἐνιαυτοῦ χρόνου] Ita ſuaſerat Mæcenas p. 479. E. & tangit Suetonius, provincias validiores annuis magiſtratuum imperiis regi nec facile nec tutum fuiſſe notans c. 47.

§ 72. (l. 50.) τὴν στρατιωτικὴν σολὴν καὶ ξίφος] Paludamentum, ſive pallium ſuper thoracem vel loricam geſtari ſolitum, χλαμυδοειδὲς e cocco, cujus iconem e veteribus monumentis dat Lipſius lib. II. de militia Romana dialogo 12. vide etiam columnam Trajani edit. Ciaconianæ n. 87. Ceterum inſignis etiam eſt hic locus de jure gladii geſtare conceſſi nemini, niſi qui cum mero imperio eſſet, & jus capitali ſupplicio animadvertendi in milites (ſaltim gregarios, ſupra p. 479.) & quosvis facinoroſos homines haberet. Conf. Ezech. Spanhemium T. II. de uſu numismatum edit. novæ p. 113.

§ 73. (l. 59.) ὅσοι γε οὐκ ἐκ τῶν ὑπατευκότων] Proconſulares provincias duas eſſe Auguſtus juſſerat, Aſiam Africamque. infra C. Harum igitur Rectoribus, Proconſulibus, non ſex tantum ut Proprætoribus cæteris, licet & ipſi dicerentur Proconſules, ſed duodecim faſces conceſſi. Nam proprætoribus pariter & proconſulibus tot permiſerat in provinciis ſuis lictores, quot in urbe Conſules aut Prætores utebantur, ut dictum p. 504. D. Hucque viri docti referunt locum S. Cypriani Epiſt. XXXVII. ad Moyſen & Maximum presbyteros. *Erant nunc Magiſtratus & Conſules ſive Proconſules, annuæ dignitatis inſignibus, & duodecim faſcibus glorientur.* De viro prætorio qui ad reſtituendas terræ motu collapſas Aſiæ civitates miſſus eſt a Tiberio cum quinque lictoribus, vide p. 614. D.

§ 74. (l. 73.) τήν τε Ἀφρικὴν καὶ τὴν Ἀσίαν] Has duas provincias proconſulares eſſe juſſas ab Auguſto, notavit etiam Strabo in extremo libri ultimi, cujus verba dedi ad p. 503. Minus

ὃυς ἂν ἐθελήσῃ, κληροῦσθαι κελεύει. [i] αἱρεθούς
[76] τέ τινες καὶ ἐκεῖσε ἔπεμψαν· καὶ ἐπὶ πλείω
ἐνιαυτοῦ χρόνον ἔσιν οἷς ἄρξαι ἐπέτρεψαν· καί
τινες καὶ ἱππεῦσιν ἀντὶ τῶν βουλευτῶν ἔθνη τι-
νὰ προσέταξαν. ταῦτα μὲν οὕτω τότε περὶ
τοὺς βουλευτὰς, τούς γε καὶ [77] θανατοῦν τοὺς
ἀρχομένους ἐξουσίαν ἔχοντας, ἐνομίσθη. πέμ-
πουσι γὰρ καὶ οἷς οὐκ ἔξεστι τοῦτο, ἐς μὲν
τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς λεγόμενα ἔθνη,
[78] οἵ τε [k] ταμιεύοντες, ὃυς ἂν ὁ κλῆρος ἀπο-
δείξῃ, καὶ [79] οἱ [k] παρεδρεύοντες τοῖς τὸ κῦ-
ρος τῆς ἀρχῆς ἔχουσιν. οὕτω γὰρ ἂν ὀρθῶς
αὐτοὺς, οὐ πρὸς τὸ ὄνομα, ἀλλὰ πρὸς τὴν
πρᾶξιν, ὥσπερ εἶπον, καλέσαιμι, ἐπεὶ οἵ γε
ἄλλοι πρεσβευτὰς καὶ τούτους ἑλληνίζοντες ὀνομά-
ζουσι· καὶ περὶ μὲν τῆς ἐπικλήσεως ταύτης ἀρ-
κούντως ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴρηται. τοὺς δὲ
δὴ παρέδρους αὐτὸς ἑαυτῷ ἕκαστος αἱρεῖται, ἕνα
μὲν οἱ ἐστρατηγηκότες, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων σφί-
σιν, ἢ καὶ τῶν ὑποδεεστέρων· τρεῖς δὲ, οἱ
ὑπατευκότες, ἐκ τῶν ὁμοτίμων, ὃυς ἂν καὶ
ὁ αὐτοκράτωρ δοκιμάσῃ. [l] ἐκαινοτομήθη μὲν
γάρ τι καὶ καθ' τούτους, ἀλλ' ἐπειδὴ ταχὺ
ἐπαύσατο, ἀρκέσει τότε αὐτὸ λεχθῆναι.

Περὶ μὲν οὖν τὰ τοῦ δήμου ἔθνη ταῦθ' οὕτω
γίγνεται. πέμπουσι δὲ καὶ ἐς τὰ ἕτερα, τὰ
τοῦ τε αὐτοκράτορος ὀνομαζόμενα, καὶ [80] πολιτικὰ
στρατόπεδα πλείω ἑνὸς ἔχοντα, οἱ ὑπάρξοντες
σφῶν, ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου, τὸ μὲν πλεῖσον ἐκ
τῶν ἐστρατηγηκότων, ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν τετα-
μιευκότων ἢ καὶ ἄλλην τινὰ [81] ἀρχὴν τῶν διὰ μέ-
σου ἀρξάντων, αἱρούμενοι. τῶν μὲν δὴ οὖν
βουλευόντων ταῦτα ἔχεται. ἐκ δὲ δὴ τῶν ἱπ-
πέων τούς τε χιλιάρχους, [82] καὶ τοὺς βουλεύσαντας,
καὶ [m] τοὺς λοιποὺς, ὧν περὶ τῆς διαφορᾶς [83] ἄνω
μοι τοῦ λόγου προείρηται, αὐτὸς ὁ αὐτοκράτωρ
τοὺς μὲν [84] ἐς τὰ πολιτικὰ τείχη μόνα, τοὺς δὲ
καὶ

perator provincias assignat. Nam jubet tot vi- A.U.C.727
ros, quot sunt provinciæ, eosque quos volue- Cæs. VII &
rit, sortem inire: quidam imperatores etiam præ- M. Agrippa
sides a se delectos in istas provincias miserunt, ac III. COSS.
nonnullis per plures annos imperium prorogave-
runt, & aliquando loco senatorum equitibus
provincias mandarunt. Hæc ergo ita statuta
sunt de senatoribus iis, qui potestatem necis in
subditos habent. Mittuntur enim & quibus ea
non est, in eas provincias, quæ senatus & po-
puli provinciæ vocantur; puta quæstores, sorte
delecti, & adsessores majorum magistratuum.
Adsessores enim eos recte vocaverim, non tam
nominis, quam officii ratione, ceu dictum. Nam
alii Græcorum stilo πρεσβευτὰς, hoc est, legatos
nominant, de qua appellatione satis superius ex-
positum. Hos autem adsessores quisque sibimet
ipse deligit, unicum quidem prætorius, ex sui,
aut inferioris ordinis hominibus; tres autem
consularis ex ejusdem dignitatis viris accipit,
qui ipsi imperatori probentur. Etsi enim de
his quoque posteriores imperatores nonnihil
innovarunt; quia tamen id statim desiit, satis
erit suo loco indicasse.

15. Ac ad populi quidem provincias quod
attinet, hæc fieri solent. In cæteras quoque
provincias, quæ imperatoris appellantur & plus
una legione civium habent, ab ipso imperatore
delecti mittuntur, qui nomine ipsius admini-
strent, plerumque quidem ex prætoriis, non-
nunquam tamen ex iis etiam, qui quæsturam
aliumve intermedium magistratum gesserint.
Et hi quidem ex senatorum numero sunt. Ex
equitibus autem tribunos militum, & eos qui
senatores quondam fuerint, & cæteros, quo-
rum discrimina superius indicavimus, imperator
ipse partim ad castella civica sola, partim ad pe-
regrina

i αἱρεθούς τέ τινες καὶ ἐκεῖσε ἔπεμψαν. forte τινὰς ἔπεμψεν, & mox ἐπέτρεψεν, pro ἐπέτρεψαν, F. sed τινὲς sunt αὐτοκράτορες, imperatores Augustum secuti. *k* ταμιεύοντες, παρεδρεύοντες. forte ταμιεύσοντες, παρεδρεύσοντες, Od. magna specie veri. *l* ἐκαινοτομήθη μὲν γάρ τι. vulgo, ἐκαινοτομήθησαν μὲν γάρ τοι. ego secutus sum V. a. b. ex quibus codd. est etiam sequens ἐπαύσατο pro ἐπαύσαντο. *m* τοὺς λοιποὺς ὧν &c. vocem λοιποὺς supplevimus ex V. a. est enim sine ea oratio hiulca.

Minus bene Xylander itaque *Senatoribus* verterat, quod debebat esse *Consularibus*. vide etiam notas laudati Olearii ad Philostratum p. 283.

§ 75. (l. 76.) μηδένα πρὸ τέλους ἐτῶν] Ex consilio Mæcenatis p. 477. E. & exemplo Pompeji simile decretum confirmantis p. 147. A. Suetonius c. 36. de Augusto: *auctor & aliarum rerum fuit, in quibus, ne magistratus, deposito honore, statim in provincias mitterentur.* Huic consentaneum, ne ex una provincia statim præficerentur alteri, quod interjecto tempore neglectum voluit iterum ratum esse Claudius p. 681. E. sq.

§ 76. (l. 84.) αἱρεθούς τέ τινες καὶ ἐκεῖσε ἔπεμψαν] Possit videri legendum: αἱρεθούς τέ τινας καὶ ἐκεῖσε ἔπεμψεν, ut de Augusto sermo sit, & mox ἐπέτρεψεν pro ἐπέτρεψαν. Nam certe etiam Augustus hoc fecit, & in provincias populo redditas misit non sorte ductos, sed suo suffragio electos præsides, nec in unum annum, sed in duos, ut in Asiam p. 543. A. atque in alias quasdam provincias similiter p. 567. C. Etiam quod sequitur καί τινες καὶ ἱππεῦσιν, ita de insecutis Imperatoribus est intelligendum, ut Augustus non excludatur, nam & ille equitibus provincias quasdam administrandas attribuit, ut Ægyptum Cornelio Gallo p. 504. C. Præsides provinciarum αἱρετοὺς a πληρωματικοῖς distinguit etiam Philostratus de Apollonii vita. V. 36. p. 221.

§ 77. (l. 89.) θανατοῦν τοὺς ἀρχομένους] Facinorosos e populo, qui non essent milites, intellige. Nam milites capitali afficere supplicio tantum iis concessum, qui jure gladii utebantur, quod nulli præfecto provinciarum senatoriarum sive popularium Augustus reliquit, ut dictum supra A.

§ 78. (l. 93.) οἵ τε ταμιεύοντες] Ex veteri more Reipub. provincias ut notum est cum Proconsulibus vel Prætoribus adibant Quæstores singuli, curam gesturi pecuniæ publicæ, qui & ipsi sorte dabantur, & scribas suos habebant, fasces item & lictores binos, sed sine securi, nisi quando absente Proconsule vel Prætore vicem ejus gererent. vide Ezech. Spanhemium T. II. de usu numismatum p. 164.

§ 79. (l. 94.) οἱ παρεδρεύοντες] Præfecti provincias adituri, quos vellent, vel qui a Senatu dabantur, unum vel tres secum solebant assumere *legatos* πρεσβευτὰς p. 567. B. qui ipsis essent subsidio, sine fascibus, sine potestate, nisi quam is qui præerat dedisset, *ad cujus præscriptum agere omnia* debebant, ut ait Cæsar III. civil. 51. Hos ὑπομόνας vocat Dio p. 481. B. ὑπάρχους p. 480. C. Etiam quæstori Cretæ adjunctum πάρεδρον ejusmodi notat p. 611. C. Mentio iterum p. 682. A. De his assessoribus Lampridius in Alexandro Severo c. 46. πρεσβευτὴν vocat etiam Strabo III. p. 166. ubi vide Casaubonum.

§ 80. (l. 10.) πολιτικὰ στρατόπεδα πλέω ἑνός] Romanæ legiones in plerisque provinciis singulæ, in aliis binæ vel ternæ, ut in Pannonia, Mysia, Britannia. vide infra ad p. 564.

§ 81. (l. 14.) ἀρχὴν τῶν διὰ μέσου] Ut qui ædilitatem gessissent.

§ 82. (l. 17.) καὶ τοὺς βουλεύσαντας] Bellorum civilium tempore, multi equites ac plebeji in amplissimum ordinem lecti erant, quos deinde per novum delectum ab Augusto factum ex Senatu iterum moveri contigit, ut dictum p. 494.

§ 83. (l. 18) ἄνω μοι τοῦ λόγου] Vide p. 481. B.

§ 84. (l. 20.) ἐς τὰ πολιτικὰ τείχη μόνα] Nolim hæc de mœnibus

A.U.C. 727 Cæſ. VII. & M. Agrippa III. COSS.

regrina mittit, ſicut tunc ab ipſo Cæſare eſt inſtitutum: imperator etiam procuratores (ſic enim ii vocantur, qui publicos reditus colligunt, & præſcriptas ipſis impenſas faciunt) in omnes ſuas ac populi provincias, ex equitibus alios, alios ex libertis, mittit: niſi quod proconſules, iis in locis quibus præſunt, ipſi tributa exigunt. Etiam mandata quædam dat imperator his procuratoribus, & proconſulibus, & proprætoribus, ut certis legibus in provincias eant. Præter hæc decretum eſt ea tempeſtate, ut non his modo ſed & cæteris magiſtratibus ſalaria præberentur. Nam antiquitus quidem erant, qui præbenda ituris in provincias publice redimerent, iisque quicquid muneris ſui nomine haberent opus, exhiberent: ſub Cæſare primum hi magiſtratus certum accipere ſalarium cœperunt; quod non æquale omnibus, ſed quantum muneris eorum ratio exigebat, ſtatutum. Sane procuratoribus nomen ipſum officii a numero pecuniæ, quam acciperent, inditum eſt. Sequentes vero leges omnibus ex æquo provinciarum adminiſtratoribus latæ ſunt: ne quem delectum militum agerent: ne pecuniam, præter eam, quæ conſtituta erat, vel quam ſenatus decreviſſet, imperatorve juſſiſſet, exigerent: cui ſucceſſor miſſus eſſet, is ut ſtatim ex provincia abiret, ac ne in redeundo domum tempus tereret,

καὶ ἐς τὰ ξενικὰ ἀποστέλλει, ὥσπερ τότε πρὸς τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος ἐνομίθη· καὶ [85] τοὺς ἐπιτρόπους (οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας, καὶ [86] προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν) ἐς πάντα ὁμοίως τά τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ καὶ [n] ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει· πλὴν καθόσον τοὺς φόρους [87] οἱ ἀνθύπατοι παρ' ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν. [88] ἐντολάς τέ τινας καὶ τοῖς ἐπιτρόποις, καὶ τοῖς ἀνθυπάτοις, τοῖς τε ἀντισταθμεύουσιν δίδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξίωσι. [o] καὶ γὰρ τοῦτο, καὶ [89] τὴν μισθοφορὰν καὶ ἐκείνοις καὶ τοῖς ἄλλοις δίδοσθαι, τότε ἐνομίσθη. τὸ μὲν γὰρ πάλαι [90] ἐργολαβοῦνταί τινες παρὰ τοῦ δημοσίου, πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον· ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος πρῶτον αὐτοὶ ἐκεῖνοι τακτόν τι λαμβάνειν ἤρξαντο. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου πᾶσι σφίσιν, ἀλλ' ὡς που καὶ ἡ χρεία ἀπῄτει, ἐτάχθη. καὶ τοῖς γε ἐπιτρόποις, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀξιώματος ὄνομα [91] ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσηγόρευται. ἐκεῖνα δὲ ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως ἐνομοθετήθη, μήτε καταλόγους σφᾶς ποιεῖσθαι, μήτ' ἀργύριον ἔξω τοῦ τεταγμένου ἐσπράσσειν, εἰ μή τι ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἢ ὁ αὐτοκράτωρ κελεύσειεν. ὅταν τέ τῳ ὁ διάδοχος ἔλθῃ, ἔκ τε τοῦ ἔθνους αὐτίκα αὐτὸν ἐξορμᾶσθαι, καὶ ἐν τῇ

C

D

[n] ἐκ τῶν ἀπελευθέρων. ἀπὸ τῶν ἐλευθέρων, V. b. [o] καὶ γὰρ τοῦτο. καὶτὰ γὰρ τοῦτο repone, ſic exigente loci ſententia, L. pro ſequenti τὴν μισθοφορὰν, forte ἐς τὴν μισθ. ſcribendum cenſet Od. mihi neutra mutatione opus videtur; attamen commata poſui poſt τοῦτο, & δίδοσθαι, ſenſum interpretatio mea declarabit.

mœnibus urbis Romæ cum Xylandro interpretari, ſed de civitatibus agri Romani, atque illis quorum incolæ jure Romano vel jure Latii gaudebant. Ita ξενικὰ τάγη erunt civitates & municipia in reliqua Italia provinciisque. Sic infra p. 508. B. τοῦ τε ξενικοῦ καὶ τοῦ πολιτικοῦ ἀεὶ καὶ παντὸς ὁμοίως ἄρχειν.

§ 85. (l. 22.) τοὺς ἐπιτρόπους] Uti *procuratores*, ita etiam *curatores Cæſarum* dici, quibus reditus fiſcales in provinciis adminiſtrandi erant demandati, adverſus Lipſium excurſu B. ad Taciti XII. Leunclavium & Bachovium, pro vindicanda Xylandri verſione, docet Cornel. van Bynkershoek lib. II. Obſervationum c. 20. Male autem ex hoc Dionis loco Humfredus Prideaux ad Marmora Oxon. p. 137. colligit, procuratores publici fiſci ex equitibus, privati autem Imperatorum patrimonii e libertis delectos fuiſſe. Promiſcue enim etiam rei privatæ procuratores ex equitibus & libertis acceptos probat Philippus a Turre ad monumenta veteris Antii P. I. c. 6. adde dicta ad p. 480. E.

§ 86. (l. 24.) προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας] Notat his verbis Dio, procuratorum Cæſaris munus fuiſſe, non modo reditus provinciæ ſuæ exigere, ac in fiſcum principis colligere, ſed etiam quas vel ex recepto quotannis uſu, vel ex juſſu recenti Cæſaris, impenſas facere opus eſſet, ad præſcriptum diſpenſare: quarum rationes non minus quam redituum cum reddere Cæſari deberent, etiam *Rationales Cæſaris* iidem dicebantur. vide quæ viri docti ad lib. I. Digeſt. tit. XIX. *de officio procuratoris Cæſaris, vel Rationalis.*

§ 87. (l. 28.) εἰ ἀνθύπατοι] Proconſules hoc loco vocat præfectos provinciarum, quas non ſibi Auguſtus regendas ſumſerat, ſed populo reliquerat: illos enim omnes, etiam qui Proprætore eſſent, communi proconſulum nomine venire dixit p. 504. C. Hi itaque pecunias ex provinciis ſuis colligebant & in ærarium referebant, quod a fiſco principis diſtinguit Dio infra E. & p. 480. E. διοικήσεις χρημάτων τῶν τε δήμου καὶ τῶν τῆς ἀρχῆς: vide eruditam Diſſertationem præclari viri Gottfr. Maſcovii, quam de Procuratore Cæſaris edidit Altdorfii A. 1723. § 2. & Dionem infra p. 619. A.

§ 88. (l. 29.) ἐντολάς τέ τινας] Præſcriptam regendæ provinciæ & dicendi in illa juris formulam, quam accurate & ἐπὶ ῥήτοις νόμοις ſequerentur.

§ 89. (l. 33.) τὴν μισθοφορὰν] Ita ſuaſerat Mæcenas ſupra p. 480. E.

§ 90. (l. 35.) ἐργολαβοῦνταί τινες] Hunc locum optime illuſtravit magnus Caſaubonus ad Suetonii c. 36. inter ea, quorum auctor fuit Auguſtus, referentis, *ut proconſulibus ad mulos & tabernacula, quæ publice locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur.*

§ 91. (l. 42.) ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ] Ut *ducenarii, centenarii, ſexagenarii* dicerentur, quorum ſtipendium eſſent ducena, centena, vel ſexagena ſeſtertia. vide Salmaſium ad Julii Capitolini Pertinacem c. 2. quem *ducenum HS. ſtipendio translatum in Daciam* ſcriptor ille retulit. Jacobus quidem Cujacius ad lib. X. Codicis Juſtinian. leg. 1. tit. 19. putat, nomina ejusmodi intelligenda de numero pecuniarum fiſcalium, quas legati Cæſaris in provinciis exigerent, veluti Seſtertium ſexagies, centies, ducenties: ſed illam interpretationem verba Dionis neutiquam ferunt, quæ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων diſertam faciunt mentionem, quod non poteſt niſi de μισθοφορᾷ accipi, quam δίδοσθαι illis jam dixerat. Alio ſenſu *ducenarii* dicuntur apud Suetonium c. 32. judices, quorum decuriam inſtituit Auguſtus: ii enim erant ex inferiore cenſu, hoc eſt qui ducenta tantum Seſtertia poſſiderent, cum cenſus equeſter eſſet Seſtertia quadringenta, 12500. Joachimici. Horum ducenariorum mentio in numo Auguſti, in Hiſt. Crit. de la Rep. des Lettres T. V. p. 1. vide quæ Joannes Carolus Schottus in Diſſ. Gallice edita ad hunc numum. Berolini 1711. 4to.

§ 92. (l. 54.) τὰ δημόσια ἀπὸ τῶν ἐκείνου] Ut aliæ ærarii populi Romani, aliæ fiſci principis pecuniæ haberentur. Conf. Chriſt. Frid. Frankenſteinii Diatribam de ærario, in Syntagmate Græviano p. 628. ſq. & Dionem ſupra p. 480. E. Quod autem Henricus Thomas Chifletius Diſſ. de Othonibus æreis c. 3. notat, ſenatui ſolum æreos numos ſignandi jus relictum, Principi aureos argenteosque, exinde colligi nequit, non etiam aureos argenteosque in ærarium illatos fuiſſe.

§ 93. (l. 55.) καὶ ταῦτα πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ] Infra p. 511. E.

§ 94. (l. 57.) τῆς δεκαετίας] De hac ſuſcepta ab Auguſto dictum p. 504. B. primum hoc decennium finitum exeunte A. U. C. 736.

§ 95. (l. 58.) ἄλλα ἔτη πέντε, ἄλλα πέντε] Infra p. 529. B. 551. E.

§ 96. (l. 59.) ἕτερα αὖθις δέκα, πεμπτάκις] Quarta decennalia exierunt in fine A. U. C. 766. quinta nuncupata die ſeptima

τῇ ἀνακομιδῇ μὴ ἐγχρονίζειν, ἀλλ' ἐνὸς τριῶν μηνῶν ἐπανιέναι.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω τότε, ὡς γε εἰπεῖν, διετάχθη. τῷ γὰρ ἔργῳ καὶ πάντων καὶ διαπαντὸς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ, ἅτε καὶ τῶν χρημάτων κυριεύων, (λόγῳ μὲν γὰρ [92] τὰ δημόσια ἀπὸ τῶν ἐκείνου ἀπεκέκριτο, ἔργῳ δὲ, [93] καὶ ταῦτα πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ ἀνηλίσκετο) καὶ τῶν στρατιωτῶν κρατῶν, αὐταρχήσειν ἔμελλε. [94] τῆς γοῦν δεκαετίας ἐξελθούσης, [95] ἄλλα ἔτη πέντε, εἶτα πέντε, καὶ μετὰ τοῦτο δέκα, καὶ [96] ἕτερα αὖθις δέκα, [p] πεμπάκις αὐτῷ ἐψηφίσθη· ὥστε τῇ τῶν [p] δεκαετηρίδων διαδοχῇ διὰ βίου αὐτὸν μοναρχῆσαι. καὶ διὰ τοῦτο [97] καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, καίτοι μηκέτ' ἐς τακτὸν χρόνον, ἀλλ' ἐς πάντα καθάπαξ τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ τῶν δέκα αἰεὶ ἐτῶν ἐώρτασαν, ὡς καὶ τὴν ἡγεμονείαν αὖθις τότε ἀναγεούμενοι· καὶ τοῦτο καὶ νῦν γίγνεται. ὁ δ' οὖν Καῖσαρ πολλὰ μὲν καὶ πρότερα, ὅτε τὰ [98] περὶ τῆς ἐξωμοσίας τῆς μοναρχίας, καὶ τὰ [99] περὶ τῆς [q] τῶν ἐθνῶν διανομῆς διελέχθη, ἔλαβε. καὶ γὰρ τό, τε [100] τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προσθεῖναι, καὶ τὸ [101] τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, ἐψηφίσθη. καλεῖται δὲ [102] τὰ βασίλεια παλάτιον, οὐχ ὅτι καὶ ἔδοξέ ποτε οὕτως αὐτὰ ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι [103] ἔν τε [r] τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει, καὶ ἐκεῖ τὸ [104] στρατήγιον εἶχε,

E

507

B

tereret, sed intra tertium mensem Romam re- A.U.C.727
soverteretur. Cæs. VII. & M.Agrippa
16. Hæc quidem eo tempore quasi sancita III. COSS.
publice sunt. At re ipsa Cæsar unus in omnibus rebus plenum & perpetuum erat imperium habiturus, quum & pecunias, & milites in sua haberet potestate. Nam etsi suas pecunias ad speciem ab ærario separatas habebat, tamen omnino hæ quoque ad ejus arbitrium impendebantur. Quum autem primum ei decennium exivisset, aliud quinquennium, atque eo circum acto rursum aliud quinquennium, post decennium, ac eo finito aliud iterum decretum est, quinta vice: ita ut continuatis decenniis, per totam vitam imperii summam obtinuerit. Quam ob causam posteriores quoque imperatores, etsi non amplius ad certum tempus, sed per omne vitæ spatium iis imperium deferatur, tamen singulis decenniis festum, quasi ob ejus renovationem agunt, quod hodie etiam fit. Cæsari quidem jam antea, quum orationem de ejurando regno, ac dividendis provinciis habuisset, multi erant honores delati, nempe ut ante ipsius domum in palatio lauri ponerentur, ac in fastigio domus corona querna suspenderetur; quasi perpetuus hostium victor, ac civium servator esset. Imperatoris autem ædes palatium nominantur, non quod ita aliquando decretum sit, sed quod in monte Palatino Cæsar habitabat, ibique

p πεμπάκις. ἃ additur vulgo, quod jam uncis inclusum a L. omisi, præeunte Z. mox δεκαετηρίων vulgo. rectius apud Xiph, δεκαετηρίδων, L. adde Zonaram. sane δεκαετηρὶς p. 619. B. & contractius δεκετηρίδα p. 636. C. legitur ap. Dionem, quod & hic recepi. *q* τῶν ἐθνῶν. absurde apud RS. est τῶν θεῶν, quod præeunte Xyl. emendarunt sequentes. *r* τῷ Παλατίῳ. rectius τῷ Παλατίνῳ vel Παλατιείῳ, L. Παλατίῳ tamen etiam ap. Z. & Xiph. qui addit παλάτιον δὲ ἐλέγετο ἡ τοῦ Ῥωμύλου οἰκία ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ ᾠκοδόμητο, οὕτω ὠνομασμένου. vide & F.

ptima Januarii A. 767. qui Augusto emortualis fuit, XIV. Cal. Septembr.

§ 97. (l. 62.) καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες] De his decennalibus Imperatorum erudite ac copiose Henricus Noris in Diss. de votis decennalibus, & in Diss. hypatica Antonius Pagi, quos ad p. 504. B. laudare me memini.

§ 98. (l. 68.) περὶ τῆς ἐξωμοσίας τῆς μοναρχίας] Pag. 467. sq.

§ 99. (l. 69.) περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν διανομῆς] Pag. 503. sq.

§ 100. (l. 70.) τὰς δάφνας] Ovidius IV. Fastor. 953.

State Palatinæ laurus, prætextaque quercu
Stet domus —— ——

Idem III. Tristium I, 39.

Cur tamen apposita velatur janua lauro,
Cingit & Augustas arbor opaca fores?
Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos,
An quia Leucadio semper amata Deo?
Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?
Quam tribuit terris Pacis an ista nota est?
Utque viret semper laurus, nec fronde caduca
Carpitur, æternum sic habet ista decus?

Plinius XV. 30. *Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus janitrix Cæsarum Pontificumque, sola & domos exornat, & ante limina excubat.* Hinc *laureatæ fores* apud Senecam, consolat. ad Polyb. c. 35. & *laurigeri penates*, Martiali VIII. 1. Tertullianus c. 35. Apologetici, *unde qui inter duas laurus obsident Cæsarem.*

§ 101. (l. 71.) τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον] Inter duas laurus media loco superiore domus Palatinæ suspensa corona querna sive civica, servatorum symbolum civium, ut dictum ad p. 334. D. Ovidius I. Metamorph. 562. de lauro:

Postibus Augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.

Hinc apparet, ὑπὲρ αὐτῶν apud Dionem prope perinde esse, utrum cum Xylandro referas ad δαφνῶν, an (quod tamen verius esse fateor) cum Valesio ad Excerpta Peiresciana p. 98. ad βασιλείων. Valerius Max. II. 8. *ad quercum pronæ manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est, qua propter Augustæ domus sempiterna gloria triumphant.* Plinius XVI. 3. *Hinc civicæ coronæ militum, virtutis insigne clarissimum, jam pridem vero & clementiæ Imperatorum, postquam civilium bellorum profano, meritum cœpit videri, civem non occidere.* Non raro etiam in numis Augusti corona civica conspicitur adscriptis verbis, *ob cives servatos*, ut apud Albertum Rubenium tabula XVI. Civicæ coronæ in fastigio domus Augustæ sive Palatinæ meminere etiam Servius in VI. Æneidos, & Sueton. Claudio c. 17. Ovidius v. 614. *Protegat & vestras querna corona fores.* Seneca de Clementia II. 26. *nullum ornamentum principis fastigio dignius pulchriusve est, quam illa corona ob cives servatos.* Ceterum Calpurnii locum Eclog. IV. 91. quem huc trahit Barthius XIV. 1. Adversar. rectius explicavit Reinesius, quem si placet vide p. 629. Var. lect. Tiberius cum cognomine Patris Patriæ civicam in vestibulo coronam recusavit, teste Suetonio c. 16.

§ 102. (l. 74.) τὰ βασίλεια παλάτιον] Ædes Palatinæ, Palatina domus, Palatium Augusti, ædes Augustales in Palatino monte, *ædes modicæ*, quæ pridem Hortensii Oratoris fuerant, *& neque laxitate neque cultu conspicuæ, ut in quibus porticus breves essent Albanarum columnarum, & sine marmore ullo aut insigni pavimento conclavia*, ut notavit Suetonius c. 72.

§ 103. (l. 76.) ἔν τε τῷ Παλατίῳ] Viri docti legunt Παλατίνῳ. Sed non est necesse, cum Palatium dicatur quod regionem Palatii vocat Sueton. c. 5. Augustum in illa natum memorans: & Palatium pro Palatino monte, & pro decima urbis regione, præter Publium Victorem exhibent optimi codices Ciceronis, Festi, Suetonii. vide Grævium ad Cic. lib. I. Officior. c. 39. & de monte Palatino Alexandrum Donatum de urbe Roma lib. III. T. III. Thesauri Græviani p. 653. sqq. & Famianum Nardinum in Roma veteri lib. VI. c. 11. sqq. T. IV. ejusdem Thesauri p. 1313. sqq.

§ 104. (l. 77.) στρατήγιον] Stationem militum prætorianorum ad aulam excubantium, locumque ubi illi excubabant. Audiendus vir eruditissimus Jac. Perizonius Diss. II. de Prætorio p. 230. *Sub Augusto Imperatore milites prætoriani dispersi adhuc habitabant per urbem & vicina urbis, & proinde præter aulam, ubi ille imperator excubias seu stationem integræ cohortis, & id circo magnum illorum militum in unum conjunctorum numerum habebat, nullus alius tunc erat locus cui tribui posset vox* στρατηγίου, seu prætorii, *sive pro loco ipso, sive pro*

A.U.C.727 Cæſ. VII. & M.Aprippa III. COSS.

ibique habebat prætorium; proinde domus ejus ab eo toto monte, propterea quod ibi quondam Romulus habitarat, ſplendoris aliquid accepit: qua de cauſa, licet alibi imperator domicilium ſuum habeat, tamen id quoque palatii nomen obtinet. Sed poſteaquam ea, quæ pollicitus fuit, re ipſa perfecit; ibi demum Auguſtus a ſenatu populoque appellatus eſt. Etenim quum ſtatuiſſent peculiari eum quodam cognomento inſignire, ac alii alia referrent ac probarent; Cæſar, quamvis Romuli nomen vehementer appetebat, tamen quum ſentiret hinc ſe ſuſpectum affectati regni fieri, eo omiſſo, Auguſtus, quaſi hominis natura amplior ipſe, cognominatus eſt. Auguſta enim omnia, quæ honore digniſſima ac ſanctiſſima ſunt, dicuntur: ideoque σεβαστὸν Græci auguſtum interpretati ſunt, quaſi venerandum dicas.

17. Hoc pacto omne populi ſenatusque imperium ad Auguſtum rediit, ab eoque tempore perfecta Monarchia eſt conſtituta. Monarchia enim, etſi aliquando duo vel tres ſimul rerum potiti ſunt, veriſſime dicitur. Nomen quidem ejus imperii, quo omnis penes unum eſſet poteſtas, adeo inviſum Romanis fuit, ut imperatores ſuos neque dictatorum, nec regum, nec alio ſimili nomine appellare ſuſtinuerint. Quum tamen ad imperatores ſumma nunc reipub. referatur, fieri non poteſt, quin ſub regno Romani ſint. Nam qui ex præſcripto legum magiſtratus

ἔιχε, καί τινα καὶ πρὸς [105] τὴν τοῦ Ῥωμύλου προενοίκησιν φήμην ἡ οἰκία αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ παντὸς ὄρους ἔλαβε. καὶ διὰ τοῦτο κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου ἐπίκλησιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἴσχει. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ ἔργῳ αὐτὰ ἐπετέλεσεν, οὕτω δὴ καὶ τὸ τοῦ [106] Αὐγούστου ὄνομα καὶ παρὰ τῆς βουλῆς καὶ παρὰ τοῦ δήμου ἐπέθετο. βουληθέντων γὰρ σφῶν ἰδίως πως αὐτὸν προσειπεῖν, καὶ τῶν μέν, τὸ, τῶν δέ, τὸ καὶ ἐσηγουμένων καὶ αἱρουμένων· ὁ Καῖσαρ ἐπεθύμει μὲν ἰσχυρῶς [107] Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι· αἰσθόμενος δὲ ὅτι ὑποπτεύεται ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν, οὐκέτ' αὐτοῦ ἀνεποιήσατο, ἀλλὰ Αὔγουστος, [108] ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ καὶ ἀνθρώπους ὤν, ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐνιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεται. ἐξ οὗπερ καὶ σεβαστὸν αὐτὸν καὶ ἑλληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτόν, [s] ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, προσεῖπον.

Οὕτω μὲν δὴ τό, τε τοῦ δήμου καὶ τὸ τῆς γερουσίας κράτος πᾶν ἐς τὸν Αὔγουστον μετέστη, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἀκριβὴς [t] μοναρχία κατέστη. μοναρχία γάρ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα [109] καὶ δύο καὶ τρεῖς ἅμα τὸ κῦρός ποτε ἔσχον, ἀληθέστατα ἂν νομίζοιτο. [u] τὸ μὲν γὰρ ὄνομα αὐτὸ τὸ μοναρχικὸν οὕτω δή τι οἱ Ῥωμαῖοι ἐμίσησαν, ὥστε [110] μήτε [x] δικτάτωρας, μήτε βασιλέας, μήτ' ἄλλο τι τοιοῦτότροπον τοὺς αὐτοκράτορας σφῶν ὀνομάζειν· τοῦ δὲ δὴ τῆς πολιτείας τέλους [y] ἐς αὐτοὺς ἀνακειμένου, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ βασιλεύονται. αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ αἱ ἐκ τῶν νόμων

[s] ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι. desunt hæc in libro Xiph. recte, nam irrepſerunt e gloſſa cujusdam, L. ſed habet ea Z. licet non σεπτὸν, ſed σεβαστὸν tantum dicat, ut eo minus interpretatione indigere videretur. adde V. a. b. [t] μοναρχία κατέστη. duo hæc verba explent lacunam, quæ eſt in vulgatis editionibus. petita ſunt ex Med. b. & V. a. Xylandri & Leunclavii conjecturas vide ſis in eorum notis. [u] τὸ μὲν γὰρ ὄνομα. potius τὸ μὲν γοῦν ὄνομα. frequenter γὰρ & γοῦν permutata, L. mox τοι, HS. L. τι, RS. quod reſtitui. [x] δικτάτωρας. verba quæ ſequuntur usque ad αὐτοκράτορας, Dioni detracta erant præcipiti ſaltu librarii. nos integriora debemus melioris notæ codici V. a. vid. p. 508. A. vulgo, δικτάτωρας σφῶν ὀνομάζειν, quæ tamen manca eſſe nemo vidit; nec offenſus eſt illo σφῶν, quod neque ad præcedens δικτάτωρας, neque ad ſequens ὀνομάζειν referri poteſt. [y] ἐς αὐτοὺς. νῦν addit L.

pro militibus ſumatur. Secus ſe res habuit ſub ſequutis Imperatoribus: ſiquidem proximus ipſi Tiberius, ut refert Suetonius c. 37. Romæ caſtra conſtituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus & per hoſpitia diſperſæ, continerentur. *Atque adeo ex illo jam tempore, licet manerent excubiæ & ſtationes circa aulam, potiſſimus tamen locus prætorianorum militum erant & habebantur hæc caſtra prætoria, ut in quibus conjunctim illi vivebant. Quapropter de Auguſto quidem dici non potuit, quod alibi quam ad aulam habuerit τὸ στρατήγιον; Contra, de aliis vix potuit dici, quod ſuum στρατήγιον ad aulam habuerint, ut potuit de Auguſto; quoniam ſub illis demum hujus vocabuli uſus, æque ac ipſum corpus horum militum, translatus eſt in caſtrum prætorium. Quæ etiam ratio eſt haud dubie, quare Dio de ſolo Auguſto dicat, habuiſſe eum in Palatio τὸ στρατήγιον, de aliis vero nusquam deinceps.*

§ 105. (l. 78.) τὴν τοῦ Ῥωμύλου] Plutarchus in Romulo p. 30. ait, eum habitaſſe παρὰ τοὺς λεγομένους βαθμοὺς καλῆς ἀκλῆς περὶ τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον τὸν μέγαν ἐκ Παλατίου καλάθουσαν. Hanc caſam Romuli vocat Publius Victor in Palatio, regione Urbis decima, non confundendam cum caſa Romuli in Capitolio, de qua Juſtus Rycquius libro de Capitolio c. 44.

§ 106. (l. 83.) Αὐγούστου ὄνομα] Infra p. 594. B. Factum hoc, ut teſtatur Cenſorinus c. 22. die 17. Jan. *ex ante diem decimum ſextum Kal. Februarii, ſententia L. Munacii Planci, a ſenatu cæterisque civibus Auguſtus appellatus eſt, ſeſe ſeptimum, & M. Vipſanio Agrippa tertium Conſulibus.* De Planco auctore conſentiunt Cenſorino Suetonius c. 7. & Vellejus II. 91. *Auguſti cognomen illi Planci ſententia conſenſus ſenatus populique Rom. indidit.* Sed de die diſſenſio eſt. Nam quod die XVII. Jan. factum eſſe Cenſorinus ſcribit, eique aſſentitur Petavius X. 10. doctrinæ temporum, hoc Ovidius I. Faſtor. 587. refert ad Idus Januarias ſive *diem XIII.*

Idibus in magni caſtus Jovis æde Sacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ovis,
Redditus eſt omnis populo provincia noſtro
Et tuus Auguſto nomine dictus avus.

Oroſius VI. 20. ad octavum Idus ſive *diem VI. Januarii: Cæſar victor ab oriente rediens octavo Idus Januarias urbem triplici triumpho ingreſſus eſt: ac tum primum ipſe Jani portas, ſopitis omnibus finitisque bellis civilibus, clauſit. Hoc die primum Auguſtus conſalutatus eſt.* Tabula votiva marmorea a Narbonenſibus poſita Auguſto A. U. C. 764. apud Gruterum p. CCXXIX. cui aſſentitur in Cenotaphio Piſan. II. 8. & Diſſ. de votis decennalibus, illuſtris Noriſius, *diem ſeptimum* Januarii ſignat his verbis: *VII. quoque Idus Januarias, qua die primum imperium orbis terrarum auſpicatus eſt, thure, vino ſupplicent, & boſtias ſingulas immolent.* Sed hæc ita mihi concilianda videntur, ut die ſeptimo Imperium Auguſtus ſuſceperit, ſupra p. 503. deinde die XIII. provincias populo reddiderit, quo pertinent verba Dionis ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ ἔργῳ αὐτὰ ἐπετέλεσεν, denique die XVII. nomen ei Auguſti a ſenatu populoque fuerit tributum. Oroſius certe minus audiendus, qui in unum diem cumulat, quæ pluribus diebus geſta eſſe evidenter patet.

§ 107 (l. 88.) Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι] Servius in Æneid. I. 296. *Remo cum fratre Quirinus jura dabunt: vera hoc habet ratio, Quirinum Auguſtum eſſe, Remum vero pro Agrippa poſitum. — Nam adulans populus Romanus Octaviano, tria ei obtulit nomina, utrum vellet Quirinus, an Cæſar, an Auguſtus vocari. Ille ne unum eligendo, partem læderet quæ aliud offerre cupiebat, diverſo tempore omnibus uſus eſt. Et primo Quirinus dictus eſt, inde Cæſar, poſtea* (quod & obtinuit) *Auguſtus, ſicut Suetonius probat, & in Georgicis oſtendit* Virgilius III. 27. *victorisque arma Quirini.* Fallitur Servius, cum ait Cæſaris nomen ab adulante populo Rom. fuiſſe Auguſto oblatum, quo ipſe ex adoptionis

μων ὡς πλήθει γενόμενα, [z] καὶ νῦν [111] πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν καθίσεως· διάγεται δὲ καὶ διοικεῖται πάντα ἁπλῶς, ὅπως ἂν ὁ ἀεὶ κρατῶν ἐθελήσῃ. καίτοι γε μὴ ἐκ δυνάσεώς, ἀλλ' ἐκ τῶν νόμων τοῦτ' ἔχειν δοκῶσι, πάνθ' ὅσα ἐν τῇ δημοκρατίᾳ μέγα παρ' ἐκοῦσι σφίσιν ἴσχυεν, αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασι, χωρὶς τοῦ τῆς δικτατωρίας, προσεποιήσαντο. ὕπατοί τε γὰρ πλειάκις γίγνονται, καὶ ἀνθύπατοι ἀεί, [112] ὁσάκις ἂν ἔξω τοῦ πωμηρίου ὦσιν, ὀνομάζονται· τήν τε τοῦ αὐτοκράτορος πρόσρησιν διαπαντὸς [113] οὐ μόνον οἱ νικήσαντές τινας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, πρὸς δήλωσιν τῆς αὐτοτελοῦς σφῶν ἐξουσίας, ἀντὶ τῆς τοῦ βασιλέως τοῦ τε δικτάτωρος ἐπικλήσεως, ἔχουσιν. αὐτὰς μὲν γὰρ ἐκείνας οὐ τίθενται, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐκ τῆς πολιτείας ἐξέπεσον, τὸ δὲ δὴ ἔργον αὐτῶν τῇ τοῦ αὐτοκράτορος προσηγορίᾳ βεβαιοῦνται. καὶ [114] ἐκ μὲν τούτων τῶν ὀνομάτων, καταλόγους τε ποιεῖσθαι, καὶ χρήματα ἀθροίζειν, πολέμους τε ἀναιρεῖσθαι, καὶ εἰρήνην σπένδεσθαι, τοῦ τε ξενικοῦ καὶ τοῦ πολιτικοῦ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ὁμοίως ἄρχειν, ὥστε καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ τοὺς ἱππέας καὶ τοὺς βουλευτὰς θανατοῦν δύνασθαι, τά τε ἄλλα ὅσα τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς αὐταρχήσασί ποτε ποιεῖν ἐξῆν, λαμβάνουσιν. [115] ἐκ δὲ δὴ τοῦ τιμητεύειν, τούς τε βίους καὶ [116] τοὺς τρόπους ἡμῶν ἐξετάζουσι, καὶ ἀπογραφὰς ποιοῦνται· καὶ τοὺς μὲν καταλέγουσι καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καὶ ἐς τὸ βουλευτικόν, τοὺς δὲ καὶ ἀπαλείφουσιν, ὅπως ἂν

tus habentur, plerumque nunc etiam adhuc, censorio excepto munere, constituuntur: sed agunA.U.C.727 Cæs.VII. & M.Agrippa III. COSS.
tur & administrantur omnia, prout ille vult, qui rerum quovis tempore potitur. Quod ne videantur imperatores ex potentia potius, quam
508 legibus habere; omnia, quæ in populari forma reipublicæ multum valuerant senatu populoque volentibus, ea cum ipsis nominibus in se recipiunt, excepta dictatura. Consules enim fiunt multoties, & semper quoties extra pomoerium sint, proconsules dicuntur; nomenque imperatoris, non modo qui aliquam victoriam retulerint, sed & cæteri omnes, ad significandam plenam suam & perfectam potentiam, nunquam non gerunt, loco nominis regii & dictatoris: quod semel e republica sublatum ut non imponunt sibi, ita ejus vim ac rem ipsam imperatorio titulo confirmant. Horum nominum ratione exercitus scribendi, pecuniæ conficiendæ, bella suscipiendi, pacem faciendi, peregrinis & civicis legionibus semper & ubique similiter imperandi, atque etiam intra pomoerium equites senatoresque necandi, aliaque omnia, quæ consulibus aliisque cum pleno imperio magistratibus facere olim licebat, agendi jus habent. Ex censoria autem appellatione in vitam & mores nostros inquirendi, census agendi, in equestrem ac senatorium ordinem adscribendi, aliosque ex iis removendi pro suo arbitrio, licentiam consequuntur. Quoniam autem omnibus sacerdotiis inaugurati sunt,

[z] καὶ νῦν πλὴν τῆς. vocabulum πλὴν exciderat, quod perspexere editores. sic tamen, ut RS. pro ea voce deleat νῦν. Leuncl. ἔτι πλὴν, adeoque superfluum addat. Xylander hic cum Med. b. & V. a. consentit. vide & F.

adoptionis jure usus statim fuit, supra p. 271. C. Neque oblatum est nomen Quirini sive Romuli, licet Poëta sub illo potuit Augustum celebrare. Nam ut Florus IV. 12. *tractatum in Senatu, an quia condidisset imperium, Romulus vocaretur, sed sanctius & reverentius visum est nomen Augusti, ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine & titulo consecraretur.* Sueton. c. 7. *Quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, prævaluit Munatii Planci sententia, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo sed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur ab auctu, vel ab avium gestu gustuque, sicut etiam Ennius docet, scribens: Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.*

§ 108. (l. 91.) ὡς πλεῖόν τι ἢ καθ' ἀνθρώπους ὤν] Augustus veluti sanctus ac divino afficiendus cultu, ὁ σεβασμοῦ τυγχάνων, σεβαστός, consecratus. Ovidius I. Fastorum 607. nomen hoc conferens cum cognominibus Magni, Maximique:

Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes,
Hic socium summo cum Jove nomen habet.
Sancta vocant Augusta patres: augusta vocantur
Templa, sacerdotum rite dicata manu.
Hujus & augurium dependet origine verbi,
Et quodcunque sua Jupiter auget ope.
Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos &c.

Omitto alia, quæ de prærogativa nominis Augusti, Deorum Dearumque etiam additi titulis, quo τὴν ἀξιώματος λαμπρότητα significari Dio docet, infra p. 509. B. præter Matthiam Berneggerum ad Suetonii c. 7. Ezechiel Spanhemius Diss. 12. de usu numismatum T. II. immortalis operis p. 371. sq. 347. sq. Joh. Henricus Bœclerus de auspicio Regio, T. I. Diss. Academ. p. 183. sq. & Laurentius Theodorus Gronovius Diss. ad marmoream basin Tiberii c. 7. T. VII. Thesauri Jac. Gronovii p. 460. sq. ex Observatione Joannis Friderici patris. denique Petrus Zornius in Bibliotheca antiquario-exegetica Tom. I. p. 284 sq. σεπτὸς ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, supra p. 486. D.

§ 109. (l. 100.) καὶ δύο καὶ τρεῖς] Cum ad unum Augustum & solum pacis & belli potestas omnis esset delata, magno senatus populique consensu incipiebat demum esse constituta μοναρχία ἀκριβής, stabilitumque perfecte summum unius imperium. Huic negat Dio obstare etiamsi in consortium imperii adsciscerentur unus vel duo, ut infra p. 508. C. κἂν δύο κἂν τρεῖς ἅμα ἄρχωσιν. Vix enim unquam, nisi secundi fastigii consortes facti sunt Cæsares, quos ad illud evehere Imperatori placuit.

§ 110. (l. 3.) μήτε δικτάτωρας] Vide ad p. 267. D. & 521. C.

§ 111. (l. 8.) πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν] Voculam πλὴν quæ exciderat ex MS. Mediceo oportune revocavit V. C. Jac. Gronovius p. 143. Idem subolueraat erudito viro Matthæo Palmerio, in Exercitationibus ad optimos scriptores Græcos p. 260. quod autem addit majorem etiam videri hiatum, & supplendum sic: πλὴν τῆς δικτατωρίας καὶ τῆς τῶν τιμητῶν, non putem verisimile de dictatura de qua jam dixerat, nam in præsenti tantum sermo Dioni est de magistratibus ordinariis, inter quos fuere censores, qui deinceps creari desierunt, infra p. 521. D. & Censuram solam a dignitatibus Reipub. in Cæsares collatis excipit p. 509. C.

§ 112. (l. 16.) ὁσάκις ἂν ἔξω τοῦ πωμηρίου] Stante republica intra pomœrium nemini licebat esse cum imperio, nisi magistratibus urbicis. vide dicta ad p. 120. A. 144. A. Extra pomœrium vicissim proconsulare imperium valebat, quale Druso etiam decretum dicetur p. 544. E. & Sejano p. 625. D. & Germanico ut notat Tacitus lib. I. Annal. c. 76. Proconsulare autem Imperium datum Augusto & aliis post eum Imperatoribus, τὸ πλεῖον τῶν ἐκασταχόθι ἀρχόντων, *majorem in provinciis quam ordinariis earum præsidibus potestatem* tribuit. vide infra ad p. 519. A.

§ 113. (l. 18.) οὐ μόνον οἱ νικήσαντές τινας] De utraque hac *Imperatoris* appellatione ad p. 235. C.

§ 114. (l. 25.) ἐκ μὲν τούτων τῶν ὀνομάτων] Diligens est hoc loco Dio in describendis partibus summæ potestatis, quibus πολέμων καὶ εἰρήνης κύριοι Imperatores exemplo Augusti & Cæsaris p. 194. utebantur.

§ 115. (l. 33.) ἐκ δὲ δὴ τοῦ τιμητεύειν] De censoria Augusti potestate dictum ad p. 494. A.

§ 116. (l. 34.) τοὺς τρόπους ἡμῶν] Senatorum etiam. Erat enim Dio ex Senatoribus p. 818. C. 827. C.

A.U.C. 727 Cæſ. VII. & M. Agrippa III. COSS.

ſunt, ac alios plerosque in ſacerdotum collegia adſciſcunt, ſemperque unus Imperatorum, etiam ſi duo vel tres ſimul imperant, ſummum pontificatum gerit; eo fit, ut omnia publica & ſacra in ſua habeant poteſtate. At tribunitia poteſtas, quam majores florente republica habuere, efficit; ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipſorum ſententiam moventur, poſſint; ac inviolabiles ſint, ita ut ſi vel minimo, non dicam facto, ſed verbo ſe ab aliquo læſos exiſtiment, eum indicta cauſa, tanquam qui ſe piaculo obſtrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas ducunt imperatores, quum utique ipſi patricii ſint: omnem vero tribunitiam poteſtatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt: & ſecundum eandem imperii quoque ſui ſuccedentes numerant annos, quaſi ſi quotannis & ipſi cum tribunis plebis eam acciperent. Hæc igitur ſingula, prout olim in uſu fuerunt, ita ex reipublicæ popularis ſtatu imperatores per illa ipſa nomina ſibi ſumunt, ut nihil ſibi a ſubditis non datum habere videantur.

ἂν αὐτοῖς δόξῃ. ἔκ τε τοῦ ἓν [117] πάσαις ταῖς ἱερωσύναις [a] ἱερῶσθαι, καὶ προσέτι [118] καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους σφῶν διδόναι, [b] ἀρχιέρεων [119] τέ τινα αὐτῶν, κἂν δύο, κἂν τρεῖς ἅμα ἄρχωσιν, εἶναι, πάντων αὐτοὶ καὶ τῶν ὁσίων καὶ τῶν [c] ἱερῶν κυριεύουσιν. ἥ τε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη, ἣν [120] οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες ἔσχον, δίδωσι σφίσι τά τε ἐπιγιγνόμενα ὑφ' ἑτέρου τινὸς, ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν, [121] καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι· κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύταλον μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ [122] ὡς καὶ ἐναγῆ ἀπολλύναι. δημαρχεῖν μὲν γὰρ, [123] ἅτε καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας πάντως τελοῦντες, οὐχ ὅσιον νομίζουσιν εἶναι· τὴν δὲ δὴ δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν, ὅση περ τὰ μάλιστα ἐγένετο, προστίθενται, καὶ δι' αὐτῆς καὶ [124] ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, [125] ὡς καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν μετὰ τῶν αἰεὶ δημαρχούντων λαμβανόντων, προβαίνει. ταῦτα μὲν ἐκ τῆς δημοκρατίας, ὡς που καὶ ἔκασα ἐνομίσθη, οὕτω τε καὶ διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων εἰλήφασιν, ὅπως μηδὲν ἄνευ δόσεώς τινος ἔχειν δοκῶσιν.

18. Aliud

Ἤδη

[a] ἱερῶσθαι. ἱεράσθαι, Xiph. vulgo. ſenſu non multum diverſo. ſed ἱερῶσθαι, Br. [b] ἀρχιέρεων. ſic ſcripſi pro ἀρχιερέων. eſt enim hoc Dioni ſingulare, ut ἀρχιέρεως pro ἀρχιερεὺς dicat, quod probe animadvertit Robertus Stephanus ad p. 531. C. ὃν σὺ ἀρχιέρεων ἔτι καὶ νῦν περιορᾷς ὄντα. ſic p. 541. A. ὅτι τὸν ἀρχιέρεων ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν. ibid. D. τῷ ἀρχιέρεῳ ἀπείρηται νεκρὸν ὁρᾶν. p. 556. D. καὶ ὅτι ἀρχιέρεως ἦν. ubi & Xiphilinus ἀρχιέρεως habet: quod, perinde ut multitudo locorum, facit, ut religioni ducam hanc lectionem ubivis mutare, quod volebat in plerisque Leunclavius, eodem modo vocem ἔγγονος plus vicies mutans in ἔκγονος. Crediderim & Virum perſpicaciſſimum Jacobum Elſnerum, his obſervatis, concessurum potius eſſe in Spanhemii, Noriſii, Fabretti, aliorumque eruditorum ſententiam, quod Dioni h. l. ſermo ſit de *Pontificatu Maximo*; cum ipſe in Schediaſmate Critico p. 154. ſqq. (ſcilicet ἀρχιερέων accipiens pro Genitivo plurali) multis diſputet, non de *Pontifice Maximo*, ſed de *Pontificibus* Dionem loqui, hoc ſenſu: *ſi duo vel tres imperent, pontificum aliquem eorum (ad minimum) eſſe.* ubi vel ſic non *pontificum* ἀρχιερέων, ſed *pontificem* ἀρχιερέα, dicendum videretur. putat etiam pro κἂν δύο κἂν τρεῖς, legi poſſe καὶ τρεῖς, *aut tres.* ut p. præc. εἴ καὶ δύο καὶ τρεῖς. illud tamen magis emphaticum. v. p. 78. A. [c] ἱερῶν. ἱερέων, Xiph. & V. a. minus bene. ὅσια & ἱερὰ ſæpiſſime conjunguntur.

§ 117. (l. 38.) πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερῶσθαι] Quatuor erant Romæ ſacerdotum collegia, Pontificum, Augurum, Septem Epulonum & Quindecimvirorum. vide ad p. 496. D. De his itaque accipiendum, quod Cæſares in numis dicuntur *Sacerdotes cooptati in omnia collegia*, etiam ut in Neronis numo, *ſupra numerum.*

§ 118. (l. 39.) καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους σφῶν διδόναι] Alios in pleraque illa collegia pro arbitratu ſuo cooptant & adſciſcunt, præſertim Cæſares aliosque e domo ſua. Huic loco illuſtrando præclara ſunt quæ notavit illuſtris Spanhemius Diſſ. XII. de uſu numismatum T. II. edit. novæ p. 366. ſq.

§ 119. (l. 41.) ἀρχιέρεων τέ τινα αὐτῶν] Auguſtus Pontificatum maximum, quem Lepido vivo adimere noluit, illo defuncto ſtatim ſuſcepit p. 540. E. geſſerat etiam Cæſar p. 46. E. & Auguſti exemplo idem deinde fecerunt cæteri Imperatores. vide Joh. Andream Boſium, de Pontificatu maximo Romæ veteris, & de pontificatu maximo Imperatorum Romanorum, copioſe atque erudite differentem T. V. Theſauri Græviani. Quod autem ait Dio, ſi duo ſimul eſſent Imperatores, ut *M. Aurelius & L. Verus*, vel tres, ut *Septimius Severus* cum duobus filiis, *M. Aurelio Antonino Caracalla*, ac *P. Septimio Geta*, unum tantum Pontificem maximum fuiſſe: hoc quadriennio poſt ſcriptam a Dione hiſtoriam mutari cœpit. Nam *Cælio Balbino*, ac *Pupieno Maximo*, adverſus Maximinum Imperatoribus creatis, Pontificatus maximus utrisque fuit datus, ut ex Capitolino c. 8. & numis notavit illuſtriſſimus Noriſius, qui idem poſtea ſæpius factum obſervat Diſſ. II. ad Cenotaphia Piſana p. 171.

Jam ante Balbinum & Pupienum, collegas Imperatorum Pontifices Maximos fuiſſe inde a Titi temporibus, ex numis & inſcriptionibus probare anniſus eſt Cl. Bouhierius Diſſ. de Pontificatu Maximo Imperatorum Romanorum, quæ ſeparatim Gallice edita, exſtat etiam T. V. Hiſtoriæ Academiæ Inſcriptionum; contra ſentiente Barone Joſepho de Bimard la Baſtie ibid. T. XVIII. p. 571. & inſcriptiones ac numos erroris ac vitii poſtulante: quorum argumenta recenſens Vir Eruditiſſimus Jac. Elsnerus in Schediasmate Critico p. 160. ſqq. ex numo Titi apud Harduin. & inſcriptione apud Muratorium T. I. p. CCXLI. 6. in Bouhierii ſe ſententiam tantum non diſcedere fatetur. Sed uberiore hæc controverſia diſputatione indiget, quam ut hic examinari poſſit. REIM.

§ 120. (l. 44.) οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες] Hæc verba nolim de præclariſſimis quibusque Imperatoribus cum Xylandro accipere, ſed intelligo de tribunis plebis, qui ſtante adhuc republica Rom. floruerunt, atque hac poteſtate uſi ſunt (quam nec Sylla eis eripuit) ut per jus vetandi, decretis ſenatus poſſent intercedere, ſicut ex variis apud Livium & alios exemplis notiſſimum eſt. vide Pitiſcum in *intercedere & veto.* Sic mox infra τὴν δύναμιν τὴν τῶν δημάρχων πᾶσαν ὅση περ τὰ μάλιστα ἐγένετο, *poteſtatem omnem tribunitiam quanta maxima fuit*, Reipub. nimirum liberæ temporibus.

§ 121. (l. 46.) καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι] Erat enim ſacroſancta perſona tribunorum, ut dictum ad p. 243. A. ubi Cæſari, & p. 401. D. ubi Auguſto id datum, ut perinde ac illi ſacer & inviolabilis eſſet.

§ 122. (l. 49.) ὡς καὶ ἐναγῆ] In violatores tribunorum hæc pœna conſtituta apud Dionyſium Halicarnaſſeum, lib. VI. p. 303. ἐάν τις τῶν ἀπηγορευομένων τι ποιήσῃ ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά· καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων φόνου καθαρὸς ἔστω.

§ 123. (l. 50.) ἅτε καὶ ἐς τοὺς εὐπατρίδας] Patricios, ſi tribuni plebis vellent fieri, & plebejum magiſtratum ambire, ad plebejos, ex quibus ſolis cooptabantur, transire oportebat, uti a Clodio factum p. 53. A. & 65. D. Deinde Conſulibus ac Prætoribus erant inferiores tribuni dignitate p. 550. D. hinc non mirum eſt, nomine & titulo illorum Imperatores abſtinuiſſe; infra p. 519. A. licet poteſtate libenter uterentur, quam *partem maximam regalis imperii* appellat Vopiſcus in vita Taciti Imp. c. 1.

§ 124. (l. 54.) ἡ ἐξαρίθμησις τῶν ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῶν] Anni tribunitiæ poteſtatis Imperatorum numerantur, non a Calendis Januariis, neque a quarto ante Idus Decembres, quo munus ſuum tribuni plebis inire ſolebant, ſed a die quo ſuſceperunt Imperium, vel tribunitia poteſtate ſunt potiti. vide Chriſtiani Gottlieb Schwartzii Diſſ. de Auguſtorum Cæſarumque tribunitia poteſtate, publici juris factam Altdorfii A. 1715. § 20. Horum annorum numeros frequenter in antiquis numis & inſcriptionibus memorari notum eſt eruditis, unde lux chronologiæ non contemnenda accenditur, ut docent Ezechiel Spanhemius Diſſ. XII. de uſu numismatum T. II. p. 433. ſq. Jo. Vignolius Diſſ. II. apologetica de primo anno Severi Alexandri Aug. c. 8. ubi diagramma exhibet

Ἤδη δὲ καὶ ἕτερόν τι, ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι
Ῥωμαίων ἐς πᾶν ἄνισχυς ἐδόθη, προσεκτήσαντο,
ὑφ' ὑπερ καὶ [d] μόνου καὶ ἐκεῖνα ἂν καὶ τἄλλα
αὐτοῖς πράττειν ἐξῆν. [126] λέλυνται γὰρ δὴ τῶν
509 νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατινικὰ ῥήματα λέγει· τουτ-
έστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰ-
σι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. καὶ
ὅλως ἐκ τούτων τῶν δημοκρατικῶν ὀνομάτων, πᾶ-
σαν τὴν τῆς [e] πολιτείας ἰσχὺν περιβέβληνται· ὥστε
καὶ τὰ τῶν βασιλέων, πλὴν τοῦ φορτικοῦ τῆς
προσηγορίας αὐτῶν, ἔχειν. [127] ἡ γὰρ δὴ τοῦ
Καίσαρος ἥ τε τοῦ Αὐγούστου πρόσρησις δύναμιν
μὲν οὐδεμίαν αὐτοῖς οἰκείαν προστίθησι, δηλοῖ δ'
ἄλλως τὸ μὲν, τὴν τοῦ γένους σφῶν διαδοχήν,
Β τὸ δὲ, τὴν τοῦ ἀξιώματος λαμπρότητα. καὶ
[128] ἥ γε τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία τάχα μὲν καὶ
[129] ἐξουσίαν τινὰ αὐτοῖς, ἣν ποτε οἱ πατέρες ἐπὶ
τοὺς παῖδας ἔσχον, καθ' ἁπάντων ἡμῶν δίδωσιν·
οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ τοῦτο [130] ἀρχὴν ἐγένετο, ἀλλ'
ἐς τε τιμὴν καὶ ἐς παραίνεσιν, ἵνα αὐτοί τε
τοὺς ἀρχομένους, ὡς καὶ παῖδας [f] ἀγαπῷεν,
καὶ ἐκεῖνοι σφᾶς, ὡς καὶ πατέρας αἰδῶνται.
τοσαῦται

18. Aliud porro quoddam jus adquisiverunt, nulli unquam e priscis illis Romanis in omnia palam datum, quo solo cum illorum, tum aliorum quoque peragendorum licentiam habuerunt. Legibus enim soluti sunt imperatores, quod disertis verbis Latini solent dicere; h. e. liberi sunt a coactione omni legum, nec ulla scripta lege tenentur. Ad hunc itaque modum, ratione eorum nominum, quæ in populari civitatis statu usurpantur, omnem totius reipublicæ potestatem accipiunt: ac regiam adeo, demta tantum nominis invidia, habent. Nam Cæsaris & Augusti vocabula, nihil eis quidem potentiæ adjiciunt peculiaris, sed alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat. Patris autem appellatio, tametsi eis aliquod jus in nos omnes tribuere videtur, quale patribus olim erat in liberos; tamen omnino in hunc finem eis tributa non est; sed honoris gratia, utque admonitioni esset, ipsis quidem, ut subditos instar liberorum diligerent, subditis autem, ut ipsos veluti parentes suos revererentur. Hæ sunt & hujusmodi

A.U.C. 725 Cæs. VII. & M. Agrippa III. COSS.

d μόνου. μόνον, V. b. perperam. *e* πολιτείας. βασιλείας, hujus loco apud Xiph. legi putat L. sed non animadvertit, contrahere tantum arctius voluisse Xiphilinum, quæ explicatius leguntur apud Dionem in sequentibus, ὥστε καὶ τὰ τῶν βασιλίων ἔχειν, qualia equidem pro variis lectionibus non agnosco, & hic utique præfero πολιτείας, ex p. 507. fin. *f* ἀγαπῷεν. sic & Xiph. syntaxeos regula postulat ἀγαπῶσι, Sylb.

bet annorum, quibus Augustus a V. Calend. Julii A. U. C. 731. cæterique deinde Imperatores usque ad Alexandrum tribunitiam potestatem & consulatum susceperunt & renovarunt T. I. Opp. S. Hippolyti me curante editorum p. 192. sq. & laudatus Schwartzius in Exercitatione de numeranda tribunitia potestate Augustorum Cæsarumque, Altdorf. 1721. & in altera de antiqua senarii nota ἐπίσημον dicta, ib. 1724.

§ 125. (l. 55.) ὡς καὶ καθ' ἕτος] Minus bene Xylander, *quia quotannis eam cum tribunis plebis ejus anni renovant.* Neque enim hoc factum probari potest ab iis, qui ne quidem ὅσιον & decorum sibi putabant τὸ δημαρχᾶν. Itaque illud ὡς præsenti loco est *perinde ac si*, ut post Leunclavium laudatus Schwartzius recte observavit.

§ 126. (l. 63.) λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων] Infra p. 516. A. de Augusto: πάσης αὐτὸν τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀπήλλαξαν. Neque legum solum obligatione solutus, sed & ipsi quas vellet leges novas condere, prioribus antiquatis, concessum p. 528. A. νομοθετῆσαι ὅσα βούλοιτο ἠξίουν. Contigerat quidem interdum, ut per populum vel etiam SCto quis hac vel illa lege solveretur, cujus rei exempla dabit elegantissimus Grævius ad Philippicam secundam c. 13. ut autem ab legibus omnibus pœnariis libero & exempto uni liceret esse, nemini ante id tempus datum. vide quæ Magnus Cujacius lib. XV. Observationum c. 30. ad dictum Ulpiani, *Princeps legibus solutus est.*

Monet Cujacius, quod Dio dicit, Principes legibus solutos, non de omnibus legibus intelligendum esse; cum multis legibus solutos non fuisse, ex Corpore Juris pateat, & cum Voconiæ legis veniam postea singulatim a senatu petierit Augustus. (p. 590. E.) Amplius, ut alios taceam, Cl. Grævius ad Philipp. II. 13. *legibus solvi*, inquit, *apud Romanos dicebantur, qui una tantum lege solvebantur, ut ex hoc* (Ciceronis) *& pluribus locis Livii & aliorum liquet. Hujus locutionis vim non intellexit Dio Cassius.* Provocat in primis ad SCtum, quod legibus tantum quibusdam solvit Vespasianum, quibus jam soluti fuerint Julius, Augustus, & ceteri. Dionem defendit Illustr. Everh. Otto, præf. ad T. IV. Thes. Jur. p. 8. Virum enim senatorem & consularem satis sciviisse, quod legibus solvi etiam dicantur, qui una solvuntur, neque credidisse Augustum omnibus solutum, cum ipse postea alia lege (Voconia p. 590. E.) eum solutum referat: loqui eum p. 509. non de Augusto, sed de principibus recentioribus sui temporis, omni legum necessitate solutis; & in altero loco potestatem Augusti quodammodo ad tempora quibus scribebat, ratiocinando exegisse. Utique vero Dio nec tam ignarus rerum & formularum, nec sibi ipsi contrarius esse potuit: videtur tamen Augusto idem tribuere p. 516. A. πάσης αὐτὸν τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀπήλλαξαν, quod ceteris p. 509. ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσί. Sensus vero hic ni fallor est, quod in casu necessitatis sine crimine aut pœna leges abrogare & novas ferre potuerint, eas migrare ipsi, iis solvere alios, quoties id *ex usu & majestate reipublicæ* fuerit, ut est in monumento Vespasiani, p. 316. § 94. *lege* nempe quæ *Regia* seu *Imperii* vocatur in Corpore Juris; de qua plura Heineccius Hist. Jur. § 169. & Antiq. Rom. l. 2. § 62. sqq. Cui potestati non contrarium est, quod quando singulatim hæ vel illæ leges mutandæ aut migrandæ erant, de ea re ad senatum retulerint Imperatores. REIM.

§ 127. (l. 70.) ἡ τοῦ Καίσαρος ἥ τε τοῦ Αὐγούστου] Quod ait Dio, Cæsaris appellatione τὴν τοῦ γένους σφῶν διαδοχήν, *generis successionem* denotari, non tantum valet ad Neronem usque, in quo Julii Cæsaris genus defecit, sed etiam in posteа insecutis, qui isto nomine honoris caussa usi sunt, illudque etiam spirantes adhuc filio, vel quemcunque in successionem Imperii adoptaverant, tribuerunt, ut etiam qui secundi fastigii essent, Cæsares appellarentur, primi autem, ut Augustum vocat Vitruvius, *Imperatores Cæsares.* De nomine hoc erudite Gerardus van der Muelen in Diss. Ultrajecti A. 1698. edita de ortu & interitu Imperii Romani p. 161. sq. nec non Ezechiel Spanhemius Diss. XII. de usu numismatum T. II. edit. novæ p. 346. sq. De appellatione Augusti jam dictum ad p. 507. C.

§ 128. (l. 75.) ἥ γε τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία] Inter imperatoria nomina, sive principatus & summi fastigii, ut appellat Tacitus, vocabula, insigne illud fuit *Patris Patriæ*, quod Julio Cæsari datum notavit Dio p. 242. C. 266. B. Augusto Suetonius c. 58. De hoc promiscuo tandem postea Cæsarum cognomento vide quæ viri docti ad Taciti XI. 25. 5. Spanhemius laudato loco, Henricus Noris Cenotaph. Pisan. II. 8. & novissime V. C. Christophorus Augustus Heumannus in Pœcile sive Epistolis Miscellaneis lib. I. p. 164. sq. In Augustum collata hæc appellatio sub initia A. U. C. 752. ut ostendit Jac. Perizonius animadversion. Historic. c. 7. p. 315. sq.

§ 129. (l. 76.) ἐξουσίαν τινὰ ἣν ποτε οἱ πατέρες] Maxima olim parentum in liberos fuit potestas, ita ut etiam in ejus locum jura principum & magistratuum successisse, & ab illa derivanda esse, statuat vir acutus Guilelmus Templeus. vide quæ copiosis scriptis de patria potestate Petrus Ærodius, Abrahamus a Kerkraad, Gerardus Noodt in Julio Paulo de expositione & nece liberorum apud veteres, Joh. Carolus Nævius & alii. Nam Plinio judice c. 38. Panegyr. per vim ipsam legemque naturæ semper in ditione parentum esse liberi jubentur.

§ 130. (l. 78.) ἀρχὴν] Videtur sensus esse, *omnino* non inditum nomen patris patriæ ad potestatem indicandam: nam tributum etiam honoris caussa ac meritorum illis qui potestate imperandi carebant. Primus ita Cicero ob patriam liberatam *Patris Patriæ* nomine ornatus a Catone, suffragante acclamatione populi, ut refert Appianus II. civil. p. 431.

A.U.C.727 Cæs. VII. & M. Agrippa III. COSS.

hujusmodi appellationes, quibus imperatores secundum leges, ac instituta jam patria, utuntur. Ac nostra quidem ætate plerumque simul omnia eis hæc nomina tribuuntur, censorio excepto; olim vero singula eis diversis temporibus decernebantur. Censoris autem nomen etiam quidam imperatorum, more antiquitus usitato, acceperunt, idque Domitiano quam diu viveret tributum; nunc vero id non amplius fit. Quum enim rem ipsam nostri temporis imperatores habeant, neque deliguntur ad censuram gerendam, neque ejus magistratus titulum, præterquam in agendo censu, gerunt.

τοσαῦταί τε καὶ τοιαῦται αἱ προσηγορίαι εἰσίν, αἷς οἱ τὸ κράτος ἔχοντες, καθὰ τοὺς νόμους καὶ καθὰ ff τὸ ἤδη πάτριον, νομίζουσι. καὶ νῦν μὲν πᾶσαι ἅμα αὐτοῖς ὡς τὸ πολὺ, [131] πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν, δίδονται· τοῖς δὲ δὴ πάλαι ε κατὰ χρόνους ὡς ἑκάστοις ἐψηφίζοντο. τὴν γὰρ δὴ τιμητείαν ἔλαβον μέν τινες καὶ τῶν αὐτοκρατόρων καθὰ τὸ ἀρχαῖον, ἔλαβε δὲ καὶ [132] Δομιτιανὸς διὰ βίου· οὐ μέντοι καὶ νῦν ἔτι τοῦτο γίγνεται. τὸ γὰρ ἔργον αὐτῆς ἔχοντες, οὔτε αἱρούνται ἐπ' ἀὐτὴν, οὔτε τὴν πρόσκλησιν αὐτῆς, πλὴν ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς, i κλῶνται.

19. Enimvero, quemadmodum respublica in meliorem ac salubriorem formam commutata fuerit, cum salva jam amplius in populari statu esse nequaquam posset, expositum est hactenus. Cæterum quæ postea res gestæ sunt, eodem modo, quo superiorum temporum acta, perscribi non possunt. Olim enim omnia, etiam si procul ab urbe agerentur, ad senatum populumque referebantur: quæ ut cognoverant omnes, ita multi litteris tradebant. Et quamvis non deerant, qui metui aut gratiæ, inimicitiæque vel amicitiæ in condenda historia aliquid tribuerent: tamen apud alios, eadem monumentis complexos, ac publicis in commentariis reperiri rerum gestarum veritas aliquo modo poterat. Verum a tempore immutatæ reipublicæ, plerasque occulte agi cœperunt, nec facile enunciabantur: quin etiam si quædam eorum publicarentur, tamen eis non multum fidei, velut non satis exploratis, tribuitur. Est enim suspicio, omnia dici agique continuo ad arbitrium imperatorum, eorumque qui horum sunt potentiæ participes. Hinc fit, ut multa vulgo referantur, quæ facta non sunt; multa, quæ vere acta sint, ignorentur; denique secus omnia fere quam evenerint, edantur.

Ἡ μὲν οὖν πολιτεία οὕτω k τότε πρός τε τὸ βέλτιον καὶ πρὸς τὸ σωτηριωδέστερον μετεκοσμήθη. καὶ γάρ που καὶ [133] παντάπασιν ἀδύνατον ἦν, δημοκρατουμένους αὐτοὺς σωθῆναι. οὐ μέντοι καὶ ὁμοίως τοῖς πρόσθεν τὰ μετὰ ταῦτα πραχθέντα λεχθῆναι δύναται. πρότερον μὲν γὰρ ἐς τε τὴν βουλὴν καὶ ἐς τὸν δῆμον πάντα, l καὶ εἰ πόρρω που συμβαίη, ἐσεφέρετο· καὶ διὰ τοῦτο πάντες τε αὐτὰ ἐμάνθανον, καὶ πολλοὶ συνέγραφον. κἀκ τούτου καὶ ἡ ἀλήθεια αὐτῶν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ φόβῳ τινὰ καὶ χάριτι, φιλίᾳ τε καὶ ἔχθρᾳ τισὶν ἐγγέθη, παρά γοῦν τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰ αὐτὰ γράψασι, [134] τοῖς τε ὑπομνήμασι τοῖς δημοσίοις, τρόπον τινὰ εὑρίσκετο. ἐκ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἐκείνου τὰ μὲν πλείω κρύφα καὶ m δι' ἀπορρήτων γίγνεσθαι ἤρξατο. [135] εἰ δέ που καί τινα δημοσιευθείη, ἀλλὰ n ἀνεξέλεγκτά γε ὅλα ἀπίστευτα. καὶ γὰρ λέγεσθαι καὶ πράττεσθαι πάντα πρὸς τὰ τῶν ἀεὶ κρατούντων τῶν τε παραδυναστευόντων σφίσι βουλήματα ὑποπτεύεται. καὶ καθὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα, θρυλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα, ἀγνοεῖται· πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλως πως ° ἢ ὡς πράττεται, διαθροεῖται. καὶ μέντοι καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος,

ff τὸ ἤδη πάτριον. Theodorus Marcilius ad Suetonii Titum c. 6. male sic scriptum existimat pro τὸ ἦθος πάτριον. sed nihil movendum. πάτριον elliptice sine ἦθος dici solet. ἤδη πάτριον vocat, quod olim πάτριον nondum erat, sed recens institutum. g κατὰ χρόνους. sic V. a. melius quam vulgo κατὰ νόμους. quis enim non videt, opposita esse, πᾶσαι ἅμα, & καθὰ χρόνους ὡς ἑκάστοις. b ἐπ' αὐτὴν. ἐπ' αὐτῆς, V b. quod mihi non probatur. i κλῶνται. χρῶνται, V. a. cui lectioni repugnat accusativus τὴν πρόσκλησιν. k τότε. sic Xiph. rectius, judice etiam Leunclavio, quam πολὺ, quod adhuc receptum fuit. loquitur enim præcise de temporibus Augusti, qui id fecit ex consilio Mæcenatis p. 473. C. l καὶ εἰ. εἰ καὶ, Xiph. quod fere eodem redit. m δι' ἀπορρήτων. δι' ἀπορρήτου, Xiph. quod rectius judicat L. n ἀνεξέλεγκτά γε. ἀνεξέλεγκτά τε, Xiph. cujus tamen cod. Coisl. & Dionis Med. habent ἀνέλεγκτα. o ἢ ὡς πράττεται. hæc lectio reperitur apud Xiph. & V. a. b. estque integrior quam vulgata, quæ ὡς omittit.

Κάτωνος δ' αὐλὸν καὶ πλέξρα τῆς παλαιᾶς προσαγορεύσαντος, ἐπέσεισεν ὁ δῆμος. καὶ δοκεῖ τισιν ἥδε ἡ εὐφημία, ἀπὸ Κικέρωνος ἀρξαμένη, περιελθεῖν ἐς τῶν νῦν αὐλοκρατόρων τοὺς φαινομένους ἀξίους. οὐδὲ γὰρ τοῖσδε, καίπερ ὄντες βασιλεῦσιν, εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἅμα ταῖς ἄλλαις ἐπωνυμίαις, ἀλλὰ σὺν χρόνῳ μόλις ἥδε, ὡς ἐνίοις ἐπὶ μεγίστοις δὴ μαχίμοις, ψηφίζεται. De vocula ἀρχὴν pro *omnino* dixi ad Sextum Empiricum p. 26. 78. &c.

§ 131. (l. 85.) πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν] Vide p. 507. E. Licet autem nomine Censorum abstinebant Imperatores, ut Augustus quoque, teste Suetonio c. 27. tamen potestatem sibi vindicasse, & Dio monuerat p. 508. B. & dictum ad p. 494. A. Nimirum cum ex more veteri Censores comitiis populi Romani, quæ Consulum alter habebat, creari deberent, ut notatum a Jac. Perizonio Diss. de Censoribus c. 6. maluerunt nominis inania omittere. Neque tamen aut omnes aut ubique abstinuisse, docet Philippus a Turre in monumentis veteris Antii Part. I. c. 3. p. 26. Tom. VIII. Thesauri Italiæ Part. IV. Apulejus in Apologia p. 13. *Imperator & Divus & Censor Hadrianus*, ubi vide si placet p. 25. sq. notas Pricæi.

§ 132. (l. 89.) Δομιτιανὸς διὰ βίου] Infra p. 760. C. Inter exempla Imperatorum, quibus delatum solenniter censuræ munus, nobile illud Valeriani apud Trebellium Pollionem c. 2. ubi Decius ad eum post SCtum communibus factum suffragiis: *Felicem te, Valeriane, Senatus sententia, imo animis atque pectoribus. Totius Orbis humani suscipe censuram, quam tibi detulit Romana Respub. quam solus mereris, judicaturus de moribus nostris. Tu æstimabis qui manere in curia debeant: tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones, tu vectigalia firmabis, divides, statues, Respub. recensebis: tibi legum scribendarum auctoritas dabitur, tibi de ordinibus militum judicandum est, tu arma respicies: tu de nostro palatio, tu de judicibus, tu de Præfectis eminentissimis judicabis. Excepto denique Præfecto urbis Romæ, exceptis Coss. ordinariis & Sacrorum Rege ac maxima Virgine Vestalium (si tamen incorrupta permanebit) de omnibus sententias feres. Laborabunt autem etiam illi ut tibi placeant, de quibus non potes judicare.* Nescio an tota antiquitate usquam se offerat alius de potestate Censorum tam disertus ac luculentus locus.

§ 133. (l. 97.) παντάπασιν ἀδύνατον ἦν] Sæpius hoc annotat Dio, ut dixi ad p. 241. B. & monumenta illorum temporum confirmant, ob potentium licentiam & æmulationes ac discordias, salvam esse Rempub. Rom. non potuisse, nisi ad unius imperium confugeret.

θος, τό, τε τῶν πραγμάτων πλῆθος δυσχερεσάτην ἀκρίβειαν αὐτῶν παρέχεται. ἔν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, [p] καὶ παρὰ τῷ ὑπηκόῳ αὐτῆς πολλὰ, πρός τε τὸ πολέμιον, [q] ἀεὶ καὶ καθ' ἡμέραν, ὡς εἰπεῖν, γίγνεταί τινα, περὶ ὧν τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς ῥᾳδίως, ἔξω τῶν πρατθόντων αὐτὰ, γιγνώσκει· πλεῖστοι δ' ὅσοι οὐδ' ἀκούουσι τὴν ἀρχήν ὅ, τι γέγονεν. ὅθεν περ καὶ ἐγὼ πάντα τὰ ἐξῆς, ὅσα γε καὶ ἀναγκαῖον ἔσται εἰπεῖν, ὡς που καὶ [r] δεδήλωται φράσω, εἴτ' ὄντως οὕτως, εἴτε καὶ ἑτέρως πως ἔχει. προσέσται μέντοι τι αὐτοῖς καὶ τῆς ἐμῆς δοξασίας, [s] ἐς ὅσον ἐνδέχεται, ἐν οἷς ἄλλο τι μᾶλλον ἢ τὸ θρυλλούμενον, ἠδυνήθην ἐκ πολλῶν ὧν ἀνέγνων, ἢ καὶ ἤκουσα, ἢ καὶ εἶδον, τεκμήραθαι.

edantur. Jam ipsius etiam imperii moles, ac rerum multitudo efficit, ut difficillimum sit omnia accurate memoriæ prodere. Etenim permulta Romæ, multa in subditis regionibus, multa contra hostes, vario tempore & prope quotidie geruntur, de quibus præter hos, qui ea gesserunt, nemo quicquam certi facile cognoscit: plerique etiam ne facta quidem esse, audiunt. Id circo omnes ego sequentium temporum res, quas recensere necesse fuerit, sic ut ab aliis vulgatæ sunt, commemorabo; sive ita vere, sive aliter acciderint: mea tamen nonnunquam apposita opinione, si quando mihi licuit ex multis his, quæ legi, vidi, audituve accepi, aliter rem, quam vulgo traditum sit, gestam conjectare.

A.U.C. 727 Cæs. VII. & M. Agrippa III. COSS.

C Αὔγουστος μὲν δὴ ὁ Καῖσαρ, [136] ὥσπερ εἶπον, ἐπωνομάσθη, καὶ αὐτῷ σημεῖον οὐ σμικρὸν εὐθὺς τότε τῆς νυκτὸς ἐπεγένετο. [137] ὁ γὰρ Τίβερις πελαγίσας, πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς πεδίοις Ῥώμην καθέλαβεν, ὥστε πλεῖσθαι· καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ μάντεις, ὅτι τε ἐπὶ μέγα [t] αὐξήσει, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν πόλιν ὑποχειρίαν [t] ἕξει, προέγνωσαν. χαριζομένων δ' αὐτῷ καθ' ὑπερβολὴν ἄλλων ἄλλα, [138] Σέξτος τις Πακούβιος, ὡς δ' ἕτεροι λέγουσιν, Ἀπούδιος, πάντας ἐξενίκησεν. ἐν γὰρ τῷ συνεδρίῳ ἑαυτόν τέ οἱ, [139] τὸν τῶν Ἰβήρων τρόπον, [140] καθωσίωσε, καὶ τοῖς ἄλλοις συνεβούλευε τοῦτο ποιῆσαι. ἐπειδή τε ὁ Αὔγουστος ἐμποδών οἱ ἐγένετο, πρός τε τὸ πλῆθος τὸ προσεσὸς ἐξεπήδησεν, ([141] ἐδημάρχει γὰρ) καὶ ἐκείνους τε, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τοὺς λοιποὺς, καθά τε τὰς ὁδοὺς καὶ κατὰ τοὺς στενωποὺς περινοστήσας, καθιερῶσαι σφᾶς τῷ Αὐγούστῳ καθηνάγκασεν. ἀφ' οὗπερ καὶ νῦν [u] προτρεπόμενοι [142] τὸν κραιοῦντα, λέγειν εἰώθαμεν ὅτι, σοὶ καθωσιώμεθα. καὶ ὁ μὲν καὶ θῦσαι ἐπὶ τούτῳ πάντας ἐποίει, ἔν τε τῷ ὁμίλῳ

20. Cæsari, quum Augusti cognomentum, quemadmodum retuli, accepisset, signum haud leve sequenti statim nocte evenit. Tiberis enim exundans, ita omnia, quæ in plano jacerent, Romæ loca replevit, ut navigabilis esset. Id sic interpretati sunt arioli, ut eum ad magnum fastigium evasurum, totamque urbem in sua potestate habiturum dicerent. Quum aliis alii modis immodice ei gratificarentur, Sextus quidam Pacuvius, quem alii Apudium nominant, omnium studia superavit, more Hispanorum in senatu se Cæsari devovens, idemque ut facerent, aliis autor factus. Id quum Augustus impediret, ad multitudinem foris stantem (tribunus enim plebis erat) prosiluit, eosque tum, & reliquos postea, per compita & angiportus circumvagando, ut se Augusto devoverent, adegit. Unde tractum, ut hodie etiam, quando imperatorem verbis cohortamur, ei nos dicamus esse devotos. Is igitur Pacuvius perfecit etiam, ut omnes sacrificarent ob hanc rem; ac in concione aliquando professus est, se Cæsarem hæredem ex

p καὶ παρὰ τῷ ὑπηκόῳ αὐτῆς. hæc plenius scripta reperiuntur apud Xiph. καὶ ἔξω ταύτης παρὰ τῇ ὑπηκόῳ, L. nisi hic, ut videtur, liberius sententiam exprimit Xiph. *q* ἀεὶ καὶ καθ' ἡμέραν. vulgo desideratur ἀεὶ, quod tamen sequens, καὶ καθ' ἡμέραν ὡς εἰπεῖν, postulat. sane Xiph. qui ἀεὶ omittit, etiam sequens καὶ non habet. fuit mihi auctor cod. V. a. *r* δεδήλωται. δεδήμωται, V. a. paulo ante ὅσα γε, HS. L. ὅσα τε, RS. *s* ἐς ὅσον ἐνδέχεται. ὅσον ἐνδέχεται, Xiph. melius, L. *t* αὐξήσει, ἕξει. sic & Xiph. vulgo. sed αὐξήσει, ἕξει, Pal. Coisl. & Br. *u* προτρεπόμενοι. περιτρεπόμενοι, V. b.

§ 134. (l. 7.) τοῖς τε ὑπομνήμασι τοῖς δημοσίοις] Mentio hujusmodi ὑπομνημάτων etiam supra p. 245. D. Fuerunt autem præter fastos librosque linteos magistratuum, Pontificum Annales maximi, tum acta populi sive acta diurna urbis, quæ acta publica vocat Tacitus XII. 24. nec non acta Senatus, quorum specimen habes apud Grævium ad hæc Suetonii in Cæsare c. 20. *inito honore* (consulatus) *primus omnium instituit, ut tam Senatus quam Populi diurna acta conficerentur, & publicarentur.* De singulis hisce dictum a me in Bibliotheca Latina.

§ 135. (l. 10.) ἃ δέ που καί τινα δημοσιευθέντα] Quanquam acta senatus publicari vetuit Augustus, teste eodem Suetonio c. 36. tamen ad ea non uno loco provocat Tacitus, & δημόσια γράμματα, cum incendio periissent, per Tiberii curam restituta memorabit Dio p. 613. B. τὰ τῆς βουλῆς ὑπομνήματα p. 898. C. Etiam libros linteos, in quibus acta Imperatorum consignata erant, laudat Vopiscus in Aureliano c. 1. & 8. Plura Lipsius excursu ad Annalem quintum Taciti, Valesius ad Excerpta Peiresc. p. 100. & H. Dodwellus prælectione XI. Cambdeniana.

§ 136. (l. 36.) ὥσπερ εἶπον] Pag. 507. C.

§ 137. (l. 38.) ὁ Τίβερις πελαγίσας] Ut p. 519. D. 521. A. 539. A. & apud Tacitum I. Annal. c. 76. *continuis imbribus auctus Tiberis plana urbis stagnaverat.*

§ 138. (l. 44.) Σέξτος τις Πακούβιος] Non alius videtur quem Pacuvium Taurum Macrobius appellat lib. II. Saturnal. c. 4. narrans, Augustum illi, munus amplum petenti, quod homines vulgo loquerentur non parvam sibi ab illo pecuniam datam, dixisse: *sed tu noli credere.*

§ 139. (l. 47.) τὸν τῶν Ἰβήρων τρόπον] Celtiberos narrat Valerius Max. lib. II. c. 6. n. 11. nefas esse duxisse, prælio superesse, cum is occidisset pro cujus salute spiritum devoverant: vide quæ viri docti ad hæc Cæsaris II. 22. de bello Gallico. *Devotorum, quos illi* Soldurios *appellant, hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dederint: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant.*

§ 140. (l. 47.) καθωσίωσε] Devovit: quod καθιερώσαι dixere Strabo & Plutarchus. v. Ez. Spanhemii notas ad Aristophanis Plutum v. 660. & Casaubonum ad Strabonis III. p. 77. [Illustrat Lipsius Antiq. Lect. V. 8. T. I. Opp. p. 128. ex formula *Devoti Numini Majestatique Tuæ*, Xylandrum notans, qui *sacrum esse* reddiderat.]

§ 141. (l. 50.) ἐδημάρχει γὰρ] Plebiscitum factum, Sexto hoc Pacuvio tribuno plebem rogante, ut mensis pro Sextili Augustus appellaretur, refert Macrobius lib. I. Saturnal. c. 12.

§ 142. (l. 55.) προτρεπόμενοι τὸν κραιοῦντα] Dio senator Romanus hoc loco innuit senatus allocutionem novo princi-

A.U.C. 727 Cæſ. VII. & M. Agrippa III. COSS.

ex æquo cum filio ſuo nuncupaturum; non quod poſſideret magnas opes, ſed quod præter eas quas haberet accepturum ſe plures ſperaret; quod etiam factum eſt.

λῳ ποτὲ κληρονόμον ἔφη τὸν Αὔγουστον ἐξ ἴσου τῷ υἱεῖ καταλείψειν· [143] οὐχ ὅτι τι εἶχεν, ἀλλ' ὅτι καὶ προσλαβεῖν ἠθέλησεν· [144] ὃ καὶ ἐγένετο. E

21. Porro Auguſtus cum alia, quæ ad imperium pertinerent, majori jam ſtudio, quippe cui id ultro eſſet ab omnibus oblatum, egit; tum multas leges condidit: quæ quidem ſingula, præter quæ conducere noſtro aliquid operi poſſunt, accurate perſequi nihil attinet: idem in ſequentium temporum actis etiam facturus, ne moleſtus lectori ſim, ea adducens, quæ ne hi ipſi quidem accurate inquirunt, qui maxime hoc ſtudium ſolent tractare. Neque tamen in omnibus legibus ferendis ex ſuo tantum conſilio Auguſtus egit, ſed multa publice deliberanda propoſuit, ut ſi quid alicui diſpliceret, id prius compertum corrigi poſſet: omnes vero ſine diſcrimine adhortatus eſt, ut ſuum ſibi conſilium aperirent, ſi quid rectius inveniſſent; & magnam non modo libertatem conceſſit conſulentibus, ſed & quædam retractavit. Ut plurimum vero conſules ambos, aut alterum conſulem, quoties & ipſe conſul eſſet, & aliis ex magiſtratibus ſingulis unum, itemque reliquo ſenatorum e numero XV. viros ſorte delectos, ad ſex menſes ſibi conſiliarios ſumſit: ut quidquid ſtatueretur, per hos etiam cum aliis omnibus communicatum quodam modo exiſtimaretur. De nonnullis quidem ad univerſum ſenatum referebat, at præſtare tamen putabat, ut cum paucis tranquille de plurimis & maximis rebus ante diſpiceret; præterea cum quindecimviris iisdem aliquando jus quoque dicebat. Nam univerſo etiam ſenatui ſua ſeorſum erant judicia, ſicut & prius; idemque ſenatus legatis quoque nonnullis & oratoribus populorum ac regum reſponſa dabat, & ipſe populus ad comitia concionesque coibat; ſed ita, ut nihil ageretur, quod non & ipſi placeret. Magiſtratus alios ipſe delectos commendabat, alios populo plebique creandos permittebat; id modo curans, ne qui indigni per coitiones aut ambitum deſignarentur. Hæc fuit

Αὔγουστος δὲ τά τε ἄλλα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα προθυμότερον, ὡς καὶ ἐθελοντὶ δὴ παρὰ πάντων αὐτὴν εἰληφώς, ἔπραττε, καὶ ἐνομοθέτει πολλά. (οὐδὲν δὲ δέομαι καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἐπεξιέναι, χωρὶς ἢ ὅσα τῇ συγγραφῇ πρόσφορά ἐστι. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα πραχθεῖσι ποιήσω, ἵνα μὴ καὶ δι' ὄχλου γένωμαι, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐπεισφέρων, ἃ μηδ' αὐτοὶ οἱ πάνυ αὐτὰ μελετῶντες ἀκριβοῦσιν.) οὐ μέντοι καὶ πάντα [x] ἰδιογνωμονῶν ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστι μὲν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προεξετίθει, ὅπως ἄν τι μὴ ἀρέσῃ τινὰ, προμαθὼν ἐπανορθώσῃ. προετρέπετό τε γὰρ πάντ' ὀνήσειν συμβουλεύειν οἱ, εἴ τίς τι ἄμεινον αὐτῶν ἐπινοήσειε· καὶ παῤῥησίαν σφίσι πολλὴν ἔνεμε, καί τινα καὶ μετέγραφε. τὸ δὲ δὴ πλεῖστον, τούς τε ὑπάτους, ἢ τὸν ὕπατον, ὁπότε καὶ αὐτὸς ὑπατεύοι, καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, ἔκ τε τοῦ λοιποῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους [y] πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας, [145] συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν· ὥστε δι' αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κοινοῦσθαί τρόπον τινὰ τὰ νομοθετούμενα νομίζεσθαι. ἐσέφερε μὲν γάρ τινα καὶ ἐς πᾶσαν τὴν γερουσίαν· βέλτιον μέντοι νομίζων εἶναι μετ' ὀλίγων καθ' ἡσυχίαν τά τε πλείω καὶ τὰ μείζω προσκοπεῖσθαι, τοῦτό τε ἐποίει, καὶ ἔστιν [146] ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν. ἔκρινε μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ βουλὴ πᾶσα, ὡς καὶ πρότερον, καί τισι καὶ πρεσβείαις καὶ κηρυκείαις καὶ δήμων καὶ βασιλέων ἐχρημάτιζεν· ὅ, τε δῆμος [147] ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος ἅπν συνελέγετο· οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι [z] ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. τοὺς γοῦν ἄρξοντας τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ καθὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος, ἐπεμελεῖτο ὅπως μήτ' [a] ἀνεπιλήδειοι, μήτ' ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ [b] δεκασμοῦ, ἀποδεικνύωνται. 511 B C

[x] ἰδιογνωμονῶν. ſic & cod. Br. Xiphilini. vulgo ibi ἰδιογνωμῶν, minus bene. [y] πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας. ſic Xiph. ex quo X. & ceteri. πεντεκαιδεκάτους κλήρους λαχ. corrupte, RS. [z] ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. ὃ μὴ ἐκεῖνον ἤρεσκε, Xiph. ſæpius quidem ita Dio loquitur, L. [a] ἀνεπιλήδειοι. ἀνεπιτήδειον, Xiph. vulgo, ut ſequens ἀποδεικνύωνται active capiatur. ſed illud præſtat, & legitur in cod. Br. [b] δεκασμοῦ. ſic recte poſt Xiph. monente Xyl. edidere HS. & L. δικασμοῦ vitioſe RS. pro ſequenti ἀποδεικνύωνται, ἀποδείκνυνται, Pal. Coisl. Br. & Mer. item Z. ſtructura minus uſitata, Sylb. poſtea διῴκισε Xiph. vulgo. ſed διῴκησε rectius Pal. Br.

pi imperium ineunti gratulantis, hortantisque ad illud alacriter capeſſendum.

§ 143. (l. 59.) *οὐχ ὅτι τι εἶχεν*] Non quod haberet magnas opes, ut apud Juvenalem I. 73. *Si vis eſſe aliquis*, id eſt ſi vis magnus eſſe & præ aliis eminere.

§ 144. (l. 60.) *ὃ καὶ ἐγένετο*] Non tamen tantam ſummam accepiſſe quantam exſpectaverat, patet ex eo quod ſupra ex Macrobii lib. II. c. 4. retuli.

§ 145. (l. 82.) *συμβούλους ἐς ἑξάμηνον*] Sueton. Auguſto c. 35. *Sibi inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem ſenatum referendis ante tractaret.* Pro quindecim conſiliariis ſemeſtribus, deinde viginti annuos legiſſe, dicet Dio infra p. 588. C. Auguſti exemplum imitatus Tiberius p. 606. C. & Claudius 667. B. Etiam decem adjutorum impetratorum a Senatu, cum cenſuram Auguſtus exerceret, mentio apud Sueton. c. 39.

§ 146. (l. 89.) *ὅτε καὶ ἐδίκαζε*] Jus dixiſſe Auguſtum aſſidue, notavit idem Suetonius c. 33.

§ 147. (l. 93.) *ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας*] Quanquam Mæcenas diſſuaſerat magiſtratuum comitia permittere, ſupra p. 484. E. tamen non modo illa celebrari paſſus eſt Auguſtus, ſed etiam, cum illis intereſſet, tribus cum Candidatis ſuis circuivit ſupplicavitque more ſolemni. Tulit & ipſe ſuffragium in tribu ut unus e populo. Sueton. c. 56. & 40. ubi comitiorum priſtinum jus ab eo reductum, multiplicique pœna coercitum ambitum teſtatur. vide & infra p. 596. A.

§ 148. (l. 6.) *τὰς ὁδοὺς τὰς ἔξω τοῦ τάχους*] Idem Suetonius c. 30. *Quo facilius undique urbs adiretur, deſumta ſibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit.* Conferendus Nicolaus Bergierius erudito opere de publicis ac militaribus Populi Rom. viis T. X. Theſauri Græviani. De ſenatorum in viis muniendis ſumtu, quem a triumviris coacti ſunt facere, ſupra.

§ 149. (l. 12.) *ἀκόνες αὐτῷ ἐπ' ἀψίδων*] Notare juvat, arcum, quem Auguſto dedicatum apud Ariminum exhibet clariſſimus Fabrettus

ται. τὸ μὲν οὖν σύμπαν οὕτω τὴν ἀρχὴν διῴκησε.

Λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ὅσα ἀναγκαῖόν ἐστι μετὰ τῶν ὑπάτων, ὑφ' ὧν ἐγένετο, μνημονεύεσθαι. ἐν μὲν γὰρ τῷ προειρημένῳ ἔτει, [148] τὰς ὁδοὺς τὰς ἔξω τοῦ τείχους δυσπορεύτους ὑπ' ἀμελείας ὁρῶν οὔσας, τὰς μὲν ἄλλας ἄλλοις τισὶ τῶν βουλευτῶν ἐπισκευάσαι τοῖς οἰκείοις τέλεσι προσέταξε· τῆς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτὸς, ἐπειδήπερ ἐκστρατεύσειν δι' αὐτῆς ἔμελλεν, ἐπεμελήθη. καὶ ἡ μὲν εὐθὺς τότε ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ [149] εἰκόνες αὐτῷ ἐπ' ἀψίδων ἔν τε τῇ τοῦ Τιβέριδος γεφύρᾳ καὶ ἐν Ἀριμίνῳ ἐποιήθησαν· αἱ δ' ἄλλαι ὕστερον, εἴτ' οὖν πρὸς τοῦ δημοσίου (ἐπειδὴ μηδεὶς τῶν βουλευτῶν ἡδέως ἀνήλισκεν) εἴτε καὶ πρὸς τοῦ Αὐγούστου τις εἰπεῖν ἐθέλει, ἐπεσκευάθησαν. οὐ γὰρ δύναμαι [150] διακρῖναι τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, οὐδ' εἰ τὰ μάλιστα ὁ Αὔγουστος καὶ [151] ἀνδριάντας τινὰς ἑαυτοῦ ἀργυροῦς, πρός τε τῶν φίλων καὶ πρὸς δήμων τινῶν γεγονότας, εἰς νόμισμα κατέκοψε, τοῦ δὴ καὶ οἴκοθεν πάνθ' ὅσα γε καὶ ἔλεγε δαπανᾶν δοκεῖν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτ' εἴ ποτε ἐκ τῶν δημοσίων τι χρημάτων ὁ ἀεὶ κρατῶν ἔλαβεν, οὔτ' εἴ ποτε αὐτὸς ἔδωκε, γνώμην ἔχω συγγράψαι. πολλάκις τε γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐγένετο. καὶ τί ἄν τις εἰς δανείσματα ἢ καὶ δωρεὰς [c] τὰ τοιαῦτα καὶ λέγοι, ὁπότε καὶ τούτοις καὶ ἐκείνοις καὶ ὁ δῆμος καὶ ὁ αὐτοκράτωρ ἐπίκοινον ἀεὶ χρῶνται; τότε μὲν δὴ ταῦτα ὁ Αὔγουστος ἔπραξε· καὶ ἐξώρμησε μὲν ὡς καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν στρατεύσων, ἐς δὲ δὴ τὰς Γαλατίας ἐλθὼν, ἐνταῦθα διέτριψεν. ἐκεῖνοί τε γὰρ [152] ἐπικηρυκεύσασθαί οἱ ἐδόκουν, καὶ τὰ τούτων ἀκατάστατα ἔτι, ἅτε τῶν ἐμφυλίων πολέμων εὐθὺς ἐπὶ τῇ ἁλώσει σφῶν ἐπιγενομένων, ἦν. καὶ αὐτῶν καὶ ἀπογραφὰς ἐποιήσατο, καὶ τὸν βίον τήν τε πολιτείαν διεκόσμησε. κἀνταῦθεν ἐς τε τὴν Ἰβηρίαν ἀφίκετο, καὶ καταστήσατο καὶ ἐκείνην.

[153] Μετὰ δὲ δὴ τοῦτο αὐτός τε τὸ ὄγδοον σὺν τῷ Ταύρῳ τῷ Στατιλίῳ ὑπάτευσε, καὶ ὁ Ἀγρίππας [154] τὰ Σεπτὰ ὠνομασμένα καθιέρωσεν. [155] ὁδὸν μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἐπισκευάσειν ὑπέσχετο· ταῦτα δὲ ἐν

1 fuit Augusto generalis imperii administrandi ratio. A.U.C.727 Cæs. VII. & M.Agrippa III. COSS.

22. Nunc singula, quæ necessario cum consulibus, sub quibus acta sunt, referenda fuerint, persequar. Anno eo, quem supra demonstravimus, quum videret Augustus, vias extra urbem, aliquamdiu neglectas, itinera difficilia exhibere; alias quidem aliis senatoribus, propriis sumptibus reficiendas, mandavit: Flaminiam, quod ea ducturus erat exercitum, ipse procuravit: estque ea statim instaurata, ac ob id statuæ Augusto in arcubus, cum in ponte Tiberis, tum Arimini sunt positæ. Reliquæ viæ posteriori tempore refectæ, sive publicis sumtibus, (neque enim senatorum quisquam libenter eos faciebat) sive ipsius Augusti hoc factum quis dicere velit. Nam inter hujus, & publicum ærarium, quid interfuerit, non satis video: quantumvis Augustus statuas nonnullas suas argenteas, ab amicis & populis quibusdam sibi factas, in numisma conflaverit; quo existimaretur ex suis facultatibus omnia, quæ præ se ferebat, impendere. Itaque mihi non est animus dicere, pecuniane sua, an publica imperatores quicquam perfecerint, quum utrumque sæpius contigerit. Et cur hujusmodi inter æs mutuo datum, vel donationes aliquis retulerit, quum hæc omnia populus & imperator semper communia habuerint? Augustus, his peractis, cum exercitu ab urbe profectus est, ut in Britanniam bellum transferret: verum postquam in Galliam venit, ibi aliquamdiu substitit, quod Britannis visum erat, oratores pacem petituros ad eum mittere; & quod Galliæ res, cum illa vix subacta statim bella civilia subsecuta fuissent, nondum satis erant compositæ. Igitur Gallos in censum redegit, vitamque eorum & rempublicam formavit. Inde in Hispaniam profectus, eam quoque provinciam constituit.

A.U.C.728 Aug. VIII. & Stat. Tauro COSS.

23. Anno sequenti, Augusto VIII. & Statilio Tauro Consulibus, Agrippa, quia nullam viam sternendam susceperat, Septa dedicavit. Septa locus est in campo Martio: eum ad habenda tributa

c τὰ τοιαῦτα καὶ λέγοι. verba sunt transposita. scribe, καὶ τὰ τοιαῦτα λέγοι, X. sed haud scio an græcæ aures ferant hoc, εἰς δανείσματα (&c.) λέγοι, præsertim cum non addatur *quid?* mihi vix dubium est, quin καὶ λέγοι corruptum sit ex καλαλέγοι, quod verbum cum εἰς construitur: τί ἄν τις εἰς δανείσματα ἢ καὶ δωρεὰς τὰ τοιαῦτα καλαλέγοι;

Fabrettus, refertque ad hanc viæ Flaminiæ instaurationem, Diss. I. de Aquæductibus Veteris Romæ T. IV. Thesauri Græviani p. 1701. aliquot annis post factum videri: Augustus enim in ejus inscriptione appellatur Pontifex Maximus. Pontificatum autem demum suscepit Lepido mortuo, infra p. 540. E. plura Fulvius Ursinus in familiis Romanis, ubi de Vinicia.

§ 150. (l. 17.) διακρῖναι τοὺς θησαυροὺς] Licet distincta ærarium publicum & fiscus Principis, ut dictum ad p. 506. E. & 480. E. tamen nemo impediebat Augustum publicis pecuniis uti tanquam suis.

§ 151. (l. 19.) ἀνδριάντας τινὰς] Vide quæ viri docti ad hæc Suetonii c. 52. *argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes.* Invidiam pariter effugere & argento uti voluit Augustus, ut Mæcenas ei suaserat p. 490. ne unquam statuas vel aureas vel argenteas sibi poni permitteret.

§ 152. (l. 33.) ἐπικηρυκεύσασθαί οἱ ἐδόκουν] Non convenisse tamen de pactione Britannos, notat Dio infra p. 513. D.

§ 153. (l. 40.) μετὰ δὲ δὴ τοῦτο] Hoc non ita accipiendum, ac si ante consulatum Statilii Tauri (qui incidit in A. U. C. 728.) Augustus Galliam constituerit & Hispaniam. Nam ex veteri inscriptione apud Pighium T. III. annalium Rom. p. 507. constat, anno post Taurum Consulem, Augustum in Hispania fuisse. Sed ut sæpe Dio facit, quæ longiore tempore gesta sunt conjungit, & deinde pergit annos & Consules enumerare.

§ 154. (l. 42.) τὰ Σεπτὰ ὠνομασμένα] Septa Agrippina sive Julia non diversa fuisse a Septis, seu loco circumsepto campi Martii, in quo stans populus in comitiis suffragia ferre consuevit, recte docet V. C. Joan. Vignolius, diss. accurata de columna Antonini Pii edita Romæ A. 1705. quam consulere utique juvabit. Quæ autem ligneis cancellis sive tabulatis antea circumdata fuerant, hæc porticibus inclusa a Lepido, etiam statuis cinxit Agrippa. Septa Titi Imper. temporibus vastata incendio memorat Dio sive Xiphilinus infra p. 756. D. Hoc est antiquum ovile, templo Isidis proximum, de quo viri docti ad Juvenal. VI. 529. & Lucan. II. 197. Quod Lepidus & Agrippa perfecit, cœperat Cicero, cujus hæc sunt IV. 16. ad Atticum: *in campo Martio septa tributis comitiis marmorea sumus & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur, simul adjungetur villa publica.* In his populum e bello Pannonico reversus salutavit Augustus, infra p. 572. A. mentio & p. 647. D.

§ 155. (l. 42.) ὁδὸν οὐδεμίαν] Nullam ex XIV. illis viis, quarum

A.U.C.728 Aug. VIII. & Stat. Tauro COSS.

tributa comitia Lepidus undiquaque porticibus circumductis ædificaverat. Agrippa autem tabulis lapideis & picturis a se exornatum, Septa Julia ab Augusto cognominavit. Hic quidem Agrippa eo facto non modo invidiam nullam, sed magnos adeo honores, cum apud ipsum Cæsarem, tum apud omnes alios invenit. Nam etsi omnibus in rebus Cæsari auctor adjutorque fuerat, quæ summam clementiam, gloriam, utilitatemque secum ferrent; nihil tamen ejus gloriæ sibi arrogabat, honoresque ab eo sibi tributos non in privatum suum commodum, aut voluptatem, sed in Augusti ac reipublicæ utilitatem convertebat. At Cornelius Gallus ad insolentem ferociam ex honore sibi ab Augusto dato præcipitavit, ita ut multa contra Augustum vana dicta deblateraret, ac multa flagitiose ageret; statuas sibi ipsi per universam propemodum Ægyptum ponens, suaque acta in pyramides inscribens. His de causis accusatus a Valerio Largo, qui socius ejus & convictor fuerat, infamia ab Augusto notatus est, prohibitusque intra provincias ejus degere. Eo facto, multi quoque alii Gallum agressi, varia ejus crimina detulerunt: decretumque est ab universo senatu, ut judicio damnatus exularet, bona ejus Augusti essent, ac rem sacram ejus rei causa senatus faceret. Gallus dolorem non ferens, morte voluntaria pœnæ antevertit.

24. Documento fuit is Galli casus, quam parum sincere plerique benevolentia alios prosequantur: quando eos se Gallo, quem adulati hactenus fuerant, præbuere, ut eum ad inferendas sibi manus adegerint; & ad Largum, quoniam eum jam crescere videbant, studia sua convertere: procul dubio, si quid ei simile evenisset, eadem in ipsum statuturi. Certe Proculejus ita de Largo sensit, ut obviam ei forte factus, nares suas & os manu compresserit; iis, qui secum erant, significans, ne respirare quidem Largo præsente quenquam tuto posse. Alius quidam Largum accedens, adhibitis testibus, Largo ipse ignotus, percontatus est, notusne ei esset:

ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ στοαῖς πέριξ ὑπὸ τοῦ Λεπίδου πρὸς τὰς Φυλετικὰς ἀρχαιρεσίας συνῳκοδομημένα, καὶ πλαξὶ λιθίναις καὶ ζωγραφήμασιν ἐπεκόσμησεν, Ἰούλια αὐτὰ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου προσαγορεύσας. καὶ C
ὁ μὲν οὐχ ὅπως φθόνον τινὰ ἐπ' αὐτοῖς ὠφλίσκανεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ καὶ πρὸς αὐτοῦ ἐκείνου καὶ [d] πρὸς τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐτιμᾶτο. αἴτιον δὲ, ὅτι τὰ φιλανθρωπότατα, καὶ τὰ εὐκλεέστατα, τά τε συμφορώτατα καὶ συμβουλεύων οἱ καὶ συμπράττων, οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ τῆς δόξης αὐτῶν ἀνετοιεῖτο· ταῖς τε παρ' αὐτοῦ τιμαῖς, οὔτε ἐς πλεονεξίαν, οὔτε ἐς ἀπόλαυσιν ἰδίαν ἐχρῆτο, ἀλλ' ἔς τε τὸ [e] αὐτῷ ἐκείνῳ, καὶ ἐς τὸ τῷ δημοσίῳ συμφέρον. [156] ὁ δὲ δὴ [f] Γάλλος Κορνήλιος καὶ ἐξύβρισεν ὑπὸ τῆς τιμῆς. [157] πολλὰ μὲν γὰρ καὶ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον ἀπελήρει, πολλὰ δὲ καὶ [g] ἐπαίτια παρέπραττε. καὶ γὰρ D
καὶ εἰκόνας ἑαυτοῦ ἐν ὅλῃ, ὡς εἰπεῖν, τῇ Αἰγύπτῳ ἔστησε, καὶ τὰ ἔργα ὅσα ἐπεποιήκει, ἐς τὰς πυραμίδας [b] ἐσέγραφε. καὶ ἠγορήθη τε οὖν ἐπ' αὐτοῖς ὑπὸ [i] Ὀυαλερίου Λάργου, ἑταίρου τε οἱ καὶ συμβιωτοῦ ὄντος, καὶ ἠτιμώθη ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου, ὥστε καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν αὐτοῦ κωλυθῆναι διαιτᾶσθαι. γενομένου δὲ τούτου, καὶ ἄλλοι αὐτῷ συχνοὶ ἐπέθεντο, καὶ [158] γραφὰς κατ' αὐτοῦ πολλὰς ἐπήνεγκαν· καὶ ἡ γερουσία ἅπασα ἁλῶναί τε αὐτὸν ἐν τοῖς δικασηρίοις, καὶ φυγεῖν τῆς οὐσίας στερηθέντα, καὶ ταύ- E
την τε τῷ Αὐγούστῳ δοθῆναι, καὶ ἑαυτοὺς βουθυτῆσαι, ἐψηφίσαντο. καὶ [159] ὁ μὲν περιαλγήσας ἐπὶ τούτοις, ἑαυτὸν προκατεχρήσατο.

Τὸ δὲ δὴ τῶν πολλῶν κίβδηλον καὶ ἐκ τούτου διηλέγχθη, ὅτι ἐκεῖνόν τε, ὃν τέως ἐκολάκευον, οὕτω τότε διέθηκαν, ὥστε καὶ αὐτοχειρίᾳ ἀποθανεῖν 513
ἀναγκάσαι, καὶ πρὸς τὸν Λάργον ἀπέκλιναν, ἐπειδήπερ ἄυξειν ἤρχετο· μέλλοντές που καὶ κατὰ τούτου τὰ αὐτὰ, ἄν γέ τι τοιοῦτόν οἱ συμβῇ, ψηφιεῖσθαι. [160] ὁ μέντοι [k] Προκούλιος οὕτω πρὸς αὐτὸν ἔσχεν, ὥστ' ἀπαλλήσας ποτὲ αὐτῷ, τήν τε ῥῖνα καὶ τὸ στόμα τὸ ἑαυτοῦ τῇ χειρὶ ἐπισχεῖν· ἐνδεικνύμενος τοῖς συνοῦσιν, ὅτι μηδ' ἀναπνεῦσαί τινι παρόντος αὐτοῦ ἀσφάλειαν εἴη. ἄλλος τέ τις προσῆλθέ τε αὐτῷ, καίπερ ἀγνὼς ὢν, μεθ' μαρτύρων, καὶ ἐπήρετο εἰ γνωρίζοι ἑαυτόν. [l] ἐπειδή τε ἐξηρνήσατο, ἐς γραμματεῖον τὴν ἄρνησιν αὐτοῦ ἐσέγραψεν.

[d] πρὸς τῶν ἄλλων. hæc ex Peir. cod. tanquam variam lectionem adducit Valesius: & est sane, si solam Leunclavii editionem inspicias, quæ πρὸ τῶν ἄλλων exhibet; verum errore typographi tantum. nam RS. & HS. πρὸς recte scribunt. sæpius mihi Dionem ex editione Leunclaviana recensenti evenit, ut etiam ex ingenio mihi viderer locis corruptis opem aliquam attulisse; cum inspecta deinde editione Roberti & Henrici Stephanorum deprehendi, emendationis gloriolam per præcedentes editiones eatenus correctiores mihi eripi. [e] αὐτῷ ἐκείνῳ. vidit ita scribendum, pro αὐτὸ ἐκείνῳ, X. quod nunc eo tutius recipimus, quia confirmatur codice Peir. [f] Γάλλος Κορνήλιος. addit Xiph, ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιβεβραμμένος. [g] ὑπαίτια pro ἐπαίτια habet Xiph. sed Coisl. & Br. cum Dione consentiunt. [b] ἐσέγραφε. ἐσέγραψε, Xiph. quod præfero. [i] Ὀυαλερίου Λάργου. paulo post Αὖλος vocatur L. minime vero, vide ad p. 516. D. [k] Προκούλιος. sic & Xiph. Προκουλήϊος, L. ad marg. Προκούλιος etiam p. 522. E. Προκλήϊος apud Plutarchum p. 952. *Proculejus* Horat. Od. II. 2. 5. Plin. XXXVI. 24. VII. 45. [l] ἐπειδή τε. ἐπειδὴ δὲ, Xiph. qui & paulo post ἐξάρνησιν, pro ἄρνησιν. hoc tamen etiam in cod. Br.

rum alias triumphalibus viris muniendas commendavit, Flaminiam sibi ipsi sumsit Augustus p. 511. D.

§ 156. (l. 56.) ὁ δὲ δὴ Γάλλος Κορνήλιος] De hoc Cornelio Gallo primo præfecto Augustali dictum supra p. 455. E. vide etiam quæ viri docti ad Sueton. c. 66. & Casaubonus ad Strabonis XVI. p. 780. Scaliger ad Eusebium p. 167. Quadragesimum tunc egisse annum ætatis cum sua se manu Gallus interfecit, testatur Eusebius in Chronico.

§ 157. (l. 57.) πολλὰ καὶ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον] Huc refer quod Suetonius ait, Augustum Gallo *ob ingratum & malevolum animum* domo & provinciis suis interdixisse. Et linguam nimio non tenuisse mero, arguit Ovidius II. Trist. 446.

§ 158. (l. 67.) γραφὰς κατ' αὐτοῦ πολλάς] Furtorum arcessitum & populatæ provinciæ notat Ammianus Marcellinus XVII. 4.

§ 159. (l. 71.) ὁ μὲν περιαλγήσας ἐπὶ τούτοις] Idem Ammianus de Gallo: *metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium spectandum dederat Imperator, stricto incubuit ferro.* Sueton. *Gallo quoque & accusatorum denunciationibus & SCtis ad necem compulso, Augustus laudavit quidem pietatem tantopere pro se indignantium: cæterum & illacrymavit & vicem suam conqueslus est, quod sibi soli non liceret amicis, quatenus vellet, irasci.*

§ 160. (l. 79.) ὁ μέντοι Προκούλιος] Frater L. Licinii Varronis Murænæ, p. 522. E.

§ 161. (l. 90.) Μάρκος ὁ Ἐγνάτιος Ῥοῦφος] Hic est M. Egnatius, cujus inter conjurationum adversus Augustum auctores meminit Sueton. c. 19.

ψεν· ὥσπερ οὐκ ἐξὸν τῷ κακῷ καὶ ὃν οὐκ ἤδει πρότερον συκοφαντῆσαι. οὕτω δ' οὖν οἱ πολλοὶ τὰ ἔργα τινῶν, κἂν πονηρὰ ᾖ, μᾶλλον ζηλοῦσιν, ἢ τὰ παθήματα φυλάσσονται· ὥστε καὶ τότε [161] Μάρκος [m] ὁ Ἐγνάτιος Ῥοῦφος ἀγορανομήσας, καὶ ἄλλα τε πολλὰ καλῶς πράξας, καὶ [162] ταῖς οἰκίαις ταῖς ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐμπρηθείσαις ἐπικουρίαν μετὰ τῶν ἑαυτοῦ δούλων καὶ μεθ' ἑτέρων τινῶν μισθωτῶν ποιησάμενος, καὶ διὰ τοῦτο [163] τά τε ἀναλώματα τὰ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ προσήκοντα παρὰ τοῦ δήμου λαβών, καὶ [164] στρατηγὸς παρανόμως ἀποδειχθεὶς, ἐπήρθη τε ὑπ' αὐτῶν τούτων, καὶ τὸν Αὔγουσον ὑπερεφρόνησεν, ὥστε καὶ προγράψαι ὅτι ἄθραυσον καὶ ὁλόκληρον τῷ διαδόχῳ τὴν πόλιν παρέδωκεν. ἐπ' οὖν τούτῳ οἵ τε ἄλλοι πάντες οἱ πρῶτοι, καὶ αὐτὸς ὁ Αὔγουστος ὀργὴν ἔσχε. καὶ ἐκεῖνον μὲν ἐκδιδάξειν οὐκ ἐς μακρὰν ἔμελλε τὸ μὴ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς φρονεῖν· τοῖς δ' ἀγορανόμοις παραχρῆμα ἐπιμελεῖσθαί τε ὅπως μηδὲν ἐμπίπρηται, κἂν ἄρα τι τοιοῦτον συμβῇ, κατασβεννύναι τὸ πῦρ, προσέταξε.

Eodem anno M. Egnatius Rufus, quum ædilis plebis fuisset, eoque in magistratu præter alia multa recte facta, ædificiis quoque per annum istum incendio correptis, servorum suorum, aliorumque mercede conductorum opera succurrisset; postquam ei a populo sumptus ad eum magistratum dati sunt, & ipse præter leges prætor creatus est; animo propter hæc sublato, Augustum despexit, ac publice scriptum proposuit, se illæsam integramque successori urbem tradidisse. Id iram cum aliorum in republica principum, tum ipsius Augusti movit; qui paulo post Egnatium, ne quid præter cæteros sibi sumeret, edocturus, tunc satis habuit ædilibus mandasse: caverent, ne qua incendia existerent, aut si extitissent, ignis restinguendi curam gererent.

A.U.C. 728 Aug. VIII & Stat. Tauro COSS.

Καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει τούτῳ, [165] ὅ, τε Πολέμων ὁ ἐν τῷ Πόντῳ βασιλεύων, ἔς τε τοὺς φίλους καὶ ἐς τοὺς συμμάχους τοῦ δήμου ἐνεγράφη· καὶ προεδρία τοῖς βουλευταῖς ἐν πάσῃ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ ἐς πάντα τὰ θέατρα ἐδόθη. τόν τε Αὔγουσον ἐς τὴν Βρεττανίαν (ἐπειδὴ [166] μὴ ἠθέλησαν ὁμολογῆσαι) στρατεύσοντα καθέχον οἵ τε Σάλασσοι, ἐπαναστάντες αὐτῷ, καὶ οἱ Καντάβροι, οἵ τε Ἄστυρες, πολεμωθέντες. οἰκοῦσι δὲ ἐκεῖνοι μὲν ὑπὸ τὰς Ἄλπεις, [167] ὥσπερ εἴρηταί μοι· οὗτοι δὲ ἑκάτεροι, τοῦ τε Πυρηναίου [n] τοῦ τε πρὸς τῇ Ἰβηρίᾳ τὸ καρτερώτατον, καὶ τὴν πεδιάδα τὴν ὑπ' αὐτοῦ οὖσαν. δι' οὖν ταῦτα ὁ Αὔγουστος (ἤδη δὲ ἔνατον μετὰ Μάρκου Σιλανοῦ ὑπάτευεν) ἐπὶ μὲν τοὺς Σαλάσσους [168] Τερέντιον Οὐάρρωνα ἔπεμψε. καὶ ὃς πολλαχῇ ἅμα, ὅπως μὴ συστραφέντες δυσχειρωτότεροι γένωνται, ἐμβαλὼν, ἐξέσά τε αὐτοὺς, ἅτε καὶ κατ' ὀλίγους προσπίπτοντας σφίσιν, ἐνίκησε· καὶ συμβῆναι καταναγκάσας, ἀργυρίου τέ τι ἐπῆλθον, ὡς καὶ μηδὲν δεινὸν ἄλλο δράσων, ἤτησε· καὶ τούτου παντάχῃ, πρὸς τὴν εἴσπραξιν δῆθεν αὐτοῦ, στρατιώτας διαπέμψας, συνέλαβέ τε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ,

25. Eodem anno Polemo, rex Ponti, inter amicos & socios P. R. adscriptus est; ac prima subsellia in theatris per totum ejus regnum senatoribus tributa. Augustum jam in Britanniam, quia de pacto non convenerat, expeditionem facturum, Salassi, tum & Cantabri Asturesque rebellionem facientes, retinuerunt: quorum Salassi sub Alpibus habitant, ut supra dixi: alteri vero Pyrenæi montis in Hispaniam porrecti munitissimam partem, eique subjectam planiciem incolunt. Igitur Augustus, qui tum nonum consulatum, M. Silano collega, gerebat, adversum Salassos Terentium Varronem misit: qui in terram hostilem multis simul locis, ne coeuntes difficilius subigerentur, irrumpens, levi opera Salassos, non magnis nimirum sibi agminibus occurrentes, vicit, & ad accipiendas pacis conditiones adegit: tum certam argenti summam eis imperavit, quasi nihil præterea damni illaturus. Ad id argentum exigendum dimissis usque quaque militibus, omnes qui essent juvenili ætate, comprehendit; divenditque

A.U.C. 729 Augusto IX & M. Silano COSS.

514

[m] ὁ Ἐγνάτιος. sic HS. & L. ex emendatione Xyl. ὁ Γνάτιος, RS. & V. b. [n] τοῦ τε Πυρηναίου τοῦ τε πρὸς τῇ Ἰβηρίᾳ. *tam Pyrenæi, quam regionis Hispaniæ finitimæ partes munitissimas*, L. ad marg. minus recte, ut puto. nihil præter montana & planitiem hic Dio commemorat. vide p. 514. B. 528. E. levius autem peccatum est in Græcis: scribendum τοῦ τε Πυρηναίου τοῦ πρὸς τῇ Ἰβηρίᾳ, omisso posteriori τε. ita definitur Pyrenæus mons, ne Cantabros ab altera parte Galliæ quæras. intelligit autem Dio Pyrenæi montis latera ad occasum porrecta ultra Iberum fluvium, ubi Cantabri & Astures in montanis ad mare Cantabricum, qui montes & propria habebant nomina, Idubedæ &c. vide Strabon. III. p. 161. & Melam II. 6. init. Florum IV. 12. 46.

§ 162. (l. 92.) ταῖς οἰκίαις ἐμπρηθείσαις] Ut ædiles erant curatores urbis, ita ad eos etiam spectabat cura restinguendorum incendiorum p. 554. A. quæ negligentius ab aliis habita, Egnatio favorem populi peperit, quod eam singulari studio velut in calamitate domestica gessisset. Vellejus II. 91. *Rufus Egnatius per omnia gladiatori quam senatori propior, collecto in ædilitate favore populi, quem exstinguendis privata familia incendiis in diem auxerat, in tantum quidem, ut ei præturam continuaret, mox etiam consulatum petere ausus* &c.

§ 163. (l. 95.) τά τε ἀναλώματα] De sumtibus, quos necesse erat ædiles impendere, dictum ad p. 390. A. 401. E.

§ 164. (l. 97.) στρατηγὸς παρανόμως ἀποδειχθείς] Per leges non fas erat ædilitati Præturam statim jungere, sed oportebat intercedere spatium biennii. Cic. lib. X. Epist. 25. *Si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset.* Vellejus lib. II. c. 92. *Egnatium florentem favore publico, sperantemque ut præturam ædilitati, ita consulatum præturæ se junctum*, C. Sentius Saturninus absente Augusto Consul (A. U. C. 735. sine collega, infra p. 527.) *profiteri vetuit, & cum id non obtinuisset, juravit, etiamsi factus esset Consul suffragiis Populi, tamen se eum non renunciaturum.*

§ 165. (l. 9.) ὅ, τε Πολέμων] Hic est Polemon Ponti ad Cappadociam sitæ Rex, cui Bosporanum etiam regnum traditum dicet Dio p. 538. Idem cum Antonio prius fecerat, & ab eo Armenia minore donatus fuerat p. 407. C. 418. A. Ab hoc Polemone nomen datum Ponto Polemoniaco.

§ 166. (l. 14.) μὴ ἠθέλησαν ὁμολογῆσαι] Britanni legatos ad Augustum miserant velut petituros pacem p. 512. A.

§ 167. (l. 17.) ὥσπερ εἴρηταί μοι] De Salassis dictum p. 412. A.

§ 168. (l. 22.) Τερέντιον Οὐάρρωνα] Devictorum a Varrone & sub hasta venditorum Salassorum XXXVI. millium, atque præterea ad bellum idoneorum octies mille, mentio apud Strabonem IV. p. 205. sq.

A.U.C. 729 Augusto IX & M. Silano COSS.

diditque ea conditione, ne quis eorum intra viginti annos liber fieret. Agri eorum pars optima quibusdam prætorianorum data, in qua deinde urbs Augusta Prætorianorum condita. Augustus ipse in Astures simul ac Cantabros profectus est. Qui quum neque dederent se, montium naturæ confisi, neque etiam manum consererent, quippe & numero longe inferiores, & jaculis fere tantum utentes; quumque eum, si qua se commoveret, subinde locis editioribus occupatis, ac per insidias silvestribus & convallibus locatas, frequenter infestarent: Augustus in summis difficultatibus constitutus, ac ex labore curisque in morbum prolapsus, Tarracone, quo se contulerat, decubuit. C. autem Antistius interea ejus belli administrationem nactus, multa præclare gessit, non quod artibus imperatoriis Augusto anteiret; sed quod eo contempto, barbari prælio congressi cum Romanis victique sunt. Ita & quædam ipse oppida cepit, & T. deinde Carisius Lanciam, quæ est maxima Asturiæ urbs, desertam occupavit, multaque alia in potestatem redegit.

ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ [169] μηδεὶς σφῶν ἔντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθείη. καὶ αὐτῶν ἡ ἀρίστη τῆς γῆς τῶν τε δορυφόρων τισὶν ἐδόθη, καὶ [170] πόλιν τὴν Ἀστγούσαν Πραιτωριανῶν ὠνομασμένην ο ἔχει. αὐτὸς δὲ ὁ Αὔγουστος [171] πρός τε τοὺς Ἄστυρας, καὶ πρὸς τοὺς Καντάβρους ἅμα ἐπολέμησε. καὶ ἐπειδὴ μήτε προσεχώρουν, οἷά τε ἐπὶ τοῖς ἐρυμνοῖς ἐπαιρόμενοι, μήτε ἐς χεῖρας, [p] διά τε τῷ πλήθει ἐλαττοῦσθαι, καὶ διὰ τὸ ἀκοντιστὰς τὸ πλεῖστον εἶναι, ἦσαν, καὶ προσέτι καὶ πράγματα αὐτῷ πολλά, εἴ που κινηθείη, τά τε ὑπερδέξια ἀεὶ προκαταλαμβάνοντες, καὶ ἐν τοῖς κοίλοις τοῖς τε ὑλώδεσιν ἐνεδρεύοντες, παρεῖχον ἐν ἀπόρῳ παντάπασιν ἐγένετο. καὶ ὁ μὲν, ἔκ τε τοῦ καμάτου καὶ ἐκ τῶν φρονίδων [172] νοσήσας, ἐς Ταρράκωνα ἀνεχώρησε, καὶ ἐκεῖ ἠρρώστει. [173] Γάϊος δὲ Ἀντίστιος προσεπολέμησέ τε αὐτοῖς ἐν τούτῳ, καὶ συχνὰ κατεργάσατο· οὐχ ὅτι καὶ ἀμείνων τοῦ Αὐγούστου στρατηγὸς ἦν, ἀλλ' ὅτι καταφρονήσαντες αὐτοῦ οἱ βάρβαροι ὁμόσε τε τοῖς Ῥωμαίοις ἐχώρησαν, καὶ [q] ἐνικήθησαν. καὶ οὕτως ἐκεῖνός τέ τινα ἔλαβε, καὶ [174] Τίτος μετὰ ταῦτα Καρίσιος [175] τήν τε Λαγκίαν, τὸ μέγιστον τῶν Ἀσύρων πόλισμα, ἐκλειφθὲν εἷλε, καὶ ἄλλα πολλὰ παρεσήσατο.

26. Finito hoc bello, Augustus emeritos milites dimisit, urbemque eis in Lusitania, Augustam Emeritam nomine, condendam dedit: iis, qui militari etiamnum erant ætate, spectacula quædam per Marcellum ac Tiberium, quasi ædiles, in ipsis castris exhibuit: Jubæ, pro paterno regno, Gætuliæ quaedam, quod pars eorum major adscripta provinciis Roma-

Παυσαμένου δὲ τοῦ πολέμου τούτου, ὁ Αὔγουστος τοὺς μὲν ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν ἀφῆκε, καὶ πόλιν αὐτοῖς ἐν Λυσιτανίᾳ, τὴν [176] Ἀυγούσαν Ἡμερίταν καλουμένην, κτίσας ἔδωκε· τοῖς δὲ τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔτ' ἔχουσι, θέας τινὰς, διά τε τοῦ Μαρκέλλου καὶ τοῦ Τιβερίου, [177] ὡς καὶ ἀγορανομούντων, ἐν αὐτοῖς τοῖς [r] στρατοπέδοις ἐποίησε. καὶ τῷ μὲν Ἰούβᾳ τῆς τε Γαιτουλίας τινὰ [178] ἀντὶ τῆς πατρῴας ἀρχῆς, ἐπείπερ

nis

o ἔχει. forte ἔχον. Od. sed cohærent ἡ ἀρίστη τῆς γῆς — ἔχειν. ad marg. mallem, si quid mutandum sit, διά τε τὸ πλήθει ἐλαττοῦσθαι.

p διά τε τῷ πλήθει. διά τε τὸ τῷ πλήθει, L.

q καὶ ἐνικήθησαν. καὶ ἐκινήθησαν, V. a. perperam.

r τοῖς στρατοπέδοις. στρατοῖς, V. a. neque hoc quidem melius.

§ 169. (l. 30.) *μηδεὶς ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν*] Conf. Casaubonum ad Sueton. c. 21.

§ 170. (l. 32.) *πόλιν τὴν Ἀυγούσαν*] Plinius III. 17. *Salassorum Augusta Prætoria*, colonia militum Prætorianorum (Aosta hodie) *juxta geminas Alpium fores Grajas atque Pœnicas. His Pœnos, Grajis Herculem transisse memorant.* Strabo p. 206. *τριχιλίους δὲ Ῥωμαίων πέμψας ᾤκισε τὴν πόλιν Ἀυγούσταν ὁ Καῖσαρ, ἐν ᾗ ἐστρατοπέδευσε χωρίῳ ὁ Ὀυάρρων.* Mentio etiam apud Ptolemæum & in numo Tiberii apud Goltzium atque Harduinum.

§ 171. (l. 34.) *πρός τε τοὺς Ἄστυρας καὶ τοὺς Καντάβρους*] Belli Cantabrici & Cantabriæ (quæ hodie Biscaja) ductu Augusti domitæ, mentio apud Suetonium c. 20. & 21. qui etiam c. 85. Augustum Cantabrico tenus bello vitam suam libris XIII. exposuisse testatur. vide præterea Florum IV. 12. n. 46. sqq. Orosium VI. 21. Scaligerum ad Eusebii n. MDCCCCXCII.

§ 172. (l. 43.) *νοσήσας*] Suetonius c. 81. *Graves & periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est, præcipue Cantabria domita, cum etiam destillationibus jecinore vitiato ad desperationem redactus, contrariam & ancipitem rationem medendi necessario subiit, quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa.* Mentio hujus morbi infra p. 515. D. E.

§ 173. (l. 44.) *Γάϊος δὲ Ἀντίστιος*] Hunc C. Antistium Cæsaris legatum, sub quo Hispania latrociniis vacaverit, laudant Vellejus II. 90. & Florus IV. 12. n. 51. De hoc & aliis Antistiis Jo. Glandorpius p. 63. Onomastici Romani.

§ 174. (l. 50.) *Τίτος Καρίσιος*] De hujus insolentia, quæ novam Asturibus & Cantabris rebellandi occasionem præbuit, dictum infra p. 523. D. In numis & T. Carisius apud Laur. Begerum T. II. Thesauri Brandenburgici p. 544. & Publius Carisius Titi frater. vide Fulvii Ursini & Caroli Patini familias Romanas, & Joh. Harduinum in numis urbium p. 150. Begerum p. 545.

§ 175. (l. 50.) *τήν τε Λαγκίαν*] Ptolemæo Λαγκίλον. in veteri inscriptione apud Gruterum p. CLXII. 3. cives hujus urbis *Lancienses*. Sed totam expeditionem his verbis exponit Florus IV. 12. n. 54. *Astures per idem tempus a montibus suis descenderant: nec temere sumtus, ut barbaris, impetus, sed positis castris apud Asturam flumen, trifariam diviso agmine, tria simul Romanorum castra aggredi parabant. Fuisset & anceps & cruentum, & ultimum mutua clade certamen, tunc tam fortibus, tam subito, tam cum consilio venientibus, nisi Trigacini prodidissent, a quibus præmonitus* Carisius, *cum exercitu adveniens oppressit consilia, sic quoque tamen non incruento certamine. Reliquias fusi exercitus validissima civitas Lancia excepit, ubi adeo certatum est, ut quum in captam urbem faces poscerentur, ægre dux impetrarit veniam, ut Romanæ victoriæ stans potius esset quam incensa monumentum.* Adde Orosium VI. 21.

§ 176. (l. 55.) *Ἀυγούσαν Ἡμερίταν*] Hujus Coloniæ Emeritensis (Merida ad Anam fluvium) mentio in veteribus inscriptionibus, & Augusti Tiberiique numis. vide Patinum ac Valentem in numis familiæ Carisiæ, & Harduinum in numis urbium illustratis p. 150. Laur. Begeri Thesaurum Brandenb. T. II. p. 545.

§ 177. (l. 58.) *ὡς καὶ ἀγορανομούντων*] Ædilibus commissa cura ludorum ac spectaculorum, ut præter alios docet Ezech. Spanhemius T. II. operis de numismatum præstantia p. 144. Tiberius privignus Augusti, M. Marcellus destinatus gener socerisque Octaviæ ex C. Marcello filius.

§ 178. (l. 60.) *ἀντὶ τῆς πατρῴας ἀρχῆς*] Regnum Jubæ Patris *Numidia*, p. 172. B. quod cum Cleopatra Antonii filia, Jubæ filio militiam suam secuto Augustus donaverat p. 454. B. Juba hic nepos Hiempsalis, celebratus in veteri marmore Florentino, quod illustratum, si placet, vide in Sylloge Epistolarum Burmanniana T. II. p. 145. sq.

§ 179. (l. 61.) *ἐς τὸν τῶν Ῥωμαίων κόσμον*] Pars Gætuliæ accensita Africæ proconsulari, vide Christophori Cellarii *τοῦ μακαρίτου* Africam p. 221.

§ 180. (l. 62.) *τὰ τοῦ Βόκχου τοῦ τε Βογούου*] Utramque Mauritaniam. Conf. dicta ad p. 214. E.

§ 181. (l. 63.) *τοῦ δ' Ἀμύντου τελευτήσαντος*] Amyntas ex Deiotari Regis scriba Rex Galatiæ partiumque Lycaoniæ ac Pamphyliæ, post cujus mortem primus jussu Augusti pro prætore novæ

ἐπείπερ [179] ἐς τὸν τῶν Ῥωμαίων κόσμον οἱ πλείους αὐτῶν ἐσεγεγράφαστο, καὶ [180] τὰ τοῦ Βόκχου τοῦ τε Βογούου ἔδωκε· [181] τοῦ δ' Ἀμύντου τελευτήσαντος, οὐ τοῖς παισὶν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἐπέτρεψεν, ἀλλ' ἐς τὴν
E ὑπήκοον ἐσήγαγε. καὶ οὕτω καὶ ἡ Γαλατία μετὰ τῆς Λυκαονίας Ῥωμαῖον ἄρχοντα ἔσχε· τά τε χωρία τὰ ἐκ τῆς Παμφυλίας πρότερον τῷ Ἀμύντᾳ προσνεμηθέντα, [182] τῷ ἰδίῳ νομῷ ἀπεδόθη. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον [183] Μάρκος Οὐϊνίκιος, Κελτῶν τινας μαστεύσας, ὅτι Ῥωμαίους ἄνδρας, ἐς τὴν χώραν σφῶν κατὰ τὴν ἐπιμιξίαν ἐσελθόντας, συλλαβόντες ἔφθειραν, [184] τὸ ὄνομα καὶ αὐτὸς τὸ τοῦ αὐτοκράτορος τῷ Αὐγούστῳ ἔδωκε. καὶ ἐψηφίσθη μέν που καὶ [185] τὰ ἐπινίκια αὐτῷ καὶ ἐπὶ τούτοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τότε γενομένοις·
515 ἐπεὶ δ' οὐκ ἠθέλησεν αὐτὰ πέμψαι, [186] ἀψίς τε ἐν τοῖς Ἄλπεσι τροπαιοφόρος οἱ ᾠκοδομήθη, καὶ ἐξουσία ἐδόθη τοῦ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ καὶ τῷ τε στεφάνῳ καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ νικητηρίᾳ ἀεὶ χρῆσθαι. Αὔγουστος μὲν ταῦτά τε ἐν τοῖς πολέμοις ἔπραξε, καὶ [187] τὸ τοῦ Ἰανοῦ τεμένισμα, ἀνοιχθὲν δι' αὐτούς, [s] ἔκλεισεν.

Ἀγρίππας δὲ ἐν τούτῳ τὸ ἄστυ τοῖς ἰδίοις τέλεσιν ἐπεκόσμησε. τοῦτο μὲν γὰρ, [t] τὴν στοὰν [188] τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ὠνομασμένην καὶ ἐξῳκοδόμησεν ἐπὶ ταῖς ναυκρατίαις, καὶ τῇ τῶν Ἀργοναυτῶν γραφῇ ἐπελάμB πρυνε· τοῦτο δὲ, [189] τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον, ἐπειδήπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι γυμνοῦσθαί τε ἐν τῷ τότε χρόνῳ [190] καὶ λίπα ἀσκεῖν μᾶλλον ἐδόκουν, ἐπεκάλεσε. [191] τό, τε Πάνθειον ὠνομασμένον ἐξετέλεσε. προσαγορεύσαι δὲ οὔτω, τάχα μὲν ὅτι [192] πολλῶν θεῶν εἰκόνας " ἐν τοῖς ἀγάλμασι, τῷ τε τοῦ Ἄρεως καὶ τῷ τῆς Ἀφροδίτης,

nis erat, & Bocchi Bogudisque ditiones dedit: Amynta mortuo, regnum filiis ejus non tradidit, sed provinciam P. R. fecit. Atque exinde Gallogræcia cum Lycaonia Romanum habere præfectum cœpit: oppida Pamphyliæ, quæ prius Amyntæ adtributa fuerant, præfecturæ peculiari suæ sunt restituta. Fere hoc ipso tempore M. Vinicius, Germanos quosdam ultus, quod homines Romanos, ipsorum regionem commercii gratia ingressos, obtruncaverant, ipse quoque nomen imperatoris Augusto paravit; triumphique ei propter hanc, aliasque res tum gestas, decreti sunt: quos quum recusasset, arcus triumphalis in Alpibus ei positus est, dataque potestas, kalendis Januarii singulis coronæ & vestis triumphalis gestandæ. Augustus, bellis ad hunc modum confectis, Jani templum, quod propter hæc bella fuerat reseratum, clausit. A.U.C. 729 Augusto IX & M. Silano COSS.

27 Agrippa autem eodem tempore propriis sumptibus urbem exornavit. Nam & porticum Neptuni propter victorias navales exstruxit, & Argonautarum pictura decoravit; & sudatorium Laconicum fecit. Laconicum autem vocavit id Gymnasium, quoniam Lacones tum nudari corpora, & inungi oleo præcipue videbantur. Pantheum quoque perfecit Agrippa. Id sic dicitur fortassis, quod in simulacris Martis & Veneris plurium deorum imagines acciperet: vel ut mihi potius videtur, quod forma convexa fastigiatum,

s ἔκλασεν. addit Xiph. ὡς εἰρήνης ὄυσης παυσελοῦς τοῖς Ῥωμαίοις. t τὴν στοὰν τὴν τοῦ Ποσειδῶνος. vox στοὰν deerat, quam supplendam esse vidit X. quod confirmatur cod. V. a. qui τὴν σοὰν τὴν. quæ recipere non dubitavi.
u ἐν τοῖς ἀγάλμασιν. scrib. ἅμα τοῖς ἀγ. *simul cum simulacris.* Od. sed vide F. § 192.

novæ provinciæ præfuit M. Lollius. vide Reineccium T. III. Historiæ Juliæ p. 509. & Scaligerum ad Eusebium p. 168. Periit Amyntas dolo uxoris tyranni Homonadensium, quem ille sustulerat, teste Strabone XII. p. 569. ubi etiam de regno ejus ab Romanis in provinciam redacto, & p. 571.

§ 182. (l. 68.) τῷ ἰδίῳ νομῷ ἀπεδόθη] Vertit Xylander, *sibi libertati restituta*, quasi legisset τῷ ἰδίῳ νόμῳ, quod nescio an usquam hoc sensu reperiatur, ut significet sui permittere juris esse, & ἰδίοις νόμοις vivere. Sed verius est, uti Ægyptus olim antiquissimis temporibus fuit distributa in νομούς, sive præfecturas, ita ἰδίῳ νομῷ ἀποδοθῆναι esse propriæ præfecturæ reddi. Significat igitur Dio, civitates illas Paphlagoniæ, quæ Amyntæ regno antea accensitæ fuerant, jam iterum Paphlagoniæ fuisse adjunctas, quæ cum Bithynia novam provinciam Augusto volente constituit. Sic infra p. 676. C. εἰς τὸν τῆς Παμφυλίας νομὸν ἐσέγραψεν. Confer τοῦ πάνυ Ezech. Spanhemii orbem Romanum p. 351. sq. & ad Callimachum p. 298. sq.

§ 183. (l. 69.) Μάρκος Οὐϊνίκιος] Hic avus M. Vinicii illius, cui Vellejus historiam suam dedicavit, atque expeditionis hujus meminit lib. II. c. 104. *in Germania sub M. Vinicio, avo tuo, clarissimo viro, immensum exarserat bellum. Erat ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter.*

§ 184. (l. 71.) τὸ ὄνομα καὶ αὐτὸς τοῦ αὐτοκράτορος] Quoties insignis victoria de hoste reportata, Imperatoris nomen Duci datum a militibus, quod jam ad Augustum, cujus auspicio duces rem gerebant, redundabat. Hinc Augustus semel & vicies Imperator, ut dictum ad p. 494. A. vide etiam notata ad p. 462. C. & 235. C.

§ 185. (l. 73.) τὰ ἐπινίκια] Sicut Cæsares jam tanti, ut possent triumphos contemnere, ita sub Cæsaribus, ultra privati sortem, triumphare visum, idque solis relictum Imperatoribus. Itaque & Agrippa, post devictos Cantabros & Bosporanos, triumphum omisit, licet decretum etiam Augusto jubente p. 528. E. 538. D.

§ 186. (l. 75.) ἀψὶς τε &c.] Vellejus cum expeditionem Vinicii Germanicam retulisset, subjungit: *eoque nomine decreta ei, cum speciosissima inscriptione operum, ornamenta triumphalia.*

§ 187. (l. 79.) τὸ τοῦ Ἰανοῦ τεμένισμα] Postquam prima vice clausum templum Iani ab Augusto p. 457. D. patuerat iterum in annum quintum ab A. U. C. 726. ad 730. vide Orosium VI. 21. & V. C. Jo. Massoni librum de Iani templo p. 93. sqq. De tertia vice Iani clausi dicetur infra ad p. 546. D. E.

§ 188. (l. 82.) τὴν τοῦ Ποσειδῶνος] Ποσειδώνειαν infra p. 756. D. Templum Neptuni cum speciosa porticu, quam Horatio etiam memoratam lib. I. Epist. 6. & Dioni infra p. 553. D. *Vipsaniam porticum* a Vipsanio Agrippa conditore Tacitus appellat. Martialis ab Argonautarum pictura, *spatia Argonautarum.* vide Alexandrum Donatum de urbe Roma III. 17. T. III. Thesauri Græviani p. 758.

§ 189. (l. 85.) τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικόν] De Laconicis sudatoriis, in quibus siccus vapor ex lapidibus ignitis ad sudorem eliciendum includitur, vide si placet quæ viri docti ad Vitruvium. V. 10. Joh. Meursius Miscell. Lacon. II. 18. T. V. Thesauri Gronov. p. 2404. Politiani Miscellanea c. 38. & Casaubonum ad verba Strabonis lib. III. p. 154. Λακωνικοὺς διάγειν, ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς, καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων. Utrum Martialis III. 20. per thermas Agrippæ, hoc Laconicum notaverit, ut doctissimo Meursio visum, dubito. βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ Agrippa moriens legavit populo Rom. infra p. 542. A.

§ 190. (l. 88.) καὶ λίπα ἀσκεῖν] Laconum more delectatus Augustus, de quo apud Sueton. c. 82. *ungebatur sæpius, & sudabat ad flammam.*

§ 191. (l. 89.) τὸ Πάνθειον ὠνομασμένον ἐξετέλεσε] Ab aliis cœptum perfecit Agrippa consulatu suo tertio, ut habet inscriptio. Mentio ejusdem incendio corrupti infra p. 756. Instauratum etiamnum superest hodie, nomine S. Mariæ rotundæ. vide Famianum Nardinum Romæ veteris lib. VI. c. 4. T. IV. Thesauri Græviani p. 1267. sqq.

§ 192. (l. 90.) πολλῶν θεῶν εἰκόνας] Mirum est quod Plinius XXXVI. 15. Pantheon Jovi Ultori factum esse ab Agrippa scribit, cum Dio testetur simulacra Martis & Veneris in illo culta, atque inde dictum Pantheum, ὅτι πολλῶν θεῶν εἰκόνας, plurium Deorum characteres in illis exprimerentur, uti Aufonius in villa sua habuit signum marmoreum Pantheum Bacchi myobarbi, sive cum barba cuspidata, *omnium Deorum argumen-*

A.U.C.729 Augusto IX. & M. Silano COSS.

fastigiatum, cœli similitudinem ostenderet. Voluit Agrippa in eo Augusti quoque statuam collocare, nomenque operis ei adscribere: neutrum autem eo accipiente, in Pantheo ipso Cæsaris superioris statuam, Augusti vero & suam in vestibulo posuit. Quod quoniam non ideo, ut cum Augusto se honoris contentione æquipararet, sed sedula erga hunc benevolentia, & perpetuo reipublicæ studio ab Agrippa fieret; non modo Agrippam ea de re non culpavit Augustus, sed majoribus adeo est prosecutus honoribus. Nam quum propter morbum tunc nuptias filiæ suæ Juliæ & Marcelli (erat is sororis Augusti filius) Romæ non posset facere, per Agrippam eas absens celebrari curavit: quumque domus in Palatino monte, quæ prius Antonii fuerat, deinde Agrippæ & Messalæ concessa, incendio esset absumpta, argento Messalam donavit, Agrippam in suam domum recepit. His rebus haud quidem injuria animum Agrippa sustulit. Cajus etiam quidam Thoranius nullam culpam meruit, quod tribunus tunc ipse plebis, patrem suum, quamvis libertum alicujus, in theatrum introduxisset, ac in subsellio tribunitio apud se collocasset. Innotuit quoque P. Servilius, qui præturam tunc gerens, ursos trecentos, aliasque belluas Libycas totidem, ludis quibusdam interficiendas præbuisset.

Ἀφροδίτης, ἔλαβεν· ὡς δὲ ἐγὼ νομίζω, ὅτι [193] θολοειδὲς ὂν, τῷ οὐρανῷ προσέοικεν. ἠβουλήθη μὲν οὖν ὁ Ἀγρίππας καὶ τὸν Αὔγουστον ἐνταῦθα ἱδρύσαι, τήν τε τοῦ ἔργου ἐπίκλησιν αὐτῷ δοῦναι· [194] μὴ δεξαμένου δὲ αὐτοῦ μηδέτερον, ἐκεῖ μὲν, τοῦ προτέρου * Καίσαρος, ἐν δὲ τῷ προνάῳ, τοῦ τε Αὐγούστου καὶ ἑαυτοῦ ἀνδριάντας ἔστησε. καὶ (ἐγίγνετο γὰρ ταῦτα οὐκ ἐξ ἀνταπάλλου τῷ Ἀγρίππᾳ πρὸς τὸν Αὔγουστον φιλοτιμίας, ἀλλ' ἔκ τε τῆς πρὸς ἐκεῖνον λιπαρούς εὐνοίας, καὶ ἐκ τῆς πρὸς τὸ δημόσιον ἐνδελεχοῦς σωουδῆς) οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὸν ἐπ' αὐτοῖς ὁ Αὔγουστος ἠτιάσατο, [195] ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐτίμησε. τούς τε γὰρ γάμους τῆς τε θυγατρὸς τῆς Ἰουλίας καὶ [196] τοῦ ἀδελφιδοῦ τοῦ Μαρκέλλου μὴ δυνηθεὶς [197] ὑπὸ τῆς νόσου ἐν τῇ Ῥώμῃ ʸ τότε ποιῆσαι, δι' ἐκείνου καὶ ἀπὼν ἐώρτασε. καὶ ἐπειδὴ ἡ οἰκία ἡ ἐν τῷ [z] Παλατίῳ ὄρει, ἡ πρότερον μὲν τοῦ Ἀντωνίου γενομένη, ὕστερον δὲ τῷ Ἀγρίππᾳ καὶ τῷ Μεσσάλᾳ δοθεῖσα, καὶ ἐφλέχθη, τῷ μὲν Μεσσάλᾳ [a] ἀργύριον ἐχαρίσατο, τὸν δὲ Ἀγρίππαν, σύνοικον ἐποιήσατο. ὅστις τε οὖν ἐκ τούτων οὐκ ἀπεικότως ἐγαυροῦτο· καί τις [198] Γάϊος Θοράνιος αἰτίαν ἀγαθὴν ἔσχεν, ὅτι δημαρχῶν τὸν πατέρα, καίπερ ἐξελεύθερόν τινος ὄντα, ἐς τε τὸ θέατρον ἐσήγαγε, καὶ [199] ἐν τῷ δημαρχικῷ βάθρῳ παρεκαθίσατο. Πούπλιός τε Σερουίλιος ὄνομα καὶ αὐτὸς ἔλαβεν, ὅτι στρατηγῶν, ἄρκτους τε [b] τριακοσίους, καὶ [200] Λιβυκὰ ἕτερα θηρία ἴσα, ἐν πανηγύρει τινὶ ἀπέκτεινεν.

A.U.C.730 Augusto X. & C. Norbano COSS.

28. Augusto X, & C. Norbano Coss. kalendis Januariis senatus sacramento confirmavit, se ejus acta approbare: quumque jam urbi appropinquare nunciaretur, (nam propter morbum diutius abfuerat) ac pollicitus populo viritim centenos denarios, negasset se prius id scripto editurum, quam senatus assensisset: omni eum necessitate legum senatus liberavit, ut,

Ἐκ δὲ τούτου δέκατον ὁ Αὔγουστος μετὰ Γαΐου Νωρβανοῦ ἦρξε, καὶ ἔν τε τῇ νουμηνίᾳ [201] ὅρκους ἡ βουλὴ, βεβαιοῦσα τὰς πράξεις αὐτοῦ, ἐποιήσατο. καὶ ἐπειδὴ πλησιάζειν τε ἤδη τῇ πόλει ἠγγέλθη, (ὑπὸ γὰρ τῆς ἀῤῥωστίας ἐχρόνισε) καὶ τῷ δήμῳ [202] καθ' ἑκατὸν δραχμὰς δώσειν ὑπέσχετο, τό, τε γράμμα τὸ περὶ αὐτῶν ἀπηγόρευσε μὴ πρότερον ἐκτεθῆναι πρὶν ἂν καὶ ἐκείνη

516

x Καίσαρος. κλισμάλος, V. a. quod prorsus alienum. τῷ, Παλατίνῳ, vult L. sed vide dicta ad pag. 507. B. mox Xiphilini lectio, ἄκτην (οἰκίαν) ἐχαρίσατο, L. Idem σύνοικον vicinum reddi vult, provocans ad p. 523. C. & potest sane vocabulum hoc utrumque significare, & *vicinum* & *contubernalem*: unde quid certi statuam, nondum habeo; videtur tamen Agrippa non tam vicinitate quam contubernio potuisse γαυροῦσθαι. & σύνοικος ut σύνναος dicitur. y τότε. τοῦτο, V. a. sed præfero vulgatam. z Παλατίνῳ, RS. a ἀργύριον ἐχαρίσατο. præferenda videtur Μεσάλᾳ, RS. b τριακοσίας, vulgo. τριακοσίους, Xiph. τεσσαρακοσίους, cod. Pal. & Br. quod conflatum ex præcedenti τε.

gumenta habentis: ita enim Epigramma 30. inscribitur. Consimili de caussa numum Hadriani in quo imagines Isidis & Osiridis, sive Serapidis, & Harpocratis in aversa parte, simul exhibiti conspiciuntur, numum pantheon appellat vir eruditissimus Claudius Nicasius, cujus exstat præclara in illum dissertatio edita Lugduni A. 1690. 4.

§ 193. (l. 92.) θολοειδὲς ὂν, τῷ οὐρανῷ προσέοικεν] Cœlum enim Deorum sedes, cujus simulacrum Pantheon, *velut regio teres, specioso celsitudine fornicata*, uti Pantheon describit Ammianus XVI. 10. vide Carolum Neapolim ad Ovidii Fastorum VI. 282. ad verba:

a pluvio vindicat imbre tholus.

§ 194. (l. 95.) μὴ δεξαμένου δὲ μηδέτερον] Neque imaginem suam in templo inter Deos coli est passus Augustus, sed in templi vestibulo, ut in Trajano laudat Plinius c. 52. panegyrici, neque Pantheon Augusti potius nomine quam Agrippæ conditoris vocari voluit. Utrumque pro perspecta etiam alias ipsius modestia & humanitate. De statuis Panthei de cœlo tactis mentio p. 521. A.

§ 195. (l. 2.) ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐτίμησε] Non modo obsequium Agrippæ & modestiam perpetuo probavit Augustus p. 493. E. 512. C. 542. A. ita ut moriturus etiam anulum Agrippæ tradiderit p. 517. C. sed ex hoc singularem cepit voluptatem, quod pulchris & magnificis operibus ornandam Urbem sumeret, ad quod ille & præibat exemplo & ceteros principes viros sæpe est hortatus. Sueton. c. 29.

§ 196. (l. 4.) τοῦ ἀδελφιδοῦ Μαρκέλλου] M. Marcellus minoris Octaviæ, sororis Augusti, ex C. Marcello filius admodum adolescens, nec diu post ductam Juliam defunctus. p. 517. D.

§ 197. (l. 5.) ὑπὸ τῆς νόσου] De hoc morbo Augusti p. 514. B.

§ 198. (l. 12.) Γάϊος Θοράνιος] Plures Thoranii hac ætate præter illum longe diversum ab hoc nostro C. Thoranium tutorem Augusti & ab eo proscriptum, de quo Appianus IV. civil. p. 596. & Sueton. c. 27. vide Glandorpium p. 844. sq. Onomastici Romani. Idem de Serviliis p. 792. sqq.

§ 199. (l. 15.) ἐν τῷ δημαρχικῷ βάθρῳ] Non alios fas erat in tribunitiis subselliis sedere, quam tribunos, sicut honori id datum Imperatorum, ut medii inter Consules in subsellio tribunitio jus dicerent. vide Valerium Chimentellium de honore bisellii T. VII. Thesauri Græv. p. 2101.

§ 200. (l. 17.) Λιβυκὰ θηρία] Venationes *bestiarum Africanarum*, hoc est Elephantorum, in monumento Ancyrano, & apud Gruterum p. CCCCIX. 3. Sic infra p. 539. E. 644. E. 669. E.

Malim Λιβυκὰ θηρία, *Africanas*, generalius accipere de variis generis belluis, quibus Africa abundabat, præsertim pantheris: CCC. & amplius simul elephantos potuisse exhiberi, non est probabile. conf. Torrent. ad Suet. Calig. 18. REIM.

§ 201. (l. 20.) ὅρκους ἡ βουλὴ] De hoc jure jurando, quo singulis annis Calend. Jan. in acta Imperatoris jurabatur, dictum p. 457. C. Plutarchus in Galba p. 1062. ὀμόσαντες ὑπὲρ συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων, *in verba Senatus Populique Romani.*

§ 202. (l. 24.) καθ' ἑκατὸν δραχμάς] Centum drachmæ sive denarii, faciunt pecuniæ nostræ thaleros duodecim cum dimidio. Tantum singulis civibus viritim in urbe præbere jussit Augustus, ut pridem post triumphos suos fecit Julius Cæsar. supra p. 224. C.

§ 203. (l. 27.) πάσης τῆς τῶν νόμων ἀγάγκης] Legibus solutum Augustum jam dixit Dio p. 509. A.

Lege Cincia solutum nunc speciatim, concedimus Illustri Noodtio Opp. T. I. p. 269. sq. sic tamen, ut ad generalem potestatem Imperatori datam respiciatur, de qua dixi § 126. REIM.

νη συνδόξῃ· [203] πάσης αὐτὸν τῆς τῶν νόμων ἀνάγκης ἀπήλλαξαν, ἵν', ὥσπερ εἴρηταί μοι, καὶ αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν νόμων, πάντα τε ὅσα βούλοιτο ποιοίη, καὶ πάντ' ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττῃ. ταῦτα μὲν ἀποδημοῦντι ἔτ' αὐτῷ ἐψηφίσθη. ἀφικομένῳ δὲ ἐς τὴν Ῥώμην, ἄλλα τινὰ ἐπί τε τῇ σωτηρίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ ἀνακομιδῇ αὐτοῦ ἐγένετο, τῷ τε Μαρ- B κέλλῳ βουλεύειν τε ἐν τοῖς ἑξακαιεικοσι, καὶ τὴν [204] ὑπατείαν δέκα θᾶττον ἔτεσιν ἢ περ ἐνενόμιστο, αἰτῆσαι· καὶ τῷ Τιβερίῳ, πέντε πρὸ ἑκάστης ἀρχῆς ἔτεσι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι ἐδόθη. καὶ παραχρῆμά γε ὁ μὲν, ταμίας, ἐκεῖνος δὲ, ἀγορανόμος, ἀπεδείχθησαν. τῶν τε ταμιευσόντων ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπιλιπόντων, ἐκληρώθησαν ἐς αὐτὰ πάντες οἱ μέχρι δέκα ἄνω ἐτῶν [205] ἄνευ τοῦ ἔργου τούτου τεταμιευκότες. C ἐν μὲν οὖν τῇ πόλει ταῦτα τότε ἄξια μνήμης ἐγένετο.

ut, veluti demonstratum est a me, ceu vere potestatis absolutæ, perfecteque sui juris, legumque dominus, agere aut non agere omnia, quæ vellet, sive vellet, sive nollet, sine ullo suo posset pro arbitrio. Hæc absenti Cæsari decreta. Posteaquam in urbem advenit, alia pro salute & reditu ejus facta; ac præterea decretum, ut Marcellus inter prætorios in senatu esset, decennioque maturius, quam leges postulant, consulatum peteret: Tiberioque permissum, ut singulos magistratus quinquennio ante, quam constitutum fuit, adire posset: statimque huic quæstura, illi ædilitas data est: & quia deerant, qui quæsturam in provinciis gererent, sorte ad id delecti sunt omnes, qui inde a decem annis superioribus ad quæsturam provinciarum ab urbana non fuerant translati. Hæc tum in urbe memoratu digna acta sunt. A.U.C. 730 Augusto X. & C. Norbano COSS.

Οἱ δὲ Καντάβροι, οἵ τε Ἀστυρες, ὡς τάχιστα ὁ Αὔγουστος ἐκ τῆς Ἰβηρίας, [206] Λούκιον [c] Αἰμίλιον ἄρχοντα αὐτῆς καταλιπών, ἀπηλλάγη, ἐπανέστησαν· καὶ πέμψαντες πρὸς τὸν [c] Αἰμίλιον, πρίν καὶ ὁτιοῦν ἐκφῆναί οἱ, σῖτόν τε καὶ ἄλλα τινὰ χαρίσασθαι τῷ στρατεύματι [cc] βούλεσθαι ἔφασαν. κἀκ τούτου στρατιώτας συχνοὺς, ὡς καὶ κομιοῦντας αὐτὰ, λαβόντες, ἔς τε χωρία αὐτοὺς ἐπιτήδεια σφίσιν ἐσήγαγον, καὶ κατεφόνευσαν. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ πολὺ ἥσθησαν. τῆς τε γὰρ χώρας αὐτῶν δηωθείσης, καὶ τειχῶν τινων καυθέντων, τό, τε μέγιστον, [d] τῶν [207] χειρῶν τοῖς ἀεὶ ἁλισκομένοις ἀποκοπτομένων, ταχέως ἐχειρώθησαν. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, καὶ ἄλλη τις [e] στρατεία καινὴ ἀρχήν τε ἅμα καὶ τέλος ἔσχεν. ἐπὶ γὰρ [208] Ἀραβίαν τὴν εὐδαίμονα καλουμένην, ἧς [f] Σαβὼς ἐβασίλευεν, [g] Αἴλιος [209] Γάλλος, ὁ τῆς Αἰγύπτου ἄρχων, ἐπεστράτευσε. καὶ ἐς μὲν ὄψιν αὐτῷ οὐδεὶς τὴν

29. Cæterum Cantabri & Astures, ubi primum Augustus ex Hispania, L. Æmilio ei præposito, discessit, rebellione extemplo facta, ad L. Æmilium, priusquam ei quicquam sui consilii indicarent, miserunt qui dicerent, frumentum ipsos, aliasque quasdam res, exercitui velle donare: atque ita quum nacti essent permultos Romanos milites, ad ea deportanda profectos, in loca sibi opportuna adductos interfecerunt. Sed hoc eis gaudium diuturnum non fuit: quin agro ipsorum vastato, incensis quibusdam oppidis, & maxime poena amputatarum, ut quisque captus esset, manuum celeriter domiti sunt. Interim alia quoque nova expeditio quædam simul & cœpit & desiit. In Arabiam Felicem, cujus rex erat Sabos, exercitum Ælius Gallus Ægypti præfectus adduxit. Cui etsi primo in con-

c Αἰμίλιον. inconstans nominis hujus scriptura est apud Dionem; modo Λἰμίλιον, ut hoc loco, modo Αἰμίλιον, ut alias, ad hanc scribendi rationem revocavi cetera. *cc* βούλεσθαι. vocabulum hoc deerat in vulgatis editionibus, petitum ex V. a. *d* τῶν χαρῶν τοῖς ἀεὶ ἁλισκομένοις ἀποκοπτομένων. hæc iterum desiderata in editis, lacunam relinquebant, quam explevimus ex Med. b. apud Gronovium p. 144. & V. a. *e* στρατιὰ, vulgo. rectius στρατεία. non enim *exercitum novum*, sed *novam expeditionem* Dio narrat institutam; & sæpissime hæ voces permutatæ reperiuntur, L. ego tanquam indubium recepi. *f* Σαβὼς. Σάβος, Z. Σαμῶς, Xiph. vide F. § 208. *g* Αἴλιος Γάλλος. ita RS. & Z. scribendum Λάργος, & sic Xiph. habet, & Gallo Largum successisse Dio supra innuit, ubi *Valerius Largus* dicitur, X. assentitur Palmer. receperunt auctore Xyl. Λάργος, HS. & L. male quidem, ut ostendit Noris Cenot. Pis. p. 150. & F. addimus, præter Zonaram, Γάλλος quoque esse in V. a.

§ 204. (l. 36.) δέκα θᾶττον ἔτεσιν] Reipublicæ florentis tempore per leges annarias L. Villii & Cornelii constitutum obtinuit, ut Quæsturam non liceret petere ante annum ætatis XXVI. Tribunatum plebis XXX. ædilitatem XXXVII. Prætoram XXXIX. & Consulatum XLIII. ut notavi ad p. 477. D. Marcellus autem nondum viginti annos natus fuit, quando prætoriis viris accensitus est, hoc est, non factus fuit Prætor, sed Prætoris honores est consecutus, *tantum quod* enim *pueritiam egressum* scribit Suetonius c. 63. Tiberius hoc A. U. C. 730. fuit annorum XVIII. natus enim A. U. C. 712. Ædilitatis Marcelli mentio infra p. 518. A. De gratia legis annariæ similiter facta Druso, p. 527. E. & Cajo Caligulæ promissa a Tiberio, p. 635. D. & Æmilio Lepido a Cajo, p. 657. D.

§ 205. (l. 42.) ἄνευ τοῦ ἔργου τούτου] Qui post quæsturam gestam in urbe, nullam sortiti provinciam fuerant.

§ 206. (l. 46.) Λούκιον Αἰμίλιον] Hic videtur L. Æmilius Paulus, Lepidi Triumviri frater, de quo Glandorpius in Onomastico Rom. p. 30. De Cantabris & Asturibus per Augustum ejusque legatos bello victis, dictum p. 514. B.

§ 207. (l. 55.) τῶν χαρῶν τοῖς ἀεὶ ἁλισκομένοις ἀποκοπτομένων] Simlis in hostes sævitiæ, & amputatarum militibus manuum exempla supra ad p. 467. D.

§ 208. (l. 59.) Ἀραβίαν τὴν εὐδαίμονα ἧς Σαβὼς ἐβασίλευσεν] Rex Sabos (in Xiphilini codicibus vitiose Σαμῶς) memoratur etiam a Strabone lib. XVI. p. 781. sed hunc si audimus, non Arabiæ Felicis, verum Nomadum regionis Ararenæ rex ille fuit. Ecce tibi Strabonis verba, uti hanc ipsam expeditionem Ælii Galli Arabicam describit: ἡ δ' ἐξῆς ἦν ἐπὶ ἑσπέρα, Νομάδων ἦν, ἔρημος τὰ πολλὰ ὡς ἀληθῶς, ἐκαλεῖτο δὲ Ἀραβηνή· βασιλεὺς δ' ἦν Σάβος· καὶ ταύτην ἀνοδίαις διῆλθε (ὁ Γάλλος) καταλιπὼν ἡμέρας πεντήκοντα, μέχρι πόλεως Ἀγραίων καὶ χώρας εὐφυοῦς τε καὶ ἀγαθῆς. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἔφυγεν, ἡ δὲ πόλις ἐξ ἐφόδου κατελήφθη. Alioqui nomen Sabos affine nomini Sabæorum Arabiam Felicem incolentium, & Sabæ, illius metropoli. Conf. Reineccium T. III. Hist. Jul. p. 294.

§ 209. (l. 60.) Αἴλιος Γάλλος] Recte Valesius ad Ammiani XVII. 4. reprehendit Xylandrum, qui pro Ælio Gallo Largum reposuit, cum Gallum diserte præferant MSti Codices & Zonaras, Dionis ut solet vestigiis insistens, quanquam apud Xiphilinum Λάργος est. Itaque non Dioni debebat impingere Harduinus ad Plinium T. I. p. 730. hanc quam vocat insignem hallucinationem. Porro certum est, post Cornelium Gallum de quo p. 512. D. fuisse præfectum Ægypti Ælium Gallum nomine, sive statim hic illi successerit, ut Dio innuere videtur, tempora passim non satis diligenter distinguens, sive post C. Petronium, ut Straboni & Josepho libenter assentior. Hunc Ælium Gallum amicum suum & sodalem vocat Strabo lib. II. p. 118. ubi de hac ipsa illius in Arabiam Felicem expeditione, de qua Dio, loquitur, & pluribus lib. XVI. p. 780. sq. & lib. XVII. p. 816. 819. De eadem Plinius lib. VI. c. 28. *Romana arma solus in Arabiam adhuc intulit Ælius Gallus, ex equestri ordine.* Meminit & Flavius Josephus XV. 12. & Galenus lib. II. de Antidotis, quo Ælii Galli medicamenta quædam refert, inter alia etiam

A.U.C. 730 Augusto X. & C. Norbano COSS.

conspectum nemo prodiret, tamen haud exiguo id iter labore stetit: nam solitudo regionis, sol quoque, & aquæ natura insalubres, ita eos afflixere, ut major pars exercitus periret. Morbus ipse nulli notorum assimilis, caput petebat; eoque exsiccato, multos perimebat statim: qui vero mortem evasissent, iis in crura, salvo quod interjacet toto corpore, transsiliebat; quo ita misere afficiebantur, ut remedium nullum prodesset, nisi quis oleum vino mixtum biberet, eoque se inungeret: quod sane paucissimis licebat facere, quum neutrum in iis locis nascatur, neque ipsi ejus secum copiam attulissent. Inter hæc mala Romanos quoque aggressi sunt barbari, qui prius, si quando prælium commisissent, semper inferiores discesserant, ac oppida quædam amiserant; nunc morbo Romanorum velut auxiliario suo usi, sua receperunt, reliquosque Romanos sua regione expulerunt. Hi primi, atque ut mea fert sententia, soli etiam Romanorum, eo usque in Arabia ista bello progressi sunt. Athlulorum enim tenus, quæ urbs insignis est, pervenerant.

τήν γε πρώτην ἦλθεν, οὐ μὴν καὶ ἀπόνως προεχώρει. ἥ τε γὰρ ἐρημία, καὶ ὁ ἥλιος, [210] τά τε ὕδατα φύσιν τινὰ ἄτοπον ἔχοντα, πάνυ αὐτοὺς ἐταλαιπώρησεν, ὥστε τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ φθαρῆναι. τὸ δὲ δὴ νόσημα οὐδενὶ τῶν συνήθων ὅμοιον ἐγίγνετο, ἀλλ' ἐς τὴν κεφαλὴν ἐνσκῆψαν, ἐξήρανεν αὐτήν. καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς αὐτίκα ἀπώλλυε, τῶν δὲ δὴ περιγιγνομένων ἔς τε τὰ σκέλη καθῆκε, [b] πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ σώματος ὑπερβάν, καὶ ἐκεῖνά τε ἐλυμαίνετο. ἴαμά τε αὐτοῦ οὐδὲν ἦν, χωρὶς ἢ εἴ τις ἔλαιον οἴνῳ μεμιγμένον καὶ ἔπιε καὶ ἠλείψατο· ὅπερ που πάνυ ὀλίγοις σφῶν ὑπῆρξε ποιῆσαι· οὔτε γὰρ ἡ χώρα οὐδέτερον αὐτῶν φέρει, οὔτε ἐκεῖνοι ἄφθονα αὐτὰ προπαρεσκευάσαντο. καὶ ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ καὶ οἱ βάρβαροι σφίσι προσεπέθεντο. τέως μὲν γὰρ ἧττους, ὁπότε γε καὶ προσμίξειαν [i] αὐτοῖς, ἐγίγνοντο, [211] καί τινα καὶ χωρία ἀπέβαλον· τότε δὲ συμμάχῳ τῇ νόσῳ αὐτῶν χρησάμενοι, τά τε σφέτερα [k] αὐτῶν ἐκομίσαντο, καὶ ἐκείνων τοὺς περιλειφθέντας ἐξήλασαν ἐκ τῆς χώρας. [212] πρῶτοι μὲν δὴ Ῥωμαίων οὗτοι (νομίζω δ' ὅτι καὶ μόνοι) τοσοῦτον ἐπὶ πολέμῳ τῆς Ἀραβίας ταύτης ἐπῆλθον. μέχρι γὰρ τῶν [l] Ἀθλούλων καλουμένων, χωρίου τινὸς ἐπιφανοῦς, ἐχώρησαν.

A.U.C. 731 Augusto XI. & Calp. Pisone COSS.

30. Augustus XI. consul, cum Calpurnio Pisone, adeo gravi morbo decubuit, ut nulla salutis spes adesset: itaque omnibus, ut fato concessurus, dispositis, magistratibus & senatorum equitumque primoribus ad se convocatis, neminem sibi quidem constituit successorem, quum omnes putarent, Marcellum ad hoc ab eo præ cæteris destinatum iri; sed quum

Ὁ δ' [m] Αὔγουστος, ἐνδέκατον μετὰ Καλπουρνίου Πείσωνος ἄρξας, [213] ἠῤῥώστησεν ἄῤῥωστος, ὥστε μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχειν. πάντα γοῦν ὡς καὶ τελευτήσων διέθετο, καὶ [214] τάς γε ἀρχὰς, τούς τε ἄλλους τοὺς πρώτους καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἀθροίσας, διάδοχον μὲν οὐδένα ἀπέδειξε, καίτοι [215] τὸν Μάρκελλον πάντων προκριθήσεσθαι ἐς τοῦτο προσδοκώντων· διαλεχθεὶς δέ τινα αὐτοῖς περὶ τῶν δημοσίων

517

b πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ σώματος. πᾶν ἕτερον μέρος τοῦ σώματος, Xiph. incertum itane scriptum invenerit, an Dionem voluerit explanare, L. posterius hoc dixerim, quia in tota hac narratione non se adeo verbis Dionis adstringit; quod in hac phrasi facit Z. *i* αὐτοῖς. sic RS. in notis legendum judicat, pro αὐτούς. idemque confirmat Xiph. unde receptum jam ab HS. & L. *k* σφέτερα αὐτῶν. αὐτῶν non agnoscit Xiph. & abundat, forte ex ἄνδις corruptum. *l* Ἀθλούλων. Ἐπιθούλων, Xiph. *m* ὁ δ' Αὔγουστος. addit his Xiph. ἐνόσησε μὲν ἐπισφαλῶς ποδαπάκις καὶ πρότερον, τότε δὲ ἐνδέκατον μετὰ &c. neque tamen dixerim hæc inserenda Dioni esse.

etiam T. II. edit Basil. p. 455. theriacam describens, ταύτην inquit, τὴν δύναμιν Γάλλος ἐκ τῆς Ἀραβίας παραγενόμενος Καίσαρι ἔδωκε, πολλοὺς αὐτῇ τῶν συστρατευσαμένων διασώσας.

§ 210. (l. 63.) *τά τε ὕδατα φύσιν τινὰ ἄτοπον ἔχοντα*] Aquas sallugineas notat, vel etiam verminantes.

§ 211. (l. 77.) *καί τινα καὶ χωρία*] Plinio teste lib. VI. c. 28. Gallus oppida Arabum diruit non nominata ab auctoribus qui ante eum scripserunt, Negram, Amnestrum, Nescam, Magusam, Tammacum, Labeciam, Mariabam circuitu sex mille passuum, item Caripeta, quo longissime processit.

§ 212. (l. 81.) *πρῶτοι — ὅτι καὶ μόνοι*] Non obstante Luciani joco T. I. p. 1009. *si soli, non primi; si primi, non soli*: tamen tralatitium, hæc duo conjungere. vide Jac. Gronovii memoriam Cossonianam p. 98. 157.

§ 213. (l. 86.) *ἠῤῥώστησεν ἄνθις*] Itaque diversus hic morbus Augusti ab eo de quo p. 514. B.

§ 214. (l. 88.) *τάς γε ἀρχάς*] Suetonius c. 28. *quum Magistratibus & Senatu domum accitis rationarium imperii tradidit.*

§ 215. (l. 91.) *τὸν Μάρκελλον*] Marcellum utpote generum ab Augusto delectum p. 515. C.

§ 216. (l. 93.) *τῷ μὲν Πείσωνι*] Cn. Calpurnio Pisoni, suo in consulatu collegæ.

§ 217. (l. 94.) *ἐς βιβλίον ἐσγράψας*] Hoc fuit *breviarium imperii*, quale memorat Suetonius c. 102. & describit Dio infra p. 591. B. *Rationarium imperii* vocat Suetonius idem c. 28. in loco quem modo attuli.

§ 218. (l. 95.) *Ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον*] Sic Alexander moriturus annulum detractum digito tradebat Perdiccæ, regnum ita visus tradere, ut Agrippæ Augustus. Conf. infra p. 518. B. Joannem Kirchmannum lib. de annulis c. 22. & quæ ad Nepotis Eumenem c. 2. & Curtium X. 5. 4. viri docti.

§ 219. (l. 97.) *Ἀντώνιός τις Μούσας*] Musa hic frater Euphorbi, quem Jubæ Regis Medicum fuisse e Plinio constat, lib. XXV. 7. In eundem Virgilii Epigramma in ejus Catalectis, quo nihil illo doctius, nihil sibi carius aut jucundius fuisse testatur. At viros eruditos, qui Artorium Augusti medicum, Vellejo II. 71. & aliis memoratum, cum hoc Antonio confundunt, satis refellit Eusebius in Chron. qui Artorium post victoriam Actiacam naufragio periisse tradidit. De aliis Musæ cognominibus vide Fulvium Ursinum in Familiis Romanis in gente Pomponia.

§ 220. (l. 98.) *ψυχρολουσίαις*] Plinius loco laudato narrat, Euphorbum & Musam fratres instituisse, *a balneis frigida multa corpora adstringere*, cum antea non esset mos nisi calida tantum lavari. Horat. lib. I. Epist. 15.

——— ——— *nam mihi Bajas*
Musa supervacuas Antonius, & tamen illis
Me facit invisum, gelida cum perluor unda
Per medium frigus ——— ———

§ 221. (l. 98.) *καὶ ψυχροποσίαις*] Addit Plinius etiam cibos refrigerantes Augusto Musam præbuisse. Ita enim ille de lactucis lib. XIX. c. 8. *Est quidem natura omnibus refrigeratrix, & ideo æstate gratæ stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ Medici.* Quod vero ad potum attinet, notum est calidam alioquí in usu ac deliciis apud Romanos fuisse, de quo exstat erudita Joh. Freinshemii Diss. edita Argentorati 1636. 8vo. Credibile autem est, Augustum febri & inflammatione intestinorum laborasse, Musamque ex Methodicæ sectæ, cui erat addictus, rationibus contraria remedia judicasse aptanda. Sueton. c. 81. *graves & periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est, præcipue Cantabria domita, cum etiam destillationibus jecinore vitiato ad desperationem reductus, contrariam rationem medendi necessario subiit, quia calida fomenta non proderant, frigidis curare coactus, auctore Antonio Musa.*

C δημοσίων πραγμάτων, [216] τῷ μὲν [n] Πείσωνι τάς τε δυνάμεις καὶ τὰς προσόδους τὰς κοινὰς [217] ἐς βιβλίον ἐσγράψας ἔδωκε, τῷ δ' [218] Ἀγρίππᾳ τὸν δα-95 κτύλιον ἐνεχείρισε. καὶ αὐτὸν μηδὲν ὅ, τι μηδὲ τῶν πάνυ [o] ἀναγκαίων ποιεῖν δυνάμενον, [219] Ἀντώνιός τις Μούσας καὶ [220] ψυχρολουσίαις καὶ [221] ψυχροποσίαις ἀνέσωσε· καὶ διὰ τοῦτο [222] καὶ χρήματα παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς πολλά, καὶ τὸ [p] χρυσοῖς [223] δακτυλίοις ([224] ἀπελεύθερος γὰρ ἦν) χρῆσθαι· τήν τε ἀτέλειαν καὶ ἑαυτῷ [225] καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις, οὐχ ὅτι τοῖς τότε οὖσιν, ἀλλὰ καὶ D τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις, ἔλαβεν. ἀλλ' ἔδει γὰρ αὐτὸν, τά τε τῆς τύχης καὶ τὰ τῆς πεπρωμένης ἔργα προσποιούμενον, [226] παρὰ πόδας ἀλῶναι. [q] ὁ μὲν Αὔγουστος οὕτως ἐσώθη· ὁ δὲ δὴ [227] Μάρκελλος, νοσήσας οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον [r] ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μούσα τρόπον θεραπευόμενος, ἀπέθανε. καὶ αὐτὸν ὁ Αὔγουστος [228] δημοσίᾳ τε ἔθαψεν, [229] ἐπαινέσας ὥσπερ εἴθιστο, καὶ [230] ἐς τὸ μνημεῖον [s] ὃ ᾠκοδομεῖτο καθέθετο, τῇ τε μνήμῃ [231] τοῦ θεάτρου τοῦ προκαθεληθέντος μὲν ὑπὸ τοῦ E Καίσαρος, Μαρκέλλου δὲ ὠνομασμένου, ἐτίμησε. καί οἱ καὶ εἰκόνα χρυσῆν καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρον τε ἀρχικὸν, ἔς τε τὸ θέατρον [232] ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει ἐσφέρεσθαι, καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελούντων αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε. ταῦτα μὲν ὕστερον ἔπραξε.

quum quædam iis de publicis negotiis exposuisset; Pisoni libellum, in quem exercituum & redituum publicorum indicem conscripserat, Agrippæ annulum tradidit. Antonius vero Musa, quum nihil jam Augustus eorum, quæ maxime essent necessaria, posset facere, lavacris frigidis, frigidisque potionibus eum sanitati restituit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Augusto & senatu multa, ususque annuli aurei (libertus enim erat) datus est, immunitasque non ipsi modo, sed omnibus eandem artem exercentibus in futurum quoque tempus concessa. Verum enim vero fas erat eum, qui opus fortunæ fatique sibi arrogasset, statim manifeste coargui. Nam ut Augustus in sanitatem erat restitutus, ita Marcellus paulo post ægrotans, eademque ratione a Musa eodem curatus, mortem obiit. Hunc funere publico elatum laudatumque a se pro more, Augustus in sepulcrum quod sibi exstruebat condidit, memoriaque eum theatri ejus, quod ante cœptum a Cæsare, Marcelli dictum est, honestavit: jussitque, ut ludis Romanis effigies Marcelli aurea, cum aurea corona & sella curuli, in theatrum inferretur, mediaque inter præfectos iis ludis magistratus collocaretur. Verum hæc postea temporis acta sunt.

A.U.C. 731 Augusto XI. & Calp. Pisone COSS.

Τότε δὲ σωθεὶς, [233] τὰς διαθήκας ἐσήνεγκε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ ἀναλέξασθαι ἠθέλησεν, ἐνδεικνύ- 518 μενος τοῖς ἀνθρώποις ὅτι οὐδένα τῆς ἀρχῆς διάδοχον καταλελοιπὼς ἦν. οὐ μέντοι καὶ ἀνέγνω· οὐδεὶς γὰρ ἐπέτρεψεν.

31. Tum vero Cæsar valetudine recuperata, testamentum, quod fecerat, in senatum intulit, voluitque recitare, ostensurus hominibus, neminem se sui principatus successorem constituisse: ne

[n] Πείσωνι. τῷ ὑπάτῳ addit Xiph. [o] ἀναγκαίων. sic RS. & Xiph. quos eo tutius sequimur, quod ipsa etiam per se res suadet. sed HS.& L. ἀναγκαῖον. ceterum nescio an non commodius etiam antecedentia auctore Xiph. scriberentur: μηδὲν μηδὲ τῶν πάνυ ἀναγκαίων. omisso ὅ, τι. video etiam virum doctum N. hoc vocabulo offensum, id mutari voluisse in ἔτι. [p] χρυσοῖς δακτυλίοις. sic & Z. at Xiphilinus in singulari, δακτύλιον χρυσοῦν. [q] ὁ μὲν Αὔγουστος. aptius diceretur ὁ μὲν γὰρ Αὔγουστος. [r] ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μούσα. sic & Xiph. alioquin mallet fortasse aliquis ὑπὸ τοῦ αὐλοῦ Μούσα, Sylb. [s] ὃ ᾠκοδομᾶτο. ὃ RS. quod emendavit X. nec dubitarunt sequentes emendationem recipere.

§ 222. (l. 99.) καὶ χρήματα] Addit idem Suetonius c. 59. etiam illi statuam ære collato juxta signum Æsculapii statutam fuisse a populo.

§ 223. (l. 1.) χρυσοῖς δακτυλίοις] Jus annulorum aureorum negatum libertis, concessum equitibus, ut dictum p. 385. A.

§ 224. (l. 1.) ἀπελεύθερος γὰρ ἦν] Vir ingenio & doctrina florens, Joh. Frid. Crellius in Diss. de Antonio Musa, quam Lipsiæ 1725. edidit, § 5. contra Dionem variis argumentis pugnat, sed levibus, ut Medicum illum evincat libertum minime fuisse, sed nullum affert testimonium idoneum, quo fides Dioni derogetur.

Pertinent hæc ad controversiam satis agitatam de Medicis servis, cujus historiam dedit Cl. Jul. Carolus Schlægerus sub titulo, Historia litis de Medicorum apud veteres Romanos degentium conditione, Helmstad. 1740. in 4to. cui addere non pigebit, quæ elegantioris doctrinæ peritissimus Jureconsultus, Alb. Dietericus Trekell, congessit ad Barnabæ Brissonii opera minora, a se edita, p. 36. sq. Ceterum Medicos jam civitate donatos a Julio Cæsare, constat satis ex Suet. Cæs. c. 42. REIM.

§ 225. (l. 2.) καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις] De jure annulorum aureorum dato Medicis, adeundus Barnabas Brissonius lib. II. antiquitatum juris c. 3.

§ 226. (l. 6.) παρὰ πόδας ἀλῶναι] Assentior laudato Crellio § 9. iniquitatem judicii hujus in Dione de Musa arguenti. Non enim recte inferas, meræ fortunæ fuisse aut fati, quod Augustum feliciter curavit Medicus, neque Marcello potuit mederi, obstante vel imbecillitate naturæ ejusdem, vel negligentia observandi præcepta Medici, vel mali gravitate ac pervicacia, vel prorsus ut ipse Dio infra p. 519. C. innuit, occulta vi intercedente dati jussu Liviæ veneni, quod omnem Medici artem elusit. De phrasi παρὰ πόδας ἀλῶναι, vide Erasmum proverbio *pedibus trahere*.

§ 227. (l. 7.) Μάρκελλος νοσήσας οὐ πολλῷ ὕστερον] Interjecto post Augusti morbum semestri, A. U. C. 731. *Sororis filium successioni præparatum suæ perdidit*, ut verbis utar Senecæ, Consolatione ad Polybium c. 34. Marcellus morbo correptus *occidit, & misero steterat vigesimus annus*, ut notat Propertius III. 16. *In Bajano periisse, cum ædilitatem gereret*, scribit Servius ad Æneid. VI. 861. ita enim cum Clarissimo Brouckhusio legendum potius quam *Stabiano*, quod Scaliger malebat ad hæc Propertii, obitum Marcelli lugentis:

At nunc invisæ magno cum crimine Bajæ,
Quis Deus in vestra constitit hostis aqua?
His pressus stygias vultum demersit ad undas &c.

§ 228. (l. 10.) δημοσίᾳ τε ἔθαψεν] Pedo Albinovanus, Eleg. I. v. 65. de Augusto:

Vidimus erepta mœrentem stirpe sororis,
Luctus ut in Druso publicus ille fuit.

De honore publici funeris dictum ad p. 529. A.

§ 229. (l. 11.) ἐπαινέσας, ὥσπερ εἴθιστο] Servius in I. Æneid. 716. Pesti devota futuræ. *De oratione Augusti translata est locutio, quam habuit in tralatione funeris Marcelli, cum diceret, illum immaturæ morti devotum fuisse.*

§ 230. (l. 11.) ἐς τὸ μνημεῖον] In Mausoleum Augusti quod in campo Martio tunc condebatur, & in quo Agrippæ p. 541. C. & Drusi etiam reliquias illatas Dio dicet infra p. 549. B. & Liviæ p. 621. C.

§ 231. (l. 13.) τοῦ θεάτρου] De hujus theatri dedicatione dicetur infra p. 539. D. Illud inter opera, quæ nomine alieno Augustus fecit, memorat etiam Suetonius c. 29. In Livii Epitoma lib. 138. *Octavia soror Augusti defuncta, antea amisso filio Marcello, cujus monumenta sunt theatrum & porticus, nomine ejus dedicata.*

§ 232. (l. 16.) ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει] Solennibus Circensibus ludis. vide Onufrium lib. II. de illorum ludorum pompa T. IX. Thesauri Græviani p. 362.

§ 233. (l. 20.) τὰς διαθήκας] De Testamento Augusti, infra p. 590. D.

A.U.C.731 Augusto XI. & Calp. Pisone COSS.

ne tamen legeret, ab omnibus prohibitus fuit. Id vero summam ejus apud omnes admirationem excitavit, quod Marcello, quem sororis suæ filium generumque suum amavisset, quem tot honoribus ornasset, cujus munus ædilitium adeo splendide adornavisset auxilio suo, ut per totam æstatem supra forum conopea suspenderit, equitem saltantem, illustremque feminam in orchestram introduxerit; tamen principatum non credidisset, sed & ei Agrippam honore prætulisset. Nimirum Cæsar nondum animo juvenis Marcelli satis fisus erat: & vel populum libertatem suam recipere volebat, vel Agrippam summæ rerum ab eo præfici; quem quum compertum haberet a populo summopere diligi, tamen videri nolebat a se imperium accepisse.

32. Porro Augustus morbo levatus, quum intelligeret, his de causis Marcellum simultatem aliquam contra Agrippam suscepisse; ne, si uno in loco mansissent, offensæ inter eos ac contentiones intercederent, Agrippam continuo in Syriam amandavit. Agrippa urbe profectus, in Syriam non perrexit, sed adhuc majori usus moderatione, eo missis legatis suis, ipse Lesbi permansit. Augustus vero decem tantum prætores, quia pluribus opus non haberet, constituit, idque per plures etiam annos factum est: quorum reliqui eadem, quæ prius, officia exsequerentur; duo vero administrationi ærarii singulis annis præessent. His singulis ordinatis, in Albanum exiit, ac consulatu sese abdicavit. Quoniam enim ipse jam inde a compositione reipublicæ, ac nonnulli alii, toto anno consulatum gesserant: inhibere eum morem cupiens, ut ad plures consulatus perveniret, extra urbem magistratu abiit, ne impediretur. Laudatum est hoc ejus factum, idque etiam, quod in suum locum cum

ἐπέτρεψεν. ἐθαύμαζον μέντοι καὶ πάνυ πάντες αὐτοῦ, ὅτι τὸν [t] Μάρκελλον καὶ ὡς γαμβρὸν καὶ ὡς ἀδελφιδοῦν ἀγαπῶν, καὶ ἄλλας τε αὐτῷ τιμὰς δοὺς, καὶ τὴν ἑορτὴν, ἣν [234] ἐκ τῆς ἀγορανομίας ἐπετέλει, συνδιαθεὶς λαμπρῶς, ὥστε τήν τε ἀγορὰν ἐν παντὶ τῷ θέρει ἐν [235] παραπετάσμασι καταὶ κορυφὴν διαλαβεῖν, καὶ [236] ὀρχηστήν τινα ἵππέα, [237] γυναῖκά τε ἐπιφανῆ ἐς τὴν ὀρχήστραν ἐσαγαγεῖν· ὅμως τὴν μοναρχίαν οὐκ ἐπίστευσεν, ἀλλὰ καὶ [238] τὸν Ἀγρίππαν αὐτοῦ προετίμησεν. οὕτως, ὡς ἔοικεν, οὐδέπω τῇ τοῦ μειρακίου γνώμῃ " ἐθάρσει, ἀλλ' ἤτοι τὸν δῆμον τὴν ἐλευθερίαν κομίσασθαι, ἢ καὶ τὸν Ἀγρίππαν τὴν ἡγεμονείαν παρ' ἐκείνου λαβεῖν ἠθέλησεν. ἔν τε γὰρ ἠπίσατο προσφιλῆ σφίσιν ἐς τὰ μάλιστα αὐτὸν ὄντα, καὶ οὐκ ἐβούλετο παρ' ἑαυτοῦ δὴ δοκεῖν αὐτὴν ἐπιτρέπεσθαι.

Ῥᾳδίως δ' οὖν, καὶ μαθὼν τὸν Μάρκελλον οὐκ ἐπιπηδείως τῷ Ἀγρίππᾳ διὰ τοῦτο ἔχοντα, [239] ἐς τὴν Συρίαν εὐθὺς τὸν Ἀγρίππαν, μή τις καὶ διαφθορά τις καὶ ἀψιμαχία αὐτοῖς ἐν ταυτῷ ὄντες συμβῇ, ἔστειλε. καὶ ὃς [x] ἐκ μὲν τῆς πόλεως εὐθὺς ἐξώρμησεν, οὐ μέντοι καὶ ἐς τὴν Συρίαν ἀφίκετο, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον μεθριάζων, ἐκεῖσε μὲν τοὺς ὑποστρατήγους ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐν Λέσβῳ διέτριψε. ταῦτά τε οὕτως ὁ Αὔγουστος ἐποίησε, καὶ στρατηγοὺς δέκα, [240] ὡς οὐδὲν ἔτι πλειόνων δεόμενος, ἀπέδειξε· καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐγένετο. ἔμελλον δὲ αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ πρόσθεν ποιήσειν, [241] δύο δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει ὅσα ἔτη γενήσεσθαι. διαταξάμενος δὲ ταῦτα ὡς ἔκαστα, ἀπεῖπε τὴν ὑπατείαν [242] ἐς Ἀλβανὸν ἐλθών. ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς, ἐξ οὗπερ τὰ πράγματα καθέστη, καὶ τῶν ἄλλων οἱ πλείους δι' ἔτους ἦρξαν, ἐπιχεῖν τε τοῦτο αὖθις, ὅπως ὁτιπλεῖστοι ὑπατεύσωσιν, ἠθέλησε· καὶ ἔξω τοῦ ἄστεος αὐτὸ ἐποίησεν, ἵνα μὴ κωλυθῇ. καὶ ἐπί τε τούτῳ ἔπαινον ἔσχε, καὶ ὅτι

[t] τὸν Μάρκελλον. Xiph. addit: (ἦν δὲ Μαρκέλλου τοῦ τῷ Ἀννίβᾳ προσπολεμήσαντος ἔγγονος.) [u] ἐθάρσει. ἐθάρρει, Xiph. [x] ἐκ μὲν. μὲν ἐκ, Xiph. sed & ibi cum Dione facit Coisl. & Br.

§234. (l. 27.) ἐκ τῆς ἀγορανομίας] Ædilitatis Marcello datæ mentio p. 516. B. & ædilitatem tunc gessisse cum diem obiit, notavit Servius ad VI. Æneid. 861.

§235. (l. 29.) παραπετάσμασι καταὶ κορυφὴν] Ad solem a spectatorum capitibus in ludis arcendum. Idem antea factum a Julio Cæsare p. 226. A. idem deinde ab aliis. vide Pitiscum in voce *velum*.

§236. (l. 30.) ὀρχηστὴν ἵππέα] Sic equites in gladiatoriis ludis exhibuerat Julius Cæsar p. 225. D. & notum Laberii exemplum, equitis in scenam invitati quingentis millibus, & agentis mimos quos scripserat, ut refert Macrobius II. Saturnal. c. 7.

§237. (l. 30.) γυναῖκα ἐπιφανῆ] Mulierum nobilium in gladiatoriis ludis pugnantium exempla p. 763. A. 858. B. & in theatro saltantium p. 522. A. quod Augustus inde prohibuit.

§238. (l. 32.) τὸν Ἀγρίππαν προετίμησεν] Annulum digito detractum Agrippæ tradendo p. 517. C. Itaque & Velleius II. 93. ait, Marcellum homines ita, si quid accidisset Cæsari, successorem potentiæ ejus arbitratos futurum, *ut tamen id per M. Agrippam ei posse contingere non existimarent.*

§239. (l. 42.) ἐς τὴν Συρίαν] Aliter paullo Suetonius, qui in Tiberio c. 10. ait, *M. Agrippam, M. Marcello ad munera publica admoto, Mitylenas abiisse, ne aut obstare, aut obtrectare aliquid præsens videretur.* Et in Augusto c. 66. *M. Agrippa ex levi frigoris suspicione, & quod Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se, relictis omnibus contulit.* Tamen suspecta Marcelli vota, & *pudendam Agrippæ ablegationem*, inter Augusti infortunia memorat Plinius VII. 45. & missum in Asiam ab Augusto scribit etiam Josephus XV. 13. πέμπεται δὲ Ἀγρίππας τῶν πέραν Ἰονίου διάδοχος Καίσαρι. Idem Herodem cum Agrippa ad Mitylenas hybernante versatum refert, & Tacitus *per-*

missum illi ab Augusto *Mitylenense secretum* XV. 13. Annal. Eodem pertinet, quod mox Dio Agrippam in Lesbo ait substitisse. Lesbi enim insulæ civitas præcipua Mitylene. vide iterum Josephum lib. XVI. c. 2. & 3. ubi per decennium Asiæ administrationem gessisse testatur. Missus in Syriam Agrippa iterum infra p. 534.

§240. (l. 49.) ὡς οὐδὲν ἔτι πλειόνων δεόμενος] Prætorum numerus, cum octo essent antea, jam a Julio Cæsare ad denarium auctus p. 209. B. interdum creati quatuordecim ut p. 237. B. vel sedecim p. 239. C. sæpe postea quindecim vel etiam uno aut duobus plures paucioresve p. 634. B.

§241. (l. 53.) δύο ἐπὶ τῇ διοικήσει] Prætor unus urbanus, alter peregrinus.

Dio non videtur de consuetis prætorum officiis, sed recens injunctis loqui. διοίκησις de ærarii cura sumitur; quæ quanquam prætoriis ἐστρατηγηκόσι aliquando injungeretur p. 238. A. 497. A. tamen & στρατηγοῖς tribuitur p. 667. B. 680. E. REIM.

§242. (l. 55.) ἐς Ἀλβανὸν ἐλθών] In montem Albanum feriarum latinarum celebrandarum caussa, infra p. 519. C. de quibus dicere me memini ad p. 105. A. vide etiam p. 160. A. 242. C. 313. C. 351. B. 401. E.

§243. (l. 61.) Λούκιον Σήστιον] Emendandum, quod in Joh. Glandorpii Onomastico Romano p. 799. legitur, hunc L. Sestium *secundo* consulatu substitutum ab Augusto, nam *undecimo* Glandorpius scripserat. Meminit & Horatius lib. I. Oda 4. *O beate Sesti.* Bruti quæstorem Appianus vocat: numi in Ursini familiis Romanis p. 244. & Morello, proquæstorem.

§244. (l. 64.) καὶ εἰκόνας ἔχοντα] Apud Appianum IV. civil. p. 619. pro Πούπλιος, Fulvius Ursinus in familiis Romanis p. 244. Lucii Sestii nomen non dubitat reponendum, ubi narrat

ὅτι [243] Λούκιον ἀνθ' ἑαυτοῦ Σήστιον ἀνθείλετο, ἀεί τε τῷ Βρούτῳ συστρατεύσαντα, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς πολέμοις συστρατεύσαντα, καὶ ἔτι καὶ τότε καὶ μνημονεύοντα αὐτοῦ, [244] καὶ εἰκόνας ἔχοντα, καὶ ἐπαίνους ποιούμενον. τό, τε γὰρ φιλικὸν καὶ τὸ πιστὸν τοῦ ἀνδρὸς οὐ μόνον οὐκ ἐμίσησεν, ἀλλὰ καὶ ἐτίμησε. καὶ διὰ ταῦτα ἡ γερουσία [245] δήμαρχόν τε αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, καὶ [246] χρηματίζειν αὐτῷ γ περὶ ἑνός τινος ὅτου ἂν ἐθελήσῃ καθ' ἑκάστην βουλήν, κἂν μὴ ὑπατεύσῃ, ἔδωκε, [247] τήν τε ἀρχὴν τὴν ἀνθυπατον ἐσαεὶ καθάπαξ ἔχειν· ὥστε μήτε ἐν τῇ εἰσόδῳ τῇ [248] εἴσω τοῦ πωμηρίου καταλιθεῦσαι αὐτὴν, μήτ' ἄνθις ἀνανεοῦσθαι· καὶ ἐν τῷ ὑπηκόῳ τὸ πλεῖον τῶν ἐκασταχόθι ἀρχόντων ἰσχύειν ἐπέτρεψεν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐκεῖνος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν αὐτοκράτορες ἐν νόμῳ δή τινι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ [249] ἐξουσίᾳ τῇ δημαρχικῇ ἐχρήσαντο. τὸ γάρ οἱ ὄνομα αὐτὸ τὸ τῶν δημάρχων οὔθ' ὁ Αὔγουστος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς αὐτοκράτωρ ἔσχεν.

cum subrogavit L. Sestium, qui vir semper Bruti rebus faverat, omnibusque in bellis ei adfuerat, ac adhuc ejus memoriam colebat, imagines ejus habebat, eumque laudare solebat. Amicitiæ vero observantiam, fidemque Sestii, non modo non odio, sed honori etiam habebat Augustus. Propter hæc senatus Augusto hos honores decrevit, ut tribunus plebis perpetuus esset: ut quoties senatus haberetur, etiam si consulatum non gereret, jure unius relationis, de quacunque re vellet, uteretur: ut proconsulare imperium simul semelque haberet perpetuum, neque id intra pomoerium venienti deponere, neque unquam renovare opus esset: ut major ipsi in singulis provinciis, quam præfectis earum, semper esset potestas. Inde exortum est, ut Augustus, quique eum secuti sunt imperatores, lege quadam, cum reliquis hisce, tum tribunitia potestate uterentur. Ipsum enim tribuni plebis nomen neque Augustus, neque ullus alius imperator gessit.

A.U.C. 731 Augusto XI. & Calp. Pisone COSS.

Καί μοι δοκεῖ ταῦθ' οὕτω τότε οὐκ ἐκ κολακείας, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τιμηθεῖς, λαβεῖν. τά τε γὰρ ἄλλα ὡς ἐλευθέροις σφίσι προσεφέρετο· καὶ ἐπειδὴ [250] ὁ μὲν Τηριδάτης, αὐτὸς, παρὰ δὲ δὴ τοῦ Φραάτου, πρέσβεις, ἐφ' οἷς ἀνταπεκάλουν ἀλλήλοις, ἀφίκοντο, ἐς τὴν βουλὴν αὐτοὺς ἐσήγαγε· καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιτραπεὶς παρ' αὐτῆς τὴν διάγνωσιν, τὸν μὲν Τηριδάτην τῷ Φραατῃ οὐκ ἐξέδωκε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτῷ ὃν πρότερον παρ' ἐκείνου λαβὼν εἶχεν, ἀπέπεμψεν· ἐπὶ τῷ [251] τούς τε αἰχμαλώτους, καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ τὰ ἔν τε τῇ [252] τοῦ Κράσσου καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμφορᾷ ἁλόντα κομίσασθαι. κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ ἔτει ἀγορανόμον τέ τινα τῶν καταδεεστέρων ἀποθανόντα Γάϊος Καλπούρνιος, καίτοι προηγορανομηκὼς ἐν τοῖς ἀμείνοσι, διεδέξατο· ὅπερ ἐπ' οὐδενὸς ἄλλου μνημονεύεται γενόμενον. κἀν ταῖς ἀνοχαῖς δύο καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπολιάρχησαν, καὶ εἷς

33. Ac mihi sane hæc ei tunc non adulantes, sed sincere tribuisse Romani videntur. Nimirum & in omni re cum ipsis, tanquam liberis hominibus, agebat: & quum Teridates quidem ipse, a Phraate vero legati, Romam advenissent, suarum controversiarum causa, in senatum eos Augustus introduxit: ac deinde mandata sibi a senatu litis cognitione, Teridatem Phraati nequaquam tradidit; filium tamen Phraatis, quem ante ab eo acceperat, patri remisit hac lege, ut pro eo captivos, signaque militaria, Crassi & Antonii cladibus amissa, reciperet. Eodem anno ædili cuidam plebis mortuo, Cajus Calpurnius, qui tamen ante ædilis curulis fuerat, successit: quod alias factum fuisse, memoriæ proditum nusquam est. Feriis latinis bini singulis diebus præfecti urbis

γ περὶ ἑνός τινος. ita scripsimus ex V. a. cum τινος vulgo desit. Leunclavius: περὶ ἑνὸς ἑκάστου, ὅ, τι ἂν. quod veritati minus consentaneum. pro vulgato ὅπου Casaubonus ad Suet. Cæs. 20. recte legi jubet ὅτου, & χρηματίζειν quid sit docet contra Leunclavium, qui *sancire* reddiderat, cum Xylander melius *referre*. z ἔν τε τῇ τοῦ Κράσσου. sic V. a. vulgo τῇ omissum.

narrat Appianus, hunc Bruti quæstorem ab Antonianis frustra sollicitatum de proditione, atque ideo proscriptum, sed reversum deinde Romam, in Augusti amicitiam receptum esse, καὶ ἐπιόντι ποτὲ τῷ Καίσαρι προὔθηκεν εἰκόνας Βρούτου, καὶ ἐπηνέθη καὶ ἐπὶ τῷδε ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. *Accedenti quodam tempore ad se Augusto effigies Bruti præbuit spectandas, & eo quoque nomine laudem ab eo meruit.*

§ 245. (l. 68.) δήμαρχόν τε διὰ βίου] Initium hoc tribunitiæ potestatis Augusti, V. Kal. Jul. quam per XXXVII. annos ab eo continuatam notavit Tacitus lib. I. Annal. c. 9. De illa jam mentio supra p. 457. A. Confer Alphonsum a Carranza eruditis Commentariis de partu naturali & legitimo p. 143. sq. ubi ab hoc tempore originem legis Regiæ sive juris & arbitrii omnium rerum ad Augustum delati repetit. Similis potestas jam data Julio Cæsari, ut dictum ad p. 194.

§ 246. (l. 69.) χρηματίζειν αὐτῷ περὶ ἑνός] Ut etiam non Consul in quovis senatus conventu posset de una re, quam vellet, referre. Id postea ampliatum decretumque, ut Imperatoribus non primæ tantum, sive unius, sed jus etiam tertiæ, quartæ, quintæ relationis esset, hoc est, ut illis esset integrum referre de rebus tribus, quatuor vel quinque. vide Vertranium ad Taciti XIII. 49. Nicolaum Abramum in notis ad Orationem Tullii in L. Pisonem c. 13. & Turnebum ad Præfationem Plinii, & quæ de vocabulo χρηματίζειν supra ad p. 458. A.

§ 247. (l. 71.) τὴν ἀρχὴν ἀνθυπατον] Proconsulare Imperium, sive summam in provinciis atque extra urbem potestatem, etiam supra provinciarum præsides. conf. dicta ad p. 508 A.

Ezech. Spanhemium T. II. de usu numismatum p. 463. sqq. H. Noris ad Cenotaphia Pisana p. 189. sq.

§ 248. (l. 73.) ἔσω τοῦ πωμηρίου] Stante repub. proconsules & quotquot cum imperio extra urbem erant, ad eam reversi insignia potestatis & potestatem ipsam ante pomœrium deponebant. vide dicta ad p. 120. A. 144. A. & 504. C.

§ 249. (l. 78.) ἐξουσίᾳ τῇ δημαρχικῇ] De tribunitia Imperatorum potestate dictum ad p. 508. D. Suetonius Augusto c. 26. *Tribunitiam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atque iterum per singula lustra Collegam sibi cooptavit.*

§ 250. (l. 84.) ὁ Τηριδάτης αὐτὸς, παρὰ δὲ δὴ τοῦ Φραάτου πρέσβεις] De horum controversia & Phraatis filio, quem a Teridate Augustus in potestatem suam acceperat, obsidisque loco hactenus habuerat, vide ad p. 456. B. C. & Justinum XLII. 5.

§ 251. (l. 90.) τούς τε αἰχμαλώτους καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ] De captivis signisve militaribus Romanis a Phraate Parthorum Rege ad Augustum remissis, infra p. 525. E. Obsides etiam simul oblatos testatur Sueronius c. 21. Tacitus II. Annal. c. 1. *Phraates, quanquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat, partemque prolis* (quatuor filios, cum duabus horum uxoribus, quatuorque liberis, teste Strabone XVI. p. 748.) *firmandæ amicitiæ miserat: haud perinde nostri metu, quam fidei popularium diffisus.*

§ 252. (l. 91.) τοῦ Κράσσου καὶ τοῦ Ἀντωνίου] de illa clade p. 131. sq. de hac p. 372.

A.U.C.731 Augusto XI. & Calp. Pisone COSS.

urbis fuere, interque eos unus, qui nondum juvenilem ætatem attigerat. Mortis Marcelli causa Liviæ a quibusdam assignata est, quæ eum suis filiis præferri indigne tulisset: eam tamen suspicionem dubiam effecit ejus ac sequentis anni temperies, ita vitiosa, ut ingens hominum multitudo morbis absumpta sit. Tum quoque (ut fere hujusmodi mala signis suis prænuntiantur) lupus intra urbem deprehensus est, ignisque & tempestas multa ædificia læsit: Tiberisque auctus pontem ligneum evertit, fecitque ut urbs triduum esset navibus pervia.

εἷς γέ τις αὐτῶν οὐδὲ ἐς μειράκιόν πω τελῶν, ὅμως ἦρξεν. αἰτίαν μὲν οὖν ἡ Λιουΐα τοῦ θανάτου τοῦ Μαρκέλλου ἔσχεν, ὅτι [253] τῶν υἱέων αὐτῆς προεκέκλιμητο. ἐς ἀμφίβολον δ' οὖν ἡ ὑποψία ἄχθη, καὶ ὑπ' ἐκείνου τοῦ ἔτους, καὶ ὑπὸ τοῦ ἔαρος, οὕτω νοσώδους γενομένου, ὥστε πάνυ πολλοὺς ἐν αὐτοῖς ἀπολέσθαι, καλέσῃ. καὶ (φιλεῖ γάρ πως ἀεί τι πρὸ τῶν τοιούτων προσημαίνεσθαι) τότε μὲν [254] λύκος τε ἐν τῷ ἄστει συνελήφθη· καὶ πῦρ, χειμών τε, πολλοῖς οἰκοδομήμασιν ἐλυμήναντο· [255] ὅ, τε Τίβερις αὐξηθεὶς τήν τε [a] γέφυραν τὴν ξυλίνην κατέσυρε, καὶ τὴν πόλιν πλωτὴν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐποίησεν.

[a] γέφυραν τὴν. hæc duo verba per negligentiam typographi exciderant ex editione HS. quam unam sequitur L. sed cum Roberti editione facit etiam codex V. a.

§ 253. (l. 100.) τῶν υἱέων αὐτῆς] Liviæ filii, *Tiberius*, qui postea imperitavit, *Drususque*.

§ 254. (l. 5.) λύκος τε ἐν τῷ ἄστει] Infaustum omen, ut p. 159. D. 327. D. 385. D. 424. D. 534. C. 548. D.

§ 255. (l. 7.) ὅ, τε Τίβερις αὐξηθείς] Ut p. 118. D. 510. C. 521. A. 539. A. 563. D. 638. A. Horatius lib. I. Oda 2. *Vidimus flavum Tiberim retortis littore Etrusco violenter undis ire dejectum monumenta Regis* (Numæ) *templaque Vestæ.*

ЦБ ОНУ імені І.І.Мечникова

ΤΩΝ

ΔΙΩΝΟΣ
ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΟ

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS
HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QUINQUAGESIMUS QUARTUS.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς ἐπιμεληταὶ τῶν ὁδῶν ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων κατέστησαν. ⁂
Ὡς ἐπιμεληταὶ τοῦ σιτηρεσίου ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων κατέστησαν.
Ὡς Νώρικος ἐάλω.
Ὡς Ῥαιτία ἐάλω.
Ὡς αἱ Ἄλπεις αἱ παραθαλάσσιοι Ῥωμαίων ἀκούειν ἤρξαντο.

Ὡς τοῦ Βάλβου θέατρον καθιερώθη.
Ὡς τοῦ Μαρκέλλου θέατρον καθιερώθη.
Ὡς Ἀγρίππας ἀπέθανε, καὶ τὴν Χερρόνησον Αὔγουστος ἐκτήσατο.
Ὡς τὰ Αὐγουστάλια κατέστη.

Hæc inſunt Libro LIV. Romanæ Hiſtoriæ Dionis.

Ut curatores viarum ex prætoriis electi ſint. c. 8. ⁂
Ut curatores annonæ ex prætoriis ſint delecti. c. 1. & 17.
Ut Noricum fuerit ſubactum. c. 20.
Ut Rhætia domita. c. 22.
Quomodo Alpes maritimæ Romanis obedire cœperint. c. 24.
Ut Balbi theatrum fuerit dedicatum. c. 25.
De theatri Marcelli dedicatione. c. 26.
De morte Agrippæ, utque Cherroneſus in bonis Auguſti eſſe cœperit. c. 28. 29.
Quomodo Auguſtalia inſtituta fuerint. c. 34.

Χρόνου πλῆθος, ἔτη ιγ', ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Μ. Κλαύδιος Μ. υἱ. Μάρκελλος Αἰσερνῖνος,
Μ. Λόλλιος,
Μ. [a] Ἀπούλιος Σ. υἱ.
Γ. Σέντιος Γ. υἱ. Σαλουρνῖνος,
Γν. Κορνήλιος Λ. υἱ. Λεντοῦλος,
Γ. Φούριος Γ. υἱ.
Λ. Δομίτιος Γν. υἱ. Γν. ἔγγ. Ἀηνόβαρβος,
Μ. Δροῦσος Λ. υἱ. Λίβων,
Μ. Λικίνιος Μ. υἱ. Κράσσος,
Τιβ. Κλαύδιος Τιβ. υἱ. Νέρων,
Μ. Οὐαλέριος Μ. υἱ. Μεσσαλᾶς Βαρβάτος,
[d] Παῦλος Φάβιος Κ. υἱ. Μάξιμος,
[e] Ἰοῦλος Ἀντώνιος Μ. υἱ.
καὶ Λ. Ἀρρούντιος Λ. υἱ.
καὶ Κ. Λέπιδος.
καὶ Π. Σίλιος Π. υἱ. Νερούας.
καὶ [b] Κ. Λουκρήτιος Κ. υἱ. Οὐισπυλλίων.
καὶ Π. Κορνήλιος Π. υἱ. Λεντοῦλος Μαρκελλῖνος.
καὶ Γ. Ἰούνιος Γ. υἱ. Σιλανός.
καὶ Π. Κορνήλιος Π. υἱ. Π. ἔγγ. Σκιπίων.
καὶ Λ. Καλπούρνιος Λ. υἱ Πείσων.
καὶ Γν. Κορνήλιος Γν. υἱ. Λεντοῦλος.
καὶ Π. Κυιντίλιος Σεξ. υἱ. Οὐάρος.
καὶ Π. Σουλπίκιος Π. υἱ. [c] Κυρῖνιος.
καὶ Κ. Αἴλιος Κ. υἱ. Τουβέρων.
καὶ Κ. Φάβιος Κ. υἱ. Ἀφρικανός.

Annis hæc acta XIII. quorum COSS. hi recenſentur.

anteC.N.	U. C.		
22.	732.	M. Claudius M. F. Marcellus Aeſerninus,	& L. Aruntius L. F.
21.	733.	M. Lollius,	& Q. Lepidus.
20.	734.	M. Apulejus Sex. F.	& P. Silius P. F. Nerva.
19.	735.	C. Sentius C. F. Saturninus,	& [b] Q. Lucretius Q. F. Veſpillo.
18.	736.	Cn. Cornelius L. F. Lentulus,	& P. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus.
17.	737.	C. Furnius C. F.	& C. Junius C. F. Silanus.
16.	738.	L. Domitius Cn. F. Cn. N. Aenobarbus,	& P. Cornelius P. F. P. N. Scipio.
15.	739.	M. Druſus L. F. Libo,	& L. Calpurnius L. F. Piſo.
14.	740.	M. Licinius M. F. Craſſus,	& Cn. Cornelius Cn. F. Lentulus.
13.	741.	Tib. Claudius Tiberii F. Nero.	& P. Quintilius Sex. F. Varus.
12.	742.	M. Valerius M. F. Meſſala Barbatus,	& P. Sulpicius P. F. Quirinus.
11.	743.	[d] Paulus Fabius Q. F. Maximus,	& Q. Aelius Qu. F. Tubero.
10.	744.	Julus Antonius M. F.	& Q. Fabius Q. F. Africanus.

521

1. Anno

⁂ Aut deſunt hic multa capitum lemmata; aut oſcitanter admodum illa, quisquis demum fuit, confecit. *a* Ἀπούλιος. ſic p. 525. D. vulgo Ἀπούδλιος. Ἀπουλήϊος, L. marg. Leunclavii tantum emendationes in COSS. nominibus hic annotabimus. Xylandri enim, editionem Roberti corrigentis, nimis multæ ſunt, ut eas non ſine tædio lectorum huc apponerem; eædemque tam manifeſtæ, ut dudum ab HS. & L. receptæ fuerint. *b* Κ. Λουκρήτιος. ſic infra p. 527. C. rectius Κύϊντος, quod per K. hic exprimendum erat. male vulgo hoc loco Λ. idem non Viſpalio, ſed Veſpillo dicendus erat. *c* Κυρίνιος. Κυρήνιος, L. vel potius Κυιρῖνος, ut in Faſtis Siculis, judice Ryckio ad Tac. p. 37. *d* Παῦλος. ſic deinceps in ipſo Dione, & in Frontino artic. 99 ſq. 104. 106. 108. 125. 127. male igitur Πούδλιος ſupponunt Latina vulgata, ſicut & ad marg. notavit L. *e* Ἰούλιος, vulgo. potius Ἰοῦλος. vide ſub finem libri hujus.

A.U.C.732 M.Marcello & L. Arruntio COSS.

1. Anno inſequenti, M. Marcello & L. Arruntio Coſſ. iterum Tiberis exundavit, ita ut Romæ navibus vehi liceret: fulminibus cum alia multa, tum ſtatuæ in Pantheo ictæ ſunt, ita ut haſta etiam e manu Auguſti excuteretur. Peſtilentia eo anno per totam Italiam ita graſſata eſt, ut agris colendis nemo vacaret: quod idem externis etiam regionibus eveniſſe opinor. Itaque Romani lue iſta fameque attriti, cum exiſtimarent id ſibi haud alia de cauſa contigiſſe, quam quod Auguſtum non eo etiam anno conſulem haberent; dictatorem eum dicere voluerunt, incluſumque in curia ſenatum eo vi compulerunt, ut hoc decerneret: ni feciſſet, incendium minitantes. Ipſi acceptis XXIV. faſcibus ad Auguſtum acceſſere, orantes ut ſe dictatorem dici, annonæque curatorem, exemplo Pompeji, creari pateretur. Auguſtus quidem coactus annonæ procurationem ſuſcepit; juſſitque, ut quotannis duumviri, qui ante quinquennium præturam geſſiſſent, frumento diſtribuendo conſtituerentur; dictaturam autem nequaquam admiſit. Quinimo, quum alia ratione, neque verbis neque precibus, populum poſſet inhibere, veſtem ſuam diſcidit: recte invidiam atque odium ejus nominis vitans, quum honorem & poteſtatem majorem etiam dictatoria haberet.

1 Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ ἔτει, ἐν ᾧ Μάρκος τε Μάρκελλος καὶ Λούκιος Ἀρρούντιος ὑπάτευσαν, ἥ τε πόλις, πελαγίσαντος ἄὐθις τοῦ ποταμοῦ, ἐπλεύσθη, καὶ κεραυνοῖς ἄλλα τε πολλὰ ἐβλήθη, καὶ [1] οἱ ἀνδριάντες οἱ ἐν τῷ Πανθείῳ, ὥστε καὶ τὸ δόρυ ἐκ τῆς τοῦ Αὐγούστου χειρὸς ἐκπεσεῖν. πονούμενοι οὖν ὑπό τε τῆς νόσου καὶ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, (ἔν τε γὰρ τῇ Ἰταλίᾳ πάσῃ ὁ λοιμὸς ἐγένετο, καὶ τὴν χώραν οὐδεὶς εἰργάσατο· δοκῶ δ' ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἔξω χωρίοις τὸ αὐτὸ τοῦτο συνηνέχθη·) νομίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἄλλως σφίσι ταῦτα συμβεβηκέναι, ἀλλ' ὅτι μὴ καὶ τότε ὑπατεύοντα τὸν Αὔγουστον ἔσχον, δικτάτωρα αὐτὸν ἠθέλησαν προχειρίσασθαι· καὶ τήν τε βουλὴν καταπλείσαντες ἐς τὸ συνέδριον, ἐπηνάγκασαν τοῦτο ψηφίσασθαι, ἀπειλοῦντες σφᾶς καταπρήσειν. καὶ μετὰ ταῦτα [2] τὰς ῥάβδους τὰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι λαβόντες, προσῆλθον [f] αὐτῷ, δικτάτωρά τε ἅμα δεόμενοι λεχθῆναι, καὶ ἐπιμεληθῆναι τοῦ σίτου, [3] καθάπερ ποτὲ τὸν Πομπήϊον, γενέσθαι. καὶ ὃς τοῦτο μὲν ἀναγκαίως ἐδέξατο, καὶ ἐκέλευσε [4] δύο ἄνδρας τῶν πρὸ πέντε που αἰεὶ ἐτῶν ἐστρατηγηκότων πρὸς τὴν τοῦ σίτου διανομὴν κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι· [5] τὴν δὲ δικτατωρίαν οὐ προσήκατο, ἀλλὰ καὶ [6] τὴν ἐθῆτα προσκατερρήξατο, ἐπειδὴ μηδένα τρόπον ἄλλως σφᾶς ἐπισχεῖν, μήτε διαλεγόμενος, μήτε δεόμενος, ἠδυνήθη. τήν τε γὰρ ἐξουσίαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ ὑπὲρ τοὺς δικτάτωρας ἔχων, ὀρθῶς τό, τε ἐπίφθονον καὶ τὸ μισητὸν [g] τῆς ἐπικλήσεως αὐτῶν ἐφυλάξατο.

2. Idem fecit, quum eum cenſorem perpetuum conſtituere vellent. Neque enim hunc honorem accepit, ſed cenſores ſtatim alios fecit, Paulum Æmilium Lepidum, & L. Munatium Plancum; fratrem hunc ejus Planci, qui quondam proſcriptus fuerat; Lepidum vero eum, qui ipſe eodem tempore morti addictus fuit. Hi cenſores

Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ [7] τιμητὴν αὐτὸν διὰ βίου χειροτονῆσαι βουλομένων ἐποίησεν. οὔτε γὰρ τὴν ἀρχὴν ὑπέστη, [h] εὐθὺς [8] ἑτέρους τιμητὰς, Παῦλόν τε Αἰμίλιον [9] Λέπιδον, καὶ Λούκιον Μουνάτιον [i] Πλάγκον, τοῦτον μὲν, ἀδελφὸν τοῦ Πλάγκου ἐκείνου τοῦ ἐπικηρυχθέντος ὄντα, τὸν δὲ δὴ Λέπιδον αὐτὸν τότε θανατωθέντα, ἀπέδειξεν. ἔσχατοι οὗτοι τὴν τιμητείαν ἰδιώτας

f προσῆλθον αὐτῷ, vulgo, προσῆλθόν αὐτῷ, L. recepi, auctore Z. p. 535. A. *g* τῆς ἐπικλήσεως. τῆς κλήσεως, Xiph. *h* εὐθὺς &c. poſt ſuperius οὔτε neceſſario ſcribendum erat καὶ εὐθύς. *i* Πλάγκον. ſic HS. & L. ex emendatione Xyl. Πλάγγον, RS. quod ipſe emendavit in notis.

§ 1. (l. 5.) οἱ ἀνδριάντες ἐν τῷ Πανθείῳ] In Pantheo Agrippæ nuper condito, de quo, & de ſtatuis in eo, p. 515. B. C.

§ 2. (l. 16.) τὰς ῥάβδους τὰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι] Uti conſulibus ſingulis faſces duodecim, ita Dictatori, ut Regibus olim, (etiam in urbe) ſecures & faſces XXIV. præferebantur, quod præter Plutarchum in Fabio p. 176. docent Polybius III. 87. & Dionyſius Halicarnaſſeus X. 480. Neque Sylla primus, qui cum XXIV. faſcibus proceſſit, ut contra Livii Epitomen lib. LXXXIX. & Appianum de bello civili lib. V. p. 412. oſtendunt illuſtris Spanhemius T. II. de uſu numismatum p. 172. & Joan. Jenſius V. C. Diſſ. de Dictatoribus Romanis c. 7. in ferculo litterario p. 110.

§ 3. (l. 19.) καθάπερ ποτὲ τὸν Πομπήϊον] Supra p. 96. C.

§ 4. (l. 21.) δύο ἄνδρας] *Frumenti populo dividundi.* Sueton. Auguſto c. 37. infra p. 532. D. Duplicem curam adminiſtratæ annonæ Tiberio juveni tribuit Suet. Tib. c. 8. Quod autem duobus prætoriis jam, hoc duobus conſularibus deinde demandatum. infra p. 569. D.

§ 5. (l. 23.) τὴν δικτατωρίαν] Antonia lege cautum erat, ne quis ullam ob cauſſam de Dictatore creando referret, neve quis dictaturam oblatam acciperet; qui contra feciſſet, eum fas eſſe a quovis impune interimi. Appian. III. civil. p. 542. adde 550. 563. & IV. p. 590. Dio p. 267. D. 507. D. Hinc minus mirum videri poteſt, a nomine *Dictatoris*, perinde ut *Regis* & *Domini*, Auguſtum abhorruiſſe, atque ut Vellejus II. 89. illud conſtanter repuliſſe, licet rem pulchre teneret.

§ 6. (l. 24.) τὴν ἐθῆτα προσκατερρήξατο] Suetonius c. 52. *Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt.* De veſtium laceratione ex indignatione vel dolore, dictum ad p. 150. D.

§ 7. (l. 30.) τιμητὴν διὰ βίου] Idem Suetonius c. 27. *Recepit & morum legumque regimen æque perpetuum, quo jure, quanquam ſine cenſuræ honore, cenſum tamen populi ter egit, primum* (ſupra p. 494. A.) *ac tertium cum collega, medium ſolus.* ἐπιμελητὴς τῶν τρόπων, infra p. 527. E. in quinquennium, atque in aliud quinquennium p. 542. D. Idem τιμητεύων p. 532. B.

§ 8. (l. 32.) ἑτέρους τιμητάς] Velut ὑποτιμητάς, ex Mæcenatis conſilio p. 478. C.

§ 9. (l. 33.) Λέπιδον καὶ Πλάγκον] Vellej. II. 95. *Cenſura Planci & Pauli acta inter diſcordiam, neque ipſis honori, neque Reipub. uſui fuit, cum alteri vis cenſoris, alteri vita deeſſet: Paulus vix poſſet implere cenſorem, Plancus timere deberet, nec quicquam objicere poſſet adoleſcentibus, aut objicientes audire, quod non agnoſceret ſenex.* Paulus ille Lepidi Triumviri frater perhibetur a Dione, quem proſcriptum quidem ſed ſervatum notavi ad p. 330. b. Onufrius autem in faſtis ad hunc annum alium Lepidum probat intelligi, Quinti nepotem, qui anno DCCXX. conſul ſuffectus fuit. De Planco videndus Glandorpius in Onomaſtico Rom. p. 613.

Eruditiſſimus Perizonius p. 121–148. Animadverſ. Hiſt. fuſe oſtendit, Paulum Lepidum male pro Triumviri fratre vulgo haberi ex hoc Dionis loco. Neque enim Dio Triumviri fratrem dicit, ſed tantum, proſcriptum fuiſſe: neque adeo erroris propterea poſtulandus erat ab Onufrio. Lepidus Cenſor in fragmento Capitolino L. Fil. M. Nepos ſcribitur, cum ſi Triumviri frater fuiſſet, perinde ut ille, M. Fil. Q. Nepos ſcribi debuiſſet. Paulus vero Manutius ad epiſt. Cic. Lucium Triumviri fratrem fuiſſe, ſolus quidem ſed rectius dicit: ejus autem filius fuit hic Paulus Cenſor, una cum patre olim

ἰδιῶται [10] ἅμα ἔχον, ὥσπερ που καὶ παραχρῆμα αὐτοῖς ἐδηλώθη. τὸ γὰρ βῆμα ἀφ' οὗ τι πράξειν τῶν προσηκόντων σφίσιν ἤμελλον, συνέπεσεν, ἀναβάντων αὐτῶν ἐν τῇ πρώτῃ τῆς ἀρχῆς ἡμέρᾳ, καὶ συνετρίβη· καὶ μετὰ τοῦτο οὐδένες ἄλλοι τιμηταὶ ὅμοιοι αὐτοῖς ἅμα ἐγένοντο. καὶ τότε δὴ ὁ Αὔγουστος, καίπερ ἐκείνων αἱρεθέντων, πολλὰ τῶν ἐς αὐτοὺς ἀνηκόντων ἔπραξε. [11] τῶν τε συσσιτίων τὰ μὲν παντελῶς κατέλυσε, τὰ δὲ πρὸς τὸ σωφρονέστερον συνέστειλε· καὶ [12] τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάσας [k] προσέταξεν, ἔκ τε τοῦ δημοσίου δίδοσθαί τι αὐτοῖς κελεύσας· καὶ προσαπειπὼν μήτε ἐς ἐκείνας ἄκοθέν τινα πλεῖον τοῦ ἑτέρου ἀναλίσκειν· [13] μήθ' ὁπλομαχίαν, μήτ' ἄλλως εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, μήτ' ἂν πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν, ποιεῖν. τοῖς δ' ἀγορανόμοις τοῖς κουρουλίοις [14] τὴν τῶν ἐμπιπραμένων κατάσβεσιν ἐνεχείρισεν, ἑξακοσίους σφίσι βοηθοὺς δούλους δούς. ἐπειδήπερ καὶ [15] ἱππεῖς καὶ γυναῖκες ἐπιφανεῖς ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ καὶ τότε γε ἐπεδείξαντο, ἀπηγόρευσεν οὐχ ὅτι [16] τοῖς παισὶ τῶν βουλευτῶν, (ὅπερ που καὶ πρὶν ἐκεκώλυτο) ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐγγόνοις, τοῖς τε ἐν τῇ ἱππάδι δηλονότι ἐξετάζομένοις, μηδὲν ἔτι τοιοῦτον δρᾶν.

Καὶ ἐν μὲν τούτοις τό, τε τοῦ νομοθέτου καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος καὶ σχῆμα καὶ ὄνομα ἐπεδείκνυτο· ἐν δὲ δὴ τοῖς ἄλλοις ἐμετρίαζεν, ὥστε καὶ φίλοις τισὶν [17] εὐθυνομένοις παραγίγνεσθαι. Μάρκου τέ τινος Πρίμου αἰτίαν ἔχοντος, ὅτι τῆς Μακεδονίας ἄρχων [18] Ὀδρύσαις ἐπολέμησε· [l] καὶ λέγοντος τοτὲ μὲν τῇ τοῦ Αὐγούστου, τοτὲ δὲ τῇ τοῦ Μαρκέλλου γνώμῃ τοῦτο πεποιηκέναι· ἔς τε τὸ δικαστήριον [19] αὐτεπάγγελτος ἦλθε, καὶ ἐπερωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, εἰ προσετάξειέν [m] οἱ πολεμῆσαι, ἔξαρνος ἐγένετο. τοῦ τε συναγορεύοντος τῷ Πρίμῳ [20] Λικιννίου [n] Μουρήνου ἄλλα τε ἐς αὐτὸν οὐκ

censores postremi ambo ex privatis fuerunt, quod statim eis est ostento significatum. Tribunal enim ipsorum, quum id prima magistratus die conscenderent, acturi aliquid ex officio, corruit & confractum est; nec deinde alii censores ambo eorum similes una creati sunt. Etiam Augustus tunc, quamvis his censura esset mandata, multa tamen, quæ eorum essent officii, egit; Convivia quædam protinus sustulit, quædam ad frugalitatem contraxit: ludorum omnium curam prætoribus ita injunxit, ut eis ex publico aliquid daretur: edicto etiam addito, ne quis plus altero ex suis facultatibus in eos impenderet, neve munus gladiatorium injussu senatus, aut sæpius duabus quotannis vicibus, aut plurium quam centum & viginti gladiatorum exhiberet. Ædilibus curulibus incendia extinguenda mandavit, sexcentis servis, quorum ad hoc uterentur opera, datis. Ac quoniam equites, & fœminæ illustres, adhuc in Orchestra saltabant; prohibuit non modo ne senatorum liberi, (id enim jam ante cautum erat) sed etiam ne nepotes eorum, quique equestris essent ordinis, amplius id facerent.

3. In his actionibus legislatoris Augustus, & imperatoris speciem, nomenque ostendit: in aliis adeo se demisit, ut amicis quoque in jus vocatis adesset. M. cuidam Primo dies erat dicta, quod Macedoniæ præfectus, bellum Odrysis intulisset. Is quum modo ex Augusti, modo ex Marcelli sententia id se fecisse diceret, Augustus suo ipse motu ad tribunal venit: interrogatusque a prætore, mandassetne id bellum Primo, inficiatus est. Tum Licinio Murenæ, qui causam Primi agebat, multis eum maledictis incessenti, ac percontanti, quid hic in foro ageret, aut a quo

A U.C. 732 M. Marcello & L. Arruntio COSS.

k προσέταξεν. sic V. a. b. rectius quam vulgo συνέταξεν. præterea statim ἐκ τοῦ δημοσίου scripsimus ex V. a. pro vulgato ἐκ τοῦ δήμου. idem confirmatur ex p. 533. A. 569. E. & suspicatus erat Lipsius ad Tac. Annal. XIV. 15. not. 40.
l καὶ λέγοντος. Xiph. addit: ἐν τῷ δικαστηρίῳ, licet cum Dione paulo post scribat: ἐς τὸ δικαστήριον αὐτεπάγγελτος ἦλθε. ceterum idem paulo ante omittit verba, αἰτίαν ἔχοντος. *m* οἱ. τῷ Πρίμῳ, Xiph. quod ad perspicuitatem facit.
n Μουρήνου. sic RS. Xiph. & Dio paulo post. Μουρίου, errore typographi, HS. quem secutus unice L. Μουρήνου non ad marginem timide rejecisset, si Roberti editionem consuluisset. Λικιμίου Μήνου, V. b. mox ὐκ ante ἐπιτήδεια omittit Xiph.

olim proscriptus a Triumviro: quod utrumque copiosissime probavit laudatus Perizonius. REIM.

§ 10. (l. 37.) ἅμα ἔχον] Mox infra: μετὰ τοῦτο οὐδένες ἄλλοι τιμηταὶ ὅμοιοι αὐτοῖς ἅμα ἐγένοντο. Ait nempe Dio, nunquam deinde *binos* simul Censores, ita ut ante mos erat fieri, creatos e privatis. Singuli enim interdum, vel ab Imperatoribus adsciti in Censura collegæ, ut ab Augusto Agrippa, & alio tempore Tiberius, a Claudio L. Vitellius; vel a senatu delecti, ut Decius aut Valerianus nondum Imperator. vide Ezech. Spanhemium T. II. de usu numismatum p. 480.

§ 11. (l. 44.) τῶν τε συσσιτίων] Cœnas adjiciales intellige sive aditiales & solemnia convivia & epulas in festis, ludis, funeribus, nuptiis, natalitiis, aliisque solemnibus, de quorum luxu apud Romanos Meursius c. 13. sq. & Stanislaus Kobiercyckius lib. II. c. 10. sq. T. VIII. Thesauri Græviani.

§ 12. (l. 46.) τοῖς μὲν στρατηγοῖς] Spectaculorum cura ludorumque mandata prætoribus, cujus pars ad ædiles etiam antea spectaverat, sicut Apollinares ludos edere jam pridem fuerat Prætoris urbani, ut dictum ad p. 238. A. Prætorum ἀγωνοθεσίων mentio p. 587. A. & pecuniæ ex publico prætoribus ad spectacula tributæ p. 533. A. Sed hoc iterum postea abrogatum p. 569. E. Morem, ut duo Prætores spectacula curanda sortirentur, reduxit Cajus p. 650. C.

§ 13. (l. 49.) μήθ' ὁπλομαχίαν] Similes constitutiones Tiberii, de quo Suetonius c. 34. *ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus scenicorum recisis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis.* Et Tacitus IV. Annal. c. 63 *cautumque SCto, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res.* De crebritate munerum gladiatoriorum & multitudine pugnantium, quam hac lege Augustus circumscripsit, adeundus Lipsius lib. I. Saturnalium cap. 11.

§ 14. (l. 53.) τὴν τῶν ἐμπιπραμένων κατάσβεσιν] Supra p. 513. C.

§ 15. (l. 55.) ἱππεῖς καὶ γυναῖκες ἐπιφανεῖς] Supra p. 518. A. Suetonius Augusto c. 43. *Ad scenicas quoque & gladiatorias operas & equitibus Romanis aliquando usus est, verum priusquam senatus consulto interdiceretur.* Tamen illud permissum Dio dicet infra p. 586. E. sq.

§ 16. (l. 57.) τοῖς παισὶ τῶν βουλευτῶν] Senatoribus hoc interdictum memoravit Dio p. 383. B.

§ 17. (l. 64.) εὐθυνομένοις παραγίγνεσθαι] Sueton. c. 56. *adfuit & clientibus.* vide infra p. 551. A.

§ 18. (l. 66.) Ὀδρύσαις] Genti Thraciæ, de qua Strabo dixerat ea parte lib. VII. quam desideramus, ubi fortasse etiam hanc Primi in Odrysas tetigerat expeditionem.

§ 19. (l. 69.) αὐτεπάγγελτος] Rei & testes citabantur jussu Prætoris per præconem. vide Franciscum Polletum, lib. IV. fori Romani c. 6.

§ 20. (l. 72.) Λικιννίου Μουρήνου] Hic a Suetonio *Varro Murena* dicitur, quia adoptatus a Terentio Varrone, atque inde pro L. Licinio Murena dictus est L. Terentius Varro Murena.

A.U.C. 732 M. Marcello & L. Arruntio COSS.

a quo vocatus adesset? A re, inquit, publica. Propter hæc ii, qui sanæ mentis erant, Augustum laudaverunt, adeo ut senatum, quoties vellet, convocandi licentiam ei darent: reliqui contemptim de eo senserunt: inventique non modo qui Primum suis suffragiis liberarent, sed etiam qui in Augusti perniciem conspirarent. Ejus conspirationis dux fuit Fannius Cæpio, socii autem nonnulli alii; cumque iis conjurasse etiam Murena, sive vere, sive per calumniam dicebatur, quoniam libertate dicendi contra quoscunque intemperanti ad fastidium usque utebatur. Hi quum die dicta in judicio non comparuissent, absentes exilio damnati sunt, & paulo post necati: neque auxilio fuit Murenæ frater ejus Proculejus, neque sororis maritus Mæcenas, qui tamen summo erant apud Augustum loco. Hi conspirantes quum nihilominus quorundam judicum sententiis absolverentur, legem Augustus tulit, ne clam suffragia ferrentur in eorum causis, qui se judicio non stitissent; utque tunc omnium sententiis reus condemnaretur. Quod eum non iracundia commotum, sed propter utilitatem publicam instituisse, ipse evidenter demonstravit. Quum enim pater Cæpionis alterum servorum, qui cum filio ejus fugerant, manumitteret, quod ei, ad mortem jam rapiendo, opitulari voluisset: alium vero quendam, qui herum prodiderat, per medium forum traductum cum tabula causam supplicii indicante, in crucem tolleret, Augustus id factum indigne non tulit. Atque adeo remedium inveniisset, illorum querelis omnibus sedandis, quibus ejus actiones non probabantur; nisi permisisset, ut sacrificia

οὐκ ἐπιῄδεια ἀποῤῥίψαντος, καὶ πυθομένου, τί δὴ ἐνταῦθα ποιεῖς, καὶ, τίς σε ἐκάλεσε; τοσοῦτον μόνον ἀπεκρίναστο, ὅτι τὸ δημόσιον. ἐπὶ οὖν τούτοις ὑπὸ μὲν τῶν ἓν φρονούντων ἐπηνεῖτο, ὥστε καὶ τὸ [21] τὴν βουλὴν ἀθροίζειν, ὁσάκις ἂν ἐθελήσῃ, λαβεῖν· τῶν δ' ἄλλων τινὲς καταφρόνησαν αὐτοῦ. ἀμέλει καὶ τοῦ Πρίμου οὐκ ὀλίγοι ἀπεψηφίσαντο, καὶ ἐπιβουλὴν ἕτεροι ἐπ' αὐτῷ συνέστησαν. ὁ Φάνιος μὲν γὰρ [22] Καιπίων ἀρχηγὸς αὐτῆς ἐγένετο, συνεπελάβοντο δὲ καὶ ἄλλοι· καὶ σφίσι καὶ ὁ Μουρήνας συνωμωμοκέναι, [23] εἴτ' οὖν ἀληθῶς, εἴτε καὶ ἐκ διαβολῆς, ἐλέχθη, ἐπειδὴ καὶ ἀκράτῳ καὶ παρακορεῖ παῤῥησίᾳ πρὸς πάντας ῥ ὁμοίως ἐχρῆτο. καὶ (οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὸ δικαστήριον) ᵠ ἐρήμην μὲν ὡς καὶ φεύξόμενοι ἥλωσαν, ἀπέσφαγησαν δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον. οὐδὲ ἐπήρκεσαν τῷ Μουρήνᾳ [24] οὔτε ὁ ʳ Προκούλιος ἀδελφὸς ὤν, [25] οὔτε ὁ Μαικήνας τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ συνοικῶν, καίπερ ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου τιμώμενοι. ὡς δ' οὖν καὶ τούτους τῶν δικαζόντων τινὲς ἀπέλυσαν, ἐνομοθέτησε μήτε κρύφα τὰς ψήφους ἐν ταῖς [26] ἐρήμοις δίκαις φέρεσθαι, καὶ πάσαις αὐταῖς τὸν εὐθυνόμενον ἀλίσκεσθαι. καὶ ὅτι γε ταῦτ' οὐχ ὑπ' ὀργῆς, ἀλλ' ὡς καὶ συμφέροντα τῷ δημοσίῳ διέταξεν, ἰσχυρῶς διέδειξε. τοῦ γοῦν πατρὸς τοῦ Καιπίωνος τὸν μὲν ἕτερον τῶν δούλων τῶν συμφυγόντων τῷ υἱεῖ ἐλευθερώσαντος, [27] ὅτι ἀμῦναί οἱ θνήσκοντι ἠθέλησε, τινὰ δὲ ἕτερον τὸν προδόντα αὐτὸν, διά τε τῆς ἀγορᾶς μέσης [28] μετὰ γραμμάτων τὴν αἰτίαν τῆς θανατώσεως αὐτοῦ δηλούντων, διαγαγόντος, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναταυρώσαντος, [29] οὐκ ἠγανάκτησε. κἂν ἐξεκέσατο πᾶσαν τὴν τῶν οὐκ ἀρεσκομένων τοῖς πραχθεῖσι μέμψιν, ˢ εἰ μὴ καὶ θυσίας, ὡς καὶ

o Φάνιος. Φάννιος, L. marg. *p* ὁμοίως. vocabulum ex V. a. additum, stilo Dionis conveniens. *q* ἐρήμην. emendatio RS. & Xyl. quam amplexi merito sunt HS. & L. pro ἐρήνην, quod est apud RS. etiam ἐρήμην legitur apud Z. *r* Προκούλιος. Προκουλήϊος, L. ad marg. *s* εἰ μὴ καὶ θυσίας, ὡς καὶ ἐπὶ νίκῃ τινί. ita nobis V. a. expedivit difficultatem, quæ erat in prioribus editionibus. nam RS. excudit sic: εἰ μὴ καὶ ἐπὶ νίκῃ τινί. δίκῃ legi volebat X. sic tamen ut fateretur se hunc locum non intelligere, & negaret integrum esse. receperunt nihilominus δίκῃ, HS. & L. nisi quod hic scribi voluit: ἔγε καὶ ἐπὶ δίκῃ τινὰ καὶ ψηφιδέσθαι περιεᾶδε. notum est, quam faciles ea ætate Romani fuerint in decernendis ob aliquod factum Cæsari utrique sacrificiis; & aliis postea ob detectas conspirationes.

§ 21. (l. 77.) τὴν βουλὴν ἀθροίζειν] Stante republica senatum non nisi ab utroque consule convocari fas erat, teste Appiano II. civil. p. 433. a tribuno plebis etiam dissolvi. id. p. 445. Sed Augusti exemplo hoc aliis deinde usurpatum Imperatoribus. vide Manutium de Senatu Rom. c. 6.

§ 22. (l. 81.) Φάνιος Καιπίων] Vellejus II. 91. *L. Murena & Fannius Cæpio diversis moribus, (nam Murena sine hoc facinore potuit videri bonus, Cæpio & ante hoc erat pessimus) cum iissent occidendi Cæsaris consilia, oppressi auctoritate publica, quod vi facere voluerant, jure passi sunt.* Sueton. Tiberio c. 8. *Fannium Cæpionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspiraverat, reum Majestatis apud judices fecit, & condemnavit.* Per Castritium de conjuratione Murenæ cognovisse Augustum, idem refert in Augusto c. 56. & Fannii atque Murenæ iterum meminit, conjurationes referens c. 19. Livia ad Augustum apud Senecam de clementia c. 9. *Severitate nihil adhuc profecisti: Salvidienum Lepidus secutus est, Lepidum Murena, Murenam Cæpio, Cæpionem Egnatius, ut alios taceam, quos tantum ausos pudet.* Idem de brevitate vitæ c. 5. *Dum Alpes pacat* (Augustus) *inmixtosque mediæ paci & imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum, Euphratem & Danubium terminos movet, in ipsa urbe, Murenæ, Cæpionis, Lepidi, Egnatiorum in eum mucrones acuebantur.* Toties petitam insidiis vitam inter infortunia Augusti numerat Plinius VII. 45.

§ 23. (l. 83.) ἆρ' οὖν ἀληθῶς] Dubitat de Murena Dio, quod & Vellejus probare videtur, sine hoc facinore potuisse videri bonum judicans. Tamen oportet magnis indiciis deprehensum fuisse, quem nec priora merita, nec tantæ necessitudines potuerunt servare. Athenæum autem Seleucien-sem Peripateticum, qui Murenæ amicus cum eo fugiens captus est, repertum insontem, & ab Augusto dimissum esse, narrat Strabo XIV. p. 670.

§ 24. (l. 89.) οὔτε ὁ Προκούλιος] De hoc Proculejo supra p. 513. A. Porphyrio Grammaticus ad illud Horatii lib. II. Od. 2. *Vivet extento Proculejus ævo: Proculejus eques Romanus, amicus Augusti, rarissimæ pietatis erga fratres suos Cæpionem* (male *Scipionem* quædam editt.) *& Murenam fuit, adeo ut bona sua cum his æquis partibus diviserit, quibus illi in bello civili erant spoliati.*

§ 25. (l. 90.) οὔτε ὁ Μαικήνας] Uxor Mæcenatis Terentia, cui secretum de comperta Murenæ conjuratione cum prodidisset maritus, in Augusti frigus incidit, ut præter Suetonium c. 66. tradidit Dio p. 533. E. 553. B. De amoribus Augusti in hanc Terentiam p. 533. E. 534. A.

§ 26. (l. 94.) ἐρήμοις δίκαις] ἔρημος δίκη sive ἐρημοδίκαιον vocatur a JCtis, si quis ad causam dicendam judicio se non sistat citatus, qualem indicta causa per contumaciam condemnandum Augustus statuit. Conf. Guil. Budæum annott. prioribus in Pandectas p. 112. Lambertum Bos de Ellipsi Græcorum voce δίκη. supra p. 322. D.

§ 27. (l. 99.) ὅτι ἀμῦναί οἱ θνήσκοντι ἠθέλησε] De hoc Cæpionis servo Macrobius lib. I. Saturnal. capite undecimo: *Cæpionem, qui in Augusti necem fuerat animatus, postquam detecto scelere damnatus est, servus ad Tiberim in cista detulit, pervectumque Ostiam inde in agrum Laurentem, ad villam patris, nocturno itinere perduxit.*

καὶ ἐπὶ νίκῃ τινὶ, καὶ ψηφισθείσας περιεῖδε καὶ γενομένας.

Τότε δ' οὖν [30] καὶ τὴν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν ἀπέδωκε τῷ δήμῳ, ὡς μηδὲν τῶν ὅπλων αὐτοῦ δεομένας· [31] καὶ οὕτως ἀνθύπατοι καὶ ἐς ἐκεῖνα τὰ ἔθνη πέμπεσθαι ἤρξαντο. καὶ τὸν τοῦ [32] Διὸς τοῦ Βροντῶντος ἐπικαλουμένου ναὸν καθιέρωσε· περὶ οὗ δύο ταῦτα παραδέδοται, ὅτι τότε τε ἐν τῇ ἱερουργίᾳ βροντὴ ἐγένοντο, καὶ μετὰ ταῦτα ὄναρ τῷ Αὐγούστῳ τοιόνδε ἐπέστη. τῶν γὰρ ἀνθρώπων, τὸ μέν τι, περὶ τὸ ξένον καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ καὶ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ καὶ, ὅτι ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἱδρυτο, μέγιστον δὲ, ὅτι περώτῳ οἱ ἀνιόντες ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐνεβύγχανον, προσερχομένων τε αὐτῷ καὶ σεβόντων, ἔδοξε τὸν Δία τὸν ἐν τῷ μεγάλῳ ναῷ ὄντα, ἐργὴν ὡς καὶ τὰ δεύτερα αὐτοῦ φερόμενον ποιεῖσθαι, καὶ ἐκ τούτου ἐκείνῳ τε εἰπεῖν, (ὡς ἔλεγεν) ὅτι προφύλακα τὸν Βροντῶντα ἔχοι. καὶ ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, κώδωνα αὐτῷ περιῆψε, βεβαιῶν τὴν ὀνείρωξιν. οἱ γὰρ τὰς συνοικίας [33] νύκτωρ φυλάσσοντες, [u] κωδωνοφοροῦσιν, ὅπως σημαίνειν σφίσιν ὁπόταν βουληθῶσι δύνωνται. ἐν μὲν δὴ τῇ Ῥώμῃ ταῦτ' ἐγίγνετο.

sacrificia ea de re, velut ob quandam victoriam impetratam, & decernerentur & offerrentur. A.U.C.732 M.Marcello & L. Arruntio COSS.

4. Eo tempore Cyprum ac Galliam Narbonensem, quia nihil armis suis indigerent, populo reddidit: atque ita proconsules etiam in istas provincias mitti cœperunt. Jovis etiam Tonantis templum dedicavit. De qua re duo hæc commemorantur, & in ipso tunc sacrificio tonitrua exstitisse, & somnium deinde Augusto tale oblatum. Quum propter nominis ac formæ ejus Jovis novitatem, & quod ab Augusto is consecratus esset, maxime autem, quod adscendentes in Capitolium, ad eum primo pervenirent, ab omnibus Jupiter Tonans frequentaretur ac coleretur: imaginatus est in somnis Augustus, Jovem Capitolinum secum expostulare, quod secundo jam ipse loco haberetur, seque respondisse, excubitorem hunc Tonantem ei Capitolino a se esse positum: ideoque orta die, tintinnabula Jovi Tonanti appendit, somnii confirmandi causa. Nam qui noctu vicinas invicem domos custodiunt, tintinnabula gerunt, ut alter alteri, quoties visum est, signum dare possit. Hæc tum Romæ acta.

Πρὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς τούτους χρόνους καὶ οἱ Καντάβροι οἵ τε Ἄσυρες ἐπολέμησαν [x] ἄθυρις· οἵτοι μέν, διά τε τρυφὴν καὶ δι' ὠμότητα [34] τοῦ Καρισίου· οἱ δὲ δὴ Καντάβροι, ἐπειδὴ ἐκείνους τε νεωτερίζοντας ἠσθοντο, καὶ τοῦ ἄρχοντος σφῶν [35] Γαΐου [y] Φουρνίου καταφρόνησαν, ὅτι τε νεωστὶ ἀφῖκτο, καὶ ὅτι ἄπειρον αὐτὸν τῶν παρ' ἑαυτοῖς πραγμάτων εἶναι ἔδοξαν. οὐ μέντοι καὶ ἐν τῷ ἔργῳ τοιοῦτος σφίσιν ἐφάνη, ἀλλ' ἡττηθέντες ἀμφότεροι ὑπ' αὐτοῦ (καὶ γὰρ τῷ Καρισίῳ προσήμυνεν) [z] ἐδουλώθησαν. καὶ τῶν μὲν Καντα-

5. Sub idem fere tempus Cantabri Astures-que rebellionem iterum fecerunt; hi quidem propter luxum ac crudelitatem Carisii; illi autem, quod Astures jam defecisse sentirent, contemnerentque præfectum suum C. Furnium, quippe quem recens advenisse, & imperitum suarum rerum esse judicabant. Verum hunc longe alium utrique experti sunt, quum in auxilium Carisio veniens, acie utrosque victos in servitutem redigeret. Cantabrorum pauci vivi in Roma-

τ αὐτῷ. αὐτῶν, vulgo, quod ferri non potest. u κωδωνοφοροῦσιν. & hic hærebant editores. viderant recte, asteriscо adjecto, ejusmodi quid deesse. κώδωνα ἔχουσι aut κώδωνι χρῶνται, RS. in notis supplendum existimat; quod probat X. vide & HS. in præf. nos stamus auctoritate egregii codicis V. a. addo, superius pro κώδωνα αὐτῷ περιῆψεν, Casaubono ad Sueton. Aug. 31. recte videri legendum κώδωνας. sic Suet. x Ἄθυρις. sic HS. L. αὐτοῖς, RS. V. a. minus bene. vide p. 513. D. &c. y Φουρνίου. Φρουνίου, V. b. z ἐδουλώθησαν. emendatio Xyl. quam secuti sunt HS. & L. ἐδούλωσαν, RS.

§ 28. (l. 2.) *μετὰ γραμμάτων*] De caussa supplicii damnatorum, vel scripto vel præconis voce indicari solita, adeundi Petr. Faber II. 8. Semestrium, viri docti ad Sueton. Calig. c. 34. Domit. c. 10. Barnabas Brissonius opere de formulis populi Rom. p. 488. Hugo Grotius ad Matth. XXVII. 36. Horatius Niquetus de titulo S. Crucis p. 121. sq. Hermannus Hugo de prima scribendi origine c. 33. Nathanael Lardner de fide Historiæ evangelicæ T. I. p. 335.

§ 29. (l. 4.) *οὐκ ἠγανάκησε*] Mirum videri potest, quantum potestati dominorum in servos concessum etiam ab Augusto fuerit, cujus rei aliud exemplum infra p. 537. A. 609. C.

§ 30. (l. 9.) *καὶ τὴν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν Ναρβωνησίαν*] Conf. dicta ad p. 504. A. Augustus in monumento Ancyrano: *ex Gallia Narbonensi præsidia militum deduxi.*

§ 31. (l. 11.) *καὶ οὕτως ἀνθύπατοι*] Inde Sergius ἀνθύπατος Cypri Act. XIII. 7. neque opus est cum Grotio aut Hammondo dicere, ita appellari improprie, vel cum Baronio ad A. C. XLVI. 11. comminisci, Proconsuli Ciliciæ datam etiam fuisse Cypri administrationem. vide Joannem Meursium in Cypro lib. II. c. 20. Ezech. Spanhemium de usu numismatum p. 563. edit. Amstelod. 1671. 4to. Samuel Basnagium T. I. Annalium Ecclesiast. p. 547. sq. Anonymi Diss. insertam Historiæ Criticæ reipub. litterariæ, quam Gallice publici juris fecit Clariss. Jo. Massonus, T. XV. p. 274. sqq. & Joannem Alberti in eruditis ad N. T. observationibus p. 249. Similiter in veteri numo apud Seguinum, Eprius Marcellus *Proconsul* Cypriorum, ne dicam de Quadrato, & aliis, quos ex antiquis Inscriptionibus apud Gruterum CCCLX. 3. Reinesium p. 466. n. 136. & Henr. Noris Diss. III. de Epochis Syro-Macedonum p. 183. viri docti observarunt. *Proconsulari* autem *potestate* civili, non *imperio* militari, pollebant hi Proconsules, ut docet idem Norisius Diss. II. ad Cenotaphia Pisana c. XI. p. 208.

§ 32. (l. 13.) *Διὸς τοῦ Βροντῶντος ναόν*] *Ædem Tonantis Jovis in Capitolio*, inter Augusti opera memorat lapis Ancyranus, & Suetonius c. 29. Id. c. 91. *cum dedicatam in Capitolio* (hinc *Capitolinum Tonantem* vocat Ovidius II. Fastor. 69.) *ædem Tonanti Jovi assidue frequentaret, somniavit queri Capitolinum Jovem, cultores sibi abduci, seque respondisse, Tonantem pro janitore ei appositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium ædis redimivit, quod ea fere januis dependebant.* Hinc apparet falli virum doctum Petr. Fabrum, qui III. Semestrium p. 61. eundem cum Tonante putat Jovem Capitolinum, qui gerit fulmina (apud Minucium Felicem c. 21.) sive Fulminatorem, de quo Arnobius lib. VI. p. 207. Nam distinguendos esse, pulchre notavit Justus Rycquius de Capitolio c. 20. ubi & c. 39. p. 456. templum Jovis Tonantis in numo.

§ 33. (l. 28.) *νύκτωρ φυλάσσοντες κωδωνοφοροῦσι*] De tintinnabulorum in januis usu meminit Seneca III. de ira c. 35. Casparis vero Sagittarii commentarius, quem de hoc argumento lib. de Januis c. 22. promisit, non vidit lucem, quod sciam. Hieron. Magium c. 19. libri de tintinnabulis omitto. De *κωδωνοφοροῦσι* vid. Scholiast. ad Aristoph. Aves v. 843. & 1160.

§ 34. (l. 33.) *τοῦ Καρισίου*] Hic est T. Carisius qui Astures subegerat p. 514. C. Conferendus Joannes Mariana lib. III. de rebus Hispaniæ c. ultimo.

§ 35. (l. 35.) *Γαΐου Φουρνίου*] De hoc supra ad p. 365. A. Idem est cui Antonii prius partes secuto, veniam impetravit ab Augsto filius, votique sui compos redditus, *hanc unam* inquit, *Cæsar, habeo injuriam tuam, effecisti ut viverem & morerer ingratus.* Seneca II. 25. de Benefic.

A.U.C.732 M.Marcello & L. Arruntio COSS.

Romanorum poteſtatem venerunt. Nam quum de libertate deſperaſſent, vita quoque contempta, incenſis prius munitionibus, aut ſe ipſos interfecerunt, aut una cum eis ſponte conflagrarunt, alii publice ſumpto veneno interierunt. Ita maxima ac ferociſſima pars Cantabrorum periit. Aſtures vero, ut primum ab oppugnatione oppidi cujusdam repulſi, prælio etiam deinde victi fuere; armis poſitis, ſtatim perdomiti ſunt. Hoc ipſo fere tempore Æthiopes, qui ſupra Ægyptum habitant, ductu Candaces, usque ad urbem Elephantinam, populando obvia quæque, progreſſi ſunt. Ibi quum audirent, C. Petronium Ægypti præfectum contra ſe venire, ante ejus adventum diſceſſere, ut ſe fuga eriperent: ſed deprehenſi in itinere, victique, etiam in ſuam regionem eum pertraxerunt. Ibi quoque egregie re geſta Petronius, cum alias urbes, tum regiam Tanapen occupavit: ea diruta, præſidioque in alio quodam loco relicto, cum majore parte exercitus receſſit: quum neque progredi propter arenam & æſtum, neque ibi commode cum toto exercitu permanere poſſet. Interim audiens Æthiopes in eos, quos in præſidio poſuerat, impetum feciſſe; iterum contra eos exercitu ducto, ſuos liberavit, Candacenque ad conditiones pacis accipiendas coegit.

ταβρῶν [36] οὐ πολλοὶ ἐάλωσαν. ἐπειδὴ γὰρ ἀνέλπιστον τὴν ἐλευθερίαν ἔχον, οὐδὲ ζῆν ἠθέλησαν, ἀλλ' οἱ μὲν, τὰ ἐρύματα προεμπρήσαντες, ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν, οἱ δὲ καὶ ἐκείνοις ἐθελονταὶ συγκαλεκαύθησαν, ἄλλοι δημοσίᾳ φαρμάκων ἐνεπλήσθησαν· ὥστε τό, τε πλεῖστον καὶ τὸ ἀγριώταλον [a] αὐτῶν φθαρῆναι. οἱ δ' Ἄσυρες, ὡς τάχιστα χωρίον τέ τι πολιορκοῦντες ἀπηλάθησαν, καὶ μάχῃ μετὰ τοῦτ' ἐνικήθησαν, οὐκέτ' ἀνῆραν, ἀλλ' εὐθὺς ἐχειρώθησαν. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον οἱ Ἀιθίοπες οἱ [b] ὑπὲρ Ἀιγύπτου οἰκοῦντες, προεχώρησαν μέχρι τῆς [37] πόλεως τῆς Ἐλεφαντίνης ὠνομασμένης, πάντα τὰ ἐν ποσὶ πορθοῦντες, [38] ἡγουμένης σφίσι Κανδάκης. πυθόμενοι δὲ ἐνταῦθά που, [39] Γάϊον Πετρώνιον τὸν τῆς Ἀιγύπτου ἄρχοντα προσιέναι, προαπῆλθον μὲν ὡς καὶ διαφευξόμενοι· καταληφθέντες δὲ ἐν τῇ ὁδῷ, ἡττήθησαν, κἀκ τούτου καὶ ἐς τὴν οἰκείαν αὐτὸν ἐπεσπάσαντο. καὶ καλῶς καὶ ἐκεῖ [c] ἀγωνισάμενος, πόλεις ἄλλας καὶ [40] τὴν Τανάπην τὸ βασίλειον ἀπέλαβε. [d] καὶ ἐκείνη μὲν καθεσκάφη, ἐν ἑτέρῳ δέ τινι χωρίῳ Φρουρὰ κατελείφθη. ὁ γὰρ Πετρώνιος μήτε περαιτέρω, διά τε τὴν ἄμμον καὶ διὰ τὸ καῦμα, προελθεῖν, μήτε καταὰ χώραν μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ μεῖναι καλῶς δυνηθείς, ἀνεχώρησε, τὸ πλεῖον αὐτοῦ [e] ἐπαγόμενος. κἀν τούτῳ τῶν Ἀιθιόπων τοῖς Φρουροῖς ἐπιθεμένων, ἅυθίς τε ἐπ' αὐτοὺς ἐστράτευσε, καὶ τοὺς σφετέρους ἐρρύσατο, [f] καὶ τὴν Κανδάκην συμβῆναί οἱ ἠνάγκασεν.

524

B

C

6. Hæc dum fierent, Auguſtus in Siciliam profectus eſt, ut eam, ac omnes alias ad Syriam usque provincias, conſtitueret. Per ejus abſentiam populus Romanus in creandis conſulibus ſeditione agitatus eſt: quod ipſum ſatis oſtendit, incolumem rempublicam, ſi ſub populi eſſet imperio, manere non poſſe, quum tam exigua poteſtate in comitiis, ipſisque magiſtratibus ſibi relicta, tumultuarentur. Conſulatus quidem locus alter Auguſto ſervabatur, ideoque anni initio M. Lollius ſolus conſulatum geſſit: A.U.C.733 M.Lollio & Q. Lepido COSS. Cæſare autem conſulatum non accipiente, Lepidus & L. Silanus eum ambiverunt: itaque favoris

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, ὁ Αὔγουστος ἐς Σικελίαν ἦλθεν, ὅπως [41] καὶ ἐκείνην καὶ τἆλλα τὰ μέχρι τῆς Συρίας καταστήσηται. καὶ αὐτοῦ ἐνταῦθα ἔτι ὄντος, ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων τοὺς ὑπάτους χειροτονῶν ἐσασίασεν· ὥστε καὶ ἐκ τούτου διαδειχθῆναι, [42] ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους σφᾶς σωθῆναι. μικροῦ γοῦν τινος ἔν τε ταῖς ἀρχαιρεσίαις καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐταῖς κυριεύοντες ἐθορύβησαν. ἐτηρεῖτο μὲν γὰρ ἡ ἑτέρα χώρα τῷ Αὐγούστῳ, καὶ διὰ τοῦτο Μάρκος Λόλλιος κατ' ἀρχὰς τοῦ ἔτους μόνος ἦρξεν. ἐκείνου δὲ μὴ δεξαμένου αὐτήν, Κύϊντός τε Λέπιδος καὶ Λούκιος [g] Σιλανὸς ἐσωυδαρχίασαν, καὶ οὕτω γε πάντα συνεπράξαν,

D

favoris

a αὐτῶν. addidi hoc vocabulum ex V. a. *b* ὑπὲρ Αἰγύπτου. ſic & Xiph. & Strabo II. p. 95. alias, Dionis ſtilo conveniret magis ὑπὲρ Αἰγυπτίων. vide Indicem in ὑπὲρ. τὴν ὑπὸ Αἰγυπτίων Αἰθιοπίαν, quod eſt apud Ptolemæum, Cellarius T. II. p. 231. recte ait ſcribendum ὑπέρ. mox προεχώρησαν. male Xiph. προσεχώρησαν. & ſic deinde ἄχρι τῆς χώρας, pro μέχρι τῆς πόλεως. it. πολιορκοῦντες, pro πορθοῦντες. *c* ἀγωνισάμενος. ita HS. & L. ſecuti Xyl. nam αἰωνισάμενος male erat apud RS. ſtatim poſt hæc, πόλεις τε ἄλλας legi jubet L. pro βασίλειον ἀπέλαβε, quod ſimpliciter ſcriptum, βασίλειον αὐτῶν ἔλαβε, habet Xiph. *d* καὶ ἐκείνη μὲν καθεσκάφη, ἐν ἑτέρῳ δέ τινι χωρίῳ Φρουρὰ κατελείφθη. Xiphilinus, ſtudio contrahendi a vero aberrat: καὶ ἐκείνη μὲν καθαρχεθεῖσα ἐν Φρουρᾷ καθελείφθη. qualia in hoc libro multa ſunt. *e* ἐπαγόμενος. rectius diceretur ἀπαγόμενος. *f* καὶ τὴν Κανδάκην συμβῆναί οἱ ἠνάγκασεν. pro his Xiph. habet, αὐτούς τε τὴν οἰκείαν καθαλαβεῖν ἠνάγκασε. *g* Σιλανὸς. Σιλουανὸς, male, RS. quod correxerunt poſt Xyl. ſequentes.

§ 36. (l. 41.) οὐ πολλοὶ ἐάλωσαν] De horum pervicacia, infra p. 528. B.

§ 37. (l. 51.) πόλεως Ἐλεφαντίνης] Civitas & inſula, quam a Syene Nilus diſtinguit, Parthenio apud Stephanum Byz. & Pomponio Melæ Elephantis.

§ 38. (l. 53.) ἡγουμένης σφίσι Κανδάκης] Jam ab Alexandri M. temporibus conſtat, Æthiopiæ reginas Candaces nomine celebres fuiſſe. Joannes Tzetzes Chiliad. III. 885.

ἕως τὴν Μεροήτιδα Κανδάκην διαγράφειν,
Ἣν καλοχεῖν Ἀλέξανδρον ὁ Καλιθένης γράφει.

De Auguſti temporibus ac deinceps, præter Dionem, teſtari poſſunt Strabo XVII. p. 820. ſacer Scriptor Lucas Actor. VIII. 27. (ad quem locum Chryſoſtomus, καὶ γὰρ γυναῖκες ἐκράτουν τὸ παλαιὸν) Plinius VI. 29. ex renunciatione exploratorum Neronis: *regnare in inſula Meroë fœminam Candacen, quod nomen multis jam annis ad Reginas transiit.* Et ſuo adhuc tempore Reginis paruiſſe illam gentem teſtatus eſt Euſebius lib. II. Hiſt. Eccleſ. c. 1. καθ' ὃ τὸ πάτριον ἔθος ὑπὸ γυναικὸς τοῦ ἔθνους ἄρτι νῦν βασιλευομένου. Conf. Samuel Basnagium T. I. Annal. Eccleſiaſt. p. 113. ſq. & Papebrochium T. I. Actor. Sanctorum Junii p. 618. ſq. & de Meroë inſula Commentarios Academiæ ſcientiarum Pariſienſis A. 1708. p. 469. ſq.

§ 39. (l. 54.) Γάϊον Πετρώνιον τὸν Αἰγύπτου ἄρχοντα] Expeditionem hanc plenius exponit Strabo, loco laudato, teſtatus Petronium cum non totis decem millibus peditum & equitibus octingentis profectum adverſus triginta hominum millia, & rem bene egiſſe. Idem ſcribit, Candacen fuiſſe virili fœminam animo, altero oculorum captam.

§ 40. (l. 59.) τὴν Τανάπην] Straboni & aliis Νάπατα, Stephano Ναπάται, opidum parvum ab inſula Meroë (Plinio teſte) diſtans trecentis & ſexaginta millibus paſſuum.

§ 41. (l. 70.) καὶ ἐκείνην καὶ τἆλλα μέχρι τῆς Συρίας] In Syria etiam fuiſſe dicet Dio p. 525. E. & *non eſt opinor provincia, quam non adierit*, inquit Sueton. c. 47. *excepta duntaxat Africa & Sardinia.* Juſtinus XLII. 5. *finito Hiſpanienſi bello, cum in Syriam Auguſtus ad componendum orientis ſtatum veniſſet* &c.

ραξαν, ὥσε καὶ τὸν Αὔγουσον ὑπὸ τῶν ἐμφρόνων ἀνακληθῆναι. ἐπειδὴ δὲ οὐχ ὑπέστρεψε μὲν, ἐλθόντας δὲ αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν ἀπέπεμψεν, ἐπιμήσας σφίσι, καὶ κελεύσας ἀμφοτέρων αὐτῶν ἀπόντων [b] τὴν ψῆφον δοθῆναι· οὐδὲν μᾶλλον ἡσύχασαν, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἄυθις ἐστασίασαν καὶ διενέχθησαν, E [43] ὥσε τὸν Λέπιδον ὀψέ ποτε αἱρεθῆναι. ἀγανακτήσας οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ Αὔγουστος, καὶ μήτε μόνῃ τῇ Ῥώμῃ σχολάζειν δυνάμενος, μήτ' ἄλλην ἄναρχον αὐτὴν καταλιπεῖν τολμῶν, ἐζήτει [44] τινὰ αὐτῇ ἐπιστῆσαι, καὶ ἔκρινε μὲν [45] τὸν Ἀγρίππαν ἐπιτηδειότατον ἐς τοῦτο εἶναι. βουληθεὶς δὲ καὶ ἀξίωμα αὐτῷ μεῖζον περιθεῖναι, ἵνα καὶ ἐκ τούτου 525 ῥᾷον αὐτῶν ἄρχῃ, μετεπέμψατο αὐτὸν, καὶ καταναγκάσας τὴν γυναῖκα, καίπερ [46] ἀδελφιδῆν αὐτοῦ οὖσαν, ἀπαλλάξαντα, [i] τῇ Ἰουλίᾳ [47] συνοικῆσαι, ἐς τὴν Ῥώμην παραχρῆμα καὶ ἐπὶ τῷ γάμῳ καὶ ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως διαχειρίσει ἔπεμψε· διά τε τἄλλα, καὶ ὅτι ὁ Μαικήνας συμβουλευομένῳ οἱ περὶ αὐτῶν τούτων, εἰπεῖν λέγεται ὅτι, "τηλικοῦτον αὐτὸν πεποίηκας, ὥστε ἢ [k] γαμβρόν σου "γενέσθαι, ἢ φονευθῆναι." καὶ ὃς τὰ μὲν ἄλλα εὐδοῦντα ἔτι εὑρὼν, καλεσήσατο, [48] τά τε ἱερὰ τὰ Αἰγύπτια ἐπεισιόντα ἄυθις ἐς τὸ ἄστυ B ἀνέσειλεν· ἀπειπὼν, μηδένα μηδὲ ἐν τῷ προαστείῳ αὐτοῦ ἐντὸς ὀγδόου ἡμισταδίου ποιεῖν. ταραχῆς δέ τινος περὶ τὴν τοῦ [49] πολιάρχου, τοῦ διὰ τὰς ἀνοχὰς αἱρουμένου, χειροτονίαν συμβάσης, οὐκ ἐπεκράτησεν αὐτῆς, ἀλλὰ ἄνευ τῆς ἀρχῆς ταύτης τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον διεγένετο. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἔπραττεν.

Ὁ δὲ Αὔγουστος, τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας, καὶ τὰς Συρακούσας, ἑτέρας τέ τινας πόλεις, [50] ἀποίκους Ῥωμαίων ἀποδείξας, ἐς τὴν C Ἑλλάδα ἐπεραιώθη. καὶ Λακεδαιμονίους μὲν [51] τοῖς τε [l] Κυθήροις καὶ [52] τῇ συσσιτίᾳ ἐτίμησεν, ὅτι ἡ Λιουία, ὅτε ἐκ τῆς Ἰταλίας [53] σύν τε τῷ ἀνδρὶ καὶ σὺν τῷ υἱεῖ ἔφυγεν, ἐκεῖ διέτριψεν. Ἀθηναίων δὲ [54] τήν τε Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐρέτρειαν, (ἐκαρποῦντο γὰρ αὐτὰς) ὥς τινές φασιν, ἀφείλετο, [55] ὅτι τὸν Ἀντώνιον ἐσπούδασαν. καὶ προσέτι καὶ ἀπηγόρευσε σφίσι

favoris venatione omnia sic conturbarunt, ut cordati viri Augustum Romam revocarent. Augustus ipse quidem Romam non rediit, sed candidatos ad se profectos verbis increpavit, jussosque quum suffragia ferrentur, abesse, dimisit. Nihilo inde sedatius res acta est, sed tantum denuo factionum ac turbarum extitit, ut vix tandem Lepidus consul crearetur. Quæ Augustus moleste ferens, quum neque soli Romæ vacare posset, neque eam sine gubernatore relinquere auderet, de præficiendo ei aliquo cogitans, Agrippam ad id aptissimum esse judicavit: plus tamen ei majestatis addendum ratus, quo facilius regere urbem posset, arcessitum ad se, uxorem suam (quanquam hæc sororis Augusti filia erat) repudiare, & Juliam ducere jussit: eumque continuo Romam misit ad nuptias peragendas, urbisque administrationem suscipiendam. Quod ut faceret, præter alia etiam Mæcenatis eum dictum moverat, qui consultus hac de re; "Tantum, „ inquit, "Agrippam jam fecisti, ut vel gener tuus fiat, vel occidatur necesse sit. „ Agrippa quum turgescentes adhuc motus in urbe inveniisset, omnia sedavit; & sacra Ægyptia, quæ se iterum in urbem jam insinuabant, repressit; edixitque, ne quis ea in suburbano intra, M. passus perageret. Tumultum autem, qui propter præfectum urbis ad feorias latinas constituendum extiterat, quum componere non potuisset, annus ille sine hoc magistratu transactus est.

A.U.C. 733 M. Lollio & Q. Lepido COSS.

7. Augustus, rebus in Sicilia ordinatis, quum Syracusas & alias quasdam urbes colonias Romanorum esse jussisset, in Græciam transmisit: Lacedæmonios Cytheris donavit, convictuque suo in publicis epulis honoravit, quod ibi Livia, cum viro & filio ex Italia profuga, commorata fuisset. Athenienses autem Æginam & Eretriam, quarum illi fructus capiebant, ademit, sicut quidam autores sunt, quod Antonio faviissent: ac præterea

b τὴν ψῆφον. addit αὐτῶν, V. b. quod hoc loco non adeo necessarium videtur. *i* τῇ Ἰουλίᾳ. τὴν Ἰουλίαν αὐτῷ ἀνδρὸς χηρεύουσαν δοὺς, Xiph. *k* γαμβρὸν. σου addunt Z. Xiph. *l* Κυθήροις. Κιθήροις malim, L. sed contraria ratione scribitur sæpissime.

§ 42. (l. 74.) ὅτι ἀδύνατον ἦν] Adde si placet dicta ad p. 241. B. & de consimilibus motibus p. 527. p. 571. A.

§ 43. (l. 88.) ὥστε τὸν Λέπιδον] Horatius lib. I. Epist. 20.

Forte meum si quis te percontabitur ævum,
Me quater undenos sciat implevisse Decembres
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

§ 44. (l. 91.) τινὰ αὐτῇ ἐπιστῆσαι] Præfectum urbis constituere suaserat Augusto Mæcenas p. 478. A.

§ 45. (l. 92.) τὸν Ἀγρίππαν] Evocatum e Sicilia p. 528. B. Successorem postea nactus est Agrippa Statilium Taurum, de quo p. 534. B.

§ 46. (l. 96.) ἀδελφιδῆν] Marcellam Octaviæ filiam. vide ad p. 496. C.

§ 47. (l. 98.) τῇ Ἰουλίᾳ] Juliæ Augusti filiæ maritus prior Marcellus superiore anno obierat, p. 517. D.

§ 48. (l. 4.) τά, τε ἱερὰ τὰ Αἰγύπτια] Isidis & Serapidis. vide ad p. 142. E. 497. B.

§ 49. (l. 8.) πολιάρχου τοῦ διὰ τὰς ἀνοχάς] De præfecto urbis ob ferias latinas dictum ad p. 478. B. ubi videbis longe aliam fuisse & majorem auctoritatem Agrippæ, cui res urbis & Italiæ regendæ commissæ erant, & ad quem ab ipsis Magistratibus præsentibus provocatio esset.

§ 50. (l. 15.) ἀποίκους Ῥωμαίων] Augustus in monumento Ancyrano: *Colonias in Africa, Sicilia, Caledonia, utraque Hispania multas collocavi.*

§ 51. (l. 16.) τοῖς τε Κυθήροις] Cythera, τὰ Κύθηρα, insula cum civitate cognomine & bono portu, quam, Eurycle tyranno ejecto & in exilium acto, Lacedæmoniis Augustus restituit. vide Strabonem VIII. p. 363.

§ 52. (l. 17.) τῇ συσσιτίᾳ ἐτίμησεν] Lacedæmonii ex veteri Lycurgi instituto frequentabant συσσίτια, sive convictus publicos virorum, quibus honoris caussa Augustus interfuit. vide de illis syssitiis Nic. Cragium lib. I. de Repub. Lacedæmon. c. 9. T. V. Thesauri Gronoviani p. 2541. [Leunclavio tamen hoc non satisfacit, putatque, Augustum instituisse pro Lacedæmoniis epulas publicas, & ad eas sumtum contulisse.]

§ 53. (l. 18.) σύν τε τῷ ἀνδρὶ καὶ τῷ υἱεῖ ἔφυγεν] Supra p. 366. A.

§ 54. (l. 20.) τὴν Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐρέτρειαν] Ægina insula una Sporadum, ex adverso sita Atticæ, de cujus varia fortuna copiose Erasmus Vindingius in Hellene T. XI. Thes. Gronov. p. 481. sicut de Eretria Eubœæ civitate p. 489. sq. Utraque vetus Athenienssium colonia, Ægina novissime data Athenienssibus ab Antonio, ut testatur Appianus lib. V. civil. p. 475. De offensa Athenienssium, & scriptis inde ad eos ex Ægina Augusti litteris, meminit & Plutarchus in Apophthegmatis p. 207.

§ 55. (l. 21.) ὅτι τὸν Ἀντώνιον ἐσπούδασαν] Pro hoc studio Antonius Athenienssibus præter Æginam dederat Teon, Icon. Ceam, Sciathum, Peparethum.

A.U.C. 733 M. Lollio & Q. Lepido COSS.

præterea edixit, ne quem civem accepta pecunia facerent. Id Athenienſibus videbatur eo portento oſtenſum fuiſſe, quod ſtatuæ Minervæ acciderat: quæ ad ſolem orientem ſpectans, in arce poſita, converſa ad occaſum, ſanguinem exſpuit. Rebus in Græcia confectis, Auguſtus in Samum navigavit, ibique hyemavit.

A.U.C. 734 M. Apulejo & P. Silio COSS.

Vere in Aſiam perrexit, M. Apulejo, P. Silio conſulibus: ibique, & in Bithynia omnia conſtituit. Nec enim has provincias cum ſupra demonſtratis, propterea quod populi eſſe cenſerentur, neglexit; ſed omnium, haud ſecus ac ſi ſuæ eſſent, maximam habuit curam. Nam & omnia, ut conveniebat, emendavit; & pecunias aliis largitus eſt, aliis etiam ultra tributum novas imperavit. Cyzicenos, quod in quadam ſeditione nonnullos Romanos flagris cæſos necaſſent, in ſervitutem redegit; idemque, in Syriam quum adveniſſet, Tyriis & Sidoniis propter ſeditiones ſupplicium irrogavit.

8. Ibi vero Phraates, quia nihil dum eorum, quæ pactus fuerat, perfeciſſet, veritus ne bello ab Auguſto impeteretur, ſigna ei militaria, & captivos

σι [56] μηδένα πολίτην ἀργυρίου ποιεῖσθαι. καὶ αὐτοῖς ἐς ταῦτα ἔδοξε τὸ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι συμβὰν ἀποσκῆψαι. ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει [m] τῇ πρὸς ἀνατολῶν ἱδρυμένον, [57] πρός τε τὰς δυσμὰς μετεσράφη, καὶ [58] αἷμα ἀπέπτυσεν. ὁ γοῦν Αὔγουστος τό, τε Ἑλληνικὸν διήγαγε, [59] καὶ ἐς Σάμον ἔπλευσεν, ἐνταῦθά τε ἐχείμασε, καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν ἐν τῷ ὥρι, ἐν ᾧ Μάρκος τε [n] Ἀπούλιος καὶ Πούπλιος Σίλλιος ὑπάτευσαν, κομισθεὶς, πάντα τά τε ἐκεῖ καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ διέταξεν· οὐχ [60] ὅτι τοῦ δήμου καὶ ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ τὰ πρότερα ἐδόκει εἶναι, ἐν ὀλιγωρίᾳ αὐτὰ ποιησάμενος, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντων σφῶν, ὡς καὶ ἑαυτοῦ ὄντων, ἐπιμεληθείς. τά τε γὰρ ἄλλα ὅσα περ καὶ προσῆκον ἦν ἐπηνώρθωσε, καὶ χρήματα τοῖς μὲν ἐπέδωκε, τοῖς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν φόρον ἐσενεγκεῖν προσέταξε. [61] τούς τε [o] Κυζικηνοὺς, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἐν σάσει μασιγώσαντες, ἀπέκλεισαν, ἐδουλώσατο· καὶ τοῦτο καὶ [62] τοὺς Τυρίους τούς τε Σιδωνίους διὰ τὰς σάσεις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος.

Καὶν τούτῳ ὁ Φραάτης, φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπιστρατεύσῃ οἱ, ὅτι μηδέπω τῶν συγκειμένων ἐπεποιήκει [63] τά τε [p] σημεῖα αὐτῷ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους,

[m] τῇ πρὸς ἀνατολῶν ἱδρυμένον. videtur τῇ abundare, & ex præcedentibus præter rem repetitum; nec enim ſermo eſt, ad quam cœli plagam ſpectarit ἀκρόπολις, ſed ſimulacrum Minervæ in acropoli poſitum. πῃ tolerabilius. [n] Ἀπούλιος. Ἀπουλήϊος, L. marg. [o] Κυζικηνούς. ſic & Z. p. 535. D. Κοικήνους, Xiph. Sylburgius tamen Κυζικηνοὺς expreſſit p. 199. 29. [p] σημεῖα αὐτῷ. ſic Xiph. addens, σημεῖα τοῦ Κράσσου. hæc plenius ſupra Dio p. 519. B. vulgo αὐτῶν.

§ 56. (l. 23.) μηδένα πολίτην] Athenienſium facilitatem & ſordes in vendendo civitatis ſuæ jure olim reprehendit Demoſthenes, cujus loca ad illuſtranda hæc Dionis jam adduxit illuſtr. vir Ezech. Spanhemius in Orbe Rom. lib. I. c. 16. p. 124.

§ 57. (l. 26.) πρὸς τὰς δυσμάς] De ſimili oſtento dictum p. 313. A. 586. B.

§ 58. (l. 27.) αἷμα ἀπέπτυσεν] Eodem loco de ſimulacro Dianæ Mutinenſi: αἷμά τε πολὺ, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ γάλα ἀνῆκε.

§ 59. (l. 28.) καὶ ἐς Σάμον ἔπλευσεν] Sami verſatum Auguſtum, meminit & Strabo XVII. p. 821. Iterato in illam inſulam veniſſe, Dio p. 527. ſq.

§ 60. (l. 32.) ὅτι τοῦ δήμου ταῦτα τὰ ἔθνη] Pag. 503. D.

§ 61. (l. 38.) τούς τε Κυζικηνούς] Sueton. c. 47. *Urbium quasdam fœderatas, ſed ad exitium licentia præcipites, libertate privavit.* De reſtituta inde ab Auguſto, atque iterum ademta Cyzicenis libertate a Tiberio, vide ſis infra p. 537. D. & 619. D.

§ 62. (l. 40.) τοὺς Τυρίους τούς τε Σιδωνίους] Non meminit Strabo, qui Tyrum a Romanis libertate donatam ſcribit XVI. p. 757.

§ 63. (l. 45.) τά τε σημεῖα αὐτῷ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους] Vide ſupra p. 519. B. Nulla res magis celebrata veterum ſcriptorum, inſcriptionum & numorum teſtimoniis, nulla qua magis gaviſus eſt, vel ſeſe extulit Auguſtus, quam hæc ſine ſanguinis effuſione ſignorum & captivorum Romanorum extorta Parthis reſtitutio. In lapide Ancyrano: *Parthos trium exercituum Romanorum ſpolia & ſigna remittere mihi, ſupplicesque amicitiam Populi Romani petere coëgi.* Numos quam plurimos in quibus Parthus genibus nixus ſignum militare offert cum lemmate CIVIB. ET. SIGN. MILIT. A. PARTHIS. RECEP. vel RESTIT. vel RECUP. habes apud Harduinum in numis populorum & urbium illuſtratis p. 381. ſq. Liebium in Gotha numaria p. 56. Paulum Pedruſium T. II. p. 177. ſq. Carolum Patinum ad Sueton. c. 21. & in Theſauro p. 36. & 38. & in Familiis Rom. Fulvii Urſini, Patini & Vaillanti, in familia Aquilia, Caninia, Durmia, Petronia, & apud Mediobarbum, p. 35. 45. &c. ex Poëtis tangunt, Horatius IV. Od. 15. *& ſigna noſtro reſtituit Jovi derepta Parthorum ſuperbis poſtibus.* & lib. I. Epiſt. 18. *qui templis Parthorum ſigna refixit.* Ovidius Triſtium II. 227.

Nunc petit Armenius pacem, nunc porrigit arcum
Parthus eques timida captaque ſigna manu.

Ex ceteris ſcriptoribus meminerunt, Græcis quidem Strabo lib. VI. p. 288. & XVI. p. 748. & ex Dione Xiphilinus &c. e Latinis Sueton. Auguſto c. 21. & Tiberio c. 9. Vellej. II. 91. Juſtinus XLII. 5. Livii Epitome lib. 139. Eutropius VII. 5. Florus IV. 12. 83. Oroſius VI. 21. Similiter ſigna de Germanis recepta memorantur in numis Germanici, & de Sarmatis in Domitiani.

§ 64. (l. 52.) νεὼν Ἄρεως Τιμωροῦ] Numos duos Auguſti, in quibus templum Martis Ultoris conſpicitur, videre licet apud Sebaſt. Erizzo p. 111. & in Lævini Torrentii commentario ad Sueton. c. 29. Jovis Ultoris templum ex æneo numo Alexandri Severi, & ex antiquo marmore, exhibet Guil. Choulius de veterum Rom. Religione p. 35. ſq. quod etiam in anaglypho vetuſto apud Celeb. Montfauconum T. II. Supplementi antiquitatis explanatæ p. 68. obſervare ſibi viſus eſt V. C. Chriſtianus Gottlieb Schwartzius diſſ. de Sacrorum deteſtatione § 17. Altorf. 1726.

§ 65. (l. 52.) ἐν τῷ Καπιτωλίῳ] Ex diſertis veterum locis certum eſt, templum Martis Ultoris ab Auguſto conditum, & ſignis hoſtium captis vel ab hoſte receptis, vel inſignibus triumphorum inferendis ſervandisque deſtinatum, non fuiſſe in Capitolio ſed in foro, quod inter præcipua Auguſti opera numerat Suetonius c. 29. *forum cum æde Martis Ultoris.* Ovidius V. faſtorum 551.

Ultor ad ipſe ſuos cœlo deſcendit honores
Templaque in Auguſto conſpicienda foro.

In marmore Ancyrano Auguſtus ipſe: *Ultoris templum forumque Auguſtum & templum Apollinis in ſolo magnam partem a privatis emto feci.* Martis etiam ludorum in foro Auguſti mentio infra p. 588. A. Neceſſe igitur eſt, vel Dionem lapſum eſſe memoria, vel verba ἐν τῷ Καπιτωλίῳ adſcripta ab alio in margine, vel trajecta a librario, ad templum Jovis Feretrii pertinere, ut Dio ſcripſerit καθὰ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου ζήλωμα τοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, quemadmodum eum ſcripſiſſe etiam conjecit vir doctiſſimus Joan. Maſſon in vita Ovidii p. 109. vide ſis Pitiſcum in voce *Templum* T. II. p. 926. Voverat hoc templum Auguſtus bello Philippenſi pro cæde Cæſaris ulciſcenda ſuſcepto, ut præter Suetonium notat Ovidius V. faſtorum 569.

Voverat hoc juvenis tunc cum pia ſuſtulit arma.

Sed non perſolvit votum niſi poſtquam *bis ultus* Mars Romanos eſſet etiam in Parthis. Idem Ovidius p. 579. *Nec ſatis eſt meruiſſe ſemel cognomina Marti*, & 595. *Rite Deo templumque datum nomenque bis ulto.* Ex eodem Ovidio conſtat, dedicatum eſſe die XII. Maji. vide Noriſium ad Cenotaphia Piſana p. 179. ſq. Quod autem in numis aliis templum Martis cum ſex columnis & ſignis militaribus eſt; in aliis vero cum quatuor columnis ſolum, ipſo Marte ſigna gerente, id laudatus Maſſonus non cum Torrentio ad duo diverſa templa, quorum unum in foro, alterum in Capitolio fuerit, ſed ad diverſas facies diverſaque latera unius ejusdemque templi docet referendum eſſe.

Jovis

τοὺς, πλὴν ὀλίγων, οἳ ὑπ' αἰσχύνης σφᾶς ἔφθειραν, ἢ καὶ κατὰ χώραν λαθόντες ἔμειναν, ἀπέπεμψε. καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνος, ὡς καὶ πολέμῳ τινὶ τὸν Πάρθον νενικηκὼς ἔλαβε. καὶ γὰρ ἐφρόνει τὰ μέγα, λέγων, ὅτι τὰ πρότερόν ποτε ἐν ταῖς μάχαις ἀπολόμενα, ἀκονιτὶ ἐκεκόμισο. ἀμέλει καὶ θυσίας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ [64] νεὼν Ἄρεος Τιμωροῦ [65] ἐν [r] τῷ Καπιτωλίῳ, [66] κατὰ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου ζήλωμα, πρὸς τὴν τῶν σημείων ἀνάθεσιν, καὶ ψηφισθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἐποίησε. καὶ προσέτι καὶ [67] ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασε, καὶ [68] ἁψῖδι τροπαιοφόρῳ ἐτιμήθη. ταῦτα μὲν ἐπ' ἐκείνοις ὕστερον ἐπράχθη· τότε δὲ αὐτός τε [69] προσάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, [70] καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε, [71] καὶ ὁδοποιοὺς αὐτῶν ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων, ἑξαβδούχοις δύο χρωμένους, προσέταξε. καὶ ἡ Ἰουλία τὸν [72] Γάϊον ὀνομαθέντα ἔτεκε· [73] βουθυσία τέ τις τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ αἰδιος ἐδόθη. καὶ τοῦτο μὲν ἐκ ψηφίσματος, ὥσπερ που καὶ τἆλλα, ἐγένετο· ἰδίᾳ δὲ δὴ οἱ ἀγορανόμοι [74] ἱπποδρομίαν τε ἐν τοῖς τοῦ Αὐγούστου γενεθλίοις καὶ θηρίων σφαγὰς ἐποίησαν. ἐν μὲν οὖν τῇ πόλει ταῦτα ἐπράχθη.

captivos omnes, paucis demptis, qui se ipsos pudore moti interemerant, aut in Parthia occulte remanserant, remisit: eosque Augustus, quasi bello aliquo Parthum vicisset, accepit. Nam hanc rem magnæ sibi laudi ducebat, quod præliis prius amissa, citra ullum certamen recepisset. Itaque & sacrificia ejus rei causa, & templum Martis Ultoris in Capitolio, ad imitationem Jovis Feretrii, ubi signa ea militaria suspenderentur, decerni jussit, ac deinde perfecit. Equo etiam ovans in urbem invectus, ac arcu triumphali honoratus est. Hæc vero omnia postea temporis demum eam ob rem acta sunt. Tunc autem ipse viarum, quæ sunt circa Romam, curator constitutus, milliarium aureum, quod vocatur, fecit: quique viis muniendis præessent, prætorios viros, qui binis lictoribus uterentur, designavit. Julia autem eo tempore Cajum peperit, sacrificiumque perenne natalibus ejus tributum, idque ex decreto, quemadmodum & cætera: privatim vero ædiles natalibus Augusti ludos equestres & venationem ediderunt. Hæc Romæ acta.

A.U.C. 734 M. Apulejo & P. Silio COSS.

Ὁ δὲ

9. Au-

ἢ ἐφρόνει μέγα. videtur addendum fuisse *ἐπὶ τούτοις.* sicut Xiph. *καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Καῖσαρ ἐγαυροῦτο.* [r] *ἐν τῷ Καπιτωλίῳ.* hæc verba trajecta esse, & post sequens *Φερετρίου* ponenda, censet etiam Liebius in Gotha numaria p. 279. vide plura not. §65.

Jovis Ultoris alterum in foro, alterum *Bis Ultoris* in Capitolio, distincte dici ab Ovidio Fast. V. 575. & 595. & vocatum ab Augusto esse, sibi persuasit eruditissimus Rycquius de Capitol. c. 39. Sed nihil aliud Ovidius innuit, quam rite Deo templum nomenque Ultoris datum esse, qui bis ultus sit, nempe parricidas & Parthos. Nulla distincti in Capitolio templi *Bis Ultoris* apud Ovidium mentio; neque ex numis aut lapidibus templum hoc aut cognomen Jovis producere facile fuerit. REIM.

§66. (l. 53.) *καὶ ἐπὶ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου ζήλωμα*] Notum est, templum in Capitolio dedicatum Jovi Feretrio, & postea ab Augusto suasu Attici restitutum, in quod detracta a Rege Regi, vel Duci a Duce spolia opima inferrentur, de quibus dixi ad p. 242. B. Propertius IV. 10.

Nunc spolia in templo tria condita, caussa Feretri,
Omine quod certo Dux ferit ense Ducem.
Seu quia victa suis humeris huc arma ferebant,
Hinc Feretri dicta est ara superba Jovis.

Vide quæ viri docti ad hæc Nepotis in vita Attici c. 20. *ex quo accidit, cum ædes Jovis Feretrii in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu Cæsar eam reficiendam curaret.*

§67. (l. 55.) *ἐπὶ κέλητος*] Hæc fuerit tertia Augusti Ovatio: nam de prima post Philippense bellum, supra p. 375. E. de secunda post bellum Siculum p. 400. E. cujus utriusque tantum meminit Suetonius c. 22. *bis ovans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus post Siculum bellum.* Utriusque etiam ovationis tantum mentio in fastis Capitolinis. Petrus Wesselingius V. C. in observationum variarum lib. II. c. 4. ut Dionem cum Suetonio conciliet, suspicatur, hunc honorem Augusto a Senatu quidem fuisse decretum tertia vice, sed perinde ut triumphi honores p. 515. A. ab eo non usurpatum. Clariora autem sunt Dionis verba, quam ut illam suspicionem admittant. Quod porro ovantes non modo pedibus, sed etiam vecti equo, sive equi dorso (ut ait Symmachus Epist. X. 22.) urbem intraverint, (uti triumphantes curru triumphali) ex aliis præterea Dionis locis p. 544. E. 549. C. Gellioque V. 6. & Servio ad Æneid. IV. 543. probatum dedit vir illustris Ezech. Spanhemius de usu numismatum T. II. pag. 206.

§68. (l. 56.) *ἁψῖδι τροπαιοφόρῳ*] Arcus illius memoria superest in Augusti numis, quorum tres videre est in Caroli Patini notis ad Suetonium.

§69. (l. 58.) *προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν*] Vias extra urbem curare antea Censorum erat, ut notavit Lipsius Excursu E. ad Tacit. III. Annal. qui tum nulli fuere p. 521. D. & duo viarum extra urbem curatores postea abrogati p. 540. C. Igitur Augusto, qui præfecturam morum in se suscepit, datum etiam hoc, ut *curator viarum* esset. Qua de re insigne testimonium præbent numi, in quibus ejus celebratur memoria: QVOD. VIÆ. MVN. SVNT. vide Nic. Bergierium, de viis Rom. T. X. Thesauri Græviani p. 77. & Spanhem. de U. N. Diss. X. p. 195.

§70. (l. 59.) *καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον*] Milliarium aureum in capite fori sub æde Saturni statutum, fuit aurea columna, in quam omnes vias militares desiisse scribit Plutarchus in Galba p. 1064. Ab illa tamen milliaria viarum computata non sunt, sed a portis urbis & mœniis, sive continentibus potius ædificiis suburbiorum l. 154. D. de V. S. vide Lucam Holstenium ad calcem notarum in Stephanum Byz. & T. IV. Thesauri Græv. p. 1805. Theodor. Ryckium & alios ad Taciti lib. I. Hist. c. 27. 3. Pitiscum ad Sueton. Othonem c. 6. & in Lexico Antiquitatum Rom. Thomam Gatakerum p. 391. Adversariorum. Milliarium aureum putant designari in Augusti numo apud Spanhem. T. II. p. 546.

§71. (l. 60.) *καὶ ὁδοποιοὺς αὐτῶν*] Hos puto esse illos duos, quos Dio infra p. 540. C. ait parvo tempore post iterum abrogatos, *τοὺς δύο τοὺς τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζομένους.* Ceterum ab Augusto primitus constitutum, ut singulare & statum munus curandis viis vigeret, testis Suetonius c. 37. *quo plures partem administrandæ Reipub. caperent, nova officia excogitavit: curam operum publicorum, viarum, aquarum* &c. Alia de curatoribus viarum intra vel extra urbem, singularum vel plurium, ante & post Augusti tempora, vide apud Nic. Bergierium in opere erudito de publicis ac militaribus Imperii Romani viis libro Primo, T. X. Thesauri Græviani.

§72. (l. 62.) *Γάϊον*] Julia Augusti, Agrippæ nuper nubserat p. 525. A. Caji nomen infanti inditum in memoriam avi materni, Caji Julii Cæsaris. Is deinde cum Lucio fratre minore adoptatus p. 533. C.

§73. (l. 63.) *βουθυσία αἰδιος*] Anniversariis supplicationibus & sacrificiis dies natalis ejus celebratus. Quanquam enim religioni quidam sibi duxerunt, die natali sanguinem effundere, tamen non modo sacrificiis, sed venationibus etiam & ludis gladiatoriis locum datum, solenniter obeundis Imperatorum vel aliorum principum hominum natalitiis, certum ex pluribus vel Dionis nostri locis. Et de sacrificiis jam notarunt viri docti ex Horatii IV. Oda 11. ubi de natali Mæcenatis: *ara castis vincta verbenis avet immolato spargier agno.* vide Martinum de Roa libro I. de natali sacro & profano c. 8. & 15.

§74. (l. 66.) *ἱπποδρομίαν ἐν τοῖς τοῦ Αὐγούστου γενεθλίοις*] Quod ab ædilibus Dio præsenti loco, id quotannis fere a prætoribus factum notat p. 539. E. 545. A. ut natalem Augusti ludis equestribus & venationibus celebrarent. Augustalium iterum mentio p. 589. A.

A.U.C.734 M. Apulejo & P. Silio COSS.

9. Auguſtus interim ſubditos ex Romanarum legum præſcripto compoſuit, fœderatos uti majorum ſuorum inſtitutis permiſit: neque quicquam vel horum adjicere Romano imperio, vel nova bello acquirere, ſed prorſus contentus eſſe partis ſtatuit, idque etiam ad ſenatum ſcripſit. Itaque tunc temporis nullum bellum attigit: principatus vero, varios variis attribuit: Iamblicho quidem Iamblichi filio, paternum in Arabia: Tarcondimoto eum, quem pater ejus Tarcondimotus in Cilicia habuiſſet; maritimis quibusdam exceptis, quæ Archelao cum minoris Armeniæ regno donavit; quia Medus, qui regnum id quoque ante obtinuerat, vita functus erat: Herodi, Zenodori cujusdam tetrarchiam: Mithridati cuidam, quamvis puero adhuc, Commagenem, quod ejus rex patrem hujus Mithridatis occidiſſet. Quumque Armeniæ majoris populus Artabazem accuſaret, Tigranemque fratrem ejus, qui tum Romæ erat, evocaret; Auguſtus Tiberium arceſſivit, ut Artabazem regno pelleret, Tigranemque in illud reſtitueret. Tiberius, occiſo ab Armeniis ante ejus adventum Artabaze, nihil ſuo apparatu dignum perfecit: tamen ea ſe re, quaſi ſua quicquam virtute egiſſet, jactavit; præſertim quum ſacrificia propter eam eſſent decreta: ac jam de ſummo imperio cogitationes

Ὁ δὲ δὴ Αὔγουστος τὸ μὲν ὑπήκοον καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἔθη διώκει, τὸ δὲ ἔνσπονδον τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ [s] ἀεὶ ἄρχεσθαι· οὐδ' ἠξίωσεν οὔτε ἐκείνων τι προσθέσθαι οὔτε ἕτερόν τι προσκτήσασθαι, ἀλλ' [75] ἀκριβῶς ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν ἐδικαίου, καὶ τοῦτο καὶ τῇ βουλῇ ἐπέστειλεν. ὥστε [75t] πολέμου μὲν οὐδὲν τότε ἐφήψατο, δυνασείας δὲ δή, [76] Ἰαμβλίχῳ τε τῷ Ἰαμβλίχου, τὴν τῶν Ἀραβίων τὴν πατρῴαν, καὶ [77] Ταρκονδιμότῳ τῷ Ταρκονδιμότου, τὴν τῆς Κιλικίας, ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔσχε, πλὴν παραθαλασσιδίων τινῶν, ἔδωκεν. ἐκείνα γὰρ [78] τῷ Ἀρχελάῳ μετὰ τῆς μικροτέρας Ἀρμενίας ἐχαρίσατο, ὅτι [79] ὁ Μῆδος ὁ τὴν αὐτῆς βασιλεύων ἐτεθνήκει. τῷ τε [80] Ἡρῴδῃ Ζηνοδώρου τινὸς τετραρχίαν, καὶ Μιθριδάτῃ τινὶ τὴν Κομμαγηνὴν, ἐπειδὴ τὸν πατέρα αὐτοῦ [81] ὁ βασιλεὺς αὐτῆς ἀπεκτόνει, καίτοι παιδίσκῳ ἔτ' ὄντι, ἐπέτρεψε. τῶν τε Ἀρμενίων τῶν ἑτέρων [82] τοῦ τε Ἀρταβάζου κατηγορησάντων, καὶ τὸν Τιγράνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὄντα μεταπεμψαμένων, μετέστειλε τὸν Τιβέριον, ὅπως τὸν μὲν ἐκβάλῃ τῆς βασιλείας, τὸν δὲ ἐς αὐτὴν ἀποκαταστήσῃ. καὶ ἐπράχθη μὲν οὐδὲν τῆς παρασκευῆς αὐτοῦ ἄξιον· (οἱ γὰρ Ἀρμένιοι [83] τὸν Ἀρταβάζην προαπέκτειναν·) [84] ὁ δ' οὖν Τιβέριος, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ θυσίαι ἐπὶ τούτῳ ἐψηφίσθησαν, ἐσεμνύνετο ὡς καὶ κατ' ἀρετήν τι ποιήσας. καὶ ἤδη γε καὶ περὶ τῆς μοναρχίας ἐνενόει, ἐπειδὴ πρὸς τοὺς Φιλίππους

[s] ἀεὶ ἄρχεσθαι. addendum verbum συνεχώρησε, aut ſimile, ut conſtet ſententia, X. imo vero ἴσα pro corrupto ἀεὶ ſcribendum, ſic illo συνεχώρησε non opus eſſe videmus, L. ἀεὶ legit etiam in ſuo codice Leon. cohæret cum antecedenti διώκει. vel ſi hoc durius videatur, deleto οὐδ' lege: ἄρχεσθαι ἠξίωσεν, οὔτε — ἐδικαίου. ſtatim pro οὐδ' ἠξίωσεν, &c. Oddeyus: καὶ ἠξίωσε τά τε χωρία αὐτῶν νέμεσθαι, οὔτε ἐκείνων τι προῖδαι. ſed difficultas evaneſcit, ſi attendas ἐκείνων referri ad ἔνσπονδον, eique opponi ἕτερόν τι, nempe gentes, adhuc neque ſubactas neque fœdere junctas, ſed plane novas. [t] Dionem hic paucis verbis, quibus Janum clauſum indicaverit, mutilatum ſuſpicabatur Rualdus, quem refellit Jo. Maſſon in Jano reſerato p. 152. ſqq.

§ 75. (l. 73.) ἀκριβῶς ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν] Laudat in præfatione Appianus, qui ſub Hadriano & Antonino Pio ſcripſit, imperatores, qui firmare potius imperium malunt, quam in immenſum proferre, ut barbaris gentibus & egenis imperitent. Sueton. Auguſt. c. 21. *Nec ulli genti ſine juſtis & neceſſariis cauſſis bellum intulit: tantumque abfuit a cupiditate quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in æde Martis Ultoris jurare coegerit, manſuros ſe in fide ac pace quam peterent* &c. Idem laudat Tiberius in Auguſti laudatione, infra p. 597. D. & Dio p. 591. C. refert inter conſilia Tiberio & Reipub. ab Auguſto data. Auguſtus apud Julianum in Cæſaribus p. 326. οὐ γὰρ ταῖς ἀμέτροις ἐπιθυμίαις ἄκων ἐπιπτᾶσθαι πάντως αὐτῇ διενοήθην. Adde Ezech. Spanhemium ad Cæſares Juliani p. 224. Meminit hujus conſilii *coercendi intra terminos imperii* etiam Tacitus lib. I. Annal. c. 11. metui hoc vel invidiæ Auguſti tribuens, quod prudentiæ potius & æquitati poterat debebatque. Nam ut eſt apud Plutarchum in Apophthegmatis p. 207. audito Alexandrum Magnum (quem ἑῶον Αὔγουστον appellabat Caracalla, infra p. 873. E.) cum annos natus duos & triginta longe lateque imperium ſuum protuliſſet, anxium fuiſſe de materia rerum gerendarum per reliquum tempus, idem Auguſtus miratus eſt, illum non exiſtimaſſe majus eſſe operæ pretium, Imperium partum bene conſtituere, quam ingens & vaſtum parare. ἐθαύμαζεν, εἰ μὲν μεῖζον Ἀλέξανδρος ἔργον ἡγεῖτο τοῦ κτήσασθαι μεγάλην ἡγεμονίαν, τὸ διαλύσαι τὴν ὑπάρχουσαν. Plura Chriſtophorus Forſtnerus ad Taciti IV. Annal. p. 368. ſq. & Chriſtophorus Adamus Rupertus Oratione quinta quæ eſt de non proferendis imperii terminis, præcipue vero Camillus Peregrinus ſcriptor eruditiſſ. Diſſ. IV. de Campania Felice p. 537. ſq. T. IX. Theſauri Italiæ P. II.

§ 76. (l. 76.) Ἰαμβλίχῳ δὲ τῷ Ἰαμβλίχου] Vide dicta ad p. 427. C. ubi de Jamblicho Patre, Arabum Phylarcho & regulo Emeſenorum.

§ 77. (l. 77.) Ταρκονδιμότῳ τῷ Ταρκονδιμότου] Vide ad p. 427. E.

§ 78. (l. 80.) τῷ Ἀρχελάῳ] Hic eſt de quo ad p. 411. A. 443. C. Cappadociæ Rex.

§ 79. (l. 81.) ὁ Μῆδος] Artavasdes ſive Artabazes Armeniæ minoris & Mediæ Rex, ab Artabaze Armeniæ majoris Rege, de cujus filio cognomine mox infra, diverſus. vide p. 407. A.

§ 80. (l. 82.) Ἡρῴδῃ Ζηνοδώρου τινός] Rem pluribus exponit Flavius Joſephus Antiquitat. Judaic. XV. 13. & lib. I. de bello Judaico c. 15. Zenodori hujus etiam mentio apud Strabonem XVI. p. 756.

§ 81. (l. 84.) ὁ βασιλεὺς αὐτῆς] Antiochus, Mithridatis, cujus filio regnum Auguſtus attribuit, frater. vide ſupra p. 495. A.

§ 82. (l. 86.) τοῦ τε Ἀρταβάζου] Hic Tigranis frater, Artabazis ſenioris filius major natu, Rex majoris Armeniæ, pro Artabaze ſive Artavasde, quod nomen habet etiam Vellejus II. 94. ab aliis *Artaxias* appellatur, ut a Joſepho XV. 5. Antiquitat. & Tacito II. 3. Annalium, & *Artaxes* a Dione ipſo ſupra p. 415. C. 418. B. Auguſtus in monumento Ancyrano ex ſuppletione V. C. Jac. Gronovii p. 118. *Armeniæ regnum per Tiberium filium meum Regi Artaxiæ ademtum Tigrani cuidam tradidi, & poſtea illo mortuo Parthis adimentibus filio ejus Artavidi, Ariobarzanem, qui erat ex regio genere Armeniorum oriundus, in id reſtitui.*

§ 83. (l. 92.) τὸν Ἀρταβάζην προαπέκτειναν] Idem Tacitus: *occiſo Artaxia per dolum propinquorum, datus a Cæſare Armeniis Tigranes, deductusque in regnum a Tiberio Nerone.* Claudii tamen Neronis virtute cecidiſſe Armenium, ſcribit Horatius lib. I. Epiſt. 12. Eodem in loco Tacitus Artaxiam hunc Artavasdis ab Antonio per fraudem capti & occiſi (ſupra p. 415. C. & 446. B.) filium appellat, teſtaturque Romanis infenſum, Arſacidarum ſive Parthorum vi ſeque regnumque tutatum; quod & ipſum Dio non præteriit p. 415. D. 418. B. Sed *Parthi Armeniam vindicanti* (Auguſto) *facile ceſſerunt.* Sueton. c. 21. Conf. Noriſium ad Cenotaphia Piſana p. 185.

§ 84. (l. 93.) ὁ δ' οὖν Τιβέριος] Suetonius Tiberio c. 2. *deinde* (poſt bellum Cantabricum) *ducto ad orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro tribunali diadema impoſuit.* Vellejus lapſus memoria pro Tigrane Artavasdem memorat II. 94. de eodem Tiberio loquens: *cum legionibus ingreſſus*

πους αὐλῷ προσελαύνοντι θόρυβός τέ τις ἐκ τοῦ τῆς μάχης χωρίου, ὡς καὶ ἐκ στρατοπέδου, ἠκούσθη, [85] καὶ πῦρ ἐκ τῶν βωμῶν, [86] τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἐν τῷ ταφρεύματι ἱδρυθέντων, αὐτόματον ἀνέλαμψε. Τιβέριος μὲν δὴ ἐκ τούτων ἐγαυροῦτο. 527 ὁ δὲ Αὔγουστος ἔς τε τὴν Σάμον ἐπανῆλθε, κἀνταῦθα αὖθις ἐχείμασε· καὶ ἐκείνοις τε [87] ἐλευθερίαν μισθὸν τῆς διατριβῆς αὐτέδωκε, καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα προσδιώκησε. πάμπολλαι γὰρ δὴ πρεσβεῖαι πρὸς αὐτὸν ἀφίκοντο· [88] καὶ οἱ Ἰνδοὶ προκηρυκευσάμενοι πρότερον φιλίαν, τότε ἐσπείσαντο, δῶρα πέμψαντες ἄλλα τε [89] καὶ τίγρεις, πρῶτον τότε τοῖς Ῥωμαίοις, νομίζω δ' [90] ὅτι καὶ τοῖς Ἕλλησιν, ὀφθείσας. καί τι καὶ [91] μειράκιον οἱ ἄνευ ὤμων (οἵους [92] τοὺς Ἑρμᾶς ὁρῶμεν) ἔδωκαν. καὶ μέντοι τοιοῦτον ὂν ἐκεῖνο, ἐς πάντα τοῖς ποσὶν ἅτε καὶ χερσὶν ἐχρῆτο· τόξον τε αὐτοῖς ἐπέτεινε, καὶ βέλη ἠφίει, καὶ ἐσάλπιζεν, οὐκ οἶδ' ὅπως· γράφω γὰρ τὰ λεγόμενα. [93] εἷς δ' οὖν τῶν Ἰνδῶν [u] Ζάρμαρος, εἴτε δὴ τοῦ τῶν σοφιστῶν γένους ὢν, καὶ καθὰ τοῦτο ὑπὸ φιλοτιμίας, εἴτε καὶ ὑπὸ τοῦ γήρως, καθὰ τὸν πάτριον νόμον, εἴτε καὶ ἐς ἐπίδειξιν τοῦ Αὐγούστου καὶ τῶν Ἀθηναίων, (καὶ γὰρ ἐκεῖσε ἦλθεν) ἀποθανεῖν ἐθελήσας, [x] ἐμυήθη τε τὰ τοῖς θεοῖς τῶν μυστηρίων, [94] καίπερ οὐκ ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ, ὡς φασι, διὰ τὸν Αὔγουστον, καὶ [y] μεμυημένον γενόμενον, καὶ πυρὶ ἑαυτὸν ζῶντα ἐξέδωκεν.

tiones animo agitabat, quod quum ad Philippos accederet, tumultus ex eo loco, in quo ante depugnatum fuerat, tanquam ex castris auditus erat, ac ignis ex ara, in castris olim ab Antonio posita, sponte effulserat. Hinc spiritus illi Tiberio. Augustus in Samum reversus, ibidem iterum hyemavit, libertatemque Samiis hospitii præmium dedit, ac non pauca eo tempore alia negotia confecit. Frequentes enim eo ad ipsum legati commearunt, ac Indi pacem, quam antea per oratores petierant, tunc interposito fœdere sanxerunt, & dona miserunt: inter quæ tigres etiam, animalia tum primum Romanis, ac ut ego existimo, Græcis etiam visa: adolescens porro quidam brachiis carens, (cujusmodi Hermæ fingi solent) qui manuum loco, pedum omnia officio peragebat, iis arcum tendebat, sagittas emittebat, tuba canebat: quod quomodo potuerit, equidem nescio, ab aliis tamen tradita scribo. Unus ex Indis Zarmarus, sive gloriæ studio, quod ex sapientibus eorum unus esset, sive senectutis causa, secundum leges patrias, sive ut ostentaret se Augusto & Atheniensibus, (Athenas enim venerat) mori volens, Cereris prius & Proserpinæ mysteriis initiatus, quanquam minus legitimo, ut ferunt, tempore, in gratiam Augusti, simul initiati, inde se vivus in ignem dedit.

A.U.C. 734 M. Apulejo & P. Silio COSS.

Ὑπάτευε 10. Anno

[u] Ζάρμαρος, RS. HS. Σάρμαρος edidit L. credo errore typographi. Ζάμαρκος, Xiph. vide F. [x] ἐμυήθη τε τὰ τοῖς θεοῖς τῶν μυστηρίων. non crediderim hæc sana esse, quanquam prætermissa ab interpretibus Dionis. τοῖν θεοῖν habet V. b. *de duoi Dei*, Leonicenus. quod satis arridet, nisi quod malim ταῖν θεαῖν vel θεοῖν. vide p. 445. A. sed nunc porro deest accusativus, quem requirit verbum μυέω, & quem designat articulus τὰ. unde prona emendatio: ἐμυήθη τε τὰ ταῖν θεαῖν (vel θεοῖν) μυστήρια. [y] μεμυημένον γενόμενον. μεμυημένος γενόμενος, Od. sed sana esse omnia, versio nostra docebit.

ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem populi Rom. regnum ejus Artavasdi dedit.

§ 85. (l. 99.) καὶ πῦρ ἐκ τῶν βωμῶν] Vide Casaubonum ad hæc Suetonii, Tiber. c. 14. *Ingresso primum expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit ut apud Philippos sacratæ olim victricium legionum aræ sponte subitis collucerent ignibus.*

§ 86. (l. 99.) τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου] Post victum ad Philippos, Macedoniæ civitatem, Brutum Cassiumque. supra p. 348. sq.

§ 87. (l. 3.) ἐλευθερίαν] Libertatem Samiis datam ab Augusto celebrat etiam Eusebius in Chronico. Samon liberam Plinius III. 31.

§ 88. (l. 6.) καὶ οἱ Ἰνδοί] Suetonius Augusto c. 21. *Virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas, auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam populique Rom. ultro per amicos petendam.* Meminere etiam Strabo XV. p. 719. Eusebius in Chron. Eutropius VII. 5. Orosius VI. 21. &c. Nomen Regis Indorum, qui legatos ad Augustum cum donis misit, Straboni Porus, Eusebio Pandion.

§ 89. (l. 8.) καὶ τίγρεις] Plinius VIII. 17. *Q. Tuberone, Fabio Maximo Coss. IV. Nonas Majas, theatri Marcelli dedicatione, Augustus tigrin primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactum: Divus vero Claudius simul quatuor.* Tigrem in scena spectandum præbuisse Augustum, annotat idem Suetonius c. 43. Ab Indis Regi suo τίγρεις πεπωλευμένους, tigrides cicures, muneris loco oblatos, refert Ælianus XV. 14. Hist. Animal.

§ 90. (l. 9.) ὅτι καὶ τοῖς Ἕλλησιν] Non ignotum tigrin Græcis fuisse, ex testimoniis Aristotelis, Theophrasti, Nearchi, & apud Strabonem Megasthenis patet, quæ si placet vide apud Bochartum lib. II. Hierozoici c. 8. τίγριν & ἱππότιγριν jungit Dio infra p. 873. C.

§ 91. (l. 10.) μειράκιον ἄνευ ὤμων] Sine brachiis natos, qui mira naturæ compensatione pedibus munia manuum non male exsequerentur, etiam nostra ætas vidit, pluraque eorum exempla lector reperiet in Christiani Francisci Paulini libro cui titulus Lange Weile p. 127. sq. & Thomæ Bartholini Centuria tertia historiarum anatomicarum c. 26. nec non apud Philippum Camerarium Horar. subseciv. lib. I. c. 37. & lib. III. c. 80. Celebre imprimis illud Thomæ Schweickeri Hala Suevi, quem epigrammate nobilitavit Joan. Posthius. Numismate quoque impressam ejus memoriam notavit V. C. Wilhelm. Ernest. Tenzelius, in dialogis menstruis vulgatis Germanice A. 1698. p. 511. De alio Antonio Neapolitano, edocto pedibus, quod ait Manilius V. 166. *pensare manus*, Scaliger contra Cardanum Exerc. 334. De alio, qui pedibus tormenta sclopetaria tendebat laxabatque, Casaubonus ad Strabonis verba lib. XVII. p. 719. qui hunc ipsum Indum a se visum testatur. Epigramma Ferdinandi Posthii in Matthiam Buchingerum manibus truncum & pedibus, & tamen quæ manuum sunt cubitis mira arte peragentem, exstat in novis litterariis maris Baltici A. 1701. p. 75.

§ 92. (l. 11.) τοὺς Ἑρμᾶς] Hermæ, statuæ truncæ Mercurii, solo insignitæ capite, brachiis vero destitutæ & pedibus, quas in vestibulis ædium atque templorum, in Gymnasiis, in porticibus, in triviis ac compitis positas passim habuerunt veteres Græci ac Romani. De quibus præter Jac. Sponium p. 9. sq. Miscell. videndus Edmundus Figrelius lib. de statuis Romanorum c. 17. p. 147. sq. & Caspar Sagittarius de veterum januis c. 34. T. VI. Thesauri Græv. p. 523. sq.

§ 93. (l. 15.) ἑαυτὸν οὖν τῶν Ἰνδῶν Ζάρμαρος] Strabo lib. XVII. p. 720. συνῆν δέ, ὥς φασι, καὶ ὁ Ἀθήναισι καυσάμενος ἑαυτόν. ποιεῖν δὲ τοῦτο τοὺς μὲν ἐπὶ κακοπραγίᾳ ζηλοῦσθαι ἀπαθανατίζειν τῶν παρόντων· τοὺς δ' ἐπ' εὐπραγίᾳ, καθάπερ τοῦτον. ἄπειρα γὰρ καλὰ γνώμην πράξαντα μέχρι νῦν, ἀπιέναι δεῦν, μή τι τῶν ἀβουλήτων χρονίζοντι συμπέσῃ. καὶ δὴ καὶ γελῶντα εἰλλιδαι γυμνὸν, ἐπαληλιμμένον, ἐν περιζώματι, ἐπὶ τὴν πυράν. ἐπιγεγράφθαι δὲ τῷ τάφῳ Ζαρμανοχήγας Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργόσης καλὰ τὰ πάτρια Ἰνδῶν ἔθη ἑαυτὸν ἀπαθανατίσας κεῖται. Fuit hic unus ex Indorum Gymnosophistis, de quibus Philo lib. de Abrahamo p. 293. & Plinius VI. 19. *Quintum genus celebratæ illic & prope in religionem versæ sapientiæ deditum, voluntaria semper morte vitam, accenso prius rogo, finit.* Ex iisdem Calanus olim, de cujus voluntario vivicomburio, præter Ciceronem & Arrianum, Plutarchus in vita Alexandri p. 703. Ælianus V. H. lib. V. 6.

§ 94. (l. 22.) καίπερ οὐκ ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ] Mysteria Eleusinia majora Cereris mense Boëdromione celebrari consueverant per dies novem, a die XIV. ad XXIII. ut docuit

A.U.C. 735 C. Sentio & Q. Lucretio COSS.

10. Anno ſequenti proximo conſul fuit C. Sentius, cui quum collega eſſet dandus, (nam tum quoque reſervatum ſibi conſulatum Auguſtus non accepit) iterum ſeditiones ac cædes Romæ evenerunt, adeo ut urbis cuſtodiam Sentio ſenatus mandaverit: quam quum non reciperet in ſe, legatos ad Auguſtum cum binis ſingulos lictoribus miſerunt. Auguſtus re cognita, quum videret nullum mali finem fore; alia, quam prius, ratione uſus, unum ex ipſis legatis, Q. Lucretium nomine, quamvis ex proſcripto-rum numero, conſulem deſignavit, ac ipſe Romam contendit. Ob hæc & cætera, quæ abſens egiſſet, multa ac varia in honorem ejus decreta ſunt; quorum ille nihil accepit, niſi quod Fortunæ Reduci, ut vocabant, aram conſecrari, diemque ſui reditus inter ferias referri, & Auguſtalia dici paſſus eſt. Quum nihilominus magiſtratus populusque in hoc eſſent, ut obviam ipſi prodirent, noctu in urbem invectus eſt: poſtridie Tiberio prætorios honores dedit, Druſoque conceſſit, ut quinquennio maturius, quam conſuetudo reipublicæ ferret, magiſtratus poſſet petere. Et quoniam ea, quæ ſe abſente per ſeditiones, reverſo autem per metum egiſſent, non conſentiebant; rogatus, magiſtrum ſe morum in quinquennium creari paſſus eſt: poteſtatemque cenſoriam in idem tempus, conſularem autem, quamdiu viveret, accepit: ut ſemper & ubique faſcibus duodecim uteretur, ac in medio conſulum cujuscunque temporis ſella curuli ſederet. Hæc quum decreviſſent, contenderunt ab ipſo, ut emendaret omnia iſta vitia, ac leges, quas vellet, ferret: ferendis Auguſtarum nomen jam tum indiderunt, ſeque obtemperaturos illis, jurejurando voluerunt confirmare. Auguſtus quum reliqua, vel ut neceſſaria, admiſiſſet, jusjurandum eis remiſit: nimirum ſatis intelligens,

Ὑπάτευε μὲν δὴ [z] ἐν τῷ ἔτει ἐν ᾧ Γάϊος Σέντιος· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν συνάρξοντα αὐτῷ προσαποδειχθῆναι ἔδει, (ὁ γὰρ Αὔγουστος οὐδὲ τότε τηρηθεῖσάν οἱ τὴν ἀρχὴν ἐδέξατο) σάσις τε αὖθις ἐν τῇ Ῥώμῃ συνηνέχθη, καὶ σφαγαὶ συνέβησαν· ὥστε τοὺς βουλευτὰς [a] Φρουρὰν [95] τῷ Σεντίῳ ψηφίσασθαι. ἐπειδὴ δὲ μήτε ἠθέλησεν αὐτῇ χρήσασθαι, πρέσβεις πρὸς τὸν Αὔγουστον, μετὰ δύο ῥαβδούχων ἕκαστον, ἔπεμψαν. μαθὼν οὖν ταῦτα ἐκεῖνος, καὶ συνιδὼν ὅτι οὐδὲν πέρας τοῦ κακοῦ γενήσοιτο, οὐκέτ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ καὶ πρὶν [b] προσηνέχθη, ἀλλ' ἔκ τε τῶν παρεσκευασμένων αὐτῶν [c] Κύϊντον [96] Λουκρήτιον, καίπερ ἐν τοῖς ἐπικηρυχθεῖσιν ἀναγραφέντα, ὕπατον ἀνέδειξε, καὶ αὐτὸς [97] ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη. καὶ αὐτῷ ἔπί τε τούτοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ πραχθεῖσι, πολλὰ καὶ παντοῖα ἐψηφίσθη· ὧν οὐδὲν προσήκατο, πλὴν [98] Τύχῃ τε ἐπαναγώγῳ (οὕτω γάρ πως αὐτὴν ἐκάλεσαν) βωμὸν ἱδρυθῆναι· καὶ τὴν ἡμέραν ἣν ἀφίξατο, [99] ἔν τε ταῖς ἱερομηνίαις ἀριθμεῖσθαι, καὶ Αὐγουστάλια ὀνομάζεσθαι. ἐπεὶ δὲ καὶ ὡς αἵ τε ἀρχαὶ καὶ οἱ ἄλλοι [100] προαπαντῆσαι οἱ προπαρεσκευάσαντο, [101] νύκτωρ ἐς τὴν πόλιν [d] ἐσεκομίσθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ τῷ τε Τιβερίῳ [102] τὰς τῶν ἐστρατηγηκότων τιμὰς ἔδωκε, καὶ τῷ Δρούσῳ πέντε ἔτεσι θᾶσσον παρὰ τὰ νομιζόμενα τὰς ἀρχὰς αἰτῆσαι προσεπέτρεψεν. ἐπειδή τε μηδὲν ὡμολόγει ὅσα τε ἀπόντος αὐτοῦ σασιάζοντες, καὶ ὅσα παρόντος φοβούμενοι ἔπραττον, [103] ἐπιμεληής τε τῶν τρόπων [e] ἐς πέντε ἔτη παρακληθεὶς διεχειροτονήθη, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν μὲν τῶν τιμητῶν ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον, [104] τὴν δὲ τῶν ὑπάτων, διὰ βίου ἔλαβεν· ὥστε καὶ ταῖς [105] δώδεκα ῥάβδοις αἰεὶ καὶ παντὸς χρῆσθαι, καὶ ἐν μέσῳ τῶν αἰεὶ ὑπατευόντων ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δίφρου καθέζεσθαι. ψηφισάμενοι δὲ ταῦτα, διορθοῦν τε πάντα αὐτὸν καὶ νομοθετεῖν ὅσα βούλοιτο ἠξίουν· καὶ τούς τε [106] νόμους τοὺς γραφησομένους ὑπ' αὐτοῦ, Αὐγούστους ἐκεῖθεν ἤδη προσηγόρευον, καὶ ἐμμένειν σφίσιν [f] ὁμόσαι ἤθελον. ὁ δὲ τὰ μὲν ἄλλα, [g] ὡς ἄτε καὶ ἀναγκαῖα ἐδέξατο, τοὺς δ' ὅρκους ἀφῆκεν αὐτοῖς. καὶ γὰρ ἓν

[z] ἐν τῷ ἔτει ἐν ᾧ. nullus in his ſenſus integer. ſcribe ἐν τῷ ἔτει ἐχομένῳ, niſi quis ἐνισταμένῳ malit, quod ego non probo, L. forte ἐκείνῳ. vel lacuna eſt: ἐν ᾧ ταῦτα γέγονε. [a] Φρουρὰν. deeſt τῆς πόλεως, Od. [b] προσηνέχθη. συνηνέχθη, V. b. [c] Κύϊντον Λουκρήτιον. ſupra in catalogo erat Λ. hoc eſt *Lucius Lucretius*, falſo ut arbitror, cum & alii Q. vocent, X. adde & ſupra non Viſpalionem, ſed Veſpillionem dicendum fuiſſe. [d] ἐσεκομίσθη. addit Xiph. καθὼς ἀεὶ ἔν τε ταῖς ἐνδημίαις (ἐκδημίαις ſcr.) καὶ ταῖς εἰσόδοις ἐποίει, λανθάνειν ἐν ἀμφοτέροις σπεύδων, ἵνα μηδενὶ ὀχληρὸς ἔῃ. quæ ex alio Dionis loco petita ſunt. ſimilia addit Z. p. 536. A. ut Xiphilinum ab eo cum Dione collatum ſuſpiceris. [e] ἐς πέντε. adde ἔτη, X. addidi, auctore Z. qui πενταετίαν habet. [f] ὁμόσαι. ὁμόσε, RS. quod emendavit X. probantibus & ſequentibus ceteris. [g] ὡς ἄτε καὶ ἀναγκαῖα. ὅσα γε καὶ ἀναγκ. L. admodum felici conjectura, Od. mox l. 64. pro τηρεῖσθαι, forte τηρήσουσιν.

it Meurſius libro de Eleuſiniis c. 21. ſqq. T. VII. Theſauri Gronov. p. 153. ſqq. Myſteria minora, ſacra Proſerpinæ, menſe Antheſterione, id. c. 6. p. 126. Boëdromion Octobri, & Antheſterion Martio noſtro reſpondet.

§ 95. (l. 30.) φρουρὰν τῷ Σεντίῳ ψηφίσασθαι] Ex veteri formula, *videret conſul ne Reſpublica quid detrimenti caperet*, ut dictum ad p. 44. B. De conſulis Sentii conſtantia præclare Vellejus lib. II. c. 92.

§ 96. (l. 36.) Κύϊντον Λουκρήτιον] Hic eſt Q. Lucretius Cinna Veſpello, quem, proſcriptus a Triumviris cum eſſet, ſervatum Thuriæ uxoris fide, narrat Valerius Max. lib. VI. c. 7. uti proſcriptos ipſos ab Auguſto, & proſcriptorum celatores, Sueton. c. 27. Sic proſcriptorum a Sylla liberos Julius Cæſar ad honores admiſerat, teſte Sueton. c. 41.

§ 97. (l. 38.) ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη] Romam rediit Auguſtus IV. Id. Octobr.

§ 98. (l. 41.) Τύχῃ τε ἐπαναγώγῳ] *Fortunæ reducis* ara in numis Auguſti apud Mediobarbum p. 35. Oiſelium Theſauro LIII. 8. 9. & LIV. 1. & Begerum Theſauro Brandenb. T. II. p. 381. Paulum Pedruſium T. II. p. 179. Similiter *Neptunus redux* in numo Veſpaſiani apud Triſtanum T. I. p. 287. Aram pro Antonini Caracallæ reditu Diisque Deabusque erectam illuſtravit V. C. Martinus Liſterus in Transactionibus Philoſoph. n. 145. & in Actis eruditor. A. 1683. p. 461. Omitto Fortunæ reducis mentionem obviam in numis plurium Imperatorum.

§ 99. (l. 43.) ἔν τε ἱερομηνίαις ἀριθμεῖσθαι, καὶ Αὐγουστάλια] Calendarium vetus Rom. *IV. Eid. Octobr. Auguſtalia.* Auguſtalia cum natali Auguſti, qui in diem XXIII. Sept. incidit, confundit Dio p. 589. A. ſed diſtinguit p. 545. A. & 600. C.

§ 100. (l. 45.) προαπαντῆσαί οἱ] Ex decreto p. 456. D. ſed quod accipere Auguſtus renuit p. 457. D.

§ 101. (l. 46.) νύκτωρ ἐς τὴν πόλιν] Ut p. 539. B. 597. C. Sueton. c. 53. *Non temere urbe oppidove ullo egreſſus, aut quoquam ingreſſus eſt, niſi veſpere aut noctu, ne quem officii cauſſa inquietaret.* Idem c. 27. ceteroqui notat, *revertentem ex provincia non ſolum fauſtis ominibus, ſed & modulatis carminibus proſequi* ſolitos. *Obſervatum etiam eſt, ne quoties introiret urbem, ſupplicium de quoquam ſumeretur.*

§ 102. (l. 47.) τὰς τῶν ἐστρατηγηκότων τιμάς] Suetonius Tiberio c. 9. *Magiſtratus & maturius inchoavit, & pæne junctim percurrit, quæſturam, præturam, conſulatum.* Mentio iterum infra p. 534. B. non modo prætoriorum honorum, ſed & prætoræ Tiberio datæ. Sic Marcello datum βουλεύειν ἐν τοῖς στρατηγικοῖς, ſupra p. 516. B.

ἔυ ἤδει, ὅτι εἰ μὲν ἀπὸ γνώμης τι ψηφίσαιντο, τηροῦσιν αὐτὸ, κἂν μὴ ὁμολογήσωσιν· εἰ δὲ μή, οὐδὲν αὐτοῦ, κἂν μυρίας πίστεις ἐπαγάγωσι, προξενήσουσιν. Αὔγουστος μὲν δὴ ταῦτα ἐποίει· καί τις τῶν ἀγορανόμων ἐθελονθὴς [107] ὑπὸ πενίας ἀπέπτε τὴν ἀρχήν.

telligens, quæ ex animo decreviſſent, ea ipſos etiam non juratos ſervaturos: quæ contra, ne ſi infinitis quidem modis ſpoſpondiſſent, præſtituros. Hoc ipſo tempore quidam ædilis ultro propter egeſtatem magiſtratu ſeſe abdicavit. A.U.C.735 C. Sentio & Q. Lucretio COSS.

Ἀγρίππας δὲ, ὡς τότε, ἐς τὴν Ῥώμην ἐκ τῆς Σικελίας πεμφθεὶς, διώκισε τὰ καλλεπείγοντα, ταῖς Γαλλίαις προσεπάχθη. ἔν τε γὰρ ἀλλήλοις ἐστασίαζον, καὶ ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἐκακοῦντο. καταστήσας δὲ καὶ ἐκεῖνα, ἐς Ἰβηρίαν μετέστη. [108] οἱ γὰρ Καντάβροι οἱ ζωγρηθέντες τε ἐν τῷ πολέμῳ καὶ πραθέντες, τούς τε δεσπότας σφῶν ὡς ἕκαστοι ἀπέκτειναν, καὶ πρὸς [b] τὴν οἰκίαν ἐπανελθόντες, πολλοὺς συναπέστησαν· καὶ μετ' αὐτῶν χωρία καταλαβόντες, καὶ ἐνισχισάμενοι, τοῖς τῶν Ῥωμαίων φρουροῖς ἐπεβούλευον. ἐπ' οὖν τούτους ὁ Ἀγρίππας ἐπιστρατεύσας, ἔσχε μέν τι καὶ πρὸς τοὺς στρατιώτας ἔργον· (πρεσβύτεροι γὰρ οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν ὄντες, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῶν πολέμων τετρυχωμένοι, τούς τε Καντάβρους, ὡς καὶ δυσπολεμήτους, δεδιότες, οὐκ ἐπείθοντο αὐτῷ·) ἀλλ' ἐκείνους μὲν, τὰ μὲν νουθετήσας, τὰ δὲ παραμυθησάμενος, τὰ δὲ καὶ ἀπειλήσας, διαλαχέων πειθαρχῆσαι ἐποίησε· πρὸς δὲ δὴ τοὺς Καντάβρους πολλὰ προσέπταισε. καὶ γὰρ ἐμπειρίᾳ πραγμάτων, ἅτε τοῖς Ῥωμαίοις [bb] δεδουλευκότες, καὶ ἀπογνώσει τοῦ μὴ ἂν ἔτι σωθῆναι ἁλόντες, ἐχρῶντο. τέλος δέ ποτε συχνοὺς μὲν ἀποβαλὼν τῶν στρατιωτῶν, συχνοὺς δὲ καὶ ἀτιμώσας, ὅτι ἡττῶντο, (τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ [109] στρατόπεδον ὅλον Αὐγουστον ἐπωνομασμένον ἐκώλυσεν οὕτως ἔτι καλεῖσθαι) τούς τε ἐν τῇ ἡλικίᾳ πολεμίους [110] πάντας ὀλίγου διέφθειρε· καὶ τοὺς λοιποὺς τά τε ὅπλα ἀφεῖλετο, καὶ ἐς τὰ πεδία ἐκ τῶν ἐρυμνῶν κατεβίβασεν. οὐ μὴν [111] οὔτε ἐπέσχέ τι τῇ βουλῇ περὶ αὐτῶν, [112] οὔτε τὰ ἐπινίκια, καίτοι ἐκ τῆς τοῦ Αὐγούστου προστάξεως ψηφισθέντα, προσήκατο· ἀλλ' ἔν τε τούτοις ἐμετρίαζεν, ὥσπερ εἰώθει, καὶ γνώμην ποτὲ ὑπὸ τοῦ ὑπάτου ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐρωτηθεὶς, οὐκ ἔδωκε. τό, τε [113] ὕδωρ τὸ Παρθένιον καλούμενον τοῖς ἰδίοις

Agrippa, qui ex Sicilia miſſus Romam, maxime neceſſaria adhuc procuraverat, Galliis eſt præfectus. Tumultuabantur enim invicem Galli, & a Germanis infeſtabantur. Iis motibus ſedatis, in Hiſpaniam tranſiit. Nam Cantabri, qui in bello capti fuerant, ac venditi, ſinguli ſuis dominis interfectis, domum ſuam redierant, multisque ad defectionis ſocietatem permotis, & caſtellis quibusdam eorum auxilio occupatis ac communitis, præſidia Romanorum adoriri conabantur. Contra hos cum exercitu profectus, in militibus ſuis ſub officio retinendis laboravit. Veterani enim multi erant, qui continentibus bellis confecti, ac Cantabros, ut qui haud facile bello vinci poſſent, metuentes, imperio ejus non obtemperabant. Quibus celeriter, partim admonendo, partim conſolando, partim minando, ad obſequium compulſis, a Cantabris affectus eſt multis incommodis. Nam quum Romanis ſerviſſent, rerum inde peritiam ſibi paraverant, ac ſpem ſalutis, ſi capti fuiſſent, nullam reliquam habebant. Tandem multis militibus amiſſis, multis propter rem male geſtam ignominia notatis, (nam præter cætera, totam legionem, quæ Auguſta vocabatur, eo nomine uti prohibuit) Cantabros, qui eſſent militari ætate, omnes prope delevit, reliquos armis exuit, & ex montanis locis in campeſtres tranſtulit. De his tamen rebus neque literas dedit ad ſenatum, neque triumphum, licet Auguſti juſſu ei decretum, admiſit: ſed hic quoque ſolita animi moderatione uſus fuit. Idem aliquando a conſule de ejus fratre ſententiam interrogatus, eam non tulit. Aquam

b τὴν οἰκίαν. malim τὴν οἰκείαν. *bb* δεδουλευκότες. ſic HS. L. δεδουλωκότες, RS. male.

§ 103. (l. 52.) ἐπιμελητὴς τρόπων εἰς πέντε] De cenſura morum Auguſto tributa p. 521. C. in aliud quinquennium, infra p. 542. D. licet perpetuum morum legumque regimen ab eo receptum ſcribit Suetonius c. 27.

§ 104. (l. 54.) τὴν τῶν ὑπάτων διὰ βίου] Sic Conſulatus perpetuus decretus Julio Cæſari, teſte Suetonio c. 76. & ſe perpetuum Conſulem ordinavit Vitellius. id. c. 11.

§ 105. (l. 55.) δώδεκα ῥάβδοις] Quia XXIV. faſces & Dictatoris nomen admittere Auguſtus recuſaverat p. 521. B. hinc faſces XII. quos Conſuli præferri mos fuit, ei tribuerunt. Ab eo tempore factum, ut principi faſces laureati præferrentur, αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν, ὅπερ ἐπὶ σύμβολον ἐς τὸ διαγωνᾶν τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν. Herodian. VII. 6.

§ 106. (l. 59.) νόμους Αὐγούστους] *Edicta Julia* vocat Horatius IV. 15. Leges ab Auguſto latas a multitudine & præſtantia laudat Tiberius oratione dicta in ejus funere, infra p. 597. C.

§ 107. (l. 68.) ὑπὸ πενίας] Quod non ſufficeret ſumtibus in ludorum ac ſpectaculorum curationes, & in convivia. Conf. p. 401. E. 565. C.

§ 108. (l. 74.) οἱ Καντάβροι οἱ ζωγρηθέντες] Pag. 523. E.

§ 109. (l. 92.) στρατόπεδον Αὔγουστον] Auguſtæ legionis in Germania ſuperiore ſolitæ militare, ſub τῶν Αὐγουσταίων nomine mentio p. 564. B. ubi dicta ſi placet vide.

§ 110. (l. 94.) πάντας ὀλίγου διέφθαρε] Agrippæ poſt Antiſtium Furniumque legatos Auguſti adverſus Cantabros meminit Florus IV. 12. 51.

§ 111. (l. 97.) οὔτε ἐπέσχέ τι τῇ βουλῇ] Stante republ. ſolebant duces poſt victoriam, ſi qua potiti erant, litteras laureatas, ſive ut Appianus p. 223. de bello Mithridat. τὰ γράμματα δάφνῃ περιελίττοντες, ad ſenatum mittere, de quibus Curtius Pichena ad Taciti Agricolam c. 18. & Carolus Paſchalius lib. VIII. de coronis c. 11. Infra p. 538. D. οὔτε γὰρ ἔγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν.

§ 112. (l. 97.) οὔτε τὰ ἐπινίκια] Ultra privati ſortem jam eſſe videri poterat triumphum ducere, cum gloria omnis geſtorum in unum principem redundaret, ut jam dictum ad p. 514. ubi de Vinicio. Non Agrippæ ſed Auguſto decretum a ſenatu Florus ſcribit IV. 12. 53. nam poſt bellum Cantabricum narratum ſubjungit: *digna res lauro, digna curru ſenatui viſa eſt; ſed jam Cæſar tantus erat, ut poſſet triumphos contemnere.* vide etiam, ſi placet, infra p. 538. D.

§ 113. (l. 2.) ὕδωρ τὸ Παρθένιον] Julius Frontinus libro de aquæductibus Urbis Romæ p. 44. *Idem Agrippa cum jam tertium conſul fuiſſet, C. Sentio. Q. Lucretio COSS. poſt annum XIII. quam Juliam* (de qua ſupra p. 376. C.) *deduxerat, Virginem quoque in agro Lucullano collectam, Romam perduxit: dies quo primum in urbe reſponderit, V. Idus Junias invenitur. Virgo appellata eſt, quod quærentibus aquam militibus, puella virguncula venas quasdam monſtravit, quas ſecuti qui foderant, ingentem aquæ modum invenerunt. Ædicula fonti appoſita hanc originem pictura oſtendit.* Alia notatio nominis apud Plinium XXXI. 3. *M. Agrippa & Virginem adduxit ab octavi lapidis diverticulo duobus millibus paſſuum, Prænestina via. Juxta eſt Herculaneus rivus, quem refugiens, virginis nomen obtinuit.* Caſſiodorus VII. variarum Epiſt. 6. *Currit aqua Virgo ſub delectatione puriſſima, quæ ideo ſic appellata creditur, quod nullis ſordibus polluatur. Nam cum aliæ pluviarum*

A.U.C.735 S. Sentio & Q. Lucretio COSS.

Aquam, quæ Virgo vocabatur, propriis sumptibus in urbem adduxit, Augustamque nominavit. Quod ita gratum fuit Augusto, ut inopia aliquando vini existente, quum vehementer queritaretur populus, satis provisum diceret esse ab Agrippa, ne quis eorum siti periret.

ἰδίοις τέλεσιν ἐσαγαγὼν, [114] Αὔγουσον προσηγόρευσε. καὶ οὕτω γε ἐκεῖνος ἐπ' αὐτῷ ἔχαιρεν, ὥστε [115] σπανιότητός ποτε οἴνου γενομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων δεινὰ διαβοώντων, ἱκανώτατα ἔφη τὸν Ἀγρίππαν προνενοηκέναι, ὥστε μὴ δίψῃ ποτὲ αὐτοὺς ἀπολέσθαι. 529

12. His moribus Agrippa fuit. At vero alii quidam, qui nequaquam tantas res gessissent, sed tantum vel latrones cepissent, vel seditiones urbium pacassent, triumphum ausi sunt petere, impetratumque duxere. Nam & triumphos initio nonnullis liberaliter concessit Augustus, & publicæ sepulturæ honore plurimos mactavit. Igitur tunc illi his honoribus adeptis superbiebant. Cæterum Agrippam ad imperium quodammodo Augustus provexit. Quum enim rempublicam exquisita videret cura indigere, insidiasque, ceu fieri solet in negotiis hujusmodi, metueret, contra quas sane parum præsidii sibi futurum putabat in thorace, quem frequenter, etiam ipsum in senatum veniens, sub veste gestabat: primum in aliud quinquennium sibi principatum prorogavit, quum jam decennium esset in exitu: (id enim agebat, P. jam, & Cn. Lentulis consulibus:) deinde Agrippæ cum alia fere eadem quæ sibi, tum tribunitiam potestatem itidem ad quinquennium dedit. Tot enim ipsis annos tunc sufficere dicebat. Quippe non multo post duplum spacium imperatoriæ potestatis accepit, ut rursus decem anni fierent.

A.U.C.736 P. & Cn. Lentulis COSS.

Τοιοῦτος μὲν δὴ ὗτος ὁ ἀνὴρ ἦν. τῶν δὲ δὴ ἄλλων τινὲς, οὐχ ὅτι τὰ αὐτὰ ἰ ὧδε πράσσοντες, ἀλλ' οἱ μὲν, λῃσὰς συλλαμβάνοντες, οἱ δὲ, πόλεις σασιαζούσας καταλλάσσοντες, καὶ ἐπωρέγοντο τῶν νικητηρίων, [116] καὶ ἔπεμπον αὐτά. ὁ γὰρ Αὔγουστος καὶ ταῦτα ἀφθόνως τισὶ τήν γε πρώτην ἐχαρίζετο, καὶ [117] δημοσίαις ταφαῖς πλείστους ὅσους ἐτίμα. τοιγαροῦν ἐκεῖνοι μὲν ἐν τούτοις ἐλαμπρύνοντο· ὁ δὲ Ἀγρίππας ἐς τὴν αὐτοκρατορίαν τρόπον τινὰ ὑπ' αὐτοῦ προήχθη. ὁ γὰρ Αὔγουστος, ὡς τά τε κοινὰ θεραπείας ἀκριβοῦς ἐδεῖτο, καὶ ἐδεδίει μὴ, οἷα ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ συμβαίνειν, ἐπιβουλευθῇ, (βραχὺ γάρ τι καὶ σμικρὸν [118] τὸν θώρακα, ὃν ὑπὸ τῇ στολῇ πολλάκις καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον ἐσιὼν εἶχεν, ἐπικουρήσειν οἱ ἐνόμιζε) πρῶτον μὲν αὐτὸς [119] πέντε τῆς προστασίας ἔτη, ἐπειδήπερ ὁ δεκέτης χρόνος ἐξήκων ἦν, προσέθετο· (ταῦτα γὰρ Ποπλίου τε καὶ Γναίου Λεντούλου ὑπατευόντων ἐγένετο) ἔπειτα δὲ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ἄλλα τε ἐξ ἴσου πῃ ἑαυτῷ, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν [120] ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον ἔδωκε. τοσαῦτα γὰρ σφίσιν [ii] ἔτι τότε ἐπαρκέσειν ἔφη. ὕστερον γὰρ οὐ πολλῷ καὶ [k] τὰ πολλὰ τῆς αὐτοκράτορος ἡγεμονείας ἔλαβεν, ὥστε αὐτὰ δέκα αὖθις γενέσθαι.

13. His actis, senatorum delectum instituit: quorum ut magnus etiamnum ei numerus esse videbatur, ita plerosque intelligebat nullius esse pretii; & non tantum malitia quadam infamibus sed adulatoribus etiam apertis infensus erat. Et quoniam neque ultro quisquam, sicut antea factum fuerat, dignitate senatoria cedebat, neque Augustus solus culpam sustinere volebat: triginta viros optimos (tales enim se delecturum jurejurando affirmarat) ex omnibus elegit: eos sacramento prius eodem adactos jussit, præteritis cognatis, quinos deligere tabellis inscriptos: ac deinde hos quinos iterum sorti commisit, ut ex iis

Πράξας δὲ ταῦτα, [121] τὸ βουλευτικὸν ἐξήτασε. πολλοί τε γὰρ καὶ ὡς ἐδόκουν αὐτῷ εἶναι, πλήθει δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἑώρα, καὶ διὰ [l] μίσους οὐχ ὅτι τοὺς κακίᾳ τινὶ ἐπιρρήτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κολακείᾳ ἐκφανεῖς, ἐποιεῖτο. καὶ ἐπειδὴ μήτε τις ἑκὼν ὥσπερ [122] πρότερον ἀπηλλάττετο, μήτ' οὖν μόνος ἐν αἰτίᾳ τινὶ γενέσθαι ἐβούλετο, αὐτός τε τριάκοντα ἄνδρας τοὺς ἀρίστους (ὅπερ πω καὶ ὅρκῳ ἐπισώσατο) ἐξελέξατο, καὶ ἐκείνους ἐκέλευσε προομόσαντας τὸν αὐτὸν ὅρκον, καθ' ἓν πέντε, πλὴν τῶν συγγενῶν, ἐς πινάκια γράψαντας ἐλέσθαι. καὶ μετὰ τοῦτο τὰς [m] πεμπάδας ἐκλήρωσεν· ὥσθ' ἕνα καθ' ἑκάστην

[i] ὕλῳ. τούτῳ scr. [ii] ἔτι. an ἔτη? [k] τὰ πολλά. non crediderim hoc a Dione scriptum, sed corruptum a librario, qui præcedens ἐν πολλῷ adhuc in mente habebat. an τὰ διπλᾶ? vide p. 506. E. mox ἡγεμονέας, HS. L. ἡγεμονίας, RS. [l] διὰ μίσους. διαμίσους, RS. emendavit X. ejusque emendationem receperunt HS. & L. ita legit & Leon. *haveva in odio.* [m] πεμπάδας. sic & p. 530. A. πεντάδας, L. marg. sed & illud satis probum est.

viarum nimietate, terrena commixtione violentur, hæc aërem perpetuo serenum purissime labens unda mentitur. Merito sententiam Frontini præfert V. C. Jo. Polenus in notis ad illum elaboratissimis, & Joh. Chifletius diatriba in veterem gemmam annularem, qua aquæ Virginis a M. Agrippa deductæ memoria continetur. Antwerp. 1666. 4to & T. IV. Thesauri Græviani p. 1788.

§ 114. (l. 3.) Αὔγουστον προσηγόρευσε] Augustam aquam a Virgine, perinde ut Juliam diserte distinguit Frontinus, cui adde Raph. Fabrettum Diss. III. de aquis & aquæductibus T. IV. Thesauri Græviani p. 1771. sq.

§ 115. (l. 5.) σπανιότητός ποτε οἴνου] Sueton. c. 42. *Querentem de inopia & caritate vini populum severissima Augustus coërcuit voce, satis provisum a genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitirent.*

§ 116. (l. 13.) καὶ ἔπεμπον αὐτά] Ut M. Valerius Messala Corvinus ex Gallia, Sex. Appulejus ex Hispania, L. Sempronius Atratinus & L. Cornelius Balbus ex Africa. vide Onufrii & Sigonii Commentaria ad fastos & triumphos Romanorum ad prima Augusti tempora. Postea autem plane hoc privatis negatum, & triumphalia tantum ornamenta concessa illis qui rem præclare gessissent. Triumphus ipse solis Cæsarum filiis, atque si vellent eo uti, servatus Imperatoribus.

§ 117. (l. 15.) δημοσίαις ταφαῖς] De funeris publici honore apud Romanos viris & fœminis illustribus tributo, videndus Jo. Kirchmannus lib. I. de Funeribus Rom. c. 4. Lipsius & Ryckius ad Taciti IV. 15. Annal. maxime vero Jac. Gutherius lib. II. de jure manium c. 1. sq. T. XII. Thesauri Græviani p. 1161. sqq. δημοσίαν ἐκφοράν vocat Dio p. 621. C. ubi de Livia: δημοσίαν ταφήν p. 639. B. & 648. B. ubi de Tiberio Imperatore & Drusilla, p. 337. B. ubi de Attia, & p. 633. D. ubi de L. Pisone: δημοσίᾳ θάπτειν p. 376. D. ubi de Sphæro δημόσιον πένθος p. 546 B. πολλούς γε τῶν τελευτώντων καὶ ἀνδριάσι καὶ δημοσίαις ταφαῖς ἐτίμα p. 617. C. δημοσίᾳ θάψαι p. 517. D. ubi de Marcello, 683. D. ubi de M. Vinicio.

σην τὸν λαχόντα, αὐτόν τε βουλεῦσαι, καὶ ἑτέρους πέντε ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐγγράψαι. ἔδει που καὶ τριάκοντα ἔν τε τοῖς αἱρουμένοις ὑφ' ἑτέρων καὶ ἐν τοῖς κληρουμένοις γενέσθαι. ἐπειδή τέ τινες αὐτῶν ἀπεδήμουν, ἄλλοι ἀντ' ἐκείνων λαχόντες, τὰ ἐπιβάλλοντα σφίσιν ἔπραξαν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ταῦθ' οὕτως ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ ἐκακουργήθη τινά, οὔτε ἐπὶ τοῖς ταμίαις τὰ γραμματεῖα ἔτ' ἐποιήσατο, οὔτε ἔτι τῷ κλήρῳ τὰς πεμπάδας ἐπέτρεψεν, ἀλλ' αὐτός τε τὰ λοιπὰ ἀνελέξατο, καὶ αὐτὸς τοὺς ἐνδέοντας προσείλετο· ὥστε ἑξακοσίους τοὺς πάντας ἀποδειχθῆναι.

iis singuli sorte delecti non tantum ipsi in senatu essent, sed & præterea alios quinos iisdem conditionibus in senatum adscriberent. Ita fiebat, ut triginta senatores iidem & ab aliis electi & sorte ducti essent. Et quoniam horum nonnulli peregre aberant, eorum loco alii sorte ducti munus eligendi, quod absentibus debebatur, in se suscipiebant. Hæc primum per aliquot dies acta sunt. Post, quum mala fide quædam acta essent, non amplius quæstoribus tabulas credidit, neque sorti quinarias istas classes ulterius commisit: sed ipse reliquum delectum peregit, ipse eos, qui ad explendam senatorum summam deessent, elegit, donec onumerus sexcentorum senatorum compleretur. A.U.C.736 P. & Cn. Lentulis COSS.

Ἐβουλεύσατο μὲν γὰρ τριακοσίους αὐτοὺς [123] κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιῆσαι, καὶ πάνυ ἀγαπητὸν νομίζων εἶναι, τοσούτους ἀξίους τοῦ συνεδρίου σφῶν εὑρεθῆναι· δυσχερανάντων δὲ πάντων ὁμοίως, (τῷ γὰρ πολὺ πλείους τῶν ἐμμενούντων ἐν αὐτῷ τοὺς διαγραφησομένους ἔσεσθαι, φοβεῖσθαι μᾶλλον αὐτοὺς μὴ ἰδιωτεύσωσιν, ἢ προσδοκᾶν ὅτι καὶ βουλεύσουσι, συνέβαινε) τοὺς ἑξακοσίους καὶ ἐλέξατο. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦτο, ἐπειδή τινες οὐκ ἐπιτήδειοι καὶ τότε ἐγγεγραμμένοι ἦσαν, καὶ Λικίνιός τέ τις Ῥηγοῦλος, ἀγανακτήσας ὅτι τοῦ τε υἱέος καὶ ἄλλων πολλῶν, ὧν κρείσσων εἶναι ἠξίου, διειλεγμένων, ἀπαλήλιπτο, [124] τήν τε ἐσθῆτα ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ κατερρήξατο, καὶ τὸ σῶμα γυμνώσας, τάς τε στρατείας καταριθμήσατο, καὶ τὰς οὐλὰς προσεπέδειξε σφίσι· καὶ ᾿Αρτικυλήϊος Πέτος, ἐν μὲν τοῖς βουλεύουσιν ὤν, τῷ δὲ δὴ πατρὶ ἐκπεπωκότι παραχωρῆσαι τῆς βουλείας ἀξιῶν, ἱκέτευεν· ἐξετασμὸν [o] αὖθις ἐποιήσατο, καί τινας ἀπαλλάξας, ἄλλους ἀνταπελέξεν. ἐπειδή τε πολλοὶ καὶ ὡς διεγεγράφατο, καί τινες αὐτῶν αἰτίας (οἷα ἐν τῷ τοιούτῳ φιλεῖ συμβαίνειν) ὡς καὶ ἀδίκως ἀπεληλαμένοι, εἶχον· τότε γε αὐτοῖς καὶ [125] συνθεάσασθαι καὶ συνεσιάσασθαι τοῖς βουλεύουσι, τῇ αὐτῇ σκευῇ χρωμένοις, συνεχώρησε, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα τὰς ἀρχὰς αἰτεῖν ἐπέτρεψε. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν πλείους ἐπανῆλθον χρόνῳ ἐς τὸ συνέδριον, ὀλίγοι δέ τινες ἐν τῷ μέσῳ, μήτε τῆς γερουσίας μήτε τοῦ δήμου νομιζόμενοι, καταλείφθησαν.

14. Statuerat quidem trecentos tantum, secundum antiquam consuetudinem, constituere; abunde contentum se esse debere censens, si tot dignos senatu inter eos reperisset: sed omnibus hoc pariter ægre ferentibus, quod futurum erat hac ratione, uti plures senatu moverentur, quam in eo remanerent; majorque idcirco apud unumquemque metus amittendæ dignitatis, quam spes ejus retinendæ erat; sexcentos senatores delegit. Neque vero hic finem ejus rei fecit. Quia enim adhuc indigne nonnulli in senatum adscripti manserant, & Licinius quidam Regulus, deletum se ex albo patrum indignatus, quum filius ipsius, & multi alii, quibus se præstantiorem judicabat, in eum relati essent, in ipsa curia, veste lacerata, corpus denudabat, enumeratisque militiis suis, cicatrices ostentabat; & Articulejus Petus in senatum, ejecto patre, receptus orabat, ut patri loco cedere sibi liceret: his motus Augustus, denuo examen senatus instituit, & quibusdam exauctoratis, alios subrogavit. Quum sic quoque multi ordine senatorio moti essent, quorum nonnulli causas, ut fieri in hujusmodi rebus assolet, afferebant, cur inique ejecti essent: iis tum Augustus inter senatores eodem habitu convivia & spectacula frequentandi, ac deinceps magistratus petendi copiam fecit. Horum plerique postmodo in senatum denuo recepti sunt, pauci medio inter senatum ac populum loco reputati manserunt.

Τούτων

15. His

n ᾿Αρτικυλήϊος Πέτος. an ᾿Αυρουγκυλήϊος? Od. ᾿Αυρουνκουλήϊος Παῖτος legendum esse, conjicit Glandorpius Onomast. p. 154. & alium etiam Aurunculejum Pætum A. U. C. 853. cum Trajano COS. adducit, ad quem SC. Articulejanum mendose in Pandectis dictum referri debeat. at consul ille non *Aurunculejus*, sed constanter *Articulejus* in Fastis, & apud Gruterum XXXV. 2. Fabrettum p. 501. vide & Salmas. ad Spartiani Hadr. c. 3. sic & SCtum nusquam *Aurunculejanum* audit, sed *Articulejanum* perpetuo. *o* Αὖθις. addit V. b. σφῶν.

§ 118. (l. 22.) τὸν θώρακα] Lorica sub veste munitus, ferroque cinctus, decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Sueton. c. 35.

§ 119. (l. 24.) πέντε τῆς προσασίας ἔτη] Vide dicta ad p. 506. E.

§ 120. (l. 29.) ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον] Tribunitiam potestatem etiam in alterum quinquennium decretam Agrippæ, refert Dio infra p. 541. D.

§ 121. (l. 34.) τὸ βουλευτικὸν ἐξήτασε] De hac lectione Senatus, quam cum Agrippa Augustus suscepit, mentio apud Suetonium c. 35.

§ 122. (l. 39.) πρότερον] Prima lectione de qua supra p. 494. B. de tertia lectione dicetur p. 540.

§ 123. (l. 61.) καὶ τὸ ἀρχαῖον] Romulus primo centum patres sive senatores legit: deinde post reges exactos numerus senatorum primoribus equestris gradus allectis auctus est ad trecentorum summam, teste Livio lib. II. c. 1. & Festo in *Patres* & *Qui patres*. C. Gracchi deinde lege & Syllæ temporibus ultra sexcentesimum, Cæsaris & Antonii indulgentia ultra millesimum numerum excrevit. vide p. 237. B. 494. A.

§ 124. (l. 73.) τὴν ἐσθῆτα κατερρήξατο] De hoc more dolorem testandi & indignationem, dictum ad p. 150. D.

§ 125. (l. 83.) συνθεάσασθαι καὶ συνεσιάσασθαι] Vide quæ viri docti ad hæc Suetonii c. 35. *servavitque etiam excussantibus insigne vestis* (latum clavum calceosque lunatos) *& spectandi in Orchestra, epulandique publice jus.* De epulis publicis quibus senatores intererant, ut in epulo natalitio Augusti, p. 539. E. vel in cœna Diali in Capitolio, dictum ad p. 389. B. 354. C. In spectaculis publicis primus subselliorum ordo ex Augusti constitutione vacabat senatoribus. Sueton. c. 44. Cajo & Lucio Cæsaribus datum inter senatores θεᾶσθαι καὶ συνεσιᾶσθαι. infra p. 554. C.

A.U.C.736 P. & Cn. Lentulis COSS.

15. His ita actis, complures statim, multi deinde delati sunt, quod Augusto Agrippæque insidias struxissent, sive id crimen jure, sive injuria eis objectum fuerit. In hujusmodi namque rebus nemini præter eos, ad quos eæ spectant, certo quicquam cognoscere licet. Multa enim eorum, quæ imperator, quasi insidiis petitus, vel ipse, vel per senatum, supplicii exigendi causa facit, etiamsi fiant justissime, tamen in suspicione sunt per fraudem facta esse. Itaque mihi hujusmodi res omnes ita, ut vulgo feruntur, scribere in animo est, & nisi quid fuerit plane manifestum, præter ea quæ in vulgus nota sunt nihil curiosius scrutari, neque disputare, justene an secus ea acta, verene an falso memoriæ sint tradita: id quod de sequenti etiam scriptione nostra monendum duxi. Tum igitur Augustus nonnullis pœnam irrogavit. Lepidum autem, quum & aliis de causis odio haberet, & quia filius ejus, insidiarum ipsi structarum convictus, pœnas dederat, tamen interficere noluit, sed alio atque alio ignominiæ genere affecit. Nimirum ex agro in urbem vel invitum eum venire jussit, ac subinde in conventus publicos introduxit, ut propter potentiæ ac dignitatis in contrarium mutationem risui & ludibrio omnibus esset. Quumque alias nulla in re hominem, ceu alicujus pretii, adhiberet, tunc postremum ei dicendæ inter consulares sententiæ locum dedit. Nam cæterorum quidem sententias ordine convenienti rogabat, sed inter consulares alius ei primo loco, alius secundo, alius tertio, alius quarto, eodemque modo reliqui, prout ipsi visum esset, dicere sententias jubebantur. Eandem interrogandi rationem consules etiam sequebantur. Sic ergo tractare Lepidum solebat. Quumque Antistius Labeo Lepidum, quod viritim quisque in ea re judicium haberet, inter senatores retulisset, primum Augustus ei perjurium objecit, pœnamque minatus est: at quum is respondisset, non videri sibi rem indignam hanc a se factam, quod eum virum

Τούτων οὖν οὕτω γενομένων, συχνοὶ μὲν ἐυθὺς, συχνοὶ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο, καὶ ἐκείνῳ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ἐπιβουλεῦσαι, εἴτ' οὖν ἀληθῶς, εἴτε καὶ ψευδῶς, αἰτίαν ἔχον. οὐ γάρ ἐστιν ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα τοῖς ἔξω αὐτῶν δοῦσιν εἰδέναι. πολλὰ γὰρ ὧν ἂν ὁ κρατῶν πρὸς τιμωρίαν, ὡς καὶ p ἐπιβεβουλευμένος, ἤτοι δι' ἑαυτοῦ ἢ καὶ διὰ τῆς γερουσίας πράξῃ, ὑποπτεύεται, κατ' ἐπήρειαν, [126] κἂν ἐτιμάλισα q δικαιότατα συμβῇ, γεγονέναι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ γνώμην ἔχω περὶ πάντων τῶν τοιουτοτρόπων αὐτὰ τὰ λεγόμενα συγγράψαι, μηδὲν ὑπὲρ τὰ δεδημοσιευμένα, πλὴν τῶν πάνυ φανερῶν, μήτε πολυπραγμονῶν, μήθ' ὑπολέγων, μητ' εἰ δικαίως μήτ' εἰ ἀδίκως τι γέγονε, μήτ' εἰ ψευδῶς, μήτ' εἰ ἀληθῶς εἴρηται. καὶ τοῦτο μέν μοι καὶ καλὰ τῶν μετὰ ταῦτα γραφησομένων εἰρήσθω. ἐν δὲ δὴ τῷ τότε παρόντι ὁ Αὔγουστος r ἄλλους μέν τινας ἐδικαίωσε, τὸν δὲ δὴ Λέπιδον ἐμίσει μὲν, διά τε τἆλλα, καὶ [127] ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἐπεφώραλο ἐπιβουλεύων αὐτῷ, καὶ ἐκολάσθη· οὐ μέντοι καὶ ἀποκτεῖναι ἠθέλησεν, ἀλλ' ἐν τρόπῳ τινὶ ἄλλῳ ἄλλῳ προεπηλάκιζεν. ἔς τε γὰρ τὴν πόλιν καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἐκ τῶν ἀγρῶν κατιέναι ἐκέλευε, καὶ ἐς τὰς συνόδους ἀεὶ ἐσῆγεν, ὅπως ὅτι πλείστην καὶ χλευασίαν καὶ ὕβριν s πρός τε τὴν τῆς ἰσχύος καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀξιώσεως μεταβολὴν ὀφλισκάνῃ· καὶ ὅτε ἐς ἄλλο τι ὡς καὶ ἀξίῳ οἱ λόγου ἐχρῆτο, τότε δὲ καὶ τὴν ψῆφον ὑστάτῳ τῶν ὑπαλευκότων ἐπῆγε. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἐν τῇ καθηκούσῃ τάξει ἐπεψήφιζε· τῶν δ' ὑπαλευκότων πρῶτόν τέ τινα καὶ δεύτερον, τρίτον τε ἕτερον, καὶ τέταρτον, τούς τε λοιποὺς ὁμοίως, ὡς που καὶ βούλοιτο. καὶ τοῦτο καὶ οἱ ὕπαλοι ἐποίουν. οὕτω μὲν δὴ τὸν Λέπιδον μετεχειρίζετο· καὶ ἐπειδή γε Ἀντίστιος Λαβεὼν ἐς τοὺς βουλεύσοντας αὐτὸν, t ὅτι [128] ἰδίᾳ γνώμῃ ἐκείνῃ ἐγίγνετο, ἐσεγράψατο, πρῶτον μὲν [129] ἐπιωρκηκέναι τε αὐτὸν ἔφη, καὶ τιμωρήσεσθαι ἠπείλησεν· ἔπειτα δὲ εἰπόντος αὐτοῦ, καί τί δεινὸν πεποίηκα,

p ἐπιβεβουλευμένος. ἐπιβουλευόμενος, V.b. q δικαιότατα. δικαιόταλος, RS. qui ipse emendat, probantibus & recipientibus ceteris. r ἄλλους μέν. præmittit his Xiph: καὶ πολλοὺς ἠνάγκαζεν ἑαυτοὺς διαχρήσασθαι· (ἐν οἷς) καὶ Μουρήνας ὁ παῤῥησιασάμενός ποτε πρὸς αὐτόν. de quibus nihil apud Dionem. pergit: ἄλλους μὲν οὖν τινας ἐδίκασε καὶ τὸν Λεπίδου υἱόν. αὐτὸν δὲ τὸν Λέπιδον προεπηλάκισε μέν, ἔς τε τὴν πόλιν &c. sed Z. ad verbum cum Dione consentit. s πρός τε τὴν τῆς ἰσχύος. sic Xiph. quem secutus sum, quia vulgata lectio, πρός τε τῆς ἰσχύος tolerari nequit. idem non nominato Xiphilino ad marginem notaverat L. mox pro τότε δὲ, Robertus habet τοῖδε δὲ. t ὅτι ἰδίᾳ γνώμῃ ἐκείνῃ. præstat scribi, ὅτε ἰδίᾳ γνώμῃ ἐκείνου, L. ἐκεῖνο, Od. equidem intactis ceteris malui ἰδίᾳ scribere, & sententiam equidem credo cum illis Suetonii, *cum vir virum legeret.* vide. § 128.

§ 126. (l. 33.) κἂν ὁτιμάλισα δικαιότατα συμβῇ] Spectat huc dictum Domitiani apud Suetonium c. 21. *conditionem principum miserrimam*, ajentis, *quibus de conjuratione comperta non crederetur nisi occisis.* Idem Adriani dictum apud Vulcatium Gallican. in vita Avidii Cassii c. 2.

§ 127. (l. 45.) ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ] M Lepidus juvenis, forma quam mente melior, Lepidi triumviri filius, Junia Bruti sorore natus, interficiendi Augusti, simul post bellum Actiacum Alexandrinumque finitum in urbem revertisset, consilia inierat, mature oppressus a Mæcenate urbis custodiis præposito, ut narrat Vellejus II. 88. & meminere etiam Livii Epitome lib. 133. Suetonius c. 19. Seneca de brevitate vitæ c. 5. & lib. I. de clementia c. 9.

§ 128. (l. 63.) ὅτι ἰδίᾳ γνώμῃ ἐκείνῃ ἐγίγνετο] Horum verborum interpres optimus Suetonius c. 45. *Antistius Labeo senatus lectione, cum vir virum legeret, M. Lepidum, hostem olim ejus, & tunc exulantem legit: interrogatusque ab eo, an essent alii digniores, suum quemque judicium habere respondit.*

§ 129. (l. 64.) ἐπιωρκηκέναι] Perjurium objicit, quod in acta Augusti jurasset, & tamen hostem ejus in senatum legeret. Itaque respondit, non sibi visum hostem, quem ille Pontificem Maximum adhuc esse putaretur.

§ 130. (l. 70.) ἀξιούμενος] Oblatum etiam noluit accipere, quoniam superstite altero nefas id habebatur. Ita diserte p. 401. B. τὴν τοῦ Λεπίδου ἱερωσύνην διδομένην οἱ οὐκ ἔλαβεν, οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ζῶντά τινα ἀφελέσθαι. In mortui deinde locum successit, ut dicetur p. 540. E. vide & p. 594. C.

§ 131. (l. 81.) δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς] Inter leges ex integro sancitas ab Augusto, quibus ut IV. 12. 65. ait Florus *fluens sæculum gravibus severisque multis coercuit*, Suetonius c. 34. hanc de ambitu diserte memorat. Apud Julium Paulum lib. V. Sententiarum tit. 30. etiam gravior pœna reis ambitus ex lege Julia proponitur: *petiturus magistratum vel Provinciæ sacerdotium, si turbam suffragiorum causa conduxerit, servos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus ut vis publicæ reus in insulam deportator.* vide & infra p. 551. D.

πεποιηκα, καταρχὼν ἐν τῷ συνεδρίῳ ἄνδρα ὃν
" σὺ ἀρχιέρεων ἔτι καὶ νῦν πρεσβυτάτης ὄντα; οὐκ-
ἔτι οὐδεμίαν ὀργὴν ἐποιήσαμο. πολλάκις γὰρ
καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τῆς ἱερωσύνης ταύτης [230] ἀξιού-
D μενος, οὐκ ἐδικαίωσε ζῶντος τοῦ Λεπίδου λα-
βεῖν αὐτήν. Ἀντίστιος μὲν οὖν τοῦτό τε οὐκ ἄπο
καιροῦ εἰπεῖν ἔδοξε· καί ποτε λόγων ἐν τῇ βου-
λῇ [x] γιγνομένων, ὡς χρεὼν εἴη τὸν Αὔγου-
στον ἐκ διαδοχῆς [y] φρουρεῖν σφᾶς, ἔφη, μήτ' [75]
ἀνασείπειν τολμῶν, μήτε συγκαθέδεσθαι [z] ὑπο-
μένων, " ὅτι, Ῥέγκω, καὶ οὐ δύναμαι αὐ-
" τοῦ προκοιτῆσαι. "

Ὁ δ' οὖν Αὔγουστος ἄλλα τε ἐνομοθέτησε, [80]
καὶ τοὺς [131] δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς
E ἐς πέντε ἔτη ἀπῶν [a] εἶρξε. τοῖς τε ἀγάμοις
καὶ ταῖς ἀνάνδροις [132] βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια ἐπέ-
ταξε· καὶ [133] ἔμπαλιν τοῦ τε γάμου καὶ τῆς
παιδοποιΐας ἆθλα ἔθηκεν. ἐπειδή τε πολὺ [85]
πλεῖον τὸ ἄρρεν [134] τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν,
ἐπέτρεψε καὶ ἐξελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, [135] πλὴν
τῶν βουλευόντων, ἄγεσθαι· ἔννομον τὴν τεκνοποιΐαν
αὐτῶν εἶναι κελεύσας. καὶν τούτῳ καταβοήσεως
ἐν τῷ συνεδρίῳ, περί τε τῆς τῶν γυναικῶν καὶ [90]
532 περὶ τῆς τῶν νεανίσκων ἀκοσμίας, πρὸς ἀπολο-
γίαν δή τινα τοῦ μὴ ῥᾳδίως δι' αὐτὴν τὰς τῶν
γάμων συναλλαγὰς ποιεῖσθαι, γενομένης, καὶ
ἐναγόντων αὐτὸν καὶ ἐκείνην ἐπανορθῶσαι, χλευα-
σμῷ ὅτι πολλαῖς γυναιξὶν [b] ἐχρῆτο· τὸ μὲν [95]
πρῶτον ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, ὅτι τὰ μὲν ἀναγκαιό-
τατα διώρισαι, τὰ δὲ λοιπὰ ἀδύνατόν ἐστιν ὁμοίως
παραδοθῆναι. ἔπειτα δὲ ἐκβιασθεὶς εἶπεν ὅτι,
" αὐτοὶ ὀφείλετε ταῖς γαμεταῖς καὶ παραινεῖν καὶ
" κελεύειν ὅσα βούλεσθε· ὅπερ που καὶ ἐγὼ
B " ποιῶ. " Ἀκούσαντες οὖν ταῦτα ἐκεῖνοι, πολλῷ [1]
μᾶλλον ἐνέκειντο αὐτῷ, βουλόμενοι τὰς παραινέσεις,
ἃς τῇ Λιουΐᾳ παραινεῖν ἔφη, μαθεῖν. καὶ
ὃς, ἄκων μέν, εἶπε δ' οὖν τινα καὶ [136] περὶ
τῆς ἐσθῆτος, καὶ περὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, [5]
[137] τῶν τε ἐξόδων καὶ τῆς σωφροσύνης αὐτῶν·
μηδ' ὁτιοῦν φρονήσας, ὅτι μὴ καὶ τῷ ἔργῳ
αὐτὰ ἐπισοῦτο. καὶ ἕτερον δέ τι τοιόνδε [138] τι-
μητεύων

rum in ſenatu retinuiſſet, quem ipſe Auguſtus adhuc patereturem eſſe pontificem maximum, iram omnem Auguſtus remiſit. Nam cum ei ſæpius & privatim & publice ſacerdotium hoc offerretur, non cenſuit tamen id vivo Lepido occupandum. Hoc itaque dictum Antiſtii haud importune prolatum eſſe videbatur, ſicut ne illud quidem, quum in ſenatu mentio facta eſſet, convenire ut Auguſtum ipſi per ordinem ſinguli cuſtodirent: nam neque contradicere auſus, neque aſſentiri ſuſtinens, " Equidem, „ inquit, " ſtertens ronchos ducere ſoleo, nec ante cubiculum ipſius excubias agere propterea poſſum. „ A.U.C. 736 P. & Cn. Lentulis COSS.

16. Inter alia ab Auguſto tum ſtatuta, hæc quoque fuerunt: quod eos, qui largitionibus factis magiſtratum aliquem ambiiſſent, quinquennium ab iis arcuit: graviorem multam innuptis utriusque ſexus impoſuit, contraque nuptiarum & multitudinis liberorum præmia conſtituit: ac quoniam plures erant mares ingenui quam feminæ, liberum fecit, ut qui vellent, (modo ne ſenatores eſſent) libertinas etiam ducere poſſent, eorumque liberos legitimos eſſe juſſit. Interim quum in ſenatu de mulierum ac juvenum intemperantia occlamaretur, quæ videlicet cauſa eſſet, quo minus facile matrimonia contraherentur; contenderentque ab eo, ut huic quoque emendationem adhiberet rei: (quo ipſo eum tacite ſubſannabant, quod cum multis mulieribus rem haberet:) primum reſpondit, quæ maxime eſſent neceſſaria, ea ſe conſtituiſſe, reliqua autem eodem modo determinari nequaquam poſſe: deinde vehementer inſtantibus dixit, debere ipſos ea, quæ vellent, conjugibus ſuis præcipere easque admonere; quemadmodum ipſe faceret. His auditis, multo magis inſtare ſenatores, ut diſcerent, quænam eſſent eæ admonitiones, quibus ſe ad Liviam ſuam uti dixiſſet. Itaque Auguſtus, etſi perinvitus, nonnulla de veſtitu, ac reliquo mundo muliebri, de progreſſu in publicum & modeſtia mulierum retulit, nihil curans quod re ipſa fidem

u σὺ ἀρχιέρεων. ſic RS. ceteri male *ἀρχιερέων.* Leunclavio magis probatur *ἀρχιερέα*, quanquam & aliam lectionem proponit, *σὺ τῶν ἀρχιερέων.* ſane *ἀρχιερέα* eſt & apud Xiph. ſed *ἀρχιέρεων* recte defendendum putavit RS. quoniam *ἀρχιέρεως* pro *ἀρχιερεὺς* dicatur. & ſic alibi Dio p. 541. C. D. &c. fruſtra id negante Leunclavio, fruſtra etiam *ἀρχιερέα* reſcribendum hic & infra contendente Jo. Andr. Boſio de Pontif. M. cap. 6. § 3. 6. Tom. V. Theſ Græv. p. 261. ſq. ut alios taceam. *x γιγνομένων. γενομένων*, Xiph. *y φρουρεῖν σφᾶς.* ordo apud Xiph. ſenſui aptior: *σφᾶς φρουρεῖν.* *z ὑπομένων*, addit Xiph. (*ἦν γὰρ τῶν γενναιοτέρων*). *a εἶρξε.* ſic Z. p. 536. B. *εἶργεθαι.* minus bene vulgo, *εἶρξε.* *b ἐχρῆτο. ἅτε πολλαῖς μὲν αὐτὸς συγγινόμενος, τῇ δὲ Λιβίᾳ, ὡς φασιν, ὑποκείμενος, καὶ αὐτὴν δὲ ταύτην ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς γήμας.* Xiph. quæ huc translata ſunt ex aliis locis.

§ 132. (l. 83.) *βαρύτερα τὰ ἐπίτιμια*] Infra p. 576. D. 549. D. Adeundus omnino Lipſius excurſu C. ad librum tertium Annalium Taciti, & Torrentius ad Sueton. c. 34. & peculiari de lege Julia & Papia commentario ad Horatii calcem.

§ 133. (l. 84.) *ἔμπαλιν*] Poſt ſimilem Julii Cæſaris conſtitutionem. vide ſis Jurisconſultiſſimi Viri Joannis Gottlieb Heineccii elaboratiſſ. in legem Juliam Commentarium p. 41.

§ 134. (l. 86.) *τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς*] Non de patriciis, ſed univerſe de ingenuis, hoc loco & infra p. 577. A. Dioni, & qui eum expreſſit Zonaræ, eſſe ſermonem, probe obſervavit Barnabas Briſſonius de jure Connubiorum p. 22. ſq. & Lipſius l. c.

§ 135. (l. 87.) *πλὴν τῶν βουλευόντων*] In Digeſtis lib. XXIII. tit. 2. de ritu nuptiarum l. 23. Celſus: *lege Papia cavetur, omnibus ingenuis, præter Senatores eorumque liberos, libertinam uxorem habere licere.* & l. 44. Paulus: *Lege Julia ita cavetur: qui Senator eſt, quive filius, neposve ex filio, proneposve ex filio nato, cujus eorum eſt, erit: ne quis eorum ſponſam uxoremve ſciens dolo malo habeto libertinam, aut eam quæ ipſa, cujusve pater, materve, artem ludicram facit, fecerit, ſponſa nuptave ſciens dolo malo eſto, neve quis eorum dolo malo ſciens ſponſam uxoremve eam habeto.* & l. 49. Marcellus: *obſervandum eſt, ut inferioris gradus homines* (non Senatorii) *ducant uxores eas* (libertinas) *quas hi, qui altioris dignitatis ſunt, ducere legibus propter dignitatem prohibentur.*

§ 136. (l. 4.) *περὶ τῆς ἐσθῆτος*] Hæc eſt lex Auguſti *ſumtuaria*, quam memorat Suetonius c. 34.

§ 137. (l. 6.) *τῶν τε ἐξόδων καὶ τῆς σωφροσύνης αὐτῶν*] Hæc eſt lex eidem memorata Suetonio, de *adulteriis & de pudicitia*, ubi Torrentium ſi placet vide. *ἐξόδους γυναικείας*, intelligit, quando ad alias inviſunt mulieres, & a ſe exeunt.

§ 138. (l. 8.) *τιμητεύων*] Licet cenſoris titulo abſtinens, tamen morum legumque regimen in ſe ſuſceperat. vide ad p. 521. C. 527. E.

A.U.C. 736 P. & Cn. Lentulis COSS.

fidem dictis non faceret. In censura quum adduceretur ad ipsum adolescens, qui mulierem, cum qua adulterii consuetudinem habuisset, uxorem duxerat, essetque multis accusatus; diu anceps hæsit, quum neque connivere ad eam rem, neque pœnam irrogare auderet: tandem colligens sese, " Bella, „ inquit, civilia " multa nobis mala attulerunt: ea oblivioni demus, idque curemus, ne quid simile in posterum fiat. „ Quum & infantes nonnulli sibi desponsarent, & præmia quidem ferrent maritorum, officium non præstarent, edixit, ne qua pactio nuptialis rata esset, ubi ultra biennium nuptiæ differrentur: id est, ut omnino ea decem annos nata esset, quam despondere aliquis, & ob quam præmia percipere vellet. Puellæ enim, ut diximus, post duodecimum annum exactum, nubiles habentur.

μηδεύων ἐπεποιήκει. ἐπειδὴ γὰρ προσήγαγέ τις αὐτῷ νεανίσκον, γυναῖκα ἐκ μοιχείας γεγαμηκότα, καὶ πλεῖστα ὅσα καταγόρησεν αὐτοῦ, διεπορήθη, μήτε παριδεῖν τὸ πρᾶγμα, μήτε ἐπιτιμῆσαί τι τολμήσας. καὶ μάλιστά πως ὀφὲ ἀνενεγκών, " πολλὰ, ἔφη, καὶ δειναὶ αἱ σάσεις ἤνεγκαν· ὥστε ἐκείνων μὲν ἀμνημονῶμεν, " τοῦ δὲ δὴ λοιποῦ προνοῶμεν, ὅπως μηδὲν " τοιοῦτον γίγνηται. „ ὡς δ' οὖν [139] βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι, [140] τὰς μὲν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μεθ' ἣν [141] οὐδὲ [c] δυοῖν ἐτοῖν διελθόντων γαμήσει τις. τουτέστι, δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι τόν γέ τι ἀπ' αὐτῆς ἀπολαύσοντα. [142] δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη, καθάπερ εἶπον, νομίζεται.

17. Præterea instituit, ut ad distribuendam annonam magistratus singuli singulos ex iis, qui ante triennium præturam gessissent, proderent: ex quibus quatuor sorte delecti, frumento dividundo vacarent ordine: ut unus semper præfectus urbis, feriarum latinarum causa, constitueretur: & quia jam vetustate libri Sibyllini exolescebant, pontificibus negotium dedit, ut sua manu eos describerent, ne quis alius eos legeret: omnibus, qui quadringenta sestertia possiderent, & quibus magistratus gerere per leges liceret, eorum petendorum potestatem dedit. Hunc enim primo censum senatorium constituerat,

ſtra fuit, "Agedum," inquit, "profer omnia pocula, quæ hujus generis, aut alioquin pretioſa habes, ut iis utar. Allata omnia confringi juſſit. Quod viſum etſi indigne ferebat Vedius, quia tamen neque propter unicum poculum, reſpectu tantæ eorum, quæ perierant, multitudinis, amplius iraſci, neque pœnas ejus rei, quam & Auguſtus feciſſet, a ſervo exigere poterat, vel invitus conquievit. Ejusmodi Pollio vir ingenio, tunc omortuus, multa multis legavit; Auguſto autem magnam hæreditatis partem, & Pauſilypum, villam inter Neapolim & Puteolos ſitam, reliquit; populoque ſplendidum aliquod opus exſtrui juſſit. Ejus operis faciendi ſpecie, re ipſa autem, ne quod Vedii in urbe extaret monumentum, ædes Pollionis funditus evertit Auguſtus: porticuque ibi circumducta, non Pollionis, ſed Liviæ nomen inſcripſit. Sed hæc poſterioribus temporibus facta ſunt. Tum vero multas in Galliam & Hiſpaniam colonias deduxit: Cyzicenis libertatem reſtituit: Paphiis terræ motu afflictis pecunias largitus eſt, ac permiſit, ut ex ſenatusconſulto urbem Auguſtam nominarent. Quod non ideo a me refertur, quaſi non aliis quoque urbibus multis, & prius, & poſtea, in ſimili infortunio, Auguſtus ac ſenatores auxilium tulerint; quas ſi quis omnes enumerare velit, infinitum ſcribendi opus ſuſciperet: ſed quod cognomina etiam urbibus honoris cauſa ſenatus impoſuit: aliter ac modo fit, quum plerumque ſingulæ ſeriem ſibi, quam voluerint, nominum conficiunt.

24. Anno ſequenti, M. Craſſus & Cn. Cornelius conſulatum geſſerunt: at ædiles curules, quia aves eis non addixerant, quum ſe magiſtratu abdicaſſent, eundem rurſus aliis comitiis contra

A.U.C.739 M. Druſo & L. Piſone COSS.

A.U.C.740 M. Craſſo & Cn. Lentulo COSS.

i ἐκέλευσεν. addit Z. p. 537. A. εἰπὼν, Ἵνα μὴ διὰ τούτους πολλοὺς ἄνθρωπος. πον, RS. & Xiph. quod emendavit X. perſuaſitque ceteris ut τὸ Dioni vindicarent. *k* τὸ Παυσίλυπον. τὸν Παυσίλυπον. eſt iterum exemplum librarii, per confuſionem, vocis ſequentis κελεύσας terminationem præcedenti commodantis. *l* οἰκοδομηθῆναι. οἰκοδομήσας, V. a. *m* περίστῳον. ſic ſcripſi cum Xiph. & Suida, cum vulgo legatur περιστῶον, & neſcio annon utrique præferenda ſit ſcriptio περίστοον, quæ apud alios invenitur. *n* οὐχ ὅτι καὶ. lego, οὐχ ὅτι μὴ καὶ, X.

Diſce tamen, veniens ætas, ubi Livia nunc eſt
Porticus, immenſæ tecta fuiſſe domus.

Vide Carolum Neapolim ad illum locum.

§ 194. (l. 70.) συχνὰς ἀπῴκισε] Coloniarum in Africa, Sicilia, Chalcedonia, utraque Hiſpania, Gallia & Italia ab Auguſto deductarum, quæ ipſo vivo celeberrimæ & frequentiſſimæ fuerunt, mentio in lapide Ancyrano. Nomina illarum vide apud Onufrium Panvinium in Imperio Rom. c. 21. T. I. Theſauri Græviani p. 437. ſq.

§ 195. (l. 71.) ἐλευθερίαν ἀπέδωκε] De ademta ab Auguſto Cyzicenis libertate, dixerat Dio p. 525. E. Iterum deinde erepta a Tiberio. p. 619. D. Ante ademtam primum ab Auguſto, Strabo de Cyzico hac inſula, & civitate ejusdem nominis, lib. XII. p. 576. Ῥωμαῖοι δ' ἐτίμησαν τὴν πόλιν, καὶ ἔστιν ἐλευθέρα μέχρι νῦν. Scripſit hæc igitur Strabo ante annum Tiberii duodecimum, ut recte Lipſius ad Taciti IV. 36. Joannes Valens, qui civitates αὐτονόμους & ἐλευθέρας ex numis plures recenſet ad calcem Numismatum Græcorum, quæ in honorem imperatorum cuderunt populi Romanæ ditionis Græce loquentes, obſervat p. 214. per αὐτονομίαν illis permiſſum fuiſſe, propriis uti legibus, per ἐλευθερίαν autem datam quoque immunitatem a pendendis tributis quibuscunque.

§ 196. (l. 71.) Παφίοις] Terræ motibus ſæpe vexatam Paphum, notat Seneca Epiſt. 91. *Cyprum quoties vaſtavit hæc clades, quoties in ſe Paphus corruit?* Adde Meurſium lib. I. de Cypro, c. 18. qui Proconſulem Romanum in illa urbe ſedem ſuam habuiſſe obſervat, ex Actor. XIII. 6. 7.

§ 197. (l. 73.) Αὐγουσαν] Civitates quam plurimæ in honorem Auguſti dictæ Auguſtæ, quod vel illas condiderit, vel inſtauraverit, vel inſignibus mactaverit beneficiis, vel frequentaverit colonis, ut Auguſtam Salaſſorum, ſupra p. 514. A.

§ 198. (l. 73.) καὶ δόγμα] Male hæc verba apud laudatum Meurſium redduntur, *per edictum:* diſerte enim, appellationes hujuscemodi a ſenatu civitatibus honoris cauſſa conceſſas, mox Dio annotat. ἡ γερουσία τὰς ἐπωνυμίας ἐν μέρει τιμῆς ἔνεμε. Itaque recte Leunclavius *ex Senatus conſulto.*

§ 199. (l. 81.) καλαλόγους ὀνομάτων] Perſtringit Dio ambitionem civitatum, qua ſeſe efferebant, non ſingulas appellationes, ſed plures etiam cumulatas, atque integram ſeriem atque catalogum nominum adſciscendo, ut Samoſata in numo dicitur, ἱερὰ, ἄσυλος, αὐτόνομος, μητρόπολις Κομμαγήνης. Dora Phœniciæ ἱερὰ, ἄσυλος, αὐτόνομος, ναυαρχίς. Sic aliæ veniunt nomine Juliæ, Cæſareæ, Σεβαστῆς, ſive Auguſtæ, Felicis, Neocoræ, Primæ &c. quorum exempla multa apud Valentem libro laudato.

§ 200. (l. 85.) ἐξαισίων σφίσι τῶν ὀρνίθων] Ex hoc loco patet, auguria, juraque augurum integra relicta hactenus fuiſſe ab Auguſto. Poterant autem augures decernere, ſi infauſtum auſpicium ſervatum de cœlo fuiſſet, ut recens electi, etiam Conſules, ut Cicero lib. II. de legibus c. 12. teſtatur, magiſtratu ſe abdicarent. Comitiis tributis, non centuriatis, creatos ædiles curules, a Nic. Gruchio & aliis pulchre annotatum eſt. Novis autem comitiis eosdem, qui ſe abdicare fuerant per religionem coacti, iterum poſſe eligi, juri erat augurali adverſum, atque ad illud eludendum ſpectabat.

A.U.C.740 M.Crasso & Cn.Lentulo COSS.

tra majorum instituta susceperunt. Pauli porticus incendio absumpta est, ignisque ab ea ad Vestæ usque grassatus, ita ut sacra a reliquis Vestalibus (nam earum summa sacerdos cœcitatem contraxerat) in palatium sint deportata, & in domo flaminis dialis reposita. Hæc postea porticus specie quidem ab Æmilio, ad quem primi conditoris genus reciderat, re autem ab Augusto & Pauli amicis restaurata est. Tunc vero Pannonii rebellantes, denuo subjugati sunt: Ligures etiam Comati, qui Alpes maritimas liberi adhuc coluerant, in servitutem redacti sunt: res quoque in Bosporo Cimmerio ad defectionem spectantes, pacatæ. Nam Scribonius quidam, Mithridatis se nepotem esse, sibique id regnum, Asandro mortuo, ab Augusto traditum perhibens, uxorem Asandri Dynamin, cui a marito regnum fuerat relictum, filiam eam Pharnacis, neptem Mithridatis, in matrimonium duxerat, Bosporumque occupaverat. Agrippa, re audita, Polemonem Ponti ejus, qui est ad Cappadociam situs, regem, misit, ut ei bellum faceret: isque Scribonium superstitem non invenit, (fraude enim ejus cognita Bosporani jam necaverant hominem) resistentes autem Bosporanos, quod metuebant, ne is rex ipsis constitueretur, prælio vicit, neque tamen eos subegit. Quum vero Agrippa contra ipsos exercitum adducens, Sinopen pervenisset, armis demum positis Polemoni traditi sunt: conjuxque Dynamis eidem data, Augusto nimirum id probante. Ob hæc supplicatio Agrippæ nomine fuit, neque tamen is triumphum, etsi decretum sibi, duxit: sicut neque omnino quicquam de his rebus gestis ad senatum perscripserat. Cujus exemplum pro lege quadam acceptum posteriores imitati, ne ipsi quidem senatum per literas de re gesta certiorem fecerunt, neque triumphum acceperunt:

παλῃῶν ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀνέλαβον. [201] ἥ τε σοὰ ἡ ὁ Παύλειος ἐκαύθη, καὶ τὸ πῦρ ἀπ' αὐλῆς πρὸς τὸ Ἐσιᾶιον ἀφίκετο, [202] ὥστε καὶ τὰ ἱερὰ ἔς τε τὸ παλαιότιον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀειπαρθένων (ἡ γὰρ πρεσβεύουσα αὐλῶν ἐτεθύφλωτο) ἀνακομισθῆναι, καὶ ἐς τὴν [203] τοῦ ἱερέως τοῦ Διὸς οἰκίαν τεθῆναι. ἡ μὲν οὖν σοὰ μετὰ τοῦτο, ὀνόματι μὲν, ὑπὸ Ἀιμιλίου, ἐς ὃν τὸ τοῦ ποιήσαντος πότε αὐτὴν γένος ἐληλύθει, τῷ δὲ ἔργῳ, ὑπ' Αὐγούστου καὶ ὑπὸ τῶν τοῦ Παύλου φίλων ᾠκοδομήθη. τότε δὲ οἵ τε [204] Παννόνιοι νεωτερίσαντες, αὖθις ἐχειρώθησαν, καὶ αἱ Ἄλπεις αἱ [p] παραθαλάσσιοι, ὑπὸ [205] Λιγύων τῶν Κομήτων καλουμένων ἐλευθέρως ἔτι καὶ τότε νεμόμεναι, ἐδουλώθησαν· τά τε [206] ἐν τῷ Βοσπόρῳ τῷ Κιμμερίῳ νεοχμώσαντα καθέσῃ. [207] Σκριβώνιός γάρ τις, τοῦ τε Μιθριδάτου ἔγγονος εἶναι, καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου τὴν βασιλείαν, ἐπειδήπερ ὁ Ἄσανδρος ἐτεθνήκει, λέγων εἰληφέναι, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Δύναμίν τε καλουμένην, καὶ τὴν [q] ἀρχὴν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιτεθραμμένην, ἣ τοῦ τε Φαρνάκου θυγάτηρ καὶ τοῦ Μιθριδάτου ἔγγονος ἦν, ἠγάγετο, καὶ τὸν Βόσπορον διὰ χειρὸς ἐποίει. πυθόμενος οὖν ταῦτα ὁ Ἀγρίππας, [208] τὸν Πολέμωνα ἐπ' αὐτὸν, τὸν τοῦ Πόντου τοῦ πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ ὄντος βασιλεύοντα, ἔπεμψε· καὶ ὃς Σκριβώνιον μὲν οὐκέτι περιόντα κατέλαβε, (μαθόντες γὰρ οἱ Βοσπόριοι τὴν ἐπιβουλὴν αὐτοῦ, προαπέκτειναν αὐτόν) ἀνδρισάντων δέ οἱ ἐκείνων, δέει τοῦ μὴ βασιλεύεσθαι αὐτῷ δοθῆναι, ἐς χεῖρας σφίσιν ἦλθε. καὶ ἐνίκησε μέν, οὐ μὴν καὶ παρεσήσατο σφᾶς, πρὶν τὸν Ἀγρίππαν [209] ἐς Σινώπην ἐλθεῖν, ὡς καὶ ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσοντα. οὕτω δὲ τά τε ὅπλα κατέθεντο, καὶ τῷ Πολέμωνι παρεδόθησαν· ἥ τε γυνὴ [210] ἡ Δύναμις συνῴκησεν αὐτῷ, τοῦ Αὐγούστου δηλονότι ταῦτα δικαιώσαντος. καὶ ἐπ' αὐτοῖς θυσίαι μὲν τῷ τοῦ Ἀγρίππου ὀνόματι ἐγένοντο, οὐ μέντοι καὶ τὰ ἐπινίκια, [211] καίτοι ψηφισθέντα αὐτῷ, ἐπέμφθη. οὔτε γὰρ ἔγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα, [r] νόμῳ τινὶ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι, [212] οὐδ' αὐτοὶ τῷ κοινῷ ἔτ' ἐπέστελλον, [213] οὔτε τὴν πέμψιν

o Παύλειος. sic HS. L. Παύλιος, RS. p παραθαλάσσιοι. πυραθαλασσίδιοι, V. b. q ἀρχὴν. addit ἔτι, V. b. r νόμῳ τινὶ. ὀνόματι pro eo scribit, V. b. quæ rejicula sunt.

§ 201. (l. 87.) ἡ. σοὰ ἡ Παύλειος] Pauli Æmilii Lepidi. p. 416. E. Pauli basilicam οἰκοδόμημα περικαλὲς vocat Appianus II. civil. p. 443.

§ 202. (l. 89.) ὥστε καὶ τὰ ἱερὰ] Similiter ut p. 199. D. ubi notavi, per ἱερὰ illa Palladium intelligi. vide Herodian. I. 14.

§ 203. (l. 91.) τοῦ ἱερέως τοῦ Διός] Maximæ dignationis flamen Dialis inter XV. flamines, ut notat Festus in *Maximæ*. Is recens ab Augusto restitutus. infra p. 546. C.

§ 204. (l. 96.) Παννόνιοι αὖθις] De priore Pannoniorum rebellione, supra p. 534. D. De hac intelligendus Suetonius, quando Pannonicum bellum gestum a Tiberio tradit c. 9. quo Breucos & Dalmatas subegit. De tertia rebellione per Silvanum pacata, infra p. 571.

§ 205. (l. 98.) Λιγύων τῶν Κομήτων] Horum meminit Plinius III. 20. *Capillatorum plura genera ad confinium Liguſtici maris; Ligures Montanos* memorans; atque capite quinto populos inalpinos Capillatos. Etiam hos per Tiberium Augustus subegit bello Rhætico, quod Suetonius c. 9. Tib. nominat, respicitque Lucanus lib. I. 442.

Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora
Crinibus affusis toti prælate Comatæ.

§ 206. (l. 99.) ἐν τῷ Βοσπόρῳ τῷ Κιμμερίῳ] Sicut Bosporus seu fretum Thracicum est inter Byzantium ac Chalcedonem, ubi Pontus Euxinus in Propontidem profluit, ita Bosporus Cimmerius inter Tauricam Chersonesum, in quo Bosporani, atque inter Sarmatiam Asiaticam, Mæoti palude per hoc fretum in Pontum Euxinum se exonerante.

§ 207. (l. 100.) Σκριβώνιος γάρ τις] Lucianus in Macrobiis p. 42. narrat, *Asandrum*, quem pro gentis præfecto Regem Bospori Augustus fecerat, equestri ac pedestri pugna nulli secundum fuisse, annos natum circiter nonaginta: videntem autem quod ad *Scribonium* milites deficerent, cibo abstinuisse, atque ita ex vita excessisse annos natum XCIII. Ἄσανδρος δὲ ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ αὐτὶ ἐθνάρχου βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, περὶ ἔτη ὧν ἐννενήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων οὐδενὸς ἥττων ἐφάνη. ὡς δὲ εἶδε τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ προσβιβεμένους, ἀποχόμενος σιτίων ἐτελεύτησε βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐννενήκοντα. De hoc Alexandro, Pharnacis genero & interfectore, dictum supra p. 206. D. 207. B. & D.

§ 208. (l. 8.) τὸν Πολέμωνα] Hunc Polemonem, a quo nomen Ponti Polemoniaci, inter reges Bosporanos nominat Strabo XI. p. 495. ubi ab eo appellatur Φαρνάκης, καὶ Ἄσανδρος, καὶ Πολέμων. Pro Ἄσανδρος male excusum Κάσανδρος, ut jam notavit Reinerus Reineccius T. III. Historiæ Juliæ p. 142. atque illustris Spanhemius Diss. VIII. de usu numismatum T. I. p. 488. edit. Lond. De Agrippæ hac in Bosporum expeditione conferendus Josephus XVI. 3. Orosius VI. 21. *Bosporanos Agrippa superavit, & signis Romanis, quæ illi quondam sub Mithridate sustulerunt, bello recuperatis, victos ad deditionem coëgit.* Ab hac victoria æram Amisenorum, anno XIV. ante æram Christianam, notavit Nic. Toinardus in Diss. de numis Commodi Imperatoris, quam Parisiis A. 1690. 4o. vulgatam Josephus Wasse Bibliothecæ litterariæ Anglica lingua Lond. 1722. 4to editæ n. 7. inseruit p. 37.

§ 209. (l. 15.) ἐς Σινώπην] Celebris hæc Ponti civitas, in quam deducta ab Augusto colonia, quæ in numis *Colonia Julia*, vel *Colonia Augusta*, vel *Colonia Julia Felix Sinope*, aut *Colonia Romana Julia Felix Sinope* appellatur. vide Harduinum in numis illustratis p. 456.

πέμψιν τῶν νικητηρίων ἐδέξαντο· καὶ διὰ τοῦτο οὐδ' ἄλ-
E λῳ τινὶ ἔτι τῶν ὁμοίων αὐτῷ (ὡς γε καὶ ἐγὼ κρίνω)
ποιῆσαι τοῦτο ἐδόθη, ἀλλὰ μόναις ταῖς ἐπινικίοις τιμαῖς
ἐγαυρούντο.

Ὁ γοῦν Αὔγουστος, ἐπειδὴ πάντα τά τε ἐν ταῖς
Γαλατίαις καὶ τὰ ἐν ταῖς Γερμανίαις ταῖς τ' Ἰβη-
ρίαις, πολλὰ μὲν ἀναλώσας [1] ὡς ἑκάστοις, πολλὰ
δὲ καὶ παρ' ἑτέρων λαβών, τήν τε ἐλευθερίαν καὶ
214 τὴν πολιτείαν τοῖς μὲν δούς, τοὺς δ' ἀφελόμε-
νος, διῳκήσατο· τὸν μὲν Δροῦσον ἐν τῇ Γερμανίᾳ
κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἐπί τε τοῦ Τι-
539 βερίου καὶ ἐπὶ Κυϊντιλίου Οὐάρου ὑπάτων ἀνεκομί-
σθη. καὶ ἔτυχε γὰρ ἡ ἀγγελία τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ
ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐς τὸ ἄστυ ἐλθοῦσα, ἐν αἷς
215 Κορνήλιος Βάλβος τὸ θέατρον τὸ καὶ νῦν καλού-
μενον ἀπ' αὐτοῦ καθιερώσας, θέας ἐπετέλει· ἐπί
τε τούτῳ, ὡς καὶ αὐτὸς τὸν Αὔγουστον ἐπανάξων
ἐσεμνύνετο, (καίτοι ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ ὕδατος, ὅπερ
ὁ Τίβερις πλεονάσας ἐπεποιήκει, μηδὲ ἐσελθεῖν ἐς τὸ
θέατρον εἰ μὴ πλοίῳ δυνηθείς) καὶ ὁ Τιβέριος πρῶ-
τον αὐτὸν ἐπὶ τῇ τοῦ θεάτρου τιμῇ ἐπεψήφισεν.
B ἥ τε γὰρ βουλὴ ἠθροίσθη, καὶ ἔδοξε σφίσιν ἄλλα
τε καὶ 216 βωμὸν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ὑπὲρ τῆς
τοῦ Αὐγούστου ἐπανόδου ποιήσασθαι· τοῖς τε ἱκετεύ-
σασιν αὐτὸν ἐντὸς τοῦ πωμηρίου ὄντα ἄδειαν εἶναι.
οὐ μέντοι καὶ ἐδέξατο οὐδέτερον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπάν-
τησιν τοῦ δήμου καὶ τότε ἐξέστη. 217 νυκτὸς γὰρ
ἐς τὴν πόλιν ἐσεκομίσθη· ὅπερ που καὶ ἀεὶ (ὡς εἰ-
πεῖν) εἴτε ἐς τὰ προάστεια, εἴτε καὶ ἄλλοσέ ποι ἐκ-
δημοίη, καὶ ἀφορμώμενος καὶ ἐπανιὼν, ὁμοίως ἐποίει,
ἵνα μηδενὶ αὐτῶν ὀχληρὸς εἴη. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἔν
C τε τῷ παλατίῳ 218 τὸν δῆμον ἠσπάσατο, καὶ ἐς τὸ
Καπιτώλιον ἀνελθὼν, τήν τε 219 δάφνην ἀπὸ τῶν
ῥάβδων περιεῖλε, καὶ ἐς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα κατέ-
θετο. τῷ δὲ δήμῳ προῖκα 220 τά τε λουτρὰ καὶ τοὺς
κουρέας τὴν ἡμέραν ἐκείνην παρέσχε. συναγαγὼν δὲ
ἐκ τούτου τὸ βουλευτήριον, αὐτὸς μὲν οὐδὲν εἶπεν ὑπὸ
βράγχου, τὸ δὲ δὴ 221 βιβλίον τῷ ταμιείᾳ ἀναγνῶ-
ναι

ceperunt: ideoque, ut ego censeo, nulli etiam alii, qui ejus similis esset, triumphus concessus deinde est, sed solis triumphalibus honoribus sunt ornati. A.U.C.740 M.Crasso & Cn.Lentulo COSS.

25. Augustus, rebus Gallicis, Germanicis, Hispanicisque omnibus confectis, quum multos in singulas civitates sumptus fecisset, magnam ab aliis pecuniæ vim accepisset, libertatem ac jus civitatis aliis dedisset, aliis ademisset: Druso in Germania relicto, Romam reversus est, Tiberio & Quintilio Varo Coss. Nuntius adventus Augusti forte iisdem diebus Romam allatus est, quibus theatrum Cornelius Balbus, quod nunc quoque ab ipso nomen habet, dedicans, spectacula exhibebat: itaque Balbus id sibi gloriæ duxit, quod Augustum etiam ipse esset reducturus, (quanquam tantum aquæ Tiberis exundans per urbem diffuderat, ut non nisi navi in theatrum posset venire) eumque in honorem theatri tum Tiberius sententiam primum omnium rogavit. Convenerat enim senatus, ac statuerat inter alia, aram in ipsa curia pro reditu Augusti consecrare, utque qui Augusto, quum esset intra pomœrium, supplices fierent, impunitatem haberent. Neutrum horum Augustus accepit, & præterea occursum populi vitaturus, noctu urbem intravit: solitus hoc semper fere facere, tam in discessu, quam reditu, sive in suburbana, sive alio profectus fuisset, ne cui molestiam exhiberet. Postridie quam in urbem venit, in palatio populum salutavit: & in Capitolium ascendens, lauream fascibus detraxit, ac ad Jovis eam genua deposuit: eademque die balnea & tonsores populo gratis præbuit. Deinde convocato senatu, ipse quidem, raucedine impediente, nihil locutus est, quæstori vero libellum recitandum dedit. Eo recensebantur res ab ipso gestæ: anni militiæ civibus determinabantur: A.U.C.741 Tiberio & Quintil.Varo COSS.

[1] ὡς ἑκάστοις. forte ὡς ἑκάστους, Od.

§ 210. (l. 17.) ἡ Δύναμις] De hac Pharnacis filia, nepte magni Mithridatis, & in victoriæ præmium oblata primum Julio Cæsari, deinde nupta Asandro, ac denique Palemoni, vide Reineccium libro laudato p. 141. Henrici Noris Diss. II. ad Cenotaphia Pisana p. 228.

§ 211. (l. 20.) καίτοι ψηφισθέντα] Vide si placet dicta ad p. 528. E. Agrippa adeo primus ornamenta triumphalia accepit, licet Suetonius Tiberio hoc primo datum scribit, Tib. c. 9. addens, *ut quidam putant.* Quamobrem Dionis testimonio plus tribuit Onufrius Panvinius V. Fastorum p. 364. ubi catalogum exhibet eorum qui triumphalibus sunt ornati.

§ 212. (l. 24.) ὀυδ' αὐτοὶ τῷ κοινῷ ἔτ' ἐπέστελλον] Non amplius litteris laureatis victoriam senatui significabant.

§ 213. (l. 24.) ὥστε τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων] Quod ait Suetonius c. 38. Augustum *super XXX. ducibus justos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curasse*, neutiquam incredibile videri debet, & de prioribus maxime Augusti annis intelligendum; licet in Fastis atque aliis monumentis nusquam tot triumphorum ductorum fiat mentio. Nam plures triumphos decretos constat, qui nunquam celebrati, adeoque nec in Fastis annotati sunt: ut vel exemplo Vinicii p. 514. E. & Agrippæ, tum præsenti loco, tum p. 528. E. patet. Prioribusque temporibus faciliorem fuisse in triumphis permittendis Augustum, quorum etiam nonnulli re ipsa acti sunt, docuit idem Dio p. 529. A.

§ 214. (l. 33.) τὴν πολιτείαν τοῖς μὲν δούς] Sueton. c. 47. *civitates, merita erga Populum Romanum allegantes, immunitate*, (hæc est ἐλευθερία Dioni) *vel civitate donavit.* Nomina municipiorum, quæ hoc beneficium ab Augusto tulerunt, vide apud eruditissimum Spanhemium, in Orbe Romano lib. I. c. 16. p. 128. sq.

§ 215. (l. 39.) Κορνήλιος Βάλβος τὸ θέατρον] Cornelii Balbi theatrum inter opera, quibus Augusti tempore urbs a principibus viris exornata est, celebratur a Suetonio c. 29. De Balbi hujus opibus dictum supra p. 376. C. Theatrum Titi Imperatoris temporibus perditum incendio p. 756. D. ac deinceps instauratum est, cujus delineationem habe in Bellorii vestigiis veteris Romæ T. IV. Thesauri Græv. p. 17.

§ 216. (l. 47.) βωμὸν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ] Aram Fortunæ reduci poni, sed non in curia poni, permiserat Augustus, p. 527. D.

§ 217. (l. 51.) νυκτὸς γάρ] Vide dicta ad jam indicatum Dionis locum.

§ 218. (l. 56.) τὸν δῆμον ἠσπάσατο] De simili populi consalutatione infra p. 572. A.

§ 219. (l. 57.) δάφνην ἀπὸ τῶν ῥάβδων] De laureatis fascibus Ducum victorum dixi ad p. 177. E. De laurea triumphali in gremio Jovis Capitolini deponi solita, vide Carolum Paschalium lib. VIII. de Coronis c. 2. sq. & Lipsium ad Taciti II. Annal. Excurs. D. In gravi luctu, lauream in templum Jovis Feretrii intulit Augustus. infra p. 551. B.

§ 220. (l. 59.) τά τε λουτρὰ] Confer p. 542. B. ubi de gratuita lavatione ab Agrippa populo data.

§ 221. (l. 62.) βιβλίον τῷ ταμιείᾳ] Vide Nicolaum Alemannum p. 146. 158. ad Procop. & Barnabam Brisson. lib. I. Antiquitatum Juris c. 18. Torrentium ad hæc Suetonii c. 65. *de filia absens ac libello per Quæstorem recitato.* infra p. 587. C. 665. C. 895. D.

A.U.C.741 Tiberio & Quintil. Varo COSS.

bantur: quantumque ii pecuniæ, emeritis ſtipendiis, pro agro, quem nunquam non petebant, eſſent accepturi; videlicet ut ex eo tempore relati in numeros ſub conditione certi militiæ præmii, nullam ideo tumultuandi cauſam haberent. Erant autem definiti anni prætoriis cohortibus duodecim, cæteris ſedecim; pecuniæque etiam plus illis, quam his. Hoc inſtitutum neminem militum in præſentia neque voluptate, neque indignatione movit: quum neque adipiſcerentur omnia, quæ cupiebant, neque omni ſpe exciderent: reliquis autem ſpes bona oſtenſa eſt, fore, ne poſthac ſuis prædiis ſpoliarentur.

ναι δοὺς, τά τε πεπραγμένα οἱ καταριθμήσαντο, καὶ διέταξε τά τε ἔτη ὅσα οἱ πολῖται στρατεύσοιντο, [222] καὶ τὰ χρήματα ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας, ἀντὶ τῆς χώρας ἣν ἀεί ποτε ἤτουν, λήψοιντο· ὅπως ἐπὶ ἐντοῖς ἐκεῖθεν ἤδη [223] καταλεγόμενοι, μηδὲν τούτων γε ἕνεκα νεωτερίζωσιν. ἦν δὲ ὁ, τε ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν, τοῖς μὲν δορυφόροις, δώδεκα, [224] τοῖς δ' ἄλλοις, ἑκκαίδεκα· καὶ τὸ μὲν ἀργύριον, τοῖς μὲν ἔλαττον, τοῖς δὲ πλεῖον. ταῦτα δὲ ἐκείνοις μὲν οὔθ' ἡδονὴν οὔτε ὀργὴν ἔν γε τῷ τότε παρόντι ἐνεποίησε, διὰ τὸ μήτε πάντων ὧν ἐπεθύμουν τυχεῖν, μήτε πάντων διαμαρτεῖν· τοῖς δὲ δὴ ἄλλοις ἀγαθὰς ἐλπίδας τοῦ μηκέτι τῶν κτημάτων ἀφαιρεθήσεσθαι.

26. Poſt hæc, theatrum Marcelli Auguſtus dedicavit, ludisque ejus rei gratia factis, Trojam inter alios patricios pueros nepos Auguſti Cajus luſit: feræ Africanæ DC. occiſæ. Natalem Auguſti diem Julus Antonii F. prætor, ludis Circenſibus & venatione celebravit, & ex ſenatusconſulto epulum Auguſto & ſenatoribus in Capitolio dedit. Secundum ea iterum ſenatorum cenſus examinatus eſt. Quum enim initio ſenatoribus cenſus eſſet definitus quadringenta ſeſtertia, quoniam multi bellis inteſtinis paternas facultates amiſerant; progreſſu autem temporis, ac locupletioribus factis hominibus, is usque ad decies ſeſtertium auctus fuiſſet; nemo jam inveniri potuit, qui ſponte ſua ſenator eſſe vellet: ſed fuere filii etiam, nepotesque ſenatorum, qui ſive re vera inopes, ſive propter majorum calamitates animis fracti, non modo non affectarent ſenatoriam dignitatem, ſed eam quoque, adſcripti in ſenatorum numerum, ejurarent. Itaque jam antea,

Μετὰ δὲ δὴ ταῦτα τό, τε [225] θέατρον τὸ τοῦ Μαρκέλλου καλούμενον καθιέρωσε· καὶ ἐν τῇ πανηγύρει τῇ διὰ τοῦτο γενομένῃ, [226] τήν τε Τροίαν οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ ἔγγονος αὐτοῦ ὁ Γάϊος ἵππευσαν, καὶ [227] θηρία Λιβυκὰ ἑξακόσια ἀπέσφαξε· [228] τά τε γενέθλια τοῦ Αὐγούστου [229] ὁ τ Ἰοῦλος ὁ τοῦ Ἀντωνίου παῖς στρατηγῶν, καὶ ἱπποδρομίᾳ καὶ σφαγαῖς θηρίων ἐώρτασε, καὶ [230] ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ ἐκεῖνον καὶ τὴν βουλὴν κατὰ δόγμα αὐτῆς εἱστίασεν. ἐκ δὲ τούτου ἐξέτασις αὖθις τῶν βουλευτῶν ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὲν πρῶτον [231] δέκα μυριάδων τὸ τίμημα αὐτοῖς ὥρισο, διὰ τὸ συχνοὺς τῶν πατρῴων ὑπὸ τῶν πολέμων ἐσερῆσθαι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τῶν ἀνθρώπων περιουσίας κτωμένων, ἐς [232] πέντε καὶ εἴκοσι προήχθη, οὐκέτ' οὐδεὶς ἐθελοντὶ βουλεύσων εὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ παῖδες " εἰσὶν οἱ, καὶ ἔγγονοι βουλευτῶν, οἱ μὲν ὡς ἀληθῶς πενόμενοι, οἱ δὲ καὶ ἐκ συμφορῶν προγονικῶν τεταπεινωμένοι, οὐχ ὅσον οὐκ ἀντεποιοῦντο τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος, ἀλλὰ καὶ προσκατειλεγμένοι ἤδη, ἐξώμνυντο.

t Ἰούλιος ex emendatione Xyl. ſcribunt HS. & L. pro Ἴουλλος, quod eſt apud RS. verius Ἰοῦλος. vide Horatii lib. IV. od. 2. quæ ſcripta eſt ad *Antonium Julum*. & Tacitum Ann. III. 18. ubi *Julus Antonius*. Caſaub. ad Sueton. Claud. 2. alios apud Spanhemium de U. N. Diſſ. X. p. 55. u εἰσὶν οἱ. forte ἦσαν οἱ, Od. ſine neceſſitate.

§ 222. (l. 64.) καὶ τὰ χρήματα] Præmia & commoda miſſionum appellat Suetonius c. 49. ἔτη ſtipendia, χρήματα *præmia*, ut pulchre notavit Jo. Frideric. Gronovius de pecunia veteri lib. III. c. 2. p. 127.

§ 223. (l. 67.) καταλεγόμενοι] Hi ſunt quos alibi τοὺς ἐν τοῖς καταλόγοις ὄντας vocat, non tirones, non emeritos, non auxiliarios, ſed in legionibus civium Rom. ſtipendium merentes, ut p. 479. B. 565. A. 641. A. κατάλογοι στρατιωτῶν νομιζομένων publice exſtabant, ut docet Dio in Excerptis Peireſc. p. 661. De his Valeſius notat intelligenda illa Ulpiani l. 42. tit. 1. de teſtamento militari lib. XXVIII. Digeſtor: *qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti tirones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum milites ſunt, debent enim in numeros referri.*

§ 224. (l. 69.) τοῖς δ' ἄλλοις, ἑκκαίδεκα] Vide quæ viri docti ad hæc Taciti lib. I. Annal. c. 17. *ut ſingulos denarios mererent, ſextus decimus ſtipendii annus finem adferret —— an prætorias cohortes, quæ binos denarios acciperent, quæ poſt ſexdecim annos penatibus ſuis reddantur, plus periculorum ſuſcipere?* & quæ ad Dionem p. 503. B. & 563. E. ubi prætorianis militibus anni ſedecim, ceteris anni viginti militiæ tribuuntur, præmiaque definiuntur. vide & p. 604. C.

§ 225. (l. 76.) θέατρον τὸ τοῦ Μαρκέλλου] Vide ad p. 238. C. Commiſſionis ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicavit Auguſtus, mentio apud Suetonium c. 43.

§ 226. (l. 78.) τήν τε Τροίαν] Non mirum eſt, Cajum quoque, ſeptem tunc agentem annos, in ludo hoc equeſtri periculum facere juſſum ab Auguſto: nam ut notat idem Suetonius, Trojæ ludum & alias edidit frequentiſſime, majorum minorumve puerorum delectu, *priſci decorique moris exiſtimans, claræ ſtirpis indolem ſic innoteſcere.* Singulatim autem ad Cajum reſpiciens Virgilius V. Æneid. 548.

Vade age, & Aſcanio, ſi jam puerile paratum
Agmen habet ſecum, curſuſque inſtruxit equorum,
Ducat avo turmas, & ſeſe oſtendat in armis.

§ 227. (l. 80.) θηρία Λιβυκά] Elephanti. conf. ad p. 515. E.

§ 228. (l. 81.) τά τε γενέθλια τοῦ Αὐγούστου] Die XXIII. Sept. vide ad p. 456. D.

§ 229. (l. 81.) ὁ Ἰούλιος ὁ τοῦ Ἀντωνίου παῖς] Julius Antonius, Marci Triumviri & Fulviæ filius p. 454. B. Ludorum autem curam habet, tanquam prætor. Prætoribus enim hoc commiſſum. p. 522. A.

§ 230. (l. 83.) ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἐστίασεν] De ſolennibus hujusmodi epulis dixi ad p. 389. B. 530. D. Populum vero etiam in Auguſti natalitiis publico epulo excipi ſolitum, conſtat ex p. 566. C.

§ 231. (l. 86.) δέκα μυριάδων] Centies mille drachmarum, ſupra p. 532. E.

§ 232. (l. 90.) πέντε καὶ εἴκοσι] Ducenta & quinquaginta drachmarum millia. vide ſi placet dicta ad p. 532. A. & 542. A. & Jac. Perizonium in triade Diſſertationum, Diſſ. II. p. 174. ſq. Interjecto tempore cenſus ſenatorius auctus ad duodecies ſeſtertium, Sueton. c. 41. ſive triginta drachmarum millia. infra p. 577. C.

§ 233. (l. 92.) τοὺς εἴκοσι καλουμένους ἄνδρας ἐκ τῶν ἱππέων] Hinc patet, moris antea fuiſſe, ut capeſſerent plerumque viginтiviratum ſenatorum liberi, priusquam Quæſtura vel majores magiſtratus ab illis peterentur. Nunc autem per SCtum in ſenatoriorum defectu hoc etiam permiſſum equitibus. Hujus viginтiviratus iterum mentio infra p. 668. C. & apud Tacitum lib. III. Annal. c. 29. Spartianum in Didio Juliano cap. 1.

§ 234. (l. 95.) ἑτέραν τινὰ ἀρχὴν] Ut Quæſturam, Tribunatum, Ædilitatem, Præturam, Conſulatum.

§ 235. (l. 97.) ἐκ τῶν ἓξ καὶ εἴκοσίν εἰσιν] Non igitur viginti viri primum ab Auguſto conſtituti, ſed ex pridem conſtitutis XXVI. tantum relicti XX. poſt ſex (quos ſtatim Dio memorat) abrogatos. Ex illis XXVI. viris, poſt geſtum in urbe minorem magiſtratum, miſſos fuiſſe ad regendas præfecturas Italiæ, teſtatur Feſtus voce *præfecturæ*. Conf. Cujacium lib. XI.

ἐξώμνυντο. καὶ διὰ τοῦτο πρότερον μὲν, ἀποδημοῦντος ἔτι τοῦ Αὐγούστου, δόγμα ἐγένετο, [233] τοὺς εἴκοσι καλουμένους ἄνδρας ἐκ τῶν ἱππέων ἀποδείκνυσθαι. ὅθεν οὐκέτ' οὐδεὶς αὐτῶν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσεγράφη, μὴ καὶ [234] ἑτέραν τινὰ ἀρχὴν τῶν ἐς αὐτὸ ἐπάγειν δυναμένων λαβών. οἵ τε δὴ εἴκοσιν οὗτοι ἄνδρες [235] ἐκ τῶν ἓξ καὶ εἴκοσιν εἰσίν. οἵ τε τρεῖς, [236] οἱ τὰς τοῦ θανάτου δίκας προστεταγμένοι· καὶ οἱ ἕτεροι τρεῖς, [237] οἱ τὸ τοῦ νομίσματος κόμμα μεταχειριζόμενοι· οἵ τε τέσσαρες, [238] οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι· καὶ οἱ δέκα, [239] οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν [240] ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι. οἱ γὰρ δὴ δύο [241] οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι, [242] οἵ τε τέσσαρες οἱ ἐς τὴν Καμπανίαν πεμπόμενοι, καταλέλυντο. τοῦτό τε οὖν ἐν τῇ τοῦ Αὐγούστου ἐκδημίᾳ ἐψηφίσθη, καὶ ἵν' ἐπειδὴ μηδεὶς ἔτι ῥᾳδίως τὴν δημαρχίαν ἥτει, κληρῳ * τινὰς ἐκ τῶν ταμιευκότων καὶ [243] μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότων, καθίσῃ. τότε δὲ αὐτὸς πάντας αὐτοὺς ἐξήτασε· καὶ τὰ μὲν τῶν ὑπὲρ πέντε καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότων οὐκ ἐπολυπραγμόνησε, τοὺς δὲ ἐντός τε τῆς ἡλικίας ταύτης ὄντας, καὶ τὸ τίμημα ἔχοντας, βουλεῦσαι καθηνάγκασε, χωρὶς ἢ [244] εἴ τις ἀνάπηρος ἦν. καὶ τὰ μὲν σώματα καὶ αὐτός που ἑώρα, περὶ δὲ δὴ τῶν οὐσιῶν ὅρκοις ἐπίστευτο, αὐτῶν τε ἐκείνων καὶ ἑτέρων συνομνύντων σφίσι, καὶ [245] λογισμὸν τῆς τε ἀπορίας ἅμα καὶ τοῦ βίου διδόντων.

antea, absente adhuc ab urbe Augusto, senatusconsultum fuerat factum, ut viginti qui vocabantur viri ex equitibus constituerentur: quorum deinde nullus in senatum est allectus, nisi quem etiam alium magistratum, cujus ratione senator posset fieri, gessisset. Et hi XX. viri facti fuerunt ex illis XXVI. in quibus erant tres viri rerum capitalium, & alii tres signandæ pecuniæ negotium gerentes, quatuor viarum urbanarum curatores, & decem ad judicium centumvirale delecti. Duo enim ii, qui vias extra urbem curabant, & quatuor, qui in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erant. Id igitur senatus consultum factum est Augusto absente, decretumque præterea, quoniam nemo facile tribunatum plebis petebat, ut sorte quidam ex iis, qui quæstores fuissent, nec dum quadragesimum annum attigissent, deligerentur. Tunc vero Augustus ipse omnem eum ordinem examinavit, & quanquam in illos, qui annum trigesimum quintum excessissent, inquisitionem nullam faceret; tamen quotquot infra hanc ætatem essent, & censum senatorium haberent, neque corpore essent manco, eos senatores esse coegit. Ipse quidem corpora eorum inspexit; de fortunis autem jurejurando ut verum profiterentur, ipsos, aliosque velut testes obstrinxit; & utrosque simul rationem paupertatis & vitæ eorum reddere jussit. A.U.C.741 Tiberio & Quintil. Varo COSS.

Καὶ οὐκ ἐν μὲν τοῖς κοινοῖς τοιοῦτος ἦν, τῶν δ' ἰδιωτῶν ὡαρημέλει· ἀλλὰ καὶ τῷ Τιβερίῳ ἐπετίμησεν, [246] ὅτι τὸν Γάϊον ἐν [247] τῇ ὡανηγύρει τῇ εὐκλείᾳ, ἣν ἐπὶ τῇ ἐπανόδῳ αὐτοῦ ἄγει διεξέλει, παρε-

27. Neque vero hac in publicis tantum cura usus, privatos neglexit: quinimo Tiberium increpavit, quod ludis votivis, quos pro suo reditu faciebat, Cajo juxta se sedem dedisset: populumque

x τινὰς. τινὲς, L. marg. y διῆλα. διελθὲ, V. a.

lib. XI. Observatt. c. 24. cujus sententiæ merito adstipulatur Clarissimus Soucietus in Diss. inserta Memoriis litterariis Trevoltinis A. 1722. mense Februario.

§ 236. (l. 98.) *οἱ τὰς τοῦ θανάτου δίκας*] Ex his *Triumviris Capitalibus* fuit etiam Augusti ætate Poëta Ovidius, & ipse ex equestri ordine. vide clarissimum virum Joannem Massonum in Poëtæ vita p. 54. sq. Ovidius IV. 10. Trist.

Eque viris quondam pars tribus una fui.

§ 237. (l. 99.) *οἱ τὸ τοῦ νομίσματος κόμμα*] *Triumviri Monetales*, sive III. Viri, Auro, Argento, Ære, flando feriundo, de quibus vide si placet Pitiscum, & Ez. Spanhemium T. II. de usu numismatum p. 167.

§ 238. (l. 100.) *οἱ τῶν ἐν ἄστει ὁδῶν*] *Quatuorviri viarum curandarum*, quorum mentio in veteri inscriptione apud Gruterum p. CCXLVIII. 6. Reinesium p. 435. atque iterum Gruterum CCCCXCII. 4. CCCCXXX. 5. & p. CCCCXXIII. 4. ex qua constat, illum minorem Viocurorum, ut appellat Varro, magistratum, adeoque & cetera vigintiviratus officia, jam adiri potuisse anno ætatis vicesimo.

§ 239. (l. 1.) *οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων*] *Decemviri litibus judicandis.* vide quæ viri docti ad hæc Suetonii c. 36. ubi ait Augustum inter alia constituisse, *ut centumviralem hastam, quam quæstura functi consuerant cogere, decemviri cogerent.* Et ad hæc Pomponii de origine juris: *cum esset necessarius magistratus qui hastæ præesset* (hoc est, judicio centumvirali) *Decemviri litibus judicandis sunt constituti. Eodemque tempore & Quatuorviri qui curam viarum gererent, & Triumviri* monetales, *æris, argenti, auri flatores: & Triumviri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret.* En viginti viros Dioni in præsenti loco memoratos.

§ 240. (l. 2.) *ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων*] Festus: *Centumviralia judicia a centumviris sunt dicta. Nam cum essent Romæ triginta & quinque tribus, quæ & curiæ dictæ sunt, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui Centumviri appellati sunt; & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumviri sunt dicti.* In caussis centumviralibus, usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumque rerum hujuscemodi innumerabilium jura versabantur, ut docet Cicero lib. I. de Oratore c. 38.

§ 241. (l. 3.) *οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδούς*] Augustus ipse *προστάτης τῶν περὶ Ῥώμην ὁδῶν* p. 526. B. adde p. 511. C. Ejusmodi *ἐπιμελητοῦ ὁδοῦ Ἀππίας* mentio in inscriptione veteri apud Gruterum p. CCCCXCV. 2.

§ 242. (l. 4.) *οἱ τέσσαρες*] Hos non dubito esse Quatuorviros, quibus C. Valgii caussam commendat Cicero lib. XIII. Epist. 76. Cum enim conjungantur cum Decurionibus, facile apparet, Decuriones intelligi magistratus ordinarios illorum locorum, Quatuorviros autem qui Roma in terram Campanam quotannis mitti solebant: Campaniam non Capuanam sed Felicem. vide Camillum Peregrinum Diss. IV. de Campania Felice p. 522. sq. T. IX. Thesauri Italiæ, Parte II.

§ 243. (l. 9.) *μήπω τεσσαράκοντα ἔτη*] Quadraginta enim annos nati jam majores Magistratus, ut Præturam, ambire poterant.

§ 244. (l. 14.) *εἴ τις ἀνάπηρος ἦν*] Nota, mancum corpore, & membro aliquo mutilum aut truncum, inter senatores admissum non fuisse, in quibus tamen locus olim erat Horatio Cocliti, Appio cæco, aliisque.

§ 245. (l. 18.) *λογισμὸν τῆς τε ἀπορίας*] Dignis censum etiam suppletum ab Augusto testatur Suetonius c. 41. Tertius hic est delectus Senatus, quem Augustus habuit. De primo dictum p. 494. De secundo p. 530. de quarto p. 557.

§ 246. (l. 22.) *ὅτι τὸν Γάϊον*] Sueton. c. 56. *Filiis suis prætextatis adhuc assurrectum ab universis in theatro, & a stantibus plausum, gravissime questus est:* veluti qui vereretur, ne mobiles adolescentium animi præmaturis honoribus ad superbiam extollerentur. Conf. quæ infra p. 554. B.

§ 247. (l. 22.) *ἐν τῇ πανηγύρει τῇ εὐκλείᾳ*] Votorum pro reditu Augusti nuncupatorum mentio p. 534. C. & a Cajo ac Pisone factorum p. 553. C. Votivos ludos Circenses memorat

A.U.C. 741 Tiberio & Quintil. Varo COSS.

lumque objurgavit, quod plauſu & laudibus eum proſecutus eſſet. Quum Lepido mortuo, Auguſtus ſummus pontifex eſſet creatus, ac propterea decernere quædam ipſi ſenatus vellet; profeſſus, nihil ſe eorum admiſſurum, quum nihilominus inſtarent, ſurgens e ſenatu abiit. Ita neque eorum decreta approbata ſunt, neque domum publicam accepit: ſed quum omnino publicam eſſe pontifici maximo habitationem oporteret, ſuarum ædium partem ipſe publicam eſſe juſſit: at regis ſacrorum ædes virginibus Veſtalibus dedit, quoniam earum ædibus contiguæ erant. Quum Cornelius Siſenna propter vitam uxoris ſuæ culparetur, ac in ſenatu dixiſſet, ſe eam & ſciente & ſuadente Auguſto duxiſſe; vehementi ira correptus Auguſtus, nihil neque locutus neque agens gravius, e curia ſe proripuit, pauloque poſt reverſus eſt: dixit autem deinde amicis ſuis, maluiſſe ſe hoc potius, quanquam minus conveniens, facere; quam ibi manendo ſubire durius aliquid ſtatuendi neceſſitatem.

καὶ ἐπαίνοις [z] αὐτὸν ἐτίμησαν. ἐπειδή τε [248] τοῦ Λεπίδου μεταλλάξαντος ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη, καὶ διὰ τοῦθ' ἡ βουλὴ [a] ψηφίσασθαι αὐτὸν ἠθέλησεν, ὅτε τι αὐτὸν προσήσεσθαι ἔφη, καὶ ἐγκειμένων οἱ, ἐξανέστη τε καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ συνεδρίου. καὶ οὔτε ἐκεῖνα ἔτ' ἐκυρώθη, οὔτ' οἰκίαν τινὰ δημοσίαν ἔλαβεν, ἀλλὰ μέρος τι τῆς ἑαυτοῦ, ὅτι τὸν [b] ἀρχιέρεων [249] ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν, ἐδήμωσε. τὴν μέντοι [250] τοῦ βασιλέως [c] τῶν ἱερῶν ταῖς ἀειπαρθένοις ἔδωκεν, [d] ἐπειδὴ ὁμότοιχος ταῖς οἰκήσεσιν αὐτῶν ἦν. [251] Κορνηλίου τε [e] Σισεννίου αἰτίαν ἐπὶ τῇ γυναικὸς βίῳ ὀχνηρῷ, καὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ εἰπόντος ὅτι καὶ εἰδότος καὶ συμβουλεύσαντός οἱ αὐτοῦ ἠγάγετο αὐτήν, περιοργής τε ἐγένετο· καὶ εἶπε μὲν οὐδὲν οὐδὲ ἔπραξε δεινόν, ἐκπηδήσας δὲ ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, ἔπειτα μετ' ὀλίγον ἐπανῆλθεν, ἑλόμενος (ὡς γε καὶ τοῖς φίλοις μετὰ ταῦτα ἔφη) τοῦτο μᾶλλον, καίπερ οὐκ ὀρθῶς ἔχον, ποιῆσαι, ἢ κατὰ χώραν μείνας, ἀναγκαθῆναί τι κακὸν δράσαι.

541

B

C

28. Poſt, Agrippam ex Syria reverſum, tribunitia poteſtate in aliud quinquennium prorogata cohoneſtavit, ac in Pannoniam, ubi jam bellum gliſcebat, cum majori imperio, quam ullus usquam alius extra Italiam haberet, miſit. Agrippa eam expeditionem jam hyeme inſtante, qua A.U.C. 742 M. Meſſala & P. Quirino COSS. M. Valerius Meſſala Barbatus, & P. Sulpicius Quirinus conſules fuere, fecit: quo adventu ejus exterriti Pannonii, quum a rebellione deſtitiſſent; reverſus, poſtquam in Campaniam veniſſet, morbo decubuit. Auguſtus tum forte quinquatribus munus gladiatorium filiorum nomine exhibebat. Is ſimulac de caſu Agrippæ cognovit,

Καὶ τούτῳ τὸν Ἀγρίππαν [252] ἐκ τῆς Συρίας ἐλθόντα, τῇ τε δημαρχικῇ ἐξουσίᾳ αὖθις [253] ἐς ἄλλα ἔτη πέντε ἐμεγάλυνε, καὶ [254] ἐς τὴν Παννονίαν πολεμησείουσαν [f] ἐξέπεμψε, μεῖζον αὐτῷ τῶν ἑκασταχόθι ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀρχόντων ἰσχύσαι ἐπιτρέψας. καὶ ὃς τὴν μὲν στρατείαν, καίτοι τοῦ χειμῶνος, ἐν ᾧ Μάρκος τε Ὀυαλέριος καὶ Πούπλιος Σουλπίκιος ὑπάτευον, ἐνεστηκότος, ἐποιήσατο. ἐκπλαγέντων δὲ τῶν Παννονίων πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἔτι νεωτερισάντων, ἐπανῆλθε, καὶ ἐν Καμπανίᾳ γενόμενος, ἐνόσησε. πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Αὔγουστος (ἔτυχε δὲ [255] ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὁπλομαχίας [g] ἀγῶνας [256] τῷ τῶν παίδων ὀνόματι

[z] αὐτὸν. forte αὐτῷ, Od. ingenioſe. ſed vid. Suet. c. 56. [a] ψηφίσασθαι αὐτὸν. ſuſpecta lectio. malim, ψηφίσασθαί τινα αὐτῷ. certe veriſimile eſt, librarium αὐτὸν ſcripſiſſe, pro αὐτῷ, ut in ſequenti οὔτε τι αὐτὸν, pro αὐτῶν. ſcripſeram hæc, cum video Cel. Jac. Elſnerum in Schediaſmate Critico p. 153. eadem fere ad h. l. monere, quando poſt ψηφίσασθαι excidiſſe putat ἄλλα, aut πολλά, ut alibi Dio habet; & pro τι αὐτὸν, legendum τι αὐτῶν, vel illud τι αὐτὸν e priore linea importune inſertum abeſſe poſſe. Etiam Baro de la Baſtie in Memoires de l'Academie des Inſcr. Tom. XVIII. viderat, deeſſe aliquid poſt ψηφίσασθαι, & pro αὐτὸν reponendum αὐτῷ. [b] τὸν ἀρχιέρεων. ſic infra, D. τῷ ἀρχιέρεῳ. quod tamen pro vitio habet L. & hic ἀρχιερεία, infra ἀρχιερεᾶ reponi vult. vid. p. 531. C. [c] τοῦ βασιλέως τῶν ἱερέων. ſic vulgo. ſcribendum τῶν ἱερῶν, ut *rex ſacrorum* intelligatur, non *rex ſacrificulus*, ut interpres vertit, quem Romani ignorant, L. ita legendum monuit & Lipſius de Veſta & Veſtal. c. 4. T. III. Opp. p. 606. a. nec ego dubitavi recipere. [d] ἐπειδὴ. ſic HS. & L. ἐπεὶ δὲ, RS. pro quo ἐπεὶ, X. [e] Σισεννίου. Σισέννου, Glandorp. & F. Κορνηλίου τινὸς, Xiph. Siſennæ ad Corneliam gentem ſpectant. [f] ἐξέπεμψε. αὐτὸν ἐξέπεμψε, V. b. [g] ἀγῶνας. ἀγῶνα, Od. ut p. 534. A.

rat Suetonius c. 43. Sed horum ſpeciatim celebratorum memoriam ſervavit marmor vetus apud Gruterum p. XI. 2. videndus illuſtriſſimus Noriſius ad Cenotaphia Piſana p. 95.

§ 248. (l. 26.) τοῦ Λεπίδου μεταλλάξαντος] Lepido vivo Pontificatum adimere noluit p. 401. B. 531. C. Suetonius c. 31. ubi acta ab Auguſto Pontifice Maximo perſequitur. Seneca lib. I. de Clementia c. 10. *Ipſum Lepidum quamdiu mori paſſus eſt?* (i. e. exſpectavit donec moreretur) *per multos annos tulit ornamenta Principis retinentem: & Pontificatum maximum non niſi mortuo illo transferri in ſe paſſus eſt: maluit enim illum honorem vocari quam ſpolium.* Ovidius III. Faſtor. 419.

Cæſaris innumeris, quos maluit ille mereri,
Acceſſit titulis Pontificalis honor.

§ 249. (l. 32.) ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν] Ut Julius Cæſar Pontificatum maximum adeptus habitavit in ſacra via, domo publica, teſte Suetonio c. 46. Conf. Dionem infra p. 556. D.

§ 250. (l. 34.) τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν] Rex ſacrorum, Pontifici Maximo ſubjectus, adeoque ab eo diſtinctus erat, ut notum ex Livii II. 2. Videtur autem hoc loco Dio regem ſacrorum pro Pontifice Maximo nominare, quandoquidem refert, domum publicam, quam inhabitare Auguſtus debebat, Veſtalibus ab eo donatam fuiſſe.

§ 251. (l. 36.) Κορνηλίου Σισεννίου] Aſſentior doctiſſimo viro Joanni Glandorpio, qui in Onomaſtico Romano p. 266. Σισέννου pro Σισεννίου legit. Porro hoc exemplum addendum iis, quæ de laudata Cenſoris patientia refert Macrobius lib. II. Saturn. c. 4.

§ 252. (l. 46.) ἐκ τῆς Συρίας] Vid. Dio p. 534. B.

§ 253. (l. 47.) ἐς ἄλλα ἔτη πέντε] De priore quinquennio p. 529. C.

§ 254. (l. 48.) ἐς τὴν Παννονίαν] Bellum hoc Pannonicum inchoatum ab Agrippa, quod deinde Tiberius magna cum gloria geſſit, memorat Vellejus II. 96. vide & infra p. 543. D.

§ 255. (l. 57.) ἐν τοῖς Παναθηναίοις] Sacra Minervæ, cujus ædes in Aventino dedicata, nomen Quinquatruum, a junctis quinque diebus habent, ut notat Ovidius III. Faſt. 810. celebranturque Romæ quinque diebus ab Idibus Martii. vide notas ad Gellium II. 21. p. 167. edit. Gronovii, & Meurſium lib. de Panathenæis c. 4. T. VII. Theſauri Gronoviani p. 85. Xiphilinum infra p. 759. A.

§ 256. (l. 58.) τῷ τῶν παίδων ὀνόματι] Caji, Luciique. Nam

ὀνόμαλι τιθεὶς) ἐξωρμήθη· καὶ [257] καταλαβὼν αὐτὸν τεθνηκότα, ἔς τε τὸ ἄστυ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐσεκόμισε, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προέθηκε· τόν τε λόγον τὸν ἐπ' αὐτοῦ εἶπε, [258] παραπέτασμά τι πρὸ τοῦ νεκροῦ παραλείνας. ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα διὰ τί ἐποίησεν. εἴρηται δὲ ὅμως τοῖς μὲν, ὅτι ἀρχιερεὺς ἦν, τοῖς δὲ, ὅτι τὰ τῶν τιμητῶν ἔπρατται· οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν. οὔτε γὰρ τῷ ἀρχιέρεῳ ἀπεῖρηται νεκρὸν ὁρᾶν, οὔτε τῷ τιμητῇ, πλὴν ἂν [259] τὸ τέλος ταῖς ἀπογραφαῖς μέλλῃ ἐπάξειν. ἂν γάρ τινα [b] πρὸ τοῦ καθαρσίου ἴδῃ, ἀνάδασα τὰ προαχθέντα αὐτῷ πάντα γίγνεται. τοῦτό τε οὖν οὕτως ἔδρασε, καὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ [i] ἐν τῷ τρόπῳ, [260] ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς μετὰ ταῦτα ἐξηνέχθη, ἐποιήσατο· καὶ αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ μνημείῳ ἔθαψε, καίτοι [261] ἴδιον ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ λαβόντα.

cognovit, properato ex urbe profectus, ubi mortuum invenit, corpus ejus in urbem advexit, ac in foro proposuit: ipsum funebri laudatione decoravit, velo inter se & cadaver oppanso. Id velum quid sibi voluerit, equidem certus non sum. Et proditum tamen est a quibusdam, hoc factum, quia pontifex maximus erat; ab aliis, quia censoris munus obibat: quorum neutri recte sentiunt. Nam neque pontifici maximo cadaveribus aspiciendis interdictum est, neque censori, nisi quum lustrum condit. Hic enim si quod ante lustralia sacra mortui corpus intueatur, omnia ab eo ante acta rescinduntur. Post orationem funus ejus extulit eodem modo quo ipse deinceps elatus est; suoque eum in sepulcro condidit, quamvis Agrippæ proprium esset in campo Martio monumentum concessum.

A.U.C. 742 M. Messala & P. Quirino COSS.

Ἀγρίππας μὲν οὖν οὕτω μεμίμαξε, τά τε ἄλλα [262] ἄριστος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων διαφανῶς γενόμενος, καὶ τῇ τοῦ Αὐγούστου φιλίᾳ πρός τε τὸ αὐτῷ ἐκείνῳ καὶ πρὸς τὸ τῷ κοινῷ συμφορώτατον χρησάμενος. ὅσον τε γὰρ τοὺς ἄλλους ἀρετῇ καὶ κράτει, τοσοῦτον ἐκείνου ἐθελοντὴς ἡττᾶτο· καὶ 542 πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ καὶ σοφίαν καὶ ἀνδρείαν ἐς τὰ λυσιτελέστατα παρέχων, πᾶσαν τὴν παρ' ἐκείνου καὶ τιμὴν καὶ δύναμιν ἐς τὸ τοὺς ἄλλους εὐεργετεῖν ἀνήλισκεν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ταμάλιστα οὔτ' αὐτῷ πώποτε τῷ Αὐγούστῳ ἐπαχθὴς, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπίφθονος ἐγένετο· ἀλλ' ἐκείνῳ τε τὴν μοναρχίαν, ὡς καὶ δυνάστειας ὅλως [k] ἐπιθυμητὴν, συνέσησε, καὶ τὸν δῆμον εὐεργεσίαις, ὡς καὶ δημοτικώτατος, προσεποιήσατο. καὶ τότε γοῦν κήπους τε σφίσι καὶ [263] τὸ βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ καταλιπεν, ὥστε προῖκα αὐτοὺς λοῦσθαι· χωρία τινὰ ἐς τοῦτο τῷ Αὐγούστῳ δούς. καὶ ὃς οὐ μόνον ταῦτ' ἐδημοσίευσεν, [264] ἀλλὰ καὶ

29. Ille fuit Agrippæ vitæ exitus, viro citra controversiam omnium suæ ætatis hominum optimo, amicitiaque Augusti ad ejus reique publicæ summam utilitatem uso. Quanto enim alios virtute anteibat, tantum ultro concedebat Augusto: cui quum omnem suam sapientiam ac fortitudinem cum summo ejus emolumento commodaret, honores vicissim ac potentiam omnem ab eo recepta, in bene merendum de aliis impendebat. Unde factum est, ut neque Augusto molestus unquam esset, neque invidiæ aliorum obnoxius. Sed & Augusto ita imperium stabilivit, acsi absolutam potestatem vel maxime probaret; & populum beneficiis ita sibi devinxit, ut omnium maxime popularis judicaretur. Moriens etiam populo hortos & balneum a se denominatum legavit, ut gratis lavarentur, prædia quædam ad hoc Augusto tribuens. Augustus non hæc modo populo dedit, sed viritim

b πρὸ τοῦ καθ. ἀπὸ τοῦ καθ. V. b. male. *i* ἐν τῷ τόπῳ. sic vulgo. ἐν τῷ τρόπῳ, V. a. quod verius est. nam *in eum locum*, græce potius diceretur, ἐς τὸν τόπον. & quid est cur Dio sepulcri vel Mausolei Augusti deinde separatim meminerit, postquam locum quo elatus est Augustus jam indicasset? quid autem sit, *eodem modo, quo Augustus, elatus est*, explicat locus Dionis p. 591. B. ubi Augustus de funere suo mandata reliquisse dicitur. *k* ἐπιθυμητὴν. Xyl. in versione ἐπιθυμητὴς expressit, L. neque id male. nam Agrippas vere contrarium sensit: unde his opponitur ὡς καὶ δημοτικώτατος.

Nam non suo tantum nomine, sed etiam pro aliis spectacula edidisse, notum vel ex Suetonii c. 43.

§ 257. (l. 59.) καταλαβὼν αὐτὸν τεθνηκότα] Quinquagesimo uno raptus anno Agrippa, ut notavit Plinius VII. 8. Hist.

§ 258. (l. 62.) παραπέτασμά τι] Sic infra in laudatione funebri Octaviæ sororis p. 546. B. 590. D. neque dubitandum videtur, aliam causam fuisse nullam interpositi inter cadaver atque Augustum pro funere dicentem velamenti, quam quod Imperator, Augur & Pontifex Maximus esset, atque adeo cadaveris contactu, (vide infra p. 590. D.) & inspectione pollui refugeret. Disserte de Pontifice Seneca c. 15. Consolationis ad Marciam, ubi de Tiberio Drusum filium pro funere laudante: *ipse pro rostris laudavit filium, stetitque in conspecta posito corpore, interjecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos a funere arceret.* De *agure* Tacitus lib. I. Annal. c. 62. De *imperatore* vetus scriptor apud Suidam in Αὔγουστος. Conf. de Pontifice Maximo Judæorum Mischnam Sanhedrin c. 2. T. IV. Surenhusii p. 214. Plura Lipsius ad illa Senecæ & Taciti loca. Meursius de funere c. 15. T. XI. Thesauri Gronoviani p. 1102. Grotius ad Levitici XXI. 11. & Matth. VIII. 22. Jo. Jac. Chifletius in Geminiæ matris sacrorum titulo sepulchrali & vero exequiarum ritu. Antw. 1634. 4. p. 16. sq. & Joannes Kirchmannus lib. II. de funeribus Romanorum c. 21. De Augusti statua in alium locum translata, ne sub oculis ejus cædes contingerent, aut velanda, infra p. 673. D.

§ 259. (l. 68.) τὸ τέλος ταῖς ἀπογραφαῖς] Completo Censura quinquennio, urbem lustrabant Censores suovetaurilibus, quo tempore oculos quoque eorum puros a ferali adspectu esse debuisse, Dio præsenti loco annotat. Erudite igitur Xylander verba Dionis interpretatus est, *quum lustrum condit.*

§ 260. (l. 72.) ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς μετὰ ταῦτα] Mausoleum, in quo reliquiæ Augusti postea conditæ (infra p. 598. C.) In campo Martio inter Flaminiam viam ripamque Tiberis sexto suo consulatu exstruxerat, teste Suetonio c. 100. βασιλικὸν μνημεῖον p. 635. C. Rudera ejus vide si placet in Petri Sanctii Bartoli & Joh. Petri Bellorii veteribus sepulchris, fig. LXXI. LXXII. T. XII. Thesauri Gronoviani p. 57. Eidem Augusti monumento etiam illatæ Drusi reliquiæ p. 549. B. & Marcelli p. 517. D. & Liviæ p. 621. D. Octaviæ item. Pedo elegia I. vers. 69.

Vix, posito Agrippa, tumuli bene janua clausa est,
Perficit officium funeris ecce soror.

§ 261. (l. 74.) ἴδιον ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ] Mentio apud eundem Suetonium c. 97.

§ 262. (l. 77.) ἄριστος] Confer in Agrippæ laudem dicta ad p. 493. E.

§ 263. (l. 91.) τὸ βαλανεῖον] *Thermas* Agrippæ memorat Publius Victor in descriptione Urbis, regione nona, Sextus Rufus etiam cum *hortis* T. III. Thesauri Græviani p. 34. De thermis ab Agrippa conditis dictum supra p. 515. B. illas Titi ætate absumtas incendio, refert Xiphilinus p. 756. D. *Campi* Agrippæ ab Augusto dedicati mentio p. 553. D. Monumentorum Agrippæ apud Tacitum XV. 39.

§ 264. (l. 94.) ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκατὸν δραχμάς] Perplacet Valesii conjectura, qui ἑκάτον, *centum drachmas*, pro ἑαυτὸν vel ἕκαστον legi vult, ob eandem summam p. 458. D. Centum drachmæ sunt mille æris, sive quadringenti sestertii, thaleri duodecim cum dimidio.

A.U.C.742 M. Messala & P. Quirino COSS.

ritim quoque numos quadringentos a se, quasi Agrippa ita mandasset, divisit. Nam plurima bona defuncti Agrippæ ad Augustum ex hæreditate redierunt, interque ea Cherronesus etiam apud Hellespontum: quæ nescio quo jure ad Agrippam pervenerit. Desiderium autem Agrippæ diu admodum tenuit Augustum: ideoque & apud populum eum honoratum effecit, & filium, qui ei mortuo natus fuit, Agrippam nominavit. Interim nec aliis permisit, ut quid eorum, quæ antiquitus instituta erant, intermitterent, quanquam nemo optimatium ludis interesse vellet; & ipse gladiatorios ludos perfecit, qui eo quoque absente sæpius facti sunt. Certe Agrippæ casus adeo non privatim ad ejus domum, sed publice ad omnes Romanos spectavit; ut tunc quoque ea, quæ maximas calamitates præcurrere solent, signa evenerint. Bubones enim in urbem frequentes venerunt: fulmine domus ea in Albano, in quam consules, sacram rem ibi facientes, divertere solent, icta fuit: cometa quum multos dies urbi imminens apparuisset, in faces abiit: incendio multa urbis ædificia, ac Romuli inter hæc tabernaculum, conflagravit, quum in id corvi carnes ignitas ab ara quadam raptas conjecissent.

καθ' ἑκαλὸν δραχμὰς τῷ δήμῳ, ὡς καὶ ἐκείνου κελεύσανλος, διένειμε. τῶν τε γὰρ ωλείσων αὐλοῦ ἐκληρονόμησεν· ἐν οἷς ἄλλα τε καὶ [265] ἡ Χερρόνησος ἡ ωρὸς τῷ Ἑλλησωόνλῳ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐς τὸν [266] Ἀγρίππαν ἐλθοῦσα. καὶ ωάνυ ἐπὶ ωολὺ αὐλὸν ἐπόθησε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἔνλιμον ωαρὰ τῷ δήμῳ ἐποίησε· τόν τε υἱὸν τὸν τελευλήσανλί οἱ γεννηθένλα, Ἀγρίππαν ωροσηγόρευσεν. οὐ μένλοι οὔλε τοῖς ἄλλοις ἐκλιπεῖν τι τῶν ωαλρίων (καίπερ μηδενὸς τῶν ωρώτων ἐς τὰς ωανηγύρεις ἀωαναλῆσαι ἐθέλονλος) ἐπέτρεψε, καὶ αὐλὸς τὰς [m] μονομαχίας διελέλεσε· ωολλάκις δὲ καὶ ἀωόνλος αὐλοῦ ἐποιοῦνλο. οὕλω γοῦν οὐκ ἴδιον τοῦτο τὸ πάθος τῇ τοῦ Ἀγρίππου οἰκίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινὸν ωᾶσι τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένελο, ὥσλε καὶ σημεῖα ὅσα ωρὸ τῶν μεγίσων συμφορῶν συμβαίνειν σφίσιν εἴωθε, καὶ τότε συνενεχθῆναι. βύαι τε γὰρ τῇ ωόλει συνεφοίτησαν, καὶ κεραυνὸς ἐς τὴν [267] ἐν τῷ Ἀλβανῷ οἰκίαν, ἐς ἣν οἱ ὕωαλοι ἐν ταῖς ἱερουργίαις καλαλύουσιν, ἐνέσκηψε. τό, τε ἄσλρον ὁ κομήλης ὠνομασμένος ἐπὶ ωολλὰς ἡμέρας ὑωὲρ αὐλοῦ τοῦ ἄσλρος αἰωρηθεὶς, [268] ἐς λαμπάδας διελύθη. καὶ ωυρὶ ἄλλα τε τῆς ωόλεως συχνὰ, καὶ [269] ἡ τοῦ Ῥωμύλου σκηνὴ, ἐκαύθη, κοράκων κρέα ἐς αὐλὴν ἐκ βωμοῦ τινος ἔμωυρα ἐμβαλόνλων. οὕλω μὲν οὖν τὰ καλὰ Ἀγρίππαν ἐγένελο.

